R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II
55
7-H
7 g
ROMA

5-7 H-7

STIRPIVM

ICONES ET SCIAGRAPHIA:

Cum Scriptorum circa eas

CONSENSV ET DISSENSV:

Ac cæteris pleriſque omnibus

QVÆ DE PLANTARVM NATVRA,

Natalibus, Synonymis, Vſu & Virtutibus, ſcitu neceſſaria.

Authore

DOMINICO CHABRÆO

MED. DOCTORE.

ΕΝ ΟΛΙΓΟΙΣ ΠΟΛΛΑ:

34

GENEVÆ,

Typis Phil. Gamoneti & Iac. de la Pierre.

M. DC. LXVI.

IN ZOILVM.

Zoile quiſquis ades calamo carpturus iniquo,
Tam breue ſolertis quàm graue Mentis Opus.
Ilia rupta tibi tetro liuore crepabunt,
Cenſuramque tuam triſtia fata manent.
Non tantùm inuidiam, calamumque eludit acutum,
Laude ſed eſt omni quin quoque maius Opus.
Hoc Opus ingentem theſaurum pandit opertum,
Qui parua ingentes mole recondit opes.
Non vanas oſtentat opes, nec inutile pondus,
Prorſus & eſt nobis vtile, quidquid habet.
Sic quoque pixidibus ſeruantur aromata paruis,
Quæ pretio nullis æquiparare queas.

SERENISSIMO PRINCIPI

GEORGIO,

DVCI VVIRTEMBERGENSI ET TECCENSI:

COMITI MONTBELGARDENSI:

AC

DYNASTÆ SVPREMO IN HERICOVRT, BLAMONT, CLEMONT, &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

APPENSIS Præpotentum Inſignibus, PRINCEPS SERENISSIME, Villas & Ædes in eorum Clientela eſſe manifeſtum fit, aſſeruntur que illæ à vi & proteruia. Ac vix etiam aliter, inter frequentes læuæ mentis Theonum occurſus, libero fruuntur commeatu qui in publicum Famæ Campum manu mittuntur LIBRI. Quicquam enim cum nomine prodire, haud æquo animo ferre poteſt faſtidioſa huius ſeculi peruerſitas. Radunt docti, rodunt indocti, adrudunt Blenni, Bardi & Buccones: omnibuſque & ſingulis facilior πρὸς τὸ μωμεῖσθαι ἢ πρὸς τὸ μιμεῖσθαι defluxus. Sic Mœcenatem eo nomine ſalutarunt olim Marones & Naſones. Sic Adrianum Principem Quadratus Athenienſis Præſul & Apoſtolorum Diſcipulus. Sicque exinde omni æuo factitarunt Scriptorum agmina: nec Nobis receptos eos ritus irritos facere eſt animus. Feſtus, Plinius, &c.

In procinctu itaque cùm ſint, varias Orbis Plagas deinceps ſimul luſtraturæ, Hortorum, Pratorum, Montium, Syluarum, & Fluuiorum ac Fontium NYMPHÆ, coram tuo illæ Solio, PRINCEPS SERENISSI-

ME, ſupplices ſe ſiſtunt: velit, patiatur Sereniſſima tua Celſitudo, ſuô eas redimiri præſidio, ac ſplendore irradiari, ſubmiſsè erogitantes. Siſtimus & *Nos* coram tuo eodem Solio ipſarum præcipuum Mundum, quem hîc publici facimus Iuris: Sereniſſimæ Celſitudini tuæ, Eum, quantuſcunque is noſter eſt, inſcribere & nuncupare geſtientes.

Magnæ certè, ac temeritati proximæ, audaciæ facinus, Principi cuius Stemma veneratur Orbis, ac cuius Imagines & Virtutes ſupra id ſunt omne quod dici poteſt, tantillo munere litare. At Auiculas, cùm nihil poſſent opulentiùs, Plumas ad magnificentiſſimum Delphici Apollinis Templum, olim detuliſſe legimus, Apes Ceras. Sic Nos ad illius aras quod opis eſt noſtræ. Et Principem ſcimus Nos adoriri Sereniſsimum, Clementiſsimum, Benigniſsimum, atque erga Literas & Literatos apprimè propenſum. Ad Principem adhæc Montbelgardenſem clientelaris trahebat Fides *Fœtum* Montbelgardi olim conceptum: nec niſi per Sereniſsimorum Montbelgardenſium Principum Medicos, demum promotum, concinnatum atque elaboratum. Ad eundem deinde Sereniſſ. Principem clientelaris trahebat Fides *Hominem*, qui magno illo eius Ditionum Climacterico, Anno MDCXXXV. Principalis apud Montbelgardenſes Medici Prouinciam conſecutus, eam, rebus ſemper velut in nouaculæ acie conſtitutis, per aliquot luſtra ſuſtinuit: atque in hanc vſque diem illius adhuc famulitij gloriatur. Ad Principem tandem Montbelgardenſem clientelaris trahebat Fides *Opus Botanicum*, in cuius omni Pagina Plantarum, tum in Principali eius Horto cultarum, tum in totius Regionis Vrbium foſſis & muris, pratis, aruis, montibus, collibus, nemoralibus, fluuiis, riguis & littoralibus, Villis & Pagis ſponte prouenientium, nominatim fit mentio.

Munus quidem *Chartaceum*, at quod tamen non ſpreuiſſet Mag-
Antoninus. nus ille imperator, qui, de ſuis & aliorum propenſionibus agens, dicere fertur ſolitus: Ἄλλοι μὲν ἵππων, ἄλλοι θηρίων, ἄλλοι ὀρνέων ἐρῶσιν: ἐμοὶ
Auguſtus. δὲ βιβλίων κτήσεως: ac quod minimè etiam reieciſſet Cæſarum ille alius, qui Mantuani Poëtæ Carmina, contra eius Teſtamenti verecundiam, cremari Heroico Edicto inhibuit:

Frangatur potiùs, dicebat, *Legum veneranda poteſtas,*
Quàm tot congeſtos noctéſque diéſque labores
Hauſerit vna dies.

Sed quî rurſus tam Celſo Principi *Munus Herbaceum?* Hîc hæremus ſuſpenſi, ſi non Regum ſapientiſſimum de omni Planta diſſeruiſſe ex Sacro Codice haberemus: atque ſi non ex aliis Diocletianum relictis ſponte apud Nicomediam Imperialibus faſcibus, in propriis agris inter olera conſenuiſſe: ſi non Archelaos, Maſſiniſſas, Gentios, Illyricos, & alios potentiſſimos Monarchas, inuentis, adamatis & proditis Stirpibus, Nomina ſua, per ſecula in æuorum perennitatem tranſmiſiſſe.

Te ita-

Te itaque, Serenissime Princeps, *Rem* ſperamus non dedignaturum quam ſtudio ſuo dignam tot Magni cenſuêre Reges: Tacapæ inſulæ quæ exhibet vbertatem: & Silonis Arbores, quæ frondibus nunquam nudantur. Abſolutiſsimam Plantarum Hiſtoriam ita concinnè contractam, vt, quemadmodum olim ex Timanthis Pictoris Operibus, ex eâ plus intelligatur quàm pingitur. Quin potiùs clementer, & benignè hocce ſuſcipies humillimi noſtri cultûs monumentum, noſtræ obſeruantiæ & ſubmiſsionis anathema, quod Sacrariis tuis appendere annitimur. Per id ſciat Vniverſum Nos Wirtembergicarum, quarum participes fuimus, munificentiarum æternùm eſſe velle memores: Sciant per id Poſteri habuiſſe & hoc æuum ſuos Mœcenates. Ad tam auguſti verò Nominis intuitũ rumpat ilia Zoilus, Hæmodiâ corripiatur Liuor, digitis labia compeſcant malè feriati Vitiligatores. Tu, Serenissime Princeps, quod votorum noſtrorum eſt faſtigium, viue perdiù fœliciſsimè, quouſque ſerus, & ſenio ſatur, inter μακαρίους receptus, æternâ cum illis fruaris gloriâ & beatitudine. Floreat ſemper ſub tam inclyto Principe Montbelgardum. Floreant fœlicis eius Regiminis Columina. Hîc vela adduco & finio, Serenissime Princeps; ordiens & finiens, ἀρχόμεν[illegible] ἀποπαυόμε-[illegible]

Serenissimæ Celsitudini Tuæ

Subiectiſsimus, atque in omnem ſeruitutem deditiſsimus,

Dominicus Chabræus Med. Doct.
Vrbis Ebrodunenſis Phyſicus.

Ebroduni Heluetiorum,
Calendis April, Anni M. DC. LXVI.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM

EMBOLIVM.

Authoris ad

SACROS MYSTAS APOLLINEOS,

Omneſque & Singulos

REI HERBARIÆ STVDIOSOS,

PRÆFATIO.

Hiſtorias in quadraginta Libros digeſtas concinnarunt & promulgauerunt tria magna Literatorum Lumina: Variam *olim, Auguſti temporibus, Diodorus Siculus:* Romanam *exinde Polybius, &* Plantarum *nuper Botanicorum Princeps Iohannes Bauhinus. Ac ſuam ſi Hiſtoriam Primus ille* Bibliothecam ſuam *auſus eſt inſcribere: potiori multò, æquis iudicibus, iure, Hanc* Herbariorum *nuncupabimus* Bibliothecam*: vt pote in quâ quod Veteres Græci, Arabes & Latini, & poſterioris etiam Seculi Scriptores, de Plantis prodidere, dilucidè & eleganti ordine congeſtum reperitur. Vnum tamen in ea culpabatur, VOLVMINVM MOLES, plurimorum incommodorum & variarum difficultatum Cauſſa.*

Ea Nos, multorum compendio Studentes, in Vnum *contraximus, idque haud ita magnum. Sed in quo vix quicquam deſideraueris eorum quæ in iis fusè. Hic enim omnis generis Stirpium habentur imagines, delineationes, loci natales, tempora, qualitates & vſus, ac tandem Antiquorum & Recentiorum circa eas placita & lapſus. Hîc quicquid promunt, recondunt & alunt horti, prata & arua: quod montes, ſyluæ & ſpeluncæ: quod niualia, prærupta, confragoſa, ſaxoſa, nudæ cautes & collium cæſpites: quod glareoſa, cochleæ & crepidines: quod rigua, riui, littoralia & Mare ipſum, ac tandem quod parietinæ, rudera, rudeta, fruteta & neglecta: pingitur, exponitur & expenditur. Hic huius & alterius Orbis opes reteguntur. Hîc apparatis epulis vbique reſperſa ſternitur Solis menſa.*

Minimè tamen hîc quærenda ex compoſitis ad venuſtatem verbis Sybaritica Oratio: minimè quærendus lepos Atticus. Nos, Imantopodum more ſerpendo gradimur, res ſectamur & breuitati ſtudemus. Sit aliis in deliciis ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγος καρπὸς: *Nos* ἐν ὀλίγοις πολλά. *Sed, ne in compendiarij ſcripti Præliminaribus prolixi nimis eſſe videamur, reliquorum omnium addendorum vices ſupplebit inter primarios Sapientiæ Filios meritò connumerandi Viri grauis, & prædocti Medici, mox ſubjiciendum* Carmen.

Epicum ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΟΝ ΚΑΙ ἐπαινετικὸν Carmen.

Inclyta quiſquis aues variis ſpectacula formis
Edita, Naturæ ludentis imagine pulchra
Vſurpare oculis: ſeu verno tempore luſtres
Vndique floriferis topiaria conſita plantis,
Seu quoque fructiferis viridaria conſita pomis:
Huc oculos aduerte tuos: pulcherrima viſu

Hic Opera aſpicies congeſta volumine paruo,
Quæ tibi Apollineæ Chabræus *gloria Gentis*
Siſtit, & exornat: ſtudioque & mente ſagaci
Nobile plantarum, docto duce & auſpice tanto;
Hiſtoriæ ſtudium gnauâ complectere curâ.
Nobile quod ſtudium ſapientum Maximus olim

Excoluit, rerumque alij moderamen habentes,
Quos celebri hoc Muſa commendant nomine Reges.
Huc aduerte oculos, quiſquis te ſedula tangit
Cura, Poteſtates herbarum vſumque medendi
Scire, Chabræus *opem grotam tibi conferet vltrò.*
Ille Artis medicæ fontem recludet opertum:
Auxilia vnde petas, tetris præſtantia morbis
Pharmaca, morbificis purgantia corpora ſuccis,
Pharmaca alexicoco pellentia toxica ſucco.
Non vano pigmento oculos tibi poſcet & aures,
Figmentóve ſuam mentem: quà lacteus humor,
Alta per ambages ſubeat penetralia cordis:
Quo rubro mirifico voluantur flumina gyro:
Quo latice irrigui madeſiant corporis artus,
Aptior & quis alat ſuccus nutritius illas.
Vtiliora tuam perfundent lumine mentem
Dogmata docto, quibus medicæ reſerabitur Artis
Fons & origa tibi, pandetur & ampla ſupellex:
Præpropera vnde moras poßis innectere morti,
Et conclamatas, depulſis corpore morbis
Omnibus, auxiliante Deo, producere luces,
Artis & auxilio meliorem ducere vitam.
Quas grates, Chabræe, *tibi, pro munere tanto*
Fundet ouans ſtudiis ſacra turba addicta Medentûm,
Cui duce te recluſa patent myſteria rerum,
Stirpium & hiſtoriæ facilem compendia ſternunt,
Explanántque viam, penitúſque arcana recludunt
Queis, prope præſtando miraculo, ſuſcitet ægros,
Præmaturo quibus mors vnguibus imminet atris?
Omnigenas quas Indus habet, quos toſtus & Afer,
Quotquot & America plantas, vagus incola glebæ,
Quotquot & Vda palus, quotquot viridantia campi,
Gramina, pulninisque ſuis topiaria cultis,
Quotquot habent flores, & quotquot confrago, ſtirpes,
Exhibet, & telluris opes Liber vtilis omnes,
Editus ille tuâ Chabræe *induſtriæ, curâ.*
Pinguia lætifico, dum gramine prata virebunt.
Dum quoque pulchricomis pingentur floribus horti,
Dum medicæ montana colent loca inhoſpita plantæ,
Semper honos, noménque tuum laudesque manebunt:
Semper & à Medicis ſero celebrabere ſæclo,
Nec poterit famam longæua obolere vetuſtas.
O decus, ô noſtrum, fælicibus vtere fatis:
Et Deus in longos tibi vitam proroget annos.
Quo pede cœpiſti medicam fæliciter Artem
Excole, & altarum myſterio pandito rerum,
Inuolucro naturæ parens quæ tecto recondit.
Sic labor iſte tuus referat ſua præmia tantus,
Sic tibi Poſteritas meritos concedat honores,
Muſarúmque ſacro inſculpat tuo nomina templo.
Tu quoque Carminibus ſemper celebrabere noſtris
Magne Chabræe, *meos dum ſpiritus hos reget artus,*
Vitalique ſuo afflabit præcordia flatu,
Et mea erunt faciles concinnans Carmina Muſæ.
Inclyte, floriferi renouatrix gloria Pindi,
Viue, Chabræe, *diu, Fatis plaudentibus vltrò.*
Viue diu, magnâ, poſt fata, ſuperſtite famâ.
Viuet & æternos Liber immortalis in annos,
Quo duce florebit Medicorum inſtructa ſupellex,
Edet & expulſis, miracula plurima, morbis.

Hæc gratulabundus accinebat
I. P. D'APPLES.

Iudicate docti, fruimini rudes, ac fauete omnes:
& noſtros conatus æqui bonique conſulite.
Atque, ſi quid à Nobis omiſſum, id ſupplete: eius
memores quod olim Romanus dicebat Philoſophus:

Alium alio inuenire poſſe plura, neminem omnia.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΩΝ

OMNIVM EORVM QVÆ IN STIRPIVM SCIAGRAPHIA CONTINENTVR,

ELENCHVS LATINVS.

ABAVI, ſine Boabab fructus 6
Abhel 73
Abies fœmina 68
Abrotonum vulgare 376
Abrotonum pulchris corymbis 376
Abrotonoides, planta ſaxea 574
Abſus Alpini 159
Abſinthium 373
Abſynthium arboreſcens 373
Abſynthij variæ aliæ ſpecies & differentia 373. & ſequ.
Abſynthium Ponticum 374
Abſynthium Ægyptium 374
Abutilon 302
Acacia 92
Acacia 2. quorundam 81
Acacia 74
Acantha leuce 31
Acanthium Illyricum 351
Acarna 355
Acer Monſpeſſulanum 61
Acer 61
Acer maius 62
Acetoſa 311
Acinos, eiuſque ſpecies variæ 421
Acorus vel Acorum 244
Adarce 575
Adrachne Theophraſti 4
Achanaca Indorum 272
Achillea millefolia odorata 367
Aconitum Lycoctonum Dodonei 285
Aconitum Lycoctonum 531
Aconiti ſpecies variæ 531.532
Adiantum 555
Adiantum album 515
Ægilops 177
Ægipyrus 438
Ægylops Idæorum 55
Æthiopis 435
Agallochum 35
Ageratum, Herba Iulia 367
Ages 260
Agiahalib Ægyptium 52
Agnus caſtus 63
Agria 57
Agrimonia 72
Agriocinara Cretenſium 350
Agul & Alhagi Arabum 87
Ahouai, fructus peregrinus 25
Aizoi aquatici facie exotica planta 357
Alaternus 43
Alcanna Arabum 41
Alcea Veteribus & in genere 299
Alcea arboreſcens 299
Alceæ variæ ſpecies aliæ 300
Alchimilla 172
Alcyonium in genere 579
Alcyonium ſpongioſum 579
Alcyonium tubuloſum 574
Alcyonium molle 579
Alcyonium ſtupoſum 579
Alga marina πλατύφυλλος 577
Alga 569
Alga criſpa ſcabioſa 569
Alga textoria 569
Alga Cornu Cerui diuiſurâ 569
Aliſma ſiue Damaſonium 333
Aliſma Toſſani Caroli 502
Alliaria 281
Allii ſylueſtris ſpecies variæ 202.203
Allium 201
Allium ſphærocephalum 202.203
Allium urſinum 203
Alnus 60
Alnus nigra baccifera 45
Aloë 541
Aloe Americana muricata 541
Aloë ſiue Aizoum paluſtre 567
Alopecuros alpinus 267
Alopecuros Betonicæ folio 432
Alſine 449
Alſine baccifera 124
Alſines variæ aliæ ſpecies 450.451
Alſine aquis innatans 566
Alſine aquatica ſurrectior 566
Althæa Sida dicta 301
Althæa Veteribus & in genere 301
Althæa arboreſcens 301
Althæa Theophraſti 302
Alypum Monſpelienſium 48
Alypum 535
Alyſſum vel Alyſſos 294
Alyſſon fruticans 80
Alyſſon Plinii 558
Alyſſum 437
Amara dulcis 114
Amaracus 419
Amaranthus 304
Ambare Indica 8
Ambroſia 376
Amblatum Cordi 258
Ami, Ammi, Ammium 385
Amomum nouum 127
Amomum Veteribus 127
Amomum verum 128
Amomis 128
Amygdalus 12
Anabaſis 552
Anacampſeros purpurea 537
Anacampſeros maior & minor 537
Anacardium vel Anacardus 24
Anagallis aquatica 568
Anagallis cærulea fœmina 452
Anagallis lutea 452
Anagallis 452
Anagyris 78
Anchuſa in genere 516
Anchuſæ variæ ſpecies 516
Anaras. Nana, Tayama 357
Andrachne 536
Androſaces 458
Anemone Veteribus & in genere 465
Anemone latifolia duplo flore 461
Anemones variæ ſpecies aliæ 461. & ſeq.
Anethum 382
Angelica in genere 400
Angelica Officinarum 400
Angelica ſylueſtris 400
Angelina 48
Anguria 131
Anil foliis Coluteæ 82
Anime & Copal 74
Aniſum Indicum 36
Aniſum vel Aneſum 396
Anonis eiuſque variæ ſpecies & differentia 168
Anſerina 172
Anthemis 362
Anthora ſiue Antithora 530
Anthriſcus quorundam 401
Antipathes 573.574
Antirrhinum Veteribus 485
Antirrhini ſpecies variæ 485

g

Anthyllis magna, Anthyllis leguminoſa 167.
Anthyllis in genere 452
Anthyllidis ſpecies varia 452
Aparine 546
Anteriſcus Plinii 391
Aphaca 146
Aphyllanthes Anguillara 338
Aphyllon Indicum 127
Aphyllon Indicum. 600.48
Apium 384
Apium, Selinum, Petroſelinum 396
Apium hortenſe magnum 396
Apium paluſtre 396
Apium ſylueſtre 397
Apium petræum 397
Apium montanum 397
Apocynum, eiuſque variæ ſpecies & differentiæ 118. & 119
Aquifolium 605
Aquam coaceruans Planta 259
Aquilegia, Aquilina 485
Aquilegia degener 485
Arachidna 149
Arara fructus Americanus 23
Aracus 150
Arbor radicum India 9
Arbor lanigera 26
Arbor Trifolia Indica 160
Arbor Cucurbitifera 6
Arboris Baobabifera ramus 6
Arbor Manicongo 28
Arbor viua Acoſta 38
Arbor Iudaica 91
Arbor aquam ſtillans 35
Arbor Indica dormiens 38
Arbor Angelina 124
Arbor Gebuph ſiue Cobban. 23
Arbor vita 73
Arbores tactum refugientes 38
Arbor folio Lauri 5
Arbor Eryſipelas curans 113
Arbor Lauendulæ folio 70
Arbor ſancta 18
Arbor caſta 63
Arbor triſtis Acoſta 38
Arbor peregrina fructum Fici ſimilem gerens 9
Arbores aliæ peregrinæ variæ in Appendice
Arbores anatifera 580
Arbutus 4
Archangelica 400
Arction 514
Ardiſrigi Anicenna 110
Areca ſiue Fauſel 29
Arenaria 550
Argemone 460
Argentina 172
Aria 57
Aria Theophraſti 2
Ariſarum 258
Ariſarum anguſtifolium 258
Ariſtolochia in genere 511
Ariſtolochia rotunda 511
Ariſtolochia longa 512
Ariſtolochiæ ſpecies aliæ variæ ibid.
Arnabo 66
Arum 258
Arum Byzantinum 258
Arundo 193
Arundo naſtos 193
Arundo maxim abortenſis 193
Arundinis folium latiſſimum 194
Arundo Saccharina 194
Artemiſia vulgaris 375
Artemiſia tenuifolia 375
Aracus Fabaceus 140
Aſarina Matthioli 513
Aſarum 510
Aſarum muri 510
Aſclepias 119
Aſpalathus 2. trifolia 81
Aſpalathus Rhodius rubens 35
Aſpalathus 53
Aſparagus hortenſis 550
Aſparagus ſylueſtris 550
Aſparagus in genere 550
Aſperula 548.549.
Aſphodelus maior 221
Aſphodelus Veteribus & in genere 221.
Aſphodelus minor 221
Aſphodeli variæ aliæ ſpecies & differentiæ 221.222
Aſpienum 556
Aſpris Macedonum 55
Aſter Atticus Veteribus & in genere 325.
Aſteris Attici variæ ſpecies & differentia 325.326
Aſtragalus 151
Aſtragalus Romanus 151
Aſtragalus Syriacus 162
Aſtragalus Monſpeſſulan 152
Aſtragalus ſyluaticus, variæque aliæ Aſtragali ſpecies & differentiæ 151. 152.
Aſtragalus quorundam 150
Athragene Theophraſti 116
Athanaſia 365
Atractylis 353
Atriplex hortenſis 305
Atriplex in genere 305
Atriplex ſylueſtris, eiuſque ſpecies & differentia varia 305.306
Atriplex Pes Anſerinus dicta 306
Atriplex fœtida 307
Atriplex maritima 306
Auellana 18
Auellana Mehembetene 20.29
Auellana Indica 92
Auellana purgatrix 22
Auellana Byzantina 18
Auena 176
Auena nuda 176
Auena piloſa 176
Auicularia Syluii 267
Aurantij fructus Arbor 5
Auricula muris 163.449.323
Auricula vrſi in genere 492
Auricula vrſi ſpecies variæ 492
Auricula Leporis, eiuſque ſpecies variæ 409.
Azaradacheni arbor 44

B

Baccharis Dioſcoridis 372
Balauſtia Hiſpanica 3
Balſamina fœmina 285
Balſamum verum 597.24
Balſamum nouum 24
Balſami Peruuiani fructus 25
Balſamina Cucumeraria 135
Ban Alpini 66
Barba Iouis 83
Barba Capra 438
Barbarea 278
Bardana 514
Baruce, fructus arboris Hura 23
Batatas, planta Indica 259
Bdellium 73
Bdellium 74
Been album 448
Beidelſar Alexandrinum 119
Bellis in genere 361
Bellis hortenſis 361
Bellidis variæ aliæ ſpecies & differentia 361.362.
Belmuſcus 302
Benedicta 47
Benzoinum 74
Ber Indica fructu Iuiubino 51
Berberis 52
Berberis Cretica 53
Beretinus fructus 22
Beta Veteribus & in genere 302
Beta criſpa 303
Beta rubra, lutea, ruffa 303
Betonica coronaria 438
Betonica coronaria maxima 438
Betonica coronaria rara 438
Betonica coronaria plurimæ aliæ ſpecies & differentia 438 & ſeq.
Betonica, ſiue Veronica 431. & 432
Betre ſiue Betelle 33
Betula 60. 606
Bezoardica radix 245
Bifolium 306
Biſtorta in genere 307
Biſtorta media 307
Biſtorta minima 307
Biſlingua 43
Blattaria in genere 495
Blattaria piloſa Cretica 496
Blattaria variæ aliæ ſpecies 495
Blitum Veteribus & in genere 304
Blitum rubrum 304
Blitum maximum 304
Bodaglam 127
Boletus ceruinus 391
Boleti 581. & ſequ.
Ban, vel Ban arbor 32
Bonifacia 43
Bonus Henricus 303
Borrago 515
Borrago ſylueſtris 515.516
Botrys 432
Branca vrſina Veteribus & in genere 350
Branca vrſina ſpinoſa 350
Braſſica Veteribus & in genere 269
Braſſica capitata 270
Braſſica Italica 269
Braſſica rugoſa 269
Braſſica ſylueſtris 271
Braſſica caulo-rapa 270
Braſſica marina 123
Braſſica multiflora 269
Braſſica variæ aliæ ſpecies & differentiæ

nia 270. & ſequ.
Britannica 508
Bruta Plinij 73
Bryon 559
Bryon Theophraſti 572
Bryonia, Bryonia alba 120
nigra ibid.
Bryonia, Mechoacana nigricans ibid.
Bugloſſum vulgare 515
Bugloſſum Hiſpanicum ibid.
Bulbocaſtanum 385
Bulbocodij variæ aliæ elegantes ſpecies & differentiæ 212. & 213
Bulbocodium Cyprium polianthes 212
Bulbocodium vulgare ibid.
Bulbocodium Hiſpanicum ibid.
Bulbus Eriophorus 218
Bulbus marinus crinitus 571
Bulbus monophyllos 219
Bamia 302
Buna & Bunnu 90
Buna Alpini 32
Bunum vel Bunchon ibid.
Bunchus Arabum 90
Bunion, & Pſeudobunion 385
Buphthalmum 528
Buphthalmum 364
Bupleuron 409
Bupreſtis ibid.
Burſa paſtoria Veteribus & in genere ibid.
Burſa paſtoria variæ aliæ ſpecies 295
Burſa marina 570
Buxus 37

C

Cacalia. Tuſſilaginis ſpecies 513
Cacao America, Cacauati 19
Cacubalum Plinij 124
Cepa & Cepe 200
Cepa Aſcalonica ibid.
Caious 24
Calaf 66
Calamintha 416
Calaminthæ ſpecies variæ ibid.
Calamus 193
Calamus aromaticus 129
Calceolus Mariæ 502
Calendula 358
Calcitrapa 353
Caltha paluſtris vulgaris 485
Caltha pal. flore multiplicato ibid.
Caltha 358
Caltha flore pleno 359
Calthæ ſeu Chryſanthemi ſpecies aliæ variæ 319. & ſequ.
Camolanga fructus Cucurbitinus 133
Campanula Indica 212
Camphora 74
Camphorata Monſpelienſium 454
Campanula vt genere 263
Campanula, ſiue Ceruicaria maior 263
Bononienſis ibid.
Campanula linifolia lutea 268
Campanulæ ſpecies aliæ variæ 263. & 264.
Cannabis ſatiua & ſylueſtris 478
Caracanum 74
Canella alba 34
Canella arbor 35
fructus 33
Canna Indica 247
Cannabina aquatica 314
Canoa 48
Cantabrica Plinij 212
Capillus Veneris 555
Capparis 110
Capparis Fabaginea ibid.
Capparis Officinarum, cortex ibid.
Caprifolium 113
Carairi, fructus Indicus 20
Carambolas Acoſtæ 8
Carama 74
Carbunculatio 175
Carcapuli 5
Cardamomum 128
Cardamomi minoris ſpecies & differentiæ variæ 128
Cardiaca 437
Carduus Veteribus & in genere 347
Carduus ex Madagaſcar 359
Carduus ſtellatus 355
Carduus Solſtitialis ibid.
Carduus Mariæ 348
Carduus Acanthus 350
Carduus bulboſus 347
Carduus benedictus 351
Cardui variæ aliæ ſpecies & differentiæ 347 & ſeq.
Carduncellus montis Lupi 356
Carlina 353
Carlina ſylueſtris 353
Carolus ſanctus, radix 121
Caros, Carus, Carion, & Careum 391
Carpentaria 278
Carpeſium 412
Carpobalſamum 24
Carthamus 354
Caryophyllus 438
Caryophylleus flos 441. 443
Caryophylli 32
Caſſia ſeu Cinamomum 33 34
Caſſia purgatrix 89
Caſſuta 422
Caſtanea 53
Caſtanea humilis racemoſa ibid.
Caſtanea Peruuiana ibid.
Caſtanea equina ibid.
Catanance 146
Catanance Dalechampij 342
Catapucia minor 535
Cate 53
Caucalis Veteribus 394
Caucalis Hiſpanica ibid.
Caucalis Syriaca ibid.
Caucalides aliæ variæ 395
Caucalis 384
Caucon 552
Cedria 74
Cedrus 71
Cedrus Lycia 72
Cedrus Atlantica 73
Cemos Plinij 501
Centaurium maius 344
Centaurium maius vulgare ibid.
Centaurij maioris variæ aliæ ſpecies 345
Cepæa 536
Centaurium minus 437
Ceraſus & Ceraſum, atque tum arboris tum fructus ſpecies variæ 14. & ſeq.
Ceratium monococcum Indicum 89
Cercis Theophraſti 61
Cerefolium, Chærephyllon 393
Cerinthe 52
Cerrus ſiue Cerris 55
Ceruicaria ſiue Campanula 263. & 264
Ceruaria nigra 387
Cerui Boletus 591
Ceterach 556
Chaa, Herba Iaponia 381
Chamæbalanus leguminoſa 149
Chamæbuxus, vel Chamæpitys 41
Chamæcypariſſus 366
Chamæcyſtus eiuſque variæ ſpecies & differentiæ 102. & 103
Chamædrys Veteribus & in genere 417
Chamædrys ſpinoſa ibid.
Chamædryos variæ aliæ ſpecies & differentiæ 427. & ſequ.
Chamælea, eiuſque ſpecies & differentiæ variæ 46
Chamæleon albus 332
Chamæleon niger ibid.
Chamæmelum Veteribus & in genere 362
Chamæmelum maritimum 394
Chamæmelum inodorum 363
Chamæmelum Romanum 262
Chamæmelum fœtidum 363
Chamæmeli variæ aliæ ſpecies & differentiæ 362. & ſequ.
Chamæiaſme alpina 493
Chamæpytis 430
Chamæpytios variæ ſpecies 430. & 438
Chamæmeſpilus 8
Chameriphe ſpinoſa 27
non ſpinoſa ibid.
peregrina ibid.
Chamærops Plinij 472
Charamei Acoſtæ 4
Chate 135
Chelidonium minus 484
Chelidonium maius ibid.
China, China radix 116
China ſpuria ibid.
Chondrille vel Chondrilla Veteribus & in genere 317
Chondrilla ſpinoſa 315
Chondrilla lutea 317
Chondrylla ſtrumoſa 315
Chondrillæ variæ aliæ ſpecies & differentiæ 317. 318
Chryſanthemum alpinum 331
Chryſanthemum 358
Chryſogonum Dioſcoridis 496
Chunno 523
Cicer 145
Cicer arietinum ibid.
Cicer ſylueſtre ibid.
Cicera ibid.
Cicercula 145
Cichorium 315
Cichorium ſpinoſum ibid.
Cichorium ſtrumoſum ibid.
Cichorium verrucoſum ibid.
Ciciliana 457
Cicuta aquatica 404
Cicuta vulgaris ibid.
Cicutaria vulgaris ibid.
Cicutaria aliæ ſpecies variæ 405

Cina, Cinna 116
Cinamomum ſeu Caſſia 33.34
Cinamomi folium ibid.
Cineraria 330
Cirſium 346
Cirſium maximum ibid.
Cirſij varia alia ſpecies & differentia 346
Ciſtus Ledon Roſmarini folio 103
Ciſtus eiuſque varia ſpecies & differentia 95.96. & ſeq.
Citrullus 133
Citrum monſtroſum 14
Clematitis, eiuſque varia ſpecies & differentia 116.117. & 118
Clinopodium 419
Clymenum 133
Cneorum 47
Cnicus 354
Coccigria 37
Cocci Orientales 26
Coccus de Maladiua 28
Cochlearia 297
Colchicum Veteribus & in genere 225
Colchicum Orientale & Syriacum 225
Colchicum biflorum ibid.
Colchici varia alia ſpecies & differentia 225. & ſeq.
Coles fructus excoticus 94
Colocaſſia 561
Colocaſia 259
Colocynthis 133
Colutea eiuſque ſpecies & differentia varia 81. & 82
Colutea veſicaria 81
Concha anatifera 580
Conferua 570
Conferua lignoſa 571
Conifera Nux minima 74
Conſiligo tenuifolia 528
Conſolida media in genere 474
Conſolida media varia ſpecies ibid.
Conſolida aurea nemorum 340
Conſolida regalis 579
Conſolida regalis peregrina 380
Conſolidæ regalis varia aliæ ſpecies & differentia 379. 380
Contrayerua radix 245
Conuoluulus bona nox 122
Conuoluulus peregrinus 122
Conuoluulus maior 121
Conuoluulus cæruleus 122
Conuoluulus minor 121
Conuoluulus minimus 122
Conuoluulus Ægyptiacus 122
Conyza Veteribus & in genere 327
Conyza marina 329
Conyza maior, Baccharis *quibuſdam* 327
Conyzæ varia aliæ ſpecies & differentia 327 & ſeq.
Copal & Anime 74
Cor Indum 124
Coral arbor 90
Coralli arbori ſimilis ibid.
Corallum, Corallium 572
Corallium ſtellatum 573
Corallium nigrum 573
Corallium album oculatum 572
Corallium geniculatum 573.
Corallium candidum verrucoſum ibid.
Corallina 577
Corallina fiſtuloſa fragilis 578.
Corallina tenui capillo ibid.
Coralloides 285
Coralloides Fœniculacea 571
Coralloidea Arbuſcula marina 575
Coralloides granuloſa 576
Corchorus 307
Coriandrum Veteribus 395
Coriandrum ſylueſtre ibid.
Coris 455
Coris Monſpeſſ. purpurea 475
Coris Monſpeſſ. lutea ibid.
Cornu ceruinum 510
Cornus 14
Cornus fœmina ibid.
Corona Imperialis 219
Corona Imperialis monſtroſa ibid.
Coronopus in genere, & vulgaris 500
Coronopus ſerpentina ibid.
Coronopus maritima noſtras ibid
Corruda 550
Cortex Vvinteranus 34
Cortuſa 490
Corylus 18
Corylus, Nux Auellana ibid.
Coſtus Veteribus & in genere 246
Coſtus dulcis Officinarum ibid.
Coſtus hortenſis 368
Coſtus Helenij facie 246
Cotinus coriaria 37
Cotoneaſter 3
Cotyledon aquatica 565
Cotyledon 537
Cracca 146.147
Cremenes 571
Criſta Galli fœmina 476
Criſta Galli mas ibid.
Criſta Galli maior Italica ibid.
Crithmum 408
Crithmum marinum 360
Crocus Veteribus & in genere 222
Crocus ſylueſtris Byzantinus 225
Croci varia ſpecies & differentia 223 & 224.
Cropiot, fructus acerrimus 126
Cruciata, Crucialis 549
Cuciofera 29
Cucumis 133
Cucumis vulgaris 134
Cucumer minor pyriformis ibid.
Cucumis ſylueſtris 135
Cucumeres longiſſimi anguini ibid.
Cucumis Ægyptius ibid.
Cucurbita Veteribus & in genere 129
Cucurbita latior, folio molli ibid.
Cucurbita Indica 132
Cucurbita longa 130
Cucurbita verrucoſa 129
Cucurbita lagenaria ibid.
Cucurbita clypeiformis 131
Cucurbitæ varia alia ſpecies & differentia 130. & ſequ.
Culcas 259
Cuminum ſiue *Cyminum* 384
Cunila 423
Cupreſſus 71
Curcas 22
Curcuma 245
Cuſcuta 422
Cyanus, Battiſecula, Veteribus & in genere 340
Cyanus arborea 3
Cyanus pleno flore 340
Cyani varia alia ſpecies & differentia 340.341
Cyclaminus Veteribus & in genere 124
Cyclamen vulgatius 510
Cyclamini ſpecies variæ 511
Cymbalaria vel *Cymbalaris* 538
Cynocrambe 318
Cynocrambe 118
Cynops Theophraſti 178
Cynogloſſum vulgare & in genere 519
Cynogloſſi ſpecies variæ 519.520
Cynoſorchis 247
Cyperus 194
Cyperus Syriacus ibid.
Cyperus longus ibid.
Cyperus ſyluaticus 195
Cyperus rotundus 194
Cyperus Anglicus inodorus 195
Cyperus aquaticus 194
Cyperus Græcorum 41
Cytiſus eiuſque varia ſpecies & differentia 78.79.80

D

Daburi 94
Damaſonium alpinum 502
Daphnoides 45
Daucus, Daucus Creticus 389
Dauci variæ ſpecies ibid.
Dende Serapionis 529
Dentaria aphyllos minor 258
Dentaria 285
Dentellaria Rondeletij 194
Diapenſia 528
Dictamnus vel Dictamnum 420
Dictamnus albus 490
Digitalis 267
Digitalis lutea flore maiore ibid.
Digitalis alia adhuc ſpecies ibid.
Dipſacus, Carduus fullonum 352
Dipſacus ſylueſtris ibid.
Dolichus 136
Doronicum Veteribus & in genere 338
Doronici varia ſpecies 339
Dorycnium 47.83
Dorycnio congener planta ibid
Draba 280. 281
Draba ſiue *Arabis* 295
Drackena radix 245
Draco arbor 30
Draconis arb. fructus ibid.
Dracunculus 259
Dracunculus hortenſis 368
Dryophonon Plinij 291
Drypis Theophraſti 550
Duriones Acoſtæ 7

E

Ebenus 30
Ebulus 44
Echium Veteribus 517
Echium Candiæ ibid.
Echij varia ſpecies alia 519. 520
Echinopus, Echinopoda 88
Echinopus maior 351
Echinopus minor ibid.
Echinomelocactos Lobelij 356

Elæagnus

Elaagnus 66
Elatine Mas & Fœmina 433
Electrum ſiue Succinum 74
Elleborine 502
Empetrum 48
Enula campana, Helenium 362
Ephedra 332
Epimedium 545
Epimedium quorumdam 265
Epimetron 545
Epipetron 545
Epipactis 328. 502
Equiſetum 550
Equiſeti ſpecies varia 551. 552
Eravuas 330
Erica eiuſque varia ſpecies 75
Erica facie frutex marinus 576
Erica marina 572
Eriſiſceptrum 35
Erinaceus Fructus Indicus 7
Erinos 265
Eruca Veteribus & in genere 276
Eruca Romana 276.
Eruca varia ſpecies alia 276
Eruca inodora : Herba S. Alberti 276
Eruum 148
Eryngium 354
Eryngium cæruleum 354
Eryngij varia alia ſpecies ibid.
Eryſimum 278
Eſchara marina retipora 577
Eſchara marina frondipora 577
Eſculus 35
Eſula 332. & ſequ.
Ettalche, Lignum exoticum 74
Euonymus 62 63
Eupatorium 172
Eupatorium adulterinum 334
Eupatorium Auicennæ ibid.
Euphraſia 475

F

Faalim Theueti 259
Faba, Faba vulgaris 141
Faba Græca & Dioſpyros Theoph. 26
Faba Ægyptia 259. 562
Faba arboreſcens 141. 142
Faba purgatricos 141. 329
Fabregue 49
Fagara maior & minor 27
Fagotriticum 312
Fagus 57
Fagus Sepium 60
Farfara 313
Far Cluſinum 275
Fauago Ariſtotelis 580
Fauſel ſiue Areca 29
Felſel 126
Ferula, Ferulago 388
Ferula varia ſpecies ibid.
Ficus 9
Chamæficus ibid.
Ficus Nigritarum 8
Ficus Indica 9. 10
Filipendula 407. & 408
Filix Veteribus & in genere 553
Filix mas 553
Filix ſaxatilis Tragi 556
Filix ramoſa floribus inſignis 554
Filicis ſpecies alia varia ibid.
Flammula Iouis quibuſdam 117
Flos Aphricanus 358
Flos Adonidis 364
Flos Cuculi 445
Flos Indianus 360
Flos noctis 522
Flos Hepaticus 502
Flos Mexicanus 268
Flos trinitatis 520
Fluuialis 362. 563
Fœniculum Veteribus & in genere 381.
Fœniculacea marina 363
Fœniculum magnum, Hippomar. 387
Fœniculi varia alia ſpecies 381
Fœnumgræcum 267
Fœnum Græcum ſylueſtre 250
Folium Indum 33
Fontalis, Fontinalis 562. 563
Fragaria 269
Fragaria non Fragifera 269
Fraxinella 490
Fraxinus 62
Fritillaria ſeu *Meleagris* 234
Frumentum 273
Fructus elegans 562
Fructus peregrini varii 20. 22. 91
Fructuum Exot. Lobi varij 92. & 93
Frutex terribilis 48
Fucus marinus 369
Fucus Capillata *dictus* 370
Fucus Capillaris 370
Fucus verrucoſus 370
Fucus canus 370
Fumaria 377
Fumaria Splir *dicta* 378
Fumaria variæ alia ſpecies 377. 378
Fungi 581
Fungi Verni eſculenti 382
Fungi D. Georgij 381
Fungi laceri eſculenti 582
Fungi diuerſi ſimul, eſculenti 382
Fungus lutens eſculentus 382
Fungi tuberoſi, eſculenti 582
Fungi Intybacei 385
Fungus rugoſus, cauernoſus 585
Fungi Ceraſorum, pernicioſi 586
Fungus Auricula Iudæ 386
Fungus ramoſus 585
Fungus Muſcarius, pernicioſus 586
Fungi Buffonij, pernicioſi 590
Fungus pulueruleutus 391
Fungus phalloides. Phallus 386
Fungi lapides varii 578
Fungus Crepitus Lupi *dictus* 592
Fungi longiſſimo pediculo 582
Fungorum tum eſculentorum tum pernicioſorum varia alia ſpecies 582. & ſeq.

G

Galanga 245
Galaſtinda 88
Gale frutex odoratus 66
Galega 234
Galega montana ibid.
Galega memorenſis, eiuſque varia ſpecies & differentia 234. 235
Galeopſis 435
Galeopſeos ſpecies varia 435
Galla 55
Galla Indica 56
Galla Illyrica, Iſtriaca &c. 56
Galla vmbilicata 56
Galla Orientales 55
Gallitricum 433
Gallitrici ſpecies varia 433. & 434
Gallium 548
Gallium coccineum 548
Gallium album 549
Garb Maurorum 66
Garyophyllata 272
montana ibid.
aquatica ibid.
Geminalis 438
Gemma foraminulata folij Quercus 56
Genipat, Ianipappeyna & Xagua 27
Geniſta eiuſque ſpecies varia 83. 84
Geniſta cum Rapo 84
Geniſtella, eiuſque varia ſpecies 84. 85
Gentiana in genere 503
Gentiana magna 503
Gentiana minor 503
Gentiana varia alia ſpecies 503. 504
Gentianella 304
Geranium Veteribus & in genere 486
Geranium Columbinum 486
Geranium tuberoſum 486
Geranij alia ſpecies varia 486. & ſeq.
Gingidium 393
Gith 378
Gladiolus ſiue Xyphion 239
Glandium calyces permagni 55
Glans vnguentaria 24
Glaſtifolia Cichoroides 273
Glaſtum 288
Glaux 254
Gaux & Glax 458
Glycipicros, 224
Glycycide 490
Glycyrrhiza 230
Glycyrrhiza ſylueſtris 250
Glycyrrhiza Germanica 250
Gnaphalium Tragi 195
Gnaphalium Veterum 420
Gnaphalium, Leontunculus 370
Gnaphalium alpinum pulchrum 372
Gnaphalii varia alia ſpecies 360
Gotne Alpini 504
Granum Indicum 122
Gramen in genere 180
Gramen Gios *dictum* 177
Gramen Auenaceum 177
Gramen Crucis 180
Gramen capillatum 181
Gramen repens Officinarum 182
Gramen verſicolor 185
Gramen Harundinaceum 187
Gramen Luzula 188
Gramen ſyluaticum 192
Gramen Sparteum 191. & 192
Gramen amoris 184
Gramen criſtatum 184
Gramen hirſutum 182
Gramen dactyloides 199
Gramen Leucanthemon 448
Gramen aqua innatans 565
Gramen Parnaſſi 502
Gramen cum cauda leporis 185
Gramen Cyperoides 189. 190
Gramen bulboſum 177
Gramen Scoparium 180
Gramen pratenſe vulgare 182

Gramen agrorum 181
Gramen minimum 182
Gramen lanatum 183
Gramen geniculatum 184
Gramen tremulum 184
Gramen cum cauda muris 185
Gramen typhinum 185
Gramen ſtriis pictum 186
Gramen Mariæ odoratum 186
Gramen Alopecuros 186
Gramen aquaticum 187
Gramen nigrum 189
Gramen iunceum marinum 191
Gramen bufonium 191
Gramen Triglochin 161
Gramen plumoſum pennatumue 602.186
Gramen Cyperoides Miliaceum 195
Gramen Onocordon multis 199
Granum Paradyſi 128
Granum Cnidium 46
Gratiola 475
Guaiacana 16
Guaiacum 38
Guanabanus Ouiedi 7
Guaxaguax 260
Guayana Indica 5
Gummi Elemi 41
Gummi Arabicum 74
Gypſophyton 443

H

Habzeli 126
Hacub ſiue Silybum 353
Haemia 125
Halicacabum peregrinum 124
Halimus 67
Harundo 193
Hedera 115
Hedera maior nigra, Dionyſias & Chryſocarpos dicta 15
Hedera fœmina 115
Hedypnois 323
Hedypnois Monſpeſſulana 323
Hedyſarum 155
Helenium, Enula campana 361
Heliambenum, ſiue flos Solis, eiuſque varia ſpecies 100.101
Helichryſus 369
Heliotropium 521
Heliotropium minus 521
Heliotropium tricoccum 521
Helix 115
Helleborus in genere 527
Helleborus niger 527.528
Helxine 307
Helxine ſemine triangulo 121
Hemionium, Hemionitis 557
Hepatica ſiue Lichen 557
Heptaphyllum flore rubro 171
Heptaphyllum argenteum 171
Herba mimoſa 351
Herba delicata 351
Herba maxima 360
Herba de la Rotta 368
Herba Impia Plinii 370
Herba trientalis 507
Herba ſtella 500
Herba cancri 521
Herba Paris 523
Herba Malucana Acoſta 361
Herba tolica 67
Herba Concordia 522
Herniaria glabra 455
Herniaria hirſuta 455
Hiſperis matronalis 280
Heſperidis varia alia ſpecies & differentia 380.& 381
Heſperis Syriaca 280
Heſperis Veteribus & in genere 280
Hetich Theueti 259
Hieracium Veteribus & in genere 319
Hieracii varia alia ſpecies 319.& 320
Higuero Ouiedi 6
Hipogloſſum 45
Hippomarathrum 381
Hippophaes Anguillara 88
Hippuris 552
Hippuris ſaxea 576
Hirundinaria 119
Holoſtium vel Heleſtium 499
Holoſtium Monſpelianum 499
Hordeum 175
Hordeum vrens noua Hiſpania 175
Hordeum ſpontaneum 175
Hordeum murinum 175
Hordeum nudum ſiue Gymnocrithon 175
Horminum, Geminalis 433
Hyacynthus Veteribus & in genere 205
Hyacinthus Autumnalis ibid.
Hyacinthus Brumalis 206
Hyacinthus odoratiſſimus 207
Hyacinthus Æſtiuus 208
Hyacinthus botryoides Vernus 205
Hyacinthus rarus ceruleus 208
Hyacinthi varia alia ſpecies & differentia 205.206.& ſeq.
Hydropiper 564.
Hyoſciamus 525
Hyoſciamus albus ibid.
Hyoſciami ſpecies alia varia 526
Hypecoum 285
Hypericum in genere 455
Hypericum androſæmum ibid.
Hyperici varia ſpecies alia 436
Hypericum Aſcyron 435
Hyſſopum ſiue Hyſſopus 423
Hyſſopi ſpecies varia 423.424
Hyſſopifolia aquatica 568

I

Iacea in genere 342
Iacea tricolor 510
Iacea moſchata 344
Iacea varia ſpecies alia 342.343
Iaca Indica 7
Iacobæa, S. Iacobi flos 330
Iacobæa marina 330
Iacobea varia alia ſpecies 330
Ialapa 120
Iambos 7
Iaſminum 112.& 113
Iaſminum Alpini 113
Iaſminum Mexicanum 268
Iaſminum Hiſpanicum 113
Iberis 296
Iberis Fuchſii 282
Ianame ſiue Inhame 260
Ilex arborea 57
fœmina 57
Imperatoria 399
Imperatoria minor 400
Intybus vel Intybum 315.
ſatiuum anguſtifolium 315
ſatiuum criſpum 316
Iris in genere 239
Iris bulboſa lutea 240
Iris bulboſa tota violacea 239
Iris paluſtris lutea 244
Iris bulboſa verſicolor 239
Iridis varia alia ſpecies 240.241
Irio 278
Iſatis 288
Iua moſchata 430
Iucca, & Caſſani 260
Iuuba 51
Iuncaria Salmanticenſis 549
Iuncus odoratus 195
Iuncus floribus paludoſus 198
Iuncus maximus boloſchænos 197
Iuncus clauatus 197
Iuncus bombycinus 195
Iunci varia alia ſpecies 196
Iuniperus 72
Iuniperus maxima Illyrica 72
Iuniperus alpina, Selago 72

K

Kakile 277
Kaye Baka 120
Kali vulgare 542
Kali Arabicum 542
Kali III. Alpino 508
Kali ſpecies alia varia 542

L

Laburnum 78
Lacca 52
Lachryma Iobi 180
Lactuca Veteribus & in genere 313
Lactuca criſpa 314
Lactuca Romana 313
Lactuca marina 572
Lactuca vulgaris 313
Lactuca varia alia ſpecies 313
Lagenula America 10
Lagopus trifolius 167
Lamium 435
Lampſana 318
Lantana 44
Lapathum Veteribus & in genere 308
Lapathum ſanguineum 310
Lapathum acutum 308.309
Lapathum aquaticum 309
Lapathum maius, Rhabarbarum 309
Lapathum maximum aquaticum 309
Lapathum fluitans 310
Lapathum marinum ſinuatum 310
Lappa maior 514
Lappa minor 514
Lappula Canaria 393
Lappula Canaria maritima 394
Lappulla Canaria latifolia 393
Larix, ſiue Larex 71
Laſerpitium 399
Lathyrus 145.135
Lathyrus Ægiptius 146
Lathyri varia alia ſpecies 145
Lauendula multifido folio 425
Laureola 45
Laurus 31
Laurus Trapezuntina 31
Laurus ſylueſtris 37
Laurus Alexandrina 46
Laurus Tinus 31

Laurocerasus 31
Ledum Sileſiacum minus 104
Lens 149
Lens maior 149
Lentis paluſtris ſpecies varia 566
Lentiſcus 23
Leo Ferox, Carduus genus 356
Leontice Veterum 513
Leontopetalum 489
Leontopodium Dioſcoridis 501
Lepidium Veteribus & in genere 296
Lepidii ſpecies varia 296
Leucacantha Veterum 355
Leucas 170
Leucoium, Veteribus & in genere 211
Leucoium luteum pleno flore 278
Leucoii varia alia ſpecies 278
Leuiſticum Officinarum 401
Libanotis Veteribus & in genere 386
Libanotidis ſpecies varia 386. 387
Libanotis 104
Lichen ſiue *Hepatica* 557
Lichen arboreus 558
Lichen marinus 578
Lignum Breſilium 37
Lignum Saſſafras 36
Lignum Aloës 35
Lignum colubrinum Hederaceum 123
Lignum colubrinum 123
Lignum Nephriticum 37
Lignum Rhodium 35
Lignum ſanctum 38
Lignum Roſa odore 35
Lignum vel Cortex Bugia ibid.
Lignum Colubrinum, Pao da Cobra di-
ctum 123
Lignum Colubrinum, Duda Sali Cana
rinus dictum ibid.
Lignum Indicum 38
Liguſticum ſiue Libyſticum 401
Liguſtrum 41
Liguſtrum Ægyptium 41
Lilac 63
Lilium Veteribus & in genera 235
Lilium croceum flore pleno 237
Lilium album vulgare 235
Lilium radice Aſphodeli 138
Lilium Perſicum ſiue Suſianum 234
Lilium conuallium 505. 506
Lilium album Conſtantinopolitanum 235
Lilii varia ſpecies alia 235. 236
Limonium 508
Limonium rarum 508
Linaria in genere 480
Linaria lutea parua annua 480
Linaria Beluedere 482. 483
Linaria ſylu. ſpecies varia 481. 482
Lingua auis Dalechampii 333
Linum ſatiuum & in genere 479
Linum ſylueſtre 479
Lini ſylu. varia ſpecies 479. 480
Liquiritia 150
Liquidambar 74
Lithoſpermum 518
Lobi variis aliquot 139. 140
Locuſta herba 457
Lolium 178
Lonchitis 556
Lotus ſiliquoſa 157
Lotus, Lotus ſatiua 157
Lotus corniculata 157
Lotus arbor fructu Ceraſi 16
Lotus Hierazuni, aliaque Loti ſpecies & differentia 158
Lunaria Maiorum Arabum 312
Lunaria maior 281
Lunaria peltata 294
Lunaria biſcutata 294
Lunaria radiata 156
Lunaria minor 185. 181. 544
Lunaria botryitis 545
Lupinus 142
Lupinus Hiſpanicus 142
Lupinus exoticus hirſutiſſimus 142
Lupinus ſylueſtris 142
Lupulus 121
Lutea Plinij 484
Lutea maxima Cretica 484
Lychnis coronaria in genere 443
Lychnidis coronaria ſpecies & differentia varia 443. & ſeq.
Lychnis plumaria 444
Lychnis marina Anglicana 445
Lycium, 53
Italicum 53
Gallicum 53
Cretenſe 53
Indicum 53
Lycopeus Ruellij 437
Lycopſis 516
Lyſimachia 286
Lyſimachia purpurea ibid.
Lyſimachia lutea ibid.
Lyſimachia varia alia ſpecies & differentia 286. 287

M

Macer Dioſcoridis & aliorum & Græcorum 18
Macerone 399
Marocquer Virginienſium 17
Madrepora Coralliis affinis 574
Mahaleb Arabum 16
Maiorana 419
Malabathrum 33
Mala Armeniaca 11
Mala aurea 525
Malinathalle Theophraſti 195
Malua Veterib. & in genere 298. & ſeq.
Malua criſpa 299
Malua ſtellata 298
Malua arborea 299
Malua roſea 299
Malus 1
Malus Armeniaca 11
Malus Punica 3
Malus Arantia 5
Malus Limonia 4
Malus non florida dicta 1
Malus Medica 4
Malus Perſica 11
Mambu arbor 67
Mamei arbor 6
Mandragoras mas 524
Mandragoras fœmina 524
Manga & Amba 12
Mangle Ouiedi 9
Manihot 260
Manobi Lerii 22
Marathrum 381
Marrubium Veteribus & in genere 436. & ſeq.
Marrubium album & nigrum 436
Marrubij varia ſpecies alia 436
Martagon 237
Martagon præcox 238
Martagon ſerotinum 238
Marum 418
Maſpetum 399
Maſtiche 74
Maſtichina Gallorum 419
Mates 90
Matricaria 364
Matricaria varia alia ſpecies 365
Mechinum Zinziberis ſpecies 246
Mechoacan 120
Medica 165
Medica coronata 167
Medica echinata 166
Medica magna turbinata 166
Medica ſylueſtris 165
Medica marina 165
Medica ſcutellata 165
Medica orbiculata 166
Medica lunata 167
Medica varia alia ſpecies & differentia 166. & ſeq.
Medium Dioſcoridis 266
Melampyrum 477
Melanthium 378. & 379
Meleagris Fritillaria 234
Meleagris Pyrenæa 234
Meleagridis ſpecies aliquot aliæ 234. & ſeq.
Melegetta 128
Melilotus vulgaris 158
Melilotus Italica, Syriacave 158
Meliloti varia alia ſpecies & differentia 159. & ſeq.
Meliſſa 417
Meliſſa Turcica 417
Meliſſa varia alia ſpecies ibid.
Melochia Serapionis 307
Melongena Arabum 524
Melopepo 133
Melo reticulatus 134
Melo Moſchatellinus & Sacchar. 134
Melones Indici 134
Melo Hiſpanicus 134
Melopepo 132
Melocarduus echinatus 356
Mentha 413
Mentha verticillata minor 413
Mentha aruenſis verticillata 413
Mentha ſpicata rotundifolia 413
Mentha ſpicata folio longiore 414
Mentha aquatica 415
Mentha Cattaria 415
Mentha corymbifera 368
Græca ibid.
Romana ibid.
Sarracenica ibid.
Menthaſtrum 414
Menthaſtri ſpecies varia 414
Mercurialis Mas 307
Mercurialis fœmina ibid.
Mercurialis repens 308
Meſpilus 2
aronia Veterum 2
Meum 383
Melium 176

Milium Indicum 174.176
Milium Solis 518
Millefolium 366
Millefolium aquaticum maius 564
Millefolii aquatici alia ſpecies 565
Millefolij varia alia ſpecies 367
Millegrana minima 454
Molle 41
Melluge vulgatior 549
Meluca 417
Moly Veteribus & in genere 204
Moly varia aliquot ſpecies ibid.
Momordica 135
Meringa 91
Merremor arboris fructus 23
Morſus Gallina 451. 449
Morſus Diaboli 338
Morus 8
Moſchatellina Cordi 376
Muſa aut Amuſa 9
Muſa cum fructu 9
Muſcipula viſcaria 445.446
Muſcus in genere 559
Muſcus Filicinus ibid.
Muſcus Quercuum & aliarum arborum 56
Muſcus ex Cranio 560
Muſci varia alia ſpecies 559.560
Muſcellina ſiue Muſrica 374.389
Myagrum Veteribus & in genere 282
Myagrum Turcicum ibid.
Myagri alia varia ſpecies 284
Myoſotis 449
Myoſures 501
Myrica, ſiue Tamarix 75
Myrobalani in genere 13
Citrina ibid.
Chebula ibid.
Emblica ibid.
Bellirica ibid.
Nigra ibid.
Myrobalani ſpecies Rauvvolffio 14
Myrrha 74
Myrrhis 33
Myrtidanum 40
Myrte-Ciſtus 103
Myrtus, eiuſque ſpecies varia 39.40
Myxus, Myxa, Myxaria 12
Myxa ſylueſtris ibid.

N

Napellus, Aconitum magnum 531
Napus 272
Napus ſylueſtris ibid.
Nana, Ananas, Tayama 336
Narciſſus Africanus 215
Narciſſus flore ſimplici 214
Narciſſus Veteribus & in genere 214
Narciſſus flore pleno ibid.
Narciſſus Thracicus 215
Narciſſus Perſicus ibid.
Narciſſi ſpecies alia varia 214.215
Nardus ſylueſtris 410
Nardus Indica 409
Nardus Celtica 410
Nardus montana 410
Naſturtium Veteribus & in genere 289
Naſturtium criſpum 289
Naſturtium Indicum folio anguloſo 124
Naſturtium Indicum 124
Naſturtium latifolium 289
Naſturtium aquaticum 282
Naſturtii varia alia ſpecies 289
Natrix Plinii 168
Nerium alpinum 103
Nerium 120
Negundo mas & fœmina 127
Neuuphar 561
Nepeta 415
Nerii facie arbor 120
Nicotiana maior & minor 526.527
Nigella 378
Nigellaſtrum 443
Nimbe 49
Noli me tangere 287
Nuces peregrina varia 20.21
Nucis Indica folium 28
Nuces inſana 22
Nucula exotica Piſtacii facie 19
Nucula Higuero putata 25
Nummularia 451
Nux Metella Arabum 23
Nux aromatica Mas & fœmina 18
Nux Auellana Corylus 18
Nux Indica 28
Nux Moſchata 17
Nux Vomica Officinarum 25
Nux Henden Arabum 25
Nux peregrina oculata 23
Nux Mechil Serapionis 23
Nux Taphet H. Saxonia 21
Nux Indica ad venena 28
Nux Cypote 24
Nux vnguentaria 24
Nux vnguentaria arbor 24
Nux Iuglans 17
Nymphaa 561
Nymphaa lutea 561
Nymphaa alba 552

O

Ocimum, Ocymum vel Ozimum 419
Ocimum ederatum 420
Ocimi varia alia ſpecies 419
Ocimoides, Ocimaſtrum 446
Ocimaſtrum verrucarium 307
Odontitis Plinii 445
Oenanthe ſiue Filipendula 407
Oenanthes ſpecies varia 407.& 408
Oenoplia 51
Oetum Plinii 259
Olea 49
Olea Bohemica 49
Oleaſter 49
Olibanum 73
Olyra 173
Onobrychis 153
Onobrychis lutea 458
Onobrychidis varia alia ſpecies 153
Ononis 168
Oneſma 520
Ophioglоſſon 542
Ophioſcorodon 201
Ophris 506
Opobalſamum 24
Opuntia, Ficus Indica 10
Opuntia marina 572
Opuntia cognata Ferruminatrix 10
Orchis 247
Orchis ſtrateumatica 247
Orchis ornithophora 248
Orchidis plurima alia ſpecies 248
Oregioella 26
Oreoſelinum 397
Origanus ſiue Origanum 418
Origanũ Creticum atque alia ſpecies 418
Ornithogalum Veteribus & in genere 219
Ornithogalum caruleum 219
Ornithogalum luteum aliaque Ornithogali ſpecies & differentia 219.& 220
Ornithopodium 156
Ornithopodium tuberoſum 156
Orobanche Veteribus & in genere 257
Orobanche magna purpurea ibid.
Orobancha affinis Nidus Auis 257
Orobanche flore minore ibid.
Orobus 148
Orobus radice bulboſa 149
Orucoria 91
Oryza 174
Oryza Germanica 175
Os mundi 147
Othonna 358
Oniedi Bixa 94
Oxalis Veteribus & in genere 311
Oxalis criſpa 311
Oxalis Africana 312
Oxalis tuberoſa radice 322
Oxalidis varia alia ſpecies 311.& 312
Oxyacantha 52
Oxycoccus 42
Oxycedrus 71
Oxys 168
Oxylapathum 309

P

Pacouera Americana 10
Padus Theophraſti 16
Paonia mas, & in genere 490
Paonia fœmina ibid.
Paonia promiſcua ibid.
Paliurus 51
Palma 26
Palma Chriſti 529
Palma Sambaucaie 28
Palma marina Theophraſti 576
Palma Indica nucifera 27
Palma Elephantis Acoſta 28
Palmata 254
Palmata alba maculoſa 254
Palmata fœmina flore rubro 254
Palmata varia alia ſpecies 254.255
Palma ſiue Manus marina 572
Palmites 10
Palma faccifera 28
Palma ſancta ſimilis arbor 37
Palmapinus arbor & fructus 27
Palma Papyracea 30
Panaces Aſclepium 382
Pancratium 218
Pancratii ſpecies varia 218
Panicum 178
Panicum Indicũ, atque alia aliquot Panici ſpecies ibid.
Panici Americani ſpica 179
Panis Cuculi 168
Panis porcinus 510
Papas Americanum 513
Papauer in genere 459
Papauer ſatiuum fimbriatum 459
Papauer campeſtre ſpinoſum 459
Papauer erraticum, Rhœas 459
Papauer corniculatum 460
Papauer ſpumeum 460

Papillaris

Papillaris 318
Papyrus 194
Papyrus Nilotica 195
Papyrus Veterum 10
Parietaria 307
Paronychia 448
Parthenium 364
Paſſerina Lobelij 480
Paſſerina Tragi ibid.
Paſtinaca Veteribus & in genere 390
Paſtinaca ſatiua ibid.
Paſtinaca ſylueſtris 390
Paſtinaca varia aliæ ſpecies & differentia 390. & 591.
Pater noſter, Radix S. Helenæ 245
Panace arbor 115
Pecten Veneris 392
Pecten Veneris Creticus 392
Pedicularis 476
Pedicularis bulboſa ibid.
Pedicularis alpina 477
Pedicularia 328
Pelecinum 155
Penna marina 570
Pentaphyllon 169
Pentaphyllum rectum 169
Pentaphyllum Indicum 171
Pentaphyllum ſupinum & alia Pentaphylli ſpecies 170. 171
Pentaphyllon alpinum ſplendens 169
Pepo 333
Perchepier Anglorum 392
Perdicaria 307
Perfoliata 408
Perfoliata ſiliquoſa 272
Perfoliata variæ ſpecies ibid.
Periclymenum 115
Periclymeni ſpecies variæ 114
Perſica arbor 11
Perſicaria 564
Perſonata 514
Pes Locuſtæ 437
Pes Leonis 172
Petaſites 513
Petaſites folio anguloſo ibid.
Petita Peruanus 22
Petroſelinum Macedonicum 597
Peucedanum 386
Phalangium Veteribus & in genere 222
Phalangium flore Lilii ibid.
Phalaris 179
Phaſelus. Phaſeolus 136
Phaſeoli Nigritarum 138
Phaſeoli noui Orbis 137
Phaſeolus Lablab *Alpini* 140
Phaſeolus Laburni 143
Phaſeoli parui varii 137
Phaſeoli Renes marini dicti 141
Phaſeolus Macoma 139
Phaſeoli Africani 137
Phaſeoli Braſiliani 138
Phaſeoli exotici varii alii 136. 139. 140
Phegos 55
Phellandrium Plinij 405
Phellodrys 57
Phleos & Stœbe 344
Phœnix 178
Pini 410
Phyllirea 42
folio Alaterni ibid.
folio Ilicis ibid.
folio latiuſculo ibid.
anguſtifolia ibid.
Phyllitis Lingua ceruina 557
Phyllitidis variæ aliæ ſpecies ibid.
Phyllirea arbor Lobelio 42
Phyllirea & Mahaleb ibid.
Phyllon theligonon 208
Phyllon ſiue Folium ibid.
Phyllo ſimilis Planta 558
Phyteuma Monſpelienſium 456
Picea pumila 68
Picea Latinorum ibid.
Pila marina 570
Piloſella Veteribus & in genere 325
Piloſella ſiliquoſa 277
Piloſellæ variæ aliæ ſpecies 325. 372
Pilula foliorum Quercus 56
Pimpinella in genere 398
Pimpinella Sanguiſorba maior 398
Pimpinella Sanguiſorba minor ibid.
Pimpinellæ ſpecies aliæ variæ 598
Pinaſter repens 69
Pinguicula Geſneri 510
Pinus 69
Pinus ſylueſtris, Mugho ibid.
Pinus Cembro ibid.
Pini & Pinaſtri aliæ ſpecies 70
Pinei coni facie fructus 71
Pinei nuclei purgatorij 22
Piper 125
Piper nigrum: Hermia ibid.
Piper caudatum ibid.
Piper longum Monardis 125
Piperis caudati grana & racemi, ibidem.
Piper ex Florida 126
Piper longum Cluſij ibid.
Piper Nigrorum ibid.
Piper Æthiopicum ſiliquoſum ibid.
Piper nigrum & album 125
Piper Capſicum 297
Pepo Indicus 132
Piſtacea 39
Piſum 144
Piſum comoſum proliferum ibid.
Piſa Indica 144. 145
Piſa magna rubra 144
Piſa maiora alba ibid.
Piſa parua viridia ibid
Piſum Græcorum 145
Piſi exotici pulchrum genus 402
Piſum Americanum 403
Piſorum Indicorum atque exoticorum variæ Icones aliæ 403
Piſum ſylueſtre 146
Pitine Anguillaræ 148
Pix 74
Plantago Veteribus & in genere 497
Plantago maior vulgaris ibid.
Plantago roſea ibid.
Plantago vmbilicata Lobelij 499
Plantago aquatica 567
Plantagines variæ aliæ 498. 499
Planta marina retiformis 576
Polemonium flore luteo 80
Polemonium, Polemonia 446
Polium 411
Polium Venetum, Ægypirus ibidem.
Polygala, ſiue Polygalon 452
Polygalæ ſpecies variæ ibid.
Polygalon Veteribus 153
Polygalon Cortuſi ibid.
Polygalon minus ſaxatile ibid.
Polygonum ibid.
Polygonum marinum Dalech. 35
Polygonum fœmina 552
Polygoni ſpecies aliæ variæ 454
Polygonatum 505
Polygonatum latifolium ibid.
Polygonatum anguſtifolium ibid.
Polypodium 558
Polypodium exoticum ibid.
Polyrrhizos Plinij 529
Polytricum, Gallitrichum 516
Poma Adami 5
Pomum Hieroſolymitanum 335
Pomum mirabile ibid.
Pomum de Hiericho 525
Populus 60
Populus noui Orbis 61
Populus alba ibid.
Populus Lybica ibid.
Porrum vel *Porrus* 290
Porrum ſectiuum ibid.
Porrum ſylueſtre, Ampeloproſum 201
Portulaca ſatiua 536
Portulaca ſylueſtris ibid.
Porus anguinus 575
Potamogeton 562. 563
Potentilla 372
Primula Veris in genere 490
Primulæ Veris ſpecies variæ ibid.
Prunella ſiue *Brunella* 473
Prunella minima ibid.
Prunellæ variæ ſpecies aliæ 475. & *ſequentibus.*
Prunus 12
Prunula inſana 13
Prunus Myrobalanus dicta 13
Pſeudo-Leimodoron 257
Pſeudo-China radix 116
Pſeudo-Cyperus 125
Pſeudo-Melanthium 443
Pſeudo Nardus 415
Pſeudo-Nardus fœmina ibid.
Pſeudo Corallium 573
Pſera 335
Pſyllium maius 501
Pſyllium minus 501
Ptarmica 368
Pulegium 420
Pulegium mas Plinij ibid.
Pulegium ceruinum ibid.
Pulmonaria 518. 558
Pulmonaria anguſtifolia & aliæ variæ Pulmonariæ ſpecies 518. 519
Pulſatilla in genere 464
Pulſatilla ſpecies variæ ibid.
Pyracantha 52
Pyramidalis ſiue *Columnaris* 266
Pyrethrum 384
Pyrethrum ſylueſtre 368
Pyrola in genere 506
Pyrola folio ſerrato ibid.
Pyrola fruticans 507
Pyrola minima alpina ibid.
Pyrus 2
Pyrus multiflora ibid.

Q

Quamoclit, Planta noua 126
Quercus 54
Quercus Burgundica 55
Quercùs ſquammata Capitula 56
Quercuum Iuli & Nucamenta ibid.

R

Radix S. Helenæ 40
Radix Idæa putata 40
Radicula ſylueſtris 287
Ranunculus aquaticus 564
Ranunculus 465
Ranunculus phragmites ibid.
Ranunculus flore globoſo 465
Ranunculus Luſitanicus 471
Ranunculi plurimæ ſpecies aliæ 465.466. *& ſequentibus.*
Raphanus in genere 273
Raphanus Ranula ibid.
Raphanus aquaticus 274
Raphanus ſylueſtris ibid
Rapiſtrum 273
Rapiſtrum Monoſpermon ibid.
Rapiſtrum flore albo ſtriato ibid.
Rapum vel Rapa 272
Rapum ſylueſtre ibid.
Rapum Americanum 259
Rapunculus in genere 261
Rapunculus minimus 261
Rapunculus montanus 261
Rapunculi variæ aliæ ſpecies & differentiæ 262
Regina prati 489
Reſeda Plinij 484
Reſedæ facie planta marina 576
Reſinarum ſpecies variæ 74
Reſta bouis 168
Reticulum marinum 577
Reticulatum tophareum ibid.
Rhabarbarum album 120
Rhabarbarum Monachorum 310
Rhamnus catharticus 50
Rhamnus, eiuſque variæ ſpecies & differentiæ ibid.
Rhaponticum 310
Rhazis & Rumigi Maurorum 512
Rhodia radix 536
Rhododendron 120
Rhus ſiue *Sumach* 44
Rhus Plinij ibid.
Ribes 112
Ribes fortè Rauvvolffij ibid.
Ribes niger folio olenta ibid.
Ribes verum Arabum ibid.
Ricinus in genere 529
Ricinus maior ibid.
Ricinus minor ibid.
Robur 54
Ros Solis, Roſa Solis 559
Roſa hortenſis, eiuſque ſpecies variæ 105. 106. *& ſequ.*
Roſa Centifolia 106
Roſa Cinnamomea ibid.
Roſa moſchata, Maior & Minor: floreque ſimplici & pleno 107
Roſa ſylu. eiuſque variæ ſpecies 107
Roſa Eglentina 108
Roſa pomifera 106
Roſa de Hiericho 128
Roſa marina 571
Roſmarinus ſylueſtris 103.& 104.
Roſmarinus coronarius 104
Rubigo 175.
Rubus, ſeu Sentis 109
Rubus maior fructu nigro ibid.
Rubia, Rubia tinctorum 546
Rubia recta quadrifolia ibid.
Rubia ſyluatica læuis ibid.
Rubiæ ſpecies aliæ variæ 547.548
Rubus minor fructu cæruleo 109
Rubus alpinus humilis ibid.
Rubi facie Senticoſa planta 110
Rubus Idæus ibid.
Rubo Idæo affinis Chamæmorus ibid.
Rumex 308
Ruſcus 46
Ruta 377
Ruta capraria 154
Ruta ſylueſtris 377
Ruta Harmala *dicta* ibid.
Ruta muraria 555

S

Sabdariffa 302
Saccharum 194
Saſſaf Syrorum 66
Sagitta 567.568
Saliuncula Neapolitana 410
Salix, eiuſque variæ ſpecies & differentiæ 64.65.& 66.
Salix marina 575
Saluia Veteribus & in genere 432
Saluia minor auriculata ibid.
Saluiæ variæ aliæ ſpecies 432
Samaca 6
Sambach, ſeu Zambach 112
Sambucus 43
laciniata 43
roſea ibid.
aquatica ibid.
racemoſa ibid.
herbacea 44
Sanamunda 47.48
Sanamunda 172
Sampſuchum 419
Sanicula alpina guttata 544
Sanguinis Draconis herba 310
Sanicula 528
Santalum citrinum 36
album 36
rubrum 37
Santolina 366
Saponaria ſpherula 22
Saponaria, Lanaria 447
Sarcocolla 74
Sarſa parilla 115
Saſſafras arbor 36
Satureia, eiuſque variæ ſpecies 423
Satyrium 247
Satyrium erythronium 233
Satyrium Erithronium Matthioli 256
Satyrium regium, Palmata 234
Satyrium erythronium bifolium 234
Saxifraga 544
Saxifraga antiquorum 443
Saxifragia Anglorum 402
Scabioſa Veteribus & in genere 335
Scabioſa minor 336
Scabioſa maior 338
Scabioſa maxima 336
Scabioſæ variæ aliæ ſpecies 335
Scammonia & Scammoneum 123
Scammonea Monſpeliaca 119
Scandix Veterum 392
Schœnanthos 195
Schœnopraſum 200
Scilla 218
Sclarea 423
Scolopendrium 349
Scolymus in genere 349
Scolymus ſylueſtris 350
Scolymus maximus non ſpinoſus ibid.
Scolymus Theophraſti 353
Scordium 429
Scorodothlaſpi 294
Scorodotis 429. & 430
Scorodopraſum 201
Scorpioides Leguminoſa 156
Scorpioides 284
Scorpius Theophraſti 87
Scorzonera 332
Scrophularia 471
Scrophularia maxima ſtrumoſa ibid.
Scrophularia Indica 472
Scrophularia tenuifolia ibid.
Scutellaria 429
Scythice 150
Secacul 246
Secale 173
Secudes Arabum 425
Securidaca 255
Securidaca minor ibid.
Securidaca genus triphyllon 160
Sedum ſiue *Semperuiuum* 538
Sedum montanum ibid.
Sedum maius ibid.
Sedi aliæ ſpecies variæ 538.& ſequ.
Sel Serapionis & Auicennæ 19
Selinum montanum pumilum 383
Semen Lumbricorum 375
Semen Santonicum 375
Semperuiuum 538
Sena 81
Senecio folio non laciniato 325
Senecio in genere ibid.
Senecio cæruleus ibid.
Sentis ſeu Rubus 109
Seriphium Germanicum 282
Serpentaria 259
Serpyllus vel *Serpyllum* 422
Serpylli variæ ſpecies ibid.
Serratula Tabernæmontani 341
Sertularia 572
Seſamum 284
Seſamoides minus Dalech. 48
Seſamoides paruum Cæſanaei affine 342
Seſeli, Seſeli Maſſilienſe 385
Seſeli montanum ſiue *alpinum* 606
Seſeli Peloponneſiacum ibid.
Seſeli Æthiopicum ibid.
Siciliana 457
Sicyos 133
Sideritis Veteribus & in genere 472
Sideritidis variæ ſpecies 472.473
Sigillum Salomonis 505
Silaus vel *Silaum* 402
Siliqua 89
Siler montanum 606
Silphium 399
Silybum ſiue *Hacub* 353
Sinapi Veteribus & in genere 274

Sinapi ſylueſtra variæque aliæ Sinapi ſpecies 274. & ſeq.
Sinapi hortenſe album 274
Sion, ſiue Apium aquaticum 404
Siſon, Sinon & Sinon 398
Siſer, Siſar, Siſarum 401
Siſyrinchium maius 244
Siſyrinchium minus 244
Siſymbrium Cardamine Veteribus & in genere 282
Siſymbrij Cardamines ſpecies variæ 282
Sium medium 404
Sium maximum latifolium ibid.
Smilax hortenſis 136
Smilax aſpera 115
Smilax Glandifera arbor 57
Smilax aſpera Inſulæ Zacinthi 115
Smilax læuis 121
Smyrnium 399
Solanum, ſiue Solatrum 522
Solanum pomiferum 524
Solanum Halicacabum ibid.
Solanum ſomniferum ibid.
Solanum manicum 523
Solanum arboreſcens ibid.
Soldanella ibid.
Soldanella affinis Conuoluulus ibid.
Solea equina 155
Soleæ equinæ affinis herba ibid.
Soldanella montana 281
Sonchus Veteribus & in genere 316
Sonchus cæruleus latifolius ibid.
Sonchi variæ aliæ ſpecies & differentiæ 316 317.
Sorbus ibid.
Sorbus aucuparia 2
terminalis ibid.
alpina ibid.
Serghi 176
Sparganium 198
Spartium eiuſque variæ ſpecies & differentiæ 86
Spatula fœtida 244
Spelta 174
Spergula, Aſpergula 549
Sphæra marina 570
Spina lutea 353
Spina bourgi Monſpelienſium 42
Spinachia 303
Spiræa Theophraſti 44
Spondilium ſiue ſpondylium 402
Spongiæ Velares & alia 579
Spongia Infundibulum imitata 579
Spongia ramoſa ibid.
Spongia lapis ibid.
Sponſa Solis 559
Squamaria 285
Stacte 74
Staphyſagria 518
Staphylodendron 18
Stella leguminoſa Cortuſi 156
Stœbe & Phlœos 344
Stœchas ſiue Stichas 414
Stœchadis variæ ſpecies ibid. & 425.
Stœchas citrina Germanica 369
Stœchadis citrinæ variæ aliæ ſpecies & differentiæ 369.370
Stramonia, Pomum ſpinoſum 523
Struthium 447
Strychnodendros 523
Styrax 74
Styrax arbor & lachryma 609.73
Suber 604.57
Suberiquercus ibid.
Succinum ſiue Electrum 74
Succiſa 338
Sycomorus 8
Ægyptia ibid.
Cypria ibid.
Symphonia Plinij 303
Symphytum maius 318
Symphytum tuberoſum ibid.
Symphytum maculoſum ibid.
Symphytum petræum 475
Syringa 63
T
Tabacum, Tabacum maius 525
Tabacum minus 527
Tabaxir Garcia 607.67
Tacamahaca 74
Tamarix ſiue Myrica 610.75
Tamarindi 60
Tamarindorum arbor ibid.
Tanacetum 365. & 366
Tagetes 338
Tarchon 368
Tartonraire Monſpelienſium 47
Tarula 525
Taxocoquamoclis 83
Taxus 69
Teda ibid.
Telephium Scorpioides 284
Tembul Æthiopibus 33
Terebinthus 19
Terebinthus Indica ibid.
Terracrepola 317
Terra merita 245
Tetranguria 133
Teucrium 419
Teucrium Bœticum & Creticum 419
Tertionaria 475
Thapſia 388
Thapſiæ ſpecies aliæ 606
Thapſia Carotæ facie 405
Thaliſtrum ſiue Thalictrum 489
Thalictrum ſpecioſiſſimum ibid.
Thalictrum maius & minus ibid.
Thlaſpi Veteribus & in genere 290
Thlaſpios variæ aliæ ſpecies & differentiæ 291. & ſeq.
Thlaſpi Creticum 291
Thlaſpi capſulis hirſutis ibid.
Thora 530
Thuima 260
Thuia Theophraſti 73
Thus 73. 74
Thuris folium cucullatum 7:
Thymbra 423
Thymelæa 46. & 47
Thymus vel Thymum 421
Thymus repens 422
Tilia 59
Tipha vel Typha 198
Tithymalus Veteribus & in genere 531
Tithymalus Helioſcopius 533
Tithymalus verrucoſus 534
Tithymalus paralius 534
Tithymalus aphyllos 533
Tithymali ſpecies variæ 533. & ſeq.
Tocotgebis 74
Tota bona 433
Toxicum 530
Tragacantha 611. 87
Tragacantha 2. Poterium forsè 88
Tragopogon in genere 331
Trachelium in genere 265
Trachelii variæ ſpecies 265
Tragium 457
Tragium alterum Dioſcoridis 415
Tragoriganum 421
Tragopogonis variæ ſpecies 331
Tragus Veterum 87
Traſi 195
Tribulus aquaticus 562
Tribulus terreſtris 355
Trichomanes 556
Trichomanes aquaticum 563
Tridactylus, Tridactylites 559
Trifolium in genere 159
Trifolium acidum 168
Trifolium fruticans 80
Trifolium album 160
Trifolium argentatum 159
Trifolium Hepaticum 164
Trifolium Hepaticum flore pleno 165
Trifolium Hep. flore ſimplici 164
Trifolium peltatum Creticum ibid.
Trifolium veſicarium 163
Trifolium frutex 81
Trifolium Halicacabum 160
Trifolium odoratum 158
Trifolium Aſphaltites 160
Trifolium Americanum ibid.
Trifoliis affine quadrifolium 165
Trifolium aculeatum Creticum 164
Trifolium pratenſe & variæ aliæ Trifolii ſpecies 161.163.164
Tripolium Veteribus & in genere 333
Tripolium minus ibid.
Triticum 173
Triticum cinericeum ibid.
Triticum vaccinum 477
Triticum Peruuianum 174
Triticum racemoſum 173
Triticum Turcicum 174
Tſinaus 116
Tuber Ceruinum 591
Tubera ibid.
Tuberaria noſtras 99
Tubuli marini 573
Tulipa Veteribus & in genere 228
Tulipa præcox rubra ibid.
Tulipa præcox flaua ibid.
Tulipæ variæ aliæ ſpecies 229. & ſequ.
Turbith Garganicum 388
Turritis 271
Turpethum, Turbith 535
Tuſſilago 313
Tuſſilago alpina minor ibid.
Tuſſilago alpina folio Doronici 340
V
Vaccaria 448
Vaccinia paluſtris 41
Valde bona 387
Veratrum 517
Valeriana Veteribus & in genere 410.
Valeriana bulboſa 411.
Valeriana tuberoſa ibid.
Valeriana Græca 412

Valerianæ variæ aliæ ſpecies & differentia 410.& ſequ.
Verbaſcum vulgare 493
Verbaſcum anguſtifolium 493
Verbaſcum maximum 493
Verbaſci variæ ſpecies aliæ 494.495
Verbena, Verbenaca 477
Verbena ſupina 477
Verbena Peruana nodiflora 478
Verbeſina 334
Veronica 425
Veronica ſpicata 426
Veronica variæ aliæ ſpecies 426.& ſeq.
Verrucaria 521
Veſicaria marina 580
Vbebehaſou Theueti 6
Viburnum 44
Vicia 146
Vicia vulgaris 147
Vicia Sepium perennis 147
Vicia ſylueſtris eiuſq; variæ ſpecies 147.
Vinca peruinca 118
Vincetoxicum 319
Viola Veteribus & in genere 509
Viola Martia variæ ſpecies 509
Viola Mariana 267
Virga paſtoris vulgaris 352
Virga aurea 332
Virga aurea variæ ſpecies & differentia 335.
Virga ſanguinea 14
Viſcus & Viſcum 57
Viſnaga 336
Viſnaga minor 396
Vitis vinifera 111
Vitis alba 120
nigra 120
Vitis folio Apii 111
Vitis Corinthiaca, ſiue Apyrina 112
Vitis ſylueſtris, Labruſca 111
Vitis Idæa 40
anguloſa 40
ſemper virens 40
Viti Idææ affinis Planta 41
Vlmaria 489
Vlmus 59
Vlmi excremento ſimilis Fructus 60
Vlua 569
Vmbellifera Alſatica 393
Vmbilicus Veneris 537
Vmbilicus marinus 578
Vnifolium 506
Voluulus terreſtris 122
Vrtica vulgaris, & in genere 478
Vrtica Romana ſiue mas 478
Vrtica iners 435
Vſnea 559
Vſtilago 175
Vſub 74
Vua criſpa 52
Vua Quercina 5…
Vua marina 87
Vuluaria 307
Vulneraria ruſtica 367
Vua monſtroſa barbata 11…

X

Xanthium 514
Xeranthemum 341.342
Xyloaloes 35…
Xylobalſamum 24…
Xylon herbaceum 25…
Xylon arboreum 25…
Xylon Braſilianum 26…
Xyloſteum 114
Xyris 244

Z

Zambach ſeu Sambach 112
Zarnabum 66
Zatarendi Herba 416
Zea, ſiue Spelta 174
Zea Verna 174
Zea ſimplex & monococcos 174
Zedoaria 24…
Zerumbeth 24…
Zingi 36
Zinziber 246
Zizyphus 5…
Zizyphus Cappadocica 4…
Zucha 13…
Zygis Dioſcoridis 422

ELENCHI LATINI FINIS.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΩΝ

OMNIVM EORVM QVÆ IN SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM APPENDICE CONTINENTVR

INDEX.

A

Abelicea 599
Abies fœmina 608
Abrotonum 655
Abſinthium 634
Acacia 612
Acacia Dioſcoridis quibuſdam 612
Acamba lenca 631
Acanthus verus 639
Achillea 633
Aconitum 655
Acorus vel Acorum 623
Adaieo 659
Adianthum 637
Ægilops 621
Æraria 612
Æthiopis 642
Agallochum 598
Agaricus 608
Ageratum 633
Agnacat 595
Agrifolium, Aquifolium 605
Agrimonia 619
Agroſtillars 610
Agnus Scythica, Borometz 598
Agnus caſtus 607
Alchimilla 619
Alga, Fucus, Bryon 659
Alga tinctoria Vitrariorum 658
Aliſma ſiue Damaſonium 619
Alnus 606
Alce 656
Alnus nigra baccifera 601
Alſine 643
Alſine fœtens 650
Althæa, Ibiſcus 623
Amara dulcis 624
Amaracus 640
Ambarum 609
Amblatum 614
Ambroſia 615
Ammi 636
Ammoniacum 636
Amurca 601
Amygdalus 596
Amygdalo-Perſicum 596
Amyrberis Serapionis 602
Anacampſeros 656
Anagallis 642
Anagyris 610
Anchuſa 653
Ancoraria 644
Androſæmum 651
Anemone 643
Anethum 636
Anguria 618
Angelina 600
Aniſum 637
Anonis 619
Anthyllis 647
Anthriſcus 6 7
Aparine 657
Aphaca ſiue Vicia 617
Aphyllon Indicum 600
Apium ſiue Selinum 638
Aquifolium, Agrifolium 605
Arachidna & Aracos 641
Aracus fabaceus 618
Arbor Abrabo 607
Arbores fariniferæ 599
Arbores maximæ altitudinis & craſſitudinis 599
Arbor Finium regundorum 604
Arbor Iudæ, Cercis 613
Arbor Metroſideros Scaligeri 599
Arbor ambulantibus folijs 599
Arbores venenatæ 599
Arbor Venerem extinguens 599
Arbor Muſcarum ſplendentium 599
Arbor Boli ſiue Serſalo 594
Arbor Cydonia Bengalenſium 594
Arbor violarum 594
Arbor Tsanche Ibidem
Arbor Champe Ibidem
Arbor Raxana dicta, cuius fructus ſubitò ſuffocat 599
Arbor Ambulon, Inſulæ aruchet Ibid.
Arbutus 594
Arction, Perſonata 652
Argemone 650
Ariſtolochia 652
Armoracia 624
Arum 624
Arundo Saccharina 622
Aſa 638
Aſa dulcis 609
Aſarum 652
Aſparagus 657
Aſplenum, Ceterach 657
Aſter Atticus 629
Atractylis 631
Auacari facie Myrti 600
Auena 621
Azubar arbor Indica 594

B

Baaras Flaui Ioſephi 654
Baccharis 619
Balſamum verum 597
Balſami fructus quibuſdam 604
Bangue Cannabi ſimile 644
Barbarea 615
Barba Iouis 611
Barba Capræ 645. 648
Baxana arbor venenata 599
Been albo Off. ſimilis planta 650
Bellis 633
Benzoinum 609
Berberis 602
Beta 626
Betonica 641
Betula 606
Bexugo del Peru 615
Bijorea 651
Bonus Henricus 626
Borometz 598
Borrago 652
Botrys 641
Branca vrſina, Acanthus 630
Braſilium Lignum 598
Brindones, Indorum Fructus 594
Bryon 658
Bryonia 615
Bugloſſum 653
Bubocaſtanum 636
Bulbus 623
Bunium 636
Buna, Bunnu, Bunchus 598
Bupleuron, Bupreſtis 639

C

Caceras 622
Cacoarbor Peruuiana 595
Capa vel Cepe 622
Calamintha 639
Caliba 633
Caliba paluſtris 645. 648
Cannabis, Cannabis ſylueſtris 644
Canoarum nauicularum arbores 600
Capparis 614
Carbaſus Veteribus 645
Cardamomum 615
Cardiaca 642
Cardon 612
Carduus ſatiuus 630
Carduus ſolſtitialis, Leucacantha 632
Carduus benedictus 64
Carduus fullonum 639

Carduus ſtellatus, Calcitrapa 632
Carlina 631
Carpaſus 609
Carpeſia 609
Carus, Carum, Careum 637
Caryophillus 647
Caſsia, Cinamomum 598
Caſsia Perſica 598
Caſsia Mouſpelienſium 598
Caſsia purgatrix 612
Caſsuta ſiue Cuſcuta 640
Caſtanea 604
Caſtaneæ ſpecie fructus peregrini 604
Caſtanea purgatrices 604
Caucalis 637
Cedrus Lycia 609
Ceiba 599
Centaurium minus 642. 646
Cercis 613
Ceterach 657
Chærefolium 637
Chalcites, Chalcoma, Æraria 612
Chamæleon 631
Chamæleuce, Chamæpeuce 645
Chamæciſſus, Hedera terreſtris 649
Chamæpitys 641
Chelidonium maius 645 648
Chelidonium minus 645
Chinef arbor exotica 595
Chome arbor exotica 595
Chondrilla 628
Chryſocome, Chryſitis 634
Cicer, Cicer Arietinum 617
Cichorium 628
Cicuta 639
Cinara 630
Cirſium 630
Ciſtus 613
Cnicus, ſiue Carthamus 632
Coca Indorum 598
Coces Orientales 597
Coccus Radicum 604
Cola fructus 596
Colchicum 623
Colocynthis 616
Colocheiri 632
Colutea 611
Conyza, Baccharis 629
Corchorus, Melochia 616
Coriandrum 637
Cornus 596
Corona Imperialis 623
Coronopus 651
Corruda 657
Cotyledon, Vmbilicus Veneris 656
Cramion & Ceraunium Veterum 661
Crithmum ſiue Chrithmum 639
Crocodylium 631
Cubebæ 612
Cucumis 616
Cucumis ſylueſtris ſiue Aſininus 616
Cucurbita 616
Cuminum 636
Cunila 641
Cupreſſus 609
Cyclamen, Cyclaminus 652
Cynocrambe 626

D

Dens Leonis, Hedypnois 629
Dictamnus vel Dictamnum 640
Dipſacus, Carduus fullonum 638
Dolichus 617
Doricnium 611
Doronicum 630
Draba 625
Dracuntium, Dracunculus 624
Duriones Acoſta 594
Durioa 654

E

Ebulus 600
Echinopus 631
Elatine fœmina 647
Elleborus, Helleborus 654
Euſenda arbor exotica 595
Enula Campana 633
Epithymum 640
Erica vel Erice 610
Erigeron 629
Eryngium 632
Eſculus ſiue Phegus 603
Eſula 655
Euphraſia 648

F

Faba 617. 618
Fagotriticum 627
Fagus 604
Fagus Sepium 606
Far adoreum Veterum 610
Ferula, Narthecium 636
Ficus 594
Ficus Indica 595
Filipendula 623
Fœniculum, Marathrum 635
Fœnum Græcum 618
Fragre Serapionis 615
Fraxinus 606
Fraxinella 646
Fructus Pyriformis Indicus 595
Fucus 658
Fumaria 635
Fungi 635
Fungi Verni, Mouſſerons dicti, odori, eſculenti 659
Fungi magni toti albi ibid.
Fungi lutei magni ibid.
Fungi plures ſimul ibid.
Fungus rugoſus & cauernoſus ibid.
Fungi ſupra lapides & alia prouenientes, mirabiles ibid.
Fungi monſtroſa magnitudinis eſculenti 660
Fungi Laricum maximi, eſculenti ibid.
Fungus aureus Iuglandium, albicans ibid.
Fungi Caſtanearũ, Lacinia dicti ibid.
Fungi Betularum, Prunorum, Salicum & Corilorum, omnes pernicioſi ibid.
Fungi ſupra ligna prouenientes ibid.
Fungi à Sue appellati, pernicioſi ibid.
Fungus lignoſus purpureus ad furfures ibid.
Fungus villoſus arboreus, tinctorius ibid.
Fungi arborei ad Elyſthuia ibid.
Fungi Serpentini dicti, pernicioſi ibid.
Fungorum noxa, Symptomata & remedia ibid.

G

Galla 603
Gallium 657
Galeopſis 642
Geniſta, Rapum Geniſtæ 611
Gentiana 651
Geranium Robertianum 645
Gingidium 637
Gingidij Icon 644
Glans Indica 604
Glandis calyx permagnus 603
Glaucium 643
Glaux Hiſpanica 618
Glycyrrhiza ſylueſtris 618
Gnaphalium 640
Gor arbor 602
Gramen Luzula medium 621
Spartium ſpicatum pungens 621
Aquaticum harundinaceum 621
Pratenſe paniculatum 621
Panicula aurea 622
Cyperoides anguſtifolium 622
Paluſtre pan. ſpecioſa 622
Granadilla 615
Gratiola 649
Guanabane Ouiedi 595

H

Haab Haziz Arabum 661
Halimus quorundam 607. 608
Hedera 614
Hedera terreſtris 649
Hedypnois 629
Helenium, Enula campana 633
Helianthemum vulgare 613
Helleborus 654
Helichryſus 614
Heliotropium 651
Herba maxima 633
Herba Paris 651
Herba vinoſa, Ruta vinacea 641
Herba Caſsiana famem ſitimque retardans 655
Herba Cobobba inebrians 655
Hermodactylus 623
Hieracium 628
Hippophaes, Hippophaeſtum 612
Hinourabe Pruni fructu 596
Hobus vel Hous 596
Holoſteum 651
Hordeum 620
Horminum 641
Hydropiper 658
Hypericum, Aſcyron, Androſæmum 650

I

Iacea, Iacea nigra 630
Iacea tricolor, Flos trinitatis 652
Iberis, Lepidium 625
Ibiſcus 625
Ilex arborea 603
Ilex Coccigera, Coccum 605
Imperatoria 638
Impia Plinij 634
Iſopyron 617
Iuiuba 602
Iuniperus 609

K

Kali geniculatum 656
Kermes 605
Kikion Iona quid fuerit 616

L

Lacca 602

Lactuca 628
Lactuca marina 658
Ladanum Segetum, Aucraria 644
Lampſana 628
Lancea Chriſti 656
Lapathum, Rumex Oxylapathum 626
Lapathum ſanguineum 627
Lata Guinea 595
Larix 608
Laſerpitium 638
Lathyris 655
Laurus 589
Legumen 617
Lens 618
Lentiſcus 597
Leontopetalum 646
Leontopodium 651
Lepidium 625
Leucoma fructu Caſtanea 604
Lichen, Hepatica 657
Lilium 623
Lilium conuallium 651
Lignum Auiſi 599
Lignum Aloes 598
Lignum Sembrane 599
Lignum cotis vices præbens 599
Lignum leuiſſimum 599
Lignum non lignum 636
Linum 615
Lithoſpermum, Milium Solis 643
Lotus 613
Lumbricorum ſemen 634
Lunaria minor 619
Lupinus 617
Lutea Plin j, Reſeda 645
Lychnis 642. 646
Lycoperſicum 654
Lyncoſtis Herba 632

M

Macerone 6,8
Malus Malum 593
Malus Punica 593
Malus Perſica 595
Mala aurea 654
Malus Armeniaca 595
Malum Cydonium 593
Mamay. arbor Indica 596
Man, Manhu 607
Manna granuloſa vel Maſtichina 607
Liquida, Arabum Tereniabin ibid.
Orientalis vel Syriaca 607
Calabrienſis, Brianſonenſis, Ambrunenſis ibid.
Terenìabin, ſiue Mel Cedrinũ ibid.
Manna ſacrarum Literarum an vera fuerit, nec ne ibid.
Manna in genere 607
Mandragoras 6,8
Mangle, Mangin 612
Maria Virginis Chiretica 629
Marrubium 642
Maſtiche 597
Mattabaliſta radix 615
Mechoaca 615
Medica 618
Medium Dioſcoridis 624
Mel aëreum 607
Mel Cedrinum 607
Melanthium, Nigella 635
Melochia 626
Melongena 654
Mentha 619
Mentha corymbifera 633
Mercurialis 626
Meſpilus 593
Meum ſiue Meu 615
Milium 611
Milium Solis 653
Milium Soler ibid.
Melo, Melopepo 616
Molle 600
Moringa 612
Morſus Diaboli 630
Morſus Gallinæ, Alſine 643
Morus 594
Murgo, ſiue Mex Amcettuna 615
Mus Napelli 653
Muſcus 657
Myrica, Tamarice 610
Myrobalani vrentes 596
Myrrha 609
Myrtus 637
Myxus, Myxa, Myxaria 596

N

Napellus 655
Napelli Mus Ibidem
Napus 614
Narcaphton 599
Nardus Indica & Celtica 639
Nautea 610
Nerium Alpinum 613
Nicaragua Pomum 596
Noli me tangere 625
Nummularia 647
Nux Methel 654
Nux Euboica Theophraſti 597
Nux Iuglans 597
Nymphæa 658

O

Ocymum 640
Ocymoides 642
Oenanthe ſiue Filipendula 638
Ogheghe Indica 596
Olea 601
Olea Viſcum Ibidem
Oleaſter 602
Olei flos 601
Ophioglosſum 656
Opo arpaſam 609
Origanum 639
Ornus 607
Oriza 620
Oſtrum vel Heſtum 601
Othonna, Tagetes 632
Ouiſon & Ouiggen Veterum 661
Oxyacantha 602
Oxilapathum 626
Oximyrſine 601

P

Pæonia, Glycyſida 646
Panax Heracleum 638
Papas Peruanorum 595
Papas Americanum, Pycnocomon 654
Paſtinaca ſyluſtris 636
Papauer 647
Perſea arbor 595
Perſicaria, Hydropiper 658
Perſonata 652
Petaſites 652
Phaſeolus, Smilax hortenſis 617
Phegus ſiue Eſculus 603
Phellandrium 639
Phellodrys 603
Philtros 639
Phyllon 616
Phyteuma 647
Piloſella, Auricula muris 629
Pimpinella 638
Pimpinichi arbor lacteſcens 598
Pinei cons facie fructus 608
Pinus 608
Pirus vel Pirum 593
Piſtacia 597
Piſum 617
Plantago 631
Platanus 606
Polygalum 619
Polygonatum 651
Polypodium marinum 658
Poma Diaboli 616
Pomum de Hieriche, Melongena 654
Portulaca 656
Portulaca marina fruticoſa 608
Porus anguinus 619
Potentilla 618
Poterium, Neuras 612
Primula Veris 646
Prunus 596
Prunus Myrobalanus dicta 596
Pſeudo-Myrtus Bellonij 600
Pſeudo-Melanthium 642. 646
Pſyllium 651
Ptarmica 633
Pycnocomon 654
Pyracantha 602
Pyrus, Pyrum 593

Q

Quercus 603
Quimbaya, radix purgatrix 613

R

Radices purgatiuæ Indicæ 613
Ranunculus flore globoſo 643
Rapum 624
Rapum Geniſta 612
Rhabarbarum, Rhabarbarum Monachorum 626. 627
Raphanus, Armoracia 624
Remedium Cimicum & Pulicum 658
Rhaponticum 627
Rhodia radix 656
Rhus, ſiue Sumach 608
Obſoniorum ibid.
Coriariorum ibid.
Rubens ibid.
Syriacum, Ponticumque ibid.
Roſa, Cynorrhodon 613. 614
Ros Solis 657
Rubus vel Sentis 614
Rumex 626
Ruſcus, Oxymirſine 601
Ruſticorum Hierarum 653
Ruta 635
Ruta vinacea 641

S

Salix latifolia 607
Salvia 641
Samara, Samera, Amara 606
Sambucus. Sambucus herbacea 600
Samolus Plinij quorundam 650
Sampſuchum 640
Sandarachu Arabum 609
Sanicula 655
Santalus adulterina 599
Saponaria Struthium 642. 646
Saponaria Sphærula 597
Satureia 641
Saxifragia 618
Scabioſa 629
Scammonia 615
Scilla 623
Scolymus 630
Scopa regia 625
Scordium, Scorodotis 641
Scrophularia 644
Sebeſten 596
Secale 620
Securidaca 6.9
Sedum minimum 656
Settarugi Arabum 599
Sena 611
Senecio, Erigeron 629
Seris, Intybum 628
Serpyllum 641
Seſamum 625
Seſamoides 654
Seſban Alpini 611
Seſeli, Seſeli Maſſilienſe 636. & ſeq.
Sferra cauallo 619
Siciliana ſiue Ciciliana 647
Sideritis 649
Siler Veterum 607
Siler montanum 6,9
Siliqua 612
Silphium, Laſerpitium, Aſa 638
Siracoſt, Xyracoſt 607
Siſarum, Siſer 638
Siſymbrium, Sophia, Sium, Lauer 625
Sium, Sium umbelliferum 639
Smilax hortenſis 617
Smilax glandifera, ugbeg 603
Smyrnium 617
Solanum 653
Solea equina 619
Sonchus 618
Sophia 625
Sorbus 593
Spagnu Americanorum 628
Spodium 607
Stachys 642
Stelis & Hyphear 603
Stæbe, Phleos 639
Stramonia 654
Struthium 642. 646
Styrax Arbor & Lachryma 609
Styrax rubra 599
Suber 604
Succiſa, Morſus Diaboli 6.9
Sumaco 601
Sycomorus 594
Symphytum magnum 653

T

Tabacum, Nicotiana 654
Tabaxir, Spodium 607
Tacuinubaca 6 0
Tagetes 632
Tamarice 610
Tamoxo 610
Tanacetum 633
Tarchon, Dracunculus hortenſis 634
Tauzarghent radix odorata 509
Telephium 656
Terebinthus 597
Terebinthina Reſina 597
Terſes Africanorum 661
Tetralix 632
Thaliétrum ſiue Thalictrum 645
Thapſia 636
Thlaſpi 625
Thus 609
Thymbra 641
Thymiama, Styrax rubra 599
Thymus 479
Tilia 636
Tithymalus, Eſula 655
Toccon, Herba Bruſiliana 645
Tordylion 637
Toxicum 655
Tragacantha 611
Tragopogon 629
Troſi 612
Tribulus terreſtris 618
Tribulus aquaticus 638
Tripolium 619
Triticum 620
Triticum ſylueſtre 629
Triticum rigidum polyſtichum 629
Tritico nihil ſertis ius ibid.
Triticum Ital, cæteris præferendū ibid.
Tubera 669
Tuſſilago 653

V

Venenum Pharicum 655
Verbaſcum 659
Vernix 609
Vicia 637
Vinca Peruinca 614
Viola 652
Viola mutronulis 629
Viſcus & Viſcum 603
Viſcus Abietis 608
Vitex 607
Vlmaria, Regina prati 645
Vlmus 606
tria potiſſ. in Vlmo obſeruanda 606
Vmbella in Plantis quid ſit 635
Vmbilicus Veneris 656
Vrtica 649
Vuacriſpa 602

X

Xyracoſt, Syracoſt 607

Y Z

Zedoaria 634
Zizyphus 602
Zinziber 624
Zurumbeth 624

FINIS.

ELENCHVS GERMANICVS

TEVTSCHER REGISTER.

A

Aberlauch 205
Acker klatten 393
Acker knoblauch 202
Adams Oepffel 5
Adonis Röſslin 364
Aborn 61
Frembd Aborn 62
Akeley 485
Alant, Alantwurtz 360
Alberbaum 61
Aloë 541
Alraun 524
Amarellen baum 11
Ambroſien 576
Ammi, Ammei 585
Amomum 227
Ampffer 308
Andorn, Lungenkraut 436
Aniſs, Eniſs 596
Apffelbaum 8
Aron, Aronkraut 258
Aſch, Aſchbaum 62
Aſpen, Aſpenbaum 60
Augendienſt 475

B

Bachſpungen 568
Balſam 14
Balſam Oepffel 1,5
Balſam Weiblin 285
Baldrian 410
Baſilien 419
Batengel 449
Bedum Bonen 78
Baum des lebens 73
Baum wull 25
Baumfarn 558
Bdellium 73
Beer haads lauch 204
Beer Sanickel 491
Beerwurtz, Heilwurtz 383
Benedicten wurtz 174
Berenklaw 3-0
Berg Roſen 101
Bertram 384
Wilder Bertram 3-8
Berg Peterlin 367
Bethonien 432
Beyfuſs 375
Bilſenkraut 526
Binetſch 304
Bingelkraut 307
Bibernel 398
Birbaum 2
Birckenbaum 60
Biſem kraut 590
Bitz wurtz 464
Blaſterloſs 127
Blaw Gilgen 239
Blawe Violen 509
Blaw Eiſenhüttlein 531
Blaw Schwertel 239
Bocksbaart 318
Bocksdorn 87
Bockshorn 167
Bonen 141
Brackendiſtel 554
Brackenhaupt 483
Brandt 575
Braun Leberkraut 557
Braunellen 473
Braunwurtz 471
Bremen 209
Preſilgen holtz 97
Gelb Preſilgenholtz 37
Brun Kreſs 422
Bruſch, Bruſchkraut 44
Bruſtbeerlinbaum 49. 51
Buchbaum 57
Burgelſch 515
Buſch Erbs 144
Burtzel, Burtzel kraut 536

C

Galecutiſcher Pfeffer 197
Gamel ſtro 196
Ganarien Saett 119
Gariamomlin 128
Cardobenedict 551
Capperen 310
Caſſia 89
Cederbaum 25
Celtiſcher Nardus 410
Cepenkraut 5,6
Chamillen, Camamillen 562
China 116
Chriſten R. ſtein 95
Citrenöpffelbaum 4
Coloquint 570
Corallen Mooſs 577
Coriander 595
Creutz wurtz 525
Cypreſs kraut 366
Cypreſſenbaum 375

D

Dattelbaum 36
Dinckel, Speltz 174
Diptam 420
Diſtel 547
Dollkraut 524
Dollwurtz 538
Dort, Lulch 177
Dotterblum 485
Drackenblatt 310
Drackenbaum 31
Dragoncel 368
Dreyfaltigkeit blumen 510
Drey Diſtel 353
Durchwachs 408
Durchwurtz 327
Dyllen, oder Tillen 381

E

Ebenholtz 30
Eberwurtz 352
Egyptiſcher Schlehendorn 92
Egyptiſche Bonen 562
Ehrenpreis 425
Eibenbaum 69
Eichbaum 44
Eichöpffel 55
Einblatt 506. 541
Eiſenkraut 378. 477
Elephanten lauſs 84
Endich, Wegweiß 288.
Endenen 315
Epff, Epffich 396
Stein Epffich 397
Wilder Epffich 397
Waſſer Epffich 397
Erbs 144
Erbſiſen 54
Erd Eichen, Gamanderlin 427. 428
Erdnuſs 149
Erdpin 430
Erdtſcrimmen 84
Erdrauch 387. 378
Erdtbeer, Erdtbeerkraut 179
Erdt Morchel 592
Erlenbaum 60
Erwen 148
Eſchenholtz 309

F

Farb blum 84
Farn, Farnkraut 518
Faulbaum 43
Feigbonen 142
Feigwartzenkraut 484
Feld kreſſen 356
Feldkümmel 381
Fench, Fuchs Schwantz 178
Fenchel 381
Ferberſcharten 543
Fernelkraut 388
Feigenbaum 9
Wilde Feigenbaum 8
Fieberkraut 475
Fichtenbaum 69
Fingerkraut 467
Flachs, Lein 479
Funffblatt 469

G

Galgan 245
Gauſs Fuſs 306
Garten Schaafgarb 306
Garten Scharlach 438
Gauchblum 381. 445
Gauchheyl 454
Geel Blumtz 327
Geel Wederich 386
Geel Waſſer Schwertel 244
Geſülter frembder Hyacinth 206
Geiſs blatt 116
Geiſs Klee 78
Geiſs baart 488
Geiſs Rauten
Gemein Seſel 381
Genſs blum 562
Genſerich 172
Gentian 505
Gerberbaum 44. 46
Gerlen 408
Gerſten 175.
Gifftheyl 530
Gilgen 235
Ginſt, Pfrimmen 82. 84
Glaſs Winde 232
Gold Apffel 525
Goldwurtz 234
Granat baum 8
Gratiola, Gratia Dei 479
Grooſs Holtz 17
Graſs 180
Lieb Graſs 189

Knodengraſs 184
Aaker Stranſsgraſs 181
Klein vveiſs ſtraſsgraſs 182
Groſs Kobs 344
Groſs Miltzkraut 556
Guckguck klee 168
Gulden Rute 532
Guntzel 474
Guter Heinrich 503

H

Haae ſtrang 386
Habern 176
Habervvache 192
Habichs Kraut 319. 320
Haſſerſelbaum 4
Hagenbuſch 60
Hagendorn 62
Harlekraut 263
Hampf 478
Hanenfuſs 465
Harnkraut 415
Hartheuw 455
Haſelbaum 18
Haſelvvurtz 510
Haſenfuſs, katzklee 167
Haſenohrlin 437
Hanfsvvurtz 538
Hederich 233 278 318
Heidelbeer 40
Heiden korn 512
Heidiſch korn 174
Helvvurtz, Ibiſch 501
Helichryſon 369
Hendelkraut 559
Herbſt blumen 525
Hermodatteln 228
Hertzfreude 549
Hertzgeſpan 437
Heyden 73
Heilvvurtz 582
Himbeer 210
Hirſchenzung 557
Hirtzzung 556
Hirſe, Hirtz 176
Hertz klee 334
Hertz vvurtz 587
Holder 43
Bach Holder 34
Berg Holder 43
Holder Schnee ballen 43
Niderer Holder 64
Holvvurtz 512
Hopffen 333
Hornungs blumen 218
Hufflattich 525
Hunds graſs 429
Hundskraut 118
Hunds kürbs 210
Hunds Zung 519
Hunerbis 619
Hyacinthen 205
Hyſop, Yſop 415

I

Ibiſch, Hellvvurtz 502
Ie lenger ie lieber 214
Imber 246
Immer 274
Indianiſch blatt 53
Indianiſch Nagelin 358
Indianiſcher Nardus 409
Indianiſche Nuſs 18
Ingreno, Vvintergrein 218
Iudenbaum 93
Iuden Kirſchen 582

K

Kaalkraut 658
Kolb 502
Kalmus 390. 244
Kampfferkraut 454
Karten diſtel 352

Katz Muntz 413
Korbel kern 403
Keſten baum 58
Kichern 245
Keuſchbaum 63
Kleb kraut 546
Klee, Vviſen klee 259
Klein Erde Nuſs 412. 585
Klein Sennenvvirbel 317
Klein Vvunde 321
Kletten 514
Groſs Kletten 514
Klein Kletten 514
Knabenkraut 347
Knoblauch kraut 281
Knoblauch 308
Kochel kernes 28
Koenigs kron 234
Kolben 308
Mooſs kolben 298
Korn 279
Kornblumen 340
Korfelkraut 393
Kol 269
Blumköl 269
Büchel köl 270
Ruben köl 270
Roter köl 270
Vvilde köl 271
Kornbaum 57
Kranauglin 25
Krauſer Ampffer 311
Kreſs, Garten kreſs 289
Krebs blumen 321
Krentzblum 437
Krotten Graſs 191
Kunigundkraut 517
Kurbs 229
Fleſchen kurbs 229
Köpffel kurbs 231
Kymmel, kymmich 384

L

Lattich 323
Lauch 200
Lauendel 425
Lenlauch 203
Leberkraut 264
Leymuts 52
Lemmert acht 472
Lenatotter 383
Lerchbaum 71
Leuch 381
Leuchel 200
Leuſs kraut 476. 508
Lilien 335
Lemmen 4
Linden 59
Linſen 349
Linſenbaum 81
Linſen unkraut 155
Löffelkraut 297
Lorbeerbaum 31
Lotus 159
Loleh, Dort 297
Lungenkraut 416. 518. 558
Lynen, Vvaldreben 116
Lynkraut 480

M

Magſamen 450
Felde Magſamen 459
Gehornter Magſamen 460
Malvan 419
Mandelbaum 12
Mangolt 303
Manna Graſs 219
Mareillen 33
Marien Röſlin 443
Marien tränen 310
Maſtlichen, Zeitloſen 385
Maſſholderbaum 23
Mauſe ſocke 395
Maus Rampp 553

Mane kraut 302
Meel Beeren 52
Meer Cucumern 130
Meer Fenchel 403
Meer Graſs 569
Meer Hirtz 518
Meer Rettig 274
Meer trauben 87
Meer Vvinde 125
Meer Zvvibel 218
Meiſſen kraut 417
Melonen 133
Merran, Mutterkraut 364
Mauſs Schvväntzlin 501
Mauſsöhrlin 323 449
Meyer 304
Milchkraut 418
Miſtel 52
Mohrenkraut 435
Mohren Kummel 384
Mohren Erten 140
Melten, Milten 305
Monranten 544
Monraute, Monkraut 155
Monvvurtz 385
Monchel 595
Mooſs 558
Fenn Mooſs 559
Geborne Mooſs 559
Meer Mooſs 577
Mooſs von todten kopf 559
Moſes 52
Mottenkraut 455
Mönch boden 258
Mönchs Rhabarbarum 509
Mönchs köpfflin 324
Müntz 613
Muſcat Nuſs 17
Myrobalanen 33
Myrtenbaum 39

N

Nabelkraut 537
Nachtſchatt 522
Nagelkraut 114. 523
Nägelin 36
Nägelin Graſs 112
Nägelblumen 438
Narciſſen Röſslin 214
Nattervvurtz 507
Neſpelbaum 2
Neſſel 478
Taubneſſel 435
Nieſevvurtz 527
Nuſsbaum 37

O

Ochſenzung 518
Oleanderbaum 180
Olbeerenbaum 49
Vvilder Oelbaum 49

P

Pappeln 303
Paradeiſs Holtz 36
Paſtenay 339
Peonien 429
Peſtilentzvvurtz 513
Petrole 396
Pfaffenröhrlin, Pfaffenblat 323
Pfeffer 325
Pfennigkraut 467
Pfenningkraut 455
Pferſingbaum 11
Pferſingkraut 564. 568
Pflaumenbaum 13
Pfrimmen, Graſs 84
Pimpernuſsbaum 18
Poley, Hertz poley 429
Pomerantzenbaum 4
Pfaffenkraut 61

Q

Quendel 423
Vvildſcher Quendel 424

Quittenbaum

R.

Rapuntzel 261
Rauchen 276
Rauten 577
Reben kreſſig 437
Reel Radel 476
Reis 174
Reiſpfentsch 344
Rettig 275
Riede Grauß 198
Rhabarbarum 511
Rhapontick 510
Reinfarn 565
Rhein Weiden 48
Rhuer kraut 570
Rindszung 374
Ringelblumen 358
Ritter Sporen 379
Rocken 173
Römiſch Felleys 283
Rohr 592
Roſen 105
  Feldt Roſen 108
  Wilde Roſen 109
Roſen von Hiericho 128
Roſenwurtz 536
Roſmarin 104
Roß Kummel 583
Ros Solis 519
Roß Schwantz 550
Roß Keſten 58
Rot Steinbrech 407
Rot Gilgen 236
Rote Kapeskraut 270
Rotte, Farber Rotte 546
Ruben 272
  Wild Ruben 272
  Steck Ruben 372

S

[…]ffran 612
[…]lbey 432
  Wild Sulbey 430
  Klein Sulbey 432
[…]mkraut 502
Barbara Kraut 278
Georgen Schwemmen 581
Iohans Brodt 89
Iohans Treubel 212
Iohans Kraut 455
Iacobs blumen 330
Kupreches Kraut 488
[…]nickel 172. 528
[…]ſafras 56
[…]ur y 483
[…]r Ampffer 318
[…]r Duitel 90
[…]-Diſtel 516
[…]roſen 555
[…]mmonia 223
[…]ff Ampffer 512
[…]mkraut 507
[…]lack 435
[…]wtezkraut 525. 541
[…]ſi Metsen 505
[…]krautt 484
[…]lkraut 154
[…]ling 404
[…]ungen kroblauch 201
[…]ungen kraut 259
[…]ngen Zunglin 541
[…]gbaum 44. 46
[…]lauch 200
[…]olblumen 491
[…]n wurtzel 285
[…]ulbenwurtz 119
[…]wurtz Tannenbaum 68
[…]artz Cerunder 378
[…]urtz Winde 121
[…]artz Flockenblum 342
[…]mmig 581

S Georgen Schwemmen 581
Schwartzbrodt 510
Schwertel 219
Scordium 429
Scorpion kraut 404
Seckelkraut 295
Seeblumen 561
Seidelpaſt 44
  Frembd Seidelpaſt 44
Seiffenkraut 447
Senet 81
Seaffkraut 290
Senff 274
Sevenbaum 72
Secundacha 355
Sauwurtz 510
Siegwurtz 203
Silberblumen 281
Sinngrün 63
Sommerlilien 100. 569
Sonnenwirbel 528
Sergſamen 176
Spaniſch Eberwurtz 355
Spaniſch Graſe 186
Spargen 510
Speltz, Dinckel 174
Sperwerbaum 2
Spica Nardi 425
Spindelbaum 62
Springkraut 487. 535
Stabwurtz 376
Stechdorn 50
Stechpalm 57
Steinbrech 594. 556
Steinklee 138
Steinkraut 484
Steinbrant 515
Steinleberkraut 548
Steinlindenbaum 78
Stœchas kraut 414
Stechepffel 525
Storax 73
Storchen Schnabel 486
Strobildorn 349
Suchel kraut 408
Süßholtz 150
Spynkraut 257
Syriſcher Bilſen 526
Syriſch Körbelkraut 395

T

Tabacken 526
Tamariſcken baum 75
Tauchhaber 177
Tauſentguldenkraut 447
Tauſentschœn 304
Terebinthen baum 18
Teuffels abbiß 538
Thannenbaum 68
Todtern 422
Tormentill 871
Tragedeſten 428
Traubenkraut 431
Tulipen 218
Turbith 333
Turckiſch korn 174
Turckiſcher Landtsten 283
Turckiſch kreſſe 395

Y

Venus haar 555
Venus ſtrel 592
Viehkres, Hailfutter 365
Vlmer baum 59
Vnser Frauw Diſtel 348
Vogel Kirſchen 81
Vogels Neſt 357

Vv

Vvalden Graß 392
Vvalden Gilgen 138
Vvaldt Kummel 406
Vvald Ochſenzung 536

Vvild Ochſenzung 517
Vvaldtſchell 269
Vvallen Diſtel 351
Vvalwurtz 518
Vveeſen Kreß 516
Vvelſche Linſen 564. 566
Vvaſſer minck 252
Vvaſſer Nuß 361
Vvaſſer Pfeffer 366
Vvaſſer Paſtinack 414
Vvaſſer Fenchel 401
Vvaſſer Ferrg 276
Vvaſſer Steinbrech 407
Vvaſſer Vvegerich 567
Vvaſſer Viol 566
Vvs bladerbaum 72
Vvegras 435
Vvegdorn 50
Vvegerig 497
  Spitziger Vvegerig 498
Vvegvvart 315
Vveid 188
Vveiden, Vveidenbaum 64. 65
Vveinreb, Vveinſtock 111
Vveirauch 75
Vveiß Schvvertel 241
Vveiß Hornungs blumen 221
Vveiß vvurtz 505
Vveſſer Senf 274
Vvelſch vnſer Diſtel 518
Vvelſch Knoblauch 208
Vvelſch Diſtel 532
Vvelſch Hertzkraut 536
Vvelſch Neſſeln 316
Vvelſch Ochſenzung
Vvelſch Pimpernußbaum 18
Vvelſcher Quendel 423
Vvurchen 146
Vviderthod 556 558
Vviderſtein 303
Vvilden Mangolt 508
Vvilde Baſilien 546
Vvilde Burtzel 67
Vvilder Körffel 404
Vvild Lauch 201
Vvilde Muntz 414
Vvilder Knoblauch 202
Vvilder Korbel 393
Vvilder Saffran 387
Vvilder Peterlin 594
Vvild Galgant 394
Vvilde Bonen 340
Vvilder Poley 416
Vvilde Nunnen 372
Vvindkraut 557
Vvindflum 461
Vvintergrein 512. 506
Vviſen vvollen 595
Vvolfsbeer 410. 530. 523. 538.
Vvolfs Milch 534
Vvolfs vvurtz 538
Vvolgemuth 418
Vvulkraut 493
Vvunderbaum 520. 429
Vvundkraut 537
Vvurmkraut 373
Vvyrolen 378
Vvegelrnbeer 323

Y

Yſop, Hyſop 931

Z

Zatſenkraut
Zeitblumen 48
Zeitloſen 562
Zitroſen 43
Zimmet 225
Ziſern 33
Zitter pappel 143
Zuckerrohr 62
Zvvibel, Zebel 594
900

ELENCHVS ITALICVS.

TAVOLA ITALICA.

A

Abeto 68
Abrotano 376
Acacia 92
Aceto, Areſo 65
Achyllea 367
Aconito 539
Aconito per amaſſar Lupi 531
Acoro 244
Aglio de l'Orſi 403
Aglio Saluatico 203
Aglio Porro 208
Agno caſto 63
Agrimonia 370
Albatro 4
Albero armolino 88
Albero de la vita 73
Albero de Dragone 30
Aliga 569
Alſiaria 281
Alno, Alano 60
Alno nera 45
Aloes 542
Amandolano 88
Amarantho 304
Ambroſia 376
Amme, Ammio 385
Anacardo 24
Anagallide aquatica 563
Anagyre 78
Anchoſa 516
Anemone 461
Anetho 381
Angelica 400
Aniſo 396
Anthora 510
Anthyllis 452
Antirrhino 483
Aphaca 246
Apio 396
Apocyno 118
Aquilea 485
Arantio 8
Archangelica 400
Arenaria 550
Argentina 170
Ariſtolochia 510
Armelini 88
Aro 248
Artemiſia 375
Aſaro 510
Aſphodello 221
Aſparago 550
Aſparago Saluatico 550
Aſpleno 516
Aſſenzo 373
Aſſenzo Pontico 374
Aſſenzo de Camaſco 373
Aſtera Attica 325
Atriplice 305
Auena 374
Auornello 78
Azedarac 315

B

Bagolaro 84
Balſamina maggiore 483
Barba di becco 338
Baſilico Saluatico 417
Baſilico 419
Bdellium 73
Bedula 60
Bella Donna 521
Berbenaca 477
Bettonica 431
Bidone 67
Bietola 308
Biſtagna 45
Biſmalua 390
Biſtorta 507
Blattaria 495
Blitto 304
Bombace, Cotone 28
Bonago 168
Borragine 531
Botry 431
Branca orſina 350
Bryonia 210
Braſca 46
Bugloſſa 515. 517
Bugloſſa ſalaatica 517
Borſa paſtori 395
Buxo, Boſſo 37

C

Calcatreppolo 355
Calamintho 416
Calamo aromatico 599
Camomilla 362
Campanula 218
Campanula 163
Canapo 478
Canella 24
Canna de Zucchero 194
Carcioffo 149
Canna 593
Capel Venere 655
Cappare 310
Caprifoglio 311
Cardamomo 118
Cardiaca 437
Cardo 347
Cardo benedetto 351
Cardo Mariano 348
Carduncello maggiore 310
Caribaria 98
Carlina 514
Carlo ſanto 211
Caro 598
Carcha, Carobolo 89
Caſſio 45. 87
Caſtagna 58
Caſtagna di Cauallo 58
Caulifiori 267
Cauolo 269
Cauolo marino 268
Cedro 71
Centaurea maggiore 346
Centaurea minore 349
Cepea 316
Cerfoglio 393
Ceregionana 35
Ceraſtaria 163
Chamæpyti 412
Carociao 46
Chameleone Nero 352
Chameleone bianco 352
Chelidonia maggiore 484
China 116
Chondrilla 517
Cicorgna 145
Cichorea, Tornaſole 315
Ceci 143
Cicuta 404
Cinquefoglio 169
Cipolla 200
Cirſio, Bugloſſa 506
Ciſto 95
Citrini 4
Citrullo 133
Coccole di Leuante 26
Cochlearia 597
Cocomero 134
Cocomero ſaluatico 135
Coda de Cauallo 550
Colchico 225
Col quinthida 111
Colutea 51. 82
Comino 381
Conſolida maggiore 518
Conſecha 338
Conyza, Pulicaria 327
Corallo 576
Corallina 577
Coriandolo 395
Corona di Re 230
Corregiola 555
Cotogaaro 2
Cottone, Bombace 25
Creſcione 583. 406
Creſpino, Criſpino 32
Creſta di gallo 576
Crociata 549
Cupreſſo 71
Cuſcuta 682
Cypero 104

D

Dauco 589
Dentaria 281
Dittamo 420
Draba 205
Dragoncello 568
Dulcamara 284

E

Ebano 80
Ebulo 41
Eghiſo
Elatine 45
Elleboro 52
Edera 31
Enula 30
Erica
Erica marina 57

Erg

Eruo 148
Eryngio 334
Etiope 435
Eufragia 475

F

Faba graſſa 537
Fagio 57
Fagiuolo 136
Farfara 313
Farnia 53
Faua 141
Faua d'Egitto 362
Fauoſcello 483
Felce 515
Fiengreco 167
Finocchio 381
Ferula 490
Ferola 388
Fico 9
Filipendula 407
Finocchio marino 408
Finocchiello 383
Fior Campeſi 340
Fior ò ogni Meſe 358
Fior di Adone 364
Fior di Primauera 491
Folio Indiano 34
Fonghi 581
Formento 171
Fragaria, Fragola 169
Fraxino 61
Fraſſinella 490
Fritularia 234
Fromentone 362
Fumaria 377
Fuſano, Fuſaro 62

G

Galanga 245
Galla 35
Gallinella 449
Gantelle 365
Garofano 32
Garofano Indiano 358
Garofili 438
Garyophyllata 270
Gattaria 413
Garanza 135
Gelſemino 213
Gentiana 503
Geranio 486
Ginepro 72
Ginestra 83
Ginocchietti 503
Ginggiolo 58
Giraſole 581. 527
Gichone 415
Gladiolo 230
Glaux 132. 458
Gnaphalio 370
Gramigna 180. 185
Gramigna ſpinoſa 188
Granataro 3
Gran del graſpo 171
Grano Indiano 172
Grattola 475
Guado 248
Guaiaco 38

H

Hedera 115
Hedyſaro 133
Hedypnoide 323
Helichryſo 369
Hepatica 164. 165
Herba de la marauiglia 303
Herba Gialla 367
Herba da la Rotta 368
Herba infarinata 303
Hieracio 319
Holoſteo 499
Hormino 433
Hyacintho 203
Hyſſopo 422

I

Iacea 310
Ialapa 120
Iberide 282. 296
Imperatoria 399
Inceſo 73
Iride 219
Ixina 279
Iſchio 34
Iuſquiamo 523

K L

Lacca, Lacheſa 58
Lattuca 313
Lampſana 318
Lantana 44
Lapatho, Rhombice 308
Lappola maggiore 314
Lappola minore 514
Larice 72
Laseri 533
Lattuca 313
Latte di gallina 219
Lattucella, Soncho 316
Lauaneſe, Lauamani 152
Lauro 31
Lauro di Trabiſonda 31
Lecino 57
Legne 35
Legno Verzino 37
Lentiſco 23
Lente di Palude 366
Lenticchia 149
Leon di Capo Maſchio
Leuanda 435
Lebanotide 386. 387
Lichen 557
Liglio 235
Liguſtro 41
Limeas 4
Limonio 508
Linaria 480
Lingua ceruina 557
Lingua di cane 319
Lingua ſerpentina 341
Lino 479
Lithoſpermo 518
Lupino 542
Loglio 578
Lombrina 342
Lonchitide 356
Loto domeſtico 137
Lunaria del graſolo 544
Lupolo 121
Lycio 35
Lychnide coronaria 443
Lycopſis 516
Lyſimachia 286

M

Macerone 599
Madrepera 374
Maiorana 419
Malabathro 34
Malua 298
Malua maggiore 299
Maluauiſco 301
Mandragora 524
Manta de noſtra Signora 239
Marauiglia de Peru 268
Margarito 361
Marobio 436
Matricaria 364
Mazza Sorda 298
Mechoacan 120
Medica 165
Melampyro 477
Melanthio 398
Meliſſa 417
Meliloto 258
Mellone 233
Mentha 413
Mentha ſyluatica 414
Meo 383
Mercorella 307
Miglio 174
Miglio indiano piu gentile 174
Mille Foglio 366
Mille foglio aquatico 565
Millegrana 455
Moly 204
Morſo di Ranola 338
Muſco 56
Moſco 39
Mortellina 374
Myrrhide 303
Myrtillo 40
Myrto 39

N

Napello 531
Napo ſylueſtro 272
Narciſſo 214
Nardo Celtico 410
Naſturtio 289
Nauone & Napo 272
Noce ollero 17
Noce della terra 340
Noce d'Inde 18
Noce Moſcada 17
Noli me tangere 387
Nucinolaro 28
Nymphea 361

O

Occhio de bue 364
Oleandro 120
Olmella 45
Olmaſtro 49
Oliuo domeſtico 49
Olmo 59
Orecchia di topo 449
Origano 418
Orobanche 357
Ortica 478
Orzo 373

P

Paliuro 51
Palma 26
Palma di Nettuno 374
Palmata 354
Panace Aſclepio 381
Panizo 178
Pan porcino 310
Papauero 439
Papauero cornuto 660
Papauero ſyluatico 459
Pao della Culebra 123
Parietaria 307
Paſtinaca 390
Pede di Gallo 306
Pedochi di cane 393
Pepe 125. 126
Peſce montani 46
Pepe aquatico 564
Pepe d'India 294
Popolo 60
Popolo bianco 61
Popolo montano 61
Perfogliata 408
Periaro 16
Pero 2
Perſicaria 564
Perſica 22
Pettine de Venere 393
Peruinca 118
Petaſito 513
Petroſelio 596
Petroſello ſaluatico 334
Peucedano 386
Pezzo 98
Pianta maſſima 369

TAVOLA.

Pie de Lepre 363
Pie de Leone 370
Pietra Marela 362
Pignuoli de Maſare 22
Pibeſella 372. 343
Pimpinella 398
Pino 60
Piperella 396
Piſelli maiori 144
Pſillio 503
Piſo 144
Piſo foreſtiero 146
Piſtachio ſaluatico 18
Piſtachio albero 19
Plantagine 497
Plantagine aquatica 567
Platano 62
Polygino femina 532
Polypodio 558
Polytricho 556
Pomi d'Adamo 5
Pomi d'oro 525
Pommaro 5
Porro, praſo 300
Potamogeto 562
Porro ſyluatico 302
Praſo, porro 300
Prunella 471
Ptarmica 308
Pulegio 419
Pulmonaria 510
Purmonaria 558
Pulſatella 464
Porcellana 516
Pyretro 384

Q

Quercus 56
Quercinola 427
Quinque foglio maggiore 507

R

Radicula 387
Ranunculo 465
Rapa 272
Raphano, Radice 273
Rapunculo 263
Regolitia 150
Remoracia 273. 274
Rapporo ſaluatico 305
Rhabarbaro 321
Rhamno 59
Rhapontico 310
Rhodia radice 536
Ris 572
Romero 304
Roſa marina 371
Roſe 105
Roſa de Hiericho 328
Rovo 109
Rovo Ideo 110
Rovo ceruino 111
Rubeola 433
Rubbia, Robbia 546
Ruchetta, Rucula 277
Ruta 377

S

Sabina 72
Saetta 567
Saffrano Sarraceneſco 354
Saſſafras 36
Salice 63. 64
Saluia 432
Saluia minore 432
Sanpuche 44
Sambuco 83
Sanguine 34
Santolina 366
Sarſa parilla 215
Satyrio 354
Satureggia 422
Saxifragia 544
Scabioſa 335
Scammonia 525
Sceiria 433
Scilla, Squilla 518
Scordium 429
Scorzonera 234
Scrophularia 471
Securidaca 353
Segola
Semperuiuo 518
Sena 51
Senapo 274
Serapbio 382
Serpentina 319
Serpillo 423
Seretta 341
Seſamo 224
Seſili Maſſilienſe 385
Senevzina, Dureſſa 281
Sferra cauallo 213
Siler montano 406
Seruggio 14
Siſaro 403
Siſymbro 415
Smyrnio 399
Solatro 322
Sorbo albero 84
Sorbolaro 8
Sorghi 274
Soſinaro 22
Songho, Lattucella 316
Sparganio 398
Spellacroſa 325
Spelta 274
Spergula 349
Sperone di Caualiere 379
Speranella 546
Spico Nardo 408
Spina bianca 531
Spinacchia 309
Spino ceruino 40
Spugo 425
Squilla, Scilla 318
Squinanthe 396
Stecha, Stechade 424
Stechade 369. 370
Storace 73
Sabro 57
Syringa 63

T

Tabaro 526
Tamarigo 75
Tamarindi 90
Tanaceto 365
Tartuffi 391
Taſſo 69
Terriola 332
Teſticulo di cane 247
Terebintho 19
Teucrium 429
Thapſia 405
Thlaſpi 289
Thymelea 46. 47
Thymo 421
Tithymale 532
Tiglia 59
Tormentilla 169
Tornaſole, Cicherea 515
Torrute 270
Tragacantha 87
Tragorigano 618
Tripolio 533
Tribolo aquatico 562
Tribolo terreſtre 156
Trifoglio 159
Tulipa 328. 329. 330

V

Valeriana 610
Verbaſco 403
Veronica 415
Velucchio maggiore 321
Velucchio minore 323
Velucchio Pereſtiero 324
Vnetaſſo 319
Viola 279
Viola bianca 313
Viola mammola 509
Virga aurea 332
Vitchia 57
Vita bianca 310
Vitalba 316
Viſo 111
Vitice 63
Vlmaria 429
Vmbelico di Venere 537
Vſtilagine 375
Vuetta roſſa 319

Z

Zaffarano 324
Zedoaria 247
Zenzioro 546
Zucca 329
Zuccho marina 339

ELENCHVS GALLICVS.

TABLE FRANCOISE.

A

Abel 73
Abricots 11
Abricottier 11
Abſynthe 573
Abutilon 302
Acacia 92
Acarne 315
Achainada des Indes 272
Ache 396
Ache ſauuage 397
Ache d'eau 404
Achillea 367
Acinus 421
Aconit 510
Ageratum 347
Ages 160
Agnus caſtus 63
Agrimoine 172
Agripaulme 437
Ail, Aulx 202
Ail Poureau 202
Ail ſauuage 202
Aiſe la 40
Ail d'Ours 203
Alcyonium, Eſcume de mer 279
Alipum 533
Aloë 318
Aloë aquatique 367
Aleine 373
Amalanchier 5
Amandier 12
Ambroſie 3 6
Ammi, Ammey 385
Amomum 318
Amourettes 184
Ananas 357. 316
Ancholie 435
Androſaces 418
Aneth 382
Anemones 461. 462
Angelina 48
Angelique 400
Angure de Lin 412
Anier 2
Anis 396
Anis des Indes 56
Anthore 530
Anthyllis 452
Antriſcus 402. 391
Arbouſier 4
Arbre du raiſin 18
Arbre des Piſtaches 19
Arbre du Guaiac 37
Arbre triſte d'Acoſta 38
Arbre qui ne peut ſouffrir qu'on le touche 38
Arbre de vie 73
Arbre du Coral 90
Arbres portans des Canards 580
Arbre appellé Mambu 67
Arbre du dragon 30
Arbre viuante 32
Arbre triſte de l'Eſcluſe 38
Arbre ſans feuilles 48
Arbriſſeau terrible 48
Areca 29
Argentine 270
Argentine, Thalictrum 489
Arnolle 375
Arnabo 66
Arreſte bœuf 168
Arroches 305
Arroches ſauuages 505
Artichaut 349
Aſperge 370
Aſperge ſauuage 530
Aſphodel 281
Aſpic 425
Aſpic d'outre Mer 409
Atractylis 553
Aux eſpeſches 21
Aubean, Aubel 61
Aubifoin 349
Auet 68
Aneneson, Auoine ſauuage 177
Aulbours 78
Aulne 69
Aulne 162
Aulne noir 45
Auoine 270
Autos Auronne 376

B

Raguenaudes 522
Baguenaudes ſauuages 224
Baguenaudier 18
Baguenaudier 81
Balſamina 285
Bamia 501
Barbe de Iupiter 83
Barbe de bouc 331
Barbe de Cheure 489 488
Barbué 378
Barbotine 371
Baſilic 419
Baſilic ſauuage 416
Baſilla 408
Batatas, plante des Indes 259
Baume 24
Bdellium 73
Bella Dona 513
Bec de Grue 486
Bei Indic 51
Berd 295
Berle 281
Berle 404
Berle 568
Bete. Reparée 506
Betoine 431
Biffettes, *ſorte de Champignon* 582
Biſtorte 507
Blanc d'eau 561
Blanche purain, Halimus 67
Blancole, Bloet 340
Blé noir, Blé de vache 477
Bla qui trucho 173
Bled barbu 276
Blé locar 174
Blé de Turquie 174
Blé Sarraſin 174
Blé Sarraſin 312
Blette 304
Bois d'Aloes 35
Bois de Breſil 37
Bois contre la grauelle 37
Bois puant 78
Bon homme 493
Bonnet de Prebſtre 63
Bonnes Dames 305
Borrache 515
Bouillon blanc 493
Bouis 37
Boule, Bouleau 62
Bourgeſpine 42
Bourſe de paſteur 293
Branche vrſine 350
Bruſc 46
Bruſtrana 379
Bruyere 72
Bruye amarine 576
Bugloſſe 59
Bugloſſe ſauuage 317
Buino des Arabes 29
Bixa d'Ouiedus 74

C

Cabaret 510
Calif ou Ban d'Alpinus 66
Calamenth 416
Calamus aromatique 179
Cameline 282
Camomille 362
Campanes blanches 214
Campanes iaunes 214
Campanettes 222
Canelle 54
Canne 393
Canne à ſucere 394
Capres, Caprier 110
Cardamomum 228
Carline 354
Carlina 313
Carouges, Carnouge 59
Carpeſium 612
Caſſe 38
Cedre, Cedre du Liban 72
Centaurée petite 447
Cepea 536
Cerfeuil 393
Ceriſier 14
Cerinthe 510
Cerrus, Cerris 55
Ceterach 556
Chamæleon blanc 352
Champignon 581
Chanterelles, *ſorte de Champignon* 582
Chanure ſauuage 478
Chaoure, Chencue 478
Chardon 347
Chardon à cent teſtes 354
Chardon des Indes 357
Chardon eſtranger 338
Chardon benit 351
Chardonnerette 356
Chardon à carder 352
Chardon de noſtre Dame 348
Charme 60
Chaſtaignier 38
Chaſtaigne de cheual 38

TABLE.

Chaſtaigne d'eau 562
Chauſſetrappe 355
Cheſon 54
Cheſne de mer 575
Cheueux de Venus 555
Cheurefeuille 213
Chine 316
Chiches de montagne, Aſtragalus 251
Choux 269
Choux fleurs 269
Chou rouge 270
Chou cabu rouge 270
Chou raue 270
Choux de mer 323
Chou ſauuage 278
Chou à feuille deſchiquetée 271
Churles 219
Chryſanthemum 559. 360
Chryſogonum de Dioſcoride 496
Ciboule 200
Cichorée 315
Cicutaire 593
Cigue, Cocue 404
Cirſion 346. 347
Citron 423
Citronnier 4
Clou de Giroſſe 32
Cneorum 47
Coccigria 57
Cocque de Leuant 26
Coignier 2. 14
Coleuure, Colubrine 220
Columbettes, *ſorte de Champignon* 582
Concombres 254
Concombre marin 230
Concombre ſauuage 255
Conſyre moyenne 474
Conſyre grande 518
Coquelourdes 233
Coquilles où ſe trouuent des Canards 380
Coral, Arbre du Coral 90
Coral de pluſieurs ſortes 572. 573
Coralline 577
Coriandre 395
Coris 475
Cornier 2
Corne de Cerf 300
Cormier 14
Cornillier 14
Cornaillier ſauuage 14
Correggiole 453. 454
Coſtus 246
Cotton 25
Cotyledon aquatique 565
Coudrier 18
Coullon de chien 147
Courges 229. 230
Couronne Imperiale 259
Couſines 40
Couſines des marais 42
Crapaudine 191
Cremenes 578
Creſſon 282. 289
Creſſon alenois 289
Creſte de Coq 476
Crithmum 408
Croiſée 549
Culrage 564
Cumin 584
Cumin large 585
Curcuma 345
Cypres 566
Cytiſe 78. 79

D

Daburi des Ameriquains 86
Damaſonium 502
Dattier 96
Delphinium des Anciens 380
Dent de chien 281
Dentaria 285
Dictam 420
Dorgries 267
Dompte-venin 319
Dorychnium 83
Dorycnium 83 87
Doulce-amere 314
Dragée aux cheuaux 322
Drue 295

E

Ebene noir 30
Echinopus 88
Elatine 452
Encens 73
Endiue 315
Epimedium 545
Epimetrum 545
Epipactis 529
Epipetron 545
Erable 61
Ers 143
Eſcheruis 401
Eſclaire petite 484
Eſclaire grande 484
Eſcueil 55
Eſcume ſalée qui s'attache aux roſeaux 575
Eſglantier 109
Eſguillettes 186
Eſpargoutte petite 325
Eſpeaute 174
Eſpi d'eau 562
Eſpine vinette 56
Eſpine de bouc 87
Eſpine blanche 351
Eſpinars 303
Eſpurge 513
Eſtrangle loup 551
Ethiopide 335
Eufraiſe 475
Eupatoire 272
Eupatoire baſtard 319

F

Faſeoles 336
Fau 57
Faurentes 385
Fauſel 29
Febues 141
Fenouil 381
Fenouil marin 408
Fenugrec 162
Fer de cheual 155
Ferule 388
Feue d'Egypte 561
Feuille des Indes 54
Figue d'Inde 30
Figuier 9
Figuier de Cypre 8
Filipendula 407
Flambe baſtarde 249
Flambe, Flambe blanche 241
Fleur de Cocu 445
Fleur de Romme 558
Fleur d'Adonis 564
Fougiere, Fauchiere 553
Fouteau 57
Fraiſier, Fraiſe 369
Framboiſier 310
Fraxinelle 490
Freſne 62
Fritillaria 234
Froment 178
Froment de Canarie 329
Fumeterre 377
Fuſain 63
Fuſillon 61
Fuſtet 87.

G

Galactites 88
Gale 66
Galega 164
Gallion 372
Gands noſtre Dame 261
Gantelée 263 365 267
Galanga 348
Gath 66
Gatipole 2. 88
Garderobe 366
Garoupe 46
Geneſte 83
Geneure 72
Gingidium 391
Gentienne 503
Geranium 486
Germandrée 427
Geroffle 32
Geſſes, des Geſſes 143
Gingembre 246
Giroſle 401
Gletteron 391. 514. 546
Glaux, Herbe à laict 254
Glays, Glayeul 239
Glayeul puant 244
Gletteron grand 514
Gletteron petit 516
Gommes diuerſes 79
Goutte de lin 423
Grame ou Herbe 180
Graſſette, Repriſe 557
Gratiola 478
Gratteron 546
Gremil 518
Grenadier 1
Grenouillette 463
Grenouillette aquatique 564
Griottes 14
Groiſelier 55
Groiſelliers rouge 148
Guaiacier 91
Guaraguax 260
Guelde 288
Guimauue 191 290
Guy 57

H

Hache royale 325
Hanebane 325
Hanebane de Syrie 326
Helichryſon 269
Hellebore 527
Hepatique 557
Herbe à la Dyſſenterie 379
Herbe de S. Iehan 375
Herbe ou fleur de S. Iaques 319
Herbe d'orge 99
Herbe à Robert 488
Herbe ſans couſture 545
Herbe à la Reine 326
Herbe aux Poulmons 518 558
Herbe à eſternuer 367
Herbe ou Grame 189
Herbe aux perles 518
Herbe aux poux 476 518
Herbe au chat 418
Herbe aux puces 527 504
Herbe aux teigneux 573
Herbe au Charpentier 278
Herbe au Charpentier 473
Herbe à l'eſparuites 319
Herbe aux Crapaux 191
Herbe aux Vaches 408
Herbe de bouc 509
Herbe de la Corneille 45
Herbe de la nuque 265
Herbe à laict, Tithymale 566
Herbe au Turc 466
Herbe de la Tore 336
Herbe aux Mittes 495
Herbe à laict, Glaux 254
Herbe aux Cuilliers 291
Herbe aux aulx 281
Herbe à Cotton 379
Hermodactes 238
Heſperis 289
Heſtre 60
Hieble 63
Hieracium 360. 360
Hippophaes 83
Holoſtium 290
Hormin 434
Houblon 322
Hypecoum 485
Hyſope

[illegible] 423
[illegible] aquatique 568

I

Iacea 342. 343
Iacinthe 205
Iaſeran, ſorte de Champignon 584
Iaune d'eau 561
Iaonette 455
Ieſſemin 112
Iuiubier blanc 49
Iuſquiame 525
Ieuſe & Ionſe 57
If 69
Igname 260
Imperatoire 399
Ionbarbe 538
Iacea & Caſſani 260
Ive muſcate 430
Ive muſquée 431
Iogoline 284
Iuiubes 51

K

Kali 542

L

Lacque 52
Laicteron 317
Laictue 313
Laictue de mer 572
Lampſane 318
Langue de chien 519
Langue de Cerf 557
Lapais 308
Larmes de noſtre Dame 280
Lauande 425
Laureoles 45
Laurier 51
Lentille 149
Lentille d'eau 567
Lentiſque 13
Leucas, Leucographis 418
Leurſche 401
Leucacantha 355
Libanotis 386 389
Liege 57
Lierre 215
Limons 4
Lis 479
Lin ſauuage 46
Linaire, Lin ſauuage 480
Liſeron Liſet 116. 131
Lis rouge, Lis orangé 216
Lis 215
Lis d'eſtang 561
Lonchitis 536
Lotus 157
Lupins 142
Lunaire 545. 544
Lunaria 312. 281
Lycium 53
Lycopſis 516
Lyſimachia, Souci d'eau 284

M

Macero 399
Madrepora 574
Main de gloire 524
Mandragore 524
Maniboc 260
Marguerite 361
Marguerite blrüe 333
Mariolaine 419
Marrube, Marrubin 436
Martagon 237
Marum 418
Maſſes de ionc 298
Mares des Indiens 90
Matricaire 364
Maulue 298
Maulue de iardin 299
Meleagris 234
Me eſa 71
Meliſſe 417
Melilot 158
Melons 133
Menthe 413
Menthe chroaline 414
Menthe aquatique 415
Mercuriale 307
Mercuriale ſauuage 308
Meum, Meu 383
Meurier 8
Meorte 39
Mignotiſe 421
Mil, Millet 306
Millefeuille aquatique 569.
Millefeuille 366
Millegrain 431
Mille pertuis 455
Moluca 417
Morocoulier 16
Morelle 522
Morgellaine 449
Moringa 91
Mors du Diable 336
Mort au chien 225
Moruzine 72
Mouron 452
Mouron violet 483
Mouron aquatique 566
Mouſſe 56
Mouſſe 559
Mouſſe de Mer 577
Mouſtarde 275
Muguet 505
Muguet petit 549. 548
Mutelline blanche 374
Myrobalans 13
Myrte 39

N

Nana 356. 357
Napel 532
Narciſſe 215
Narde 425
Nardus Gaulois 410
Naueau 272
Naueau de Genſte 84
Naueau ſauuage 272
Nauette 273
Negundo, Arbre des Indes 127
Nepion 50
Neſplier 8
Nicotiane 526
Nid d'oiſeau 257
Nielle 378
Nielle des bleds 443
Noiſettes du Peru 20 21
Noix exotiques 20. 21
Noix muſcade 27
Noix des Indes 28
Noix de Gale 55
Noix vomique 25
Nombril de Venus 537
Noyer 37

O

Obier, Opier 43. 61
Oeil de bœuf 528 564
Oeillets 443 418
Oignon 200
Oignon marin. 218
Oleandre 120
Oheice 49
Oliuier ſauuage 49
Onobrychia 153. 154
Onobrychis 458
Onoſma 520
Ophris 506
Orangier 5
Orchanette 516
Oreille de lieure 409
Oreille de ſouris 867. 449
Oreillette 520
Orge 575
Origan 418
Orme 59
Ortie 478
Ortie morte 435
Orvale 433
Orroche 393
Oſeille 311
Oreille franche, ronde &c. 312

P

Pain de Coceu 168
Pain de Pourceau 550
Palais de Lieure 317
Paliure 51
Palmata 254
Palmier 26
Palme de Chriſt 529
Panacea 382
Panet ſauuage 389
Panicaule 354
Panicerre 179
Panix 178
Papier des Anciens 30
Papier du N.l 291
Paille 308
Parelle grande des marais 308
Parietaire 309
Pas d'aſne 513
Paſquette 361
Paſſe-fleurs 464
Paſſetago 396
Paſſeroſes 443
Paſſe-velours 304
Paſtel 288
Paſtenades 390
Pater noſter 243
Patte de Lyon 439
Pauot 459
Pauot ſauuage 459
Pauot cornu 460
Penſée, de la Penſée 519
Pepons 133. 134
Perce-pierre 383. 384
Perceſeuille 408
Perſicaire 564
Perſil 396
Perſil d'eau ibid.
Perſil ſauuage 394
Perſil de Macedoine 397
Perſil grand 399
Perſil d'aſne 393. 404. 405
Peruanche 318
Peſchier 11
Peſſe 65
Pencedane 386
Peuplier 60
Phaſeoles 256
Phaſeoles du Breſil 403
Phyllitre 42
Phyllon 308
Pied d'oiſeau 355
Pied de Lieure 167
Pied de Lion 174
Pied de Veau 258
Pied de Corneille 290
Pied d'Oye 306
Pied d'Alouette 378
Pignons d'Inde 22
Pigne de Venus 392
Piloſella 323. 324. 372
Pilotte de mer 570
Pimpinelle 398
Pimpinelle grande 398
Pimpinelle petite 399
Pin 53. 69
Pin aquatique 552
Piuerne 45
Pinoine 490
Plantain 497
Plantain long 498
Plantain aquatique 367
Plantes & autres choſes diuerſes marines 575. & ſuiu.
Plaſne 62
Poirier. 2

ſſ

Poires d'angoiſſe 8
Pois 164
Poisrameets 144
Pois à bouquets 1.4
Pois ciche 541
Pois 402. 403
Pois de l'Amerique 405
Poirée 1:5
Poiure d'Eſpagne 297
Poluree 296
Pol m 4.1
Polygala, Polygalum 417
Pol.ga oo 353
Polypode 558
Polyctric 516
Pommier 2
Pommier ſans fleurs 2
Pommes d'Adam 5
Pommes de merueilles 135
Pommes d'or 525
Pommes d'amour 525
Porcyres 5
Portaces, Oignonnettes 600
Pach.oue 581
Porreaus pierreux 578
Poule graſſe 437
Poulrot 4 o
Pouliot ſauuage 416
Pourcellains 536
Pourpier 536
Pourreau 203
Pourreau ſauuage 202
Prime-Vere 498
Prunier 22
Putier 86
Pymen, Pyment 431
Pyrèthre 3.4
Pyrôla 505

Q

Queüe de ſouris 506
Q ueüe de cheual 5.0
Quintefeuille 269

R

Racine ſentent le Roſé 538
Racine de S. Helene 245
Raifort 472
Raifort ſauuage 274
Raifort d'eau 287
Raiponcé 281
Rettin de mer 87
Raiſin de Renard 523
Rampon 437
Raué 470
Raue ſauuage 349
Refize 190
Regliſſe 150
Reine des Prés 489
Renoüée 455. 454
Renoüée 552
R.... ee 301
Reparée rouge, iaune &c. 302. 303
Repiiie, Graſſette 537
Rhamne 50
Rhapontick 310
Rheponrtce 344. 345
Rhon & Charge 44
Rhubarbe 311
Rhubarbe des Moines 309
Ris 174
Roccelle 570
Roquette 275
Roſage, Roſagine, Nerium 203
Roſe 107
Roſe canine 95
Roſes de Goeldres 43
Roſe muſquée 107
Roſe maſtue 571
Roſeau 195
R...eau des Indes 247
Roſmarin ſauuage 104
Roſmarin cultiué 104
Ros Solis 359
Roux 44
Rue 377
Rue de muraille 555

S

Saffren baſtard 354
Saffran 224
Seſaf des Syriens 65
Saint Foin 166
Satamonda 47. 48
Saxifrage, Perceipierre 385 384
Santal Citrin 36
Sapin 88
Saponaria 447
Sagette, Langue de ſerpent 367
Sanguinaire 500
Sanicle 518
Santal blanc 36
Santal rouge 37
Sarraſine, Ariſtoloche 511
Sarriette 424
Sauge 432
Sauues blanches 673
Saſſafras 36
Satyrium 254
Satyrium rouge, ou Erythronium 233
Sauge franche 432
Seu gnies 52
Sable & Saulee 64
Saule marine 575
Seeue vie 555
Saxifrage 514
Scammonée 213
Scandix 392
Scat oie 315
Schoenanth 296
Scipoule 218
Scordium 419
Scordone 419
Scorſonera 432
Scrofulaire 471
Seau de Salomon 505
Securidaca 655
S.ge 175
Senegré 367
Scabieuſe 351
Seneſſon 325
Seneue ſauuage 290
Sené 81
Sern oſtain 385
Sermontain 406
Serpentaire 259
Serpolet 423
Seu 43
Sideritis, Tetrait 472
Smyrnium 399
Sicomores 8
Sophera d'Alpinus 81
Sorbier 2
Souchet 193
Soucy 318
Soucy de marais 455
Spergelle 84
Sparganion 198
Spergula 549
Spondilium, Panais ſauuage 406
Squil é 618
Stoechados 369. 370
Stoechedoe 414
Storax 78
Stratiotes des anciens 587
Sureau 45

T

Tamarinds 95
Tamariſque 24
Tanaſie 365
Tartontaire 47
Terebinthe 19
Teucr on 419
Targon 368
Texocoquamoclit 83
Terre merite 245
Tertonaria 475
Tetrait, Sideritis 472
Thalictrum 489
Thym 4.1
Tigne, Tigne de Thym 257 840
Tigtre 2 5
Tillet, Tilleu 59
Tithymale 536
Tormentille 172
Torrelle 673. 278
Tourneſol 360
Tourneſol 528
Toute bonne 303
Toute bonne 413. 414
Tragoriganum, groſſe Mariolerue 4.1
Treffle 259
Tremble 63
Tribule terreſtre 256
Triolet 699
Troeſne, Freſſilon 42
Truffes 391
Tuberaria 99
Tue chien 259
Tulipé 218
Tenne 260
Turbit 405

V

Valeriene 418
Velar 273. 278
Verge d'or 332
Verge de Berger 352
Veronique 415
Verrucaire 516
Veruaine 477
Veſſe 246
Veſſeron, Veſſe ſauuage 246
Vigne 222
Violette de Mars 509
Viorne 44
Viſnaga 386
Vit de chien 258
Vlmaria 489
Viey, Vrac 569
Vulneraire 167

Y

Yuroyn 178

Z

Zaterendi 416
Zingi 36

FIN.

ΣΦΑΛΜΑΤΑ TYPOGRAPHICA.

FErè eſt in Fatis vt Primæ Librorum Editiones; ſi ex minuſculis præſertim concinnatæ ſint elementis, mendis ſcateant. Nec id Authoribus verrendum vitio: vt plurimùm enim Operariorum in Typographiis culpâ fit, qui dum diei conſtitutum laborem implêre ſatagunt, & nimis properant & feſtinant. Nec etiam tantùm eſt huius æui vitium: ſuo enim iam ſuper hac re querebatur olim Martialis:

Libri 2. Epigr. 8. *Si qua videbuntur*, inquit, *Chartis tibi*, Lector, *in iſtis*
Siue obſcura nimis, ſiue Latina parum.
Non meus eſt error: nocuit Librarius illis,
Dum properat Verſus annumerare tibi: &c.

Idem igitur cum illo hîc Nos proteſtamur. Interim verò hunc *Syllabum* ſubiicimus, ex quo grauiores lapſus à Nobis inter relegendum obſeruatos reſtituere poterit Lector.

Pagina 4 *linea* Radix *lege* per aluum.
Pag 5 *linea* dem *dele* punctum.
Pagina eadem *linea* rum *lege* floribus.
Pag. eadem *linea* Circangula *lege* Cyſſipioi.
Pag. 6. *linea* ſe. pia *lege* Stirpes.
Pagina eadem *linea* a bori *dele* punctum.
Pag. 8 *linea* SYCMORVS *lege* SYCOMORVS.
Pag. eadem *linea* & *lege* Sycomoris.
Pagina 9. *linea* Olis *lege* penſilibus.
Pag. 10 *linea* Arbuſculam *lege* Indiis.
Pagina 11. *linea* ve la ta *lege* huius.
Pagina 13 *linea* Fœ n ni *lege* Fœm aini.
Pagina 15. *linea* ſter bus *lege* ſteris.
Pagina 17. *linea* mouent *lege* enque.
Pagina 24 *linea* ſto *dele* punctum.
Pagina 27. *linea* in *lege* ſinu.
Pagina 28. *linea* Piæ lie *lege* Piæ lie.
Pag. eadem, *linea* grande, *lege* grande folium Palmæ.
Pagina 30. *linea* Palmæ *lege* Papyraceæ.
Pagina eadem *linea* ſultai *lege* ſulat.
Pag. 31. *linea* ſie *adde* Dicta autem fuit.
Pag. 32. *linea* N gh *lege* Gırſonn.
Pag. 39. *linea* deeſt *lege* dilatationem.
Pag. 40. *linea* permiſtit *adde* recenſere.
Pag. 41. *linea* pinguibus *lege* rugoſum.
Pag. 43. *linea* cum *lege* commuata.
Pag 50. *linea* cum *lege* Rhamnas.
Pag. 54 *linea* quæ *lege* Fuchſianus.
Pag eadem *linea* rus *lege* Halıplœ is.
Pag. 56 *linea* & *lege* ſquammata.
Pag. 58. *linea* ſtetarij *lege* ſeitarij.
Pag 59. *linea* beatui *lege* Materici.
Pagina 61 *linea* Accer *lege* Acer.
Pagina eadem, *linea* um *lege* rum.
Pag. eadem *linea* colopud a *lege* calopodia.
Pagina 62. *linea* Fraxinus *lege* Aſch.
Pag eadem *linea* ponunt *lege* Pœſtiuus.
Pagina 65 *linea* tea *lege* latit.
Pagina 66 *linea* Salicom ſuccum *adde* cum Mercur o in ci tribus.
Pag. 70. *linea* mi uras *lege* partes.
Pag. 71. *linea* dixata *lege* eò quòd.
Pag. 78. *linea* ditas *lege* Helimace.
Pagina eadem, *linea* lotis *lege* oſſicolu
Pag. 85. *linea* eſt *lege* pronotione.
Pagina eadem *linea* cuit *dele* punctum.
Pag. 91. *linea* FRVCTVS *lege* PEREGRINVS ex BENGALA.
Pag. 94. *linea* los *adde* Flora lu
Pag. 95. *linea* meo *lege* Auguſto.
Pag. 96. *linea* nera *lege* obſeruantur.
Pag. eadem, *linea* citur *lege* Robe-
Pag. 99 *linea* la *lege* loſo.
Pag 100 *linea* aum *lege* Monluel.
Pag. 101. *linea* ſulrola *lege* Thymi.
Pagina eadem, *linea* netuat *lege* quàm.
Pag. 102. *linea* menai *lege* alpes.
pag eadem, *linea* tum *lege* rem.
pag. 106. *linea* monte *lege* Calcati.
pag eadem, *linea* tat *lege* Folia illi vociam longa.
pag 107 *linea* Domioi *lege* Dominorum.
pag eadem, in vltimo Titulo lege Cynothodon.
pag. 108 *linea* magientinæ *lege* Eglentinæ
pag eadem *linea* yce *lege* lycei.
pag 110 *linea* arunt *lege* longam baſtam
pag. eadem, *linea* ta *lege* ſenſica
pag. eadem, *linea* Rabua *lege* Frontque.
pag. eadem, *linea* mulcam *lege* patuum.
pag eadem *linea* pillice *lege* pollicen.
pagina eadem *linea* Calenus *lege* Galeaus.
pag eadem *linea* ne *lege* aea.
pag. 111. *linea* FRVTIC. *lege* FRVTICES.
pag. eadem *linea* mar to *lege* merito
pag. eadem *linea* dit *lege* Ne Nos autem,
pag. eadem *linea* Vita *lege* in Palatinatos Pago qui Feidelshaim dicitur anno, anno &c.
pag eadem, *linea* Cbit; cum ſequente *linea* eſt commixta, multaque in iis tranſpoſita.
pag. 112 *linea* P. bei *lege* Trenbel
pag eadem *linea* nos *lege* ſepiens.
pag. eadem, *linea* Rihir *lege* Rauvvolfij.
pag eadem, *linea* ex *lege* Alpino.
pag. eadem, *linea* menaia *lege* mentis.
pag 113. *linea* cent *lege* dicent
pag. eadem, *linea* mur *lege* bimus.
pag. eadem, *linea* gots *lege* Periclymeni.
pag eadem, *linea* meu *lege* Lentiſcini magnitudi.
pag. 114 *linea* cola *lege* folia.
pagina eadem, *linea* purpuraſcentia *lege* angulofas
pag. 116. *linea* Pſeudo china *lege* RADIX.
pag. eadem, *linea* vibiculæ *lege* viticulæ
pag. 118. *linea* & *lege* Peruincam.
pag. eadem *linea* ore *lege* capitioe
pag eadem *linea* amenticentia *lege* amentientes.
pag. 119. *linea* lopulorum *lege* copæorum & linea ſequenti ligenus.
pag. eadem *linea* tia, *dele* vocabulum proximo.
pag. 120. In vltimo Titulo *lege* Bryonia mechoacena nigricans &c.
pagina eadem *linea* & *lege* Simeone.

In hasce ſedecim Paginas ſic multa, abſente Authore, irrepſêre mendæ, quapropter eas ille primo in prælo rurſus ſubiiciendas curabit, vt correctiores habeantur.

Pag. 105. *linea* valea *lege* valde.
Pag. eadem, *linea* rat *lege* vnitam longa.
Pag. 109. *linea* vero *lege* Herpetas.
Pag. 121. *linea* C. *lege* Mechoacanna.
Pag. 122. *linea* liratæ *etiam* tranſpoſitæ ſint lineæ, *legendum* Radix craſſa, lignoſa & nigricans. Coliculi crebri, tenues &c.
pag. eadem *linea* vlii *lege* aliis.
pag. 123. *linea* à *lege* è.
pag. eadem *linea* virum *lege* vitum.
pag. 124 104 col. Titulo *lege* PELTATO
pagina eadem *linea* & *lege* ſarmenta.
pag. 125. *linea* tur *lege* ex.
pag. 127. *linea* amurum *lege* amram.
pagina eadem, *linea* mulis *lege* mali:
pag. 128. *linea* tiam *lege* Andernacus.
pag. eadem, *linea* eadem *lege* columbinum.
pag. 129. *linea* verè *lege* vera.
pag. 130. *linea* Mec *lege* Cucumer.
peg eadem, *linea* ſimiles *lege* præditi.
pag. eadem *linea* co *lege* pomeus.
pag 132 *linea* netui *lege* Cæteros.
pag. 133. *linea* confunderint *lege* confuderint.
pag. 134. *linea* liquorum *lege* Cucumerum.
pagina eadem, *linea* pore *lege* viriſſ.
pag. 135. *linea* correceque *lege* præditi ſunt plano.
pag. eadem, *linea* vulgatium *lege* arte.
pag. eadem, *linea* ſequ, *lege* flexuoſas.
pag. eadem *linea* dum, *hic* & in ſequentibus tranſpoſitæ lineæ.
pag. 140. *linea* ren *lege* ora.
pag. 141. *linea* ſicque *lege* aliarum.
pag. eadem, *linea* decident, *lege* decidentibus ſuccedunt.
pag 142. *linea* eſt *lege* Thermos.
pag. 145. *linea* prima *lege* Lathyrus.
pag. eadem in ſecundo Titulo *lege* FLORE
pag. 147. *linea* at *lege* ficca.
pag. eadem, *linea* riue *lege* riuæ.
pag. eadem *linea* diua *lege* facit.
pag. eadem *linea* rina *lege* rioæ.
pag. 153. *linea* quibus *lege* in quibus.
pag. eadem, *linea* Locis *lege* aſperis &

ſaxoſis: ac in ſeq. lineis lege florens iunio.
pag. 154. linea quotannis lege iterum.
pag. 160. linea Cæterùm lege Trifolio.
pag. eadem linea ſcura lege differentia
pag. 161. linea gracili lege caules.
pag. eadem, linea culis lege cordata,
pag. 171. linea ſigie lege in:airi.
pag. 174. linea Zeopyrum lege Triticum.
pag. eadem, linea minore lege Ind.is.
pag. 175. linea aliud lege accedens,
pag. 178. linea dam lege ? ſciſcitemur.
pag. 179. linea Perenni lege firma
pag. 184. linea ſit lege habitus.
pag. 185. linea res lege vocias.
pag. 199. linea Repetitur lege campeſtribus.
pag. 200. linea vltima lege culis, ad intinctum.
pag. 202. linea proferre lege florem.
pag. 204. linea Caulis lege palmaris.
pag. 212. linea plici lege plici flore luteo.
pag. 216. linea tenuitate lege inocco.
pag. 221. linea rar lege vetnes.
pag. 228. linea minatum lege referendam.
pag. 229. linea bit lege ber Bulons.
pag. 240. linea Non lege tamen.
pag. 249. linea tes lege ſuaueolentes.
pag. 262. linea acuminatus lege acuminatis ſerratiſque:
pag. 271. linea pauot lege damus.
pag. eadem, linea meone lege Sethi.
pag. 273. linea men lege paruum.
pag. 274. tertia Figura inuerſa
pag. 296. linea ſed lege ſed cur ille per H ſcribit.
pag. 297. linea folliſque lege foliiſque.
pag. 300. linea tur lege rigidiaſculus.
pag. 305. linea ram dele punctum.
pag. 311. prima Figura inuerſa.
pag. 314. linea lice lege liue.
pag. eadem linea eadem lege Sculptor.
paginæ 315. linea cultoram lege & melius.
pag. 316. linea acetoriorum lege acetarioſum.
pag. eadem linea inuenitur lege paludoſis.
pag. 318. linea Chondrillæ lege plurimas,
pag. 321. in 4. Titulo lege Hieracij.
pag. 329. in 2. Titulo lege Myconi.

pag. 332. linea malium lege lctuſoc
pag. 337. linea cædacis lege cædois.
pag. 347. linea milis lege memi.
pag. 350. linea nunc lege ſubiubens
pag. eadem linea Plinius lege læae.
pag. 359. linea ſonoraiis lege Turnerus
pag. 375. linea alis lege alus.
pag. 376. linea αἴζρω lege φαιρεσθαι.
pag. 379. linea diantæc lege diaotalę.
pag. 386. linea lanta lege planta.
pag. 388. linea dic lege Officinis.
pag. 392. linea o òd lege quòd
pag. 396. linea ſeſqac lege ſeſqui.
pag. eadem, linea tuctus lege fructus,
pag. 398 in penultimo Titulo lege PIMPINELLA. Et in vltimo SANGVISORBA.
pagina 400. linea tus, lege ventriculi & inteſtinorum.
pag. 403. linea maiora lege omnia.
pag. 405 linea Bulbo lege coniophyllon.
pag. eadem, linea vocat lege lumbricos,
pag. 410. linea ntanæ lege tiaræ.
pag. 413. linea diutius lege dilutiùs.
pag. 415. linea ra lege quadrifidum.
pag. 421. in primo Titulo lege Piſani.
pag. 429. linea vidui lege viduis.
pag. 435. linea vtreque lege vtrumque.
pag. 434. linea tuntur lege multò.
pag. 436. linea pabeſcantibus lege peruiis.
pag. 437. linea & lege in.
pag. 444. linea Flor lege Flori.
pag. 464. linea floris lege Aruerniæ.
pag. eadem linea guillara lege luteæ.
pag. eadem, linea lum lege laptophyllum,
pag. 579. linea lichecuas lege lichenas.
pag. 465. linea mas lege ſingulæ flores.
pag. eadem linea prima lege TENVIFOLIVM.
pag. 465. linea in futurorum lege vt in ca-
pag. eadem linea veſtris lege veſtres,
pag. 466. linea innocentis lege innocenti.
pag. 470. linea pratenſis lege un-
pag. eadem linea vltima lege metatheſi.
pag. 471. linea rem lege tam.
pag. eadem linea caras lege cauus.
pag. eadem linea quemadmodum dele punctum.
pag. 478. linea ante lege ante

pag. 484 linea multum lege multam.
pag. 488. linea eis lege foris.
pag. 490 linea liquis & ſequenti lege paulò maius quàm.
Pag. eadem in tertio Titulo lege FOLIO.
pag. 494 linea b atque lege caulis.
pag. 495. linea per lege delatam.
pag. 502. linea ſa lege hætene.
pag. 508. linea Bretanica lege Βρεττανική.
pag. 510. linea Hydropem lege διουρητικὸν.
pag. 518 linea e t lege Dodonæo.
pag. 523. linea repetitur lege indicio.
pag. 525. linea bus lege purpureis.
pag. 527. linea numeroſæ lege folia quàm.
pag. 533. linea minoribus lege angalto.
pag. 542. linea corbem lege tandem.
pag. 544 linea cedente lege cochleæ
pag. 524. in vltimo Titulo lege MILLEFOLIVM.
pag. 569. ſub linea Quod lege parte.
pag. 572. linea tiles lege talis.
pag. 575. linea aatis lege nati
pag. 576. linea haud dele ,
pag. 577. linea verò lege ſobcinereo.
pag. eadem linea guillara lege Dodonæus.
pag. 579. linea lichernas lege lichænas.
pag. 581. linea er lege ter
pag. 589. linea in lege viocarum.
pag. 605. linea vt lege alnores.
pag. 607. linea Vbi lege ſperandam
pag. 612. linea pars lege Dioſcoride.
pag. 614. linea nat lege nat.
pag. 618. linea Piſi lege ferè
pag. eadem linea Aracus lege Lente.
pag. 620. linea Præter lege ariſtatum.
pag. 628. in vltimo Titulo lege HIERACIVM.
pag. 631. linea anteriaribus lege habeant.
pag. 635. linea vitiliſſimum lege vtiliſſimum.
pag. 641. linea aorem lege Anemones Italicæ tenui foliæ purpureæ.
pag 644 linea inibi lege fuerit.
pag. 645. linea perperam lege perperam.
pag. 647. linea Valle lege valles incolunt.
pag. 654. linea ſententia lege Ægyptiorum
pag. eadem linea rocæ lege craſſioríqꝫ.
pag. 660. linea do lege Zuuder Schoren.

Alia qualiacunque, grauia, leuia, viſa, inuiſa, ſtudióque vel caſu hîc omiſſa,

Excuſata ſuo tempore, LECTOR habe.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ
STIRPIVM
CLASSIS PRIMA:

QVÆ CONTINET POMIFERAS ET PYRA: AC QVÆCVNQVE AD HÆC ALIQVO MODO POSSVNT REFERRI,

Tam indigena quam exotica.

MALVS: Germ. *Apffelbaum*: Belg. *Appelboom*: Gall. *Pommier*: Ital. *Pommaro*.



EIus ſumma faſtigia duo, *Sylveſtre & Domeſticum*. Variat verò multùm formâ, magnitudine, colore & ſapore Fructus.

Amat quævis ferè loca Malus [ſi ferventiora eximas & frigidiſſima,] ſed maximè temperata, aut etiam humidiora

Florent verò Mali diverſimodè, pro ſpeciei & regionis varietate: veroæ & præcoces citiùs, tardiùs ſerotinæ: ſimiliter & de fructuum maturitate cenſendum, quam ſeminis nigrore fatentur.

Ceterùm frigidæ & humidæ naturæ ſunt omnia Malorum urbanorum genera: atque culinis potiùs quàm officinis nata. Sylveſtribus verò ſuccus vehementer auſterus eſt & acidus, ob id valdè adſtringunt.

MALVS NON FLORIDA DICTA, Gall. *Pommier ſans fleur*.



MALVM dari quæ non floreat, & tamen fructificet, tradit Geſnerus in Appendice: Camerarius Malum quoddam exiguis admodum floribus præditum, fructus ferre qui *Poma nana*, id eſt, pumila, vocentur. Vidimus & Nos in horto S. P. Mombelgardi fructum maturantem Julio & Augusto. Solet verò hoc Mali genus ſatère ſeminibus, & eſt fortè illud cujus meminit Theophraſtus 3. de Cauſſis, quod *Malumvernam* vocat, & fructum edere ait ſine ove eo. At flos fructus eſt principiū, nucleus arboris: ſemel igitur atque iterum violatam hîc Naturæ legem quis non videat? In eo ſe exerceant ſubtiliſſima ingenia: multùm Nos interiori principio tribuimus.

PYRVS: Germ. *Birbaum*: Belg. *Pereboom*: Gall. *Poirier*. Ital. Pero.



In Pyro, tum arbore tum fructu, eædem quæ in Malo obſervantur *Differentiæ*: ſic ſativæ aliæ dicuntur, aliæ ſylv. aliæ præcoces, aliæ ſerotinæ: ac præterea ab authore vel cultore, a loco, colore, ſapore, figura & ſimilibus variè diſtinguuntur: ſuaque ſibi quævis Regio vendicet.

In genere autem lætum ſolum amant omnes Piri, & florent menſibus Aprili & Majo: Æſtate & Autumno fructus mature ſcit; ac quæ tardè florent tardè fructificant.

Dioſcoridi omnia Pirorum genera adſtringunt: at aliter & diſtinctiùs alij. His acerba terreæ ſunt naturæ, acida frigidæ & aqueæ, dulcia medio modo ſe habent; ac quæcunque dulcia non ſunt, adſtringunt; & ſylveſtria quidē magis ſativis, acida dulcibus, ſiccata recentibus.

PYRVS MVLTIFLORA VMBELLIFERA, Pyrophyllon, & monſtroſum Pyrum,



Pulcherrimum hoc Piri genus rarum eſt admodum nec id uſquam niſi Polsilię in Alſatia, & Montbelgardi in horto Principis, vidim⁹. Floret autem Aprili & Majo, ac fructū, qui Pira Moſchatella dicta æmulatur, maturat Junio. *An Sorbi Alpina genus?*

Non minùs rarum videtur quod ſcribit Dalechampius, haud procul Lugduno, in pago quem *Fontaines* vocāt Pira naſci è quorū medio corpore folium exoritur, ita ut meritò *Pyrophyllon* dixeris.

Nec prætereundum quod ſcribit Scaliger. in Vaſconia Pirum ſe vidiſſe, tam bellè humanam faciem repræſentans, ut pro humano capite allatum ſit à Paſtoribus ad eius loci Regulum. *De Pomis & Piris plura in Appendice.*

MALVS COTONEA. Germ. *Quittenbaum*. Belg. *Queappelboom*: Gall. *Coignier*: Ital. *Cotognaro*.




Hujus, vt Mali ac Piri, ſumma itidem duo genera, *Syluestre* & *Hortenſe*. Et hoc rurſus, vel Majora fert Poma quę Veterum Strutheа, vel Minora quæ frequentiſſima. Miſcellanea nihil aliud exiſtimamus eſſe, quàm ex variarum ſurculorum de Malorum aut Pyrorum genere inſitione prognata Poma ſiue Melimela dicas, ſiue Muſtea, ſiue quouis alio nomine vocites.

Floret Aprili & Majo, fructum verò Septembri & Octobri maturat. Loca amat Arbor frigidiuſcula & humidiora.

Fructus, Syluestris præſertim, refrigerat & adſtringit.

SORBVS: Germ. *Sperwerbaum*. *Speierlingbaum*: Gall. *Cormier*, *Sorbier*. It. *Sorbalero*.



Differunt Sorbi ſexu, vnde mas alia alia Fœmina: fructu qui vel oblõgus vel ouatus vel orbiculatus, atq; magis vel minus acidus & odoratus, & loco, vnde ſatiua alia, alia ſyluestris. Sunt & aliæ differentię, *Sorbus aucuparia* dicta, *Sorbus torminalis* & *Sorbus Alpina*, de quibus mox ordine agemus.

Solum amat Sorbus montanum, lapidoſum, frigidum & humectum. Copioſè in varijs Gallię tractibus prouenit: eámque vulgariſſimè in Italia haberi ſcribit Matthiolus, in campis, vineis & viridarijs: Geſner. in montibus Helueticis. Illam cultum etiam non reſpuere Munsbelgardi in horto Principis obſeruauimus.

Floret Martio, Septembri maturat fructum, qui adſtringens eſt & eſui jucundus.

SORBVS AVCVPARIA: ORNVS AVCVPARIA: Germ. *Groſſer Maelbaum*.



Creſcit vliginoſis & opacis pratis, ac præſertim ſecus torrentium ripas, quibus locis maximè gaudet. Prouenit etiam in altiſſimis montibus Alſaticis, Burgundicis & alijs. ac coli etiam in hortis Montbelgardi obſeruauimus.

Floret Majo & Iunio: Septembri verò fructus perficitur, qui Merulis gratiſſimus [vnde *Aucuparia* dicta hæc arbor,] quia ad aucupia confert.

Baccę, authore Matthiolo, adſtringunt, ſiccant & repellunt, ac per hyemem ad aucupia aſſeruantur.

SORBVS TORMINALIS PLINII. Cratægus Theophr. An Gall. *Poires d'angoiſſe*?



Hoc Sorbi genus, quod quartum eſt Plinio, & *Torminale* dicitur. An ſit Cratęgus Theophraſti, vt plerique omnes ſtatuere videntur, in vniuerſali noſtra Hiſtoria expendimus: videant docti & judicent.

Naſcitur locis montanis, ſolo pingui: in Burgundia & Comitatu Montbelgardẽſi frequens, vbi arborem *Alier* & *Aigrotier* vocant, fructum *des Alotes*.

Septembri is maturus eſt validè adſtringens, ac ad dyſenteriæ tormina ſummè efficax, vnde nomen.

Ligni vſus idem qui Sorbi Alpinæ.

SORBVS ALPINA, AN ARIA THEOPHRASTI? Ger. *Maelbaum*: Gall. Nantuat. *Cirier*, Burg. *Alier*.



Non eſſe Ariam Theophraſti contra Anguillaram, Lobelium & Penam, Camerarium & Tabernamontanum, in Hiſtoria noſtra magna contendimus.

Gaudet præaltis, frigidis, & ſyluoſis montibus, in Auſtria, Pannonia, Sabaudia, Heluetia & Burgundia minimè infrequens.

Floret Maio, fructum verò Octobri perficit, quem maturum legunt ruſtici & condunt: Adſtringit ille, ſed minus Torminali, ac eſui eſt gratus, & contra veteres Tuſſes vtilis.

E ligno firmos ac ſolidos fieri baculos ãnotat Dalech. Et fiunt etiam optimi ex eo Carbones, qui diù retinent ignem, quod ſine dubio ligni duritiei adſcribendum,

MESPILVS: Germ. *Neſpelbaum*: Belg. *Miſpelboom*: Gall. *Neſplier*: It. *Neſpolaro*.



Meſpilus vulgaris in *Vrbanam* & *Syluestrem* vulgò diſtinguitur, hæcque cenſetur adoratior: à nonnullis in ſpinoſam & non ſpinoſam: obſeruatur & in folijs differentia, quę interdum ſerrata ſunt, aliàs non: atque etiam in Pomorum magnitudine, quorum nonnulla Mali magnitudinem ęquant. Vnum tantùm genus ſtatuunt alij, ſed cultu differre.

Inter Argentinam & Badenſes thermas ſponte naſcitur in Syluis. Paſſim verò colitur in hortis.

Floret Aprili & Maio, fructum perficit Septembri & tardiùs.

Frigidæ is eſt & ſiccæ qualitatis, aluo ſiſtendæ vtilis.

MA

Mespilus aronia veterum.
Germ. *Vvelſch Neſpeln.*



Tria Meſpili genera fecit Theophraſtus, Anthedon Setaneros & Anthenocides. Dioſcoridis duo, Aroniã & Setanium ſiue Epimelis. Anthenoidis ille non meminit: *Meſpilum* autem *Aroniam* veram Veterum Meſpilum fuiſſe, in Hiſtoria noſtra vniuerſali oſtendimus.

In Italia, authore Matthiolo copioſè ſeritur in hortis, viridarijs & vineis. In Sicilia adhuc copioſiùs habetur, Germaniæ hactenus haud multùm cognita.

Initio ſeptembris maturat fructum, qui adſtringentis eſt facultatis, ventrémque fluentẽ coërcet, atque vtiliſſimus eſt vtero gerentibus, quarum Malaciæ ſubuenit.

Chamæmespilus.



Inter ſiccas noſtras Plãtas Chamæmeſpili nomine ramus habemus Fruticis cujuſdam, craſſiores quam vel Cotoneaſtri vel Dioſpyri, cortice nigricãte ſtriato obductus. Folia illi oblonga, vtrinque glabra, in ambitu ſerrata Flores, Sorbi Alpinæ more, in vmbellam digeſti. Fructus Sorbi Torminalis fructibus ſimiles. Lecti autem rami illi in monte Baldo, atque inde Nobis miſſi.

Hujus fructus & fruticis primus meminit Geſnerus in Epiſt. ad Fabricium, baccas illis tribuens rubras, rotundas, & vmbilico quinquepartito inſignes, ac folia in ambitu ſerrata: quæ ramo quem hic pingimus optimè conueniunt.

Cotoneaster, diospyros Gesneri, Agriomelea Bellonii: Gall. *Amalanchier.*




Fructus eſt ramoſus, cultu tamen arboreſcens, cui folia Mali Cydoniæ flores concaui, herbacei, plures ſimul juncti. Fructus figura & ſapore Spinæ albæ ſeu Oxyacanthæ fructui ſimiles.

Dioſcorid. & Theophraſti Epimelidem eſſe arbitratur Dalechampius, alij pro Chamæmeſpilo tradunt, nonnulli pro Loto arbore.

In excelſorum montium jugis frequens naſcitur. Nos in Geneuenſium monte Saleuæ & in Baſileenſium Aquæctidâ monte vidimus. Floret autem ineunte Vere, Auguſto maturat fructus.

Cyanus arborea.



Locum hunc ſibi vendicat foliorum ſimilitudo cum foliis arboris cujuſdam cujus ramum ex Candia aductum adſeruamus.

Foliorum color ſubtus argenteus, ſuperiùs virens, ſimbriâ al à, latitudine & proportione quam Icon repræſentat, quæ etiam vtramque Folij faciem oſtendit cũ coſtæ diuiſura. Cauliculum ea vtrinque ambiunt, in cujus ſummitate cernuntur *flores* ſpecie thyrſi, vt in Saponaria vulgari diſpoſiti, ſed figurâ Cyani, colore phœniceo qui tandẽ in pappos reſoluuntur. *Semen* lõgiùs quàm Cymini.

In altiſſimis præcipitijs inter ſaxa prouenit.

Malus punica: Germ. *Granatbaum*: Belg. *Granaet appelboom*: Gall. *Grenadier*: It. *Granataro.*



Hujus generaliſſimæ differentiæ *Mitis* vel *Satiua*, & *Agreſtis*, & tertiò *Balauſtifera*, quæ itidem Syluestris.

Poma vel magna vel parua: dulcia, acida, vel acido dulcia: à Carthagine, vbi laudatiſſima proueniunt nomen ſortita: ac *Granata* etiam dicta, à granis quæ intùs continentur.

Amat Arbor ſolum cretoſum & macilentum: regio verò eſt ei apta quæ calida eſt. In Germania non niſi Magnatum hortos nobilitat. In Italia colitur in hortis. In Gallia Narbonenſi & Prouincia, colitur in hortis, & paſſim in ſepibus prouenit: floréque & fructum perficit maturè, pro natura loci.

Balaustia hispanica.



Pro Hiſpanicis importantur plurimùm Balauſtia, quæ Punicæ cujuſdam *flores* ſunt ampli, denſo admodum foliorum purpuraſcentium faſtu ſipati, vt Roſæ videantur centifoliæ. Guſtus autem ijs adſtringens.

Syluestris Punicæ dicuntur, & quæ flores tantùm ferat. Satiuæ flos *Cytinus* nuncupatur, qui, vt Balauſtia & Malicorium, adſtringendi & ſiccandi vi præditus eſt.

Cæterùm Mali punicæ poma ſi acida ſunt, adſtringunt & refrigerant: ſi dulcia minùs refrigerant & ſtomacho ſunt vtiliora: ſi acido dulcia, mediam ſortiuntur naturam.

ARBVTVS: Comarus Theophr. Germ. *Hagapffelbaum*: Gall. *Arbouzier*. Ital. *Albatro*.



Hanc quidam arborem vocant, alij fruticem. Theophraſtus ſub Comari nomine deſcribit Dioſcoride verò indifferenter, dicitur Comarus ſeu Arbutus.

In fructu obſeruatur aliqua differentia: is enim interdũ Auellanę magnitudinem nõ excedit: alias parui Mali amplitudinem implet.

Amat loca montana & ſyluas: ac etiam in hortis colitur.

Floret potiſſimum menſibus Iulio & Auguſto, interdum & Septembri, ac fructum tandem maturat, Memęcilon vulgò dictum.

Dulcis eſt & ſaporis grati, ſed ſtomachum lædit, ac ſuum potiùs eſt pabulum quàm hominum. Cortio adſtringẽdi vi pollent arbor & fructus. *An Galeni Vnedo?*

ADRACHNE THEOPHRASTI; Arbuto ſeu Comaro proximè accedens.



Andrachnem herbam eſſe quæ Portolaca vocatur, & ab Adrachne arbore quam hic pingimus differat, ſatis ſuperque notum. Eſt autem Adrachne Syluestris arbor, nec in planis naſcens, ſimilis Vnedoni, folio tantùm minore & nunquam decidente, Fructus racematim cohęret, magnitudine & colore fructus Rubi Idęi, mollis, vt Arbuti: ac bifera anno eſt, vt Apharca.

Frequentem in Creta prouenire ſcribit Bellonius. Nos in monte ad Dubim obſeruauimus propè *la Chaux de fonds*.

Lignum mulieribus ad opus textorium vtile. Fructu verò delectantur Turdi & Merulę: quo fit vt hoc illicio hyeme viſco, retibus aut alijs decipulis faciè capiantur.

CHARAMII ACOSTÆ Folio Pyri.



Pyri eſt folijs exotica hęc Arbor quæ perpetua fronde viret, *Charamei* in Canara & Decan dicta, Perſis & Turcis *Ambela*.

Hujus arboris duo ſunt genera. Vnum Meſpili magnitudine folijs Pyro ſimilibus. dilutè virentibus, fructu Auellanis ſimili, atque flauo, & gratę aciditatis, quē vel maturum, vel immaturum, vel ſale conditum vulgariter comedunt. Alterum ejuſdem magnitudinis, ſed cujus fructus major: folium Mali folio paulò majus.

Creſcit in ſyluis & montibus procul à mari diſſitis. Radix per alium & vomitum purgat. Fructus, qui Auellanis ſimilis, ſale & aceto conditus, orexin ciet.

MALVS MEDICA, Germ. *Citronoepffelbaum*: Gall. *Citronnier*: Ital. *Cedri & Citroni*: Hiſp. *Cedras*.



Vocatur etiam Citrus. Medica verò, Aſſyria & Perſica Malus, à Regionibus vnde primùm allata. Fructum non Malum Medicum, ſed Citrium, dici, ſcribit Galenus: à colore ſcilicet corticis nomen adeptum.

Magnitudine & loco natali potiùs variat quã genere.

Amant verò omnes Mali Medicæ ſpecies cœlum calidum atque hybernis injurijs minimè obnoxium.

Maxumúſque eſt earum in regni Neapolitani, Hiſpaniç & Gallo-Prouinciæ quibuſdam tractibus maritimis prouentus.

Fructûs caro frigida eſt: Cortex modicè calidus & in ſecondo gradu ſiccus: Nucleus in eodem gradu ſiccus & calidus: ſuccus verò in tertio frigidus & ſiccus.

CITRVM MONTROSVM DE MAXIMIS.



In Liguria & Ægæi Pelagi Inſulis, teſte Matthiolo, Citria Mala in tantam exereſcunt magnitudinem vt Melopepones adęquent. Ad librarum decem pondus in Lombardia interdum prouenire, ſcribit Cardanus

Id verò cujus iconem damus, Montbelgardi vidimus, ſed minimè ad pondus id accedebat: quamuis monſtroſæ eſſet magnitudinis. Rara illi forma, calceum Polonicum aut Turcicum referens.

Fortè hujus aut conſimilis varietatis meminit Auger. Gallus in ſuo Libro de Agricultura Italicè conſcripto.

LIMONIA MALVS: FRVCTVS: Germ. *Limonen*: Belg. *Limoen*: Gall. *Limons*: Ital. *Limone*.



Hanc ad Veterum Malum Medicum referunt plærique, nec inſubidè, tam propè ad illam accedit. Sunt tamen in pomi forma, cortice, carne & ſucco multę differẽtię.

Majora & minora facit Matthiolus, ac ſucci ſuauitate, & corticis craſſitudine, differentia. Amatus Limonia diſtinguit, in acida, dulcia & medij ſaporis, & ea quæ lætioris vel aſperioris ſunt Corticis. In Hiſpania habentur Limoniæ Mali cæteris excelſiores, ſed quarum fructus Nucis amplitudinem non excedat.

Eodem cœlo & cultu gaudet hæc Malus quo Medica, & virtutes non abſimiles.

Malvs arantia : Germ. *Pomerantzenbaum*. Gall. *Orangier*. Ital. *Arantio*.



Iiſdem locis & regionibus gaudet quibus Malus Medica, floretque Aprili & Majo, tardiùs aut citiùs, pro loci conditione.

Sylueſtrem in Africę & Gallo-Prouincię oris maritimis reperiri ſcribit Lobelius.

Fructus varia ſunt nomina: Mala Arantia, Aurantia, Aurangia, Arangia, Amarantia, Citria & Medica; necnon Mala Heſperidum Poetarum. Fuchſius, Manardus, Ryffius, Ioubertus, Sarracenus, & alij plurimi inter Citria referunt.

Virtutes & qualitates eædem quæ malorum Citriorum. At ex hujus floribus ad varios vſus paratur Aqua fragrantiſſimi odoris, *Naffa* dicta.

Poma adami: Germ. adamsoepffel. Gall. *Pommes d'Adam & Poncyres*: It. *Pomi d'Adamo*.



Hæc & pleriquæ ad Medica Antiquorum referunt, ambigit autem inter Limonem & AurantiamPonzirum non enim oblongus, vt Limon, nec omninò rotundus, vt Aurantium, vtriſque amplior. Color in cortice Aurantij, ſuccus Limonis. *Pomum* verò *Adami* dictû volunt, quod in ſuperficie cen infixorum dentium veſtigia habere videami, quaſi ab Adamo primo homine commorſum fuiſſet.

Cęterùm non vbique obuia hæc malus: ſed in Luſitania, Hiſpania & Calabria præſertim colitur, authoribus Amato & Cordo. An *Citrangula* Cæſalpini?

Carcapvli.



Carcapuli, authore à Coſta, arbor eſt vaſtæ magnitudinis, fructum ferens Malo aureo, cui cortex exemptus ſit, magnitudine & forma ſimilem.

Creſcit in Inſula Funda: fructúſque variæ ſunt ſpecies & differentię. aliqui enim ſunt albi, aliqui ſpadicei, & aliqui incarnati, prę cęteris guſtu commendabiles.

Avrantio simili frvctv arbor.



E regione Nigritarum allatum hunc aphyllon ramulum pingit & deſcribit Cluſius: Eius verò fructus ob magnam cum malis Aurantijs ſimilitudinem, ſibi locum hunc vendicat. An *Aracynappil* Paludani?

Gvayava indica, frvctv mali facie.



Guayava, arbor eſt mediocris magnitudinis, ramis ſparſis, folio Laurino, flore candido, Aureę mali floribus ſimili, odorato. Fructus noſtris malis ſimilis eſt, eorum magnitudine quæ ab Hiſpanis *Camueſas* vocantur: viridis initio & per maturitatem aureus, foris coronatus vt Meſpila, intus albus aut rubeſcens, lapides continens quales *Meſpilorum*.


Vulgaris eſt per totam Indiã, & tum ab Indis tum ab Hiſpanis edi ſolet. Viridis valdè adſtringit, præmaturus verò aluum ſoluit. An Meſpilum Indicum Scaligeri?

Arbor folio lavri ex gvinea.



Folia Laurinis ſimilia illi tribuit Cluſius: fructum magno Malo æqualem, & orbicularis penè formæ, atque illi corticem Cucurbitæ cortici non valdè diſſimilem. An Cucurbitæ genus peregrinum?

ABAVI SIVE BAOBAB FRVCTVS.



Elegantiſſimus eſt hic Fructus, ad Mali Citrij magnitudinem accedens, cortice veſtitus Cucurbitaceo, ac pulpam habens ſubrubram, friabilem, acidam & ori gratam, atque ad ſitim extinguendam, referente Alpino, adprimè vtilem. Ex Æthiopia in haſce regiones, allatum accepere Cluſius & Honorius Bellus, qui illi cum Baobab ab Alpino deſcripto magnam affinitatem tribuit.

ARBORIS BAOBABIFERÆ RAMVS.



Æthiopicæ Baobabiferæ Scirpis Fructum præcedens tabella exhibet, hęc ramum, vtriuſque verò deſcriptiones ex Alpini, Belli & Cluſij ... bris petendæ.

ARBOR CVCVRBITIFERA, FICVS NIGRITARVM.



In inſula quadam inhabitata prope *Caput viride* dictum, arbor quædam creſcit folia habens noſtratis Ficûs ſimilia, fructum longum bipedaneum, aut circiter, craſſum ad proportionem, vt ad magnas longaſque Cucurbitas accedere videatur: intus ſemen eſt reni leporino ſimile, magnitudine Fabæ. Hanc eſitant haud ſecus ac Nos Melones.

Hiſtoriæ Lugdunenſi Ficus Nigritarum.

HIGVERO OVIEDI ET MAMEI ARBOR



Arbor eſt prægrandis, velut Morus nigra, fructum ferens Cucurbitæ rotundæ atque etiam interdum oblongæ, ſimilem. Corticis color & forma Cucurbitę. Folium eſt longum, anguſtum, per extrema latius vnde ad pediculum vſque anguſtius fit.

Vulgaris eſt in Indię Americanæ continente. *In hac* Tabella verò vna Mamei arboris folium exhibetur.

SAMACA.



Samacæ nomine arborem Indiæ depictam exhibuere Bry fratres: ac præter figuram & nomen nihil habent, nec Nos quicquam aliud de eo nomine apud quemquam obſeruauimus. Fructus qui arbori appictus Guanabani figuram repręſentare videtur, ſed folia diſcrepant.

VHEBEHA SOV THEVETI.



Mirę altitudinis eſt arbor, cujus rami alij alios ſubeunt: folia habet Braſſicæ: ſingulos verò ramos onerant fructus pedem longi: fert & eundem Gummi rubrum. *Hæc Theuetus.*

GVANABANVS OVIEDI, fructu ſquammato.



PROCERA arbor eſt & formoſa, foliis ferè Mali Medicæ, quàm Limoniam vocant virente: fructu, pulcherrimo, mediocris Melonis magnitudine. Cortex huic fructui viridis, certis quibuſdam ſquammis diſtinctus vt ſtrobilus. Caro candidiſſima ſaporiſque delicatiſſimi, per quam ſparſa ſemina nigra. Frigidus eſt hic Fructus, & peregrinis vtilis.

Peruviane, ſam ferè Americam naſcitur, plurimúmque cum Durionibus, de quibus mox, conuenit.

DVRIONES ACOSTÆ.



INTER celeberrimos Indiæ fructus recenſentur hi qui in ſola Malaca reperiuntur. Arborem Iuglandis modo prægrandem aiunt, foliis Laurinis, floribus è candido flaueſcentibus. Fructus Melopeponis magnitudinem æquat, denſo cortice roſtrati iiſque multis tuberculis obductus, foris vireſcens, intus verò concameratus: ſemináque exigua, alba vel pallida oui gallinacei magnitudine in ſingulis cameris continet, in quibus oſſiculum Mali Perſici oſſiculis perſimile. Calidus eſt & humidus hic fructus, ac guſtu ſuauiſſimi ſed inaſſuetis primùm aduerſi, ob odoris Cepacei, aduſti aut putridi, vehementiam. An Scaligeri *Durianus*? An *Doriſiani* hry fratrum?

ERINACEVS FRVCTVS INDICVS.



Fructus hic in Inſula Baly magna copia naſcitur, magnitudine Pomi noſtratis, vel potius Piri, ſiquidem inferne rotundus ſit & ſupernè turbinatus, cortice munitus aſpero & echinato. Creſcit in excelſis arboribus, racematim cohærens & conditus dulcis eſt, ſapidus, & Nauigationum Indicarum commodum ſubſidium.

IACA INDICA: Arabibus, *Panax dicta*; Perſis, *Funax*.



Arbor eſt in India prægrandis, fructum in ſummo caudice, non in ramis, ferens prægrandem, ac maximos Melones nonnunquam æquantem virentem foris, intùs verò flaueſcentè multis ſpinulis, inſtar Erinacei, ſed mollibus, obſeptum. Cõtinet autem in magnas Nuces duro putamine tectas, quæ, illo abiecto, torrentur aut elixantur, atque Caſtanearum, quibus perſimiles ſunt, modo eduntur. Excitant ad Venerem, ſed duræ ſunt coctionis, & ventriculum lædunt. Eius duas differentias conſtituunt, vnam *Barca* appellatam, alteram *Girasal*.

Naſcitur duntaxat in maritimis.

IAMBOS ACOSTÆ.



Arbor eſt in Pruni magnitudinem aſſurgens, foliis lætioribus craſſis palmum longis, flore rubro odoratiſſimo: fructu oui anſerini magnitudine, purpureſcente, atque ſuauiſſimo roſæ odore prædito: toto verò anno colligitur, aliis primùm adnaſcentibus, alio matureſcente, & alio probè maturo; ſiquidem rami floribus & fructu viridi & maturo ſemper ferè ſunt onuſti.


IAMBOS LINSCHOTTANI.



Quia huius figura non parum differt ab Acoſtæ, utramque proponimus. Cæterùm hi fructus ante reliquos cibos initio menſæ edi ſolent, atque interdiu. Condiuntur etiam tum fructus tum flores, atque aſſeruantur.

Iambos fructum Malabares & Canarini *Iambolo* vocant. Arabes *Tupha*. Indi Perſæ *Tuphat*. Turci *Alma*.

CARAMBOLAS ACOSTÆ.



ARBOR eſt, Cotoneæ magnitudine, *foliis* Mali, *floribus* patuis ex albo rubeſcentibus, quinque foliolis conſtantibus, inodoris, ſed aſpectu elegantib. Ipſa verò *fructus* majuſculi oui gallinacei magnitudinem æquat, oblongos, flaueſcens, ac veluti in quatuor partes diuiſus, in cujus meditullio ſemina ſunt tenera, & ſaporis aciditate palato grata.


In Malauar *Carambolas* vocatur; in Canara & Decan *Camarix*, in Malayo *Balimba*.

AMBARE INDICA.



CRASSA magnáque eſt arbor, folia habens Iuglandis, flores exiguos cãdidos. fructus nucis Iuglandis magnitudine, ſed dilutiùs virentes, odoris grauis, & guſtus acerbi. Excitant edendi appetitum, ac Sale & aceto conditi diu conſeruari poſſunt Paucis deſcribit Garcias. Eſt inquit, fructus Nucis magnitudine, maturus odoratus, fuluus, immaturus aſtringenti quodam integritue cortice vireſcente. Hũc perperam Ludouicus Romanus cum *Amba* confundit.

MORVS: Germ. *Maulbeerbaum.* Gall. *Meurier.* Italis, *Moro.*



Tres Mori differentias agnouère Camerarius, Pena & Lobelius, Nigram, Albam & Chamæmorum. At duas tantũm differentias faciunt plerique omnes alij, *Nigram & Albam.* Nigram pingimus, Alba tuto delicatior eſt. An verò Veteribus fuerit cognita ambigitur, nec immeritò, cũ ejus Theophraſtus Dioſc. Galenus, Plinius & Geoponici minimè meminerint.

Amat Morus loca calida, plana, ſabuloſa & maritima, Nouiſſima Vrbanorum germinat; maturátque celerrimè fructum, ob id dicta *ſapientiſſima arborum.*

Maturus is ventrem ſubducit, immaturus verò admodum adſtringit. Bombycum Hiſtoriam & Mori albæ vſus hic tradere non eſt noſtri inſtituti.

SYCMORVS: Germ. *Vvilde Feygenbaum;* Gall. *Sicomores.* Ital. *Fico d'Egitto.*



Sycomorus etiam dicitur, vt & Germania *Adams Feygen*, Gall. *Figuier d'Adam*, quod à nonnullis in hoc fructu primùm peccaſſe credatur Adamus. Inter ea quæ in Ægypto naſcuntur & non alibi, Sycomorum recenſent Theophraſtus & Plinius. Sic Hiſpaniæ tum Europeæ tum Indicæ, multos inquilinam facere conatos, ſed fruſtrà, ſcribunt Aduerſaria. At Amatus in India quoque procere creſcere tradit, Anguillara abundare in Syria, vnde etiam ſuper vnam aſcendit Zachæus cùm Chriſtum vellet videre. Figura eſt Matthioli quæ non parum ab elijs differt.

SYCOMORVS ÆGYPTIA, ſeu Sycomorus Alpini.



Truncus, inquit ille, rami, cortéxque, fructus, lac, foliorum aſperitas & color, Fici apparent, foliorum verò figura & magnitudo Moro reſpondent. Nunquam multis fructibus caret. qui caudici adnaſcuntur, minimóque ramis, ij verò tardè neque perfectè matureſcunt, neque aqueum jecundumque habent ſuccum, vnde nonniſi in pauperum vſum colliguntur & diuenduntur. Ex ſeminibus non naſcitur arbor, ſed ramis propagatur.

SYCOMORVS CYPRIA, Gall. *Figuier de Cypre.*



Tam Cypria quàm Ægyptia Ficus Syluestris, ſeu Sycomorus, authore Rauvvolfio, proceritate craſſitieque Morum albam adæquat, folijs quoque conſimilibus donata, ſed minùs rotundatis, ac nullis inciſuris in ambitu crenatis. Fructus etiam ferùt noſtris Ficubus non abſimiles, dulciores tamen, &c.

Cæterùm Ficus ei vtiliter comedunt qui vel itinere, vel Sole, incaluerunt, refrigeratiónéque opus habent & humectatione, ſed ventriculum laxant, labefactant & ſubuertunt. Tumores duros & calidos emplaſtri modo impoſitæ ſanant. Succus peſti & venenis aduerſatur. Fit & è Sycomoris Vinum.


Ficvs: Germ. *Feygenbaum*: Gall. *Figuier*: Ital. *Fichi*.



Ficorum idgeſtem recenſuerunt numerum Veteres tum Græci tum Latini, ab ipſarum natura, figura, colore, magnitudine, naſcendi modo, & tempore petitum, nec non à regionum in quibus naſcantur varietate, & ab earundem Autoribus.

Compendioſiùs Recentiores in *Vrbanam* & *ſylueſtrē* [hanc autem Vrbanæ per omniá ſimilem dicunt,] diſtinguunt. Et hanc curſus vel naturâ vel neglectu talem eſſe aſſerunt: vel caterum ſaltem quatenus fructum non perficit, quæ ſit Caprificus [Ficus inculta, *fatua* quibuſdam dicta, *errata* Gazæ.] Siccas Caricas vocant, de quibus alibi fuſiùs.

Chamæficvs.



Ficum *Nanam* vocant. In Ollis & hortis penſilius alitur, nec à vulgari aliter quàm magnitudine differre videtur.

Cæterùm tantâ fuit apud Antiquos commendatione Ficus, vt & ſecundum locum habuerit à Vite, & ejus partes omnes peculiaribus ſine nominibus deſignatæ.

In toto Europæo tractu temperatiori calidiorique ſit obvia: in Hiſpania verò, Italia & Gallia Narbonenſi copioſè, nec ſine ſuo ſibi vitio prouenit, vbi ſyluulas Veronæ & Antumnali ſœtura biferæ Ficus perelegantes videas.

Vſque adeò tandem apud Priſcos æſtimata Ficus · vt *eas auro pretioſiores* melioreſque diceret Ananius. Qui plura cupit petat ex vniuerſali noſtra Hiſtoria, & *hujus Appendice*.

Arbor peregrina, Frvctvm ficvi ſimilem gerens.



Hujus meminit in Exoticis Cluſius: Fructum illi Ficus fructus ſimilem aſſignans, ſed Ciceris magnitudinem non excedentem.

An Theophraſti Ficus Indica circa Aceſinem amnem naſcens?

An verò Fructus Arboris *Guagey*, quam deſcribit Ouiedus?

Ficvs indica, arbor radicvm indiæ; An Mangle Ouiedi?



In magnam altitudinem vnico *trunco* eóque craſſiſſimo aſſurgit: *ramos* deinde innumeros circumquaque expandit, qui cum ad aliquot cubitos creuerunt, reliquum incrementum pronum faciunt, deflexi, quouſque terram attingant. Deinde terram ingreſſi radices agunt veluti propagines: mox rurſus in truncum exeunt, à quo poſtquam auctæ fuerint, inde flectuntur, aliam propaginem efficiunt, & deinde aliam, & ſic deinceps in infinitum: ita vt vnica arbor integrum miliare Italicum occupet, & denſiſſimam ſyluam efficiat. *Folia* illi ampliſſima tribuit Theophraſtus, atque Clypeo non minora: *Fructum* magnitudine Ciceris, Ficui ſimilem, ſanguineum, dulcem & granis plenum.

Mvsa aut amvsa, Arabibus & Perſis *Darache Mosa*.



Ægypti, Cypri & Indiarum planta eſt, cujus folia portentoſæ ſunt magnitudinis, ac quam ad Palmam alij referunt, alij ad Platanum, alij ad Ficum Indicam. 12. aut 20. palmorum altitudine attollitur, authore Acoſta, pulchra hæc & elegans arbor, cujus truncus ex multorum corticum ſibi mutuò incumbentium conjunctione conſtat, & humani cruris craſſitiem adipiſcitur: *radice* rotundâ & craſſâ. Elephantorum grato pabulo: *folia* verò nouem palmorum longitudine, duorum cum ſemiſſe latitudine, &c.

Dodonæus ſcribit in Syria *Moſe* vocari, additque Græcis & incolis Chriſtianis ac Iudæis, arborem cenſeri de qua, à Deo ſibi prohibita, comedit Adam.

Mvsa cvm frvctv.



Ex hujus arboris faſtigio, addit idem Acoſta, naſcitur veluti thyrſus quidam *florum* ſimul congeſtorum, in modum Pinei ſtrobili, coloris rufi: deinde vnicum *ramum* fert humani brachij craſſitudine, in multos nodos diuiſum, è quorū ſingulis 10. aut 14. dependent Ficus: ita vt nonnunquam ramus centenis aut ducentenis Ficubus onuſtus conſpiciatur. Hos in diverſas ſpecies diſtinguunt Luſitani, *Canorios*, *Chincapanes*, & *Ianinga* dictos, &c. *Caudex* qui vuam profert annuus eſt, & ſemel, dum duraxat in vita fructus gignit: verùm ad radices conſurgunt ſex aut plures *ſurculi*, qui parentem renouant, & ſequente anno fructum perficiunt.

FICVS INDICA LINSCHOTTANI.



Ad hominis magnitudinem creſcit, *foliis* ad ſtuporem longis. *Fructus* Vuarum ſpecie & magnitudinem Cucumeris multiplices caulibus adhærent. Racemum duntaxat vnum quæque arbor fert, & detruncatur tum arbor, quæ continuò breui ſpatio excreſcit, & nouos fert fructus: qui communis Indorum cibus, & ſunt præſtantiſſimi ex Cononor. Racemus interdum duorũ virorum vires implet: & idem fortè cum eo quem Terræ ſanctæ Exploratores retuliſſe S. Scriptura recitat. *Linſchot.*

PACOVERA AMERICANA.



Arborem hanc, authore Theueto, Americani ſylueſtres *paquouere* ſuo idiomate vocant, quæ nec in Europa, nec in Aſia, nec in Africa proueniat, quamque fortè præ aliis non temerè *Mirabiliſſimam* dicas. Fructum incolæ ſuo idiomate *Pacoua* vocant, qui probè maturus præcipuæ eſt ſuauitatis faciliſque digeſtionis.

Lerios *Paco aire* tradit eſſe foliis Lapathi aquatici, longitudine ſepedali, latitudine bipedali, aut latiori, nec putat tantæ magnitudinis folia vſquam extare in Europa, Aſia vel Africa: exterũ n tenuia eſſe, ac vento agitata diſcindi in partes, vt primo obtutu quis Struthiorum pennas exiſtimet.

An Muſæ aliqua ſpecies?

PALMITES.



Arbor eſt *trunco* craſſo, è quo *folia* longiſſima nullo pediculo hærent. Creſcit in Inſula Galopes, vel D. Mauritij, propè Madagaſcar, & fit ex ea vinũ, quemadmodum ex Cocco arbore. *Bry Fratres* in Hiſt. Indiæ Orient. & itinere Holandico.


Similem in inſula parua S. Mariæ prouenientem meminit Linſchottanus.

LAGENVLÆ AMERICÆ.



E Mari Auſtrali, quod Hiſpani pacificum, vulgò *Mar del sur* appellant, allati hi Fructus, extima parte funiculo trajecti: qui ijs multũ ſimiles, quorum Americus Veſpuſius meminit nauigatione ſecũda, agens de moribus ejus Gẽtis ad quã appulerat. Ait enim ſingulos viros ex collo pendentes puſillas ſiccaſq; binas Cucurbitulas geſtaſſe, vnam plenam Herbã quam mandebant, alteram farinã, candicanti Gypſo comminuto ſimili, quã, ſtria louandæ gratiã, Herbam quam manducabant, aſpergebant, &c.

OPVNTIA: FICVS INDICA. Germ. *Indianiſch Feigen*: Gall. *Figue d'Inde.*



Inter Naturæ miracula meritò acceſenda hæc Planta, quam plurimi Theophraſti & Plinij Opuntiam eſſe ſuſpicantur: alij verò, ob quandam fructus ſimilitudinem, Ficum Indicam appellarunt: licèt tùm à Ficu, tum à cæteris arboribus, multùm ac mirabili modo differat.

In Americæ Indijs Peruuianis, & toto Nouæ Hiſpaniæ regno ruri ac ſponte abundè arboreſcit. Et jam ante multos annos in Italia, Hiſpania, Gallia, atq; etiam Germania, in Magnatũ hortis coli cœpta. Tamque viuax eſt, vt vel ſeminulo, vel folio, humi mediocriter defoſſo creſcat facillimè. Fructus Autumno matureſcit.

OPVNTIÆ COGNATA FERRVMINATRIX.



Arbuſculam in Indiis ſpontè natam, & Ficui Indicæ vulgò dictæ admodum cognatam, vocant Incolæ *Ferruminatricem*, artuum fracturis & luxationibus peramicam. Perpetuò viret & foliorum ſobole ſucceſſiua arboream magnitudinem adipiſcitur, iiſdemque planè eſt *foliis* cum Opuntia dicta, ſed fructu minore & ſpinoſiore, purpureum viſcidum ſuccum remittente, adque Imbuendos pannos infectuæ tenaciſſimæ.

CLASSIS PRIMÆ FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ
STIRPIVM
CLASSIS SECVNDA,

EAS ARBORES CONTINENS QVARVM FRVCTVS POMI QVOQVE VOCE GENERALIORE COMPREHENDVNTVR: SED OSSEAM NVCEM CARNE obtectam habent eſculentâ: vel non eſculentâ: & quarum aliqua cum his affinitas.

MALVS PERSICA: Germ. *Pferſingbaum*: Gall. *Peſchier*: Ital. *Perſico*.



PERSICA dicitur quia ex Perſide primùm aduecta. In fructu eius variæ obſeruantur differentiæ, à regione, figura, magnitudine, ſexu, ſapore, odore, colore, glabritie & villoſitate, oſſis explicabilitate, & carnis tum in colore tum duritie mollitiéue, deſumptę. Prima horum Malorū laus Duracinis, quòd duriore ſint pulpâ, & carò pertinaciter hæreant oſſi: atque ijs præſertim quę ob coloris aurei nitorem, & odoris ſuauitatem *Cotonea* vocantur. Secundas ſibi vendicant parte a quæ cortice detracto *ſanguineum fuſcum* fundunt. Proxima his *Nuci-Perſica* dicta. Reliqua prę-mollia & aquea infimæ plebis hominibus relinquũtur.

Cæterùm qualibuſcunque locis fœliciter prouenit hæc Arbor, ſed vt citò adoleſcit, ſeneſcit etiam citò. Mala refrigerant & humectant in ſecundo gradu.

PERSICA ARBOR: Arab. *Allabuch*. Ægyptiis vernaculo nomine dicta *Amygdam*.



PERSAM nemo mirabitur a Nobis ignorari, dicebat Agricola, qui apud alienum legerit, nullibi ſub Romanorum imperio eam arborem præterquam in Alexandria a ſe viſam.

In Ægypto maximè celebratam ſcribit Plutarchus, ac *fructum* ferre cordi ſimilem, *folium* linguæ.

Theophraſtus arborem Ægypti eſſe dicit, pulchram & proceram: *folio*, *floribus* & *ramis*, totâque adeò figurâ Pyro ſimilem: ſed perpetuò vireutem, & maturos fructus [Amygdali ſpecie & coloris herbidi] Pyri magnitudine edentem &c. Carnē eius dulcem eſſe addit, & concoctu facilem, quod etiam habet Dioſcorides. Sed in Perſide, vnde primùm tranſlata, exitioſam fuiſſe.

MALA ARMENIACA. Germ. *Amarellenbaum*: Gall. *Abricottier*. It. *Albero Armelino*.



Malum hanc Perſicę ſpeciem plurimi eſſe voluerunt, alij ad Pruni genus reduxere: Galenus Mala Præcocia vel Præcoqua nuncupauit, Recentiores, *Bericocia*, *Bericocca*, & *Bericocca*. Lobelius & Pena figurâ & folio Pyrum *referre* aiunt, pomo autem ipſo Malum Perſicum. Perperam verò armeniaca à Præcocibus diſtinxit Amatus.

Differt verò hæc Malus à Perſica, quòd huius folia latiora ſint quàm Perſicę, & poma citiùs maturèſcant: Ac quòd Perſicorum oſſa ſint rugoſa & verrucoſa: præcocium plana & æquia. Ac tandem quòd horum fructus totus ſit Perſicis minor.

Mala differunt magnitudine potiùs quam genere & id cœli clementię & cultus mangonio adſcribendum,

MALVS ARMENIACA: Germ. *Marellen*, Gall. *Auantpeſches*, *Abricots*: It. *Armellini*.



Mali Armeniacæ in Italiæ & Galliç hortis & viridariis vulgò habentur: nec non in Germania, ſed illic maiora Poma multò rariora Vtramque ſpeciem binâ Icone hic adpingimus.

Floret Arbor Martio, fructum Iunij initio maturat, & interdum, locis calidioribus, Maio.

Vtiliorem eum fructu Perſicæ dicit Dioſcorides. Humidum & frigidū in ſecundo exceſſu Galenus. Sed id de Carne & ſucco intelligendum: námque Mali huius, vt & Perſicæ, flores folia & nuclei, calidæ & ſiccæ ſunt temperaturę.


De Malis tum Perſicis tum Armeniacis: atque etiam de Perſea arbore, *Plura in Appendice*.

MANGA ET AMBA; ACOSTÆ.



Arbor eſt Pyri facie, cujus fructus Perſico par, coloris citrini, & in maturo lutei. Caro meliei ſaporis, cum oſſe intus, Amygdalino ſimili. Amba dicitur fructus, unde & Manga. Creſcit in Malabar, Goa, Guzarate, aliiſque Indiæ locis, at in Ormuz reliquis præcellens. Frigidus eſt & humidus, ac quotidianus eſt mancipiorum cibus.

MANGA ET AMBA LINSCHOTTANI.



Ad hanc Iconem, quæ Linſchottani, eſt de Mangæ ſylueſtri genere aliquid addemus. Id *Mangas bravas* vocant, fructúmque eius adeò præſentis ajunt eſſe veneni, vt Indigenæ illo ſeſe celeriter mutuò interimant; támque celeriter interimere, vt nulla huc vſque adiutius vim compeſcendo ſit reperta Antidotus.

AMYGDALVS: Germ. *Mandelbaum*: Belg. *Amandelboom*. Gall. *Amandier*: It. *Amandolano*.



Hujus Arboris præcipuæ in *fructu* differentiæ: Sunt enim Amygdalæ aliæ vulgares, aliæ paruæ, aliæ maiores: oblongæ vt plurimû, aliàs rotundæ, aliàs in ſummo inflexæ. Et rurſus, vel dulces ſunt vel amaræ: duro vel fragili operimento: vtrúmque vel plures habent nucleos: Et nonnullæ etiam lanugine carent.

Amat Amygdalus cœlum calidiſſimum, ſolúmque ſiccum, durum & calculoſum: ac fœliciſſimè in Provincia ac Gallia Narbonenſi provenit.

Æſtuoſæ ſunt, authore Hippocrate: & probè nutriunt. Amaræ autem ſunt calidiores dulcibus: ac tam Medico quam Coquo vtræque inſeruiunt.

PRVNVS: Germ. *Pflaumenbaum*: Belg. *Pruimboom*. Gall. *Prunier*: It. *Suſinaro*.



Ingens Prunorum turba, vt ſcribit Plinius, notiórque arbor quàm vt longa verborum ſerie ſit de ea agendum. Sua ſibi quæquis Regio vendicat & innumeras recenſet *Differentias*. Super ijs conſulatur Hiſtoria noſtra vniverſalis, *vt & eius Appendix*.

Prunus in genere ſolo læto gaudet & humido, cœlo vero tepido, gignitúrque hodiè in omnibus cogniti Orbis cultis Regionibus. Floret pleriúmque cum Ceraſo, ac etiam citiùs, fructum diverſimodè maturat. Iulio, Auguſto & Septembri menſibus éſtque tontomaais vitæ.

Cæterùm Pruna omnia frigida ſunt & humida, plus minùs, prout plùs *minúsve* habent dulcis aut acidi: ac præterea laxant, leniunt, ſtomacho nocent, & pauci ſunt alimenti.

MYXVS, MYXA vel MYXARIA Græcis: Arabibus Sebeſten. *Myxa domeſtica*.



Inter Ægypti & Syriæ Pruna meritò à Plinio recenſetur hæc arbor, de qua antiqui Græci nihil prodidere, ſed recentiores tantùm veluti Paulus, Aetius, Myrepſus & Actuarius. *Sebeſten* vocauère Arabes qui eam nobilitauerunt: & Arabicam appellationem retinuerûr Officinæ, quod in Cæſaria honorem factum qui *Sebaſtos*, id eſt honorabilis, dicebatur.

Duo eius genera facit Alpinus: alterum Sylueſtre, Pruno ſimile: alterum Domeſticum folijs latioribus ac craſſioribus, & fructu maiore ab illo differens.

Noſtra ætate in Europæ cultioribus hortis etiam habetur.

MYXA vel MYXARIA, SEBASTEN, MYXVS vel Mixa Sylueſtris.



Iis quæ antè de Mixis dicta ſunt, ſubjungemus tantùm fructus, vſus & qualitates.

Sebeſtena itaque Pruna, authore Avicenna, parum abeſt quin temperata ſint: eorúmque vſus familiariſſimus eſt ad gutturis aſperitates & pectoris morbos, ſitim ſedant, aluum leniendo ſoluunt & lumbricos pellunt.

Viſcum, quod ex eorum pulpa fit, emplaſtri modo in ſcyrrhoſis tumoribus vtuntur: eſtque id vt ſcribit Matthiolus, aucupijs commodiſſimum. Fit & ex Myxia vinum, authore Plinio.

PRVNVS MYROBALANVS DICTA.



Arborem hanc in Cæſarei palatij horto Viēnæ coli tradit Cluſius qui pingit & deſcribit: Cōſtantinopoli illuc allatam annotans. Cur verò huic Pruni generi *myrobalanæ* ſit data appellatio, fatetur ſe neſcire: nam, inquit, nec fructus ſimilis eſt neque oſſicula quæ reliquis Pruni generibus ſimilia habet, licet parua.


DE MYROBALANIS IN GENERE ET SINGVlatim Myrobolani Indæ, nigræ, ſine nucleis.



Arabum ſeu Mauritanorum inuentum eſt Myrobalanus, a quibus recentiores Græci recepêre. Has alij in tres, alij in quatuor, alij in ſex, plurimi verò in quinque genera diſcreuere. Sed alias alijs arboribus gigni obſeruatum, licet aliqui ex eadem naſci putarint. Nos quia ortus illarum huc vſque ignotus, Matthiolum imitati, de eo nihil certi ſtatuimus.

Indæ Arabibus *Aluat* vocantur: ſunt verò paruæ & nigræ, ac nullum os habent, fortè quia ante maturitatem collectæ.

MYROBALANI CITRINÆ.



Magnitudine & colore, quoad externa potiſſimùm, diſtinguuntur Myrobalani. In eo verò conueniunt, quod manifeſtam poſſident qualitatem viſcera & naturam roborandi, & ſimul formali pollent facultate aluum ſoluendi & ſuperuacua purgandi. Sunt verò omnia Myrobalanorum genera frigida in primo, & ſicca in ſecundo gradu.


Citrinam ex Inda fieri exiſtimat Cordus: relictā Indā in arbore ſua, quoad increſcat & matureſcere incipiat.

MYROBALANI CHEBVLÆ.



Citrinis *figura, carne, ſemine & nucleo* per omnia reſpondent: ideo exiſtimauit Cordus, Chebulas fieri cùm Citrinæ ad maturitatem peruenerint. Id expendant Lectores. Os in noſtra figurā adpingere neglexit ſculptor, ac ramulos etiam, quem Ill:x Tabernamontano exhibemus, minimè reſpondet Garciæ deſcriptioni. Magna ſunt, ait, *Quebula Myrobalana*, & rotunda, oblongiora tamen & anguloſa: *folia* Perſicis ſimilia, &c.


MYROBALANI EMBLICÆ.



De ijs ſic ſcribit Cordus: *Myrobalanum*, inquit, appellata *Emblica* ſuum peculiare & proprium genus habet, etiam a Bellirico diuerſum: magnitudine autem ei cedit, nec ferè vnquam integra adfertur, ſed in fragmenta diuiſa & dilapſa. Nos cum nucleis conditā obſeruauimus, quemadmodum Figura repræſentat, vt & reliqua ſatis eleganter.

De his, vt & de reliquis Myrobalanis, ac omnibus etiam alijs Prunorum generibus, cùm in Hiſtoria noſtra [illegible], tùm in hujus *Appendice*, fuſiùs.

MYROBALANI BELLIRICÆ;



Hæ alterā parte ſunt ſeſſiles, alterā turbinatæ, & in apophyſin deſinentes: magnitudo eadē quę Citrinis, ac ſapor etiam idem: at Belliricæ rotundiores ſunt, & earum ſuperficies lęuior ad modùm rugoſa.

Cæterùm an rectè ſentiāt necne qui Myrobalanos *Palmæ fructum*, vel qui Nucem vnguentariam eſſe exiſtimant, in Hiſtoria noſtra Vniuerſ. expendimus. Necnon vtrùm Myrobalani vox fœminini vel maſculini ſit generis: atque etiam an tria vel quinque ſint Myrobalanorum genera. Nobis hic ſecundùm verſum:

Myrobalanorum ſpecies ſunt quinque bonorum.
Citrinus, Chebulus, Belliricus, Emblicus, Inda.


MYROBALANI SPECIES RAVVVOLFIO.



Fructum hunc fusè deſcribit Rauvvolffios, ac reperiſſi in Paleſtina tradit, & quoſdam cenſere Myrobalani ſpeciem eſſe. Arborem videre ipſi non licuit.

In hac autem Tabella habet Lector & Fugaras Iconem, de qua in Claſſe ſequenti agemus.

CORNVS: Germ. *Cornelbaum*: Belg. *Cornellenboom*: Gall. *Cormier, Cormier, Cornellier*: It. *Sorbo Albero.*



Eius ſumma faſtigia duo, *Vrbanum* & *Sylueſtre*. Alij in *Marem* & *Fœminam* diſtinguunt: hancque molliorem & medulloſam dicunt: & habet etiam fructus in colore & magnitudine ſuas differentias. Hoc verò hu... a bon & Sorbo pec... har... quod ſylueſtris fructus minutiores & ſuauiores ſi... quàm vrbanę.

Cultum itaque ſeſpuis... & tam in humidis quàm in ſi... cis locis naſcitur. Februari... & Martio floret, nonnu... quam antequam folia erum... pant. Fructus vero Sept... & Octobri maturat.

Folia, Fructus, & germi... valenter deſiccant & adſtri... gunt. Ligno verò præſertim maris, duriſſima & quaſi cornea eſt materies, vt d... arbori nomen.

CORNVS FOEMINA, VIRGA SANGVINEA. Germ. *Spindelbaum*: Gall. *Cornellier ſauuage.* It. *ſanguino.*



Corno, ait Matthiolus, haud abſimilis eſt planta, quam in Hetruria, à ſanguineo virgarum colore, vulgari idiomate *ſanguino & ſanguinello* vocamus. Sunt qui velint Cornum eſſe fœminam, ſed qua de Cauſſa non video: Virgam ſanguineam Plinij eſſe non auſim affirmare.

Cornum fœminam & virgam ſanguineam Plinij vnum & idem faciunt Aduerſaria, Geſnerus, Bellonius & alij: Cornum Sylu vocant nonnulli, ſed non ſic viſum omnibus: *iudicent docti.*

Flores Aprili & Majo baccæ imminente Autumno nigreſcunt, quæ amari, acerbi & adſtringentis ſunt guſtus, ac Turdis gratus cibus.

CERASVS: Germ. *Kirſchenbaum*, Belg. *kerſeboom*: Gall. *Cerſier*: Ital. *Stregie.*



Ceraſum, vulgatis hodiernâ die notitiæ arborem Lucullus Romanorum Imperator, qui Mithridatem & Tigranem debellauit, è Cuſaſunte oppido Ponti olim in Italiam adaegit, & Fructum gentilitio nomine *Ceraſum* nuncupauit.

Ejus multiplex differentia, à ſapore, colore, figurâ, magnitudine, loco, authoribúſque ſeu inuentoribus ipſis.

Specioſa eſt ea, quam hic pingimus, fructum producens magnum oblongum, ad cordis figuram aliquatenus accedentem, carne dura ſolidáque, dulci, coloris ex albo rubelli, nucleo magno. Et hoic inter ſatiuas magna ſuauitas, de reliquis in ſequentibus.

CERASA ACIDA NIGRICANTIA, NITIDIORA, Germ. *Amarellen, VVicſſen*: Gall. *Griottes.*




His non eſt ea arborum altitudo quæ ſylueſtribus, nec rami ita extenduntur vt in reliquis, ſed ad Betulam quodammodò accedūt. Colitur vulgò Arbor in hortis: fructus verò qui tardiùs matureſcunt. pro ſiticuloſis febrientibus exſiccantur: atque ex ijs cum bono vino admixto, fit id vini genus quod Caniculę tempore in delicijs habetur, *Wiechſeln vvein* nomine. An Plinij *Ceraſa Macedonica?*

CERASVS PLENO FLORE VVLGARIS.



Pulchra Ceraſorum ſpecies eſt, ſi vel flores tantum ſpectes, qui Roſarum aut Balauſtiorum modo pleni ſunt. Ejus verò tres habentur ſpecies: 1. Vulgaris, quam hic pingimus. 2. vulgari major, pauciores fructus edens. 3. Aphyllos dicta: de quibus mox.

CERASVS PLENO FLORE VVLGARI MAIOR.



Hæc cæteris minùs eſt fœcunda. Et ratio in promptu: magna enim vis abſumitur in flores.

Sunt præterea CERASA ACIDA RVBELLA, ſed rubri coloris dilutioris, carne haud admodum dura vel compacta, quibus ſapor, præſertim probè maturis, acidiuſculus, vinoſus & valdè gratus. Et hæc ſunt quas propriè Baſilienſes & Alſati *Zame Kirſchen*: Galli *Griottes*, vocant.

CERASVS PLENO FLORE APHYLLOS.



Aphylloo dicimus, quia nulla, vel pauca admodum habet folia, vt noſtra habet Icon. Hanc duas & alias præcedentes Montbelgardi in Principis horto colimus.

CERASVS VNO PEDICVLO PLVRA FERENS cerasa.



Ibidem duæ coluntur Ceraſi ſpecies, rubra ſcilicet & nigra: quæ modò duos, modo tres, ac ſæpe etiam quatuor aut quinque, vno pediculo proferunt *fructus*, & ante ipſos *flores* vulgaribus ſimiles.

CERASVS RACEMOSA.



In quibuſdam Ceraſis fructus racematim in vuæ modum prouenit. Has Hetrurici authore Matthiolo, *Cerage grappoloſe*, cæteri verò Itali *Ceragia del grappo* vocant. Habentur peculiariter in hortis, vineis & viridarijs.

Hic autem de Ceraſorum qualitatibus & viribus aliquid addendum. Eas ex Dioſcoridis & Galeni placitis ſic recenſet Simeon Sethi. Ceraſa, inquit, frigida ſunt & humida, malique ſucci, ventrem ſubducunt, ac ſtomacho [humido ſcilicet, non calido & ſicco] minimè ſunt idonea. Sed hæc de verè Ceraſis, id eſt, dulcibus, intelligenda, de acidis verò & auſteribus minimè. Gummi arboris cum vino ſumptum calculoſos ſanat.

CERASVS PVMILA, CHAMÆCERASVS: Germ. *VVilde Kirſchen*: It. *Ceregio nana*.




Cubitalis aut bicubitalis eſt hic fruticulus, qui omnia vulgari Ceraſo ſimilia habet, quadruplò minora.

In Pannonia, Auſtria inferiore & Morauia locis editioribus & ſiccis ad vinetorum margines, ſponte naſci ſcribit Cluſius. Lobelius in Belgicis hortis denſè fruticare. Fructus auſterus eſt.

Chamæceraſus in montis generoſi Inſubriæ crepidinibus naſcens, Geſnerí & [illegible] Lugdunenſis.

CERASVS SYLVESTRIS, FRVCTV RVBRO & nigro.



Hæc quàm Sylueſtrem dicimus *quadruplici varietate* differentes fructus gignit. Rubrum & Nigrum, & vtrumque vel majorem & carnoſiorem, vel minorem & macriorem. Major, tam ruber quàm niger, dulcior eſt cæteris, culto talis, vt equidem cenſemus, effectus. Minor nullius vnquam cultus gnarus, tam ruber quàm niger plerumque amareſcit, ſed catenus, vt prævalente dulcedine haud ſit ingratus, niſi in omninò vmbroſis, & Solo nunquam illuminatis locis proueniat.

CERASVS SYLVESTRIS: AMARA: ARAAVM MAHALEB putata.




Aduehi ex Syria ſcribit Dalechampius, quamuis circa Lugdunum vbiquè per ſepes naſci & ipſe tradat, & alij obſeruarint: Arbore autem eſt humiliore, fructu minùs habito, nucleo & ſemine tenuiore ac graciliore, folio rotundiore, flore albo, &c.

Vidimus Nos inter Valentiam & Lugdunum, ac Tiguri.

Nuclei calefaciũt & emolliunt, piloſque horridiores & duriores emolliunt & attenuãt crebro affrictu. Ex ijſdẽ conficitur Oleum jucundi odoris, quo vtuntur ij qui chirothecas odoribus imbuunt.

An Theophraſti *Lacathe*? An Plinij *Vaccinia*? An Virgilij *Vaccinia*.

CERASVS RACEMOSA QVIBVSDAM: aliis PADVS Theophr. Germ. *Vogelkirſchen*: Gall. *Putier*.



Parua eſt hæc Ceraſus, racemulis oblongis fructum ferens paruum, qui in maturitate ex viridi flaueſcit, ac ſubauſterus eſt, nuclio ſubaſpero.

In glareoſis & arenoſis locis prodit circa ſepes & dumeta, præſertim ad ripas fluuiorum, Geneuę, Lugduni, atque inter Baſileam & Solodurum vidimus florentem Aprili & Majo: atque in horto Principis colimus Mombelgardi.

Fructus auiculis gratus, quo & pueri delectantur: ſemẽnque eiuſdem ad illos tum Epilepſias commandatur.

An *Padus* Theophraſti?

LOTVS ARBOR FRVCTV CERASI: Gall. *Miro-coulier*: Ital. *Bagolaro*, *Perlaro*.



Loti varia & multiplex apud Authores ſignificatio Nobis de Loto arbore his ſermo. Euariauere etiam multùm in hac deſcribenda Scriptores tum Græci tum Latini. Odoratam grauem baccis tribuunt Dioſcorides, Plinius nullũ.

Tres ejus ſpecies vulgò faciunt: 1. Loton Dioſcor. quæ *Celtis* Plinij, & hanc rurſus cum vel ſine nucleo: 2. Loton Theophraſti, à Dioſcoride diuerſum: & 3. quam Fabam Græcam & Dioſpyron inſcribit Theophraſtus.

Prima ſpecies quæ olim tantùm in Africa, & ſociorum Vlyſſis Inſula Lotophagita, cognita fuit, toti nunc ferè Europæo Orbi innotuit. Floret Martio, & Autumno fructum maturat, qui dulcis eſt, acidulus & adſtringens.

GVAIACANA: QVIBVSDAM TERTIA LOTI SPECIES: Faba Græca & Dioſpyros Theophraſti.



Hiſtoriæ Lugd. dicitur Tertia Loti ſpecies, quæ etſi Lotus non eſſet, tamen in Loti generibus numeranda eſt. Matthiolo Lotus Africana altera Loti Africanæ ſpecies, Pſeudolotus.

In Europa peregrina olim erat. Hodie verò in cultioribus hortis habetur. Sic Patauij in horto Medicorum colitur, & Guajaci nomine oſtenditur. Mombelgardi in S Principis horto ex ſemine Patauio miſſo Nobis prouenit: atque etiam in illuſtri VVagneriano horto prope Mildanum nuper vidimus, florentem Majo.

An ijſdem cum Loto polleat viribus, vt nonnullis placet, conſiderent docti.

De Loto plura habebit Lector in *Appendice*.

CLASSIS SECVNDÆ FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE
STIRPIVM
CLASSIS III.

QVÆ NVCVM EST, ET EARVM ARBORVM QVÆ FACIE, FRVCTV VEL NOMINE, CVM NVCIBVS ALIQVAM AFFINITATEM (HABENT): SIVE Indigenæ ſint ſiue Peregrinæ.

Nvx Ivglans: Germ. *Nuſsbaum*: Belg. *Noteboom*: Gall. *Noyer*: Ital. *Noce, olive o.*



NVcis acceptio ampla eſt & multiplex: Nec Nos de hujus vocis homonymiis jā ſumus ſolliciti. De Juglande ſermo eſt, quæ etiā quare & à quib. Jovis glans, Diuglās, Caryon, Nux Perſica, Regia Euboica, & Græca, dicta ſit, nō eſt noſtri inſtituti huc referre.

Variæ autem hujus fructus obſervantur differentiæ & magnitudine, tegmanto, valuis & loco deſumptæ, ac præſertim mutantia figuræ luxuriā naturam in hoc fructu luſiſſe certum eſt.

Cæterū loca mōtana humida & frigida amat Nux Juglans: ac Iulos Martio & Aprili protrudit, Auguſto & Septembri maturat fructū. Qui primo ordine ſiccus, ſecundo verò calidus cenſetur: & ſiccus calidior eſt quam viridis, qui manducatus ventrem ſubducit.

Genipat, Ivnipappeeyva, & Xagva Americæ & Braſilianorum.



ARboris Americanæ quæ Mali Perſici magnitudinem æquet, & Nucis Juglandis folia habeat, meminêre Thevetus & eum ſecutus Lerius ac ei *Genipat* nomen indiderunt. Fructus verò huius Arboris ſucco, Americani ad ſtragem aliquam, vel ad ſaltandum amicos proficiſcentes, corpus atrocærulco colore inficere tradunt.

Iunipappeeyvam arborem eſſe Nucis folio, atque cuius fructu eodem modo & in eūdem finem utantur Braſiliani, ſcribit Cluſius. Atque etiam ſuæ *Xagua* eaſdem facultates tribuit Oviedus, Quo factum ut eas, fortè eaſdem, hic coniunxerimus, Iunipappeeyuæ figura adpoſita.

Macocqver Virginiensivm.



Fructus hic quem Cluſius pingit & deſcribit, ex Virginia dicta Provincia, quam Angli (à quibus primùm obſervata) Virginiam nuncupantur, fuit allatus: An Iunipappeeva Braſiliarorum?

Fructum hunc illius regionis Incolæ magno aliquo periculo liberati, vel bello defuncti, in lætitiæ ſignum ſtructo igni aſſidentes, pulpa ſeminibuſque exemptis implēt lapillis, baculoque aptantes, manu tenant, agitant, commovent, eoque ſtrepitum edunt, perinde ac Braſiliani ſuo Tamarace.

Nvx Moschata: Germ. *Muſcat Nuſs*: Belg. *Note Muſcate*: Gall. *Noix muſcade*: Ital. *Noce Moſcade*.



Nux Moſchata, quæ etiam Nux aromatica & Nux myriſtica dicitur, arbor eſt Indica, quam nonnulli fronde & fructo Pyro affinem, alij Iuglandis folio, fructu verò Pyri, ac plerique omnes reliqui, Perſico affinam tradunt.

Sexu & magnitudine diſtinguitur: alia enim major, quæ Mas, alia minor, quæ Fœmina eſſe creditur.

Fructum pauci deſcribūt Dodonæus Habet, inquit, corticem viridem craſſum: deinde pelliculam, quæ Macis, ſupra putamen lignoſum, in quo Nux.

In Inſula maris Indici, Banda dicta, abundat in ſylvis ſpontanea. In Moluccis aliiſq; locis etiam habetur, ſed non eſt fructifera: noſtro antē cœlo aſſueſcere non poteſt.

Qualitates & virtutes poſt enarrabimus.

Nvx aromatica foemina.



Toto itaque cœlo errant Matthiolus & alij qui Macim Nucis Moſchatæ florem eſſe ſibi ſunt imaginati, ac malè etiam Macim cum Macere confundit Lonicerus.

Nux Moſchata calida eſt & ſicca in fine ſecundi gradus, & eſt ſtiptica: ventriculum & hepar roborat, ac lienẽ abſumit. Oris ſuavitatem cõmodat ac animæ fœtentis virus commodè abolet: lentigines in facie emendat, viſũ acuit, vrinam ciet, fluentem alvum ſiſtit, Flatus diſcutit & frigidis vteri affectibus prodeſt: Maximè verò ſacchato condita recens, qualis ex India adfertur: manè & veſperi ante cibũ ſumpta. Olei quod ex recentibus contuſis, ac in cacabo calefactis, prælo exprimitur, virtutes ex antè dictis erunt æſtimandæ.

Nvx aromatica mas.



Hic, ut in Fœminæ figuram apponimus Cluſij, deſcriptiones ex ipſius Libris petendas relinquentes.

Sed de Maci aliquid dicendum: De eo minimè convenit inter Scriptores tum antiquos tum recentiores. Macim Arabum & Macerem Græcorum vnum & idem eſſe exiſtimarunt Hermolaus, Cornarius, Bacchanellus, Amatus & alij. Ex adverſo, verò ſtãt Matthiolus, Curtius, R. Conſtantinus Dodonæus, Lacuna, Garcias, Acoſta, Hiſtoria Lugd. & alij quamplurimi, nec abs re, cùm ſit Macis Arabum membrana exterior Nucem moſchatam probè totam veſtiẽs: Macer Græcorum, de quo mox, omninò aliud.

Cæterùm mirè roborat ventriculũ, vrinã provocat, calculum pellit, & flatus reſolvit.

Macer Dioscoridis et Græcorvm, Luſitanis *Arbore de las Cameras* dictus, & Arbor ſancta.




Cortex eſt, inquit Dioſcorides, è Barbaria advehi ſulvus, ſubflavus, craſſus, ſatis adſtringens Corticem etiam ex India afferri ſolitum Galenus vocat. Plinius corticem eſſe radicis arboris cujuſdam Indicæ. Acoſta Maceris arborem vaſtæ eſſe magnitudinis, multis ramis præditam, Vlmo multò maiorem: ac in eius medijs folijs gigni ſemen deparij magnitudine, quod ſit loco floris & fructus. Corticem verò illi eſſe craſſum, aſperum, ſcabrum durũ que, ſubcinereum.

Sed quantùm Macer à Maci differat minimè eſt obſcurum: Litem in Hiſt. noſtra vniverſali dirimimus.

Deſiccat valenter, ac bibitur ad ſputum ſanguinis, dyſenterias & alvi fluxus.

Corylvs ſeu Nvx avellana: Germ. *Haſelbaum*: Gall. *Coudrier*: *Noiſetier*: Ital. *Nocciolare*.



Nucem Avellanam huius arboris fructum, Ponticam, Prænestinam, & Heracleoticã nuncupabant Veteres, à locis vbi copioſè naſcebatur. Nuces Ponticas Leptocarya dicebat Dioſcorides.

Eſt vel domeſtica, vel Sylveſtris, hæcque vel majores vel minores, vel rotundas vel oblongas profert Nuces. Domeſtica rubras & oblongas vulgò habet, atque interdum rotundas, vnciali amplitudine: *Lugdunenſes* vocant.

Montes amat Corylus & deſerta: odit etiam in plana, gaudetque humidis & argilloſis: ac tranſlata miteſcit. Iuli primo quoq; tempore erumpũt, etiam nondum ſoluta hyeme.

Vires & qualitates vide ad latus ſequ. figuræ.

Avellana Bysantina.



Avellanæ Byſantinæ fruticem ſupra cubitalem altitudinem rarò excrecere, ac pumilam ſemper eſſe referunt.


Cæterum calidæ & ſiccæ ſunt Avellanæ in primo ordine, meliùs nutriunt, ſed difficulter concoquuntur:

vnde verſus Macri,

Ex minimis Nucibus nulli
datur eſca ſalubris.

Faciliùs autem coqui aiunt, ſi interior earum cortex abjiciatur. De Coryli ſuccis virgæ ſſu & vnde, Hiſtoriam noſtram vniverſalem Lector, ſi lubet, conſulat.

Staphylodendron: Germ. *Pimpernuſsbaum*; Gall. *Baguenaudier*, *l'Arbre du raiſin*: Ital. *Piſtachio ſalvatico*.




Arborem vitis nuncupat Anguillara. Tragi verò & Loniceri judicio, *Nux veſicaria* aut *Follicularis* dici poſſet: alijs dicitur Piſtacea ſylveſtris.

Vdis & humidis gaudet locis, circa Aroviam Helvetiæ oppidum, atque inter Solodurum & VVallenburgum frequens. Genevæ, Lugduni & Baſileæ coli in hortis obſervavimus, ac Mõtbelgard. in S. Principis horto habuimus. Floret Martio, nuculas verò Septembri maturat: ac faciliùs ſeritur & propagatur.

In hortis ſata venenata animalia arcère creduntur. Ex nuculis orbiculos precarios conficiunt pauperes.

PISTACIA : Germ. *Welſch-Pimpernuſsbaum* : Gall. *l'Arbre des Piſtaches* : Ital. *Piſtachi.*




Præter foliorum varietatē, qua nonnunquam natura ludit, nulla in hac arbore obſervatur Differentia : fructus enim omnes inter ſe ſunt ſimiles. Vnus Palladius in Marem & Fœminam diſtinguit, ſed perperam, vt in Hiſt. noſtra magna oſtenditur.

Locum amat calidum & humectum, & rigatione gaudet. Habetur in nonnullis Italiæ & Gallo-Provinciæ locis: ſed fructus non admodum boni, vt in Perſia, Ægypto & Syria, vnde Venetias importantur.

De Piſtacijs adhuc pôſt agemus.

Cæterùm Piſtac a calida & ſicca ſunt in fine ſecundi gradus: hepar ab obſtructionibus liberant, ſtomacho conferunt, & multùm nutriunt.

TEREBINTHVS : Germ. *Terbinthinbaum* : Gall. *Terebinthe* : Ital. *Terebintho.*




Terebinthus, Theophraſto authore, alia Mas alia fœmina : alia magna aliâ parva. Nonnullis dicitur arbor grani viridis, & nomen habet à baccarum cum Erebintho, ſeu Cicere, ſimilitudine.

Provenit locis ſiccis, lapidoſis & ſoli expoſitis, ſpontè plurimis Syriæ, Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Italiæ & Galliæ Narbonenſis locis proveniens: ac ſeritur etiam in hortis. Floret Aprili, fructus Septembri legitur.

Folia, fructus & cortex, tradente Dioſcoride, adſtringendi vi pollent, atque ad eadem ad quæ etiam Lentiſcus conveniunt, ſimili paratâ modo ſumptáque. De Reſinâ eiuſque viribus commlatur Hiſt. noſtra vn.

TEREBINTHVS INDICA MAIOR fructu rotundo.



Huius fructus Piſtacijs bonitate minimè cedunt, ijſque ſunt ſimiles, atque ex racemis pendent, vt illa: ſed breviores ſunt & rotundiores. Sic effecit affinitas vt pro Piſtacijs à nonnullis habeantur: ſuntque calidi & ſicci, & flatus pellunt.

Ferunt, ait Theophraſtus, Terebinthum in India haberi, alij ſimilem arborem Terebintho, cui folia & rami & reliqua omnia Terebintho ſimilia &c.

Fecit affinitas vt huius fructus pro Piſtacijs à nonnullis habeātur. Calidi ſunt & ſicci. Arbor autem non ſolùm in India, ſed etiam in Perſia, Armenia & Meſopotamia, copioſè provenit.

TEREBINTHVS INDICA, FRVCTV PARVŌ ad corculum accedente.



Huius nuculæ cum ſuis putaminibus magnitudine ſunt Piſt. figura verò corculum referunt, Malio Indico haud abſimiles, in cæteris ſimiles præcedenti.

Ibidem vbi & præcedens naſcitur.

Bel Serapionis vocat Rauvvolffius. *Bel* autem ſuâ medicinam eſſe ſcribit Serapio: nervorumque & articulorum defluxionibus, ac podagræ conferre.

NVCVLA EXOTICA PISTACII SPECIE, AN BEL Serapionis & Avicennæ?



Has Nuculas ad Piſtacia plurimùm accedentes inter peregrinos noſtros fructus adſervamus.

An *Bel* Serapionis & Avicennæ, de quo ſic tradit Serapio: *Bel* Iſaac Eben Amram, eſt Citonium Indum, fructus rotundus ſicut Avellana, abſq; cortice. Virtutem habet Zinziberis Locis vbi Hieroſolymitanæ vicinis reperiri ſcribit Rauvvolffius: ac *Scel* etiam vocari.

CACAO AMERICÆ, ſeu AVELLANA MEXIcana, Cacavate quorundam.



Cacao arbor eſt modicæ magnitudinis, quæ ſimul ac Sole tacta eſt, contabeſcit: unde niſi in ſylvis vmbroſo & humido loco ſeritur. Fructus Amygdali ſpeciem refert, & rubicundo eſt tum cortice tum nucleo: per vniverſam Americam celebris.


Ex nucleo enim Cacao fiunt Sorbitiunculæ refrigerātes adeò expetitæ, vt cum ijs nihil non commutare poſſint: quæ illarum regionum merx præcipua.

Avellana Indica Mehembetene. Cortuſi.



Pollicem tranſverſum longa eſt, formâ triangulari, durâ, & ligneo putamine: fracta verò tres habet Cellulas, in quibus nucleus oblongus, albus dulciſque invenitur. Sunt qui ad *Nucem Vnguentariam* referant ſed eorum Nos ſententiæ minimè ſubſcribimus.

Avellanæ Mehembetene Cortuſi ſpecies alia nuda.



Magnitudine & figurâ præcedenti reſpōdet, hic fructus, ſuperiùs quoq; foramen triangulare habens. Pro magnitudine autem admodum ponderoſus eſt, ac ſi oſſeus eſſet aut lapideus. Color fuſcus aut ex cinereo nigricans, atque concuſſus ſtrepitat, argumento intùs contenti nuclei.

Avellanæ Mehembetene Cortuſi ſpecies alia veſtita villo.




Prædictis reſpondet etiam hæcce Avellana. Sed villis obtegitur triangulare eius foramen: eſtque veluti *Fouſel*, villoſo quodam involucro ferè tecta: nucleum continens dulcem, tenui candicante membranâ incluſum.

Carairi, Fructus Indicus, Nucis juglandis magnitudine.



Levis eſt & minimè ponderoſus, tametſi admodum ſolidus ſit, & ſaxea duritie præditus, nec minùs in aqua ſubſidat quàm lapis. Confractus craſſo duriſſimoque cortice cōnſtare deprehenditur, & nucleum candidum, ſucculentum grati ſaporis & iucundi odoris continet. Eſt & eiuſdem generis alius *Camiri* Indis dictus.

Nucula Indica Lobelii et Penæ.



Vix magnam æquat Olivam, corticoſo, oleaginoſo ac ſapido nucleo. *Integram & confractam* hic proponimus: habet autem *Icon* integræ magnam ſimilitudinem cum *Chamæryphes* fructu.

Nuculæ ex Guinea.




Nucis Myriſticæ ferè magnitudine eſt, & forma etiam ad illam plurimùm accedit: eſtque ſapor ferè idem. Dono accepimus ab Illuſtriſſimo Principe VVirt. cui miſerat D. Paludanus. Varias autem proponimus Figuras, quę Nuculæ eius diverſas facies exhibent: prout plùs minúſve à cortice ſuo exteriore detecta eſt.

Frvctvs Indicvs Ivglandi ſimilis, tuberoſus.




Iuglandem Nucem ſuo calyce etiamnum intectam æquat, perpetuis tuberculis, & longioribus iugis aſperatus: ex cinereo ruſeſcens. Infima pars umbilicam habet ſeſſilem, oppoſita vero modicè in conum faſtigiatur. Durus eſt & gravis.

Frvctvs Indicvs Echinatvs.



I



II

Magnitudine Nucem moſchatam æquat; eſtque coloris cinerei, plurimis obtuſis tuberculis abundans. Guſtu vero aliquid adſtrictionis habere deprehenditur. Pedicolus craſſus eſt, & fructus ipſe ſonorus: at quid intus contineat neſcimus, minimè enim aperuimus.

Nvces Indicæ Velvt Larvam oſtendentes.



Mirabilis etiam eſt hic Fructus larvam quandam Simiæ caudatæ aliquo modo repræſentans ſine naſo. Pictus eſt bis ſua magnitudine ſemel averſam, deinde adverſam partem oſtentans. Sequitorque alius adhuc ad illum quam proximè accedens.

Nvx Indica Oblonga, Intrinsecvs ſimilis Nuci Moſchatæ.



Hanc Camerarius in Matthioli Hiſtor. Germ. *Avellanam Indicam* inſcribit. Lobelius ſub Palmæ Pini titulo tradit, ſed perperàm. Tabernæmontanus nomine *Areca* ſeu *Fauſel* pingit. Hiſtoriæ Lugd. ut & Camerario, dicitur *Avellana Indica*.


BIBL. PAL. ... VITTORIO EMANUELE

Frvctvs Exoticvs Svlcatvs Tuberoſus



Magnitudinem exprimit Figura. Cortice autem tectus eſt cinereo, non duro, ſed Gallarum inſtar fungoſo. Totus per longitudinem ſpecioſè ſulcatus, inæqualis & tuberoſus. Ima parte quâ ſulci conveniunt ſcrobiculus eſt, oppoſitâ verò gibbus: atque ſi ucu confodiatur eius ſubſtantia, dura ſatis deprehenditur.

Nvx Indica Tessellata.



Non minoris, ſed operoſioris potiùs Naturæ oſtenti, præcipuæque elegantiæ, ſunt hi picti fructus, quos olim à S. Duce VVirtembergico accepimus, ac quibus ſimiles habet Cluſius in Exoticis ex Goyacuna, Americæ provincia allatos.


AVELLANÆ INDICÆ MAIORES, CVRCAS, Petita Peruanus, & Manobi Lerij.



Fructus quem hac tabella exhibemus, à Matthiolo in poſtrem. Comm. Lat. & Ital. pingitur & deſcribitur.

Nos verò varios *exoticos Fructus*, quibus cum avellanis aliqua affinitas, in hunc locum reſerimus. Sic CVRCAS hic memorandus venit, qui, authore Garciâ, naſcitur in Malavar Avellanæ magnitudine; ſic PETITA PERVANVS. ſic MANOBI Lerij. ſub terra Tuberum modo naſcens. ac qui fortè TRAAS genus aliquod ad Avellanas multùm accedens.

SAPONARIÆ SPHÆRVLÆ.



Fructus ſunt Avellanæ aut Ceraſi magnitudinem ęquantes, ſed minimè edules, oſſiculum rotundum durißimum ac nigrum continentes. Arbor quæ fructus hos profert folia habet Filicis folijs ſimilia, ſed minora: atque in Hiſpaniolæ inſulis frequens occurrit.

Oſſiculis perforatis fiunt ex ijs precatoriæ coronæ perelegantes. Fructu verò integro cum aqua calida panni purgantur, perinde atque ſapone. Pulpa oſſiculum ambiens ea eſt quæ ſaponis vicem præbet.

NVCES INSANÆ, vel PRVNVLA INSANA.



Nucum iuglandium magnitudinem æquat, putamine fuſco, oſſiculo membranaceo nigro, cum macula alba.


Fructum hunc peregrinum Belgæ ex Indis Orientali reduces, ab effectu *Prunula inſana* appellarunt: eò quòd omnes qui eum deguſtaverant, comederantúe, vertigine & mentis alienatione correpti fuêre, miráſque imaginationes habuerunt, pro naturæ cujuſque temperamento.

AVELLANA PVRGATRIX NOVI ORBIS.



Colore & forma noſtris ſunt ſimiles, putamine tenui, coloris ſpadicei, medullâ interiore alba & dulci. His Indi familiariter ſe purgant. Doſis à ʒ.ß. ad ʒ.i. ſed aſſandæ ſunt. Calidi autem & ſicci ſunt temperamenti ſuper ſecundum ordinem.

PINEI NVCLEI MALVCANI, ſeu PVRGATORII: Gall. *Pignons d'Inde*: Ital. *Pignones de Maluco.*




Noſtris Pineis nucleis ſimiles ſunt, ſed molliore & nigriore putamine, intus albi, pingues & guſtu dulces. Naſcuntur in magnis ſtrobilis. Arbori Pyri magnitudo. Sponte in ſylvis provenit, atque etiam in hortis alitur.

Calidi ſunt in tertio ordine & ſicci in ſecundo. Eo autem fructu frequenter vtuntur Indi, cùm in curãdis quibuſdam morbis, tum etiam in ſuis nequitijs. Bilem, pituitam & aquas purgant.

Cæterùm cùm Acoſta grana quatuor intercimere tradat: Monardes autem quinque aut ſex exhibeat: Ande iſdem ſcribant meritò quæritur.

BERETINVS FRVCTVS.



Arborem alunt Moluccanas omnes inſulæ, Quercu autem illa major, folia Laurino, craſſa, ſplendentia & minimè ambitu ſerrata. Fructus exiguus, ilignis glandibus ſimilis, edulis.

Abundat autem præ ſeteris Beretina Inſula eo fructu: ſolénque illius incolæ eo crudo, contuſóve, ac in pultis modum cocto, alrerius cibi penuriâ famem ſublevare.

ARBOR GEHVPH ſiue COBBAN.



Faliſi eſt parvis, quemadmodum & arbor quæ ſiliquam Cathartieam fert: ramis brevioribus, cortice flaveſcente: fructu craſſiuſculo & rotundo, pilæ luſoriæ inſtar, in quo Nux avellanæ par concretur, nucleum continens amarum.

In Taprobana Inſula, Sumatra hodie dicta, vbique eſt obvia: Eam enim prope ædes ſuas & in hortis diligenter colunt. Fructus ad ſedandam ſitim & varia alia magni eſt vſus.

BARVOE, FRVCTVS ARBORIS HVRÆ.



In Goyana naſcitur hic fructus, ſuis celſa arbore, *Hura* nuncupatâ. Geminum autem pugnum magnitudine æquat, atque ex pluribus Nucibus ſimul junctis, & veluti in vnum coactis, creſcit. Vomitu & alui dejectione purgat. *Cluſius.*

ARARA FRVCTVS AMERICANVS.



Nucleum nudum, & putamine vel cute obtectum, binæ exhibent figuræ: magnitudo illi ſylveſtris Olivæ. Decocto ejus ſordida & maligna lavant vlcera.

CVNANE FRVCTVS ARBORIS MORREMOR.



Longus eſt, ait Cluſius, ovalis, niger, & tribus foraminulis inſignitus. Naſcitur apud Americanos, in puſilla arbore, cui nomen *Morremor*. Toſtum manducant adverſus capitis dolores. Cinerei eſt coloris, ac prædicto non abſimilis in eadem tabella adpictus.

LENTISCVS: Germ. *Maſtichbaum*: Belg. *Maſtickboom* Gall. *Lentiſque*: Ital. *Lentiſco*.




Lentiſcum à foliorum lentore dictam volunt Adverſaria: Ruellius quod liquore quodam lenteſcat. Arbor eſt, ait hic, Roboris magnitudine, Sorbi folio, Terebinthi odore, ſylveſtris Punicæ acinis ſed monſtris pro Lentiſco producit. Nec ſibi conſtat Matthiolus: aliàs Myrti, aliàs Piſtacij, folia illi aſſignans: meliùs Olivæ folijs ejus folia alij comparant.

Chiæ & Italicæ meminêre Plinius, Ruellius, & Camerarius: ſed diſtinguit hic rurſus, in fruticoſam & arboreſcentem, atque in cultam & ſpontaneam.

Porrò Lentiſci feraciſſima vniverſa Narbonenſis Galliæ ora maritima. Floret aprili, fructus Octobri matureſcit.

Vires & qualitates videat, *Lector ad latus ſequ.* Figuræ.

BALSAMI PERVVIANI FRVCTVS.



Fructum Arboris in novo Orbe naſcentis ex qua Balſamum elicitur, ſic pingunt Cluſius & Hiſtoria Lugd. Verùm ſi Monardis deſcriptioni adhibenda fides, longè minor eſt Balſami fructus.

Vacanti huic loco Lentiſci virtutes & qualitates adponimus.

Moderatè calida eſt, deſiccat verò in 2. ordine, omnibus ſuis partibus, ramis extremis, germinibus, folijs, radicibus, fructu & cortice, æqualiter adſtringens. De Maſtiche, reſinâ quam lacrymatur hæc Arbor, in Hiſtoria noſtra vniverſali fusè actum, & agetur fortè in hujus *Appendice*.

NVX, SIVE OSSICVLVM, CYPOTE, SIMILE Nuci Balſami Peruuiani.



Nucem hanc Cypote dictam, Balſami Peruuiani fructui haud abſimilem eſſe ſcribit in Exot. Cluſius, cujus ob id vnam ex dicti Fructus Iconibus hic aſſumimus.

BALSAMVM NOVVM FRVCTV RACEMOSO.



In India & Hiſpaniola Inſula ſponte naſcitur, arbore magnitudine, caulibus cinereis, folijs viridibus, fructu racemoſo ac per maturitatem rubente. Ejus folium hic ad viuum expreſſum.

Vlceribus & vulneribus admouentur, ſanguinem eorum reprimit, tergit, & mirificè eis medetur, etiam verò Balſamo efficaciùs. Ex ejus ſummitatibus deſtillatur aqua vulneribus vtiliſſima & morbis qui à frigore ortum habent.

BALSAMVM VERVM, XYLOBALSAMVM: Germ. *Balſam*: Gall. *Baume*: Ital. *Balſamo*.



In iſtius Arbuſculæ deſcriptione mirum quàm inter ſe variêt Scriptores. Theophraſto, arboris magnitudo quæ magnæ Malo Punicæ, ramis valde multis, folio Rutæ ſimili, ſed ſubcandido, perpetuo virente. Fructus magnitudine, figurâ & colore, Terebinthi fructui eſt ſimilis & valde odoratus &c.

Arboris tria genera facit Plinius, *Eutheriſti*, *Trachy* & *Eumeces*. Dioſcorides ipſum à ſe ipſo differre tradit aſperitate, longitudine & gracilitate.

Naſci verò ſcribit in ſola Judæa & in Ægypto: Theophraſtus tantùm in Syriæ hortis duobus: Alpinus in Arabia fœlice. *Plura in Appendice*.

NVX VNGVENTARIA, GLANS VNGVENTARIA & Myrepſica Herbarijs dicta.



Naſcitur in ſiliqua quæ vnà hic adpicta. Videtur autem ad hanc Glandem alluſiſſe Martialis, cùm ait:


Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex Vnguento conſtat & ex Balano.

Sunt qui duas ſpecies faciant. *Majorem*, magnitudine Auellanæ. & *Minorem*, Ciceris magnitudine. Et hæc perniciosa habetur, ſolàque major in vſu eſt.

Secundo calidus eſt, authore Galeno, reliquiæ verò vnde expreſſus, vincentem habent qualitatem cum admiſta aliqua adſtrictione.

Olei Balanini quod ex hac Nuce paratur, vſum norunt Practici.


NVX VNGVENTARIA ARBOR.



Parum inter authores conuenit de Nucis vnguentariæ Arbore: alij *Lilac* arborem, alijs Arborem *Ben*, *Been* vel *Behen* eſſe volentibus. Apprimè videtur eam noviſſe Theophraſtus, qui ſic deſcribit: *Balanos*, ait, nomen obtinuit à fructu. Folium habet Myrto ſimile, ſed longius. Ipſa arbor ſincera, & bene magna, non recta ſed contorta. Fructus magnitudine & aſpectu Capparis, (ancillante Dioſc.) fructui ſimilis. Naſcitur in Æthyopia, Ægypto, Arabia, & Petra oppido ſecus Iudæam, &c.

An in Italia, Hiſpania & India hodie habeatur, in hiſtoria noſtra vniuerſali diſputamus.

ANACARDIVM vel ANACARDVS: Germ. *Elephantenlauß*: Gall. *Anacardes*. ET CAIOVS.




Anacardio fructui nomen dediſſe creditur forma auiculæ cordis æmula. Veteribus Græcis incognitũ fuiſſe ſcribunt Ruellius, Matthiolus & Rheginus: ac arborem etiam à Scriptoribus recentioribus deſcriptam non invenimus. Perſeæ non abſimilem eſſe tradit Cæſalpinus.

Arboris fructus eſt itaque anacardium, ac ſic perperam ab imperitis *Pediculus Elephantis* dicitur. Magnus eſt ejus in varijs Indiarum Provincijs, necnon in ignivomis Siciliæ montibus, proventus.

Cæterum calidiſſimi ſunt anacardi, & cordi ac cerebri frigidis ægritudinibus peridonei.


CAIOVA, Fructum peregrinum reni leporino ſimilem, cum Anacardis pingimus.

Ahovai vel Haovvai, Fructus Peregrinus venenatus.



Arborem deſcripſère Thevetus & Lerius: hic vero decantandi Lerius. arbor, inquit, Braſilia Sylveſtribus nominibus dicta *Ahoai*, tam fœtens & ita aliis tadolens, ut cùm ſcinditur aut igni admovetur, odor tolerari non poſſit. Folijs eſt Pomi noſtratis, fructu ad Tribulum aquaticum accedente, cum ſummè veneno nuceo & verè delectabili. Eo autem exemplo, ü... ſeminibus ſunt tintinnabulorum loco utuntur.

Nux Vomica Officinarum, Metella Arabum: Germ. *Krähenaugen*: Gall. *Noix Vomique*.




Nuces *Vomicas* Serapionis dictas, *Methel* eſſe Arabum Scriptores plerique omnes aſſerunt, quibus ... conveniant, vel ... contrarium in Hiſt. noſtra univ. oſtendemus. *Fungos Orientales* etiam dici tradit Cæſalpinus: Fuchſius & Ruellius Tithymalum Myſtem, ... Plantæ Indicæ humo repentis fructū vocat Daleſchampius, qui præterea veram Nucem vomicam Daturam eſſe aſſerit.

Nux Vomica, inquiunt Monachi, quæ etiam *Caſtanea Vomica*, vel *Indica* dicitur, tenetur eſſe illa quæ defertur ex Orientalib. *plagis*, quæ eſt velut placenta, denarij magnitudine, albicans, depreſſa & incurva.

De Nucis Metellæ natura & viribus *plura in Appendice*.

Nux Peregrina Oculata: An Nux Metel Serapionis? An Nux Henden Arabum?



Maior eſt Nuce vomica Officinis dicta, nec non hirſuta ut illa, neque eſt eum omnino rotunda, ſed per ambitum nonnihil ſinuata: ocellis diſtinctis reſpondentibus locellis, in quorum unoquoque ſemen Pomorum aut Pyrorum ſeminibus ſimile.

An Nux Metella Arabum, ut vult Lonicerus?

An eorumdem Nux Hendeni?

An Serapionis Nux Mechil?

Nucula Quædam Falsò Higuero, & Ahouai putata.



Nuculas haſce habent Lobelius & Hiſtoria Lugdunenſis, atque inſcribunt *Fructum Higuero ex Cluſio*. at nuſquā Nucem hanc Higuero vocavit Cluſius. Melius itaque Tabernamontanus Higuero eſſe ſuſpicatus quidem eſt, ſed non definitè dixit.

At etiam ſunt ahouai Theveti, ut habet Cluſij Editio 4. ad Garziam, examinandum. Olim ſine nomine & deſcriptione poſita erat Figura.

Xylon sive Gossipium Herbaceum: Germ. *Baumwol*: Belg. *Boomwol*: Gall. *Cotton*: It. *Cotone*, *Bombace*.



Xylum aliud *Arboreum*. de quo mox aliud *Herbaceum*. & ſeu utrumq; Nucem, quapropter hunc locum ſibi vendicant. Hocce veteribus pleriſque Græcis fuit incognitū, ut illud Theophraſto. Dicitur etiam Latinis *Bambax*, *Bombyx*, *Bombax*, *Bombacium*, *Bābacium*, *Cotto*, *nis*: Cottoonum, ei: Cottum, ei: & Cotum, ti. Sed Lanugo ipſa propriè dicitur *Bombax*.

Calidis autem gaudet locis, & Martio atq; aprili ſeritur: Septembri & Octobri colligitur. Olim plantabatur ſolùm in Ægypto, nunc ferè per totam Europam habetur. Uſum quod attinet, nullum Lini genus eſt quod huic lanugini candore & mollitie præferatur.

Xylon, ſive Gossipium Arboreum.



Hujus arboris laniferæ, ut annotat Bellonius, primus mentionem fecit Herodotus, quem poſtea ſecuti ſūt Theophraſtus & Plinius, ac plures alij, eſtque è numero ſemper virentium.

Diſſimile eſt ob Herbaceo proceritate caudicis, & glabritie foliorum, quæ in Herbaceo hirſuta ſunt: Eandem autem quam Herbaceum fert lanuginem.

Naſcitur in Ægypto & Arabia, authoribus Alpino & Bellonio: atque ex eo ſericeas ipſis tenuiores & ſubtiliores texunt Arabes telas.

Montbelgardi in S. Principis horto utrumque Goſſypium colimus. *Plura in Appendice*.

LANIFERA ARBOR PEREGRINA, ET XYLON Braſilianum.



Arbores Bombacem ferentes abundant in Braſilia, mediocriſque ſunt magnitudinis, & flores campanulis ſimiles ferunt, luteos, inſtar Cucurbitarum. Fructus maturus accedit ad naturam Fagi, qui in quatuor partes finditur.

Bombax, Americanis *Ameniſon* dictum, ex iis pendet, parvarum pilarum magnitudine: atque in medio grana nigra, ſimul arctè juncta, tenera experimenta. Hoc mulieres ſylveſtres colligunt, & filum ex eo, parant pro ſuis lectis. *Hæc Lerius.*

Braſilianı Goſſypii meminit etiam Bellonius, ſed id ab Aſiatico multùm (ſemine præſertim) differre ſcribit. *Icon eſt Cluſii.*

COCCI ORIENTALES: Germ. *Kockel Kerner*: Gall. *Cocque de Leuant*: Ital. *Cocca*, & *Coccole di Leuante*.



Coccos Orientales vocant Officinæ: alii Cocula elephantina, quòd Elephantis pergrare credantur: abus nonnulli Grana Orientis, alii *piſcatoria Grana*.

Ex qua planta producantur non ſatis conſtat. Clematidis eſſe fructum ſunt qui opinentur. Ruellius Ariſtolochiæ cujuſdam fructum ſuſpicatur. Amatus Tithymali ſemen, quàm autem rectè, in Hiſtoria noſtra univerſali expendimus. Iis Cocculis, Cardano & quotidiana experientia teſtibus, ad piſces attonitos reddendos nihil præſtantius. Calidæ & ſiccæ ſunt, quâ verò qualitate piſces in ſtuporem agant, in *Appendice* oſtendemus.

FAGARA MAIOR.



Linſchottanus in Iava creſcere ait Fagaram, magnitudine Cucubæ aut Piperis, cortice obtectam tenui (ex cineteo nigricante, Cluſ.) in quo granū variuum cute nigra tenuiſſima obtectum: Siccare & calefacere in modum Cubebarum, ac ad frigidos morbos conducere.

Meminit etiam huius Avicenna. Fagara, inquit, quid eſt? Granum ſimile Ciceri, habens granum Mahaleb: & in concavitate ejus granum nigrum, ſicut Schebedenegi: & adportatur de Sofale.

FAGARA MINOR.



Imperatus Fagaræ Majorem & Minorem agnoſcit ſpeciem. Ac Majorem ab Arabibus diligenter deſcriptam fuiſſe tradit: Verùm ab ea diverſam eſſe ſpeciem Minorē, quæ deferatur ex Orientalibus regionibus. Fagaræ fructum integrum Cocculo Indo adeò ſimilem ait Cluſius, ut primo aſpectu pro eo ſumi poſſit.

Cæterùm Fagara, Avicenna authore, granum eſt calidum & ſiccum in tertio: mixtam habens cum reſolutione adſtrictionem.

OREGIOELLA, ET FRVCTVS QVADRANGVLVS niger cum membrana miniata.



Oregioellam pingit Cluſius, nec tamen quid ſit probè novit. Figura ejus eſt in hac Tabella ſub num. I. Sub alio verò numero pingitur fructus exoticus, qui, cujus plantæ eſſet, quave in regione natus, ſeu quo nomine appellandus eſſet eidem Cluſio, eidem pingenti & deſcribenti, non potuit innoteſcere.

PALMA: Germ. *Dattelbaum*: Belg. *Dadeboom*: Gal. *Datier, Palmier*: Ital. *Palma.*



Palmarū Differentiæ plures, à ligno, à fructu, à loco, magnitudine, atq. aliis fo... bus deſūptæ: vnde meritò ... cebat Cardanus, Palma... tos eſſe genera, ut non vna ... bor cenſeatur. Vulgo ... in *Marem* & *Fœminam*, *Sterilem* & *Fœcundam* ... guunt. Septem ſpecies ... differentes, in Indiis ... ſcribit Thevetus.

Palma caloris eſt avida ... ſúmque frigidū ferre ne... Naſcitur quidem in nonn... Europæ Orbis calidioribus ... ctib', ut Sicilia, Heſpania, ... lia Narbonēſi, &c. Sed v... rilis, vel immites fere ... ctus. In Ægypto & Syri... tima Vbi arēſalſa terr... ad omnia alia inepta d... inibi optimos proferre ...

De viribus & facu... *in ſequentibus.*

PAL

PALMA HVMILIS ſeu CHAMÆRIPHES, PALMA humilis Hiſpanica non ſpinoſa.



Hujus, ut & ſpinoſæ rami quadrageſimali tempore per totam ferè Italiam deferuntur, ad exornandos varióque plexu convestiendos, Oleę ramos, qui ſacra Palmarum die ab omnibus in templis geſtãtur. Præſtant iidem (etiamnum hodie, æque ac Theophraſti ſeculo,) ad ſportulas, tegetes & ſcopas parandas: ſunt enim rami unà cum folijs ad ſcopas parandas peridonei, ac non conſtringantur niſi tempore longo.

PALMA HVMILIS ſeu CHAMÆRIPHES. PALMA humilis ſpinoſa.



Palmæ humilis, Chamæriphes Theophraſto dictæ duæ obſervantur differentiæ, *ſpinoſa* & non *ſpinoſa*.

Exit vero magnus in Creta, Sicilia, Luſitania, & pleriſque Hiſpaniæ, Italiæ & Galliæ Narbonenſis oris maritimis proventus.

Baccæ ſua adſtringenti vi dantur contra omnes corporis fluxiones: atque pergrati ſunt guſtus & gulæ blandimenta, tuberaceæ pingues concretiones quæ nonnullarum harum Palmarum radicibus adnaſcuntur.

CHAMÆRIPHE PEREGRINA.



Humilis hanc Palmæ peregrinæ ramum à nautis emptũ pingit & deſcribit Cluſius, cui vnde allatus ſit, quóve in loco creverit, minimè fuit notum.

Ceterùm humidi ſunt in primo ordine, & in ſecundo calidi *palmæ fructus*. Eſtque Arbor ipſa omnibus ſuis partibus adſtrictoriæ facultatis particeps. Fieri ex palmis Panem, Mel, Vinum, Acetum, Textilia varia, optimos Carbones, & plurima Medicamina, ac maſtari etiam Palmas, in Hiſtoria noſtra univerſali oſtendimus. Hæc omnia referre non permittit loci anguſtia. Vnum hoc ſaltem dicendum, fuiſſe olim Carmen quoddam Perſicum, in quo CCC. & LX. Palmæ utilitates numerabantur.

PALMA INDICA NVCIFERA.




Arbor eſt, ait Garcias, vaſtæ magnitudinis: folijs Palmæ aut Arundini ſimilibus, aliquantulum tamen latioribus, flore Caſtaneæ, materiã fungoſa & ferulacea.

Nucis Indicæ arborem Palmę Ægyptię aut Arabicę altitudine & folijs, ſimilem eſſe arborem ſcribit etiã Thevetus: Maffæus Palmas Indicas Indaicis & Africanis lõgè præſtantiores eſſe. Gaudet arenoſo ſolo & mari vicino, ita ut in Mediterraneis haud facilè ſit reperire, teſte Garciã.

Et unam hãc arborem omnia prorſus ad rem nauticam inſtrumenta, ac materiam, præbere etiam addit.

An vero Theophraſtus, Pliñius, & alij antiqui Scriptores hujus meminerint necne, haud ita judicatu facile.

PALMAPINVS ARBOR.



Arborem hanc, quaſi quandam ex Palma & Pino hybridem, natura ludibunda videtur conflaſſe.

In ſua Guineæ oriri tradunt in Adverſ. Pena & Lobelius: ſi ſaltem cum ijs, quas Palmas ſylveſtres vulgari Palmæ congeneres vocant, ut videtur, eadem eſt.

Tabernæmontano dicitur Palma conifera: Germ. Zapfenpalm.

PALMÆPINI FRVCTVS.



Fructum ab amico ſtirpium peritiſſimo acceptum hic pingimus, quem Palmæpini arboris fructum eſſe autumamus. *Iudicent periti.*

Eundem eſſe hunc Fructum cum *Avellana Indica* genere oblongo Cluſij, exiſtimat in Obſ. Lobelius, quod illi nondum conceſſerimus.

NVX INDICA: Germ. *Indianiſche Nuſs & Meer-Nuſs*: Gall. *Noix des Indes*: Ital. *Nocen' Inde.*



Fructus qui *Nucis Indicæ* nomine ad nos affertur, interdum humani corporis magnitudinem æquat, aut etiam ſuperat: interdum magnitudine eſt ovi Struthij, atque alias Cygnorum vix major. Figura eſt Cucurbitina aut Melonis: color ut plurimùm ex fuſco cinereus. Elaten vel Spatham Dioſcor. eſſe perperam ſuſpicatus eſt Amatus. Editur recens, cum vel ſine ſale, atque interdum etiam cum Saccharo, vel cum Aceto & Pipere, ut cùm indicaturi coepit, Caroni caput ſagit. Re ſquos vſus ſtudio hic prætermittimus.


PALMA ELEPHANTIS ACOSTÆ.



Præalta eſt arbor & recta, nec admodum craſſa, præſertim in faſtigio: nam ab infimo ad ſummum paulatim gracileſcit, & colore cinereo eſt. *Truncum* à radicibus ad faſtigium uſq; pares quaſi gradibus circumdant rami qui ſcalaris ſcalarum vicem præbent. *flos* Caſtaneæ ſimilis: *fructus* vero humano capite major, forma oblongiore, colore viridi diluto. Hæc *Acoſta.*

Palmarum vtilitates hic nō proſequimur, quia ijs enarrandis minimè ſufficiunt hæ loci anguſtiæ conſulat Lector Hiſtoriam noſtram vniverſalem & appendicem. Paucis hic multa dicemus: arborem ſcilicet ob varios ejus vſus *Pauperum* dici *refugium*. Fructum recentem, *Deorum Ambroſiam.*

NVCIS INDICÆ FOLIVM QVIBVSDAM.




E' Palmæ congenere arbore aliqua videtur avulſum Folium quod hic pictū damus. Triglæ modo fornicatū eſt, quatuor nos aut quinos cubitos longum, duos latum. Ex occidua India allatum tradunt Pena & Lobelius, qui *Pragrande Folium Palmæ ſilamentis* inſcribunt. Eandem Iconem habet Hiſtoria Lugd. Sed perperam arboris Draconis folium appellat: quæ enim convenientia?

PALMA SAGGIFERA.



In Americæ Inſulis quibuſdam reperiuntur Sylvæ nulla alia arbore conſtantes, quam Palmæ quodam inuſitato genere, cui ab involucro, ſaccum ſiue colum referente, in quo fructus reconditur, *Saccifera* nomē indidit Cluſius: nec abs re, quandoquidem illi ſacco vel colo valde ſimile eſt, quali hodie pharmacopolæ vinum aromatites, Hippocraticum dictum percolare ſolent.

COCCVS DE MALADIVA, ſeu NVX INDICA ad venena celebrata.



Laudatur hic Coccus, aut hæc Nux, ac præcipue ejus medulla, adverſus venena. Vulgari autem fama ſe accepiſſe ſcribit Garcias, Inſulas Maldivas aliquando continentem fuiſſe, ſed inundatione Maris ſubmerſum, has Inſulas effeciſſe, in quibus obrutæ Palmæ fuerint, quæ hos Coccos protulerint. Folia aut arboris nuceum videre hactenus nemini licuit, ſed ſoli Cocci in littus ejiciuntur, non bini conjunctim, quandoque vero ſinguli ſeparatim. Sed hos nemini colligere licet, niſi cum capitis periculo: quoniam Regis eſſe aſſerunt quicquid de Mari in littus ejicitur, quæ res majorem authoritatem huic fructui conciliavit.

ARBOR MANICONGO, SAMBAVCAIE PALMA, & aliæ quædam Arbores exoticæ.



Sunt arbores in regione Manicongo, proferentes fructum Nuci magnæ ſimilem, qui intrinſecus & extrinſecus viridis eſt. Inde Oleum, Vinum, Acetum, Bellaria & panes præparantur. Vinum è ſummo arboris vertice promanat: & ad calculi ſpecificum haberi tamen dum, ex fructus vero medulla fiunt Oleum & Bellaria, atque ex ejus putaminibus Panis.

Braſiliæ arbor *Sambaucaie*, & Inſulæ D. Thomæ *Palma Ady*, iiſdem nominibus decantantur, atque earum vtilitates eadem.

PALMA FACIE CUCIOFERA.



Caudice & folijs Palmæ ſimilem faciunt Theophraſtus & Plinius : at in eo tantùm differre ajunt, quòd Palma indroidus aſſurgat, bifida vero Cucioſera. Poma magnitudo quæ manum impleat, & color fulvus ac commendabilis, ſuccus ex auſtero dulcis.

Cordus Nucem Indicam minorem vocat. Hanc vero Nucem Bdellij fructum eſſe autumant ſunt alij : ſed quo fundamento?


CUCIOFERÆ ALIA ICON.



Apertam Nucē prior Icon repræſentat: hæc verò tum extimum pulvinum, tum interioris nuclei magnitudine diverſas.

Cæterùm Cucioferam inter Ægypti arbores recenſet Theophraſtus, & ejus peculiarem eſſe teſtatus Scaliger.

FAUFEL SIVE ARECA PALMA FOLIIS.



Inter Arabes ſic deſcribit Iſaac Eben Amram : *Faufel*, ait, eſt Avellana Indica : fructus magnitudine & colore Nuci moſchatæ ſimilis, tegoſus, ſapore nonnihil calido cum pauca amaritudine. Defertur ex Sim.

Arborem exactiùs deſcribunt Garcias & Cluſius : quibus Arbor Faufel recta & magna eſt, fungoſa materia, folijs Palmæ fructu Nucis Moſchatæ aut exiguæ Iuglandis ſimili.

Quidam Arborem *Faufel* vocant, & Fructum *Arecam*. Alij (Lud. Romanus & Vartomanus,) Arecam faciunt peculiarem arborem, cujus fructus *Coffol* vocetur.


FAUFEL SIVE ARECÆ VARIETATES.



Nucum *Faufel*, quas inter naturalia noſtra adſervamus, aliæ nigræ ſunt, aliæ ruffæ, aliæ cinereæ: maximæ magnitudinis Nucis moſchatæ, minimæ Ceraſis ferè par, ſunt & aliæ his intermediæ. Ac e'giratum aliæ ſunt turbinatæ aliæ ſeſſiles.


Excalefacere & amaritudinis participes eſſe, ſcribit Serapio. Ita vero huic cibo aſſecti ; tum Indi tum Luſitani in Indijs degentes : ut continuo maſticantes videas : & ſine *Areca* & *Betele* vivere nequeant.

FAUFEL SIVE ARECÆ ALIÆ VARIETATES.



Naſcitur Faufel plurimùm in Malavar, Guzarate & Decan, nec non in Malaca & alijs Indicarum regionibus, ut & in quibuſdam Arabiæ locis, ſed maritimis, mediterranea enim reſpuit. Ex *Indijs* adfertur ad Nos in Europam, ſed rariſſimè, Medicíſque ejus uſus huculque ferme ignotus.

FAUFEL ACCEDENS NUX.



Fructus exoticos ad Faufel vel Arecam plurimùm accedentes, & *Faufel* nomine miſſos deſcribit, atque ſic pingit in Exoticis Cleſius.

EBENUS: Germ. *Ebenholtz*; Gall. *Ebene noir.* Ital. *Ebeno.*



Indiæ & Æthiopiæ arbor eſt Palmæ folio. Ea vera eſt vel genuina & ſylveſtris. Indicæ & Æthyopicæ meminit Dioſcorides: & hanc illi prætulit, quod venarum ac pectinum ſit expers.

Dicitur autem *Ebenus* & *Ebenū* in neutro genere, atq; utrumque cū aſpiratione *Hebenus* & *Hebenū*. Eſtq; vox Hebræis, Græcis, Arabibus Chaldeis, Latinis, Germanis, Gallis & Italis ferme communis.

Ex ea varia fiunt opera, thecæ, arculi, abaci, capſellæ & alia ejuſmodi.

Figura autem noſtra eſt *Palmæ facie Haiti*, quod a nonnullis Ebenus cenſetur, ac cui cum Ebeno maxima convenientia. In eo tamen maximè differunt, quod *Haiti* arbor tota ſpinoſa ſit, Ebeni vero minimè.

PALMÆ HUMILIS PAPYRACEÆ, & de Papyro Veterum.



Ante Chartarum uſum, ait Plinius, in Palmarum folijs primò ſcriptitatum, deinde in quarundam arborum libris. Et adhuc hodie Indos ex *Palma Lontar* dicta, ſuā chartam parare ad ſcriptionē, & libros, ſcribit Linſchottanus. Legitur in Provincia Magni eſſe arborē *Tal* nomine, folio grandi, quod chartæ uſum præbeat in tota India. Petrus Martyr, Chaldæos, literarum primos repertores, in arboris *Copeia* dictę folijs primò ſcriptitaſſe. M Fumée, præter arborem *Copei*, eſſe etiam aliā *Guaiabara* dictam, in cujus folijs ſtylo vel aciculâ ſcriptitent Indi. Folia hic pingimus, quæ etſi coſtas & venas habeant: ſunt tamen illæ tenues admodum, ut ſcribentis manum parum, aut nihil, remorentur.

De *Papyro* arbuſculâ conſultat Lector *Appendicem*.

DRACO ARBOR: Germ. *Drackenbaum*: Gall. *l'Arbre du Dragon*: Ital. *Albero de Dragone.*




Procera eſt arbor apud Inſulas Maderæ & Canarias, olim *Fortunatas* dictas, nec nō etiam in Africa provenient. Europæ haud eſt cognita: viviſſe tamen aliquando Antverpię, in horto Coldembergij teſtem habemus Lobeliū. Ejus an veteres Græci meminerint, hactenus eſt opertum: ſed Gummi & lachrymæ ejus haud obliti creduntur, atque *Cinnabarin* inſcripſiſſe.

Ex Recentioribus ſic de ea arbore ſcribit Thevetus. In Inſula Madera, loquit, quædā arbores, certo anni tempore, Gummi exudant, quod *Sanguinem Draconis* vocant.

An verò Dioſcoridis Cinnaberi arboris hujus Gūmi, vel minerale quid fuerit: atque an Officinarum ſanguis Draconis genuinus ſit vel fictitius, in Hiſtoria noſtra univerſali, & in hujus appendice, expendimus.

DRACONIS SANGUINIS FRUCTUS, & Agnus Scythica.



De Dracone arbore, & ejus Lachryma, ſic tradit Monardes. Magna, inquit, eſt arbor, cortice ſubtenui, & qui facilè incidi poteſt. Ea vulnerata liquor ille effluit, quem *Sanguinē Draconis* in lachryma vocant, ab eo differens, qui in maſſas coactus, *Sanguis in pane* dicitur. Admirandus vero plurimùm ejuſdem Arboris Fructus: nam ſublata, quæ tegitur, pelle, illico Dracunculus apparet, tanto artificio à natura fabricatus, ut à periti ſſimo artifice in marmore ſculptus videatur. Ac ab eo fructu denominationem proculdubio ſumpſit Arbor, nec non Lachryma, quę ex illa per inciſionem legitur. Unde Veterum & Recentiorum inſcitia deprehenditur, qui, quid eſſet Sanguis Draconis, aut cur ſic appellaretur, ignorarunt.

Figmentum eſſe autumant Hiſtoria Lugd. & Cluſius. At longè inſolentius Nobis videtur, quod de AGNO SCYTHICA Scaliger & inſignes alij viri narrant.


CLASSIS IV. FINIS.

ICO-

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE
STIRPIVM
CLASSIS IV.

QVÆ ARBORES VARIAS CONTINET AROMATICAS ET ODORATAS, AC POTISSIMVM EXOTICAS: QVIBVS VARII GENERIS interſeruntur Cortices & Ligna.

LAVRVS: Germ. *Lorbe baum*: Belgis *Lorbeerboom*. Gall. *Laurier*: Ital. *Lauro*.




LAuri (*Plantæ boni genij* Romanis dictæ) variæ recenſentur *Differentiæ*: tredecim habet Plinius, duas Dioſcorides, tenuifoliam & Latifoliam: Cato tres Delphicam, Cypriam & Sylvaticam. Theophraſtus verò in *marem & fœminam* diſtinguit, & hanc fœcundam ait, aliam ſterilem.

Recentioribus, alia arboreſcit, alia fruticoſa eſt: alia mas, alia fœmina: alia fœcunda, alia ſterilis: alia ſativa, alia ſylveſtris: alia tenuifolia alia oblonga & anguſtifolia, quæ mas, alia latifolia, quæ fœmina: & in Baccis etiam aliqua diverſitas.

De Loco, Tempore, Qualitatibus & Virtutibus poſt.

LAVRVS TINVS, LAVRVS SYLVESTRIS.



PEr Laurum Tinum nonnullos Sylveſtrem intelligere, alij verò in generis arborem eſſe, tradit Plinius, atque a cæteris in eo differre, quòd cæruleã in baccã.

Ejus nullus alius ex Veteribus meminit, niſi ſit Laurus ſylveſtris Theophraſti, ut vult Dalechampius, vel Catonis Sylvatica, ut vult Camerarius. Ex Recentioribus tres ſpecies facit Cluſius, binas ſcilicet quas hic proponimus, & Tertiam minorem foliis hirſutis. Sic tres Icones habet etiam Tabernamontanus. Dodonæus unicam exhibet, (nimirum eam quam primo loco ponimus,) titulo Tini ſive Lauri ſylveſtris.

Italiæ, Hiſpaniæ ac Luſitaniæ agri ejus ſunt feraces. Baccis verò Liberores veſcuntur ſturni.

LAVRVS TINVS ALTERA.



Gaudet Laurus locis calidis, fert tamen & frigidiora: in Gallia, Anglia, Belgio & Germania ſatis cognita: in Italia verò & Hiſpania plurimùm, nec ſolùm in hortis & vineis, ſed etiam in ſylvis, præſertim mari vicinis.

Perpetuò viret. Floret Martio & Aprili, Baccæ verò ſub finem autumni maturantur, & niſi decerpantur, totâ Hyeme in arbore hærent.

Folia & Fructus deſiccant & calefaciunt vehementer, pluſque etiam Baccæ quàm folia. Virtutes reliquas ac celebritates quibus antiquis (ut de hodiernis Laureatis Poëtis neque Apollinea prole taceamus,) decantata fuit, hic perſequi non permittunt, quos Nobis præfiximus, Cancelli.

LAVROCERASVS, LAVRVS TRAPEZVNTINA? *Lauro di Trebiſonda*; Horti Patav.



Perramoſa eſt arbor, æternæ ac Citriorũ folia æquantis frondis. Fructus Ceraſo major, ſubloogus, ex cæruleo rubeſcens, racematim diſpoſitus. *Trabiſon Curmaſi* nomine Conſtantinopoli ſibi miſſam ſcribit Cluſius.

Laurocerasi autem nomen habet à foliorum cum Lauri ejus ſimilitudine, & fructu Ceraſis æquali. Dalechampius ſecundam Lotum Theophraſti eſſe judicavit Palma Trapezuntina, quod Trapezunte primùm Conſtantinopolin allata, atque inde ad Nos.

Genuæ in horto Principis Doriæ luxuriat.

BON VEL BAN ARBOR, ALPINI: BVNA, Bunnu & Bunchus Arabum.



Arborem Caffé ſe vidiſſe ſcribit Alpinus, ex qua ſemina inibi vulgatiſſima, Bon vel Ban appellata, producuntur: atque ex iis omnes tum Ægyptios tum Arabes, vulgatiſſimum parare decoctum, Cauua appellatum, quod vini loco ipſi potant, atque quod in publicis œnopoliis, haud ſecus ac apud Nos Vinum, vendatur: ac id præterea ad varios effectus eſſe vtile.

Sic nihil apud Turcas frequentius, ait Rauvvolfius, potu qui ex Bunno fit & Chauba appellatur. Quibus omnibus cum nominis affinitate conſideratis, Bon vel Ban hocce Alpini, cum Buna, Bunnu & Buncho Arabum, vnum & idem eſſe, minimè videtur abſurdum ſtatuere.

ICON CLVSII.



Ex eorum qui Indicas oras perluſtrarunt narratione, altitudine, craſſitudine & Folijs (tametſi aliquantò maioribus & rotundioribus,) Lauro eſt ſimillima. Fructus in ſummis ſinguli ſingulis naſcuntur ramis, primò rubeſcentes, deinde Sole nigreſcentes: ſuccedúntque flori primùm candido, deinde vireſcenti & tandem rufeſcenti, qui indoratus in Caryophyllum abit.

Collectio fit à 15. Septembris vſque in Ianuarium & Februarium: nec manu fit illa, ſed Le galeſque fructum arundinibus decutiunt, mundato priùs, vel tegetibus ſtrato circa arborem ſolo.

ICON CAMERARII, in qua Flores, Fructus, Putamina, atque eorum partes, & Folia affabrè picta.



Naſcitur Caryophyllorũ arbor in Orientalibus plagis, in quibuſdã Indici Pelagi Inſulis, Zeilan, Bantam, &c. Sed non eſt fructifera niſi in Moluccis Inſulis, quę ſunt quinque numero, & præter Caryophyllos nihil ferunt quod inde per Orbem diſtrahatur.

Cæterùm calidi & ſicci ſunt Caryophylli in tertio gradu. Coctionem adjuvant, alui fluxiones cohibẽt; jecinori, ſtomacho ac cordi auxiliantur: ac contra omnes frigidos cerebri morbos conducunt, & viſum acuunt: ſicque culinis & ſeplaſijs ſunt vtiles. De eorum Aqua, Oleo ſtillatitio, varijſque alijs præparationibus conſulatur vniverſ. noſtra Hiſtoria, & hujus Appendix.

CARYOPHYLLI: Germ. Negelin: Belg. Geroffle Naghel: Gall. Clou de Geroffle: Ital. Garofano.



Notiores Nobis ipsâ arbore Caryophylli, & à clavi facie apud omnes fermè Europæos denominationem obtinuêre. Arabibus, Perſis, Turcis, & Indis pleriſque ferè omnibus Calafur dicti, Moluccenſibus Chanque.

Arboris nec Dioſcorides nec Galenus meminerunt. Ex reliquis caudice & ramis cũ Buxo ſimilem faciunt nonnulli, folijs verò Salici aut Perſicæ: errant verò pluriimùm qui ſeu Mali, ſeu Pyri, ſeu Nucis Moſchatæ arbori aſſimilant. Et pariperàm alij Anthophyllon à Caryophyllo diſtinguunt: non enim res ſunt diverſę, ſed perfectionis tantùm gradu differentes.

ICON ACOSTÆ, QVÆ FALSA, QVOAD Florum & Fructuum ſitum.



Decuſſi Caryophylli biduũ ſiccantur, deinde aſſervantur, & in varias Provincias, cum vel ſine mare, mittuntur. Qui in arbore hærent craſſiores fiunt, nec ab alijs niſi vetuſtate differunt. Arbores autem aliæ ex deciduis Caryophyllis ſponte creſcunt, vt Caſtaneæ, ac quàm citiſſimè, ob imbrium abundantiam.

Pediculi oblongi, à quibus dependent fructus, Fuſti vocantur. Tantâ verò odoris ſuavitate fragrant Folia, vt Caryophyllos ipſos æquent. Vnde locorum indagatores Caryophyllorum odorem per longa ſpatia in mari præſentiunt.

CARYOPHYLLO AROMATICO SIMILIS Fructus.



Fructum hunc exoticum in prima Batavorum navigatione anno 1597. ex Iava allatum pingit & deſcribit Cluſius, Vetuſtioris autem aromatici Caryophylli fructum iam ſe formantem & magnitudinem æquat & facie admodum refert, vt prima facie facilè poſſet imponere.

Sed aliquid de Caryophyllorum Gummi & Reſina hic addendum. Reperiri videtur Garcias negare. At habemus Nos, & haberi ſcribunt ex Recentioribus Pena & Lobelius, Olivus, & Cluſius, atque ex Veteribus Serapio & Avicenna, qui Terebinthinæ facultate reſpondere aiunt & Arboris inſcribunt.

MALABATHRVM, SEV FOLIVM INDVM. Germ. *Indianiſch-Blatt* : Gall. *Fueille des Indes* : Ital. *Malabatro & Folio Indiano*.




Quod hic pingimus Officinæ *Malabathrum & Folium Indum* vocant: & nonnunquam tamen ſatis adhuc integrum, ac ſæpè ſolum & aquiſum, ex India adueh ſolet.

Non autem eſt Nardi folium, vt verè monet Dioſcorides, neque id Folij genus quod Arabes *Betre* appellāt: nec innatat aquis, vt Dioſc. & Plinius ſcripſère: nec eſt Caryophyllorum folium, vt nonnulli aſſerunt: nec eſt tam valdi odoris, vt Crocus: nec saporis Nardi, vt ſcripſit Plinius: nec in Syria aut Ægypto naſcitur, vt tradit idem Plinius: Sed eſt ſui generis Folium, in India ex arbore décerptum.

Cæterum, authore Dioſcoride, eaſdem fermè cum Nardo vires ſortitur.

FOLII INDI LIGNVM ET FRVCTVS, ET DE Cinamomi ſeu Canellæ fructu.




Bacillos hoſce, quos Cinamomi nomine accepimus, Lignum Folij Indi Officinarum eſſe exiſtimamus.

Hos: *Caſſiæ nomine* propoſuit in Hiſtor. Belg. Lobelius, *Cinamomi* nomine, Cluſius, Amatus & Tabernamontanus. Eidem etiam fortè eam iis Caſſiæ odoratæ fruſtulum, quod ſibi Ferdinandum Auſtriæ Archiducem dono dediſſe ſcribit Matthiolus.

Fructûs verò glandium figuram repræſentantes, quos in præcedenti Tabella pictos dedimus, Cinamomi vel Canellæ fructûs etiam nomine quidem accepimus, ſed nos Ligni Folij Indi fructus eſſe cenſemus.

BETRE SIVE BETELLE; TEMBVL ÆTHIOPIBVS, Perſis & Arabibus dictum.



Secundum Garciam Folium eſt Mali Medicæ folio ſimile, at longius, & per extrema arctius. Fructum fert canniortum, Lacertæ caudæ ſimilem, qui edulis.

Seritur Vitis modo, & adduntur ſtipites & pedamenta, per quæ repens ſe ſuſtinet, non ſecus Hederæ modo. Eſt igitur ſcandens planta, ſicque ab ea quæ Officinarum Folium Indum profert plurimùm diſtat, quæ ſurrecta eſt arbor: quod viderint qui Betre cum Folio Indo perperam confundunt.

Cæterùm creſcit in omnibus Hiſpanis cognitis Indiarum maritimis plagis. Tantæ verò eſt apud Indos æſtimationis, vt matutino tempore, pomeridiano, veſpertino, atque etiam nocturno, *Betre* folia manducent, & in manibus geſtent.

CINAMOMI SEV CANELLÆ ARBOR.




Cinamomi partes omnes Lauro per omnia ſimiles eſſe ſcribit Cardanus: atque idcirco *Laurum eſſe Indicam*. Ludouicus Romanus, Cinamomi arborem Lauro etiam folijs & baccis ſimilē tradit.

Garcias, Linſchottanus & Thevetus, Cinamomum, ſiue Canellam, arborem eſſe aiunt magnitudine Oleæ, multis vectis ramis præditam, folijs, quoad colorem Lauriais, Citri quoad formam: floribus candidis: fructu nigro & rotundo Oliuæ magnitudine. Canellam verò nihil aliud eſſe aiunt, niſi ſecundum & interiorem arboris corticem.

Naſcuntur autem Cinamomi arbores in Malabar, Iaua, & Moluccis Inſulis: ſed præſtantiores frequentiſſimè in Zeilan, & nobiliorum ſunt incolæ.


CANELLÆ ARBOR, ACOSTÆ.



Arborem ſuiè deſcribit, ac ſic pingit Acoſta: atque hanc Arborem magnam eſſe ait in ſyluis prouinciæ Malabar frequentiam: ſed longè iis eſſe inferiores quæ in Zeilan Inſula naſcuntur. Videtur ille Folium Indum pingere, vt ex ramo ſeparatim hic aſpicto, & † notato, conſtat.

An Brij fratrum *Canella de Matte*, ſeu Cinamomum ſyluestre, nullo inſigni ſapore præditum, in ſyluis Iauæ copioſè prouenient?

CASSIA, CANELLA, SEV CINAMOMVM: Germ. Zimmet: Gall. *Canelle* : Ital. *Caſſia. Canella*.



Quid ſit Canella paulò antè indigitauimus. Eſt omnium ſecundus & interior ramorum arboris cortex, qui exēptus, & ab exteriori cortice repurgatus, atque in quadrangulas laminulas ſectus, humo abijcitur: atque ita per ſe cōuoluitur, vt cortex vnus videatur: cùm tamen partes ſint duntaxat corticis in tubulos digiti craſſitie conuolutas. Roſeum autem illum, ſiue ex cinereo rufum colorem, Solis calore contrahit: qui non probè paratur, candicans, ſiue cinerei coloris fit: nimis verò Solis ardoribus aduſtus, niger. Adempto cortice tribus poſtea annis ab ea arbore abſtinetur. Et interdum, pro interiori, Exteriorem mitti corticem, craſſities facit manifeſtum.


CANELLA, SEV CINAMOMVM VVLGARIS, craſſiore cortice.



Triplò quadruplóve craſſior eſt hic cortex eo qui paſſim proſtat, texturâ lignoſâ & feſſili, vt texturam Tiliæ, parte præſertim interiore, quodammodò mentiri poſſit: foris rugoſus, & dilutiore ferrugine tinctus: ſapor ſuauis, aromaticus, acriuſculus.

An Dioſcoridis *Pſeudocinnamomum*? an Xylocaſſia Dioſcoridis?


CASSIÆ VEL CANELLÆ VARIETAS, An Caſſia fortè veterum?



De Caſſia & Cinamomo leuè & obſcurè admodum ſcripſêre Veteres, vt quid capias, neſcias.

Ex Recentioribus, Manardus, Amatus & Cronenburgius, ac pleriq; omnes alij, Neotericorum *Canellam*, ſiue Officinarum *Cinamomũ*, Græcorum *Caſſiam* eſſe opinati ſunt. Putâque Cronenburgius quod, ſi quis magnas illas vulgaris Cinamomi cõgeries, quæ Antuerpiam deferuntur, inueſtigarit: eum vniuerſa Caſſiæ Scriptorum genera in illis inuenturum. Nos in tam confuſa Hiſtoria tantiſper hæſitare ſatius ducimus, quàm vel de Priſcis minùs benè ſentire, vel ab erudita Poſteritate longè diſſentire.

CANELLÆ VVLGARIS VARIETAS ALIA.



Habentur præterea aromatici huius Corticis varietates aliæ plurimę: ſiue ſaporem, ſiue colorem, ſiue tum internam tum externam corticis ipſius faciem ſpectes.

Craſſi autem ſunt, ſubfuſci, & glutinoſi ſaporis hi Tubuli, quos *Cinamomi ex Decan* nomine accepimus.


Minimè autem ignorandum Cortices eos, qui ex Zeilan aduehuntur, Cinamomi appellatione (quæ Lignum odoratum, & Amomum Chinenſe ſonat,) ſpecialiter donari: deteriores verò, qui in Malauar & Iaua ſumuntur, Canellam & Caſſiam dici. Non permittit huius loci anguſtia dictorum nominum origines recenſêre. *Conſulat Lector Appendicem.*

CANELLA ALBA.



De Canella alba, cuius Nos Iconẽ exhibemus, hæc ſcribit Cluſius in Exot. Ante paucos annos, inquit, inferri cœpit exoticus quidã Cortex, cui, quoniam in tubos plærumque conuolutus eſt, Canellæ inſtar, tum et ã propter albedinem *Canellæ albæ* nomen inditum. Eius autem duo genera obſeruaſſe mihi videbar, vnum minoribus longioribuſque tubis, & etiam craſſius, quod vilius exiſtimabam, alterum tenuius: vtrique verò generi extimus cortex ſcaber, &c.

CORTEX VVINTERANVS CLVSII.



An Canella alba? an Lignum aromaticum Monardis?

Winteranum vocat Cluſius, quia à Vvilhelmo Vvintero ex Magellanico freto allatus.

Nobilis huius Corticis, Cinamomi inquam, Caſſiæ & Canellæ, Hiſtoriam, præcipuarum eius virtutũ enarratione claudemus.

Galeno authore, ſiccat & calefacit tertio ordine, ac tenuium eſt partium. Dioſcoride etiam dictante, vim habet calefaciendi, vrinas mouendi, exiccandi & leniter adſtringendi: tum ſuffitu tum ſeſſitu fœminis prodeſt ad vteri dilatationem: & eſt denique ad multa alia perquàm vtilis. Aquam & Oleum ſtillatitium ex eo parare norunt Seplaſiæ & Practici.

CINAMOMI FOLIVM CLVSIO.



Quod pro Cinamomi Folio exhibent Cluſius in notis ad Garciam, Lobelius in Obſer. & Icon. atque etiam Tabernamontanus, Nos Folium Indum eſſe cenſemus, indicent docti.

POLYGONVM MARINVM ANGVSTIFOLIVM Dalech. CASSIA LIGNEA quorundam.



Fruticem in Narbonenſis Galliæ ora maritima prouenientem, *Caſſiam ligneam* nuncupant Monſpelienſes, qui an non potius Polygoni ſit genus, atque id cuius imaginem hic damus, conſiderandum.

ARBOR AQVAM STILLANS.



In Inſula *Ferro*, Canariarũ vna, Arborẽ eſſe tradunt rerum Indicarum Scriptores, perẽnes aquas è foliis exſudantem ſtillantémque: & quidem tantâ copiâ, vt non modo Incolis, ſed etiâ multo pluribus, poſſit ſufficere. Ea arbor mediocris eſt magnitudinis, nucis Iuglandis folio, quanquam paulo maiore, muróque circùm lapideo ſepta, inſtar fontis, eſt, & ex cratere defluens aqua ſuſcipitur. Arcanum quidem naturę mirabile, non reperiri totâ Inſulâ vllã aquam, pręter eam quę ex illa arbore manat. Porrò Arborem perpetua ac denſa nebula circũdatam, quæ tamen interdiu, vbi Solis æſtus flagrare incipit, paulatim diſcuti ac reſolui videtur.

ASPALATHVS, ERYSISCEPTRVM: LIGNVM Rhodium, Lignum vel Cortex Bugiæ.



Aſpalathũ Veterum hodie, & Officinis & ſibi incognitũ, fatentur inter alios Matthiolus & Cordus, Lonicerus verò, Ryffius atque alij plurimi, lignũ id eſſe putant quod ex Rhodiorum Inſulis aſportatur, & Rhodium dicitur.

Dioſcoridi Aſpalathus eſt frutex lignoſus, ſpinis crebris aculeatus, in Iſtro, Syria & Rhodo naſcens. Eiúſque duo facit genera: Vnum ponderoſum, denſum, odoratũ, ſubamarum, ac detracto cortice rubens, aut in purpuram vergens, quod optimum: Alterũ candidum, inodorum, & lignoſum, quod deterius.

A Dioſcoride vero in eo diſſent Arabes, quod iis Aſpalathus, non frutex eſt, ſed arbor craſſa. Icon noſtra eſt ſpeciei primæ.


LIGNVM ROSÆ ODORE, ALIIS LIGNVM Thuris: aliis Aſpalathus.



Aſpalathum, ut Dioſcoridis, Plinij & Galeni, verum & legitimum nonnullis dictum, depinximus: quod vero hic progimus, durum & ſolidum eſt, Guaiaci ferè textura, ſectionibus vtcunque rectis, ſecundum quos finditur, ponderoſum, ſapore aromatico, & odore roſeo. Bicolor autem eſt vt Guaiacum, in medio fuluum, in ambitu album. Cortex craſſus, ſcaber, ac ex fuſco cinereus.

An Lerij & Palmarij lignũ odoris ſuauiſſimi, quod ex America aduehitur, & Roſam ſpirat.


ASPALATHVS RHODIVS RVBENS odoratiſſimus.



Aſpalathum Rhodium vocat Lobelius, tam in Iconibus quàm in Hiſtoria Belg. Caſp. Bauhinus apud Matthiolum, aſpalathi ſpeciem Penæ & Hiſtoriæ Lugd. quæ pro agallocho ſæpè venditur. Eidem etiã dicitur Rhodium Lignum Cordi, & Oleaſter Rhodius.

Cæterùm vim calefaciendi cum adſtrictione obtinet Lignum Rhodium dictum: vndè ad tetra oris vlcera colluenda conuenit: aluum ſiſtit eius decoctum, & ſanguinis reiectiones cohibet.

AGALLOCHVM, LIGNVM ALOES, XYLOALOES: Germ. *Paradiſſholtz*: Gall. *Bois d'Aloës*: Ital. *Legno Aloë*



Mirum vſquam Galenum agallochi meminiſſe. De eo etiã pauca Plinius, ſub Tarũ nomine, ſcripſit. Dioſcoridi Lignum eſt quod ex India & Arabia deportatur, Thuye ligno ſimile, odoratum, punctis maculiſq; diſtinctum &c. At vero Veterũ agallochum id ſit Lignum, quod Recẽtiores Lignum Aloës & Xyloaloen nuncupant, doctis iudicandũ relinquimus. Veterum agallochum Ruellius, quẽ multi ſecuti, Obis incognitum ait. Syluius Lignum Aloës, quod oſtendunt Officinæ, eſſe verius aſpalathum. Grçcæ vero Linguæ ignorantiã deceptus Sauonarola, qui Lignũ Aloës à Xyloaloë facit diuerſum.

Ipſa arbor, Garciã & Linſchotano teſtib. Oleæ formã habet, & Indiæ eſt incola.

De Differentiis, & aliis huius loci, in *Appendice*.


SASSAFRAS ARBOR.



Magnam proceritatem adſequitur, ita vt Pinum mediocrem interdum æquet. Truncus ſingularis eſt, nullis ramoſus: Cortex craſſus, fului coloris, alio tenuiore cinereo tectus: Materies alba in fulvum dervergens. Ramis hærent folia viridia, Ficulneorum æmula, odorata. Radix flexilis, & pro arboris magnitudine craſſa aut gracilis, ſumma tellure vagans. An Flores & Fructum ferat neſcitur.

Ex Florida noui Orbis prouincia non ita pridem in Europæum aduehi cœpit. Naſcitúrque in maritimis temperatis locis; ac ſcatent hac arbore montes, ſuauiſſimúmque odorem prætereuntibus adſpirant: at non per totam Floridam prouenit, ſed in portu S. Helenæ tantùm, & portu S. Matthæi.


LIGNVM SASSAFRAS, ſiue Lignum Pauanum: Indis *Pauamen*: Europæis penè omnibus, *Saſſ-fras*.



Parum ponderoſum eſt, corticéque tegitur, extimo quidem tenui, cinericeo, interiore craſſiuſculo, ruſeſcente & nonnihil fungoſo ac molli. Materies ſubiacet alba, vel ex albo ruſeſcens, aliquâ interdum etiam parte ad cinereum vergens, molliter & pectinibus Tiliaceis, odore & ſapore ſuaui aromatico, acriuſculo & ſubdulci, quodammodò Aniſi.

Calidum & ſiccum eſt hoc Lignum in ſecundo ordine: & paulò quidē calidior Cortex. Optima autē pars radix: efficaciúſque & odoratius eſt eius decoctum quàm reliquæ arboris & ramorum. Hepar roborat atque ab obſtructionibus liberat, ventriculum confortat, atque in hydrope & chronicis febribus eſt perutile.

ZINGI, SIVE ANISVM INDICVM.




Prouenit, authore Cluſio, in Philippinis Inſulis, quæ ducentorum ferè milliarium interuallo à Sinarum regione diſtant. Propriū nomen quod natali loco obtinet eſt *Damor*. De huius autem fruticis vel arbuſculæ radice, caule, foliis, atque etiam floribus, ſe quicquam pronunciare poſſe negat, quod ſeminum & vmbellarum tantùm partes viderit.

ZINGI FRVCTVS STELLATVS ſiue Aniſum Indicum.



Stellæ figuram repræſentat, conflatus ex ſeptem particularibus nuculis, radiorum in morem in centro coëuntibus, triangularibus, longis, leuiter compreſſis, cortice gemino tectis: in quarum vnaquáque ſingularis & ſplendidus latitat nucleus, cui odor & ſapor Aniſi planè eſt: vnde *Aniſum Indicum* dictum: Formam & magnitudinem Figura optimè exprimit.

SANTALVM CITRINVM.




Apud antiquiores Græcos nullam Santalorum mentionem inuenimus: ſed apud Arabes qui ea nobis oſtenderunt, & tria fecerunt, *Citrinum, Album & Rubrum*.

Cæſalpinus *Ligna odorata* vocat, & duo tantùm genera agnoſcit: Candidum & Rubrum. Flauum autem quod hodie habetur Candidi medullam eſſe ſtatuit, multò ſuauiorem reliquo ligno, quod album eſt.

At ex Recentioribus tria Arabum genera plærique omnes retinent, ac tribus diſtinctis arborum generibus prouenire ſcribunt. In Indiæ ſcilicet vtriuſque denſiſſimis ingentiſſimiſque ſyluis.


SANTALVM ALBVM.



Parum colore differt à Citrino, magis tantùm palleſcit, ac Pyri ligno, quod pallidum ſit, colore ſatis eſt ſimile: alioqui eadem ſubſtantia, eadem textura, & pectines iidem. Sed odore inferius eſt, quippe quo debilis vix percipiatur, vti nec ſapor.

Eſt autem vtrique lignum ſolidum, ponderoſum, pectinibus rectis; quo fit vt haud difficulter in rectas aſſulas findatur: at citrino ſapor aromaticus amaricans, & odor fragrans Moſchi æmulus.

SANTALVM RVBRVM.



Huic eadem quæ reliquis ſubſtantia & textura, pectináſque eidem: colore ab iis differt & odore.

Odorem ei denegant Matthiolus, Amatus, Mula, Lacuna, Scaliger, Apollo, C. Bauhinus & alij. Curtius modò inodorum, modò odoratū, ſtatuit. Cæſalpinus, quoddam, exigui facit odoris, quoddam nullius, & quoddam citrino odoratius. Incerto etiam negant Garcias, Acoſta & Caſp. Bauhinus: aſſerunt verò Cluſius & Hiſtoria Lugd. Nos litem integramque ſub iudice relinquimus.

Cæterùm refrigerat omne Santalum exceſſu tertio, ſiccat verò ſecundo: cor exhilarat, æſtu ſtomachi tecum confert, & calidis febribus aduerſatur: ſpecialim verò fluxiones cohibet Rubrum.

BRESILIVM LIGNVM: Germ. *Breſilgen holtz*: Gall. *Bois de Breſil*: Ital. *Ligno Verzino*.




Arbor hæc, de qua Veteres nihil prodiderūt, in Quercus altitudinem excreſcit, tantaque interdum eſt craſſitudinis, vt non poſſint tres homines amplecti. Folia habet Buxo ſimilia, fructum verò nullum profert. Color Corticis eſt cinericius: materies ſub eo rubra, præcipuè in medullio, quod excellentius.

C. Bauhinus apud Matthiolum duo eius facit genera: alterum ruffum, alterum citrinum & rufum, aliud rubertiſſimum eſſe ait, aliud in rufo candicare, & hoc Tinctoribus expeti: Citrinum verò *Bugiam* vocari.

Ex Braſilia aliſque Indiarum Inſulis aduehitur, imbuendis vellerībus variiſque aliis rebus expetitum. Vis Medica nulla hactenus innotuit.

LIGNVM NEPHRITICVM, cæruleo & flauo tingens: Germ. *Grieſsholtz*.




Mittit noua Hiſpania Ligni quoddam genus craſſum & enode, materia Pyri: cuius vſus Medicus iam diù receptus fuit ad renum morbos & iſchiadicos, nec non ad vrinæ difficultates.

Cæſalpinus ex Fraxini genere eſſe tradit: cuius ramenta in aqua macerata, poſt dimidiæ horæ ſpatium cæruleum elegantiſſimum reddere, cùm tamen ipſa candida ſint.

Alterius, croceo tingentis, ex quo illud adulteratur meminit Monardes: Theuetus Ligni lutei, ex quo Americani ſuos parant enſes. An Scrapionis *Vert*?

COCCIGRIA, COTINVS CORIARIA nonnullis dicta. Germ. *Gelb Breſilgen holtz*. Gal. Sabaudis, *du Fuſtet*. Apennini incolis *Scotano*.




Si qua alia hodie cognita planta, certe hæc quā pictam damus ad Coccymilcā Theophraſti referri poſſe videtur. Eandem etiā cum Coccygria Plinij eſſe cenſent Anguillara, Dodonæus, Pena & Lob. Dalech. Cordus. Tabern. & C. Bauhinus, ſed ſimul illi, ſecernunt Coccygriam cum Cotino eandem facere videntur. Ea certè eſt planta quam, C. Bauhinum Braſilium Citrinū & Bugiam vocare, paulò antè diximus. Colorem enim habet flauum vel citrinum, & dolabris ſi in tenues aſſulas ſcindatur eius materies, atque in aqua coquatur, luteum vel citrinum remittit colorem, quo fullones tingendis lanis & pannis vtuntur.

Copiosè naſcitur in Italiæ Lombardiæ inter ſepes: floret Maio, fructus Iulio & Augusto maturēſcit.

Vis radicibus & foliis exſiccans cohibénſque, ad varia vtilis.

BVXVS: Germ. *Buxbaum*: Belg. *Buexboom*: Gall. *Buis*: Ital. *Boſſo* & *Buxo*.




Quibuſdam eſt frutex: Nobis arbor. Eius verò vulgatiſſimæ arboris, Dioſcoridē hiſtoriam non habere, mirum.

In magnitudine obſeruantur Differentiæ: aliàs enim procera eſt arbor, aliàs humilis: *Chamæbuxum* vocāt. *Buxus* autem dicitur arbor, *Buxum* eius materies.

Floret Aprili & Martio, Autumno maturat fructum. Loca verò amat frigida & aprica ac montes, in Delphinatus, Heluetiæ, Sabaudiæ & Burgundiæ collibus haud infrequens. Varijs autem Buxeis operibus celebre montis Iuræ Oppidum, cui à *D Claudio* nomen, radicibus criſpis & maculatis Galliæ Narbonenſis *Limeux*. Ebrodunī, in ſuburbio, *La plaine* dicto, proceram & craſſam alii arborem obſeruauimus. De virib. poſt ad latus ſequentis figuræ.

PALMÆ SANCTÆ SIMILIS ARBOR.



Sic à Pena & Lobelio, atque etiam ab Hiſtoria Lugd. pingitur Arbor, cuius ex iis Iconem damus: ac quæ in quibuſdam cum Palma ſancta, de qua mox conueniat, ab illa verè diſſideat, ex vtriuſque conſideratione, atque inter ſe collatione liquet.

Addemus hic aliquid de Buxi vſu & viribus. Adſtringentis & ſiccantis eſt naturæ & ſunt qui id ſeſe eſſe aiunt, quod Indis eſt lignum Guaiacū: ſed operi topiario præſertim eſt vtilis, ſidens quippe facilis & perpetua viriditate amœna. In igne duritia quæ ferro, nec flamma nec carbone vtilis, ſi fides adhibenda Plinio: ætérnámque ſinunt eius materiem ac vetuſtatē non ſentire: eredinéſque in ea naſci prohibet cum amarore durities: pectinib. autem maximè commēdatur dote.

GVAIACI RAMVS: GVAIACVM: Lignum Indicum: Lignum ſanctum: Lignum benedictum.



Sic Guaiaci ramum cum foliis & fructu pingit Cluſius in Exot. Eſt autem Guaiacei arbor foliis Fraxini, ligno intus nigreſcente, quod graue eſt & ponderoſum, ut in aqua non fluit, ſed mergitur. Reſinoſum eſt, & dum accenditur odorem non ingratum ſpirat: ſapor eius ſubamarus, cum leui acrimonia linguam vellicante.

Duo genera facit Ouiedus: *Guaiacum* ſcilicet *vulgare*: & aliud quod *Palum ſanctum* ſeu *Lignum ſanctum* vocat: alij vnum & idem eſſe volunt.

Indiarum dotem eſſe indicat titulus. Ceterùm calidum & ſiccum eſt in ſecundo gradu, attenuat, digerit & ſudores mouet: & magis quidem Cortex quàm Lignum.

ARBOR TRISTIS ACOSTÆ.



Oleæ eſt magnitudine, foliis Pruni, floribus Iaſmini, noctu odoratiſſimis, & qui Occidente Sole expanduntur explicantúrque, Oriente verò contrahuntur, vel decidunt: tanta illis cum Solaribus radiis antipathia.

Traxit & hinc nomen, triſti quòd ſqualida trunco
Auricomũ rutilo cùm nitet Orbe iubar.

Peculiaris eſt hæc arbor Goa, authore Garciâ, nec alibi per Indiam reperitur. Eam multi in Luſitaniam transferre voluerunt, ſed irrito conatu.

Floribus cibos Croci modo tingunt, atque ex iis odoratiſſimam eliciunt aquam.

ARBOR TRISTIS CLVSII. Arbor Indica dormiens.



Arborem triſtem ſic pingit Cluſius, qui & aliam habet Iconem, cui ſpinas addit.

Arborem verò in India haberi ſcribit Theophraſtus, foliaſam inſtar Roſæ, quę noctu conniueat, & Oriente Sole iterum ſe expandat ſeu aperiat, meridie planè explicet; & hinc iterum paulatim in noctem componat: Incolas dicere *eam dormire*.

ARBORES TACTVM REFVGIENTES, ARBOR VIVA ACOSTÆ.



Nonnullis, ait Acoſta, Aſię locis plãta quædam inuenitur, vulgò *Herba viua* nũcupata, à quibuſdã *Herba amoris*, à Turcis *Sulus*, à Perſis *Sulaque*, &c. Naſcitur calidis & humidis locis. Eam verò ſi quis tãgere vel apprehendere cupiat, illicò contrahere folia traditur, & ſi apprehẽdat, marcidam fieri: detractã verò manu, illicò ſuum uitorem recuperare, totieſque marceſcere atque reuireſcere, quoties comprehenditur, aut manus ab ea retrahitur.

Eiuſmodi Arboris meminit Theophraſtus lib. 4. Hiſt. c. 3. De eadem tradit & Plinius, qui *Æſchinomenẽ* appellatã vit. Meminère etiam huius Arboris Hiſtoria Lugd. & ex Recentioribus alij. Additq; Acoſta, ad reſtituendam virginitatem, & amorem cõciliandum, mirę eſſe efficacem.


ICONVM

CLASSIS IV. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE
STIRPIVM
CLASSIS V.

QVÆ ARBORES ET FRVTICES MINORES BACCAS PROFERENTES EXHIBET.

MYRTVS: Germ. *Myrtenbaum*: Belg. *Myrtenboom*: Gall. *Myrte* & *Meurte*: Ital. *Myrto*.



MYRTVS, alia Syluestris alia ſatiua: & vtraque alba vel nigra: latifolia vel anguſtifolia: maior vel minor, harum vel peregrinarum regionum incola.

Syluestrem Ruſcum dixêre Theophraſtus & Plinius: quamuis vera deme Myrtus ſylueſtris, à ſatiua non ſpecie diſtincta, ſed magnitudine tantùm.

Satiuã hic pingimus, tam albam quàm nigrã, vtpote quæ non niſi Baccarum colore differant. Facilè autem illa in arborem excreſcit, ramis flexilibus ac longis, rubro cortice: folijs lõgiuſculis perpetuò virentibus, Punicæ æmulis, ſed in alba candidioribus, in nigra nigrioribus. Flores candidi ſunt & odorati: Baccæ oblongæ, agreſtes Oleas quadantenus referentes.

Colitur in Italiæ, Hiſpaniæ, Galliæ & Germaniæ hortis.


MYRTVS BOETICA LATIFOLIA.



CLuſio authore, hæc Hiſpanis *Arayhan moriſco*, id eſt, Mauritanica Myrtus, dicitur. Ramis autem eſt ſatis craſſis: folijs duplici ſerie rariùs diſpoſitis, magnis atque odoratis: rariùs autem flores aut fructum fert, quòd eã ſepibus texendis, quas tondere ſolent, plerumque vtantur.

An Lobel. *Exotica Myrtus Plinij?*

MYRTVS LATIFOLIA BELGICA, FORTE Romana Plinij.




Amplo eſt hæc folio, inquit Cluſius, viridi, rariore ordine, & eo duplici, circa ramos diſpoſito. Hanc Romanam Plinij, & Coniugalem Catonis, poſſe dici exiſtimat idem Cluſius, atque ex Italia & Roma in Belgium allatam.

Lobel. in Obſ. dicitur Myrtus prima, omnium maxima, à Laurino folio *Laurea* dicta.

Habetur præterea Myrtus latifolia Belgica minor, Myrtus latifolia Belgica denſiore folio, Myrtus Belgica medio folio: &c.

MYRTVS BOETICA ANGVSTIFOLIA.



Eadem eſt foliorum denſitate & ſerie quã Myrtus Bœtica latifolia: verùm folio minore & ſaturatiùs virente: ac fructu etiam minore & orbiculato, albo & nigro.

An Myrtus exotica Plinij? De ea hæc ſcribit Matthiolus: Exotica, inquit, nunc habetur in Italiæ hortis & viridarijs, folio noſtrati non abſimili, dilutiore tamen, acuminatiore copioſioréve: adeò denſo, vt eo rami vbique ſtipentur. Fructum fert oblongum, è longinquo pediculo dependentem, ſeminibus refertum, communi Myrto non abſimilem: Flores albicantes, vt in cæteris generibus: topiarijs operibus peridoneus habetur.


MYRTVS TARENTINA.



A Tarento Apuleiæ ciuitate, vbi copioſè prouenit, nomen habet. Matthiolus in poſtr. Comm. tradit Myrti Tarentinæ nomine eam etiã quam hic pingimus: & folio eſſe ait vſitati ſimili, ſed longè minutiore robuſtiorẽque, fructu verò minore, & in ſummitate pluribus apicibus coronato: colore ex nigro purpuraſcente: minatis, crebris albicantibúſque intus oſſiculis: floribus vulgari Myrto ſimilibus: ac tandem Topiariis eſſe peridoneam.

Cæterùm colitur Myrtus [Tarentina præſertim] in Italiæ & Galliæ hortis, cœ ũmque amat calidum, vnde rarior in Germania: ac, pro ratione loci, citiùs tardiúſve floret, communiter verò Æſtate: fructum maturans Autumno.

MYRTVS ANGVSTIFOLIA MINOR, MYRTIDANVM, & Myrti vires.



Iconem hanc Dodonæus poſuit pro Myrto priore, Cluſius pro Myrto domeſticâ fructu albo.

Cæterùm Myrti fructum plerique omnes *Myrtidum* nuncupant, nonnulli tamen, inter quos Tragus, per *Myrtillum* arborẽ etiam deſigñt.

Eſt verò *Myrtidanum*, teſte Dioſcoride, verrucoſum id quod Myrto adnaſcitur, inæquabile, intumeſcens & concolor: quod perinde quaſi manus, Myrti caudicem amplectitur: *Myrtadum* vocat Hermolaus.

Vires Myrti quod attinet: Toti Myrto facultas ineſt adſtrictoria. Baccæ frigidæ ſunt & ſiccæ primo ordine, & aluum fortiter ſiſtunt. *Reliquas vſus*, & quomodo ex iis Vinum, Syrupus, & alia parentur medicamenta, non permittit loci anguſtia hic.

VITIS IDÆA: Germ. *Heidelbeer*: Gall. *Airelle* & *Coſines*: Ital. *Vua dell' orſo*, *Myrtille*.



Eadem planta eſt Plinio Vitis Alexandrina, quæ Vitis Idæa Theophraſto: ſcilicet vt Plinius ex Theophraſto tranſcripſit, Vitis circa Phalacram (Idæ partem) naſcens, breuis: ramis cubitalibus; acinis nigris, Fabæ magnitudine, nucleo molli & minimo, obliquis racemis prædulcibus: folio paruo & rotundo, ſine diuiſuris. Nondum tamen aſſerere auſimus, an hanc Vitem Idæam illi intellexerint, an verò anguloſam de qua mox: an tandem, quod vult Dodonæus, ab his plantis diuerſã. Quidam pro Myrtillo grandiore ponunt, alij pro Vaccinijs nigris: *Iudicent docti*.

Naſcitur in montium alpibus & ſyluoſis paludoſis ſolitudinibus: & Baccis vim inebriandi ineſſe referunt venatores.


VITIS IDÆA ANGVLOSA, foliis glabris acuminatis, & per ambitum ſerratis.



Naſcitur tam in Alpibus, quàm in vaſtis deſertis, caliginoſis & tenebroſis vallibus, aliiſque humectis Galliæ, Angliæ Germaniæ, Heluetiæ, Burgundiæ & Sabaudiæ locis. Floret Maio: fructum maturat Octobri.

Quibuſdam dicitur *Myrtus terreſtris* ſiue pumila, aliis *Vaccinium nigrum*, nonnullis *Myrtillus* & *vua Vrſi*. Cameratio, ni fallimur, *Vitis Idæa* nigra paſſim in ſyluis. Dubitari verò vtrum ſit Vitis Idæa Theophraſti, & Vitis Alexandrina Plinij, necne, iam ſuprà annotatum.

VITIS IDÆA SEMPER VIRENS, fructu rubro.




Vaccinium rubrum, & *Vitim Idæam rubram*, atque etiam *Vuãm vrſi Anguillara*, inſcribunt nonnulli.

Gaudet & hæc locis ſylueſtris, ſaxoſis & opacis, & communiter ſub Abietibus & Piceis creſcit. Floret Maio & Iunio: Septembri demum maturans fructum.

Porrò vitis Idææ baccis terream & frigidam in genere eſſe ſubſtantiam apud omnes in confeſſo eſt: vnde tam recentes tum ſiccæ dyſentericis & cœliacis vtiliter deuorandæ dantur: eáque refrigerare, exſiccare, roborare, reprimere & cohibere, rectè ſtatuit Matthiolus. Peculiariter verò iis vtantur *Infectores* ad inficienda linteamina: & chartam cæruleo colore tingendam.

RADIX IDÆA PVTATA; ET VVA VRSI.



Viti Idææ rubræ affinis eſt hæc planta, quam Cluſius, ni fallimur, Galeni Arctoſtaphylo, ſeu Vuæ vrſi, ad amuſſim quadrare exiſtimat. Prouenit in montibus circa Geneuam, nec non in Vegamtia Narbonæ montibus: Martióque & Aprili floret.


An Lobelij & Penæ ac etiam Gerardi, Chamærododendros alpigena? An Tabernæm. Erica bacciferã latifolia?

CHAMÆBVXVS SIVE CHAMÆPIXOS.



An Anonymos Coloręę ſinæ Cluſij? An Anonymos Peruincæ folio Camerarij? Certè nomen Germanicum *Vvintergruen*, quod à perpetua viriditate habet, illuc videtur reſpicere. Geſnerus Chamæbuxum ſiue Chamæpixum vocabat. Alijs Myrto-Geniſta dictus eſt his Saff mex. Floret Aprili & Maio: ſemen Iunio perficitur: Eſtque in plurimis Pannonicis Auſtriacisue Alpibus obuius. Hactenus tamen neglectus, nec in vſum Medicum vocatus.

VITIS IDÆÆ AFFINIS POLYFOLIA MONTANA.



Ortu, foliis & facie Polium noſtras refert, frigidisque vliginoſis & muſcoſis locis môtanis reperitur. Extremis ramulorũ petiolis calyculi hærent petex gis, folioſi & rubentes: vnde anguloſa pyramis exit conchyliata, baccæ alicuius rudimentũ promiens. Pro radicibus paſſim ex ramis oreſcitur, capilli inſtar, tenues fibræ terram morſu apprehendentes. Folium appingi curauimus latiuſculum iuxta anguſtum, vt in hac Planta obſeruantur.

An Thalij in ſua Hercynia *Myrtus tenuifolia*? An Camerarij *Vitis Idæa rubra Bonauica, baccis inſipidis ſine ſucco*?

OXYCOCCVS, SIVE VACCINIA PALVSTRIS: Belg. *Veenbeſien*: Gall. *Cuſines des marais*: *Moſsbeer*.




Prælõgis, lignoſis, ex atrorubentibus, & fracta contumacib. viticulis ſerpit, quas Serpilli folia veſtiunt Flores Glycyrrhizæ floribus ſimiles. Baccæ cordis figuram referunt, & ab initio candicantes, poſtea purpureæ ſunt, & purpureis maculis conſperſæ, parua intus ſemina claudẽtes. Radix capillacea.

An Vitis Idæa paluſtribus locis naſcens, Cluſij?

Natales & hæc habet humida, vliginoſa & opaca môtana loca: in Hollandia frequens, nec longè ab Vrbe Norimberga prope piſcinas magnas. Nos verò copioſam in Lotharingico monte *Balon* obſeruauimus.

Baccæ Iulio & Auguſto menſibus maturantur, atque adſtringunt, vti & folia.

LIGVSTRVM: Germ. *Rheinvveiden*, *Mandholtz*, Gall. *Troëſne*, *Freſillon*: Ital. *Liguſtro*.



Frutex eſt arboreſcens, qui an rectè à nonnullis Dioſcoridis CYPRVS, & Arabũ ALCANNA & HENNA exiſtimetur: atque etiam an PHYLLYREA eſſe poſſit, doctorum plurimorum inter ſe collatis argumentis & authoritatibus, in Hiſtoria noſtra magnus expendimus.

Naſcitur magna ex parte in locis aſperis, potiſſimùmque vepribus & ſentibus: Germaniæ, Galliæ & Italiæ familiaris admodum. Floret Aprili & Maio, citiùs aut tardiùs, pro locorum ratione: Septembri racemuli maturescunt, totáque hyeme, ſummo auicularum refugio reſtant.

Folia, flores & acini adſtrictoriam vim habent: & nonniſi extrinſecus ferè vſurpantur.

LIGVSTRVM ÆGYPTIVM: CYPRVS GRÆCORVM, & ALCANNA Arabum.



Cum Liguſtro noſtrate multum hoc habet conuenientiæ, vnde vnam & idem eſſe multi exiſtimarunt: res tamen eſſe diuerſas in Hiſt. noſtra vniuerſali oſtẽdimus.

Nos Plantam hanc veram cẽſemus eſſe Dioſcoridis Cyprum. Eo verò tradente, Cypros arbor eſt foliis circum virgulta Oleæ ſimilibus, ſed latioribus, mollioribus & viridioribus: floribus candidis, muſcoſis, odoratis: ſemine nigro, Sambuci fructui ſimili: Optima naſcitur in Aſcalone & Canopo. Vis illi adſtrictoria.

Alpinus, ſequens depravatam Interpretum verſionem, ait eſſe Dioſcoridis Liguſtrũ: & addit eſſe Alkanna Auicennæ, Cyprũ Plinio, Ægyptij Elhanne, quæ nomina habent etiam Bellonius & Rauvvolfius.

MOLLE, & GVMMI ELEMI RESINA.



Molle procera eſt arbor & patula, Lentiſci fermè *foliis*, *floribus* puſillis, numeroſiſſimis, ſtellatis; *baccis* Aſparagi, pinguibus, amaram, rogoſam & ouileatum *officulum* continentibus.

Fraxini folia illi aſſignant nonnulli: Balſami ſpeciem eſſe vult Lobelius, aliis dicitur *Lentiſcus Peruuianus*, In Peruana regione abundanter naſcitur, & habetur etiã in Europæ cultioribus hortis.

De huius variis vtilitatibus mira narrantur: An verò quod exudat Gummi, non ſit illud quod GVMMI ELEMI nomine in Officinis proſtat, & Oleæ Æthiopicæ lachryma exiſtimatur, doctis perpendẽdum relinquimus.

Phillyrea et Mahaleb: Phillyrea anguſtifolia.



Vt toto errant cœlo, qui Philyram cum Phillyrea confundant, ſic non leuis etiam eorum lapſus, qui Arabum Mahaleb & Phillyream non differre volunt, cùm ſit Mahaleb Ceraſus amara vel Chamæceraſus. Nec eſt etiam Phillyrea Liguſtri ſpecies, vt vult Amatus.

Eſt autem Phillyrea Dioſcoridi, Arbor Cypri magnitudinem æquans: folijs Oleæ ſimilibus, ſed latioribus & nigrioribus: fructu Lentiſci, nigro, ſubdulci & quaſi racemato. Locis aſperis naſcitur.


Anguſtifoliam hic pingimus, de reliquis ſpeciebus pôſt acturi. Eſt autem Phillyrea 5. Cluſio Phillyrea Narb. florida Lobelio in Obſ. Ilatrum & Linteronum, teſte Cæſalpino, appellant alij.

Phillyrea latiuſculo folio.



An Cæſalpini *Ilatrus*, latiore breuioréque folio? An Geſner. de hortis *Phillyrea Bellonij*, ſaxoſis & montanis Italiæ locis ſpontè naſcens? *Mahaleb Serapionis* vocat in fine Hiſt. Cordi. Hiſtoriæ Lugdun. dicitur *Philyca*, Liguſtri magnitudine. Dodonæo in Hiſt. Lat. *Cyprus* latiore folio. C. Bauhino apud Matthiolum, *Phillyrea Dioſcoridis*, quæ à Theophr. Philyca dicta videtur.

Phillyrea arbor Lobelio.



Scapo & ſparſis ſtolonibus Prunum aut Ceraſum ęquat, folio planè Phillyreæ, aliquantò tantùm latiore: *flos* Ilicis, muſcoſus, *bacca* tales quales hodie in Officinis proſtadt, nomine Mahaleb. Reperitur in Gallo-prouincia prope Tholonam, & eſt Mahaleb Serapionis. *Hæc Aduerſaria.*

Tabernamontanus etiam ponit & pingit pro Mahalebo Serapionis, ſed mutatâ aliquantulùm Lobelij Icone.


Phillyrea folio Alaterni, & de Phillyrearum natalibus in genere.



Varijs Luſitaniæ locis prouenit hæc in ſepibus, ſed nuſquam copioſior, quàm circa *Tomar* inſignem pagum.

Cæterùm omnes Phillyreæ ſpecies, præter hanc, quam folio diximus eſſe Alaterni, non ſolùm in cultiſſimis Illuſtrium virorum hortis conſpiciuntur; ſed etiam in varijs locis montanis, aſperis & ſaxoſis, atque etiam ad foſſas in aggeribus & ſepibus agrorum. Vere floreut & Auguſto Septembriue baccas maturant.

Phillyrea folio Ilicis, & de Phillyrearum viribus in genere.



In agro Florentino nec nō in Luſitaniæ incultis circa Eboram, plurima prouenit. Hiſtoriæ Lugd. dicitur *Phillyrea Cluſ. prior.* An Lobelij in Obſ. *Phillyrea latifolia criſtata?*

Phillyreæ Vires quod attinet: Phillyreæ folia, tradente Dioſcoride, perinde atque Oleaſtri, adſtringunt: commanducata ad oris vlcera proſunt: eorúmque decocto etiam colluuntur, & potum idem decoctum, vrinas menſeſque ciet. Eadem Paulus de Viribus, at de iis confuſè admodum Arabes: Neoterici ſpecialiùs nihil.

Spinabourgi Monſpelienſium: Gall. *Bourgeſpine.*



Huic magnitudo Liguſtri: cortex niger, *folia* oblonga, ſubrotunda & nonnihil ſpinoſa: *flores* Lentiſci: *baccæ* paruæ, nigræ, rotundæ, numeroſæ, & ternæ, nō didymę vt aiût Pena & Lobelius.

Eidem Lobelio in Obſ. & Icon. dicitur *Alaternus Plinij Cluſio & Anguillara*, & quorundam *Spina ceruina*.

De ea verò ſic tradit Hiſtoria Lugdunenſis: Apharcam Theophraſti, ait, eſſe putarunt nonnulli, alij Phillyreā Græcorum: Monſpelienſes Pharmacopæi *Bourgeſpine*, ideſt, Spinam Burgundicam, vocant. Naſcitur non procul à Monſpelienſi vrbe, aſperis & ſaxoſis oræ maritimæ locis: nec magni eſt vſus, niſi ad tincturas.

ALATERNVS.



Alaterni meminit Plinius, eique folia inter Ilicem & Oleam tribuit: vnde huic frutici nomen inditum volunt, quem, teste Bellonio, Corcyrenſes & Cretenſes Eleoprinon vocant. Alaternum autem Plinij cum Phillyca Theophraſti eandem plantam facit Bellonius. Duo genera habet Cluſius, vnum arboreſcens: alterum multò humilius, atque vtrique folia tribuit inter Ilicem & Oleam media. Nos Cluſij alterum pingimus. Floret Martio, & Baccæ à Septembri in Aprilem & Maium in arbore ſua hærent.

SAMBVCVS: Germ. *Holder*: Belg. *Vlierboom*: Gall. *Seu*, *Suſeau*: Ital. *Sambuco*.



Vulgaris notitiæ planta eſt Sambucus: Eſt vero vel *Herbacea* de qua mox, vel *Arborea*, quæ rurſus in *Vulgarem*, *Laciniatam Roſeam* & *Aquaticam* diſtinguitur.

Vulgarem hîc pingimus, cui vt plurimùm Baccæ ab initio quidem virentes, per maturitatem vero atropurpureæ, ſuccum concolorem reddentes: Sed invenitur etiam nonnunquam quæ acinos fert albos, & quædam, vt annotat Camerarius, quæ prorſus virides: cæterà primæ illi in omnibus ſimiles.

Græci qui Acten vocant, in arboream & chamæacten diſtinguunt. Dicitur autem Latinis Sambucus à Sambuco Muſico inſtrumento, vel ab authore, cui nomen *Sambix*

SAMBVCVS LACINIATA: Germ. *Holder mitt außgeſchnittenen blettern*.



Fiſſa huic admodum ſunt Folia, in quo tantum à vulgari differt. Colitur in hortis Belgij.

Cæterùm aquarum accola eſt Sambucus, quæ, authore Theophraſto, brevioris vitæ cauſſa. Sed naſcens etiam alibi humectis & tenebroſis locis, iuxta muros, ſepes, & inculta alia, nullo negotio pinguia ſoli & frigidioris Cœli amans, vnde in calidioribus regionibus rarior eſt quàm in Germania. Maturè germinat, autumno acinos maturant.

Non convenit inter Scriptores vtrùm calida frigidave ſit Sambucus. Nos Galeni & doctiorum ſententiæ ſubſcribimus, qui calidam in primo ordine conſtituunt: ſiccantémque glutinantem & moderatè diſcutientem vim illi tribuunt. *Plura in ſequentib.*

SAMBVCVS ROSEA: Germ. *Schneeballen*: Gall. *Roſes de Gueldres*.



Amabili florum candidorum magnorum, q̃ uſque partiorum, vtàque ſe expandentium, ac pilæ niveæ inſtar, glomeratorum, ſpectaculo, hortos decorat, frugiperda iſta Sambucus, quæ aquaticæ, de qua mox, ſpecies eſt.

Sic *Sambucum aquaticam* vel *paluſtrem hortenſem flore multiplici* nuncupant. *Sambucus paluſtris mas flore conglobato* Camerario. *Sambucus aquatica polyanthos & roſea* nonnullis. *Lycoſtaphylos maſcula* Cordo. Purpuret cœlatis flores ſuos qui in ea obſervantur. Tota autẽ hortẽſis creditur, & culturæ mãgonio talis facta. De eius vſu & virib. nihil hactenus innotuit. Vulgarem autem Sãbucũ iã Hippocratis ævo, in Medicina fuiſſe celebrem, & hodie adhuc *Ruſticorum* dici *Medicinam*, notũ & certum eſt.

SAMBVCVS AQVATICA: Germ. *Bachholder*: Gall. *Obier* vel *Opier*.



Aquarum amaſia eſt hæc Sambuci ſpecies, cuius Veteres non meminêre, authorem habemus Dodonæum: non enim eſt Opulus, nec Platani ſpecies, vt nonnulli perperam ſuſpicati. Cordo eſt *Lycoſtaphylos fœmina*, Saxones *Vuam lupinam* vocant.

Florum vmbellæ Maio ſeſe conſpiciuntur, & propter odoris ſuavitatem Æſtatis tempore in conclavia feruntur. Baccæ Autumno perficiuntur, integráque hyeme durant, ac ab avibus ſummopere expetuntur: at ab hominibus devoratæ vomitum cient.

Quomodo autem ex vulgaris Sambuci floribus, acinis, ſeminib. & corticibus, *Aqua varia*, Aceta, Vnguẽta, Extracta & Condimenta in varios vſus parentur, & norunt Practici, & Noſtra vniverſali noſtra Hiſtoria docemus.

SAMBVCVS RACEMOSA: Germ. *Bergholder Vvilder-Holder, Vvaldholder, Hirſch-Holder*.



Cum vulgari cõmunis huic plerique: folijs tamen eſt paullò minus fœtidis: at in floribus & baccis clariſſimum diſcrimen. Flores enim nullam vmbellam faciunt, vt in vulgata, ſed in racemum oblongum digeſti. Baccæ etiam conſimili modo racematim frequentes ſuccreſcunt, ex rubentibus pediculis, ipſæ quoque per maturitatem coccineæ.

Sambuci ſylveſtris & montanæ racemoſæ nomen obtinuit apud Scriptores, quia in montanis, opacis & vliginoſis locis plerumque naſcitur; in ferarum luſtris inviſa frequens. Et quia cum magno deſiderio inquirunt Cervi & Cervæ, *Cervinam* dixêre. Similes cum vulgari Solani vires habet, ſomnum conciliat, & veternum inducit.

EBVLVS, SIVE SAMBVCVS HERBACEA: Germ. *Niderer Holder*: Belg. *Haddick*: Gall. *Hieble*.



Inter frutices & herbaceum genus ambigit, adeo verò Sãbuci eſt æmula, vt illius nomen, pumilę adiectione, promeruerit Sic Dioſcoridi, Galeno & Paulo dicitur Chamæacte. Plinio eſt Sambuci alterum genus magis ſylveſtre & multo brevius, & Actea Græcis Chamæacte dicta, quam Helion alij vocant.

Naſcitur in opacis vdis aquoſiſque locis, ac ſæpiſſimè ad aruorum margines Floret Iunio & Iulio: baccas Auguſto & Septembri maturat: in Germania, Gallia, Helvetia & Italia frequens.

Vires & vſus quales Sambuci arboreæ. Flores in cibarijs ſumptos hepaticis, ſpleneticis, cardiacis atque hydropicis, prodeſſe ſcribit Platina.

ABADARACHINI ARBOR: Arabibus *Aſtrigar*, aut Aſtergir & Azetadacht dicta.



Monachos aliósque, qui eandem cum Sycomoro faciunt, reprehendunt meritò Geſnerus & Matthiolus. Quibuſdam dicitur *Zizyphus alba* & *Pſeudoſycomorus*, alijs *Lotus alba*, Cæſalpino *Tuber*.

Folia & flores ſimul erumpunt menſe Iunio, Baccę autumno maturantur, & interdum tota hyeme ramis adhęrent.

RHVS ſiue SVMACH: Germ. *Gerberbaum*: Belg. *Smak*; Gall. *Roux*. *Rhon & Couange*: Ital. *Sumacho*.



Arbuſcula eſt altitudinem hominis ſuperans, quã Theophraſtus & Plinius in *Marem* ſeu fructiferam, & *Fœminam* ſeu ſterilem diſtinguunt. Duo faciunt alij Rhois genera, Mageiricon, quod additur in obſonijs, & Byrſodepſicum, id eſt, coriarium. Nonnulli Syriacum habent, Ponticum, Marinum, Orientale, Rubrum, Nigrum, &c. Non tamen propterea cenſendum, Rhois arbores totes ſu ſpecie differre. Rhus enim obſoniorum nihil aliud eſt quàm folia & corticis ramuſculi. Rhus rubens eſt ſemen immaturum, quod maturitate nigreſcit. Et Syriaca præterea atque Pontica Rhus, ab Italica & Iberica nihil genere diſtant.

RHVS PLINII PVTATVS FRVTEX.



In Hiſpania, Gallia Narbonenſi, & agri Monſpelienſis præſertim ſepibus, pinguiùſque ſolo, provenit atque ad hominis altitudinẽ aſſurgit hæc arbuſcula, *magnitudine, folijs, floribus & fructu*, Rhoi vulgari perſimilis, atque à Tabernamõtano, Camerario, Pena & Lobelio, *aliiſque* nõnullis, pro Myrtifolia Plinij Rhoẽ habetur. Vtuntur eâ Coria firmanda, poteſtque idem quę alterius eſſe vſus.

Cæterùm cœlum calidum amat *Rhus*, tardéque flores & fructum perficit. Exiccat verò tertio ordine, refrigerat ſecundo, & multùm adſtringit. Fructu vtuntur Culinæ ad condimenta. Eodem & Folijs Seplaſiæ, vbi exiccandum valeant & adſtringendum: Surculis exiccatis, ac in pollinem redactis, Coriarij.

LANTANA VVLGÒ, alijs VIBVRNVM: Germanis *Schlingbaum*: Gall. *Viorne*: Ital. *Lantana*.



Arboreſcit interdum hic frutex, radice ſummo cæſpite vagante: Foliáque habet alni: *Flores* in vmbella candidos, & Baccas primò virides, deinde rubras, & per maturitatem nigras, dulces, viſcoſas & ſapore ruſticus grati.

Floret aprili & Maio: acini Iulio & auguſto rubeſcunt, Septembri verò demũ nigreſcũt, inculto maximè ſolo inter reliquas vepres & ſẽtes in dumetis & ſepibus naſcitur, humo gaudens argilloſa & forti.

Folia & Baccæ refrigerãtis, reſiccantis & adſtringẽtis ſunt facultatis: præſtant eadem ad dentes firmandos, gingivarũ rheumatiſmos, & columellæ lapſum, ſi in vino auſtero coquantur, & decocto colluantur. In lixivio coctæ, capillos denigrant & fluentes ſiſtunt.

SPIRÆA THEOPHR. FORTÈ, CLVSIO.



Hanc deſcribit & ſic pingit Cluſius: atque ad Spiræam Theophraſti referri poſſe exiſtimat: noſtro iudicio ſatis bene convenit cum *Lantana* ſive Viburno, quod Spiræam Theophraſti eſſe à nonnullis putari ſcribit etiam idem Cluſius.

Cæterùm vt de Lantanæ & Viburni vſu aliquid addamus: Eius Baccis veſcuntur multi, ac vt citiùs matureſcant, ſupra paleas aut fœnum, alterno ſtratu, reponere ſolẽt: Virgis vero flexu fermè invictis in ligandis ſepibus & lignorum faſciculis commodè vtuntur Ruſtici.


ALNVS NIGRA BACCIFERA: Germ. *Faulbaum, Leusbaum*: Gall. *Puierne, Aulne noir, Piſſeſang.*



In ſylvoſis & montoſis udis locis plærumque naſcitur arbuſcula quam hic pingimus, ut in Mutenſi & Aquæcidû [*Waſſerfall*] montibus prope Baſileam: in ſylvis Montbelgardo vicinis, quâ itur ad pontem *Vauiacourt*: Genevæ in monte *Saleua* & alibi. Floret Maio, fructum Octobri maturat.

Alnus nigra dicitur Dodonæo, Penæ, Lobelio, Hiſtoriæ Lugd. Thalio & plæriſque aliis. Alnus baccifera quibuſdam: Liguſtrum aquaticum Geſnero: Avornus Crelectio. *Arbor fœtida* Lonicero & Schwenckfeldio, & *Frangula* Matthiolo & Camerario, quòd ejus baculi, recentes præſertim, facilè frangantur. Aliis eſt *Siler Plinij*. De viribus pòſt.


ALNVS NIGRA BACCIFERA RVGOSIORE folio.



Hanc & præcedentem ad Rhamnos referunt nonnulli, ſi ſpinis eſſent horridæ. Quã autem hic pingimus in montoſis aſperis & Soli meridiano expoſitis locis obſervavimus, in Burgundiæ Comitatu prope *Mesbe* & S. Hippolytũ: ubi ligna, ad pulverem Bombardicum ex eorũ carbonibus parandum ſedulo colligunt.

Extimo horum exhauſta, ſed cortici facultas eſt adſtringẽs, intimo autem reſolvens: Aperit viſcerum & vaſorum obſtructiones, atque in vino vel cerevifia maceratus, vomitum movet, & pituitam aliaſque peccantes humores per alvum purgat. Rusticis ſumque optimum eſt remedium Doſis ad duplum Rhabarbari: ſed ſiccus ſumendus, nõ viridis. Tritus, & ex aceto ſcabiæ illitus, illico ſanat.

DAPHNOIDES ET LAVREOLA: Germ. *Zeiland*: Gall. *Laureoles*: Ital. *Olivella.*



Daphnoidis ſive Laureolæ, aiunt Pena & Lobelius, ut nomenclatio, ſic natura, proſſum puſillam Laurum imitatur: ita ut etiam plebecula vix conſpectam dicitet Laurum Ubivis fermè Germaniæ, Galliæ & Angliæ Mulomedicis & mulieribus, illicit præſertim, nimis quàm nota. Naſcitur magna ex parte in ſylvis ac montibus umbroſis, incultis & frigidiuſculis.

Tota Hyeme viret: Februario verò mẽſe Floſculis parvis luteolis ſtipata conſpicitur. Fructus æſtatis fine perficiuntur.

Calida & ſicca eſt ſub finem tertij gradus, Folia tam arida quàm recentia, alvũ dejiciunt, vomitum & menſes cient, & ſternutamenta movent: Sed os, linguam & fauces, vellicant & inflammant, ac ventriculum ſubvertunt.

LAVREOLA FOLIO DECIDVO, ſive MEZEREON Germanicum.



Qui Chamædaphnen ſexu diſtinguunt, *Marem* illã, hanc *Feminam*, dicant. Quidam *Olivellam* vocant, aliis eſt Chamælæa Dioſcoridis & Thymelæa: ſed perperàm, plantæ enim diverſæ ſunt Thymelæa & Chamælæa, & illarum neutra eſt. Aliis eſt Mezereon vulgare, & Mezereon Serapionis, unde Tragus, à vocabuli ſignificatione, *Rapiens Vitam*, & *faciens viduam* inſcribitur.

Eadem loca eũ præcedente amat, eodémque tempore floret & fructum maturat. Folia vero, cortex, radix & fructus, ſunt calida & ſicca ad tertium fermè gradum. Iiſdem viribus eſt prædita quibus Thymelæa.

HYPOGLOSSVM, BISLINGVA, BONIFACIA: Germ. *Zapfleink aut*: Gall. quibuſdam *Herbe de la Coroelle.*



Dioſcoridi exiguus frutex eſt, foliis Myrti ſylveſtri & tenui ſimilis. Comam verò ſpinoſam habet, & in ſummo ſeu lingulas ſecundum folia.

Hippoglossum dicitur nonnullis, quaſi grandis Lingua, aliis vero Hypogloſſum, quod ſummis illius Corymbis proximè veluti linguæ innaſcantur. *Bonifaciam* vocat vulgus Italicum: multi *paganam Linguam*, nõnulli *Uvulariam* aliij *Laurum Alexandrinam* & Epiphyllocarpon.

Duo autẽ eius conſtituuntur genera: Unum, quod duplici folio cõſtat: & alterum, quod ſimplici folio eſt ac ſeſsile habetur: manifeſto argumento ſupernaſci illud folium fructus cauſſa.

Gaudet umbroſis & montanis, ac, quamvis cultum reſpuat, colitur etiam in hortis.

BISLINGVÆ VEL BONIFACIÆ ALIA Icon.




Eſt el.gaſte Marcello Virgilio, acrimonia & calefaciendi vis: ideóque Priſcie ad ſiccandam linguæ nimiam humiditatem in pueris adhibebatur & inde Hyppoglotton dicebatur. Sic Inſubres aliquæ Gentes, eodẽ auctore, cũ pro balbutientibus pueris utuntur. Ad Columellam humectam ac collapſam eius prædicant uſum Tragus & Cornarius, ad puerorum Enterocelas laudat Cæſalpinus, ſi diluculo eius ſumatur pulvis ſeſquidrachmæ pondere ex Symphiti majoris decocto. In uteri ſtrangulatu magno dari juvamento ſcribunt nonnulli, alij pueris, ut nimia illorum humiditas exſiccetur, collo appendunt.

LAVRVS ALEXANDRINA.



Biſlingeam, ſive Bonifaciam, Hypogloſſum & Vulariam dictam plantam, cum Lauro Alexandrina vnam & idem eſſe voluit Cordus. Matthiolo & Cornario diverſæ ſunt plantæ. Dalechampius vult Biſlingeam ſive Bonifaciam eſſe Laurum Taxam Plinij: Hypogloſſum vero Dioſcoridis & Galeni eſſe Lauru Alexandrinam. Veterum Laurum Alexandrinam hodie ignotā eſſe exiſtimant alij. Nos in tanta opinionum varietate nihil ſuper hac re decernimus: Iconem tantùm exhibemus à Lobelio pro vero Lauro Alexandrina propoſitam.

RVSCVS: Germ. *Bruſch* & *Bruſcken*: Gall. *Bruſc.* Ital. *Bruſco.*



Oxymirſinis & Myrti ſylveſtris nomine deſcribit Dioſcorides. A Galeno vero, Paulo & Ætio in ſimpl. cenſu præterita fuit hæc planta. Eius autem fructum cum Cubebis confundebant Arabes, vt ferè à Matthiolo, Lacuna & Camerario obſervatū. Myacantham propter vſum adverſus mures, nuncupavit Marcellus.

Aſperis & præruptis naſci prodidit Dioſcorides: Nos in Italiæ ſepibus & ſaxoſis, atque inter Lugdunum & Viennam Allobrogū paſſim provenientē obſervavimus. In Germania ſeritur in hortis. Floret autem primo Vere, autumno ſemen perficit.

Magnus radicis & baccarū vſus ad calculum, vrinæ ſtillicidia, retenta menſtrua, hepatiopam & Icterum. *Plura in Appendice.*

CHAMELÆA, CHAMELÆA TRICOCCOS. Germ. *Frembd Seidelpaſt*: Gall. Narbon. *Garoupe.*



Obſcura eſt admodum & intricata Chamelææ Hiſtoria, prout plurimæ aliæ plantæ ad eam importunè referuntur. In Hiſtoria noſtra vniverſ. Veteram & Recentiorū ſuper hac re placita expenduntur, teteguntúrque multa. Hic tantùm de nonnullis plantis Chamelææ nomine Nobis ſpecialiùs cognitis agemus.

Hanc *Oliuellam* & *Oleaſtellum* vocant, à foliorum ſimilitudine, licèt ea minora.

Fervidi ea, ſaxoſi, ſqualidíque maritimi ſoli eſt amaſia: in varijs Hiſpaniarū, Gallo-provinciæ & Galliæ Narbonenſis locis vbere proventu ſponte proveniunt: atque etiam in Germaniæ & Belgij nonnullis hortis colitur.


CHAMELÆA INCANA ET LANVGINOSA.



Hic de Chamelææ viribus in genere agemus.


Calida eſt & ficca tertio gradu accedente ad quartum. Folia linguam mordicant, & arteriam abradunt: pituitam, bilem & ſeroſos humores inſernè purgant, præſertim in Catapotiis devorata: Et quāvis ingens ſit eorum violentia: hydropicis tamen vtilia creduntur, ſi cum judicio exhibeātur. Eadem trita & melle excepta, ſordida & cruſtoſa vlcera repurgara ſcribit Dioſcorides, apud quem & *Vinum* ſit *Chamelæites*.

CHAMELÆA HIRSVTA.



Hanc quam in ſicco noſtro Herbario adſervamus, Chamelææ hirſutæ, & Gall. *Bois Gentil* nomine accepimus. Caudex illi lignoſus, rarò palmares, folia Laureolę folio deciduo ſimilia: breviora tamen & multo anguſtiora, in acumen deſinentia, nonnihil hirſuta.

THYMELÆA, GRANVM CNIDIVM: Germ. *Seidelbaſt*: Gall. *Lin ſauvage*: It. *Pepe montani.* Thymelæa Monſpel.



Intricatam diximus antè Chamelææ hiſtoriam: eſt & Thymelææ, figura & natura illi proximè cognatæ: ſic hanc inter ſe invicem & cum alijs confundunt Scriptores. Thymelæata quaſi Tithymelæam dictam volunt Pena & Lobelius, ob mixtam Tithymali & Oleę faciem. Corticoſo a deſcribunt amictu, tenaci, cinereo, à ſummo ad imum deglubenti, ſequaci, inſtar Laureolę corticis: Grana antiquis Gnidia dicta novena eſſe aut dena, primo viridia, deinde ex flavo rubentia, tenellā cuticulā, ſucco aqueo turgidā, vnum gignentium amicientē.

Sic illi Coccum ſeu Granū Gnidium, cujus nomine variarum plantarum exhibētur fructus, appoſitè Thymelææ fructum eſſe aſſerunt.

THY-


Thymelæa minor Cordi.



Quam antè pinximus, ea in Italiæ, Hiſpaniæ, Galloprouinciæ, & Galliæ Narbonenſis locis petroſis prouenit. Hanc verò ſaxetoſis & muſcoſis, tam planis quàm editis, locis, circa Vindelicorum Auguſtam & Ratisbonam, naſci perhibet Cordus. Sunt & aliæ Thymelææ ſpecies de quibus mox.

Cæterùm Thymelæa vehementer calida eſt violentérque per inferna purgat: eiuſdem fermè cum Chamelæa naturæ.

Cneorum in Genere. Cneorum Matthioli, Suffrutex.



Doctiſſimorum quorumcunque iudicio, ait Cluſius, Cneoram Theophraſti à Thymelæa & Chamelæa Dioſcoridis non differt: ſed, vt annotat Marantha, vſitatiora hæc fuêre hæc nomina, illè illa. Pro Cneoro verò exhibet Matthiolus hanc plantam. Prouenit montoſis locis inter Ericas, vnde ſcribit Cluſius, montibus Venetæ vicinis tantâ abundantiâ naſci, vt ruſticæ mulieres, dum floribus abundat, exornandorum triclinorum gratia, multos eius manipulos in forum venales adferant.

Floret Aprili, & Maio, Iunio verò fructus eſt maturus: tantæque eſt fœcunditatis, vt ſæpenumerò ter eodem anno floreat. Nec ab vllis animantibus vnquam attingitur vel arroditur.


Cneorum Album Dalechampii, aliis Dorycnium.



Cneori albi, quod hîc pingimus rami ſunt tomentoſi & albidi: *folia* quàm Chamelææ vel Thymelææ maiora nonnihil, ad magnitudinem foliorum Mezerei Germanicè accedentia, argentea lanugine vtrinque obducta, molliter holoſericea, per extremum obtuſa. *Radix* grandis, in profundum ſubiens: *ramorum vertex* velut in Corymbos aceruatim emicat: *Semen* nigrum & craſſum in folliculo tanquam glandi reconditum continet.


Cæſalpinus & Dorycnium vocat, & ex Sicilia haberi ſcribit, vulgóque *Argentinam* vocari. Hiſtoria Lugdunenſis in locis lapidoſis & ſaxoſis maritimis naſci.

Dorycnium Imperati.



Folio Oleæ ſimile eſt *flore* verò Campanulæ, Conuoluuli vel Scammoniæ: ſempérque viret & Hyeme folia minimè abiicit. Dioſcoridis *Dorycnium* eſſe putauit Imperatus, vt annotat Cluſius: Nos an ſit Lectorum iudicio relinquimus: in Claſſe vndecima fuſius de Dorycnijs acturi. Habuimus aliquando ex ſemine in horto S. P. Monbelgardi.

Sanamunda, Benedicta quibusdam, Sanamunda glabra.



Sanamunda glabra alia, alia lanuginoſa: de hac pòſt agemus: glabræ verò nomine fruticem hic appictum donamus, olim in maritimo Narbonenſi tracta prope Agdes oppidum collectum.

Eius, ni fallimur, eſt plantæ, cui Hiſtoria Lugdunenſis *folia* tribuit Myrti: *florem* luteum, & *radicem* craſſam, amaram ac fauces abradentem. Totius fruticis, addens, odorem eſſe grauem & ſaporem inſuauem. Miconum ex Hiſpania miſiſſe, & eſſe Thimelææ ſpeciem exiſtimaſſe. Cæterùm vim purgatoriam ei vehementem ineſſe, & quàm in Chamelæa valentiorem: hócque remedio Hiſpanos purgari agricolas.

Tartonraire Massiliensium Sanamunda I. Clusii.




Sunt qui eandē cum præcedente [Sanamunda glabra] exiſtimarint: at reclamant multa, & inter alia folia quæ in hac hirſuta ſunt.

Tartonraire dicitur Maſſilienſibus & Gallo-prouinciæ incolis ab exuperante, quā pollet, purgandi vi: ob quam etiam cauſam *Mierdacruz* Hiſpanis dici, Author eſt Cluſius.

Circa Maſſiliā, variiſque ad mare deuexis Hiſpaniæ locis, plurima fruticat: Et verno tempore floret, ſinctam Æſtate perficit: nitoréq; argenteo, quo hirtes floribus veſtiti micant colles aſpectu vix quicquam iucundius.

Folia ob purgandi facultatem magni fiunt: at Dyſenterias & fluxum immoderatum accerſunt. Cautè itaque iis agendum.


SANAMVNDA II. CLVSII.



Haec Sanamundæ affinem facit Cluſius, qui pingit & deſcribit, in Bæticæ oris maritimis, & Granatenſis regni montibus, quos flaueſcentium florũ numeroſa ſobole exornabat, Februario inuentam.

Granatenſibus autem Mauritania Sanamundam vocari ait, apud quos purgandorum corporum gratia frequenter vſurpatur. Drachmæ enim pondere cum decocto Cicerum ſumptam mirificè purgare per inferiora.

SANAMVNDA III. CLVSII. SESAMOIDES MINVS DALECHAMPII.



Hanc plantam Sanamundã tertiã inſcribit Cluſius, eamque, vt & reliquas duas præcedentes, Thymelææ congeneres facit. Cneori à Theoph asto traditæ deſcriptioni optimè quadrare ſcribit Myconus. Hiſtoria verò Lugdunenſis hanc Sanamundam 3. Cluſij Seſamoides quidẽ minus Dalechampij inſcribit, & cum Seſamoide maiore magnam cognationis, originis, saporis & facultatis catharticæ cognationem habere, ac Cluſij Sanam. 2. facit. Nobis eſt 3. Et addit eadem Hiſtoria, Seſamoides nominari, non quidem ad Dioſcoridis Hiſtoriam relatum, ſed ad Seſamoides maius Dalechampij multorum, quod Maſſilienſium eſt Tartonraire, & Sanamunda 2. Cluſii.

Flores cum ſuperioribus, & iiſdem prouenit locis.

FRVTEX TERRIBILIS, EMPETRVM, ALYPVM Monſpelienſium.



In variis Narbonæ & Gallo-Prouinciæ, ad mare & Auſtrum deuexis, ac maximè præruptis, locis natales ſuos delegit hic frutex: qui tamen in nonnullis Hiſpaniæ locis etiã reperitur, necnon in inſtructioribus Italiæ hortis colitur. Cunctam plantam amaram & iniamœno Thymelææ & Chamelææ guſtu eſſe ſcribit Lobelius. Vis autem illi cathartica violenta: vnde propter violentam illam in corpora purgando facultatem à vulgo Narbonenſium *Herba terribilis* vocatur.

Pratmicam & Conyſam tertiam quorundam volunt eſſe nonnulli, alii Calcifragã Dioſcoridis: ſed reclamant multa. Nec etiam eſt genuinũ Alypum, obſtrepit enim, tamẽ deeſt prorſus, foliorum nota.

Quæ autem planta legitimum Veterum EMPETRVM dici poſſit, vix, quantumvis ſagax, diuinauerit Oedipus, cùm nulla iam hoc nomine extet herba. Nos eorum opinionem non prorſus reiicimus, qui *Alypum Monſpelianum, Herbam terribilem* dictum, eſſe ſtatuunt.

APHYLLON INDICVM ET ANGELINA, Carioarum, ſiue Indicorum nauicularum Arbores.



Inde alueis ex ſingulis arboribus cauatis nauigãt, *Canoas* vocant. Dantur enim tantæ craſſitiei arbores, vt ſine vllis commiſſuris ex iis nauigia confici poſſint tantò tamq; capacitatis, vt quinquaginta nonnunquam homines ferant.

Ex magnarum eiuſmodi arborum corticibus nauiculas ita amplas fieri, vt 30. homines facilè capiant, ſcribit Oſorius.

Erat propriè Claſſis immediatè præcedentis hæc Tabella: ſed omiſſa fuit. In eius autem inferiore parte pingitur *Aphyllon Indicum*, de quo alibi fuſiùs.


ICONVM

CLASSIS IV. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE
STIRPIVM
CLASSIS VI.


BACCIFERAS SPINOSAS EXHIBENS, TAM ARBORES QVAM FRVTICES.

OLEA: Germ. *Oliuer-baum*: Bel. *Olyuenboom*: Gall. *Oliuier*: Ital. *Oliuo domeſtico.*



OLearum ſumma duo genera: *Satiuum*, quod blo pingimus: & *Syluestre*, de quo mox. Oleæ Satiuæ plurimæ turſus ſunt Differentiæ, ſed illę, non tã ab arbore ipſa quàm à fructu deſumuntur: ab eius ſcilicet forma, colore, ſucco, magnitudine, ſapore & bonitate. Eas verò omnes, vt & illas quæ vel ab Inventorib. & locorũ varietate hauriuntur, vel à Veteribus traditę fuerunt, recenſère immẽſi eſſet laboris. Iis igitur omnib. prætermiſſis, vt & Sarapionis tũ Aquaticis tũ Smaragdinis, quę hodie ignorãtur: Europæo Orbi hoc ſęculo cognitas tãtũ enarrabimus. Habentur itaqs primò grandiſſimæ ex Hiſpania adferri ſolitæ, quæ *Superbarũ* titulo meritò decorãtur: s. Mediæ magnitudinis Narbonenſes: Minimæ omnium Italicæ: inter quas reperiũtur Capparum magnitudinem vix excedentes, in cibis authoritatis non obſcuræ. Plura ſtatt aspirant huius loci anguſtiæ: reliqua habebit Lẽctor in Appendice: vbi etiam de Olea, *Americæ*, & Oleæ Viſco agetur.

OLEASTER, SIVE OLEA SYLVESTRIS: Germ. *Wilder Oelbaum*: Gall. *Oliuier ſauuage*: Ital. *Oliuaſtro.*



VT Oliuæ ſatiuæ magnitudine nõ cedat, caudicis & ramorũ: horũ tamẽ frequẽtia ſuperatur: adde quod ſpinas per ramos poſſidet. *Folia* minora, non diſſimili tamẽ figura. Et *Flores* quoque racematim compacti fructũ præcedunt, Oliuę ſimilem, ſed minorem, ſtrigoſiorem, ſucco purpureo mordaci præditum.

Longiorem illi vitã tribuit Theophraſtus: quòd, vt cęterę Syluestres, robuſtior ac ſpiſſior ſit, & fructu feracior. Vix autẽ miteſcit, quãuis neglecta Olea in Oleaſtrũ abeat.

Cæterùm æquè argillas & calculos amat atque Olea: & naſcitur talibus in locis vberi proventu in agro Narbonẽſi; atq; in quamplurimis Dalmatiæ, Italiæ & Hiſpaniæ locis. Eadam autem illi vis quæ Oleæ, ſed aliquantò efficacior.


NIMBO, FOLIO ET FRVCTV OLEÆ.



Arbor eſt exotica Fraxini magnitudine: *folio* Oleæ, acutiore tamen, per ambitum ſerrato, eòque plurimùm luxuriat. *Flos* candidus eſt, & exiguis Oleis ſimilis. Indi *Nimbo* vocant vulgò, atque ex iis nonnulli *Pepolo*.

Foliis & floribus ad necandos & expellendos omnis generis lumbricos; quibus maximè ſunt obnoxij, frequẽter vtuntur. Meguſiq; eorum in articulorum doloribus, tumoribus & membrorum debilitate, vtus. Oleo quoque quod ex huius arboris fructu exprimitur, vulnera & nervorum puncturas, dolores & contractiones curant Malabarenſes.

ZIZIPHVS CAPPADOCICA, QVIBVSDAM. Olea Bohemica: Gall. *Iniubier blanc*: Ital. *Zezegole.*



Ziziphum albam hãc dixit multorum conſenſus: *Iouis Barbam* Plinij exiſtimarunt alij: nõnulli *Elæagnum Theophraſti*: vulgus plæriſque in locis *Oleaſtrum* appellat.


Arbor eſt iuſtę magnitudinis in Bohemiæ ſyluis & hortis, circa domos, ſpõtè proveniẽs: quæ nõ modò per Hiſpanias, ſed etiam per Galliam & Germaniam in omnibus ferè viridarijs alitur: in Æthyopia & Syria etiam frequens.

Floret Æſtatis initio, fructus Autũno matureſcit: ſed rarò admodum in frigidis regionibus fructifera eſt.

Hiſtoria Lugdunenſis duas habet Icones: vnam, titulo Ziziphi Cappadocici, atque alteram nomine Oliuæ Bohemicæ, quaſi diverſæ eſſent plantæ: ſed perperàm.

RHAMNVS: Germ. *Stechdorn*. Gall. *Rhamne*: It. *Rhamno*.


RHAMNVS CORTICE ALBO MONSPEL.



Intricatam multùm Rhamni hiſtoriam reddidere obſcuræ & deprauatæ veterũ Scriptorum lectiones. Theophraſto Rhamnus duûm eſt generum, Niger & Candidus. Duo itidem eadémque fecit Plinius genera, ſed malè Roborũ generi adſcripſit. Tria habet Dioſcorides: vnius verò tantùm meminit Galenus. Habent & ſuas Recentiores Differentias, mox ordine, recenſendas.

Quem hîc pingimus multis Hiſpaniæ, Luſitaniæ & Galliæ Narbonẽſis locis naſcitur: Monſpelij verò abundè extra Vrbem. Floret Maio, Autumno maturet baccas, & eſt prior Rhamni ſpecies: cuius folia & turiones ex oleo & aceto primis menſis eduntur.

RHAMNI PRIMI SPECIES ALTERA CLVSIO.



Rhamni prioris alterã ſpeciem à Cluſio obſeruatam proponimus, primæ illi ſimilem quidem, ſed humiliorem & frequentioribus ramis fruticantem: minoribus folijs & magis carnoſis, ſalsóq; guſtu, ac ſuperiore candidiorẽ. Floribus tandem eiuſdem cum illo formę, ſed purpureo plenè colore.

At de hac ſcribit Bellonius Lib. 2. Obſ. cap. 59. cùm ait: Arbuſculam inuenimus Rhamno alteri ſimilem, ſecundum littus Maris rubri: folijs admodum denſis, ſalſis, albicantibus: ramis ſpinoſis, ſed ſpinis obtuſis, vt in Rhamno Europæo.

RHAMNVS VEL OLEASTER GERMANICVS.



Naſcitur circa fluuios & fontes, ſolo arenoſo lapidoſoque: nec non in Holandiæ & Flandriæ maritimis littorib., ac reperitur etiam alibi in conuallibus, & iuxta fluentes amnes. Geneuæ ad Araram & Rhodanũ, loco valde glareoſo, frequentiſſimus, vt & circa Rhenum multis tractibus, ac potiſſimùm prope Baſileam & Ceruam.

Floret Iunio: poſt Autumnũ demum Baccæ maturantur, & ſubinde totâ hærent Hyeme. Adornantur autem in Belgio huius virgultis cœnacula & triclinia, grato in multã Hyemem luteolarum Baccarum ſpectaculo.

Cordo & Hiſt. Lugd. dicitur Oleaſter. An Bellonij Rhamnus Europæus, de quo ante?

RHAMNVS III. CLVSII.



Fruticoſus eſt, frequentibus ramis, Spini magnitudine, cortice nigro tectis, & ſpinis longis armatis. *Folia* ex quibuſdam tuberculis, vt in priore, multa ſimul enaſcuntur, oblonga & anguſta, carnoſa, viridia, guſtûs adſtringẽtis, & ſemper virẽtis. *Flos* veris initio paruus, iuxta folia plurimus, & confertim naſcens, colore herbaceo. Æſtate nigrũ *fructum* fert, Pruno ſylueſtri ſimilem, rotundum & acerbum.

Frequentem Granatenſi & Murciano regnis, locis incultis, inter alios frutices ſcribit Cluſius. An Bellonij Rhamnus fructu nigro in Creta proueniens?


RHAMNVS BAVARICVS DALECHAMPII.



Bauaricum inſcripſit hunc Rhamnum Dalechampius, quoniam eũ ab Ingolſtadieſi Bauaro accepit. A colore *Leucacantha*, id eſt, alba Spina, dicitur nonnullis Rhamnus. Sunt qui *Ceruinam Spinam* etiam appellent.

Vt autem Rhamni ſimpliciter dicti qualitates & virtutes paucis perſtringamus. Deſiccant Rhamni folia ordine 2. Primo verò completo refrigerant, digerunt, & herpetes ſanant, atque etiam Eryſipelata, ſi non ſint immoderatè calida. Sic de his ſtatuunt Dioſcorides & Galenus. Addit verò ille, Ramos ianuis feneſtriſue appoſitos veneficorum maleficia depellere.


RHAMNVS CATHARTICVS, SPINA INFECTORIA: Germ. *Wegdorn*: Gall. *Nerprun*: Ital. *Spino ceruino*.



Arbuſculam hanc *Rhamnũ* ſimpliciter & abſolutè vocant Gorius, Roeſſlinus, Heſſaicus & alij. Aſt magno lapſu, vt rectè notant Amatus & Dodonæus; cùm Theophraſti & Dioſcoridis Rhãnus eſſe non poſſit: nec vlli Rhamni generi reuera reſpondeat. Nihil tamen impedit, quominus cum adjectione *Rhamnus catharticus* dici queat, quòd ſpinis, baccis & alijs quibuſdam, Rhamnis accedat.

Loca amat inculta, & riuulos ac ſcrobes aquam habentes: vulgò naſcitur Germaniæ ſenticoſis locis & ſepibus, agrorũ limitibus, atque in dumetis iuxta vias ſitis. Nos totum Montbelgardum & Beffordiam circa *Bermont* copioſè prouenientem obſeruauimus, vt & Brodeni ſupra Molendinũ. Floret Maio, autumno Baccæ matureſcunt.

RHAMNVS SOLVTIVVS PANNONICVS.



Rhamni Cathartici pulchros habēt Icones Matthiolus & Camerarius, ac quę melius placent noſtrâ. Quam verò illa exhibemus, pro Rhāno ſolutiuo Pannonico II. proponit Cluſius: Primi figuram nullam tradens.

Sed de Rhamni cathartici *Vſu & Virtutibus* dicendum aliquid Baccas frigidas & ſiccas eſſe volunt nonnulli, & ſerpentibus & uris vlceribus utiliter illini. Alij ob amaritudinem, quam cū adſtrictione guſtu referunt, calidas & ſiccas ſtatuunt ordine 2. Quia autem purgatrices ſint, craſſiſſimque pituitam & bilioſos humores, per alvum eliciant, nemo ii officias Utendi modū, ac qua ratione ex iiſdem Æſtate vel Autūno collectis, croceus, viridis & puniceus efficiantur colores in Hiſtoria noſtra univ. docemus.

PALIVRVS: Germ: *Meelbyten*. Gall. *Paliure*.



Dioſcoridi dicitur notus Frutex aculeatus: &, vt multorum fert opinio, eius eſt Rhamni ſpecies 3. prout de iiſdem plantis diverſis locis, & ſub diverſis nominibus, ſoles pertractare. Facileque etiam crediderimus, eſſe Theophraſti Paliurum.

Ex eodem Theophraſto colligimus in Græcia naſci, quia *noſtratem* dicit. Gaudet alioqui locis, maritimis, campeſtribus & incultis in varijs Italiæ & Galliæ Narbonenſis locis, inter ſepes ſponte creſcens. Floretque Maio & Iunio, fructum Autumno maturat: qui tota Hyeme arbori adhæret: In Belgio & Germania colitur in hortis.

Ex eo vivæ parantur ſepes. Fructus & folia adſtringunt, digerunt, incidunt, & Veſicæ calculos comminuunt.

OENOPLIA ſiue NABCA, PALIVRVS AFRICANA.



Lybicæ Paliuri, quæ in Africa maximâ copiâ provenit, ac quâ apud Heſperides ad viendum vtuntur, meminit Theophraſtus: *Zuram Afrorum* vocat Plinius. Alia autē omninò eſt à Græca, quam Dioſcorides cum Rhāno ſuo confudit. Et eſt forte potiùs Oenoplia Græcorum, & *Nabca* dicta Arbor. Illa autē Loti æquat magnitudinem, & acaciæ inſtar ſpinoſa eſt, foliaq; habet Iuiubinis ſimilia, & flores albos, parvos, racemoſos, etiam ad Iuiubinos plurimùm accedentes: fructum verò Pomo Sylveſtri adeò ſimilem, vt pro altero alterum quis ſumpſerit.

Frigidus is eſt & ſiccus primo ordine, alui ſummè gratus & adſtringens: Turcis & Ægyptijs in delicijs.

OENOPLIÆ ſiue NABCÆ ALIA ICON.



Ramum Nabcæ, vel Napecæ, nomine, è Creta miſſum hic pingimus. Cùm autem Nabca Rhamni folijs Athenæi exiſtimetur Paliurus, Coronidis loco de Paliuro adhuc addendum aliquid.

In huius ſcilicet Hiſtoria maximè diſcrepant Scriptores: Quæ enim huius ſtirpis à Dioſcor. traditur hiſtoria, omnino ab ea differt, quam protulit Theophraſtus. Et hæc minimè cum ea convenit, quam memoriæ prodidit Agathocles: neq; huic illa correſpondet cuius Plutarchus eſt author, quæ ab omnibus prædictis alijs differre videtur. Quare cùm de Paliuro tot diverſæ ferantur ſententiæ, & habeantur hiſtoriæ: facilè cum Matthiolo crediderimus, Paliurum eſſe nomen ad Nationum placita, varijs e diverſis aculeatis ſtirpibus impoſitum.


ZIZIPHVS, IVIVBÆ: Germ. *Brustbeerleinbaum*: Belg. *Iujuben*: Gall. *Iuiubes*: Ital. *Giuggiole*.



Ziziphus vel zizipha alia Sativa eſt & domeſtica, & arbor fit magna, alia *Sylveſtris*, quæ frutex eſt Paliuro primo, de quo antè, *folijs, ramis & ſpinis* adſimilis. Nondum liquidò patet, an de Ziziphis Græci antiquiores aliquid prodiderint, niſi admittamus illa Galenum per *Serica* deſignaſſe. An etiam Zizipha ſint Plinij *Tuberes*, ambegerunt doctiſſimorum Poſterî. Nos cum Matthiolo, Trago, Camerario & Dodonæo hæc ſub iudice relinquimus.

Cæterum tulo & corpo calidiore gaudet Ziziphus, ab Oriente in Europam olim advecta: ſed quæ hodie in Italiæ, Hiſpaniæ & Galliæ Narbonenſis hortis vulgò colitur. Floret Maio & Iunio: fructus autumno leguntur. *Plura ad latus ſequ. Figura.*

BER INDICA FRVCTV IVIVBINO.



Vocatur hic fructus in Canara *Ber*, in Decan *Ber*, in Malaya *Vidarai*. Hiſtoria Lugd. *Mala Indica Aſſeſa* vocat: cum etiam alijs Elephantis Maliſtarum illarum Inſularum & Provinciarum populi, hic vulgò vtuntur.

Arabes in *Ziziphi facultatibus* commemorandis minimè conſentiunt: calidas & humidas dicunt Serapio & Rhazes: frigidas & humidas Avicenna. Hoc certum, Iujubas varijs modis, vt ſolent Seplaſiæ, præparatas, valere ad tuſſim, & arteriæ aſperitates: ac pectori, renibus & veſicæ prodeſſe.

Sylveſtres Monſpelij. & in nonnullis Italiæ campis frequentes occurrunt.

LACCA: Germ. *Lagnuſs*: Gall. *Lacque*: Ital. *Lacca*. & diminutiuè *Lachetta*.



In arbore iam dicta, tanquam loco natali gignitur vel ſanè tanquam in hortis à formicis congeritur, vt tradunt rerum Indicarum Scriptores, & duarum triúmve vnciarum bacillis contumacitur adhærens, ex Provinciis Pegu & Balaguate in Botopam adſportatur.

Perſis, Turcis & Arabibus dicitur *Lac*, *Luc*, vel *Loc Sumatri*, quaſi Lacca ex Sumatra, quod ibi gigni exiſtimẽt. Rubra eſt, translucida & ſine ſapore, tincturis præcipuè deſerviẽs. Officinæ *Dialaccam* appellatam ex ea cõficiunt. Generationis & præparationis modum eiúſque adulterationem in Hiſtoria noſtra vniverſali enarramus: ac de *Lacca* adhuc plura in huius *Appendice* tradęmus.

OXYACANTHA: Germ. *Hagendorn*: Belg. *Hagendoren*: Gall. *Aube Eſpine*: Ital. *Auperis*, *Spino bianco*.



Frutex eſt potiùs quàm arbor, quamvis in magnas arbores nõnunquam excreſcat. Sunt à Recentioribus qui putãt *Dioſcoridis* eſſe *Paliurum*, ſed toto errant cœlo: nec minori lapſu alij *Cynosbaton* adſcribunt. Quibuſdam, *Prunus alba* dicitur, & Acatolus ſylveſtris.

Spontè paſſim naſcitur in Germaniæ & Galliæ ſylvis, agrorum marginibus, hortorum ſepibus, & locis tam montanis quam campeſtribus, ſiccis pariter atque vdis. Mense Maio floret amœnitate nonnullius fragantia ſpectabilis, Fructus Septembri maturescunt.

Ex hac viuæ vt & tonſiles ſepes conſtruuntur: eſtque eius otate see ad maoubria, & alia id gen. a, quę torno fiunt, poſt Buxum præcipua.

BERBERIS: Germ. *Erbſslen*: Belg. *Sauſelboom*: Gall. *Eſpine vinette*: Ital. *Creſpino*.



Oxyacanthæ vocem cum Oxyacantho confundũt Herbarij plærique: alij per Oxyacãthũ maſculino genere Berberim peculiariter intelligi volunt, ac ſic apud Galenum deſignatam. Oxyacantham & Oxyacanthum vno Amyrbaris nomine complexus videtur Avicenna. Si quæ verò alia, Nobis Spina hic depicta in noſtra Appendicem ęgregię factæ videtur.

Loca amat frigida, & ſpontè naſcitur in locis incultis, ſaxoſis, campeſtribus & montanis, ſiccis & aquoſis. Germinat ineunte Vere, floret Aprili & Maio: per Septembrem & Octobrem rubro ſuo decore ſepes exornant baccę.

Folia & fructus temperamenti ſunt frigidi & ſicci in 2. gradu. Quomodo. Vinum ex baccis fiat & ad quæ ſit vtile, in Hiſtoria noſtra vniverſali docemus.


VVA CRISPA: Germ. *Krauſſelbeer*: Belg. *Stekelbeſien*: Gall. *Groiſellier*: Ital. *Creſpino*.



Vnum genus omninò ſylveſtre eſt, alterum cultum in hortis, minùs ſpinoſũ, & maiores fructus ferẽs. A Veteribus tam Græcis quàm Latinis prętermiſſam exiſtimant Recẽtiores plęrique omnes: Cordatus *Theophraſti Paliurum* eſſe exiſtimavit. *Rhamnum* verò *Dioſc.* 3. faciunt Tragus, Lonicerus & Apollo, atque alij. Hiſtoriæ Lugd. dicitur *Ipſus Theophraſti*, ſed quo fundamento? Geſnerus *Crauocchum* vocat, Fuchſius *Vuam inſortam*.

Frigidos tractus amat, & rara eſt admodum in calidioribus: provenit autem in ſylveſtribus, & in vinearum ſepium ſtructuram venit paſſim, vbi abundat. Viraſcit Martio, floret Aprili, & fructũ fert Maio. Baccæ frigidę ſunt, & cibo magis quàm Medicinæ idoneæ.


PYRACANTHA SEV OXYACANTHA Quibuſdam.



Pyracantham & Oxyacantham vnum & idem eſſe notum eſt. Sunt verò qui plantam hic pictam, cuius flores & fructus vulgari ſunt ſimiles, ſed quæ folia habet Pyraſtri, humiliorem Oxyacanthæ ſpeciem faciunt. Alij legitimam Oxyacantham eſſe volunt & Dioſcoridis Pyrinam ſive Pyrantheo. Cluſius, qui cum Anguillara eius eſt opinionis, in hortis Belgicis coli ſcribit. Nos Patavij etiam vidimus.

De Pyracantha poſt agemus. Cæterùm præcipua Pyracanthæ dos in odoris florum ſuavitate. Fructui & folijs ſunt qui adſtrictoriam vim tribuunt, & cum Dioſc. alui profluvia & fœminarum abundantiam, ſiſtere aiunt: nucleos verò comminuere calculos, &c.

AGIAHALID ÆGYPTIVM.



Arbor eſt, Alpino authore, Pyri ſylveſtris magnitudine, ramis: atis non multis, in rectum æqualiter elatis, ordinatim acutiſſimis multis ſpinis obſita: *folia* ferens Buxi proxima, latiora tamen, paucis, rara, ſingula, bina æqualibus interſtitijs adnata. *Flores* habet paruos albos, Hyacinthi Orientalis floribus ſimiles, ſed minores: à quibus prodeunt *fructus* nigri Ebuli ſimiles, guſtu ſubamaro & adſtringente. Huius folijs Ægyptios vti ſcribit pro pueris vermibus vexatis. Dubitat verò vtrum poſſit eſſe *Lycium Dioſcoridis*, de quo mox.

Lycium, quibuſdam Pyxacantha : Arab. *Hadad*, *Hadhuadh*.


Lycium, quod aliqui Pyxacanthum vocant, *ait Dioſcorides*, arbor eſt ſpinoſa, *virgis* trium cubitorum, aut etiam longioribus, circa quas *folia* ſunt, Buxo ſimilia, denſa. *Fructum* fert Piperis inſtar nigrum, amarum, denſum, lævem : corticem vero pallidum & Lycio diluto ſimilem : & *radices* multas ac quaſi lignoſas. Naſcitur plurimum in Cappadocia, Lycia & pluribus alijs locis. Aſpera loca amat. Succus elicitur radicibus cum frutice ipſo tuſis & per dies multos maceratis, deinde coctis: ac tum Ligna quidem abijciantur, liquor verò iterum coquitur, donec mellis craſſitudo fiat. Adulteratur, Amurca, &c. Fertur & Lycium Indicum fieri, ex frutice Lonchiti de vocato. *Plinius* Spinam eam ex qua Lycium fit in Græcia, Pyxacanthum Chironium vocari ait, & radicem (Folia Dioſc.) habere Buxei coloris. *Galenus* paucis rem perſtringit. Lycium inquit, ſive Pyxacanthum arbor eſt, ex qua Lycium, quod vocant, conficitur. Id videlicet medicamentum liquidum quo ad ſugillata vtuntur, & oris ſeniſque phlegmones: eſt autem facultatis exſiccatoriæ &c. Advehi olim ſolebat Lycium, vt dictum, ex Lycia & Cappadocia: atque Lycium vocatum fuit, quoniam in Lycia primùm inter Græcos eius vſus repertus, vel quoniam optimum in Lycia fieri credetur. Vnde ſit ... atum, quod hodie in Officinis habetur, ignorum ferè eſt: Satum verò eſſe Lyciam, Galliæ, Italiæ, inſulæ Cretæ, & Indiæ patebit ex ſequentibus.

Lycium Gallicum.



Spinis horret rigidiſſimis: circa quas *flores* parvi, multi ſimul, brevibus pediculis ramo adhærentes: quibus ſuccedunt baccæ, quæ maturæ ſub pellicula continent ſemina oblonga, pulita, ſtricta. Folia ad Prunum Sylveſtrem nonnihil accedentia, ſed minora, rotunda, in ambitu aliquantulùm ſerrata, nervoſa, decidua. Lugdunum afferuntur Baccæ G ... Grainé triudre. *Graine iaune, Grains d'Avignon*. Provenit in Narbonenſis Galliæ locis ... que. Et ſi non eſt genuinum Veterum Lycium, iiſdem tamen pollet facultatibus.

Lycium Italicum.




Vt Galli ſuum, ſic Itali ſuũ quoque Lycium celebrãt, atq; adeo melius cenſent. Sic de eo tradit Matthiolus : Lyciũ medicamentum Officinarum adulterijs non vacat : hoc ævo ea Lycia ad Nos non importatur : verumtamen & in Italia Lycij arbor naſcitur, atque in Dalmatia & Liguriæ alpibus frequens viſitur. Vbi itaq; legitimum Lycium ad manus non eſt, nihil prohibet, addit idem Matthiolus, quin hoc in illius vices ſuccedat. Adſtringit enim, cohibet, roborat, ſiccat & reprimit.

Lycium Cretense, Berberis Cretica.



Lycij Cretenſis baccæ differunt à Lycij Gallici baccis: non enim ſiccæ monſtrant angulos, nec etiam ſunt amaræ. Differunt etiam à Lycij Italici baccis : poſtulat enim Corinthiacas referunt pellicula ... argumento, recentes ſucco referiat fuiſſe. Madefactæ chartã purpureo ac violaceo eleganti tingunt. Grana ſunt minora quã in Lycio Italico: ac folia à Lycio Gallico quoque differunt: ſunt enim anguſtiora, & ... ta. An Rauwolfij Libar i Lycium *Zarbal* an eiuſdem, Lycium, peregrinus frutex inter Ramam & Ioppe.

Lycium Indicum, et Catè.



Arbor ex qua Succus *Cate* extrahitur, authore Garciã, magnitudine eſt Fraxini, folio minore, Ericè vel Tamarici ſimillimo, perpetuo virente: Florere aiunt, ſed fructum ferre negant : multis ſpinis horret: materies ligni roboſtã, dura, denſã, ponderoſa, & putredini minimè obnoxia In omnibus ferè locis Indiæ provenit, plurimum vero in Cambaya. Exiſtimat autem Garcias, Cate illud nihil aliud eſſe, quàm Græcorum & Latinorum Lycium : *iudicent docti*.

CLASSIS VI. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE
STIRPIVM
CLASSIS VII.

DE GLANDIFERIS, ET HIS QVODAMMODO ACCEDENTIBVS.


QVERCVS ſiue ROBVR : Germ. *Eichbaum* : Belg. *Eikenboom* : Gall. *Cheſne* . Ital. *Quercus*.



GLandem, ait Plinius, quæ propriè intelligitur, ferūt Robur, Quercus, Eſculus, Cerrus, Ilex, & Haliphloeus. Sic ille Quercum & Robur inter Glādiferas arbores, quaſi diverſas ſpecies, recenſet: Alij Quercus genus durum Robur (Gall. *Rouvre*, Germ. *Steineich* dictum) nuncupant. At à plæriſque omnibus Robur de Quercu dicitur, & viciſſim.

Differunt autem, inter ſe Quercus ſitu, ſexu, magnitudine, folio, caudice, materia, fructu, excrementis, atque adnatis. Robur enim, vt etiam annotat idem Plinius, præter fructum multa alia gignit, Gallæ vtrumque genus, Pilulas, Vuas, Viſcum & Fungos: de quibus omnibus poſt, & *in Appendice* fuſiùs.

QVERCVS ſiue ROBORIS VVLGARIS alia Icon.



PArum placet alia Icon, quæ ex Fuchſiani eſt, quapropter meliorem hic damus eamque pingimus, quæ longa pediculis Glandes (*Glandes ſlaues vocatas*,) appenſas habe.. Vulgaris alia breuib. pediculis appenſas fert Glandes. Et hæc rurſus duplex: vel enim maiores, & binas ternásue tantùm profert: vel minores, eáſque quaternas, quinas, pluréſve, quæ fortè *fœmina*, vt altera *mas*. Hic ſdepictam in variis Comitatus Montbelgardenſis ſyluis frequentiſsimam obſervavimus.

Cæterū montes amat Quercus, ſed deſcendit etiam in plana, atque Septentrionalibus magis gaudet locis. Proceram & craſſam Fontiſcēſem ſuam laudant Bituriges: antiquitate & amplitudine celebrem ſuam Baſileenſes. At nullibi locorum pulchriores, altiores rectioréſque habemus Quercus, quàm in monte *Charimont*, ditionis Montbelgardenſis, vbi, ramis prorſus viduæ, altitudine Abietes æquant.

ROBVR ſiue QVERCVS CVM GALLIS.



Hoc eſt Tertium Cluſij Robur, quod humile eſſe ait & humanam altitudinem non excedere: praegrandem autem ferre Gallam, exigui Mali magnitudine, atque adeò copioſam, vt novem, decem, aut plures Gallas, tamelsi vix palmum ſuperans interdum contineat.

Cæterùm Vere quidem germinat Quercus, ſed tardiùs multis aliis arboribus. Nova folia producit Maio: Glandes maturæ ſunt Auguſto, & Septembri decedere incipiunt ſicut & Gallæ. Sybariticā perpetuò viruiſſe ſcribunt Theophraſtus, Varro & Plinius. Sic perpetuò virentem in Apennino & Anidium agro hodie etiamnum haberi tradunt.

ROBORIS CVM GALLIS ALIA ICON.



Breviores hoic rami contorti & rugoſiores cortices: Gallæ verò in extremis ramulis naſcuntur, aliis minores, leves & ſine tuberculis, eis quæ in Officinis reperiuntur perſimiles: Cluſius Roboris V. genus facit.

Lugdunēſes Coloni, vt narrat *du Choul*, Quercū in plano loco provenientē *Cheſne* vocant: eam verò, quæ in præaltis montibus radices egit, minórque, eſt & durìore materia, *Reale Rouvre*, quaſi Robur.

Vt autem de Quercûs qualitatibus & viribus aliquid dicamus. Deſiccat & aſtringit Quercus omnis, omnibus ſuis partibus: & aliquid habet caliditatis. Caſa bono tertium reſurgit, decenteſtimnem facilè tolerat, atque in aqua obruta durat & Ebeno fit ſimilis.

Phegus vel Esculus: Gall. *Eſcuil*: Ital. *Iſchio*: Septentrionalibus fortè nondum cognita.



Toto cœlo errant Gaza & alij, qui hāc Græcorum *Phegum*, Latinorum *Fagum*, quę Græcis *Oxya* dicitur, eſſe autumant. Nonnulli, inter quos Bellonius & Cuſtius, Græcorum Platyphyllon, & Plinij Latifolium, eſſe cenſent.

Dictam Phegū voluit Plinius à verbo Græco *Phagein*, quia edulis eſt: ſicut Eſculi etymon ab eſu & eſca eſt deductum: quavis enim Caſtaneâ delicatior eſt, & Plinij tēpore, nō ſolùm in frugum inopia panis ſupplebat vices, ſed etiam per Hiſpanias ſecundis menſis inferebatur. Comedentibus tamen caput tētat, & inebriat ſicuti Lolium.

Hiſtoria Lugd duas figuras habet. Nos Marem tantùm aſſumpſimus: fœminam verò omiſimus, quia nulla notabilis differentia, quæ figurâ exprimi poſſit.

Quercus Burgundica Calyce hirſuto.



Haliphlœos putatæ, & Dalechampij Cerro fœminæ, necnon Cluſij etiam Cerro, ſimilis multùm Quercus, cuius Iconem ſub nomine *Burgundica Quercus*, hic damus. Sic autem inſcribimus, quia eius & ramos & glandes, vulgaribus paulò maiores, ex Burgundia accepimus.

An *Cerris* Plinij, vel *Cerrus*, Quercus genus cum Calyce hiſpido? An Quercus Pannonica latifolia, & rectiùs Cerrus Camerarij? An Quorundam Quercûs ſpecies, in Hetruria aliiſque Italiæ locis *Farnia* dicta, de qua mox? An *Aegylops* Theophraſti, Macedonibus *Aſpris* dicta.

Cerrus, Cerris, Aigylops Idæorum Aſpris Macedonum, & *Farnia* Italorum.



Cerrum, Europæis non admodum cognitam arborem, ſcribit Lobelius ſe vidiſſe in itinere, quà Peſaro Romam itur. Dalechampius duplicē facit *Marem & Fœminā*. Nos Fœminam hic pingimus ex ramo ipſo ex quo ille ſuam pinxit, quem in Herbario noſtro ſicco habemus.

Folia habet vulgaris Quercûs, ſed vt lōgiora, ita in tenuiores altioreſque lacinias diuiſa, licèt ſit vbi folijs ludat. *Glandes* ligno proximè adhærent, calycib. hiſpidis & ſericoſis inſidentes, iis planè ſimilibus, quos habet Quercus Burgundica, calice hirſuto, iā antè picta & exhibita.

An Idæorum *Aegylops*, Macedonibus *Aſpris* dicta?

Cerri Folia, Cortex & Glās, ſtrictiores ſiſtūt. Radix Scorpionibus aduerſatur.


Glandium Calyces magni Echinati.



Cerrum in itinere, quà Peſaro Romam itus, inuentam ſcribit Lobelius Glandes habere quarum capulus echinatus ſit, ambitu ſquamis pectinatis ſibi mutuò incumbentibus horridus, Echini marini ferè magnitudine, valde craſſus. Iis ſimiles prorſus videntur eſſe Glandium calyces quos hic pictos damus nec illi abſimilis, quem ex Wingandecaono acceptum pingit & deſcribit Cluſius: maiores adhuc multò inter Keimilia noſtra adſeruamus.

Calycibus cum his tum aſiaticarum Glandium vtuntor ad inficiendos atro colore pannos, Gallarum vice, ſed ex illis tinctura dilutior, fugacior; vt.6 que eſt.

Galla: Germ. *Gallæpffel*: *Eychœpffel*: Belg. *Galnote*: Gall. *Noix de gale*: Ital. *Galla*.



An ſit Quercûs fructus vel excrementum, in Hiſtoria noſtra vniuerſali expēdimus. *Duo genera* facit Dioſcorides: Eſt enim illi alia Omphacitis, parua, tuberoſa grauis, & nullo foramine peruia: eſt & altera plana, leuis & perforata, omphacitide minùs efficax. Baldè differētias habē: Galenus, Paulus & Aetius. Plinius plures recenſet: ſolidā & perforatam: albam & nigrā: maiorē & minorē. Tabernamontanus vndecim Gallarū varietates figurâ expreſſit: at Nobis fortè non pauciores obſeruatæ, regione, duritie, colore figura, aliiſve notis inter ſe diſcrepātes, vt ex ſequētibus patebit.

Cæterùm Gallæ adſtringunt, glutinant & tingunt: facultateſque illis quales Quercui: &, vt ait Plinius, iis omnibus eadem.

Gallæ Orientales, et aliæ diverſæ:



Gallarum hic varias figuras vides, rotundas tuberculatas; multangulas, anguloſas, ſeſſiles, echinatas, radiatas, cornutas: ita vt octo vel nouem differentias in hac vnica Tabella obſeruare liceat. *Quæ echinata* ſunt & *radiata*, & *cornuta*, & *anguloſa*, vulgaribus duriores ſunt: *inferiores* candidæ ſunt, & ad Ligni alicuius fungoſi naturam accedunt. Vnica illa, quæ in ima Tabellæ parte media conſpicitur, tam pulchrè *caput Tauri* à Theophraſto memoratum exprimit vt nihil ſuprà, cæteriſque eſt durior. *Bina illa punctata*, oblongę & vtrinque ſeſſiles figuræ, quas in prædictæ Tabellæ medio inter reliquas vides, pumicoſos *Lapides Quercuum* exprimunt. Supremæ tandem Orientales ſunt. *Vulgaris* in præcedenti Tabella pinguntur.

Aliæ variæ Gallarvm species, Illyricæ, Iſtriacæ, & Fungum exprimentes.



Galla vmbilicata, ſev Qvercvs Excrementum vmbilicatum viſcoſum.



Gallæ Indicæ.



Gallas quæ in primæ harum Tabellæ ſuprema parte pinguntur, pro *Illiricis* accepimus: Hiſtoria Lugd. *Provinciales* vocat. Media pars *Iſtriacas* habet. In infima verò eſſe eas quæ *Fungum* repræſentant, oſtendunt earundem facies.

Qvercvvm Ivli et Nvcamenta, Pilvlæ Foliorum Quercus.



Iulos Quercuum ſuperior Tabellæ pars exhibet, quadrantales ſingulas quibus adhærent certis intervallis verticillatim coronantes. Inferior habet *Pilulas*. Hę autem magna ex parte averſis foliis, hoc eſt, partem terram ſpectanti, adnaſcuntur, plures uno interdam hęrentes folio, proximè & immediatè, lęves, rugoſę, pallidę ſapore ſubacido & adſtringẽte. Rotundæ ſunt, molles & exiguã Gallam rarò ęquant, vetuſtatéque corrugantur. Naſcuntur verò vt plurimùm poſt primos Autumni imbres.

Dodonęus in Belgio frequentes ait: Turnerus in Friſia Orientali: Nos verò Montbelgardi & in Burgundia obſervavimus Auguſto. *Plura ad latus ſequentis figura.*


Gemmæ Foraminvlatæ Folii Qvercvs, & quinminata Capitula.



Nihil aſpectu pulchrius, minutiſſimæ ac innumeræ propemodum foliorum dorſo adhęrent (ſtudióq; agglutinatas dicas) veluti minutiſſimæ Sphęrulę corallares, cõpreſſę, in medio perraſæ, ſed non ex toto: colore ex byſſino in fulvum nitente, eleganter ſplendicante. Supra ijs. in Quercus vulgaris non ſolùm Anglia, Beffordiæ obſervavimus. *Squãmulas* etiã hic adpictas, quas magni ſubſequenti anni Glandium proventus prænuntias aiunt Ruſtici. In Quercu vulgari eodem tempore & loco etiam vidimus.

Cęterùm *Quernas pilulas* de quibus ante Lonicerus *Gallas aſininas* vocat: Matthiolus & Tabero. ſimpliciter *Gallas*: at quantùm à Gallis diſtant! An Galeni *Pilula Quercicida*?

Vva Qvercina.



Radicum Quercûs fibris ſub terra adnaſcitur & circũvolvitur, Iaglandis magnitudine, ex pluribus veluti acinis racematim cohærentibus (vnde ei *Vua* nomen,) cõpacta: ſubſtantia dura, totus rubentis ſeu ferruginei coloris, meditullio nõnihil albo, ſapore inſigniter acerbo & refrigerante. Per Ver, quo tẽpore vegeta eſt, colore foris eſt purpureo, intus candido, & quaſi lactifero: debétque tempore colligi, in vmbra ſiccari, & pulveriſari. Æſtate enim perit & fit quaſi lignea.

Deſperatos Dyſentericos iuvat atque curat: & Podagricis magno ſolatio illinitur illius ſuccus.

Mvscvs Qvercvvm, & aliarum Arborum: Offic. *Vſnea*: Germ. *Moos*: Gall. *Mouſſe*: Ital. *Muſco*.



Muſci nomine ſignificantur cani Quercus cæterarúmque arborum villi, exterius arboribus adhærentes, aut ex eis pendentes: ex eis tamen enati, aut iis adnati, ſine radice, ſine flore, ſine ſemine.

Differunt autẽ inter ſe Muſci natali loco & arbore producente odore, capillitij denſitate, exilitate, figurâ & diverſitá. Invenitur autẽ Muſcus, authore Dioſcoride, in Cedro arbore, Populo alba & Quercu. Optimũ Cedrinum, proximè Populneum: & in genere magis probatur qui candicans & odoratus. Plinius, contra omniũ ferè ſententiam, Quernum præ cæteris commẽdat.

Adſtringendi vim habet, in calidiate & frigiditate medios: facitque in potu ad dyſenterias: in inſeſſu ad vulvæ affectus.

Viscvm

VISCVS ET VISCVM : Germ. *Miſtel* : Belg. *Marentakken* : Gall. *Guy* : Ital. *Viſchio*. VISCVM INDICVM.



Viſcum ex eorum genere eſſe ſcribit Plinius quæ, cùm propriam ſedem non habeãt, in aliena viuunt: ac cùm in terra gigni non poſſint, in arboribus naſcuntur. Caſſlonem dixeris, nutrimenti alieni præreptorem. Hyeme virere ex Virgilio habemus, qui ita canit: Æneid. 6.

——Solet ſyluis brumali
frigore Viſcum
Fronde virere nouâ.

Sed de hoc Caſſlone in Appendice agemus. Hîc tantummodò Viſcum proponimus quod pingunt & deſcribunt Pena & Lobelius, ex Indicis plagis allatum aſſerentes. Admirationem certè mouent foliorum veluti ſcalpro preſſorum circuli, vtrinque leni.


ILEX ARBOREA : Germ. *Steſbeichen*. Gall. *Ieuſe & Ieuſe* : Ital. *Leccio*, *Elice*.



Ex Quercuum familia eſt Ilex, calidarũ regionum incola. Ex Veterum monumẽtis habemus aliam eſſe fructiferã, aliam ſterilem, aliam Marem, aliam Fœminam: aliam arboream, aliam humilem & fruticoſam: aliámque maiorem, aliam minorem: in foliis autem potiſſimùm obſeruant differentia, ſiquidem ſpinoſe ſunt vel non ſpinoſa, lata vel anguſta.

Mõtes & valles amat Ilex, quamuis in planis, non naſci ſcribat Theophraſtus. In Gallia Narbonenſi frequens eſt admodum, cájus ſyluæ circa Monſpelium ſcatent: per vniuerſam verò Hiſpaniam copioſiſſimè prouenit ſpinoſa, non ſpinoſa in Hetruria. *Marem hic pingimus, de Fœmina mox acturi.*


PHELLODRYS, ARIA, AGRIA, ILEX fœmina, Suberiquercus.



Phellodrys, ſi nominis ſignificationem ſpectes, arbor erit inter Suberẽ & Quercũ media, quem itaque, cùm naturæ vtriuſque ſit particeps, *Suberiquercum* non inſubidè dicas. Quinque Phellodryos genera obſeruarunt Recentiores: duo cãdicantibus foliis, tria obſcurè virentibus: at varietates ſunt, quibus pingendis & deſcribendis non inſudabimus. Arboris naturam ex Theophraſto & Plinio ſufficiat deſignaſſe.

Quod Phellodryn, ait Theophr. Arcades nuncupant, naturâ eſt inter Ilicẽ & Quercũ media: atque adeò *Ilicẽ fœminã* eſſe quidam putauerũt, Mollior eſt Ilice, durior ſpiſſióque Quercu: folia ambabus ſimilis, verùm maiori quã Ilex, minori quàm Quercus: Fructu minore quàm Ilex, maiore quàm Quercus, &c.

SMILAX GLANDIFERA ARBOR.



De variis Smilacibus in hoc Stirpium Libro agemus: hîc verò tantùm *de glandifera* Arborem ait Theophraſtus eſſe Ilici ſimilem, folio tamen aculeato, ſed molliori, profundiorique, nec materia, vt Ilex, ſolidâ ſpiſſáque, ſed molli in opere: perpetua verò folia habere.


Smilacum duo genera obſeruauit Dalechampius: quorum vnum ſit arboreum, Smilax Arcadũ Theophraſto dictum: Alterum humile & fruticoſum, atque illud in agro Monſpelienſi prouenire, & perperàm Robur appellari: hoc in collibus à Vienna Allobrogum ad Arelatem vſque Rhodanũ reſpiciẽtibus. Magno verò lapſu vt ſcitè animaduertat Hermolaus, Smilacem cũ Phellodry eandem faciunt ex Recentioribus nonnulli.

SVBER : Germ. *Korgbaum* : Belg. *Kork boom* : Gallis [arbor & cortex] *Liege* : Ital. *Subro*.



Suber aliud acuto, aliud rotundo, folio: & anguſtifolium aliud; aliud latifolium, quod hîc pingimus. Varietates tãtùm eſſe ſcribit Cluſius, vnicum tantũ Suberis genus conſtituens. Arbor eſt Ilicis ſpecies, glande maiore & deteriore, trũco ingenti, perpetuâ comã vireñs. Trũcum veſtiũt Cortices terni: primus prçcraſſus, qui in cadorum ac omniũ penè vaſorum obturamenta adſciſcitur, piſcatorúmque retia, contrà premẽte plumbo, eleuat. Secundus crepidas munit & hybernum calceamentũ. Ex tertio ſubtili fiunt pelles, è quibus quicquid hecticis proponimus, magna vtilitate hauritur. At ſidè autem in Gallia, Italia & Hiſpania naſcitur. De *Phellodry* & *Subere* plura in Appendice.

FAGVS : Germ. *Buchbaum* : Belg. *Beuckboom* : Gall. *Fau, Fouteau*, fructus *Fayne* : Ital. *Fagio*.



Hanc *Fagum Latinorum* dictam, cum *Phego* ſeu *Phago Græcorum* à nonnullis confundi, iam antè annotatum: Glans propriè dicta ipſi minimè tribuitur, niſi à Poëtis, quibus omnia permiſſe: quidam pro Glandifera arbore agnoſcunt, ſed glande intùs triangula.

Montes amat, ac deſcendit etiam in plana, per totã Germaniam frequẽs. Floret Martio, fructus Septembri maturatur. Cùm autẽ omnium etborum alternet fertilitas, Fagi maximè alternat.

Cæterùm Fagea Glans omnibus calida eſt, porcis, muribus & turdis, hyberno cibo gratiſſima. Ex ligno verò varia fiunt vaſa & inſtrumenta: duratque id in aquis incorruptum, ædificiis aquaticis ob id aptum. *Plura in Appendice.*

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE
STIRPIVM
CLASSIS VIII.
SYLVESTRES CONTINENS ARBORES.

TILIA : Germ. *Linden* : Belg. *Lindenboom* : Gall. *Til, Tillet, Tillen* : Ital. *Tiglia*.



GRæcis Philyra dicitur, non autem Phillyrea, quamuis *Philyram* cum *Phillyrea* confuderint nominum vicinitate decepti nonnulli. Theophraſtus & Plinius aliam *Marem* faciunt, aliam *Fœminam*. Mari que lignum tribuunt durum, flauum, nodoſius ac ſpiſſius: corticẽ verò craſſiorem & minimè flexibilem. Fœminæ candidius flexibiliuſque lignum, vt & candidiorem flexibilioremque corticem. Præterea, iiſdem authoribus, mas ſterilis eſt, & ſine flore: Fœmina verò, & florem habet & fructũ gignit. Nos Fœminam vulgarem hic pingimus, eiuſque varietates aliquot recenſebimus. Quænam autẽ ſit Veterũ Tilia Mas, haud ita facilè coniectari poſſe ſtatuunt docti. *Plura in ſequentibus.*

TILIÆ ALIA ICON, Ligulas, flores & fructum meliùs exprimens.



MOntes & valles diligit Tilia, atque aquoſis plurimùm gaudet montibus. Pingue lætumque ſolum deſiderat, in ſtercorato maximè proficit, in arido & ſaxoſo ægrè adoleſcit. In toto Germaniæ tractu, in vrbium & hortorum areis, in delitiis habetur, ob opacitatem quam, vel per ſe, vel in attegias diſpoſita, deambulantibus recubantibũ ve tempore æſtiuo præbet. Et ſanè vix videas aliam arborem in Germania, aut fortè in tota etiam Europa, quæ cum Tilia ope u topiario, & amplâ ac patulâ illâ vaſtitate certet.

Cæterùm paulò ante Æquinoctium germinat: floret Maio & Iunio: fructum verò maturat Auguſto.

TILIA MAXIMO FOLIO.



Tiliam calidiſſimam dixit Theophraſtus, calidam Fuchſius: & meliùs, noſtro iudicio, in calore temperatam ait eſſe Dodonæus, ſed nonnihil ſiccare & adſtringere, ac temperamento penè ſimilem Vlmo. *Folia* trita & aquâ conſperſa pedum tumores diſcutiunt. Baccæ in Dyſenteria aliiſque alui profluuiis ſummopere laudantur. Ex floribus deſtillatur aqua ad Epilepſiam, cordis tremores, ventri dolores, renum calculum & varia alia perutilis. Tunica quæ cortici & ligno intercedit, aquâ macerata, ambuſtis confert: Carbones puluerI bombardico parando adhibentur. Materiei etiam maximæ vtilitates: tenax eſt enim, facilè ſecatur, ac leuis eſt & læuis, & arte magis læuis redditur.

VLMVS : Germ. *Vlmen-baum* : Belg. *Olmenboom* : Gall. *Orme* : Ital. *Olmo*.




Vlmum duplicem facit Theophraſtus: ſimpliciter ſic dictam, & montanam, quæ maior fit & amplior. Plinius quatuor habet differentias, ſed quæ ad illas duas, doctorum iudicio, reduci poſſunt. Sic alia Montana eſt quæ procerior eſt & ſterilis: alia Campeſtris, quæ magis fruticoſa eſt, & fructum fert.

Prouenit in ſyluis, montibus & ſaxoſis locis, necnon in pinguibus lutoſiſque campis, apud aquas facilis incrementi: ac Galliæ, Italiæ & Germaniæ cognita. Germinat inter primas, ſemen maturat Maio, & folia mox poſt ſolſtitium Æſtiuum conuertit.

Folia, rami & cortex adſtringendi vim habent, authore Dioſcoride, illiſque multa cum Tiliaceis communia.

VLMI EXCREMENTO SIMILIS FRVCTVS peregrinus.



Hunc in naturalium noſtro theſauro adſeruamus. Caſtaneę autem æquat magnitudinem, & Vlmi vtriculos ſeu excrementa quodammodò refert.

Ad ea autem quæ antè de Vlmi facultatibus in genere dicta, addemus, foliis, cortice & ramis, vim ineſſe non tantùm ſpiſſantem, ſed etiam contrahentem & vulnera agglutinantem: Humoremque folliculorum, ſi ſplenia in eo madefacta imponantur, mederi puerorũ enterocelis, atque etiam in podagricis affectibus, dum fluxiones fiunt, eſſe perutilem: atque tandem Vlmi materiem reliquas arbores, poſt Cornum, firmitate facilè vincere: eſſe ad fores, prælа, torcularia & carpenta, perutilem: Eiuſque cariem vlceribus impoſitam, ea purgare & replere.

FAGVS SEPIVM: Germ. *Hagenbuſch*: Belg. *Herſteleer*: Gall. *Heſtre*: & quibuſdam *Charme*.



Procerior magna ex parte eſt, quàm vt ad vulgatarum ſepium humilitatẽ cogi poſſit. Quibuſdam dicitur *Fraxinus montana*, aliis *Vlmus ſylueſtris*, nonnullis *Ornus Gleſſiũ* & lingua auis. *Tiliam marem* vocarunt Pena & Lobelius, *Ornum Tragi* Schvvenckfeldius: *Oſtrya* ſeu *Oſtryam* Theophraſti perplures, *Carpinum* (*Charme* Gall.) Cæſalpinus, Matthiolus, Tabernamontanus & alij. Geſnerus *Fagum ſepium* vocabat, & Vlmo magis quàm Fago cognatam aiebat: tanta eſt Scriptorum circa hanc arborem errabunda confuſio.

Paſſim in ſyluis & ſepibus variis in locis prouenit. Nucamenta primo Vere profert, ſemina in amento foliato, Æſtate. Vix autem durius inuenias lignum.

BETVLA: Germ. *Birckenbaum*: Belg. *Berckenboom*: Gall. *Boule, Bouleau*: Ital. *Biola, Bedula.*



Betulã à batuendò dictã volunt, quaſi *Batulam* quòd eã cædantur pueri. Gaudet maximè frigidis & aquoſis, atque etiam arenoſis, necnon vmbroſis montibus: In Germania frequens admodum. Iuli ineunte Vere prodeunt: folia Aprili & Maio: ſemen paleaceum in iulis Iulio à vento diſpergitur.

Folia excalefaciunt, reſoluunt, attenuant & abſtergunt. aqua vel ſuccus Vere vulnerato cortice, vel perforato caudice, effluens, hydropicis, calculoſis, & ictericis conducit plurimùm, malè affecta viſcera ſanat, maculas è facie tollit, & caſeos à vermibus tutos reddit, ſi in ea pecorum ventriculi quibus coagulum lactis paratur, priùs infundantur: tandemque ad ſedandam ſitim potus loco eſſe poteſt: Ex ramis fiunt qua ſilli, & circuli ad maxima dolia conſtringenda probatiſſimi, Caudices Carpentariis & Ephippiariis commodum lignum præbent. Virgæ verò ſemper fuêre terribiles: olim in Lictorum manibus, nunc in triuialibus Scholis.

ALNVS: Germ. *Erlenbaum*: Belg. *Elſenboom*. Gall. *Aulne*: Ital. *Alno, Alano.*



Dicta alnus vel quòd ab amne alatur, vel quòd ſata alat, quæ ſub eius tegmine ſucculentiora gignuntur. Eius nec Dioſcorides nec Galenus meminêre: deſcripſit tamen eam Theophraſtus, & vnius generis eſſe dixit.

Gaudet aquis, & haud ſeſè alibi quàm humectis & vliginoſis naſcitur locis, potiſſimùm verò frigidis & opacis vallibus ad fluminum ripas, vnde Poëta:

Fluminibus Salices, craſſiſque paludibus Alni,
Naſcuntur.

In Germania, & circumiacentibus Prouinciis paſſim occurrit: in Gallia rarior: & in Italia adhuc magis rara. *De viribus* ad latus ſequentis Tabellæ.

ALNVS INCANA ET HIRSVTA.



Iulos & Nuculas vt vulgaris fert: ſed ramuloſũ color candidior eſt: & folia minùs rotunda ſunt, profundiùs ſerrata, & ſubtus hirſuta atque incana. Variis in locis obſeruauimus, Geneuæ, Montbelgardi ad Dubim: Baſileę infra pagum Hünigẽ. ad Rhenum, & alibi: ſed humilis eſt potiſſimùm.

Cæterùm Alnus, authore Matthiolo, manifeſtè exiccat: ſed in frigiditate & caliditate parum à medio abeſt: præſtat tamen adſtringẽdi vi cortex, & Gallæ vice, atro colore tingit. Folia tumores diſcutiunt & inflãmationes reſtinguũt: ac à feſſis tabellariis commodè pedibus imponuntur. Ad ædificiorum verò fundamẽta plurimùm commendatur materies.

POPVLVS: Germ. *Aſpen, Aſpenbaum*: Belg. *Popelaer*: Gall. *Peuplier*: Ital. *Popolo.*



Populus Theophraſto & Plinio triplex eſt, Nigra, Alba & Lybica, quę Cercis eſt, populo albę ſimilis. Veteres Latini vtramque populum Nigram & Albam, *Farfarum* appellant. Nigram verò cum Alba inſcitè confundunt Tragus, Solerius, Lonicerus & Harchtus: nec minore lapſu Nigram in Albam ſua ſponte, & ſine arte, conuerti poſſe ſcribit Theophraſtus, & viciſſim: quomodo enim id cõceſſerimus in arboribus non tãtùm fructu, foliis & odore à ſe inuicem diſtinctis: ſed formâ etiam ac ſpecie diuerſis: Cùm verò Populus abſolutè dicitur vel ſcribitur, Nigra, quam hîc pingimus, vulgò intelligitur.

Gaudet aquis & riguis pratis, in Germania, Hiſpan. Italia, Gallia & Anglia ſatis cognita.

POPV-

POPVLVS ALBA : Germ. *VVeiſs Popel, Alberbaum* : Gall. *Aubeau, Aubel* : Ital. *Popo lo bianco, Albero.*



Plurimùm differunt Populi albæ *folia* à Nigræ *foliis*, totoque vultu aliam arborem docet: A colore *Albaram* in Italia dici ſcribit Scaliger: ad hanc verò pertinere videtur quicquid Antiquitas de Populo prodidit. At conſpicillo certè egiſſe videntur Plinius & Lonicerus, qui cùm folia bicolorem rectè dixerint: ſupernè id candicans aiunt, & infernè viride, contrarium enim apparet. Non minori errore *tremula* huic folia tribuunt, quæ Cercidi mox dicendæ competunt. Nec videmus quo modo excuſari poſſit Alciatus, qui in ſuis Emblemat. Populam nigram prorſus, & albam vocat.

Eoſdem cum præcedenti natales habet, eodemque tempore gemmas & iulos protrudit.

POPVLVS ALBA FOLIO MINORE



Icon hæc eſt Lobelii, vt præcedēt Geſneri & Camerarii. Cæterùm de Populi temperatura varia varii ſentiunt. Frigidam fecit amatus, ſed magno errore. Alii calida eſt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tatos, reliqua pars [illegible] ditres ſtatuentes. Flores iamē, reſina & folio, exſiccant, ſubtiliorumque ſunt partiū: ſed folia cæteris minus efficaciter. Ex Nigræ autē Populi oculis fieri debere *Vnguentum Populeum* dictum in Hiſtoria noſtra vniuerſ. oſtendimus. Valet id in omnibus calidis affectibus illitum: naribuſque inditum, ac temporibus etiam illitum, ſomnum conciliat: Ligni & humoris ex eius canis defluentis, vſus ad latus ſequentis Tabellæ declarabuntur.

POPVLVS LYBICA, CERCIS THOPHR. Germ. *Aſpen, Zitterpappel* : Gall. *Tremble* : Ital. *Popolo montano.*



Vtique Populo Cercidem ſubiicit Theophraſtus quam Populam Lybicam Plinij eſſe cum Anguillara, Solerio, Matthiolo, Hiſtoria Lugdunenſi & aliis exiſtimamus.

In vliginoſis ſylvis inter Betulas naſci gaudet, & montes amat: toti Germaniæ familiariſſima. Eaſdemque facultates cum cæteris habet, ſed imbecilliores.

Omnium ligni materies, quæ candida eſt, leuis, criſpa & vndulata, à Tornionibus in mēſas, abacus, cochlearia, calopodia, aliaque id genus, afformatur. Rami cum foliis Octobri decerpti, in caprarum & ouium Hyemale pabulum cedunt. Humor qui è Populo nigra cauis affluit, verrucas & papulas, corporiſque attrita, teſte Plinio, tollit. Ex gutta quam in foliis ferunt Populi, Apes faciūt Propolin.

POPVLVS NOVI ORBIS.



Huic virgulta ſunt aliquātùm flexuoſa: ex quorum nodoſis geniculis, è ſingulo pediculo, ſingula exeunt folia rotunda, craſſa, rigida, lata: exeuntque etiam ex iiſdem geniculis prælongi iuli, acinulis multis exiguis ſtipati, planè Populi ſitu, vnde exoticę Arbori à noſtratibus nomen inditum. Eandem exhibet Hiſtoria Lugd. *Populi Americæ* nomine.

Addemus his tantùm ex Plinio, Populum vitibus placere, noſſā illarum vmbrā, ludentibus foliis. Et virgam Populi in manu tenentibus, minimè metuendam intertriginem.

ACER : Germ. *Ahorn.* Belg. *Maeshoutenboom* : Gall. *Erable, Opier* : Ital. *Acero, Aceſo.*



Aceris tria genera facit Theophraſtus: *Sphendramnum, Carpinum & Stagiritā.* Et Sphendamnū, ſiue Acer, à Carpino differre ait, quòd illi materia ſit alba & neruoſa, huic flaua criſpaque. Sic diſtinguitur etiam hodie Acer in *Candidum & Flauū* ſeu Criſpum: & ſunt qui *Marem* hoc, *Fœminam* illud vocent.

Gaudet Acer præruptis, ſyluoſis collibus & mōtoſis locis, ſed in planis etiam habetur, inter ſepes & fruteta. Floret Aprili & Maio: autumno verò maturat fructum.

Rarò ſupra hominis altitudinem attollitur caudex: reliquum non niſi virgæ & exigui rami, aut certè brachia, nec magna, nec multùm ſparſa.

ACER MONSPESSVLANVM.



Arbor eſt mediocriter procera, *ramis* ſatis explicatis; *cortice* quodammodò purpuraſcente, *folio* Aceri vulgari ſimili, in tres tãtùm cuſpides ſiue angulos, diuiſo, craſſo, venoſo, ex longo pediculo pendente, paribus interuallis vtrinque ſito: *fructu* gemino, membranaceis duabus cohærentibus, alis muſcarum ſimilibus. Aceri congener vocant Pena & Lobelius, Septentrionalibus minùs cognitum.

Acer vulgare in Heluetia, Sileſia, Lotharingia, Lombardia & Sabaudia frequens eſt, & circa Geneuā præſertim, vbi vitibus, *Hautins* dictis, maritatur, iiſque ſuſtentandis pluſimùm confert, qui præcipuus eius vſus. Lignū perennis eſt durationis, & ſenio criſpius fit, tuncque lautioribus parandis ſupellectilibus dicatur.

ACER MAIVS: QVIBVSDAM PLATANVS dictum: Germ. *Teutſch Ahorn*: Gall. *Plaſne.*



Tres Aceris ſpecies Nobiſcum agnoſcunt Geſnerus, Hiſtoria Lugd. & Camerarius: & hoc Acer maius vulgatiſſimum eſſe aiunt. Humectis & altiſſimis montibus gaudet: interque Fraxinos naſcitur, ſolo pingui & ſpiſſo: in Burgundia, iuxta Blamontium Ducis Wirt. arcem, Geneuæ in monte *Saleua* Baſileę prope campum Sclopetariorum, variiſque aliis in locis proueniens.

Floret & fructum maturat eodem tempore quo vulgaris, de qua antè. Materies ab arcularis & mauſariis ad varia vtenſilia expetitur & ex eâ conſtructum fuiſſe Troianum equum ex Virgilio conſtat Æneid. 2.

Cùm iam, ait, trabibus contextus acernis
Staret Equus: &c.

PLATANVS: Germ. *Frœmbd Ahorn*: Gall. *Plane*: Ital. & Hiſp. *Platano.*



Platanus arbor eſt magna, amplæ & in latitudinem explicatæ Nuci ſimilis, regibus & diuitibus olim in deliciis habita. Vnde Xerxem apud Herodotum legimus eam, ſub qua diem integram ſine neceſſitate conſumpſiſſet, monili aureo donaſſe, & vni ex immortalibus cuſtodiendam mandaſſe.

Gaudet riguis & paluſtribus, aquarumque ripis, variarum Aſiæ Prouinciarum incola: at in Orbe noſtro rara admodum eſt: nec niſi in diuitum hortis apud Italos, Hiſpanos, Siculos & Conſtantinopolitanos reperitur. Sic ſpecioſas habent Florentiæ pomœria: Romæ, Bononiæ Patauij, & Neapolitanę vrbis horti. Fœdo verò errore à nonnullis cum Acere, Tilia & aliis arboribus confunditur. *De ea plura in Appendice.*

FRAXINVS: Germ. *Aſck, Aſchbaum*: Belg. *Eſchenboom*: Gall. *Freſne*: Ital. *Fraſſino.*



Duo eius genera facit Theophraſtus: *Vnum* excelſum ac procerum: *Alterum* humilius, quod ſcabrius, durius & flauius. Sic diſtinguũt Recentiores in maiorem & minorem: Marem & Fœminam: ſterilem & fructiferam, quæ fœmina ſit: ac tandem in Montanam & Campeſtrẽ. Perperàm verò Suibi aucupariæ Iconem pro Fraxino ponunt Ræſtinus, Lonicerus & Ryffius.

Humectis gaudet locis, æquè montoſis ac planis, ac tam frigidis quàm calidioribus: Monſpelij Geneuæ, Baſileæ & Tiguri frequens admodum. Accrio facilis eſt, & feſtinantiùs germinat, meſſibuſque ſemen reddit: at non omnes nec vbique fructificant. De *vſu & viribus* in ſequentibus.

FRAXINVS TENVIORI ET MINORI FOLIO.



Fraxini hanc varietatẽ ex ramo quem inter naturalia noſtra adſeruamus minùs affabrè expreſſit Pictor. An Columellæ Ornus, cuius folia oblõgiora eſſe dicit, anguſtiora & obſcuriùs virentia?


Cæterùm Folia corticeſque Fraxini moderatè calida ſunt & tenuium partium: ſemen verò calefacit & exſiccat tertio exceſſu. Folia & Cortex in vino cocta, ſi id bibatur, hepar ſplenemque ab obſtructionibus expedit, eaque viſcera roborat. valet ad hydropem, & lateris doloribus medetur. Aqua è corticibus Fraxini deſtillata ad calculum & morbum regium valdè confert. Pocula etiam ex ligno Fraxini parant plurimi, ex quibus, ſiquis aſſiduè bibat, lienem extenuari aſſerunt. *Plura in ſequentibus.*

FRAXINVS ROTVNDIORE FOLIO.



Lingua auis, ſeu Fraxini fructus ſemènve, ad ſtimulandam Venerem plurimùm ab Arabibus & Recentioribus celebratur. Tantus verò eſt Fraxini materiei vſus, vt Fraxinum præ aliis, copioſiſſimæ materiæ cauſſa, naturam generaſſe ſcribere non dubitarit Plinius, quippe quæ non ſolùm tenaciſſima & duriſſima ſit, ſed etiam in omni opere obedientiſſima: ſariſſis itaque, ephippiis, abacis, menſis, rhedis, cochlearibus, poculis, aliiſque omnis generis ſupellectilibus & inſtrumentis cõmodiſſima. Et hoc omnibus eius ſpeciebus & varietatibus competit. Frondibus nõnullis in locis Hyeme ſuſtentantur Oues & Capræ. *Mel* tandem ſèrum [Mannam] iiſdẽ frondibus pręcipuè inſidens, inqui axiis colligi, in Hiſtoria noſtra magna fusè oſtendimus.

EVONYMVS: Germ. *Spindelbaum*: Belg *Papenhout*: Gall. *Fuſaire, Fuſillon, Bonnet de prebſtre*: Ital. *Fuſano, Fuſaro.*



Euonymus, id eſt, boni ominis, per antiphraſin dicta eſt, & quibuſdam Anonymos: Aliis *Tetragonia* & *Quadratoria*, tum quòd in quadrangulæ ſiliqua contineantur ſemina, tum quòd rami, lineis ruffis per viridem corticem porrectis ornati, quadranguli appareant, quod huic arbori peculiare eſt.

Nulli regioni, ſiue calidæ ſiue frigidæ, iuxta vias & agrorum margines deeſt: In viuis ſepibus, dumetis & ſyluis inter ſpinoſas ſtirpes, tam planis quàm editis locis, abunde proueniens.

Aprili floret, & nonnunquam Maio: Septembri maturat fructum: ex quo triplex fit color: flauus, viridis & fuluus. *Reliqua petat Lector ex ſequ.*

EVONYMVS LATIFOLIA.



Cluſius qui fusè deſcribit *Evonymum Pannonicum priorem ſeu latifolium* nuncupat. Eam verò Nos in Patavino Medicorum horto obſervavimus.

Evonymus autem vulgaris apud Gallos & Italos in montibus, ſylvis & vinis ſepibus naſcitur: Germaniæ etiam admodum familiaris, ita ut, ſi Lobelio credimus, nulli regioni, calidæ aut frigidæ, iuxta ſepes, vias, & agrorum margines deſit. Aprili & Maio floret: Autumno appetente ſiliquæ quadrangulæ purpureo rubentur colore, donec penitùs rubeſcant: poſtea verò ſua ſponte decuſſatim quadripartitæ rumpuntur, ac hiantes ita pendēt, baccula ſuas, non iniucundo aſpectu, in multam Hyemem oſtentantes.

EVONYMVS FLORE PHOENICEO.



Arbuſcula eſt homine altior, cuius caudex & rami tuberculis aſperis: folia ſerrata: Flores Evonymi vulgaris, ſed phœnicei coloris. Cluſio eſt Evonymus Pannonicus alter. Copioſè autem naſcitur in ſylvoſis & ... Pannoniæ montibus, nec non in Moravia, ubi rara admodū.

An peculiariter noxia, ut de ſua ſcripſit Theophraſtus, nondum inter Scriptores cōvenit. Si verò terni aut quaterni fructus hominum dentibus devorandi, per inferna & ſuperna purgant: emolliunt & reſolvunt etiam exteriùs appoſiti: in lixivio cocti lendes & pediculos necant, & capillos flavo colore tingūt. Ex ligno tandem varia vaſa & inſtrumenta, muliebres fuſi, muſcaria & lardaria confici ſolent.

SYRINGA: Germ. *Siringbaum*: Gall. *Syringue*: Flos philadelphus Apollodori.



Duplex ſtatuitur, *Flore albo* ſcilicet, quæ hic pingitur, & flore cœruleo, de qua mox. Illam verò *Philadelphum Apollodori florem* apud Athenæum eſſe exiſtimarunt nōnulli: aliorum iudicio *Oſtrys* eſt Theophraſti: nec deeſt illa inſignis fructûs nota, quæ Hordeo ſimilis: at non omnibus placet hæc opinio, nec etiam Nobis.

Colitur in multis Italiæ hortis, Patavij, Bononiæ, Ferrariæ: ac præſertim in horto Ducis Florentiæ. Colimus etiam Nos in horto S. P. Montbelgardi, Veſuntio allatam. Floret autem Aprili & Maio. De eius uſu & qualitatibus nihil huc uſque innotuit.

SYRINGA FLORE COERVLEO, ſive LILAC.



Hanc plantā, inquit Matthiolus, Conſtantinopoli ſecum attulit Clariſſ. vir Augerius de Busbecke, qui continuato ſeptem annis Cæſaris Ferdinandi apud Solimanum Turcarum Imperatorem, Oratorē egit, ſub hoc nomine Lilac. Sed quod ille Gradē vulgo natam eſſe exiſtimavit, id magno ipſo factū ... notarūt Cluſius, Pena & Lobelius, Tabernæmontanus, & Hiſtoria Lugdunenſis.

Cæſalpinus *Liguſtrum Orientale*, & *cæruleum Arabū Ieſminum* inſcribit. An arbor quibuſdam *Cauda vulpina* dicta? Allata olim ex Aphrica, ubi frequentiſſima eſt, & vernaculo idiomate *Syringa* appellatur. Hodie verò eam alunt plurimi cultores Belgij & Germaniæ horti. Flores eum altera.

AGNVS CASTVS: Germ. *Keuſchbaum*: Gall. *Agnus caſtus*: Ital. *Agno caſto*, *Vitice*.



Mirum non ſolùm Pharmacopœos, ſed etiam Medicos, hunc fruticem Agnum caſtum vocitaſſe, cùm *Caſtus* apud Latinos idem ſit quod *Agnos* apud Græcos, & viciſſim. Duūm autem eſt generum: *folio non ſerrato*, quem hic pingimus, & *folio ſerrato*, de quo mox. Arborem caſtam inſcripſit Statius. Caſta autem dicebatur, quòd in Theſmophoriis matronæ caſtitatem vouentes eā ad ſtrata uterentur. *Lygos* etiam dicta eſt, quaſi vimen, propter virgarum eius firmitatem.

Paluſtribus gaudet locis, atque in Germaniæ, Belgij, Galliæ & Italiæ celebrioribus hortis colitur: ſicut & noſtrā curā in S. P. horto Mōthelgardi etiam habetur. Floret Iunio, Semen Septembri maturat.

CASTÆ ARBORIS ALIA ICON, folio ſerrato.



Calida & ſicca eſt in tertio ordine, authore Galeno, & multæ adſtrictionis particeps. Fructus epotus, dictāte Dioſcoride, demorſis a ſerpente, lienoſis ac hydropicis opitulatur: Lactis abundantiam facit, menſes ciet, & genituram exſoluit. Herbæ ac ſeminis decoctum, in inſeſſu, vulvæ affectibus opitulatur. Semen cum Pulegio potum ſuffitu & appoſitu purgationes movet, doloremque capitis diſſolvit illitum. Cum aceto & oleo lethargicorum & phreneticorū capitibus inſtillatur. Quin & foliis cum ſuffitu cum ſubſtratu venenata fugant, ac roſtra venenatorum morſus adbibita auxiliantur: &c. Venerem in fœminis extinguere ex antè dictis habetur.

Salix : Germ. *VVeiden* : *VVeidenbaum* : Belg. *VVilge.* Gall. *Saule & Saulce* : Ital. *Salice.*



Salix Theophraſto alia *Nigra* eſt, alia *Candida*. Tria genera facit Plinius, Nigram, Candidam & Heliceam. Dioſcorides de Salice tradit ac ſi vna tantùm ſpecies eſſet. Recentiores varias recenſent differentias: quatuor Tragus & Matthiolus, plures pauciorésve alij Sumuntur autem vel à loco in quo naſcuntur, vel ab vſu, vel à corticis colore, vel à magnitudine, vel à floris ſpecie, vel à foliis, vel à virgarum fragilitate & lentitia, vel à fructu: vel a medulla.

Nos *Maximam & arboream* hic pingimus quæ alba eſt & hirſuta, viménque habet fragile. Eſt noſtro iudicio Theophraſti Salix alba. Creſcit autem in locis madentibus riguíſque pratis: & ex ea longæ fiunt perticæ pro hortis & vineis.


Salix angustis et longissimis Foliis, criſpis, ſubtus albicantibus, ſupernè virentibus.



Virgas cortex vireſcens, vel cineraceus, obueſtit, ſúntque eæ longiſſimæ & ſimplices, nullis adnatis virgultis donatæ, ac obſequioſæ admodum: Folia qualia ſuprà deſcribuntur, ramus crebro agmine ſtipant. An Hiſtoriæ Lugd. Salicis 6. genus, quod Dalechampius Elæagnum arbitratur? An Plinij Amerina?

Gaudet etiam hæc humidis locis & riguis pratis: atque ex ea potiſſimùm, quòd vimina proferat longiſſima, ſine adnatis, & lenta, plectuntur quaſilli, ſportulæ, vanni, cathedræ, & anaclinteria. Foliorum criſpitudinem exprimere neglexit Pictor.

Salix Tenuior, Folio minore utrinque glabro, vimine fragili.




Ex Titulo & Icone ſatis innoteſcit hæc Salix. Hic itaque de Salicum Loco, Tempore, ſatu & vſu in genere agemus.

Aquas amant Salices, ſed in montibus etiam naſcuntur. Germinant inter primas arbores, & citò naſcuntur, cítóque occiduntur. Ex earum verò genere ſunt, quæ commodiſſimè omnis ſationis modo ſeruntur, & translatæ optimè perdurare poſſunt. Eiuſmodi etiam ſunt, vt non propter ſe ſerantur, ſed propter alia, ac vineas maximè.

Cæterùm Salicis fructus, folia, cortex & ſuccus, Dioſcoride authore, adſtringendi vim habent. Folia cum ramis in cubiculis ſtrata aërem infrigidant, & aquæ incocta, in pediluuiis febricitantib. conducunt.

Salicis Racemi seu Nucamenta, Rosæ & Capitula ſquammata.



Nucamenta producit hoc Salicis genus, longa, racemoſa, è plurimis vaſculis, ceu aciculis, qui in duas catinulas dehiſcentes, lanuginem oſtentant. Præcedunt tamen muſcoſi *floſculi*, quibus iamiam defluere incipientibus, ad *nucamenti* faſtigium, adnaſcitur *excrementum* quoddam bombycinum, vncia longius, teres, oblongum, & lanam per omnia referens: in cuius meditullio inſecti cuiuſdam genus minimorum albicans reperitur: &c. de quibus omnibus & ſingulis in Hiſtoria noſtra vniverſ. & in *Append.* fuſiùs.

Paſſim in pratis & riguis foſſis Baſileæ, Briſaci, Genevæ, Montbelgardi, & Ebroduni prouenit.


Salix Pumila Angustifolia, pronâ parte cinerea.



Huic generi, notante Cluſio, graciliores ſunt *virgæ*, vt plurimum pedales, nonnunquam dodrantales duntaxat, rectæ, lentæ, ſubfuſco cortice tectæ: vncialia *folia*, ſatiui Lini foliorum modo anguſta: ſupina parte viridia, pronâ verò cinerea, & cùm nouella adhuc ſunt, omninò cana *Flos*, vt in vulgari, flaueſcens, exiguâ, breui, molliſque ſpicâ ante folia naſcitur, & in candidam deinde lanuginem reſoluitur *Radix* digitalis, obliqua, nigra, tenuibus fibris donata.

Creſcit in vdis cæduis ſyluis infra Francofurtum ad Mœnum.

Salix Humilis Repens Angustifolia Lobelij & Dodonæi.



Ericetis Antuerpiani agri palmaribus & ſeſquipalmaribus cauliculis repit, folio Rhamni 1. floribus muſcoſis, & Salicis guſtu amaro. Sic paucis deſcribit Lobelius: Figuram verò ſine deſcriptione ponit Dodonæus.

Ad ea autem quę ſuprà de Salicis vſu Medico dicta ſunt, addemus: non tantùm calſo & ardentibus febribus laborantium, refrigerij ergò Salicis ramis ſterni triclinia ſed ex ligno etiam raſorio fieri baculos, quibus rad[illegible] & mundetur linguæ ſcabrities: ne fruſtrà id moliantur qui internum incendium [illegible] extinguunt.


SALIX RVTILA TENVIOR, SATIVA, Viminea.



In pulchras arbores adoleſcit hoc Salicis genus, quarum vimine nullum nobis notum ligandis viribus ſimilibuſque aptius: tanta eſt iamque lenta ſuprema tractura flexilitas, vt meritò vimineæ per excellentiam dici mereatur. Cortice integitur vitellini coloris, a mari: Folia rara, acuta, palmũ circiter longa, ſemunciam lata, ſupernè cum virore ſplendentia, glabra, incana: infernè omnino nihil piloſa, per ambitum denticulis crenata.

Hæc, ſi, quæ alia, paſſim colitur ad vites & hortorum ſepta nectenda. An Theophraſti *Candida*, Plinij *Vitellina*, & Columellæ *Græca*? Huius varietas reperitur per omnia ſimilis, ſed cortice tantùm pallidiore.


SALIX SPONTANEA FRAGILIS, AMYGDALINO folio: articulata & non articulata.



Spontanea hæc Salix cortice obtegitur atrorubente, intùs albo, vehementi adſtrictione cum levi amarore prædito. *Folia* longa, mediocriter lata, mucronata: tam ſuprà quàm infrà, virentia & glabra: quorum pediculo brevi auriculæ binæ crenatæ appoſitæ. Virgulæ tenuiores flexum vix ferunt, niſi torqueantur, minores rumpuntur.

Provenit hæc in fluminum quę præcipiti curſu vorticoſa ruunt ſabuloſis ripis: vt ad Rhodanum, Baſileæ non vno loco, & Monsbelgardi paſſim.

SALIX RVBRA, MINIME' FRAGILIS, folio longo anguſto.




Cortex huic intensè rubet: *folia* oblonga ſunt & acuta vtrinque glabra ſed ſubtus omnibus candicantia, denticulis vtrinque crenata. Vimen longum, &, vti libet, obſequioſũ. Variat interdum, cortice minùs rubro & folio latiuſculo.

Paſſim in pratorum & hortorum marginibus colitur, & eſt interdum ſpontanea. Eſtque magni vſus, vbi aliquid ligandum.

Eſt Theophraſti *Salix nigra*, & *Salix Græca rubens*: eademq; *viminea purpurea* Plinij; *Sabina & Amerina* Columellæ. *Salix rubra viminalis*, Tragi. *Salix rubra* Matthioli. *Phœnicea* Hiſtoriæ Lugdunenſ. *Punicea ſabina* Tabern. an *Salix Galica* Cordi?

SALIX LATIFOLIA INFERNE' HIRSVTA.



Folia huic palmum, aut ſeſquipalmum, longa, latitudine quadrantali, aut etiam palmari, nervoſa: pronâ parte incana & hirſuta, ſupina viridantia, ſapore adſtringente, ſine morſu aut amarore: *pediculo* ſemunciali, cui ſæpe auriculæ caulem amplectentes adnatæ. *Caules* profert ſtaminulis crocantibus plenos; quos ſeorſim fabrè appinximus: quibus ſuccedit in receptaculis acervatim cohærentibus lanugo quoddam candidũ. *Vimina* craſſiuſcula, incano hirſuto cortice amaricante tecta, nodoſa, fragilia: interdum velut fuligine obducta.


Gignitur in ſolo macro arenoſo & lapidoſo, ſed vdo, ad torrentium margines, & in ſylvis vmbroſis. Baſileę & Genevæ frequens, vt & Montbelgardi in P. labyrintheo horto.

SALIX LATIFOLIA NON HIRSVTA, cum Gallis.




Eſt & aliud Salicis latifolię genus, cuius folia non ad maximam prioris latifoliæ magnitudinem accedunt, ſed mediocribus tantùm eius generiſunt paria, & ſerrata: verùm nec ſuprà nec ſubtùs hirſuta, neque etiam candicantia, ſed levi glabritie viridantia: cortice vimen obtegente nigro atque ob id, niſi folia eſſent lata, ad nigram Theophraſti referri poſſet. Lugduni obſervavimus cum Pilulis in foliis.

SALIX PVMILA LATIFOLIA CLVSII.




Montium, ait, herboſa & aperta iuga pumilas Salices alunt, quæ *virgas* habent minimi digiti craſſitudine, humi fuſas, pedales, interdũ etiam maiores, frequentibus præditas *ramulis*, qui ſurſum attolluntur, & inter gramina emergunt: vncialibus ferè *folijs* obſiti, ſupernè viridibus & ſplẽdentibus, infernè ſubcinereis: Ferunt in tenellis ramulis, *flosculorum* molles ſpicas, quibus ſuccedunt *capitula*, vt in maiore & latifolia Salice. Radix admodum craſſa eſt, pro plantæ tenuitate, &c.

SALIX PVMILA FOLIO VTRINQVE GLABRO: Cortice rubente.



Virgulas habet hæc palmares, aut ſeſquipalmares, cortice rubente veſtitas: à quibus prodeunt nonnunquam fibræ tenues, quibus denuò radicatur. *Folia* per ramos ſemunciam aut unciam longa, trientem circiter lata, leviter in mucronem deſinentia, vtrinque glabra. *Capitula* verò pro plantæ proportione magna, racematim cohærentia, in duas ſetoſas carinas dehiſcentia, lanuginem candidam oſtentant.

SALIX PVMILA FOLIO ROTVNDO.



Vix humo ſe attollit palmaris iſta Salix, *ramulis* præditâ rubentibus, atque magnâ parte nudis, quorum tamen faſtigia pluſima coronat *folia* valdè concinna, ad Cotoneaſtri folia quodammodo accedentia, craſſiuſcula, rigidula, rugoſa, ſubtùs canescentia, ſuperiore parte atrovirentia, *cum* rotis ad pediculorum imum *capitulis*, & primum [illegible] tomentoſo inſidente *intus*.


Ad ea autem quæ [illegible] Salicis vſu & viribus d[illegible] ſunt, addemus hic: Salicis [illegible] los & fructus pabulo pecu[illegible] admixtos, ipſe pinguefacere. Et nonnullos, vt notat Theophraſtus Paracelſus, foliorum Salicum ſuccum (ad eo opertem illam Metellorum in aurum metamorphoſin) tentaſſe, ſed nullo profectu.

SAFSAF SYRORVM: ARNABO: ZARNABVM: *Zurumbeth: Elæagnus:* Salicis ſpecies.



Salicis peculiaris quædam ſpecies Halepi provenit, *Safſaf* Incolis dicta, quæ trunco, frondibus & ramis Betulæ ſimilis eſt. Rauwolfius, qui ſuſè deſcribit, Elæagno Theophraſti nō modò accedere ait, ſed etiam Elæagnum cenſeri poſſe. Eiuſdem iudicii eſt Æginetæ *Arnabo*, & Arabum *Zarnab* & *Zarnabum*, atque etiam eorumdē *Zurumbeth*. Eſt autem Arnabo ex aromaticis, & calidæ eſt & ſiccæ facultatis in tertio ordine, Caſſiæ & Carpeſiæ ſimilis. Monendi verò ineunt, res eſſe valdè diverſas, *Saſſaf* & *Saſſafras*.

CALAF SEV BAN ALPINI.



Si Alpino credendū Salicis genus eſt, & *Chalef* ſpeciem Salicis eſſe in humidis naſcētem, ſcribit etiam Belonius. Foliis aliquatenus Salici ſimilis eſt, ſed multò maioribus, quippe longioribus & latioribus. Flores eius ſunt quidā globuli oblongi albi, caudici penes foliorum radicem adnaſcentes: quotque in arbore folia exiſtunt, tot flores emittit. Creſcit ad Viticis magnitudinem, ramis, ſive ſtolonibus, multis, rectis.

In Ægypto reperitur, locisque humidis naſcitur. *Has* *Alpinus*, quas inſignes illi vires tribuit.

GARB MAVRORVM.




Patula admodum eſt arbor, haud tamen in altum aſſurgens: Cortex eius pallido flaveſcit, ſicut & folia, quæ palmum circiter longa, duos verò digitos lata, per ambitum velut Atriplicis folia ſinuata.

Fructum ac florem ſe vidiſſe negat Rauwolfius deſcriptionis author, qui *Salicis* genus facit: & ſurculos tamen ex ramos teneriores fragilioreſque eſſe ait quàm vt vimini operi inſervire queant.

Arabibus & Æthiopibus dicitur *Garb*: Perſianis *Far*. Eſt verò Garab Avicennæ *Salix*: vnde etiam ſuo *Garab* eaſdem quas Salici tribuit idem autcenna vires.

GALE, FRVTEX ODORATVS SEPTENTRIONALIUM; *Elæagnus* Cordo; *Chamelæagnus* Dodon.



Lignoſus eſt frutex, ſarmentoſus, cubiti altitudinem raro attingens, in ramos multiplices divaricatus, *cortice* rufo, ad ſpadiceum vergente, lævique: *folia* quodammodo ad parvam Salicem accedunt, [illegible] glabra ſunt, incana, & quædā illorum ſerrata. Ramorum extremis inſident *capitula* velut iuli, ſpadicea [illegible] *Cortex* emeritus, odo[illegible] ſtrictione: materie candida &c. Sic ferè deſcribit Dodonæus. An *Rhus Sylu.* Plinij?

In Ericetis umbroſis nemoroſiſque ſaltibus provenit, apud Brabantos & Flandros non infrequēs. Maio & Iunio floret, Auguſto perficit ſemen. Gallis dicitur *Piment royal*: Flandris *Gagel*: Scotis vero apud quos etiā udis locis provenit: *Gale*. Viſus ad latus ſequentis Tabulæ traditur.

MAMEV


MAMEV ARBOR, TABAXIR GARCIÆ.



Tabaxir vocabulũ eſt Perſicum, ab Avicenna & aliis Arabibus è lingua Perſica deſumptum, nihilque aliud deſignat, quàm lacteum ſuccum, liquorem aut humorẽ alicubi concretum. Eoque nomine Arabes, Turci & Perſæ ſuccũ concretum intelligunt, quem in magno pretio habent, & pari argenti pondere emunt, ad virgæ & teſticulorum vulnera, atque etiam contra dyſenterias & choleritas paſſiones, convenientes.

De arbore ex qua colligitur mox agemus: Liceat autem hic de Galefenteen, de quo antè, vſu aliquid addere. Impensè calidus & ſiccus eſt totus frutex: incluſa ſuavi odore perfundit: Cereviſiæ Lupuli defectu incoquitur: & veſtimentis ſuperpoſitus, à tineis & vermibus ea tuetur.

MAMEV ARBOR, TABAXIR ACOSTÆ.



Arbor in qua gignitur *Tabaxir*, authore Garcia, interdum magna eſt, & inſtar Populi procera, interdũ minor: ramoſque vt plurimùm arectos, ac frequentibus nodis diſtinctos, habens, folium Oleæ folio longius. Inter ſingula verò internodia liquor, *Tabaxir* dictus, generatur: nec omnes rami eum humorem continent, ſed ij dumtaxat quos *Biſnager*, *Baticala*, & pars Provinciæ *Malabar* profert. Ramos arboris ſuccum illum habentes vocant Indigenæ *Mambu*: & liquorem ipſum *Sacar Mambu*, quaſi Saccharum de Mambu. Garciæ & Acoſtæ Icones plurimùm à ſe invicem diſtãt: quapropter, cùm neſciamus vtra ſit melior, vtramque proponimus.

HALIMVS: Gall. *Blanche putain*: Ital. *Bidone*: HALIMVS CLVSII.



Halimum Veterum nobis penitùs ignotum exiſtimant nonnulli: ſed meliùs Cordus, non temerè in littora Germanico inventũ, ſcribit. Tria Halimi genera proponit Cluſius: quorum primum hîc adpictum, doctiorum judicio, Theophraſti, Dioſcoridis, & Plinij Halimus vel Halimum eſt. Secundum idem eſſe exiſtimamus cum Portulaca marina. Tertium ex eiuſmet, petitur Hiſtoria.

Hic verò notandum, & Plinium, & ex Recentioribus nonnullos, *Halimum* cum *Alimo* cõfudiſſe: ſed perperam, cùm *Halimus* ita dictus credatur, quòd maritimum ſit olus, vnde quidam *Halmyrida* dixerunt: *Alimus* verò citra aſpirationẽ ſit Aſphodelus, & quorundam ſententiâ Herba ita dicta *quòd famem arceat*.

HALIMVS DALECHAMPII: HERBA COLICA: *l'Herbe du mascles*, Tholoſ.



Halimus verus Dalechampij, ſive Herba *du Mascles*, teſte Hiſtoria Lugdu. & Tholoſæ in hortis colitur: & ſpontè quoque in ſepibus naſcitur: præſertim ad vicum tribus milliaribus ab vrbe diſtãtem, quem *Sanct Hicurens*, vocant, loco macro, ſqualido, alto. Sic dicit Dalechampius in annot. ad Plinium, vtramque Halimi genus, ſylveſtre & maritimũ Tholoſæ naſci. Halimi autem foliorum manipulum terunt Tholoſates, & ex vino albo propinant, maximo doloris colici tormentumque, levamento. vnde *Planta* inditum nomen Luſitani receptas prioris Halimi cimas, in aibus recipiunt, ſicut & Rhamnũ.

Halimi vires & facultates, aliaque ad ipſum ſpectantia, *traduntur in Appendice*.

CLASSIS VIII. FINIS.

I 2

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE
STIRPIVM
CLASSIS IX.

CONIFERAS ET RESINIFERAS ARBORES CONTINENS.

ABIES FOEMINA: Germ. *Thannenbaum*: Belg. *Dennebo om*: Gall. *Auet*, *Sapin*: Ital. *Abeto*.



ABies nec Dioſcorides, nec Galenus vſquam in arborum cenſu meminerunt: Plinius, Ruellij judicio, eam cum Palma confundit. Theophraſto vero Abies quædam *Maſcula* eſt alia *Fœmina*: differuntque inter ſe plurimùm. Mari enim folia acutiora, magis pungentia & magis flexa, materia lætior, durior ac medullâ reſertior, totaque arbor criſpior videtur & in pectu deterior: præterea Mari pauci nuclei parte priore inſunt, Fœminæ nulli omnino.

Montium ferè propria eſt, in eorumq; umbroſis & apricis fœliciter provenit. Pulcherrimas habent variæ Germaniæ provinciæ altiſſimas Virginis, materiæ firmitate præſtantiſſimas Hercynia ſylva. *Plura in Appendice.*

ABIES FOEMINA CVM RAMIS, NVCAMENTIS, Floribus, Iulis, Conis, Squammis & Seminibus.



Illorum omnium faciem & generationis modum graphicè hic exponere non permiſêre ij quos Nobis præfiximus cancelli: pinxiſſe ſufficiat, reliqua ex Hiſtoria noſtra magna petantur. Tantùm de *uſu* & *viribus* aliquid.

Ædificijs optima Abies, & quidem vetuſtiſſima, modo carioſa non ſit: ad tabulas pictorias etiam eſt peculiaris: ſed navibus præſertim ob levitatem aptiſſima: atq; ex prælongis illis quæ ex Helvetia & Rhœtia per Arolam & Rhenum in maria tranſportantur, procériores fiũt mali. Conis in deſperata fame ſerivã augeri author eſt Struppius. Reſina calida & ſicca eſt ordine tertio: atq; ſive intus aſſumpta, ſive ad extra adhibita, ad Terebenthinæ facultates proximè accedit.

PICEA LATINORVM: Germ. *Schwartz Thannenbaum*: Gall. *Peſſe*, *Pin*, *Garipole*: Ital. *Pezzo*.



Piceam Latinorũ eſſe Theophraſti *Abietem maſculam* apud doctos convenit. *Piceam* autem Latinorũ *Peucen* Græcorum, de qua mox, non eſſe, ſatis etiam eſt cognitum. Tragus, qui Abietem in Candidã & Rubram ſeu Nigrã diſtinguit, fœmiinam Candidam facit, hanc vero rubram ſeu Nigram.

Montes amat atque frigora, vt ait Plinius, feralis hæc arbor, quæ olim ad fores funebri indicio ponebatur: Deſcẽdit tamen etiam interdum in plana: in Viennenſi ſaltu frequẽtiſſimam eſſe ſcribit Cluſius, Tigurinas ſylvas hac ſcatere Geſnerus: Nos in Burgundicis montibus, *Franche montagne* dictis, maximè copia haberi obſervauimus. Eſt vero, ſi quæpiam alia, venenatiſſimis Erucis maximè obnoxia.


PICEA PVMILA.



Procera admodum eſt arbor Picea vulgaris: at ejus generis etiã reperiri, quæ nõ valdè aſſurgat, ſed pumila maneat, ex Cluſio habemus. Dalechãpij eſt *Pinus Tubulus* vel *Tibulus*.

Cæterùm recentiores vtilia aiũt Piceę folia, decocta ponderè ex aqua mulſa pota, piceis arboribus conſitæ ſylvæ phthiſicis, atque iis qui ex morbo convaleſcũt, ægritudinibus vtiliſſimę; ſic eademque hodie conferunt cõmoda, quæ olim navigationes in Ægyptũ. Sed Piceæ arboris rara & laxa eſt materies: atque ob id tubis ad aquarum ductus, aliiſque rebus & inſtrumentis conficiendis, haud æquè idonea ac Larix atque Abies. Gignit etiam Picea Reſinam: ſed denſam & obduram plerũque, rarò liquidam, eiuſque virtutes eædem quæ Abietinæ.

Taxus: Germ. *Eibenbaum*: **Belg.** *Ibenboom*: **Gall.** *If*: **Ital.** *Taſſo.*



Perpetuę frondis eſt arbor, procero ſtipite, Abieti & Piceæ ſimilis, ſed ab vtraque certis notis diſtincta. Plinius duplicem facit, *Marem & Fœminam*: alteramque noxio eſſe fructu ait, ac lethales habere baccas: repertum verò innoxiam fieri, ſi clavus æreus in ipſam arborem adigatur. Dioſcorides *Smilacem* vocat, at valdequàm ſanus eſt Smilacis ſignificatus, & multū differt Theophraſti Smilax, quæ eſt glandifera arbor, ab hac Dioſcoridis Smilace.

Montibus propria eſt, & in planis naſci nequit. Reperitur, vt ſemel dicamus, in Italia, Gallia, Germania, Anglia, Helvetia & Hiſpania, ac vmbroſis gaudet. Tardiſſimè germinat, fructum verò maturat Septembri.

Taxi alia icon, flores, fructus et alia ſpeciatim exprimens.



Calidáne an frigidi ſit Taxus temperamenti, inter Scriptores nondum ſatis convenit: frigidi eſſe ſtatuunt Dioſcorides & ejus ſectatores, quod iiſdem remedijs ejus venena, quibus Cicutę, occurrendum eſſe aiant, inter quos Camerarius, Pena & Lobel. ac Wierus. At vbique noxiam eſſe volunt cæteri plerique omnes, à quorum etiam partibus quotidiana ſtat experientia. Febribus enim ac alui profluvijs tentantur qui baccas edūt: aves attonitę redduntur, & facilè capiuntur. Ligni materies quòd rufeſcat cum plurimis intercurrentibus venis, atque incorrupta ſit, à lignarijs fabris maximè expetitur, conficiendis preſertim haſtis, telis, menſis, atque etiam hypocauſtis.

Pinus: Germ. *Fiechtenbaum*: **Belg.** *Pinoppelboom* **Gall.** *Pin.* **Ital. & Hiſpanica** *Pino.*



Pinum, quæ Græcorum *Peuce* eſt, non *Pytis*, vt perperàm exiſtimarunt nonnulli, Theophraſtus in Vrbanam & Sylveſtrem diſtinguit: & hãc rurſus vel Fœminam facit, vel Marem, vel tãdem ſterilem, vtrique propriαs aſſignãs notas. Alites diſtinxerunt Recentiores, vt ex ſequentibus patebit. Nos Pinum vulgatiſſimam *Sativam & Domeſticum* dictam, hic pingimus, cui *oſſicula dura ſunt ac folia longa.*

Amat locũ gracilem & maritimũ, ac in montibus & inter ſaxa, vaſtior ac procerior invenitur. Proprium autẽ illi eſt, vt ſalſo ſolo latiſſimè fruticet, quemadmodum ex amœniſſimo prope Ravẽnam *Pineto* apparet. Colitur in Gallia, Belgio & Italia, in Germania haud frequens admodum. *Plura in ſequentibus.*


Pinus cui oſſicula fragili putamine, ſive Cembro.



Hanc Simlerus & Geſnerus cum Pino propriè dicta & vulgari confuδerũt. Matthiolo dicitur Pinus ſylveſtris *Cębro, Cembri & Cirmoli* vulgò vocata. Pinaſtrum & Pinum ſylveſtrem vocant etiam; Munſterus, Bellonius, & alij: Germani *wild Fichtenbaum*; Galli *Pin ſauuage*. Pini autem vulgaris breviora ſunt hu*i*c folia: & Coni etiam minores quàm Pini: & hoc etiam commune habet cum cont*r*a abietis, quod ſquamę facilè à pediculo divellantur. Pityides autem bini aut vna ſingulis ſquammis occultantur, dimidio minores quàm pini domeſticę, oſſe triquetro, rubinquo rubente, tenui & fragili, &c.

Alpigans eſt arbor, apud Tridentinos & Allobroges haud infrequens.

Pinus Sylveſtris vulgaris, Pinaſter & Teda.



Varijs locis ſponte provenit Pinaſter ſeu Pinus Sylveſtris, ac præſertim in Alpibus: frequẽtiſſimã autem prope Florimõtium, & circa Beffordiã & Raupach, obſervavimus. Magno verò ducũtur errore qui, cum Plinio, *Tedam* Coniferarum particularem ſpeciem, & ſui generis arborem faciunt. Eſt enim *Teda* propriè dicta Piceæ, Laricis, & peculiariter Pini Sylveſtris, propriis ionibus, quo arbores illæ in Tedam converſæ dicũtur, cũ non ſolo modò cor, ſed reliqua etiam ſubſtantia in pinguedinem mutatur.

Cęterũm ex Teda faces fiũt, & fuligo ad atramẽti librarij confectionem inſervit: In aceto decocta colluta dentium dolores ſopit. Emplaſtris verò addita antheracibus peſtilentialibus eſt percommoda.

Pinus Sylveſtris, Mugho, ſive *Crein*, **Pinaſter repens.**



Arbor quam *le Crein* vocant in Burgundia provenit in montibus quos *Franches montagnes* vocant. Parva eſt & pumila arbor, reſpectu aliarum reſiniferarum arborũ, & montium inferiora loca occupat. Pro teda ad faces vtuntur, licèt rariùs, quia minùs pinguis.

An Matthioli Pinus *Mughus*, *Mughi* vel *Mugho*, in Tridentinis Anauienſibúſque montibus creſcens? Anguillara, Dodonęus Gallicus, Lobelius, Tabernæmontanus & Camerarius, ſylveſtris pini, & repentis atque humilis pinaſtri, etiam meminere, ac Pinum *Mughum* inſcribunt, an pluribus Tabulas?

PINASTER AVSTRIACVS MAIOR, ALBVS & Niger.



Hunc pingit & deſcribit Cluſius, duûmque ait eſſe generum, adeò inter ſe ſimilium vt pauci, niſi materiæ colores, diſcernere queant. Alterum tamen lætiore & erectiore eſt caudice, leviore cortice & maiore ſono, Auſtriacis *weiſſe Fevver* dictum. Alteri minores coni, contortior caudex, & triſtiora omnia, *Schwvvartze Fevver* vocant. Provenit vtrumque in Pannonicis & Auſtriacis montanis locis. Quantùm differat à Pinu noſtra ſylveſtri antè deſcripta, vel an eadem, perpendendum. Ex eo, tam nigro quàm albo conficiuntur aſſeres, ſcandulæ & vinearum pali.

PINASTER AVSTRIACVS TENVIFOLIVS.



Creſcit, eodem Cluſio authore, ad nonnullorũ Auſtriæ montium radices, in ſcopulis.

Vacavit hoc loco Pini & Pinaſtri vſus & facultates in genere libet adſcribere. Cortex authore Dioſcoride, adſtringendi vim habet, & tritus inſperſus intertrigines, ambuſta, & vlcera in ſũma cute ſanare ſufficit, fœtus & ſecundas ejicit: potus, alvũ ſiſtit & vrinas movet. *Folia* trita impoſita, inflammationes mitigant, & vulnera ab inflãmatione præſervant. Trita & in aceto cocta, dentium dolores leniunt, ſi calidè colluantur. *Teda* in minutas partes conciſa, ſi illa in aceto coquantur, quod prã tam dictum, colluta dentium dolores mitigat. *Plura in ſequentibus.*

PINASTER PVMILVS, OMNIVM MINIMVS.



Humanam altitudinem vix excedit hic Pinaſter, quẽ ſe in ſolo Marciano regno repeſiſſe ſcribit Cluſius: Lobelius verò à Gallo provinciæ Pinaſtro humili minimè differre ait.

Cæterùm, vt in *Pini & Pinaſtri virtutibus* enarrandis pergamus, Pini nuces phthiſicis & langueſcentibus ſunt commodiſſimæ: fit enim ex ijs Pineolatũ polytrophon gratiſſimũ pectoris diuturnis vitijs, tuſſiculoſis, macilẽtis, atq; in veſicæ eroſionibus & renũ calculo, pervtile. Aqua Strobilorum Pini delet faciei rugas, impedit mammarũ incremẽtũ, & matricis collũ conſtringit. Fit & ex ijs vinum, docente Dioſcoride. Præſtantq; eadẽ, atq; etiam valentiùs, Pinaſtri Cortex, Folia, & Nuces: ſed Nuces edendo non ſunt,

PINVS SYLV. MARITIMA, CONIS FIRMITER ramis adhærentibus.




Coni huic ex adverſo bini, deorsũ nutantes, craſſo lignoſo pediculo firmiter hærentes, quo nomine ab alijs Pini & Pinaſtri ſpeciebus differt.

Pini materiam maximè commendat Theophraſtus, & ad ædificationem vſum ſpectabilem eſſe ait, laxitatis & rectitudinis meatuum cauſâ, & quòd nullo pacto findi poſſit, ſi glutino muniatur. Quin & ex ea fieri navigia rotunda, quoniam non putreſcant, firmiſſimo exiſtente ligno adverſus cariem & tineas.

Reſina, vt reliquæ omnes, ſiccat & calefacit: ac cùm è pinguiſſimis, maximéque reſinoſis, & in tedam converſis arborum lignis, vi ignis Pix eliciatur: ex Picea & Pino præſertim fit.

PINVS MARITIMA THEOPHRASTI LOBELIO.



Pinus maritima Theophraſti, ait Lobelius, ſtipite, ramorumque & foliorum facie, vndequaque Pinaſtro montanæ perſimilis videtur: ſed Conus phœniceus, brevior, & ſupernè latior: Rami & Caudex nigriores & glabri.


PINVS IDÆA THEOPHRASTI, EIDEM Lobelio.



Facilè hæc, inquit Lobelius, ab altera dignoſcitur, caudicis & ramorum cortice ſcabro, circa ramos foliorum fœturâ, & majoribus, longioribus, ſpecioſioribusque numeroſis conis. Matthiolo eſt *Pinus maritima alterum genus,*

Pi

PINEI CONI FACIE FRVCTVS EXOTICVS.



Pediculo minimi digiti feſè craſſitudine, tereti, duro, eſque lignoſo, folia mutuo incubitu adnaſcuntur, digitum ferè longa, ſima, ſubſtantiâ lignoſâ, triquetra: principio anguſtiora, reliqua parte latiora, & faſtigio tenus recurua, numeroſiſque ſquamulis foliaceis, lucentibus nigriſque veſtita. Folia quæ inter deliteſcût extimis breuiora, & denſiore eorum ſtipatu obſepta. Quibus omnibus perpenſis, præſertimque figura, colore, & mutuo foliorum incubitu, Fructum hunc è longinquis Regionibus allatum, *Pinei coni facie Fructûs* nomine donauimus.

ARBOR LAVENDVLÆ FOLIO.



Ramus hic ex Orientali India allatus, cuius arboris fuerit minimè cognitum: trium pedum longitudinem æquabat, craſſitudinis diametri duarum circiter vnciarum erat: cuiuſque faſtigium in nodoſum caput nonnihil exuberans deſinebat: è quo ſeſquipedales quinque minores rami proſiliebant, eleganti valde ſerie, & ordine diſpoſiti: & in illorum comoſis faſtigiis folia hærebant, formâ, colore & magnitudine Lauendulæ folia referentia: quæ quia ſucci Gummi Elemi quodammodo tranſpicui erant plena, ramo huic locum inter reſiniferas arbores vendicarunt.

LARIX ſiue LAREX: Germ. *Lerchbaum*: Belg. *Lorkenboom*: Gall. *Meleſe*: Ital. & Hiſp. *Larice*.



Theophraſto, Dioſcoridi, atque vniuerſæ Græciæ ignota exiſtimatur: nec vſquam eius meminit Homerus, quamuis id aſſerat Plinius. Veteribus etiam Latinis, Palladio, Vitruuio ac Plinio, an probè cognita fuerit, meritò dubitatur, cùm Laricem non ardere ſcribant, & hæc peculiariter, ſempiterna habere folia, quod vtrumque falſum.

Frequentem hodie vetij antiqui Tractus: Ambroncoſe territorium: vbi Viennæ (Auſtriæ) vicinæ ſyluas & montes: alpes Rhætica: & Seduenſium apud Valeſianos regio: & alij loci.

Agaricum, qui concretu fungoſo illi adnaſcitur, hîc pingimus: eius vero vſus & virtutes, vt & reliquam Laricis hiſtoriam in Appendice trademus.

CVPRESSVS Germ. *Cypreſſenbaum*: Belg. *Cypreſſenboom* Gall. *Cypres*: Ital. *Cypreſſo* & *Cupreſſo*.



Cupreſſum haud magnis laudibus afficiebant Veteres, Catoni dicebatur natu moroſa, fructu ſuperuacua, baccis toruis, folio amaro, odore violenta, materie rare, ac ne vmbrâ quidem gratioſa: & Diti ſacram ſacra. Funeſtem etiam dixêre, eo quod & tardè creſcat, & ſucciſa etiam non repullulet, quapropter funebri ſigno eam ante defunctorum ædes ponebant.

Diſtinguitur in Marem, qui ſemper infœcundus, & Fœminam, quæ diu etiam ſterileſcit. In Italia frequens eſt admodum, ſed Cretenſibus præſertim quæſtu eſt. Vidimus etiâ Nos Lutetiæ & Monſpelij abundantem, vbi Nuces fert Autumno, quæ durant per totam Hyemem & Æſtatem. Adſtringit & refrigerat, ſed Nuces efficaciores foliis.

Plura in Appendice.


CEDRVS: Germ. *Cederbaum*: Belg. *Cederboom*: Gall. *Cedre, Cedre du Liban*: Ital. *Cedro*.



Cedrus arbor magna eſt, & abieti haud abſimilis, cuius fructus *Cedrides* vocantur, atque ex qua Pix *Cedria* dicta, colligitur. Theophraſto, Plinio & Galeno, atque etiam Recentiorum pleriſque omnibus, duplex eſt, *Maior* & *Minor*. Patio vero Matthiolus Cedrum magnam bacciferam cum Dioſcoride ſtatuit: Siquidem eam conarum genere ſit certum. Sciendumque Cedrû magnam & Cedrum Libani dictam, quam hîc pingimus, plurimùm differre à Cedro ſimpliciter dicta, & quæ propriè Oxycedros vocatur, de qua mox.

Libani propriè eſt incola, Ibi ſupra rupes naſcês, quod mirû, citò altiſſima euadat, & tantæ craſſitudinis, vt ſex aut ſeptem homines truncum vix complecti poſſint. Ceterùm incorrupta eſt illi materies.

OXYCEDRVS, CEDRVS PHOENICEA BELLONII, Iuniperus maior.



Iunipero ſimilis & cognata Cedrus minor: at eius *folia* duplò ſunt longiora, ac etiam latiora, rigida, infeſto mucrone pungêtia: *baccæ* duplò aut triplo Iuniperinis maiores, coloris, non vt illæ cærulei, ſed ruffi: ſapore tamen & odore ſimili. Errant qui Iuniperum maiorem vocant: reclamant enim, vt dictum *fructus* magnitudo & color. *Phœniceam Cedrum* inſcripſit Plinius: pleriſque omnibus Recentioribus dicitur *Oxycedrus*.

Prouenit in nonnullis Italiæ, pleriſque Hiſpaniæ, & aliquibus Galliæ Narbonenſis præruptis locis: atque ex eius lignis aſſulatim conciſis Maſſilienſi agro paſtores & ruſtici nigrum & fœtidum liquorem oleoſum eliciunt, quem *Huile de Cade* nominant, Hiſpanis *Miera* dictum.


CEDRVS, SEV OXYCEDRVS LYCIA, Maſſilienſibus *Moruine* dicta, Auenionenſibus *De cade ſerbin*.



Spinoſa eſt interdum, aliàs non ſpinoſa: quæ vero obtuſa ſunt folia, Lyciam Cedrum rectiſſam, inſcripſit Bellonius. Quibuſdam dicitur Sabina baccifera, ſed perperàm, & quidem à Sabina odore & forma plurimùm differt: alij Thuiam Maſſilienſium eſſe putant. Iiſdem autem locis quibus præcedens provenit, circa Maſſiliam præſertim & Avenionem frequentiſſime.

In Hiſpania Viſcum obſervevit Cluſius in ramis Oxicedri Ex Cedro verò phœnicea, Oxycedro atque etiam ex Iunipero Gummi quoddam exudat, quod *Vernicem* appellant, eſtque *Arabum Sandaracha*. Calefacit & ſiccat primo gradu deſtillationes ſuſpendit, menſium profluvia ſiſtit, ac variis modis edhibitum dentium dolores ſedat.

IVNIPERVS VVLGARIS: Germ. *Weckholder*: Belg. *Geneuer*: Gall. *Geneure*: Ital. *Ginepro*.



Iuniperus vulgaris alia Major eſt, alia Minor, ſola que magnitudine differunt. Alitei etiā diſtinguitur, quod ſcilicet alia *baccas* ferat, alia *flores* tantùm: & hæc *Fœmina* vulgò dicatur, illa *Mas*. Quæ autem fructum fert, non dat flores: Et cuidam ſpina pro folio eſt.

Variis locis paſſim abundat. Maio mēſe floret, poſt florem baccæ proſiliunt exiguę, virides, quæ altero demum anno, appetente Autumno, quod illis maturitatis tempus eſt, cæruleo tinguntur, & ſi in tectis ſeruentur annum, etiam enatorum fructus dicuntur.

Baccæ calidæ ſunt in tertio, & ſiccæ in primo ordine: atque Iuniperi in vſu ſunt *fructus, virgulta, rami*: necnon etiam totum *lignum*: nec poſſunt vtilitates eius ſatis explicari.

IVNIPERVS MAXIMA ILLYRICA.



Hanc ſic inſcribunt Pena & Lobelius, tum in Adverſariis, tum in Obſerv. & Icon. Plant. Tabernæmontano eſt *Iuniperus maior Illyrica*. Hiſtoriæ Lugd. ſimpliciter *Iuniperus maior*.

Quod verò ait Dioſcorides, Maioris Iuniperi fructū Nucem Ponticam magnitudine interdum æquare: imò etiam nonnunquam ad Nucis Iuglandis magnitudinem grandeſcere: id nondum in noſtro Europæo Orbe obſervarum.

IVNIPERVS ALPINA, SELAGO.



Iuniperi alpinæ ramum quem ex Delphinatu accepimus hic pingimus. Similem habet Cluſius in Pannon. & Hiſt. poſt an *Plinij Selago*?

Cùm autem Iuniperi varietates haud facile eſſe omnes recenſere ſuprà diximus: aliquid etiam de eius noxis annotabimus. Vnum in hac arbuſcula fugiendum deteſtandumque, *Vmbra* ſcilicet, vnde Virgilius,

Surgamus, ſolet eſſe grauis cantantibus vmbra.
Iuniperi grauis vmbra, nocent & frugibus vmbræ.


SABINA: Germ. *Sevenbaum*: Belg *Sevenboom*: Gall. *Savignier*: Ital. *Sabina*.



Perpetuus comæ viror Sabinæ eſt, quæ humilior ſæpe in latum magis quàm in altum proficit: vnde nonnulli Herbam appellare non dubitarūt, alii Fruticem: quamvis nec herba ſit, nec frutex, ſed iuſtæ ferè magnitudinis arbor.

Eius ſpecies duas faciunt Dioſcorides & Plinius: Vnā, foliis ſimilem Cupreſſo, ſed ſpinoſiorem, graveolentem, acrem & fervidam. Aliam Myricæ foliis ſimilem. Recentiores alias obſervārunt differētias: & aliam Marem, aliam Fœminam dicunt: quandam ſterilem aiunt, aliam bacciferam ſeu fructiferem, & tādem quandam folia minimè ſpinoſa habere aiunt, cæteris omnibus ſpinoſa tribuunt. Nos bacciferam foliis non ſpinoſis hic pingimus.

SABINÆ ALIA ICON, SABINA STERILIS: foliis ſpinoſis.



Sabinam nomen vbique retinere ſcribit Ruellius: idque illi à Sabinorum regione, in qua olim abundarit, indi[illegible] volunt nonnulli. Hodie in cultioribus hortis vbique habetur. Veronæ duas mag[illegible] Sabinæ vidimus arbores, & [illegible] lias variarum animelium [illegible] guras exhibentes, nec v[illegible] alibi pulchriores. T[illegible] ſpinoſam cum m[illegible] es, foliiſque partim ſp[illegible] partim non ſpinoſis.

Cæterùm Sabina terti[illegible] ordinis eſt excalfacienti[illegible] exſiccantium, ex numer[illegible] rum quæ vel maximè ſe[illegible] ſunt partium. Menſes pro[illegible] cat, fœtum extrahit, vlcera [illegible] pentia ſiſtit &c. An Sel[illegible] nij? An Ruellij *Bruter*, ſoli Orteau cognita?


*

Arbor vitæ, ſiue Paradiſiaca : Germ. *Baum des lebens* : Gall. *Arbre de vie.*



Arbuſcula eſt admodum odorata, ad Sabinã plurimũm accedens, perpetuòque viridis, virens: floribus Cupreſſi, & conos oblongos fereos, nõ baccas, vt perperàm ſcripſit Geſnerus. Lignum verò habet à carie, teredine, vermibũ que alienum, nec vllo æuo corruptioni obnoxium, vnde fortè illi nomen. Hæc ex Canadas Septentrionalis Americę prouincia in Orbem noſtrum non pridem fuit allata, atque hodie in nõnullis cultioribus hortis habetur: vt noſtrã etiã in Mõtbelgardẽſi. An *Thuia* Theophraſti? An *Bruta* Plinij? An Sabinæ genus exoticum? An Peruanæ regionis arbor, cuius reſina defunctis illita, vel inſtillata, cadauera à putredine vindicat?

Abhel, Thuia, Theophraſti, Cedrus Atlantica, Bruta Plinij.



Fructum, *Abhel* nominatum Orienti notiſſimũ hic pingimus, qui pilularũ Cupreſſi magnitudinẽ æquat, coloréq; eſt è ruffo in nigrũ declini, atque ex arbore ſui generis, Cupreſſo ſimillima, decerpitur. Cùm hodierna die minimè ſit cognita Theophraſti Thuia, niſi ex ipſiusmet hiſtoria: Eam arborem fructum *Abhel* ferentem fortè eſſe exiſtimarunt Guillandinus, Cluſius & Camerarius. Etenim Thujam Theophraſti cũ Cedro Atlantica Veterum vnum & idem eſſe autumant ſunt Anguillara & Matthiolus. An *Plinij Bruta*, de qua ait: Tanta mortalibus ſuarum rerum ſatietas eſt, & alienarum auiditas, vt petant in Hæmaeo Arborem Brutam, Cupreſſo ſimilem, &c.

Thus, Olibanum : Germ. *VVeyrauch* : Belg. *VVieroock* : Gall. *Encens* : Ital. *Incenſo.*



Thus & *arborem* ſignificat & *lachrymam*, ac interdum ſinus n. ſcribitur, quaſi a tuſis glebis ſit illi nomen inditum. Galeno Arbor dicitur Libanos, lachryma Libanotos, at Euripidi Lachryma Libanos, Arbor Libanotos.

Arborem Veteribus haud ſatis fuiſſe cognitã ex Plinio conſtat: aliis Pyri, aliis Lentiſci, aliiſq; Terebinthi Folia illi tribuentibus: nec dum hodie de eius ortu & facie inter Scriptores omninò conuenit: Cæſalpino *Thuris arborem* neminẽ ex noſtris vidiſſe pertinaciter aſſerente, ſolumque Theophraſtum apud Antiquos deſcripſiſſe, Guillãdino Abietes in Arabia Thura manare ſtatuente: Theophraſto, Dioſcoride, Plinio & Neotericis, ſui generis arborem pronuntiantibus.

Thuris folium cucullatum.



Speciosum, cucullatum & canaliculatum hoc folium, quod è Florida adferri ſolet; pingunt etiam Aduerſaria & *Thuris limpidi folium* inſcribunt. Theuetus ex quo noſtra Icon deſumpta eſt, non ſolùm Arabiam, vt volebant Priſci: Sed multas etiam alias regiones, Thuris eſſe feraces ſcribit, & quibuſdam in locis tã vulgatas eſſe arbores, quã ſint Aurantiæ Mali in Gallię Prouincia: ex iiſque quaſdam LX Thuris ferre libras, præſtantiſſimum autem ex Arabia haberi. Sed, cui ille arborẽ Pino aſſimilat & aliter pingit. Garcias humilem facit, & folia Lentiſco ſimilia illi tribuit; Monardes aliam ſtatuens, quę optimum Thus fert: Alteram verò in planis naſcentem, quæ nigrum & improbum.

Bdellium : Germ. Belg. Gall. & Ital. *Bdellium* : Arabibus *Mochel, Moclel, Malochil, & Molochal.*



Bdellium, authore Dioſcoride, Lachryma eſt Saracenicę arboris. Galeno authore naſcitur in Arabia, India, Medie & Babylone. Figura noſtra eſt ex Lobelio: Quid autem ſit Bdellium, atque an verum & genuinum hodie habeatur, acriter inter Scriptores diſputatur. Quidam Myrrham legitimam, alii Autmo verum, alii aliud, eſſe tradunt. Quicquid ſit, ſi Matthiolo habenda fides, rarum eſt admodum, & ad oſtentationem tantùm, vel reprobati normam, in Officinis aſſeruatur: Cordo verò indice, Bdellium, & re & nomine, retinent Officinæ: ſed *Saracenici* apud Dioſcor. *Bactriani* apud Plinium, & *Arabici* ac *Scythici* apud Galenũ, nomina exoleuerunt. Plura in ſequ. pagina.

Styrax arbor et lachryma : Germ. Belg. & Gall. *Storax* : Ital. *Storace.*



Styrax arbor caudice & folio Malo Cotoneæ eſt adſimilis: floreſque habet Aurantii, candidos: fructum Auellanæ magnitudine, æqualem & incanum, cũ lignoſo buxei coloris oſſiculo. Syriæ & Paleſtinæ propriè arbor eſt, quæ tamen in Zena Indorum inſula etiam frequens perhibetur. Venetiis, Romę, variiſque aliis Italię locis habetur, ſed Lachrymam non fert, vel paucam admodum. Nos Montbelgardi in S. P. horto arbuſculas habuimus ex nucleis natas, ac vidimus etiam Baſileæ.

Ex Styrace arbore manat Styrax Lachryma, ſuper quã vt & ſuper Bdellii Hiſtoria conſulatur tum Hiſtoria noſtra magna tum ſequ. pagina.

LIGNVM EXOTICVM : ETTALCHB. CONIFERA NVX MINIMA.



Quod hic pingimus lignũ habet & deſcribit Cluſius: durumque fuiſſe ait, graue, firmum & Maſticheo redolens, atque ex Americana arbore ſumptum, à qua Reſina, Picis modo elicitatur, atque in eoſdem vſus, quo nomine locum hunc ſibi vendicarit.

An Ettalche, Iuniperi foliis magna arbor, ſpinoſa, & Maſtichi ſimile Gummi emittens, quo, ob odoris & coloris ſimilitudinem, Africani Maſtichen adulterant: ac cuius Lignum in Numidia album perhibetur, in Lybia violaceum, & in Æthyopia nigerrimum?

An Catonis Capida?



Conos paruos inter aſtralia noſtra adſeruamus, ad Laricis Conos plurimùm accedentes: ſed minores multo, & pediculos habentes craſſos atque incuruos, quorum baſi adhærent folia Piceæ, valdè breuia: Squammis verò conſtare Laricea, tenuibus, latis, ſtriatis: atque inter ſquammas ſemen proaeruge foliaceum, vt in Piceæ vel Abietis, apparet. Laricîſne an alterius arboris ſint Coni, probè Nobis non conſtat.

Sic quantùm per breuitatem Nobis propoſitam licuit, recenſita per excellentiam dicta Reſinifera Arbores. At quoniam, vel non omnes, vel ſaltem non ſatis, omnium & ſingularum enarrati odorati ſucci, ſpicilegio facto, nonnullorum cenſu vacuum hunc locum replebimus.

RESINÆ ſpecies duæ ſunt: *Liquida* & *Sicca*. *Liquida* tum ſpontè, tum ramis aut caudice vulneratis ex variis arboribus, ac præſertim Pino & Picea, profluit: & ſi negligentiùs colligendo, lignoſis & lapidoſis admixta reperiatur, *Confuſanea* dicitur. *Sicca* ex earundem arborum corticis rimis, ramiſve abſciſſis prodit, pinguedinis expers & celeriter inareſcens. *Strobalinam* tertiam ſpeciem fariunt nonnulli, ſed perperam, cùm id nomen tantùm habeat, quia circa conos, ſeu ſtrobilos, concreta reperitur.

PIX è pinguiſſimis, maximéque teſtaoſis, & in tedam conuerſis, Pini præſertim Piceæque lignis, vi ignis elicitur. Eſt autem *liquida* vel *arida*: & illa vel *Cruda* dicitur, quæ ſcilicet altum ignem non experta eſt, quàm cuius calore fluxit: vel *Bruta*, quæ fuſca eſt, pinguius & ſpiſſior. *Arida* fit è liquida iterum cocta: & hæc rurſus, vel ad viſci tantùm craſſitudinem cocta eſt, vel igne diuturniore & validiore, arida fragilis ac raſilis redditur.

CEDRIA eſt Cedri Lachryma, pix vel Reſina, quæ, quia authore Dioſcoride, viuentia corrumpit, & mortua corpora conſeruat. *Mortui vita* appellari ſolet. Illi autem reſpondet, Oleum quod ex Iunipero, Fraxino, Cedro, & aliis eiuſmodi lignis conficere ſolent Prouinciales, quibus *Huile de Cade* dicitur: ac quod capitis ſcabiei, pecorumque ſcabiei & vlceribus adprima eſt vtile.

THVS vbi & quomodo gignatur dictum antè: præcipua gratia *Mammoſo*, quando ſcilicet hærente lachryma priore, conſecuta alia ſe illi iungit. Et hoc *Maſculum* dicunt, cùm tamen Mas aliàs non vocetur, vbi non eſt fœmina. Diſtinguitur autem Thus in *Mannam* & *Corticem*. *Mannam*, micas concuſſu eliſas interpretatus eſt Plinius, Plautus *Thuris granum*, Hermolaus *Hypoſiſma*. Calefacit & adſtringit pluſminùs Thus: & vi eadem pollet Cortex, atque etiam efficaciore.

MASTICHE Lentiſcina reſina eſt: & optima in Inſula Chio prouenit *de qua alibi*.

SARCOCOLLA, authore Dioſcoride, Lachryma eſt arboris in Perſide naſcentis, ſimilis Thuri tenui, ſubſulua & amara. Vim autem habet glutinandi vlcera & cohibendi fluxiones.

MYRRHA Lachryma eſt arboris eiuſdem nominis, quæ maximè in Arabia reperitur: & quæ aliquo loco inciſa hanc ipſam lachrymam emittit. Septem eius nonnulli numerant differentias, è locis vnde haberent deſumptæ.

STACTE Balſamum non eſt, vt volunt nonnulli, nec Styrax liquida, vt aliis placet, ſed recentis Myrrhæ cum modica aqua contuſæ, & per organum expreſſæ, pinguitudo *Dioſcor.*

BENIOVINVM Gummi eſt vel Reſina à vulnerata *Benioi* arbore manans. Eius autem ſunt varia genera, ſed cæteris præfertur *Amygdaloides* dictum. Arbor magna eſt & procera, Citri folia habens, & in Sumatra Orientalis Indiæ inſula naſcens. Cæterùm incognitum fuiſſe Veteribus Beniouinum ex eo conſtat, quod id nec Græci nec Arabes deſcribunt, non enim eſt Auerrhois *Balenzan*.

LIQVIDAMBAR eſt reſina effluens inciſis vaſtæ magnitudinis, pulchris & ramoſis arboribus, quibus Hederacea folia, ac quæ in noua Hiſpania prouaſcuntur, *Ocoſol* incolis dictæ. Calefacit, reſoluit, & dolores ſedat: ac maximi eſt in Medicina vſus.

CANCAMVM authore Dioſcoride, Arabici ligni lachryma eſt, Myrrhæ quodammodò ſimilis, ſed viroſi guſtus.

ANIME ET COPAL Synonyma ſunt. Colligitur autem Anime mediocris magnitudinis vulneratis arboribus, non aliter quàm Thus aut Maſtiche: & ab Arabiæ loco in quo habetur, ſi Hermolao credimus, nomen habet. Duo eius genera, molle & durius. Cur verò *Amminæ* vocet Amatus, neſcimus.

TOCOTGEBIT Indiæ Orientalis arbor eſt, populo ſimilis, ſub cuius cortice naſcitur Reſina Thuri noſtro ſimilis, ſed candidior, quâ iſtic vtuntur vt Thure.

CARANNA Indis & Hiſpanis dicta, Reſina eſt quæ etiam ex vulneratis arboribus colligitur, colore Tacamahacæ, ſed paulò limpidior, odore ſimili, ſed grauiore.

ELECTRVM ſiue SVCCINVM, Arabibus CARABE dictum, apud Dioſcoridem populi arboris eſt Gummi, apud Plinium verò, & eum ſecutos Recentiores nonnullos, ex arbore Piceæ ſimili defluens Reſina. At omnium fermè aliorum calculo, naſcitur è Bitumine, quod è fontibus defluens in mare concreſcit eo quo videmus modo. Eſtque vel *Fuluum* vel *Candidum*: & reperitur in Germaniæ maritimis, procellis in littus prouolutum.

DE BDELLIO & STYRACE, tum arboribus tum lachrymis actum antè.

CAMPHORA inter Orientalis Indiæ dotes numeratur, & eſt Gummi ex arbore populo ſimili, in montibus mari vicinis proueniente, manans. Eius quatuor vulgò recenſentur ſpecies: multùm autem à Qualecbeoi *Vina Capura* diſtat.

VSVB arboris Gummi ferentis quo Indi corpus iungant, meminit Theuetus in Francia Antarct.

TACAMAHACA ex India Orientali habetur, & vulneratà magnâ populo æquali arbore profluit: magnique eſt vſus ad iniunctiones per affectus.

De ACACIA, GVMMI ARABICO & aliis quibuſcunque Succis, Gummi & Lachrymis ſuo quoque loco.


ICONVM

CLASSIS IX. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE STIRPIVM CLASSIS X.

DE ARBORIBVS ET FRVTICIBVS SCOPARIIS.

MYRICA ſiue TAMARIX: Germ. *Tamariſckenbaum*: Gall. *Tamariſque*: Ital. *Tamarice*.



ARborem ſatis cognitam, apud pigras aquas naſcentem, vocat Dioſcorides. Amphibion verò dicit Theophraſtus, quòd non ſolùm inter aquatiles recenſenda ſit, ſed etiam copioſa ſit in deſertis. Inconſtans Plinius in Satiuam & Syluestrem diſtinguit, ac mox fructum ferre ait Gallæ ſimilem: mox lignum eius infœlix vocari, quòd nec fructum nec ſemen ferat.

Recentiores, aliam *Satiuam* faciunt, quæ procera ſit & arborea: aliam *Syluestrem*, quæ humilis & fruticoſa, & diminutiua voce; *Tamariſcus* dicatur: hancque rurſus ſubdiuidunt, vt mox dicetur. Frequens arborea hæc Tamarix in Gallia-Narbonenſi habetur, tum iuxta flumina, tum procul ab illis: Lutetiæ, Mõſpelii, & in Belgio vidimus in hortis.

TAMARIX MINOR, ſiue FRVTICOSA, Tamarix GERMANICA dicta.



DVplex huius inuenitur genus: *alterum* ſolidiore ligno & foliis tenuioribus, *alterum* foliis latiuſculis & ligno minùs ſolido. Sic duo Tamaricis genera ſtatuebat Theophraſtus, vnam ligno valido, alterum imbecillo. Illud quidē copioſè ad Rhenum Argentorati naſci ſcribit Cordus, hoc in Danubii ripis.

Humidiores & lapidoſos amat Tractus, & cœlum hortenſem haud facilè recipit, niſi ad aquas collocata. Vidimus Nos vtrumque genus variis locis, circa profluentes amnes & paludes: Geneuæ, Tiguri, Lugduni & Patauii. Floret Maio & Iunio.

Hanc verò ab arborea nonnulli diſtinguunt, quòd flores habeat papposos, arborea minimè: ſed rotundos, exiguos, puniceos.


TAMARIX ÆGYPTIA, DOMESTICA SEV ſatiua, Gallifera.



Hanc ad magnæ Oleæ altitudinem excreſcere ſcribit Alpinus, & fructum eius Nucem iuglandem magnitudine æquare. Dioſcorides ſatiuā ſiue vrbanā nominat & fructū proferre ait Gallis ſimilem.

Cæterùm abſtergentis & incidētis facultatis eſt Tamarix, & aliquid adſtrictionis habet. Viſcera ab obſtructionibus liberat, & foliorum decoctum colluto dentium dolores ſedat. Lienoſis conducūt omnes huius arboris partes, fructus, folia, flores, cortex, lignum & ligni cinis, bibuntque illi vtiliter potionē in vaſis è ligno confectis: vnde etiam Sues in vaſis ex eo paratis, cibū ſumere conſuetos, liene carere ſcripſit Plinius. Virgarum vi vaticinatos Antiquos teſtatur Dion.

ERICA vel ERICE: Germ. *Heyden*: Belg. *Heyde*: Gall. *Bruyere*: Ital. *Erica*.



Erica Dioſcoridi eſt arbor fruticoſa, foliis Myricæ, ſed multò minor. Eius autem variæ obſeruantur differentiæ: à magnitudine, foliis, floribus & fructu deſumptæ. Sic alia humilis eſt, alia arboreſcens: alia foliis ternis, alia quaternis: quibuſdam hirſuta ſunt & tomentoſa, aliis non: quibuſdam flores albi, aliis purpurei, herbacei, &c. ac nonnulli tandem baccas ferunt, aliæ non. Eam hic pingimus quæ humilis eſt & folio ſemper virente: flore verò vel purpureo, vel albo.

Iunio, Iulio & Auguſto floret, locaque amat inculta & ſolitudines: in Pannonia frequentiſſima, atq; inter Montbelgardum & Beffordiam, & rurſus inter Montbelgardum & Porentrotum.

ERICA FOLIO CORIOS, FLORE ALBO.



Myricæ folio non reſpondet hoc Ericæ genus, vt nonnulla alia: ſed Corio foliorum forma & ſitu admodum æmolatur. Iſtius autem generis multæ ſunt ſpecies, magnitudine, & foliorum ac florum forma & colore plurimùm differentes.

Naſcitur, authore Cluſio, in Luſitaniæ ſolitudinibus: floretque Nouembri, Decembri & Ianuario.


ERICA FOLIIS CORIDIS MVLTIFLORA.



An Camerarii Erica maior & procerior Italica? An Peñæ & Lobelii in aduerſ. Erica maior Narbonenſium, Coamępytios foliis? an eandem in Obſeru. Erica Iuniperi folio denſè Fruticans Narbonenſis?

Cęterùm non contemnendæ ſunt Ericę vtilitates. Florum decoctum ventris & lũborum dolores lenit. Foliorũ & florum ſuccus, oculis imbecillibus inunctus, iis confert. Aqua è floribus deſtillata colicam ſedat, & rubarem oculorum tollit. Manè & veſperi tepidè per 30. dies bibita, ad veſicę calculos comminuendos & expellẽdos valet. Suntque qui è recentibus floribus balneum ſudatorium adornent ad podagram & paralyſin. *Plura in ſequ.*


ERICA ARBORESCENS, FLORIBVS LVTEOlis, vel herbaceis, minimis.



Fruticoſa eſt, duorũ cubitorum altitudine & nonnunquã amplior, *ligno* fragili, *foliis* tenuibus & minoris, *flore* cæteris minore, coloris herbacei: ac nonnunquam extremis ramulis *capſula* ex multis foliis Obſeruauimus Noe in ſylua *Aigremont*, prope Monſpelium, atque etiam in Italiæ monte Apennino, inter Florentiam & Bononiam.

Inter Ericę autem vtilitates meritò numeratur, Ericeta in vaſtis ſolitudinibus ouium gregibus pabulum præbere: nonnullisque in locis, Ignibus fouendis, lignorum prębere vicem: & ex ea fieri ſcopas ad mundandas ędes: Quin ſiccam etiam Ericam Ouium greges ſaluberrimo pabulo nutrire, eaſque à pulmonis, lienis, iecorisque obſtructionibus pręſeruare.

ERICA ARBORESCENS MONSPELIENSIVM, flore purpuraſcente.



Cuticulâ tenui cineraceâ inueſtiti ſunt *rami*, terni, ac ſępe maioribus circumpoſiti: *foliis* non vbique prædíti, iis tamẽ Corrudę ferè ſimilibus, longiuſculis, tenuibus, deciduis: in ramulorum extremitate *flores* ex cęruleo purpuraſcentes ſatis magni.

In Galliç Narbonenſis mõtibus circa *Gangem* & *Eſperon* frequentiſſima eſt, & floret Octobri. Incultis Luſitaniæ locis circa Vlyſſiponem frequentem reperit Cluſius, florentem Decembri.

ERICA BRABANTICA, FOLIIS QVATERNIS.



Pedalibus ſolummodò fruticat *virgis*, tenuibus, nigricantibus: frequentibus eas cingentibus *foliis*, quaterno ordine diſpoſitis: ſummis ramulis hęrent *flores*, coloris dilutè purpuraſcentis, Lilii conuallium floribus ſimiles, ſed oblongiores, nec adeò ventricoſi.

Plęriſque Brabantię & Gueldrię locis creſcit, Floretque Vere & Autumno. An Lobelii in Obſ. Erica pumila altera Belgarum? an Hiſtorię Lugd. Erica humilis, ex qua Scopę fiunt?

ERICA PARVA, FLORE HERBACEO.



Pedalem rarò ſuperat altitudinem, & magna ex parte humi procumbit: *folia* crebra, latiuſcula, glabra: *flores* puſilli, herbaceo colore prędíti: *radix* dura & lignoſa: ramulis verò viridia adnaſcuntur *capitula*, è latioribus foliis cõpacta, capitulorum Thymi modo.


In Heluetię & Rhętię alpibus obſeruauimus, & inde allatam progi curauimus. Floret Maio & Iunio, tunc temporis aſpectu iucundiſſima.

Erica Anglicana parva, capitulis hirſutis.




Ericæ nomine ſiccam hanc plantam ex Anglia accepimus. Tota pulchella eſt, vix dodrantalis: *rami* tenues, multi: *folia* admodum breuia, crebra, in ambitu hirſuta: ex modicis interuallis, ceu geniculis, terna vel quaterna: in ſummitate *capitula* hirſuta.

Erica peregrina Lobelii.



In penſilibus Belgij hortis hanc ab Ericæ ſpeciem ſeruabit Lobelius: cæterarum illa fruticoſa eſt, *folijs* longiuſculis, & circa ramos *floſculis* purpurantibus, quaternis foliolis conſtantibus. Vnde delata fuerit, ignorauit, ac propterea peregrinam appellauit.


Erica baccifera Matthioli.



De ſua verò Erica baccifera hæc tradit Matthiolus. Planta eſt, inquit, in montibus naſcens qui Bohemiam à Sileſia diſterminant, & à quorum fontibus Albis fluuius originem ducit. Humi procumbit, & latas occupat areas, folia ferè Ericæ vulgaris: flores videre non licuit: baccas verò fert in purpura nigricantes, iuniperinis ſimiles, ſed minores, &c.

Cluſius in Pann. *Ericam Cori folio primam* inſcribit: atque in celſiſſimarum Auſtriæ & Stiriæ alpium iugis prouenire, ait: & florere Iunio. Perperàm verò Ericam hanc bacciferam Matthioli cum Vacciniis paluſtribus confundunt Pena & Lobelius, atque etiam Schvvenckfeldius.

Erica baccifera Lusitanica Clusii.



Cubitalibus aſſurgit *ramulis*, fragilibus, nigriore quàm cæteræ cortice: folia quoque iis ſimilia, ſed nigriora & craſſiora, trino ordine circa ramulos diſpoſita. *Fructus* tum formâ tum colore obſcuriores vniones refert, at eſt ſucculentus ac acidulus. An floreat non ſatis conſtat, negant locorum in quibus prouenit incolæ, fructumque paulatim donec matureſcat, intumeſcere aiunt. *Hæc Cluſius.*

In ſola Luſitania reperitur, fructumque Septembri & Octobri maturat, qui à pueris & mulierculis expetitur, ſiticuloſis præſertim febrientibus pergratus & vtilis.

Arborem *Camarinhara* vocant, fructum verò *Camarinhas*. Amatus in Dioſcor. Arbor dicitur *Acacalis*.

CLASSIS X. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE
STIRPIVM
CLASSIS IX.

CONIFERAS ET RESINIFERAS ARBORES CONTINENS.

Abies foemina: Germ. *Thanenbaum*: Belg. *Dannenboom*: Gall. *Aues*, *Sapin*: Ital. *Abeto*.



ABietis nec Dioſcorides, nec Galenus uſquam in arborum cenſu meminerunt. Plinius, Ruellij judicio, eam cum Palma confundit. Theophraſto vero Abies quædam *Maſcula* eſt alia *Fœmina*: differuntque inter ſe plurimùm. Mas enim folia acutiora, magis pungentia & magis flexa, materia lætior, durior ac medullà ſeſſior, totaque arbor criſpior videtur & aſpectu deterior: præterea Mas pauci nuclei parte priore inſunt. Fœminæ nulli omnino.

Montium ferè propria eſt, in coruq; umbroſis & apricis fœliciter provenit. Pulcherrimas habent vaſtæ Germaniæ provinciæ altiſſimas Virgines, materiæ firmitate pig[illegible] ſyva Hercynia ſylva. *Plura in Appendice.*


Abies Foemina cum ramis, nucamentis, Floribus, Iulis, Conis, Squammis & Seminibus.



Illorum omnium faciem & generationis modum graphicè hic exponere non permittunt ij quos Nobis præfiximus cancelli: pinxiſſe ſufficiat, reliqua ex Hiſtoria noſtra magna petantur. Tantùm de *uſu* & *viribus* aliquid.

Ædificiis optima Abies, & quidem vetuſtiſſima, modo carioſa non ſit: ad tabulas pictorias etiam eſt peruttilis: ſed navibus præſertim ob levitatem optiſſima: atq; ex prælongis illis quæ ex Helvetia & Rhetia per Arolam & Rhenum in maria tranſportantur, proceriores fiūt mali. Conis in deſperata fame factum augeri author eſt Struppius. Reſina calida & ſicca eſt ordine tertio: atq; ſive intus aſſumpta, ſive ad extra adhibita, ad Terebenthinæ facultates proximè accedit.

Picea Latinorum: Germ. *Schvvartz Thannenbaum*: Gall. *Piſſe*, *Pet*, *Garipole*: Ital. *Pezzo*.



Piceam Latinorū eſſe Theophraſti *Abietem maſculam* apud doctos convenit. *Piceam* autem Latinorū *Peucen* Græcorum, de qua mox, non eſſe, ſatis etiam eſt cognitum Tragus, qui Abietem in Candidā & Rubram ſeu Nigrā diſtinguit, fœminam Candidam facit, hanc vero rubram ſeu Nigram.

Montes amat atque frigora, ut ait Plinius, feralis hæc arbor, quæ olim ad fores funebri indicio ponebatur: Deſcēdit tamen etiam inte dum in planas: in Viennenſi ſaltu frequentiſſimam eſſe ſcribit Clusius, Tigurinas ſylvas hac ſcatere Geſnerus: Nos in Burgundicis montibus, *Franche montagne* dictis, maximā copia haberi obſervavimus. Eſt vero, ſi quæpiam alia, venenatiſſimis Brucis maximè obnoxia.

Picea pumila.



Procera admodum eſt arbor Picea vulgaris: at ejus generis etiā reperiri, quæ nō valdè aſſurgat, ſed pumila maneat, ex Cluſio habemus. Dalechāpij eſt *Pinus Tubulus* vel *Tebulus*.

Cæterùm tecentiores utilia ſūt Piceę folia, drachmę pondere ex aqua mulſa pota. Piceis arboribus conſitæ ſylvæ phthiſicis, atque iis qui ex magnis convaleſcūt ægritudinibus, utiliſſimę ſūt eademque hodie conferunt cōmoda, quæ olim navigationes in Ægyptū. Sed Piceæ arboris rara & laxa eſt materies: atque ob id tubis ad aquarum ductus, aliiſue rebus & inſtrumentis conficiendis, haud æquè idonea ac Larix atque Abies. Gignit etiam Picea Reſinam: ſed denſam & obduram plerūque, rarò liquidam, eiuſque virtutes eædem quæ Abietinæ.

TAXVS


TAXUS: Germ. *Eibenbaum*: Belg. *Ibenboom*: Gall. *If*: Ital. *Taſſo*.



Perpetuæ frondis eſt arbor, procero ſtipite, Abieti & Piceæ ſimilis, ſed ab vtraque certis notis diſtincta. Plurimi duplicem faciunt, *Marem* & *Fœminam*: utramque noxia eſſe fructu ſit, ac lethales habere baccas: repertum verò innoxiam fieri, ſi clavus æreus in ipſam arborem adigatur. Dioſcorides *Smilacem* vocat, et valdequàm lævis eſt Smilacis ſignificatus, & multùm differt Theophraſti Smilax, quæ eſt glandifera arbor, ab hac Dioſcoridis Smilace.

Montibus propria eſt, & in planis naſci nequit. Reperitur, vt ſemel dicamus, in Italia, Gallia, Germania, Anglia, Helvetia & Hiſpania, ac vmbroſis gaudet. Tardiſſimè germinat, fructum verò maturat Septembri.

TAXI ALIA ICON, FLORES, FRUCTUS ET alia ſpeciatim exprimens.



Calidæne an frigidæ ſit Taxus temperamenti, inter Scriptores nondum ſatis convenit: frigidæ eſſe ſtatuunt Dioſcorides & ejus ſectatores, quod iiſdem remedijs ejus venenis, quibus Cicutæ, occurrendum eſſe aiant, inter quos Camerarius, Pena & Lobel, ac Wierus. At vbique noxiam eſſe volunt ceteri plerique omnes, à quorum etiam partibus quotidiana ſtat experientia. Febribus enim ac alui profluvijs tentantur qui baccas edūt: aves atrauitæ redduntur, & facilè capiuntur. Ligni materiæ quòd rubeſcat cum plurimis intercurrentibus venis, atque incorrupta ſit, à lignarijs fabris maximè expetitur, concinnandis præſertim haſtis, telis, menſis, atque etiam hypocauſtis.

PINUS: Germ. *Fiechtenbaum*: Belg. *Pinappelboom*: Gall. *Pin*. Ital. & Hiſpanis *Pino*.



Pinum, quæ Græcorum *Peuce* eſt, non *Pytis*, vt perperàm exiſtimarunt nonnulli, Theophraſtus in Vrbanam & Sylveſtrem diſtinguit: & hāc rurſus vel Fœminam facit, vel Marem, vel tādem ſterilem, vnicuique proprias aſſignās notas. Aliter diſtinxerunt Recentiores, vt ex ſequentibus patebit. Nos Pinum vulgatiſſimam *Sativam* & *Domeſticam* dictam, hic pingimus, cui *oſſicula dura ſunt ac folia longa*.

Amat locū gracilem & maritimū: ac in montibus & inter ſaxa, vaſtior ac procerior invenitur. Proprium autē illi eſt, vt ſalſo ſolo latiſſimè fruticet, quemadmodum ex amœniſſimo prope Ravēnam *Pineto* apparet. Colitur in Gallia, Belgio & Italia, in Germania haud frequens admodum. *Plura in ſequētibus*.


PINUS CUI OSSICULA FRAGILI PUTAMINE, ſive Cembro.



Hanc Simlerus & Geſnerus cum Pino propriè dicta & vulgari confundit. Matthiolo dicitur Pinus ſylveſtris *Cembro*, *Cembro* & *Cirmoli* vulgò vocata. Pinaſtrum & Pinum ſylv. vocant etiam, Monſterus, Bellonius, & alij: Germani *wild Fiechtenbaum*: Galli *Pin ſauvage*. Pini autem vulgaris breviora ſunt huic folia: & Coni etiam minores quàm Pini: & hoc etiam commune habet cum conis abietis, quod ſquamæ facilè à pediculo divelluntur. Pityides autem bina aut vna ſingulis ſquamis occultantur, dimidio minores quàm Pini domeſticæ: oſſe triquetro, cui binæ rubente, tenui & fragili, &c.

Alpigena eſt arbor, apud Tridentinos & Allobroges haud infrequens.

PINUS SYLVESTRIS VULGARIS, Pinaſter & Teda.



Varijs locis ſpōtè provenit Pinaſter ſeu Pinus Sylveſtris, ac præſertim in Alpibus: frequētiſſimā autem prope Florimōtium, & circa Beffordiā & Raupach, obſervavimus. Magno verò ducūtur errore qui, cum Plinio, *Tedam* Coniferarum particularem ſpeciem, & ſui generis arborem faciunt. Eſt enim *Teda* propriè dicta Piceæ, Laricis, & peculiariter Pini Sylveſtris, proprium morbus, quo arbores illæ in Tedam converſæ dicūtur, cū in non modò cor, ſed reliqua etiam ſubſtantia in pinguedinem mutatur.

Ceterùm ex Teda faces fiūt, & fuligo ad atramētū librarij efficitur: cuius infernitus aceto decocta colluens dentium dolores ſopit. Emplaſtris verò addita anthracibus peſtilentialibus eſt percommoda.

PINUS SYLVESTRIS, MUGHO, ſive *Crein*, Pinaſter repens.



Arbor quam *le Crein* vocant in Burgundia provenit in montibus quos *Franche montagne* vocant. Parva eſt & pumila arbor, reſpectu aliarum reſiniferarum arborū, & montium inferiora loca occupat. Pini teda ad faces vtuntur, licèt rariùs, quia minùs pinguis.

An Matthioli Pinus *Mughus*, *Mugho* vel *Mughe*, in Tridentinis Ananienſibúſque montibus creſcens? an Pumilione, Dodonæus Gallicus, Lobelius, Tabernæmontanus & Camerarius, ſylveſtris Pini, & repentis atque humilis Pinaſtri, etiam meminere, ac *Pinum Mughum* inſcribunt, Appiani Tabulæ?

PINASTER AVSTRIACVS MAIOR, ALBVS & Niger.



Hunc pingit & deſcribit Cluſius, duûmque ait eſſe generum, adeò inter ſe ſimilium vt pauci, niſi materiæ cenſores, diſcernere queant. Alterum tamen lætiore & erectiore eſt caudice, leviore cortice & maiore conꝰ, Auſtriacis *weiſſe Ferenr* dictum. Alteri minores coni, contortus caudex, & triſtiora omnia, *Schwartze Ferenr* vocant. Provenit vtrumque in Pannonicis & Auſtriacis montanis locis. Quãtùm differat à Pino noſtra ſylveſtri antè deſcripta, vel an eadem, perpendendum. Ex eo, tam nigro quàm albo conficiuntur aſſeres, ſcandulæ & vinearum pali.


PINASTER AVSTRIACVS TENVIFOLIVS.



Creſcit, eodem Cluſio authore, ad nonnullorũ Auſtriæ montium radices, in ſcopulis.

Vacavit hoc loco Pini & Pinaſtri vſus & facultates in genere lubet adſcribere. Cortex authore Dioſcoride, adſtringendi vim habet, & tritus inſperſus intertrigines, ambuſta, & vlcera in ſumma cute ſanat: ſuffitus, fœtus & ſecundas ejicit: potus, alvũ ſiſtit & vrinas movet. *Folia* trita impoſita, inflammationes mitigant, & vulnera ab inflãmatione præſervant. Trita & in aceto cocta, dentium dolores leniunt, ſi calidè colluantur. *Tæda* in minutas partes conciſa, ſi illa in aceto coquantur, quod ſuprà iam dictum, colluta dentium dolores mitiget. *Plura in ſequentibus.*

PINASTER PVMILVS, OMNIVM MINIMVS.



Humanam altitudinem vix excedit hic Pinaſter, quẽ ſe in ſolo Murciano regno reperiſſe ſcribit Cluſius: Lobelius verò à Gallo provinciæ Pinaſtro humili minimè differre ait.

Cæterùm, vt in *Pini & Pinaſtri virtutibus* enarrandis pergamus, Pini nuces phthiſicis & langueſcentibus ſunt commodiſſimæ: fit enim ex ijs Pineolatũ polytrophon gratiſſimũ pectoris diuturnis vitijs, tuſſiculoſis, macilẽtis, atq; in veſicæ eroſionibus & renũ calculo, pervtile. Aqua Strobilorum Pini delet faciei rugas. Impedit mammarũ incremẽtũ, & matricis collũ conſtringit. Fit & ex ijs vinum, docente Dioſcoride. Præſtantq; eadẽ, atq; etiam valentiùs, Pinaſtri Cortex, Folia, & Nuces: ſed Nuces edendo non ſunt.

PINVS SYLV. MARITIMA, CONIS FIRMITER ramis adhærentibus.



Coni huic ex adverſo bini, deorsũ nutantes, craſſo lignoſo pediculo firmiter hærentes quo nomine ab alijs Pini & Pinaſtri ſpeciebus differt.

Pini materia maximè commendat Theophraſtus, & ad ædificationem vſum ſpectabilem eſſe ait, laxitatis & rectitudinis meatuum causâ, & quòd nullo pacto findi poſſit, ſi glutine muniatur. Quin & ex ea fieri navigia rotunda, quoniam non putreſcunt, firmiſſimo exiſtente ligno adverſus cariem & tineas.

Reſina, vt reliquæ omnes, ſiccat & calefacit: ac cùm è pinguiſſimis, maximéque ceſinoſis, & in tedam converſis arborum lignis, vi ignis Pix eliciatur: ex Picea & Pino præſertim fit.

PINVS MARITIMA THEOPHRASTI LOBELIO.



Pinus maritima Theophraſti, ait Lobelius, ſtipite, ramorumque & foliorum facie, vndequaque Pinaſtro montanæ perſimilis videtur: ſed Conus phœniceus, brevior, & ſuperne latior: Rami & Caudex nigriores & glabri.

PINVS IDÆA THEOPHRASTI, EIDEM Lobelio.



Facilè hæc, inquit Lobelius, ab alteris dignoſcitur, caudicis & ramorum cortice ſcabro, circa ramos foliorum ſœtura, & majoribus, longioribus, ſpecioſioribusque numeroſis conis. Matthiolo eſt *Pinus maritima alterum genus,*

P

PINEI CONI FACIE FRVCTVS EXOTICVS.



Pediculo minimi digiti ſeſè craſſitudine, tereti, duro atque lignoſo, folia multo incubitu adnaſcuntur, digitum ferè longa, firma, ſubſtantiâ lignoſâ, triquetra: principio anguſtiore, reliqua parte latiora, & faſtigio tenui acuta, numeroſiſque ſquamulis foliaceis, lucentibus nigriſque veſtita. Folia quæ intus deliteſcũt extimis breuiora, & denſiora eorum ſtipata obſepta. Quibus omnibus perpenſis, præſertimque figura, colore, & multo foliorum incubitu, Fructum hunc è longinquis Regionibus allatum, *Pinei coni facie Fructûs* nomine donauimus.

ARBOR LAVENDVLÆ FOLIO.



Ramus hic ex Orientali India allatus, cuius arboris fuerit minimè cognitum: trium pedum longitudinem æquabat, craſſitudinis diametro duarum circiter unciarum erat: eiuſque faſtigium in nodoſum caput nonnihil extuberans deſinebat: è quo ſeſquipedales quinque minores rami proſiliebant, eleganti valde ſerie & ordine diſpoſiti: & in illorum comoſis faſtigiis folia habebant, formâ, colore & magnitudine Lauendulę folia referentia; quę quia ſucci Gummi Elemi quodammodo reſipientis plena, ramo huic locum inter reſiniferas arbores vendicarunt.

LARIX ſiue LAREX: Germ. *Lerchbaum*: Belg. *Lorkenboom*: Gall. *Meleſe*: Ital. & Hiſp. *Larice*.




Theophraſto, Dioſcoridi, atque vniuerſę Græciæ ignota exiſtimatur: nec vſquam eius meminit Homerus, quamvis id aſſerat Plinius. Veteribus etiam Latinis, Palladio, Vitruuio ac Plinio, an probè cognita fuerit, meritò dubitarat, dum Laricem non ardere ſcribunt, & hic peculiariter, ſempiterna habere folia, quod vtrumque falſum.

Frequentem hodie varij nutriunt Tractus: Ambianenſe territorium: vbi Vienne (Auſtriæ) vicini ſaltus & montes: alpes Rheticæ: & Sedunenſium apud Valeſianos regio: & alij loci.

Agaricum, qui concretu fungoſo illi adnaſcitur, hîc pingimus: eius vero vſus & virtutes, vt & reliquam Laricis hiſtoriam in Appendice tradémus.

CVPRESSVS Germ. *Cypreſſenbaum*: Belg. *Cypreſſenboom* Gall. *Cypres*: Ital. *Cypreſſe* & *Cupreſſo*.



Cupreſſum haud magnis laudibus afficiebant Veteres. Caroni dicebatur natu moroſa, fructu ſuperuacua, baccis toruа, folio amaro, odore violenta, materie rara, ac ne vmbrâ quidem gratioſa: & Diti eâdem ſacra. Funeſtam etiam dixêre, eo quod & tardè creſcat, & ſucciſa etiam non repullulet, quapropter funebri ſigno eam ante defunctorum ædes ponebant.

Diſtinguunt in Marem, qui ſemper infœcundus, & Fœminam, quę diu etiam ſterileſcit. In Italia frequens eſt admodum, ſed Cretenſibus præſertim quæſtui eſt. Vidimus etiã Nos Lutetiæ & Monſpelij abundantem, vbi Nuces fert Autumno, quę durant per totam Hyemem & Æſtatem. Adſtringit & refrigerat, ſed Nuces efficaciores foliis.

Plura in Appendice.

CEDRVS: Germ. *Cederbaum*: Belg. *Cederboom*: Gall. *Cedre*, *Cedre du Liban*: Ital. *Cedro*.



Cedrus arbor magna eſt, & abieti haud abſimilis, cuius fructus *Cedrides* vocantur, atque ex qua Pix *Cedria* dicta, colligitur. Theophraſto, Plinio & Galeno, atque etiam Recentiorum pleriſque omnibus, duplex eſt, *Maior* & *Minor*. Falſo vero Matthiolus Cedrum magnam bacciferam cum Dioſcoride ſtatuit: Siquidem conιferam gerere ſic certum. Sciendũmque Cedrũ magnam & Cedrum Libani dictam, quam hîc pingimus, plurimũ differre à Cedro ſimpliciter dicta, & quæ propriè Oxycedros vocatur, de qua mox.

Libani propriè eſt incola, & ibi ſupra rupes naſcẽs, quod mirũ, cùm altiſſima euadat, & tantæ craſſitudinis, vt ſex aut ſeptem homines truncum vix complecti poſſint. Ceterũm incorrupta eſt illi materies.

OXYCEDRVS, CEDRVS PHOENICEA BELLONII, Iuniperus maior.



Iunipero ſimilis & cognatà Cedrus minor: at eius *folia* duplò ſunt longiora, ac etiam latiora, rigida, infeſto mucrone pungẽtia: *baccas* duplò aut triplo Iuniperinis maiores, coloris, non vt illæ cærulei, ſed ruffi: ſapore tamen & odore ſimili. Errant qui Iuniperum maiorem vocant: reclamant enim, vt dictum *fructus* magnitudo & color. *Phœniceam Cedrum* inſcripſit Plinius: pleriſque omnibus Recentioribus dicitur *Oxycedrus*.

Prouenit in nonnullis Italię pleriſque Hiſpaniæ, & aliquibus Galliæ Narbonenſis prærupti locis: atque ex eius lignis aſſulatim conciſis Maſſilienſi agro paſtores & ruſtici, nigrum & fœtidum liquorem oleoſum eliciunt, quem *Hoile de Cade* nominant, Hiſpanis *Miere* dictum.

CEDRVS, SEV OXYCEDRVS LYCIA, Maſſilienſibus *Moruine* dicta, Auenionenſibus *De cade, ſerbin*.



Spinoſa eſt interdum, aliàs non ſpinoſa: quia vero obtuſa ſunt folia, Lyciam Cedrum teruſam, inſcripſit Bellonius. Quibuſdam dicitur Sabina baccifera, ſed perperàm, & quidem à Sabina odore & forma plurimùm differt: alij Thuïam Maſſilienſium eſſe putant. Iiſdem autem locis quibus præcedens provenit, circa Maſſiliam præſertim & Avenionem frequentiſſima.

In Hiſpania Viſcum obſervavit Cluſius in ramis Oxicedri. Ex Cedro verò phœnicea, Oxycedro, atq; etiam ex Iuniperu Gummi quoddam exudat, quod *Vernicem* appellant, eſtque *Arabum Sandaracha*. Calefacit & ſiccat primo gradu deſtillationes ſuſpendit, menſium profluvia ſiſtit, ac variis modis adhibitum dentium dolores ſedat.

IVNIPERVS VVLGARIS: Germ. *Weckholder*: Belg. *Genever*: Gall. *Geneure*: Ital. *Ginepro*.



Iuniperus vulgaris alia Major eſt, alia Minor, ſolaq; magnitudine differunt. Aliter etiā diſtinguuntur, quod ſcilicet alia *baccas* ferat, alia *flores* tātùm: & hæc *Fœmina* vulgò dicatur, illa *Mas*. Quæ autem fructum fert, non ſterilis: & eidem ſpina pro folio eſt.

Variis locis paſſim abundat. Maio mēſe floret, poſt florem baccæ prorūpunt exiguæ, viride, quæ altero demum anno, appetente Autumno, quod illis maturitas tempus eſt, cæruleo tinguntur, & ſi in tertiū ſerventur annum, trium annorum fructus dicuntur.

Baccæ calidæ ſunt in tertio, & ſiccæ in primo ordine: atque Iuniperi in vſo ſunt *fructus, virgulta, rami*: nec non etiam totum *lignum*: hæc poſſent vtilitates eius ſatis explicari.


IVNIPERVS MAXIMA ILLYRICA.



Hanc ſic inſcribunt Pena & Lobelius, tum in Adverſariis, tum in Obſerv. & Icon. Plant. Tabernæmontano eſt *Iuniperus maior Illyrica*. Hiſtoriæ Lugd. ſimpliciter *Iuniperus maior*.

Quod verò ait Dioſcorides, Maioris Iuniperi fructū Nucem Ponticam magnitudine interdum æquare: imò etiam nonnunquam ad Nucis Iuglandis magnitudinem grandeſcere: id nondum in noſtra Europæo Orbe obſervatum.

IVNIPERVS ALPINA, SELAGO.



Iuniperi alpinæ ramulos quos ex Delphinatu accepimus: hic pingimus. Similem habet Cluſius in Pannon. & Hiſt. poſt an *Plinij Selago*?

Cùm autem Iuniperi virtutes haud facile eſſe omnes recenſere ſuprà diximus: aliquid etiam de eius noxis annotabimus. Vnum in hac arbuſcula fugiendum deteſtandumque. *Vmbra* ſcilicet, vnde Virgilius.

Surgamus. ſolet eſſe grauis cantantibus vmbra.
Iuniperi grauis vmbra, nocent & frugibus vmbra.

SABINA: Germ. *Sevenbaum*: Belg *Sevenboom*: Gall. *Savignier*: Ital. *Sabina*.



Perpetuus comæ viror Sabinæ eſt, quæ humilior ſēper in latum magis quàm in altum proficit: vnde nonnulli Herbam appellare non dubitarūt, alii Fruticem: quamvis nec herba ſit, nec frutex, ſed iuſtæ ferè magnitudinis arbor.

Eius ſpecies duas faciunt Dioſcorides & Plinius: Vnā, foliis ſimilem Cupreſſo, ſed ſpinoſiorem, graveolentem, acrem & fervidam. Aliam Myricæ foliis ſimilem. Recentiores alias obſervārunt differētias: & aliam Marem aliam Fœminam dicunt: quandam ſterilem aiunt, aliam bacciferam ſeu fructiferam, & tādem quandam folia minimè ſpinoſa habere aiunt, cæteris omnibus ſpinoſa tribuunt. Nos bacciferam foliis non ſpinoſis hîc pingimus.

SABINÆ ALIA ICON, SABINA STERILIS; foliis ſpinoſis.



Sabinum nomen vbique retinere ſcribit Ruellius: idque illi à Sabinorum regione, in qua olim abundarit, inditum volunt nonnulli. Hodie in cultoribus hortis vbique habetur. Veronæ duas magnas Sabinæ vidimus arbores, & alias variorum animalium figuras exhibentes, nec v[illegible] alibi pulchriores. T[illegible] ſpontaneam cum mul[illegible] ets, foliiſque partim ſp[illegible]ſis, partim non ſpinoſis.

Cæterùm Sabina tertij eſt ordinis iū excalfacienti[illegible] exſiccantium, ex numer[illegible]rum quæ vel maximè ten[illegible] ſunt partium. Menſes pro[illegible]cat, fœtus extrahit, vlcera [illegible]pentia ſiſtit &c. An *Sela*[illegible] nij? An Ruellij *Bruter*, [illegible] ſoli Oſiconi cognitæ?

Arbor vitæ, ſiue Paradiſiaca : Germ. *Baum des lebens* : Gall. *Arbre de vie.*



Arbuſcula eſt admodum odorata, ad Sabinã plurimũm accedens, perpetuiſque. vt illa, viroris: floribus Cupreſſi, & conos oblongos ferens, nõ baccas, vt perperàm ſcripſit Geſnerus. Lignum verò habet à carie, teredine, vermibuſque alienum, nec vllo æuo corruptioni obnoxium, vnde fortè illi nomen. Hæc ex Canadæ Septentrionalis Americæ prouincia in Orbem noſtrum non pridem fuit allata, atque hodie in nõnullis cultioribus hortis habetur: vt noſtrũ curâ in Mõtbelgardẽſi. An *Thuia* Theophraſti? An *Bruta* Plinij? An Sabinæ genus exoticum? An Peruanæ regionis arbor, cuius reſina defunctis illita, vel roſtillata, cadauera à putredine vindicat?

Abhel, Thuia, Theophraſti, Cedrus Atlantica, Bruta Plinij.



Fructum, *Abhel* nominatum Orienti notiſſimũ hic pingimus, qui pilulã Cupreſſi magnitudine æquat, coloréq; eſt è rufo in nigrũ decliui. atque ex arbore ſui generis, Cupreſſo ſimillima, decerpitur. Cùm hodierna die minimè ſit cognita Theophraſti Thuia, niſi ex ipſiuſmet hiſtoria: Eam arborem fructum *Abhel* ferentem fortè eſſe exiſtimarunt Guillandinus, Cluſius & Camerarius. Et rurſus Thujam Theophraſti cũ Cedro Atlantica Veterum vnum & idem eſſe autumati ſunt Anguillara & Matthiolus. An *Plinij Bruta*, de qua ait: Tanta mortalibus ſuarum rerum ſatietas eſt, & alienarum auiditas, vt petant in Hæmaros Arborem Brutam, Cupreſſo ſimilem, &c.

Thus, Olibanum : Germ. *VVeyrauch* : Belg. *VVieroch* : Gall. *Encens* : Ital. *Incenſo.*



Thus & *arborem* ſignificat & *lachrymam*, ac interdum ſine h. ſcribitur, quaſi à tunſione glebis ſit illi nomen inditum. Galeno Arbor dicitur Libanus, lachryma Libanotos, at Euripidi Lachryma Libanos, Arbor Libanotos.

Arborem Veteribus haud ſatis fuiſſe cognitã ex Plinio conſtat: alijs Pyri, alijs Lentiſci, alijſq; Terebinthi folia illi tribuentibus: nec dum hodie de eius natura & facie inter Scriptores amicè cõueniunt: Cæſalpino *Thuris arborem* neminẽ ex noſtris vidiſſe pertinaciter aſſerente, ſolumque Theophraſtum apud Antiquos deſcripſiſſe, Guillãdino Abietes in Arabia Thure manare ſtatuente: Theophraſto, Dioſcoride, Plinio & Neotericis, ſui generis arborem pronunciantibus.

Thuris folium cucullatum.



Specioſum, cucullatum & canaliculatum, hoc folium, quod è Florida adferri ſolet; pingunt etiam Aduerſaria & *Thuris limpidi folium* inſcribunt. Theuetus ex quo noſtra Icon deſumpta eſt, non ſolùm Arabiam, vt volebant Priſci: Sed multas etiam alias regiones, Thuris eſſe feraces ſcribit, & quibuſdam in locis tã vulgares eſſe arbores, quã ſint Aurantiæ Mali in Galliæ Prouincia: ex iiſque quaſdam LX Thuris ferre libras, præſtantiſſimum autem ex Arabia haberi. Sed, cur ille arborẽ Pino aſſimilat & aliter pingit. Garcias humilem facit, & folia Lentiſco ſimilia illi tribuit: Montanam aliam ſtatuens, quę optimum Thus ferat: alteram verò in planis naſcentem, quæ nigrum & improbum.

Bdellium : Germ. Belg. Gall. & Ital. *Bdellium* : Arabibus *Mechel*, *Mechil*, *Molochil*, & *Molochal.*



Bdellium, authore Dioſcoride, Lachryma eſt Saracenicę arboris. Galeno authore naſcitur in Arabia, India, Media & Babilone. Figura noſtra eſt ex Lobelio: Quid autem ſit Bdellium, atque an verum & genuinum hodie habeatur, acriter inter Scriptores diſputatur. Quidam Myrrham legitimam, alij Animę veram, alij aliud, eſſe arbitrãtur. Quicquid ſit, ſi Matthiolo habenda fides, rarum eſt admodum, & ad oſtentationem tantùm, vel reprobati normam, in Officinis aſſeruatur: Curatrix verò indice, Bdellium, & re & nomine, retinent Officinæ: ſed *Saracenici* apud Dioſcor. *Bactriani* apud Plinium, & *Arabici* ac *Scythici* apud Galenũ, nomina exoleuerunt. Plura in ſequ. pagina.


Styrax arbor et lachryma : Germ. Belg. & Gall. *Storax* : Ital. *Storace.*



Styrax arbor caudice & folio Malo Cotoneæ eſt aſſimilis: floreſque habet Arãtij, candidos: fructum Auellanæ magnitudine, æqualem & incanum, cũ lignoſo buxei coloris oſſiculo. Syriæ & Paleſtinæ propriè arbor eſt, quæ tamen in Zena Indorum inſula etiam frequens perhibetur. Venetiis, Romę, variiſque alijs Italię locis habetur, ſed Lachrymam non fert, vel paucam admodum. Nos Montbelgardi in S. P. horto arbuſculas habuimus ex nucleis natas, ac vidimus etiam Baſileæ.

Ex Styrace arbore manat Styrax Lachryma, ſuper quã vt & ſuper Bdellij Hiſtoria, conſulatur tum Hiſtoria noſtra magna tum ſequ. pagina.

LIGNVM EXOTICVM : ETTALCHE. CONIFERA NVX MINIMA.



Quod hic pingimus lignũ habet & deſcribit Cluſius: durúmque fuiſſe ait, graue, ſit mam & Maſtichen redolens, atque ex Americana arbore ſomptum, à qua Reſina, Picis modo elicitatur, atque in eaſdem vſus, quo nomine locum hunc ſibi vendicauit.

An *Ettalche*, Iunipeti foliis magna arbor, ſpinoſa, & Maſtichi ſimile Gummi emittens, quo, ob odoris & coloris ſimilitudinem, Africani Maſtichen adulterant: ac cuius Lignum in Numidia album perhiberui, in Lybia violaceum, & in Æthyopia nigerrimum?

An Catonis Capida?



Conos paruos inter naturalia noſtra adſeruamus, ad Laricis Conos plurimùm accedentes: ſed minores multo, & pediculos habentes craſſos atque teretes, quorum baſi adhærent folia Piceæ, valdè breuia: Squammis verò conſtare Lariceis, tenuibus, latis, ſtriatis: atque inter ſquammas ſemen prouenire foliaceum, vt in Piceæ vel Abietis, appaieт. Laricíſne an alterius arboris ſint Coni, probè Nobis non conſtat.

Sic quandiu per breuitatem Nobis propoſitam licuit, recenſita per excellentiam dicta Reſiniſera Arbores. At quoniam, vel non omnes, vel ſaltem non ſatis, omnium & ſingularum enarrati odoratè ſucci. ſpicilegio facto, nonnullorum cenſu vacuum hunc locum repleuimus.

RESINÆ ſpecies duæ ſunt Liquida & Sicca. *Liquida* tum ſpontè, tum ramis aut caudice vulneratis, ex variis arboribus, ac præſertim Pino & Picea, profluit: & ſi negligentiùs colligendo, lignoſis & lapidoſis admixta reperiatur, *Confuſanea* dicitur: *Sicca* ex earundem arborum corticis rimis, ramíſve abſciſſis prodit, pinguedinis expers & celeriter inareſcens. *Strobolinam* tertiam ſpeciem faciunt nonnulli, ſed perperam, tùm id nomen tantùm habeat, quia circa conos, ſeu ſtrobilos, concreta reperitur.

PIX è pinguiſſimis, maximéque reſinoſis, & in tedam conuerſis, Pini præſertim Piceæque lignis, vi ignis elicitur. Eſt autem *liquida* vel *arida*: & illa vel *Cruda* dicitur, quæ ſcilicet alium ignem non experta eſt, quàm cuius calore fluxit: vel *Bruttia*, quæ fuſca eſt, pinguior & ſpiſſior. *Arida* fit è liquida iterum cocta: & hæc rurſus, vel ad viſci tantùm craſſitudinem cocta eſt, vel igne diuturniore & validiore, arida fragilis ac raſilis redditur.

CEDRIA eſt Cedri Lachryma, pix vel Reſina, quæ, quia authore Dioſcoride, viuentia corrumpit, & mortua corpora conſeruat. *Mortui vita* appellari ſolet. Illi autem reſpondet, Oleum quod ex Iunipero, Fraxino, Cedro, & aliis eiuſmodi lignis conficere ſolent Prouinciales, quibus *Huile de Cade* dicitur: ac quod capitis ſcabiei, pecorumque ſcabiei & vlceribus apprime eſt vtile.

THVS vbi & quomodo gignatur dictum antè: præcipua gratia *Mammoſo*, quando ſcilicet hærente lachryma priore, conſecuta alia ſe illi iungit. Et hoc *Maſculum* dicunt, cùm tamen Maſculus non vocetur, vbi non eſt fœmina. Diſtinguitur autem Thus in *Mannam & Corticem*. *Mannam*, micas concuſſu eliſas interpretatus eſt Plinius, Plautus *Thuris granum*, Hermolaus *Hypoſiſma*. Calefacit & adſtringit placmixtum Thus: & si eadem pollet Cortex, atque etiam efficaciore.

MASTICHE Lentiſcina reſina eſt: & optima in Inſula Chio prouenit *de qua alibi*.

SARCOCOLLA, authore Dioſcoride, Lachryma eſt arboris in Perſide naſcentis, ſimilis Thuri tenui, ſubfulua & amara. Vim autem habet glutinandi vlcera & cohibendi fluxiones.

MYRRHA Lachryma eſt arboris eiuſdem nominis, quæ maximè in Arabia reperitur: & quæ aliquo loco inciſa hanc ipſam lachrymam emittit. Septem eius enarrantur differentiæ, à locis vnde habentur deſumptæ.

STACTE Balſamum non eſt, vt volunt nonnulli, nec Styrax liquida, vt aliis placet, ſed recentis Myrrhæ cum modica aqua contuſæ, & per organum expreſſæ, pinguitudo *Dioſcor*.

BENIOVINVM Gummi eſt vel Reſina à vulnerata *Benivi* arbore manans Eius autem ſunt varia genera, ſed cæteris præfertur *Amygdaloides* dictum. Arbor magna eſt & procera, Citri folia habens, & in Sumatra Orientalis Indiæ inſula naſcens. Cæterùm incognitum fuiſſe Veteribus Beniouinum ex eo conſtat, quod id nec Græci nec Arabes deſcribunt, non enim eſt Auerrhois *Balenzan*.

LIQVIDAMBAR eſt reſina effluens inciſis vaſtæ magnitudinis, pulchris & ramoſis arboribus, quibus Hederacea folia, ac quæ in noua Hiſpania proueniunt. *Oroſol* incolis dictæ. Calefacit, reſoluit, & dolores ſedat: ac maximi eſt in Medicina vſus.

CANCAMVM authore Dioſcoride, Arabici ligni lachryma eſt, Myrrhæ quodammodò ſimilis, ſed viroſi guſtus.

ANIME ET COPAL Synonyma ſunt. Colligitur autem Anime mediocris magnitudinis vulneratis arboribus, non aliter quàm Thus aut Maſtiche: & ab Arabiæ loco in quo habetur, ſi Hermolao credimus, nomen habet. Duo eius genera, molle & durius. Cur verò *Animam* vocet Amatus, neſcimus.

TOCOTGEBIT Indiæ Orientalis arbor eſt, populo ſimilis, ſub cuius cortice naſcitur Reſina Thuri noſtro ſimilis, ſed candidior, quâ iſtic vtuntur vt Thure.

CARANNA Indis & Hiſpanis dicta, Reſina eſt quæ etiam ex vulneratis arboribus colligitur, colore Tacamahacæ, ſed paulò limpidior, odore ſimili, ſed grauiore.

ELECTRVM ſiue SVCCINVM, Arabibus CARABE dictum, apud Dioſcoridem populi arboris eſt Gummi, apud Plinium verò, & cum ſecutos Recentiores nonnullos, ex arbore Piceæ ſimili defluens Reſina. At omnium fermè aliorum calculo, naſcitur è Bitumine, quod è fontibus defluens in mare concreſcit eo quo videmus modo. Eſtque vel *Fuluum* vel *Candidum*: & reperitur in Germaniæ maritimis, procellis in littus prouolutum.

DE BDELLIO & STYRACE, tum arboribus tum lachrymis actum antè.

CAMPHORA inter Orientalis Indiæ dotes numeratur, & eſt Gummi ex arbore populo ſimili, in montibus mari vicinis proueniente, manans. Eius quatuor vulgò recenſentur ſpecies: multùm autem à Qualecbem *Vina Capura* diſtat.

VSVB arboris Gummi ferentis quo Indi corpus inungunt, meminit Theuetus in Francia antarct.

TACAMAHACA ex Indis Orientali habetur, & vulneratâ magnâ populo æquali arbore profluit: magnique eſt vſus ad innumeros per affectus.

De ACACIA, GVMMI ARABICO & aliis quibuſcunque Succis, Gummi & Lachrymis ſuo quoque loco.

ICONVM

CLASSIS IX. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE STIRPIVM CLASSIS X.

DE ARBORIBVS ET FRVTICIBVS SCOPARIIS.

MYRICA ſiue TAMARIX : Germ. *Tamariſchenbaum*: Gall. *Tamariſque* : Ital. *Tamarice.*



ARborem ſatis cognitam, apud pigras aquas naſcentem, vocat Dioſcorides. Amphibion verò dicit Theophraſtus, quòd non ſolùm inter aquatiles recenſenda ſit, ſed etiam copioſa ſit in deſertis. Inconſtans Plinius in Satiuam & Syluestrem diſtinguit, ac mox fructum ferre ait Gallæ ſimilem : mox lignum eius infœlix vocari, quòd nec fructum nec ſemen ferat.

Recentiores, aliam *Satiuam* faciunt, quæ procera ſit & arborea : aliam *Syluestrem*, quæ humilis & fruticoſa, & diminutiua voce ; *Tamariſcum* dicerunt : hancque rurſus ſubdiuidunt, vt mox dicetur. Frequens arborem hæc Tamarix in Gallia-Narbonenſi habetur, tum iuxta flumina, tum procul ab illis : Lutetiæ, Mõſpelii, & in Belgio vidimus in hortis.

TAMARIX MINOR, ſiue FRVTICOSA, Tamarix GERMANICA dicta.




DVplex huius inuenitur genus: *alterum* ſolidiore ligno & foliis tenuioribus, *alterum* foliis latiuſculis & ligno minùs ſolido. Sic duo Tamaricis genera ſtatuebat Theophraſtus, vnum ligno valido, alterum imbecillo. Illud autẽ copioſè ad Rhenum Argentorati naſci ſcribit Cordus, hoc in Danubii ripis.

Humidiores & lapidoſos amat Tractus, & è literam hortenſem haud facilè recipit, niſi ad aquas collocata. Vidimus Nos vtrumque genus variis locis, circa profluentes amnes & paludes : Geneuæ, Tiguri, Lugduni & Patauii. Floret Maio & Iunio.

Hanc verò ab arborea nonnulli diſtinguunt, quòd flores habeat pappoſos, arborea minimè : ſed rotundos, exiguos, puniceantes.


TAMARIX ÆGYPTIA, DOMESTICA SEV ſatiua, Gallifera.



Hanc ad magnæ Oleæ altitudinem excreſcere ſcribit Alpinus, & fructum eius Nucem iuglandem magnitudine æquare. Dioſcorides ſatiuã ſiue vrbanã nominat & fructũ proferre ait Gallis ſimilem.

Cæterùm abſtergentis & incidẽtis facultatis eſt Tamarix, & aliquid adſtrictionis habet. Viſcera ab obſtructionibus liberat, & foliorum decoctum colluta dentium dolores ſedat. Lienoſis conducũt omnes huius arboris partes, fructus, folia, flores, cortex, lignum & ligni cinis, bibuntque illi vtiliter continuò in vaſis è ligno confectis ; vnde etiam Sues in vaſis ex eo paratis, cibũ ſumere conſuetos, lienes carere ſcripſit Plinius. Virgarum vi vaticinatos Antiquos teſtatur Dion.


ERICA vel ERICE : Germ. *Heyden* : Belg. *Heyde* : Gall. *Bruyere* : Ital. *Erica.*



Erica Dioſcoridi eſt arbor fruticoſa, foliis Myricæ, ſed multò minor. Eius autem variæ obſeruantur differentiæ : à magnitudine, foliis, floribus & fructu deſumptæ. Nec alia humilis eſt alia arboreſcens, alia foliis ternis, alia quaternis : cuidam hirſuta ſunt & tomentoſa, aliis non : quibuſdam flores albi, aliis purpurei, herbacei, &c. ac nonnulli tandem baccas ferunt, aliæ non. Eam hic pingimus quæ humilis eſt & folio ſemper virente: flore verò vel purpureo vel albo.

Iunio, Iulio & Auguſto floret, locaque amat inculta & ſolitudines : in Pannonia frequentiſſima, atq; inter Montbelgardum & Beffordiam, & rurſus inter Montbelgardum & Porentrutum.


Erica folio Corios, flore albo.



Myricæ folio non reſpondet hoc Ericæ genus, vt nonnulla alia: ſed Corio foliorum forma & ſitu admodum æmulatur. Illius autem generis multæ ſunt ſpecies, magnitudine, & foliorum ac florum forma & colore plurimùm differentes.

Naſcitur, authore Cluſio, in Luſitaniæ ſolitudinibus: floretque Nouembri, Decembri & Ianuario.


Erica foliis Corios multiflora.



An Camerarii Erica maior & procerior Italica? An Penæ & Lobelii in aduerſ. Erica maior Narbonenſium, Chamæpytios folüs? an eadem in Obſeru. Erica Iuniperi folio denſè Fruticans Narbonenſis?

Cęterùm non contemnendæ ſunt Ericę vtilitates. Florum decoctum ventris & lumborum dolores lenit. Foliorū & florum ſuccus, oculis imbecillibus iniectus, iis confert. Aqua è floribus deſtillata colicam ſedat, & ruborem oculorum tollit. Manè & veſperi tepidè per 30. dies bibita, ad veſicę calculos comminuendos & expellēdos valet. Suntque qui è recentibus floribus balneum ſudatorium adornent ad podagram & paralyſin. *Plura in ſequ.*


Erica arboreſcens, floribus luteolis, vel herbaceis, minimis.



Fruticoſa eſt, duorū cubitorum altitudine & nonnunquā amplior, *ligno* fragili, *foliis* tenuibus & minutis, *flore* cæteris minore, coloris herbacei: ac nonnunquam extremis ramulis *capitula* ex multis foliis Obſeruauimus Nos in ſylua *Aigremont*, prope Monſpelium, atque etiam in Italiæ monte Apennino, inter Florentiam & Bononiam.

Inter Ericę autem vtilitates meritò numeratur. Ericeta in vaſtis ſolitudinibus ouium gregibus pabulum præbere: nonnullíſque in locis, ignibus fouendis, lignorum pręberevicem: & ex ea fieri ſcopas ad mundandas ędes: Quin ſiccam etiam Ericam Ouium greges ſaluberrima pabulo optare, eaſque à pulmonis, lienis, iecorisque obſtructionibus pręſeruare.

Erica arboreſcens Monſpelienſium, flore purpuraſcente.



Cuticulâ tenui cineraceâ inueſtiti ſunt *rami*, teretes, ac ſępe maioribus circumpoſitis *foliis* ono vbique prædıti, iis tamē Corrudę ferè ſimilibus, longiuſculis, tenuibus, deciduis: in ramulorum extremitate *flores* ex cęruleo purpuraſcentes ſatis magni.

In Galliæ Narbonenſis mōtibus circa *Gangem* & *Eſperon* frequentiſſima eſt, & floret Octubri. Incultis Luſitaniæ locis circa Vlyſſiponem frequentem reperit Cluſius, florentem Decembri.

Erica Brabantica, foliis quaternis.



Pedalibus ſolummodò fruticat *virgis*, tenuibus, nigricantibus: frequentibus eas cingentibus *foliis*, quaterno ordine diſpoſitis: ſummis ramulis hęrent *flores*, coloris dilutè purpuraſcentis, Lilii conuallium floribus ſimiles, ſed oblongiores, nec adeò ventricoſi.

Plęriſque Brabantię & Gueldrię locis creſcit, Floretque Vere & Autumno. An Lobelii in Obſ. Erica pumila alteia Belgarum? an Hiſtorię Lugd. Erica humilis, ex qua Scopę fiunt?

Erica parva, flore herbaceo.



Pedalem rarò ſuperat altitudinem, & magna ex parte humi procumbit: *folia* crebra, latiuſcula, glabra: *flores* puſilli, herbaceo colore prediti: *radix* dura & lignoſa: ramulis verò viridia adnaſcuntur *capitula*, è latioribus foliis cōpacta, capitulorum Thymi modo.


In Heluetię & Rhętię alpibus obſeruauimus, & inde aliatam nigri cutauimus. Floret Maio & Iunio, tunc temporis aſpectu iucundiſſima.

ERICA ANGLICANA PARVA, CAPITVLIS hirſutis.




Ericæ nomine ſiccam hanc plantam ex Anglia accepimus. Tota pulchella eſt, vix dodrantalis: *rami* tenues, multi: *folia* admodum breuia, crebra, in ambitu hirſuta: ex modicis interuallis, ceu geniculis, terna vel quaterna: in ſummitate *capitula* hirſuta.

ERICA PEREGRINA LOBELII.



In penſilibus Belgij hortis hanc aliam Ericæ ſpeciem ſeruauit Lobelius: cæterarum ritu fruticoſa eſt, *foliis* longiuſculis, & circa ramos *floſculis* purpuraſcentibus, quaternis foliolis conſtantibus. Vnde delata fuerit, ignorauit, ac proptetea peregrinam appellauit.

ERICA BACCIFERA MATTHIOLI.



De ſua verò Erica baccifera hæc tradit Matthiolus. Planta eſt, inquit, in montibus naſcens qui Bohemiam à Sileſia diſterminant, & à quorum fontibus Albis fluuius originem ducit. Humi procumbit, & latas occupat areas, folia ferè Ericæ vulgaris: flores videre non licuit: baccas verò fert in purpura nigricantes, Iuniperinis ſimiles, ſed minores, &c.

Cluſius in Pann. *Ericam Coris folio primam* inſcribit: atque in celtiſſimarum Auſtriæ & Stiriæ alpium iugis prouenire, ait: & florere Iunio. Perperàm verò Ericam hanc bacciferam Matthioli cum Vacciniis paluſtribus confundunt Pena & Lobelius, atque etiam Schvvenckfeldius.

ERICA BACCIFERA LVSITANICA CLVSII.



Cubitalibus aſſurgit *ramulis*, fragilibus, nigriore quàm cæteræ cortice: folia quoque iis ſimilia, ſed nigriora & craſſiora, trino ordine circa ramulos diſpoſita. *Fructus* tum formâ tum colore obſcuriores iuniperi bacca refert, at eſt ſucculentus ac acidulus. An floreat non ſatis conſtat, negant locorum in quibus prouenit incolæ, fructumque paulatim donec matureſcat, intumeſcere aiunt. *Hæc Cluſius.*

In ſola Luſitania reperitur, fructumque Septembri & Octobri maturat, qui à pueris & mulierculis expetitur, ſiticuloſis præſertim febricitantibus pergratus & vtilis.

Arborem *Camarinhara* vocant, fructum verò *Camarinhas*. Amato in Dioſcor. Arbor dicitur *Acacalis*.

CLASSIS X. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE STIRPIVM

CLASSIS XI.

ARBORES, FRVTICES, ET SVFFRVTICES SILIQVOSI, ET leguminoſis floribus : ſpinis carentes atque ſpinoſi : ac his ſimiles.

LABVRNVM : Germ. *Baumbonen* : Gall. *Aubours* : Ital. *Eghelo*, *Eghano*, *Auornello*.



ARbor eſt fruticoſa, *ramis* brachiatis, cortice viridi, materie candida & dura. *flore* Geniſtellæ, *ſiliqua* Piſorum, *ſemine* vario, duro, læui, ſplendido, renis effigie, & Lentis magnitudine.

Laburnum Plinij eſſe exiſtimãt, Nobiſcum Geſnerus, Dalechãpius, & ex Recentioribus alii nonnulli. Matthiolus vult *Dioſcoridis* eſſe *Anagyrin*, ſed magno errore : reclamant enim odor, folia, ſiliquę, flores & ſemina. Caſtori dicitur *Anagyris minor*. Penæ & Lobelio *Anagyris minùs fœtens*.

Maio & Iunio menſibus grato in montibus ſpectaculo floret : ac colitur etiam in hortis Patauii & Lugduni obſeruauimus. Odore mures occidit : & totius plantæ cineres ad calculum commendari, ſcribit Camerarius : omnia præſtare poſſe quæ Anagyris, Matthiolus.


ANAGYRIS : Germ. *Stinckendbaum*, *Baumbonen*, *Geruambonen* : Gall. *Bois puant* : Ital. *Anagyri*.



CVm hac Laburnum confundunt Matthiolus & Tabernamontanus. Geſnerus nõ ſolùm *Anagyrin* vocat, ſed etiã *Anagyrum* & *Onogyrum*, ac Matthiolo ignotam ſtatuit. Eſt autem Dioſcoridis, Plinij, Galeni & Pauli legitima Anagyris. Ex Recentioribus nonnulli, inter quos pręcipuè Matthiolus, duo Anagyris genera poſuerunt, in foliis præſertim obſeruatâ differentiâ. Sed quia naturæ neſcit in foliis loſum ? Vnicum itaque Nos, quale ſcilicet à Veteribus deſcriptum fuit, cum Cluſio legitimum ſtatuimus.

Spontanea nonnullis in locis prouenit, vt primo ab Arelate lapide, & circa Hiſpalim, obſeruauit Cluſius : ſed in cultioribus hortis præſertim habetur, Romæ, Lutetiæ & Patauii, lætoq; Februario & Martio floret ſpectaculo : Frutex eſt grauiter olens, digerentis, excalefacientiſque facultatis.


CYTISVS : Germ. *Geißklee* : Gall. *Cytiſe* : Ital. *Cytiſo*.
CYTISVS SILIQVA INCVRVA.



Cytiſi Dioſcoridis deſcriptio tam accurata non eſt, vt ex ea Veterũ Cytiſus ſatis innotuerit : quo factum, vt diuerſi Authores diuerſos exhibuerint Cytiſos, & variæ aliæ plantę Cytiſi nomine ſint donatę. Fruticem cum Dioſcoride vocarunt Plinius & Galenus : Strabo verò cum Balſamo, arbore odorata, ſimilem facit. Nos cum Amato, & inter arbores & inter frutices cenſeri poſſe ſtatuimus : & cum peritioribus legitimum Veterum Cytiſum exiſtimamus quem hic pingimus, & quem ferè deſcribit Marantha.

Collegit ille in colle prope Neapolim : Bellonio verò referẽte, in Rhodo inſula, aliiſq; illi propinquis abundat. Ex ligno eiuſdem fiunt manubria & ſphærulę precariæ. *Cytiſum cornutum*, & *Cytiſum Marantha* nuncupant Scriptores.

CYTISVS CLVSII PANNONICVS, foliis omninò incanis.



Cubitales, tenues, lentæ & vimineæ, *virgæ* : *folia* terna, anguſta, incana, pinguia, & guſtus amari : *flores* in ramulorum ſummo quini aut ſeni, Loti pratenſis floribus ſimiles, coloris aurei, atque odoris non expertes : *Siliquæ* planæ, oblongiuſculæ, vmoinò hirſutæ ; & in illis *ſemen* ſubrufum, planum, rotundiuſculum & durum : *radix* dura eſt & lignoſa, nigricans & ſub terra ſpatia.

Floret Iulio, & ſubinde vſque in Autumnum ; ſemen ſub Auguſti finem. & Septembri, maturaſcit : frequens eſt, Cluſio authore, toto Vienenſi agro, præſertim verò ſupra Phaſianorum ſabricam, & multis aliis Auſtriæ & Pannoniæ aridis locis.

CYTISI PANNONICI SPECIES ALTERA hirſuta valdè.



Maliò maior eſt hæc Cytiſi Pannonici ſpecies, *virgaſque* habet craſſiores & valdè hirſutas: duplò etiam maiora ſunt *folia*: ac ampliores quoque *flores* & *ſiliqua*: magiſque aureo colore rutilant flores. Naſcitur iuxta ſepes, rarióque & minùs altero iam dicto obuius eſt.


CYTISI PANNONICI SPECIES TERTIA, ſparſis ramis.



Aliquot *ramis* prędi tus eſt, ſparſis & humi fuſis, tenuibus, lentis ac fractu cõ uincibus, qui nullis, aut certè rariſſimis *foliis* ſunt obſiti: multos autem ex lateribus ramulos proferunt, tenellos, hirſutos, in quibus *folia* longis pediculis innitentia, terno ſemper numero, ſuperioribus breuiora, ſuperiorè viridia, inferiorè incanâ lanugine pubeſcentia: *radix* primi radici ſimilis. *Flores* cæterorum floribus formâ ac colore ſimiles: *ſiliqua* planæ, hirſutæ, *ſemen* exiguum ſubfuſcum continentes.

Sponte circa Viennam, atque in Auſtriæ & Pannoniæ, ſyluis prouenit. Apriliquè & Maio floret.

CYTISVS HISPANICVS I. CLVSII, folio vireſcente.



Arbuſculæ interdum magnitudine excreſcit; *ramulos* tenellos, villis obſitos, numeroſa ambiunt *folia*, dilutè virentia: *flores* lutei ſunt & nonnihil odorati: *Lobi* Geniſtæ lobis pares, oblongi, aſperi & hirſuti: *ſemen* paruum & nigricans: *radix* lignoſa & in diuerſa tendens.

Creſcit, authore Cluſio, in variis vtriuſque Caſtellæ locis, ſecus vias. Iunioque floret, & ſemen Iulio & Auguſto profert. Nos eundem exiſtimamus cum montis *Galcaris* dicto *Cytiſo*, Lobelii.


CYTISVS HISPANICVS II. CLVSII.



Primo eſt valdè ſimilis: ſed candicant omninò *virga* & breuiores ſunt, ac minora etiam *folia*. *florum* quoque intenſior color, & maius ſubnigrumque *ſemen*: ac tandem longiuſculæ etiam, aſperæ & ex purpura nigreſcentes *ſiliqua*, deorſum inflexo mucrone.

Iiſdem, authore Cluſio, prouenit locis, eodémque tempore floret, quo prior Hiſpanicus.

CYTISVS HISPANICVS III. CLVSII.



Pedalibus, interdúmque cubitalibus, aſſurgit *ramis*, teretibus, omninò incanis: quos terna exornant *folia*, breui pediculo appenſa ac quorum medium duplò longius eſt reliquis: per ramos ab imo ad ſummum *flores* aurei micant, iucundi odoris: *vaginula* ſuperiorum vaginulis ſimiles, ſed minores. *Semen* non obſeruauit Cluſius, qui in variis Bæticæ Hiſpaniæ locis ſe vidiſſe ſcribit, ac ad Bombycum ſericarias operas eſſe peratilem.

CYTISVS IV. HISPANICVS CLVSII. CYTISVS HIRSVTVS.



Trium aut quatuor cubitorum *virgis* nigricantibus hirſutis donatus eſt: *folia* terna, nonnihil oblõga, vtrinque hirſuta: *flores* in ramulorum faſtigiis & lateribus plures ſimul congeſti, magni, lutei, è calycibus longis lanuginoſis prodeunt: *ſiliqua* longis pilis obſitæ, ſeſcuncia longiores.

Eſt Cytiſus IV. Hiſpanicus Cluſii, quem Bæticæ maritimis inueniri ſcribit. Reperimus verò Nos in montibus Euganeis circa Patauium, atque etiam circa *Bauleme*, Burgundiæ oppidum.

CYTISVS GLABER, SILIQVA ANGVSTA.



Huius & ſequentis plantæ faciem ſatis exprimunt Tabellæ, quapropter iis deſcribendis minimè inſudabimus: cæterum latera Cytiſorum viribus & facultatibus repleſe ſatis docentes.

Folia, authore Dioſcoride, vim habent refrigeratoriam, eorumque decoctum vrinam potu ciet. Digerendi facultatem illis tribuit Galenus, aquosâ tepidâ virtute admixtam. Cytiſum non iumentorum pabulo, nec ad lactis copiam augendam, commendat Marcellus Empiricus, ſed aduerſus Iſchiadem & Arthritim mirum ait eſſe remedium, vnde nô bene illi Cytiſum fuiſſe cognitum, cum Dodonæo exiſtimamus.

CYTISVS GLABER; SILIQVA LATA.



Vt enim in legitimi Cytiſi conſtandis viribus pergamus: Is à Varrone, Columella & Plinio miris laudibus prædicatur pabulo ouium, atidos verò etiam ſuum. Vtilitas, ait Plinius, quæ Eruc, ſed ocyus ſatietas: perquam modico pingueſcente quadrupede, ita vt iumenta hordeum ſpernant. Nec ex alio pabulo lactis maior copia, aut melior. Nutricibus in defectu lactis poroi dari iubet in aqua decoctum: ac viridem etiam gallinis, aut, ſi aruerit, madefactum: apes minimè defore addens. Cytiſi pabulo contingente Lactis vbertatem facere etiam ex Virgilii Ecloga 10. habemus, vbi ita canit: *Sic Cytiſo paſta diſtentent vbera vaccæ.*


CYTISVS GESNERI, CVI FLORES FERE SPICATI.



Virgulta huic cubito longiora, lenta, alata & faſtigio hirſuta: *folia* ſemper terna vni pediculo inhærentia, pronâ parte hirſuta: ramorum extrema in longas abeũt ſpicas *florum* luteorũ, Piſi floribus ſimilium, ſed minorum, & breuibus pediculis hærentiũ, odoris grati: *ſiliqua* vnciam aut ſeſeunciam longæ, culmũ latæ, compreſſæ, hirſutæ, *ſemen* paruum ſpadiceum continentes.

Variis in locis prouenit, in Auſtria, Pannonia, Heluetia, & alibi, in ſyluis & ſecus vias, ac colitur etiam in hortis. Floret Maio, & Iunio menſibus.

CYTISI GENVS, FLORIBVS PVRPVREIS IN ſpicam digeſtis.



Nobis Montbelgardi in S.P. horto prouenit, ex ſemine Florentiâ, *Ebano Candiæ* nomine, miſſo. Ebenus ſecũdus dictus eſt hic Cytiſus, nec fortè admodum impropriè, cùm Cytiſi in genere Caudex, cor nigrum & durum habeat, Ebeno ſimillimum: vnde eius medullam tam duram ac ſpiſſam eſſe dicebat Theophraſtus, vt proximè ad Ebenum accedere videatur.

Cytiſum autem cæteris plantis adeò infenſum eſſe addit idem Theophraſtus, vt ſubrepto alimento, ferè omnes enecet.

CYTISI FACIE ALYSSON FRVTICANS QVOrundam a Lobelij.



Perquàm parum notus hic peregrinus, & parum frequens exoticus frutex, niſi Belgij viretis, in quibus Leucoii minoris *floribus* luteis Æſtate lucet, è ſparſis numeroſis anfractuoſis, ſtriatis, *coliculis*: *folia* Cytiſi, habitiora, albida, hiſpida, cæpaceis pilis rigida: *radix* dura & lignoſa, & in folliculis *ſemen*.

Tabernæmõtano in Icon. & Hiſtoria, atque etiam Gerardo, dicitur *Cytiſus adulterinus.*

TRIFOLIVM FRVTICANS: POLEMONIVM flore luteo quibuſdam.



Ex radice albâ ſerpente, tricubitales exſurgunt virides angaloſi rami, in quibus alternatim ſurgunt ſurculi, folia producentes ſplendentia, & terna ferè, vt in Trifolio, ac feruidi & ingrati ſaporis: in ſummis ramis oriantur *flores* lutei quinquepartiti; quibus ſuccedunt *baccæ* ſatis magnæ, rotundæ & rubræ, *ſemen* album, Piſo vulgari ſimile, continentes.

Ruta capraria dicitur nonnullis, aliis *Iaſminum luteum*, pleriſque verò *Polemonium Monſpelienſium*. Monſpelii in ſepibus prouenit: in plurimis verò Belgii, Galliæ & Italiæ hortis colitur, ob pulchritudinem: cæterum nullius vſus.

TRIFOLIVM

TRIFOLIUM FRUTEX, GENISTÆ FOLIO.



Plantæ huius cubitalem adſeruamus ramum, rectum, teretem, Geniſtæ facie, ſtriatum, ſurculoſum, in alas alterno poſitu diuiſum: quorum commiſſuris folia hærent, vnâ parte trifolia, extremâ ſingularia, Geniſtæ omnino ſimilia: ramorum ſummâ floſculorum ſpicata occupant lutea capitula, ſed in extremo rarâ & interpoſitis foliolis. Ex Italia attulit D. Schvvartzius, primarius Duc. VVirtemb. Medicus.

ASPALATHUS SECUNDA TRIFOLIA, Acacia ſecunda quorundam.




Radix huic plantæ firma & lignoſa: *rami* pedales, rigidi, firmi, lignoſi ſubcinerei, ſtriati: ex quibus bifidæ trifidæque feroces prodeunt *ſpinæ*, ſtriatæ & ipſæ, reliquoque ramo concolores: *folia* ſpinoſorum illorum, non modò commiſſuris, ſed medietati etiam, longiuſculis hærent pediculis, trifolia, Rutæ ſimilia, vix conſpicuâ hirſutie pubeſcentia: *floret* luteis, Geniſtæ æmulis: iiſque ſuccedunt *ſiliquæ* paruæ, terna quatuórue *ſemina* continentes. Acaciam ſecundam inſcribunt periti plærique omnes Herbarij.

SENA: Germ. & Belg. *Senet*: Gall. *Sené*: It. *Sena*: Arab. Sene: Perſis *Abaſteine*.



Græcis veteribus incognita fuit: non enim eſt Theophraſti Colutea, vt perperàm nonnulli exiſtimarunt, cùm Colutea herba ſit, Sena arbor. Maniſtaneum eſt inuentum, ex quibus Meſue aliam *Satiuam* aliam *Agreſtem* facit. Aliam ſecundùm aliam faciunt nonnulli, aliam acutioribus folijs, aliam ſemine diſtinguunt, quod vel album eſt, vel nigrum. A loco verò natali præcipuæ hauriuntur *Differentiæ*: vnde alia Alexandrina & Orientalis dicitur, alia Italica: & Orientalis rurſus duplex ſtatuitur *Mechina* ſcilicet, quæ ex Mecha affertur & præſtantiſſima eſt, folio anguſto, acuto, longiuſculo & craſſiuſculo: & altera à loco in quo prouenit *Sarto* denominata, quæ ſolio eſt latiore & rotundiore, vilior quàm Mechina, ſed Italicâ melior.

SENÆ ALIA ICON.



Arbuſculæ huius aliam ſiconem hic proponimus ex Fuchſianis noſtris emptitijs. Ægretùm non in Italia ſolùm ſed etiam in Prouincia & Gallia Narbonenſi prouenit: apud Germanos verò & Belgas difficulter, quia frigoris eſt impatientiſſima. Elegantem tamen vidimus in Heluetia plantam, in illuſtri ſcilicet, pagi *Luſſani* VVagnetiano horto.

Mediocriter calefacit & exiccat, omneſque humores benignè euacuat: & eſt pharmacum ſenibus, pueris, grauidis, delicatis, imbecillibus, omnique penè ætati, omnino conueniens, naturæ familiare & domeſticum, infenſæ cauſticæque qualitatis expers. Vſus particulares atque vtendi modū hîc declarare non eſt noſtri inſtituti, conſulantur Practici & Hiſt. noſtra magna.

COLUTEA VETERIBUS ET IN GENERE.



Dici putamus Coluteam quòd mutilata ſiccetur etus virgulta, non prætereà ne earum colutea verò, ſiue Colyteæ, ſiue Coluteæ, ſiue Conlteæ, nec Dioſcorides, nec Plinius, meminere. Theophraſtus tres deſcribit, *Vnam* folio Laurino, *Aliam* folio Fœnigræci, & aliam adhuc cui ſaltem Salicis (Vlmi) folio eſt ſimilē, ac quam ait magnam eſſe arborem, & fructum ſicuti legumina, in ſiliquis, ferre, quod in arboribus rarum. Nos hanc, quæ illi prima eſt, hîc pingimus variasque alias Coluteæ ſpecies mox enarrabimus.

COLUTEA VESICARIA: Germ. *Linſenbaum*, Belg. *Lombaertſchelarſen*: Gall. *Baguenaudier*.



Ex tribus Coluteis quas deſcribit Theophraſtus, nulla, Soleri iudicio, eſt Colutea hæc veſicaria, vt voluère Ruellius, Fuchſius & Matthiolus. Vulgaris autem eſt noſtræ arbor, quâ, ob pulchritudinem, permulti in hortis alunt. Floret Aprili, Maio & Iunio: Siliquas verò Auguſto & Septembri habet, ac interdum flores & ſiliquas ſimul.

Eā Nos varijs in locis obſeruauimus, Patauij, Lugduni, Geneuæ, & alibi. Naſquā verò elegantiorem, longioriſue æui, ea quam Renei. & Clariſſ. Dn. *Chabræus*, Geneuenſium Eccleſiaſtes Santor, ab annis ferme quinquaginta alit, in ſuo illo horto quiCetiq & peramœno Perypato *la Treille* dicto adiacet.


COLVTEA SCORPIOIDES.



Suffrutex eſt cujus rami cinereo colore ſunt obducti. folia ad Lentis folia accedunt: flores Geniſtæ floribus ſimiles ſunt, ac omnino nil odorati: ſiliquæ Telephij ſiliquis etiã ſimiles: ſemina vero, quæ ſingula in illarum ſingulis articulis includuntur, oblonga ſunt, lęvia, ſubfuſca & ingrati saporis.

Monſpelij multis nemoroſis locis inter Buxos Junio & Julio erumpit: Narbone copioſa in Valena ſylua & prope fluminis crepidines: Genevæ quà Collognium itur, & in monte *Salene*. Coli vero etiam in hortis Lugduni, Patavij, Bononiæ, Parmæ, & Monſpelij obſervavimus.

COLVTEA SCORPIOIDES HVMILIS.



Foliorum florumque forma, numero & ſitu à præcedente minimè differt: radix & ſiliquæ etiã ſimiles, ſed illâ hæc humilior eſt, bamiq; diffuſa.

Sponte in nonnullis Auſtriæ & Pannoniæ locis provenit, in hortis vero culta, paulo maior fit. Floret Maio.

Cæterùm, vt de Coluteę viribus & facultatibus aliquid dicamus, Folia & ſemina in caliditate ſunt temperata. Valet adverſus omnia ab atra bile vitia: tantæque eſt efficacię, vt pro Sena a pauperib. ſubſtitui poſſit. Errare vero eos qui Senæ & Coluteæ eaſdem vires eſſe ſtatuunt; Coluteam Geniſtæ propinquiorem eſſe, *in Appendice oſtendimus.*

COLVTEA SCORPIOIDES CORTVSI, Polygalo ſimilis.



Cluſio eſt Colutea ſcorpioides altera: Tabernæmontano, Colutea ſcorpioides tertia, Creſcit, ait Cluſius, in montium qui à Danubio, & Calembarg illi imminenti, ad alpes extenduntur, radicibus, Inter vepres, & ad vinetorum margines. Floret Maio & Junio, ſubſequente hyeme virgas corrumpente.

COLVTEÆ PARVA SPECIES, Polygala Valentina Cluſ.



Salmanticenſibus *Coronilla del Rey*, id eſt, Sertula regia, authore Cluſio, dicitur, atque iſtic Officinæ Meliloti vice vtuntur.


Agro Salmanticenſi, Murciano & Valentino regno, locis arenoſis & collibus declivibus ſponte provenit: Viretque perpetuo, & diutiſſimè floret; ab ejuſque flore plurimum Mel colligere creduntur apes. Alitur etiam in Belgicis hortis.

COLVTEA CAVLE GENISTÆ FVNGOSO.



An Cluſii Polygala tertia? De ea hęc habet. Invenitur, inquit, in Valentiæ, Hiſpaniæ vrbis, maritimis, Polygala tertia, oblongis, lentis, fungoſis ſeu medulloſis, & omnino viſcentibus, *virgis* prædita, quas rara obſepiunt *folia*, ſuperioribus adhuc molliora & craſſiora: *flos* ſecundæ par, ſemen obſervare non potui.

COLVTEÆ FOLIIS ANIL.



Sunt Nobis *Anil* nomine rami duo miſſi, pedales, ſimiles ferè ramis Cytiſi latâ ſiliquâ, rigiduli, incani, & ferè argentei: in folia diviſi Coluteæ vulgaris, ovata, glauca, quinquefolia communiter, rariùs trifolia, ex communi coſta incana. De flore & ſemine nihil certi Nobis conſtat. Facies tamen plantæ ſatis inſinuat ad Coluteas referri poſſe.

SOPHERA ALPINI.



Ramos, quos Sophera nomine tenus noſtratibus noſtra adſervamus, hic pingimus, adiunctis etiam particulatim *foliis*, *ſiliqua* & *ſeminibus*. Sopheram autem ſuam ſic deſcribit Alpinus: Sophera, inquit, planta eſt Fruticoſa, cubitali altitudine, Galegæ proxima: ducit ramos *foliis* Myrti, tenuioribus, multis, ordinatim alæ appenſis: *flores* fert croceos, Caſſiæ floribus æmulos, inodoros: ex quibus *ſiliquæ* parvæ promanant, quatuor vel quinque *ſemina* hebetes, Seſban planè ſimilia, quæ hominibus venenoſum eſſe aiunt.

TAXOCOQVAMOCLIT INDICVM.



Ex nominis vicinitate poſſet quis exiſtimare eſſe Camerarii *Hoxocoquamoclit*, quod nomine Florentiam & Norimbergam miſſam plantam ſuaè deſcribis: verùm ſuo Hoxocoquamoclit ille ſiliquam tribuit cylindraceam & oblongam: huic autem noſtrò compreſſa eſt valdéque longa, vnde vnum & idem eſſe aſſerere non audemus.

BARBA IOVIS, PVLCHRE' LVCENS.



Vagæ quidem ſignificationis eſt *Barba Iovis*: ea verò quam hic pingimus materia eſt dura ac ferè lignoſe, incano & lanuginoſo cortice tecta: *rami* frequentes ſunt: *folia* Lentis foliis paria, villoſa, argenteo colore fulgentia, quinque, ſex aut ſeptem coniugationibus contexta: ex pediculi autem foliorum alis, appendices ſingulares exoriuntur lanuginoſæ, quarum extremis inhærent acervatim congeſti *floſculi* lutei. Gignitur in lapidoſis & ſaxoſis locis maritimis, præſertimque montibus ad littora poſitis.

Figura non placet, meliuſque foret pro Perſea arbore poneretur.


DORYCNIO CONGENER PLANTA, CLVSII.



Dorycnio Hiſpanico congener planta Cluſii, regno Valentino, & quibuſdam Bæticæ locis, naſcitur: cubitalibus, & Viminis modo obſequioſis *virgis*, ſequente gracilioribus *foliis* brevioribus & latioribus, breuique pediculo ternis aut quinis ſimul iunctis, & ramulos amplectentibus: oblongi ſimul ternos, quaternos aut quinos *flores* ſuſtinet, Medicæ minores, & coloris viridis: alioqui tota planta candidior eſt ſequente, imò tota incana.

Dorycnii ſpeciem, & Dorycnio congenerem plantam inſcribunt vulgò Botanici: & perperàm Tabernæmontanus & Gerardus, Dorycnium Monſpelienſium, *Cæcus cæcum ducit*.

DORYCNIVM VETERVM, CRATEVÆ DICTVM: *Dorycnium Monſpeſſulanum.*



Nullus ex Veteribus, tum Græcis tum Latinis, ſecto Cordo, Dorycnium deſcripſit, præter Dioſcoridem, qui eius hiſtoriam ex Crateva deſumpſit. Plinius Dorycnium ita tradit, vt à Solano manico vix videatur diſtinguere.


Quod verò hic pingimus, Dorycnium Cratevæ à nonnullis dicitur, à quamplurimis verò Dorycnium Monſpeſſulanum, & quibuſdam Dorycnium Hiſpanicum Cluſii. Variis Hiſpaniæ locis incultis, & ſecundum vias, copioſè exit, nec non in Gallia Narbonenſi apud mare & alibi. Floret Maio & Iunio, & ſemen maturat Iulio.

GENISTA: Germ. *Pfriemmen, Ginſt*: Gall. *Geneſtre* Ital. *Ginestra*. SPARTIVM.



Tanta inter Spartium & Geniſtam, tum facie tum viribus, intercedit ſimilitudo, vt eorum affinitate decepti nonnulli, has plantas minimè ſeparandas decreverint: nec, ſiquidem de eo etiam dubitaſſe deprehenditur Plinius, Geniſtam ſub Spartio à Dioſcoride deſcribi exiſtimarint. Verùm cùm Spartium Dioſcoridis ſit frutex foliis viduus, & id floribus conſtet albæ Violæ ſimilibus: Geniſta verò folia proferat longiuſcula, Lini ferè modo, & flores luteos: eorum omninò præferenda videtur ſententia, qui, quamvis congeneres ſint plantæ, maximaque vnis ſit cum altera cognatio, Spartium tamen à Geniſta differre docent. Hic verò pingitur *Geniſta anguloſa trifolia*.


LIGNVM EXOTICVM : ETTALCHE. **CONIFERA NVX MINIMA.**



Quod hic pingimus lignũ habet & deſcribit Cluſius: donumque fuiſſe ei, graue, ſit mom & Maſtichen redolens, atque ex Americana arbore ſumptum, à qua Reſina, Picis modo eliciatur, atque in eoſdem vſus, quo nomine lucum hunc ſibi vendicauit.

An *Ettalche*, Iuniperi foliis magna arbor, ſpinoſa, & Maſtichi ſimile Gummi emittens, quo, ob odoris & coloris ſimilitudinem, Africani Maſtichen adulterant: ac cuius Lignum in Numidia album perhibetur, in Lybia violaceum, & in Æthyopia nigerrimum?

An Catonis Capida?



Conos peruos inter orientalia noſtra adſeruamus, ad Laricis Conos plurimùm accedentes: ſed minores multo, & pediculos habentes craſſos atque incuruos, quorum baſi adhærent folia Piceæ, valdè breuia. Squammis verò conſtare Laricea, tenuibus, latis, ſtriatis: atque inter ſquammas ſemen prouenire foliaceum, vt in Piceæ vel Abietis, appetet. Laricis ſint an alterius arboris ſint Coni, probè Nobis non conſtat.

Sic quandam per breuitatem Nobis propoſitam licuit, recenſita per excellentiam dicta Reſiniſera Arbores. At quoniam, vel non omnes, vel ſaltem non ſatis, eminum & ſingularum enarrati odorati ſucci. ſpicilegio facto, nonnullorum cenſu vacuum hunc locum replebimus.

RESINÆ ſpecies duæ ſunt: *Liquida* & *Sicca*. *Liquida* tum ſponte, tum ramis aut candice vulneratis ex variis arboribus, ac præſertim Pino & Picea, profluit: & ſi negligentiùs colligendo, lignoſis & lapidoſis admixta reperiatur. *Confuſanea* dicitur: *Sicca* ex earundem arborum corticis rimis, ramiſve abſciſſis prodit, pinguedinis expers & celeriter lutreſcens. *Strobolinam* tertiam ſpeciem faciunt nonnulli, ſed perperam, cùm id nomen tantùm habeat, quia circa conos, ſeu ſtrobilos, concreta reperitur.

PIX è pinguiſſimis, maximéque reſinoſis, & in tedam conciſis, Pini præſertim Piceæque lignis, vi ignis elicitur. Eſt autem *liquida* vel *arida*: & illa vel *Cruda* dicitur, quæ ſcilicet alium ignem non experta eſt, quàm cuius calore fluxit: vel *Bruta*, quæ fuſca eſt, pinguior & ſpiſſior. *Arida* fit è liquida iterum cocta: & hæc rurſus, vel ad viſci tantùm craſſitudinem cocta eſt, vel igne diuturniore & validiore, arida fragilis ac raſilis redditur.

CEDRIA eſt Cedri Lachryma, pix vel Reſina, quæ, quia authore Dioſcoride, viuentia corrumpit, & mortua corpora conſeruat. *Mortui vita* appellari ſolet. Illi autem reſpondet, Oleum quod ex Iunipero, Fraxino, Cedro, & aliis einſmodi lignis conficere ſolent Prouinciales, quibus *Huile de Cade* dicitur: ac quod capitis ſcabiei, pecorumque ſcabiei & vlceribus adprime eſt vtile.

THYS vbi & quomodo gignatur dictum ante: præcipua gratia *Mammoſo*, quando ſcilicet bacciora lachryma prima, conſecuta alia ſe illi iungit. Et hoc *Maſculum* dicunt, cùm tamen Mas aliàs non vocetur, vbi non eſt fœmina. Diſtinguitur autem Thus in *Mannam* & *Corticem*. *Mannam*, micas concuſſu eliſas interpretatus eſt Plinius, Plenius *Thuris granum*, Hermolaus *Hypoſiſma*. Calefacit & adſtringit plurimùm Thus: & vi eadem pollet Cortex, atque etiam efficaciore.

MASTICHE Lentiſcina reſina eſt: & optima in Inſula Chio prouenit *de qua alibi*.

SARCOCOLLA, authore Dioſcoride, Lachryma eſt arboris in Perſide naſcentis, ſimilis Thuri tenui, ſubfulua & amara. Vim autem habet glutinandi vlcera & cohibendi fluxiones.

MYRRHA Lachryma eſt arboris einſdem nominis, quæ maximè in Arabia reperitur: & quæ aliquo loco inciſa hanc ipſam lachrymam emittit. Septem eius enarrantur differentiæ, à locis vnde habetur deſumptæ.

STACTE Balſamum non eſt, vt volunt nonnulli, nec Styrax liquida, vt aliis placet, ſed recentis Myrrhæ cum modica aqua concuſſæ, & per organum expreſſæ, pinguitudo *Dioſcor*.

BENIOVINVM Gummi eſt vel Reſina à vulnerata *Benivi* arbore manans Eius autem ſunt varia genera, ſed cæteris præfertur *Amygdaloides* dictum. Arbor magna eſt & procera, Citri folia habens, & in Sumatra Orientalis Indiæ inſula naſcens. Cæterùm incognitum fuiſſe Veteribus Beniuinum ex eo conſtat, quod id nec Græci nec Arabes deſcribunt, non enim eſt Auerrhois *Baleuzan*.

LIQVIDAMBAR eſt reſina effluens inciſis vaſtæ magnitudinis, pulchris & ramoſis arboribus, quibus Hederacea folia, ac quæ in noua Hiſpania pronaſcentur. *Oroſol* incolis dictæ. Calefacit, reſoluit, & dolores ſedat: ac maximi eſt in Medicina vſus.

CANCAMVM authore Dioſcoride, Arabici ligni lachryma eſt, Myrrhæ quodammodò ſimilis, ſed viroſi guſtus.

ANIME ET COPAL Synonyma ſunt. Colligitur autem Anime mediocris magnitudinis vulneratis arboribus, non aliter quàm Thus aut Maſtiche: & ab Arabiæ loco in quo habetur, ſi Hermolao credimus, nomen habet. Duo eius genera, molle & durius. Cur verò *Animam* vocet eumus, neſcimus.

TOCOTGBBIT Indiæ Orientalis arbor eſt, populo ſimilis, ſub cuius cortice naſcitur Reſina Thuri noſtro ſimilis, ſed candidior, quâ iſti vtuntur vt Thure.

CARANNA Indis & Hiſpanie dicta, Reſina eſt quæ etiam ex vulneratis arboribus colligitur, colore Tacamahacæ, ſed paulò limpidior, odore ſimili, ſed grauiore.

ELECTRVM ſiue SVCCINVM, Arabibus CARABE dictum, apud Dioſcoridem populi arboris eſt Gummi, apud Plinium verò, & eum ſecutos Recentiores nonnullos, ex arbore Piceæ ſimili defluens Reſina. At omnium ferrè aliorum calculo, naſcitur è Bitumine, quod è latoribus defluens in mare concreſcit eo quo videmus modo. Eſtque vel *Fuluum* vel *Candidum*: & reperitur in Germaniæ maritimis, procellis in littus prouolutum.

DE BDELLIO & STYRACE, tum arboribus tum lachrymis actum antè.

CAMPHORA inter Orientalis Indiæ dotes numeratur, & eſt Gummi ex arbore populo ſimili, in montibus mari vicinis proueniente, manans. Eius quatuor vulgò recenſentur ſpecies: multùm autem à Qualecheoi *Vina Capura* diſtat.

VSVB arboris Gummi ferentis quo Indi corpus inungant, meminit Theutius in Francia antarct.

TACAMAHACA ex India Orientali habetur, & vulneratâ magnâ populo æquali arbore profluit: magnique eſt vſus ad innumeros pen. affectus.

De ACACIA, GVMMI ARABICO & aliis quibuſcunque Succis, Gummi & Lachrymis ſuo quoque loco.

ICONVM

CLASSIS IX. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE STIRPIVM CLASSIS X.

DE ARBORIBVS ET FRVTICIBVS SCOPARIIS.

MYRICA ſiue TAMARIX: Germ. *Tamariſckenbaum*: Gall. *Tamariſque*: Ital. *Tamarice*.



ARborem ſatis cognitam, apud pigras aquas naſcentem, vocat Dioſcorides. Amphibion verò dicit Theophraſtus, quòd non ſolùm inter aquatiles recenſenda ſit, ſed etiam copioſa ſit in deſertis. Inconſtans Plinius in Satiuam & Sylueſtrem diſtinguit, ac mox fructum ferre ait Gallæ ſimilem: mox lignum eius infœlix vocari, quòd nec fructum nec ſemen ferat.

Recentiores, aliam *Satiuam* faciunt, quæ procera ſit & arborea: aliam *Sylueſtrem*, quæ humilis & fruticoſa, & diminutiua voce; *Tamariſcum* dicunt: hancque rurſus ſubdiuidunt, vt mox dicetur. Frequens arborea hæc Tamarix in Gallia-Narbonenſi habetur, tum iuxta flumina, tum procul ab illis: Lutetiæ, Mõſpelii, & in Belgio vidimus in hortis.

TAMARIX MINOR, ſiue FRVTICOSA, Tamarix GERMANICA dicta.




DVplex huius inuenitur genus: *alterum* ſolidiore ligno & foliis tenuioribus, *alterum* foliis latiuſculis & ligno minùs ſolido. Sic duo Tamaricis genera ſtatuebat Theophraſtus, vnum ligno valido, alterum imbecillo. Illud autē copioſè ad Rhenum Argentorati naſci ſcribit Cordus, hoc in Danubii ripis.

Humidiores & lapidoſos amat Tractus, & culturam hortenſem haud facilè recipit, niſi ad aquas collocata. Vidimus Nos vtrumque genus variis locis, circa profluentes amnes & paludes: Geneuæ, Tiguri, Lugduni & Patauii. Floret Maio & Iunio.

Hanc verò ab arborea nonnulli diſtinguunt, quòd flores habeat papposos, arborea minimè: ſed rotundos, exiguos, puniceantes.

TAMARIX ÆGYPTIA, DOMESTICA SEV ſatiua, Gallifera.



Hanc ad magnæ Oleæ altitudinem excreſcere ſcribit Alpinus, & fructum eius Nucem iuglandem magnitudine æquare. Dioſcorides ſatiuā ſiue vrbanā nominat & fructū proferre ait Gallis ſimilem.

Cæterùm abſtergentis & incidentis facultatis eſt Tamarix, & aliquid adſtrictionis habet. Viſcera ab obſtructionibus liberat, & foliorum decoctum collutu dentium dolores ſedat. Lienoſis conducūt omnes huius arboris partes, fructus, folia, flores, cortex, lignum & ligni cinis, bibuntque illi vtiliter continuò in vaſis è ligno confectis: vnde etiam Sues in vaſis ex eo paratis, cibū ſumere conſuetos, liene carere ſcripſit Plinius. Virgarum vi vaticinatos Antiquos teſtatur Dino.


ERICA vel ERICE: Germ. *Heyden*: Belg. *Heyde*: Gall. *Bruyere*: Ital. *Erica*.



Erica Dioſcoridi eſt arbor fruticoſa, foliis Myricæ, ſed multò minor. Eius autem variæ obſeruantur differentiæ: à magnitudine, foliis, floribus & fructu deſumptæ. Nam alia humilis eſt, alia arboreſcens: alia foliis ternis, alia quaternis: quædam hirſuta ſunt & tomentoſa, aliæ non: quibuſdam flores albi, aliis purpurei, herbacei, &c. ac nonnullæ tandem baccas ferunt, aliæ non. Eam hîc pingimus quæ humilis eſt & folia ſemper viret: flore verò vel purpureo vel albo.

Iunio, Iulio & Auguſto floret, locaque amat inculta & ſolitudines: in Pannonia frequentiſſima, atq; inter Monſbelgardum & Beffordiam, & rurſus inter Monsbelgardum & Potentianum.

Erica Anglicana Parva, capitulis hirſutis.



Ericæ nomine ſiccam hanc plantam ex Anglia accepimus. Tota pulchella eſt, vix dodrantalis: *rami* tenues, multi: *folia* admodum breuia, crebra, in ambitu hirſuta: ex modicis interuallis, ceu geniculis, terna vel quaterna: in ſummitate *capitula* hirſuta.

Erica Peregrina Lobelii.



In penſilibus Belgij hortis hanc aliis Ericæ ſpeciem ſeruabit Lobelius: ceterarum ritu fruticoſa eſt, *foliis* longiuſculis, & circa ramos *floſculis* purpuraſcentibus, quaternis foliolis conſtantibus. Vnde delata fuerit, ignorauit, ac propterea peregrinam appellauit.

Erica Baccifera Matthioli.



De ſua verò Erica baccifera hæc tradit Matthiolus. Planta eſt, inquit, in montibus naſcens qui Bohemiam à Sileſia diſterminant, & à quorum fontibus Albis fluuius originem ducit. Humi procumbit, & latas occupat areas, folio ferè Ericæ vulgaris: florem videre non licuit: baccas verò fert in purpura nigricantes, Iuniperinis ſimiles, ſed minores, &c.

Cluſius in Pena. *Ericam Coris folio primam* inſcribit: atque in celſiſſimarum Auſtriæ & Stiriæ alpium iugis prouenire, ait: & florere Iunio. Perperàm verò Ericam hanc bacciferam Matthioli cum Vaccinijs paluſtribus confundunt Pena & Lobelius, atque etiam Schvvenckfeldius.

Erica Baccifera Lusitanica Clusii.



Cubitalibus aſſurgit *ramulis*, fragilibus, nigriore quàm ceteræ cortice: folia quoque iis ſimilia, ſed nigriora & craſſiora, trino ordine circa ramulos diſpoſita. *Fructus* tum formâ tum colore obſcuriores vniones refert, at eſt ſucculentus ac acidulus. An floreat non ſatis conſtat, negant locorum in quibus prouenit incolæ, fructumque paulatim donec matureſcat, intumeſcere aiunt. *Hæc Cluſius.*

In ſola Luſitania reperitur, fructumque Septembri & Octobri maturat, qui à pueris & mulierculis expetitur, ſiticuloſis præſertim febrientibus pergratus & vtilis.

Arborem *Camarinhaira* vocant, fructum verò *Camarinhas* Amato in Dioſcor. Arbor dicitur *Acacalis.*

CLASSIS X. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE
STIRPIVM
CLASSIS XI.

ARBORES, FRVTICES, ET SVFFRVTICES SILIQVOSI, ET leguminoſis floribus : ſpinis carentes atque ſpinoſi : ac his ſimiles.

LABVRNVM : Germ. *Baumbonen* : Gall. *Aubours* : Ital. *Eghelo*, *Eghane*, *Auornello*.




ARbor eſt fruticoſa, *ramis* brachiata, cortice viridi, materie candida & dura, *flore* Geniſtellæ, *ſiliqua* Piſorum, *ſemine* vario, duro, læui, ſplendido, renis effigie, & Lentis magnitudine.

Laburnum Plinij eſſe exiſtimãt, Nobiſcum Geſnerus, Dalechãpius, & ex Recentioribus alij nonnulli. Matthiolus vult *Dioſcoridis* eſſe *Anagyrin*, ſed magno errore : reclamant enim odor, folia, ſiliquę, flores & ſemina. Caſtori dicitur *Anagyris minor*. Penæ & Lobelio *Anagyris minùs fœtens*.

Maio & Iunio menſibus grato in montibus ſpectaculo floret : ac colitur etiam in hortis Patauij & Lugduni obſeruauimus. Odore nares occidit ; & totius plantæ cineres ad calculum commendari, ſcribit Camerarius : omnia præſtare poſſe quæ Anagyris, Matthiolus.

ANAGYRIS : Germ. *Stinckendbaum*, *Baumbonen*, *Geiſsbonen* : Gall. *Bois puant* : Ital. *Anagyri*.



CVm hac Laburnum confundunt Matthiolus & Tabernæmontanus. Geſnerus nõ ſolùm *Anagyrin* vocat, ſed etiã *Anagyrum* & *Onogyrum*, ac Matthiolo ignotam ſtatuit. Eſt autem Dioſcoridis, Plinij, Galeni & Pauli legitima Anagyris. Ex Recentioribus nonnulli, inter quos præcipuè Matthiolus, duo Anagyris genera poſuerunt, in foliis præſertim obſeruatã differentiã. Sed quis naturæ neſcit in foliis luſum? Vnicum itaque Nos, quale ſcilicet à Veteribus deſcriptum fuit, cum Cluſio legitimum ſtatuimus.

Spontanea nonnullis in locis prouenit, vt primo ab Arelate lapida, & circa Hiſpalim, obſeruauit Cluſius : ſed in cultioribus hortis præſertim habetur, Romæ, Luteciæ & Patauij, lætaq; Februario & Martio floret ſpectaculo. Frutex eſt grauiter olens, digerentis, excalefacientiſque facultatis.


CYTISVS : Germ. *Geißklee* : Gall. *Cytiſe* : Ital. *Cytiſo*.
CYTISVS SILIQVA INCVRVA.



Cytiſi Dioſcoridis deſcriptio tam accurata non eſt, vt ex ea Veterũ Cytiſus ſatis innoteſcat : quo factum, vt diuerſi Authores diuerſos exhibuerint Cytiſos, & variæ aliæ plantę Cytiſi nomine ſint donatę. Fruticem cum Dioſcoride vocarunt Plinius & Galenus : Strabo verò cum Balſamo, arbore odorata, ſimilem facit. Nos cum Amato, & inter arbores & inter frutices cenſeri poſſe ſtatuimus : & cum peritioribus legitimum Veterum Cytiſum exiſtimamus quem hic pingimus, & quem fusè deſcribit Maranthe.

Collegit ille in colle prope Neapolim : Bellonio verò conſpecta, in Rhodo inſula, aliiſque illi propinquis abundat. Ex ligno enſium fiunt manubria & ſphærulę precariæ. *Cytiſum cornutum*, & *Cytiſum Marantha* nuncupant Scriptores.


CYTISVS CLVSII PANNONICVS, foliis omninò incanis.



Cubitales, tenues, lentæ & vimineæ, *virgæ* : *folia* terna, anguſta, incana, pinguia, & guſtus amari : *flores* in ramulorum ſummo quini aut ſeni, Loti pratenſis floribus ſimiles, coloris aurei, atque odoris non expertes : *Siliquæ* planæ, oblongiuſculæ, omninò hirſutæ ; & in illis *ſemen* ſubrufum, planum, rotundiuſculum & durum : *radix* dura eſt & lignoſa, nigricans & ſummã telluris ſpatia.

Floret Iulio, & ſubinde vſque in Autumnum : ſemen ſub Auguſti finem, & Septembri, matureſcit : frequens, quod eſt, Cluſio authore, toto Viennenſi agro, præſertim verò ſupra Phaſianorum ſabricam : & multis aliis Auſtriæ & Pannoniæ aridis locis.

Cytisi Pannonici species altera hirſuta valdè.



Multò maior eſt hæc Cytiſi Pannonici ſpecies, *virgaſque* habet craſſiores & valdè hirſutas: duplò etiam maiora ſunt *folia*: ac ampliores quoque *flores* & *ſiliquæ*: magiſque aureo colore rutilant flores. Naſcitur iuxta ſepes, tardiúſque & minùs altero iam dicto obuius eſt.


Cytisi Pannonici species tertia, ſparſis ramis.



Aliquot *ramis* præditus eſt, ſparſis & humi fuſis, tenuibus, lentis ac fractu nō umquam cedentibus: qui nullis, aut certè rariſſimis *foliis* ſunt obſiti: multos autem ex lateribus ramulos proferunt, tenellos, hirſutos, in quibus *folia* longis pediculis innitentia, terno ſemper numero, ſuperioribus breuiora, supernè viridis, inferne incanâ lanugine pubeſcentia: *radix* primi radici ſimilis. *Flores* cæterorum floribus formâ ac colore ſimiles: *ſiliqua* planæ, hirſutæ, *ſemen* exiguum ſubfulcum continentes.

Sponte circa Viennam, atque in Auſtriæ & Pannoniæ, ſyluis prouenit. Aprilique & Maio floret.


Cytisvs Hispanicvs I. Clvsii, folio vireſcente.



Arbuſculæ interdum magnitudinem excreſcit; *ramulos* teretes, villo obſitos, numeroſa ambiunt *folia*, dilutè virentia *flores* lutei ſunt & nonnihil odorati: *Lobi* Geniſtæ lobis pares, oblongi, aſperi & hirſuti: *ſemen* paruum & nigricans: *radix* lignoſa & in diuerſa tendens.

Creſcit, authore Cluſio, in variis vtriuſque Caſtellæ locis, ſecus vias. Iunioque floret, & ſemen Iulio & Auguſto profert. Nos eundem exiſtimamus cum *montis Galeani* dicto *Cytiſo*, Lobelii.


Cytisvs Hispanicvs II. Clvsii.



Primo eſt valdè ſimilis: ſed candicant omninò *virgæ* & hirſutiores ſunt, ac minora etiam *folia*. *florum* quoque intenſior color, & maius ſubnigriuſque *ſemen*: ac tandem longiuſculæ etiam, aſperæ & ex purpura nigreſcentes *ſiliquæ*, deorſum inflexo mucrone.


Iiſdem, authore Cluſio, prouenit locis, eodémque tempore floret, quo prior Hiſpanicus.

Cytisvs Hispanicvs III. Clvsii.



Pedalibus, interdúmque cubitalibus, aſſurgit *ramis*, tenuibus, omninò incanis: quos terna exornant *folia*, breui pediculo appenſa ac quorum medium duplò longius eſt reliquis: per ramos ab imo ad ſummum *flores* aurei micant, iucundi odoris: *vaginulæ* ſuperiorum vaginulis ſimiles, ſed minores. *Semen* non obſeruauit Cluſius, qui in variis Bæticæ Hiſpaniæ locis ſe vidiſſe ſcribit, ac ad Bombycum ſericarias operas eſſe perutilem.


Cytisvs IV. Hispanicvs Clvsii. Cytisvs hirsvtvs.



Trium aut quatuor cubitorum *virgis* nigricantibus hirſutis donatus eſt: *folia* terna, nonnihil oblōga, vtrinque hirſuta: *flores* in ramulorum faſtigiis & lateribus plures ſimul congeſti, magni, lutei, è calycibus longis lanuginoſis prodeunt: *ſiliquæ* longis pilis obſitæ, ſeſcuncia longiores.

Eſt Cytiſus IV. Hiſpanicus Cluſii, qui Bæticæ maritimis inueniri ſcribit. Reperimus verò Nos in montibus Eeganeis circa Patauium, atque etiam circa *Baulme*, Burgundiæ oppidum.

CYTISVS GLABER, SILIQVA ANGVSTA.



Huius & ſequentis plantæ faciem ſatis exprimunt Tabellæ, quapropter ita deſcribendis minimè inſidebimus: eaſdem latera Cytiſorum virtutibus & facultatibus replere ſatiùs ducentes.


Folia, authore Dioſcoride, vim habent refrigeratoriam, eorumque decoctum vrinam potu ciet. Digerendi facultatem illis tribuit Galenus, aquoſâ tepidâ virtute admixtam. Cytiſum non iumentorum pabulo, nec ad lactis copiam augendam, commendat Marcellus Empiricus, ſed aduerſus Iſchiadem & Arthritim mirum ait eſſe remedium, vnde nô bene illi Cytiſum fuiſſe cognitum, cum Dodonæo exiſtimamus.

CYTISVS GLABER, SILIQVA LATA.



Vt enim in legitimi Cytiſi enarrandis virtutibus pergamus: Is à Varrone, Columella & Plinio miris laudibus prædicatur pabulo ouium, aridus verò etiam ſuum. Vtilitas, ait Plinius, quæ Eruo, ſed ocyor ſatietas: perquam modico pingueſcente quadrupede, ita vt iumenta hordeum ſpernant. Nec ex alio pabulo lactis maior copia, aut melior. Nutricibus in defectu lactis potui dari iubet in aqua decoctum: ac viridem etiam gallinis, aut, ſi aruerit, madefactum: apes minimè defore addens, Cytiſi pabulo contingente. Lactis vbertatem facere etiam ex Virgilii Ecloga 10. habemus, vbi ita canit: *Sic Cytiſo paſtæ diſtentent vbera vaccæ.*

CYTISVS GESNERI, CVI FLORES FERE SPICATI.



Virgulta huic cubito longiora, lenta, alata & faſtigiis hirſuta: *folia* ſemper terna vni pediculo inhærentia, pronâ parte hirſuta: ramorum extrema in longas abeunt ſpicas *florum* luteorũ, Piſi floribus ſimilium, ſed minorum, & breuibus pediculis hærentiũ, odoris grati: *ſiliqua* vnciam aut ſeſcunciam longæ, calmũ latæ, compreſſæ, hirſutæ, *ſemen* paruum ſpadiceum continentes.

Varijs in locis prouenit, in Auſtria, Pannonia, Heluetia, & alibi, in ſyluis & ſecus vias, ac colitur etiam in hortis. Floret Maio, & Iunio menſibus.


CYTISI GENVS, FLORIBVS PVRPVREIS IN ſpicam digeſtis.



Nobis Montbelgardi in S.P. horto prouenit, ex ſemine Florentiâ, *Ebano Candiæ* nomine, miſſo. Ebenus ſecũdus dictus eſt hic Cytiſus, nec fortè admodum impropriè, cùm Cytiſi in genere Caudex, cor nigrum & durum habeat, Ebeno ſimillimum: vnde eius medullam tam duram ac ſpiſſam eſſe dicebat Theophraſtus, vt proximè ad Ebenum accedere videatur.

Cytiſum autem cæteris plantis adeò infenſum eſſe addit idem Theophraſtus, vt ſubrepto alimento, ferè omnes enecet.

CYTISI FACIE ALYSSON FRVTICANS QVOrundam, Lobelij.



Perquàm parum notus hic perelegans, & parum frequens exoticus frutex, niſi Belgij viretis, in quibus Leucoij minoris *floribus* luteis Æſtate lucet, è ſparſis numeroſis anfractuoſis, ſtriatis, *coliculis*: *folia* Cytiſi, habitiora, albida, hiſpida, cæpaceis pilis rigida: *radix* dura & lignoſa, & in folliculis *ſemen*.

Tabernæmõtanus in Icon. & Hiſtoria, atque etiam Gerardo, dicitur *Cytiſus adulterinus*.

TRIFOLIVM FRVTICANS: POLEMONIVM flore luteo quibuſdam.



Ex radice albâ ſerpente, tricubitales exſurgunt virides anguloſi rami, in quibus alternatim ſurgunt ſurculi. Folia producentes ſplendentia, & terna ferè, vt in Trifolijs, ac feruidi & longioris ſaporis: in ſummis ramis oriuntur *flores* lutei quinquepartiti: quibus ſuccedunt *baccæ* ſatis magnæ, rotundæ & rubræ, *ſemen* album, Piſo vulgari ſimile, continentes.

Ruta capraria dicitur nonnullis, alijs *Iaſminum luteum*, plæriſque verò *Polemonium Monſpelienſium*. Monſpelij in ſepibus prouenit: in plurimis verò Belgij, Galliæ & Italiæ hortis colitur, ob pulchritudinem: cætera nullius vſus.

TRIFOLIVM FRVTEX, GENISTÆ FOLIO.



Plantæ huius cubitalē adſeruamus *ramum*, rectum, tenerem, Geniſtæ facie, ſtriatum, ſurculoſum, in alas alterno poſitu diuiſum: quarum commiſſuris *folia* hærent, vnâ parte trifolia, extremâ ſingularia, Geniſtæ omnino ſimilia: tamorum ſummâ *floſculorum* ſpicata occupante quæ *capitula*, ſed intercedente à ſe interpoſitis foliolis. Ex Italia attulit D. Schvvartzius, primarius Duc. VVittemb. Medicus.

ASPALATHVS SECVNDA TRIFOLIA, Acacia ſecunda quorundam.



Radix huic plantæ firma & lignoſa: *rami* pedales, rigidi, firmi, lignoſi ſed cinerei, ſtriati: ex quibus bifidæ triſidæue feroces prodeunt *ſpinæ*, ſtriatæ & ipſæ, reliquoque ramo concolores: *folia* ſpinarum illarum, non modò commiſſuris, ſed medietati etiam, longiuſculis hærent pediculis, trifolia, Rutæ ſimilia, vix conſpicuâ hirſutie pubeſcentia: *flores* lutei, Geniſtæ æmuli: iiſque ſuccedunt *ſiliquæ* paruæ, atra quatuórue *ſemina* continentes. Acaciam ſecundam inſcribunt periti plærique omnes Herbarij.

SENA: Germ. & Belg. *Sene*: Gall. *Sené*. It. *Sena*. Arab. *Sene*. Perſis *Abalzeme*.



Græcis veteribus incognita fuit: non enim eſt Theophraſti Colutea, vt perperàm nonnulli exiſtimarunt, cùm Colutea herba ſit, Sena arbor. Mauritanorum eſt inuentum, ex quibus Meſue aliam Satiuam aliam *Agreſtem* facit. Aliam rotundifoliam faciunt nonnulli, aliam acutioribus folijs: alijâ ſemine diſtinguunt, quod vel album eſt, vel nigrum. A loco verò oritur præcipuæ harum *Differentia*: vnde alia Alexandrina & Orientalis dicitur, alia Italica: & Orientalis rurſus duplex ſtatuitur: *Mechina* ſcilicet, quæ ex Mecha affertur & præſtantiſſima eſt, folio anguſto, acuto, longiuſculo & craſſiuſculo: & altera à loco in quo prouenit *Saeide* denominata, quæ folio eſt latiore & rotundiore, vil ô quàe Mechina, ſed Italicâ melior.


SENÆ ALIA ICON.



Arbuſculæ huius aliam Iconem hic proponimus ex Fuchſianis noſtris emptitiis. Siquidem non in Italia ſolùm ſed etiam in Prouincia & Gallia Narbonenſi prouenit: apud Germanos verò & Belgas difficulter, quia frigoris eſt impatientiſſima. Elegantem tamen vidimus in Heluetia plantâ, in illuſtri ſcilicet, pagi Lauſani VVagueſiano horto.


Mediocriter calefacit & exiccat, omneſque humores benignè euacuat: & eſt pharmacum ſenibus, pueris, grauidis, delicatis, imbecillibus, omnique penè ætati, omnino conueniens, naturæ familiare & domeſticū, infenſęq; cuiuſcūque qualitatis expers. Vſus particulares atque tenendi modū hic declarare non eſt noſtri inſtituti, conſulantur Practici & Hiſt noſtra magna.

COLVTEA VETERIBVS ET IN GENERE.



Diſputatur Coluteæ q dd mutilata fuiſſe, vt eius vulgata, non præcellente tanta. Coluteæ verò, ſiue Colytea, ſiue Colouteæ, ſiue Coutea, nec Dioſcorides, nec Plinius, meminere. Theophraſtus tres deſcribit, *Vnam* folio Laccino, *Aliam* folio fœnegræci, & aliam adhuc cui folium Salicis (Vlmi) folio eſt ſimile, ac quam ait magnam eſſe arborem, & fructum, licet leguminum, in ſiliquis, ferre, quod in arboribus rarum. Nos hanc, quæ illis prima eſt, hic pingimus. varias alias Coluteæ ſpecies mox enarraturi.

COLVTEA VESICARIA: Germ. *Linſenbaum*, Belg. *Lumbaertſchelinſen*: Gall. *Baguenaudier*.



Ex tribus Coluteis quas deſcribit Theophraſtus, nulla, Soleriſ iudicio, eſt Colutea hæc veſicaria, vt voluere Ruellius, Fuchſius & Matthiolus. Vulgaris autem eſt notitiæ arbor, quā, ob pulchritudinem, permulti in hortis aluṅt. Floret Aprili, Maio & Iunio: Siliquas verò Auguſto & Septēbri habet, ac interdum flores & ſiliquas ſimul.

Eā Nos varijs in locis obſeruauimus, Patauij, Lugduni, Geneuæ, & alibi. Naſquā verò elegantiorem, longiorisue æta, ea quam Reuer. & Clariſſ. Dn. *Chabræus*, Geneuenſium Eccleſiaſtes Senior, ab annis ferme quinquaginta aluit, in ſuo illo horto qui Carię & peramœno Periparo *la Treille* dicto adiacet.


Colvtea Scorpioides.



Suffrutex eſt cujus rami cinereo colore ſunt obducti ſolia ad Lentis folia accedunt: flores Geniſtæ floribus ſimiles ſunt, ac nonnihil odorati: ſiliquæ Telephij ſiliquis ferè ſimiles: ſemina vero, quæ ſingula in illarum ſingulis articulis includuntur, oblonga ſunt, lęvia, ſubfuſca & ingrati ſaporis.

Monſpelij multis nemoroſis locis inter Buxos Iunio & Iulio erumpit: Narbonę copioſa in Valena ſylua & prope fluminis crepidines: Genevæ quà Collognium itur, & in monte Saleue. Coli vero etiam in hortis Lugduni, Patavij, Bononiæ, Parmæ, & Monſpelij obſervavimus.

Colvtea Scorpioides Hvmilis.



Foliorum florumque forma, numero & ſitu à præcedente minimè differt: radix & ſiliquæ etiã ſimiles, ſed illã hæc humilior eſt, humiqidiffuſa.

Sponte in nonnullis Auſtriæ & Pannoniæ locis provenit, in hortis vero culta, paulo maior fit. Floret Maio.

Cæterùm, vt de Coluteę viribus & facultatibus aliquid dicamus, Folia & ſemina in caliditate ſunt temperata. Valet adverſus omnia ab atra bile vitia: tantæque eſt efficacię, vt pro Sena a pauperib. ſubſtitui poſſit. Errant vero eos qui Senæ & Coluteæ eaſdem vires eſſe ſtatuunt; Coluteam Geniſtæ propinquiorem eſſe, in *Appendice oſtendimus*.

Colvtea Scorpioides Cortvsi, Polygalo ſimilis.



Cluſio eſt Colutea ſcorpioides altera: Tabernæmontano, Colutea ſcorpioides tertia. Creſcit, ait Cluſius, in mõtium qui à Danubio, & Calemberg illi imminentis, ad alpes extenduntur, radicibus, Inter vepres, & ad vinetorum margines. Floret Maio & Iunio, ſubſequente hyeme virgas corrumpente.

Colvteæ parva species, Polygala Valentina Cluſ.



Salmanticenſibus *Coronilla del Rey*, id eſt, Sertula regia, autore Cluſio, dicitur, atque iſtic Officinæ Meliloti vice vtuntur.

Agro Salmanticenſi, Murciano & Valentino regno, locis arenoſis & collibus declivibus ſponte provenit: Viretque perpetuo, & diutiſſimè floret; ab ejuſque flore plurimum Mel colligere creduntur apes. Alitur etiam in Belgicis hortis.

Colvtea cavle Genistæ fvngoso.



An Cluſii Polygala tertia? De ea hęc habet. Invenitur, inquit, in Valentiæ, Hiſpaniæ vrbis, maritimis, Polygala tertia, oblongis, lentis, fungoſis ſeu medulloſis, & omnino virentibus, *virgis* prædita, quas rara obſepiunt *folia*, ſuperioribus adhuc molliora & craſſiora: *flos* ſecundæ par, *ſemen* obſervare non potui.

Colvteæ foliis Anil.



Sunt Nobis *Anil* nomine rami duò miſſi, pedales, ſimiles ferè ramis Cytiſi latã ſiliquã, rigiduli, incani, & ferè argentei: in folia diviſi Coluteæ vulgaris, ovata, glauca, quæ terquefolia communiter, rariùs trifolia, ex communi coſta renata. De flore & ſemine nihil certi Nobis conſtat. Faciem tamen plantæ ſatis inſinuat ad Coluteas referri poſſe.

SOPHERA ALPINI.



Ramos, quos *Sophera* nominantes uſitatiori noſtra adſcrevimus, hic pingimus, adiunctis etiã particulatim *folio*, *ſiliqua* & *ſeminibus* Sopherã autẽ ſuã ſic deſcribit Alpinus: Sophera, inquit, plantã eſt fruticoſa, cubitalis altitudinis, Galegæ proxima: dextis *ramis* *folijs* Myrti tenerioribus, mollis, ordinatim alæ appenſis: *flores* fert croceos, Caſſiæ floribus æmulos, inodoros: ex quibus *ſiliqua* parvæ promanant, quatuor vel quinque *ſemina* habentes, *Seſban* planè ſimilis, quæ hominibus venenum eſſe aiunt.

TAXOCOQVAMOCLIT INDICVM.



Ex nominis vicinitate poſſet quis exiſtimare eſſe Camerarij *Hoxecoquamoclit*, quã nomine Plukenetiam & Norimbergam nullam plantam forte deſcribit: verùm ſuo Hoxocoquamoclit ille ſiliquam tribuit cylindraceam & oblongam: huic autem noſtræ compreſſa eſt valdéque longa, vnde vnum & idem eſſe aſſerere non animus.

BARBA IOVIS, PVLCHRE LVCENS.



Vagæ quidem ſignificationis eſt *Barba Iovis*: ea verò quam hic pingimus materie eſt dura ac ferè lignoſa, incano & lanuginoſo cortice tecta: *rami* frequentes ſatis: *folia* Lentis folijs parva, villoſa, argenteo colore fulgentia, quinque, ſex aut ſeptem conjugationibus contexta: ex pediculi autem foliorum ala, appendices ſingulares exoriuntur lanuginoſæ, quarum extremis inhærent acervatim congeſti *floſculi* lutei. Gignitur in lapidoſis & ſaxoſis locis maritimis, præſertimque montibus ad littora poſitis.

Figura non placet, melioſque fuiſſe pro Perſea arbore poneretur.

DORYCNIO CONGENER PLANTA, CLVSII.



Dorycnio Hiſpanico congener plantæ Cluſij, regno Valentino, & quibuſdam Bæticæ locis, naſcentes cubitalibus, & Viminis modo obſequioſis *virgis*, ſequente gracilioribus *folijs* brevioribus & latioribus, breviſque pediculis ternis aut quinis ſimul iunctis, & ramulos amplectentibus: oblongi ramuli ternos, quaternos aut quinos *flores* ſuſtinẽt, Medicæ minores, & coloris viridis: alioqui tota planta candidior eſt ſequente, imò tota incana.

Dorycnij ſpeciem, & Dorycnio congenerem plantam inſcribunt vulgò Botanici; & perperam Tabernæmontanus & Gerardus, Dorycnium Monſpelienſium, *Cæcus cæcum ducit*.

DORYCNIVM VETERVM, CRATEVÆ DICTVM: *Dorycnium Monſpeſſulanum*.



Nullus ex Veteribus, tum Græcis tum Latinis, teſte Cordo, Dorycnium deſcripſit, præter Dioſcoridem, qui eius hiſtoriam ex Crateva deſumpſit. Plinius Dorycnium ita tradit, vt à Solano manico vix videatur diſtinguere.

Quod verò hic pingimus, Dorycnium Cratevæ à nonnullis dicitur, à quamplurimis verò Dorycnium Monſpeſſulanum, & quibuſdam Dorycnium Hiſpanicum Cluſij. Varijs Hiſpaniæ locis incultis, & ſecundum vias, copioſè exit, nec non in Galliæ Narbonenſi apud mare & alibi. Floret Maio & Iunio, & ſemen maturat Iulio.

GENISTA: Germ. *Pfrimmen*, *Ginſt*: Gall. *Geneſtet* Ital. *Geneſtra*, SPARTIVM.



Tanta inter Spartium & Geniſtam, tum facie tum viribus, intercedit ſimilitudo, vt eorum affinitate decepti nonnulli, has plantas minimè ſeparandas decreuerint: ac, ſiquidem de eo etiam dubitaſſe deprehendatur Plinius, Geniſtam ſub Spartio à Dioſcoride deſcribi exiſtimarint. Verùm cùm Spartium Dioſcoridis ſit frutex folijs viduus, & id floribus conſtet albæ Violæ ſimilibus: Geniſta verò folia proferat longiuſcula, Lini ferè modo, & flores luteos: eorum omninò præferenda videtur ſententia, qui, quamvis congeneres ſint plantæ, maximâque vnis ſit cum altera cognatio, Spartium tamen à Geniſta differre docent. Hic verò pingitur *Geniſta anguloſa trifolia*.

GENISTA CVM RAPO: QVIBVSDAM *Rapum Geniſtæ*: Gall. *Noueau de Geneſtre.*



Geniſtæ & Geniſtellæ, inquiunt Adverſaria, adnaſcitur quaſi ſoboles ſpuria, ſed vnà eiuſdem nativitatis: Excrementū ſcilicet atru, concretu, lutescente, caule & effigie Hypociſtidis vel Orobanches. *Rapum Geniſtæ* vocant alij à ſimilitudine, alijs dicitur *Hypogeniſta*, atque alijs *Hypoſpartium*. Orobanchæ genus, ait Camerarius, ad Geniſtam provenire ſolitum, vulgus Rapum Geniſtæ vocat, Cluſius *Orobanchen* maiorem.

Reperitur in terra ſterili, macra & arenoſa, ad radices Geniſtæ parvæ quæ ad perfectionem non pervenit, & quæ non fert flores, aut paucos. Invenitur Iunio & Iulio. De *Viribus* poſt.

GENISTA HVMILIS, FLOS TINCTORIVS: Germ. *Farbblumen*: Gall. *petit Geneſt.*



E radice dura & lignoſa viminū ſeges fruticat, tenuiū, cubitalium, & teretium, quibus alternatim adnaſcuntur *folia*, Hyſſopi vel Lini, ſignif. ſuperne obvirentia: *flores* in thyrſo lutei, Geniſtæ angulosæ minores: *ſiliqua* vncias longæ, latiuſculæ, glabræ, in quibus *ſemina*.

In Auſtriæ & Pannoniæ ac Francofurtenſis etiam agri ſylvoſorum pratorum marginibus frequentiſſimum eſſe ſcribit Cluſius. Nos Tubingæ, Genevæ, & Ebroduni obſervavimus: ac Montbelgardi etiam in horto ſeratum. Floret Maio, Iunio & Iulio menſibus.

GENISTELLA TINCTORIA HISPANICA.




Geniſtellam tinctoriam vel infectoriam, & Geniſtam tinctoriam Cluſij, inſcribunt etiā Herbarij. Hunc fruticem ſe in ſolo Murciano regno inveniſſe ſcribit Cluſius: vbi ab incolis *Scopa* dicatur, & ſi vaccæ eo veſcantur, ad veneram excitatq; taurum appetere credantur.

An Tanetti Herba in Canariarum Inſularum lapidoſis & montoſis locis naſcens, quâ Coria eleganter tingunt: ac quam *Orcelle* vocant.

Tēperamento autem & viribus, vt formâ, Geniſtæ vulgari ſimiles ſunt hæ Geniſtellæ: quæ, quia varijs rebus luteo colore tingendis inſerviunt. *Floris tinctorij* nomine donatæ ſunt.

GENISTA TINCTORIA LATIFOLIA Lucenſis.



Ab alijs duabus folijs potiſſimùm differt, quæ latiora ſunt molliora, breviora alternatim poſita, per ambitum leviter hirſuta, vna parte virida, aduerſa vero ſubcineritia. In montibus Lucenſibus collegit D. Aggerius à quo habuimus.

GENISTELLA PILOSA.



Hiſtoriæ Lugd. dicitur *Geniſta minima*: Camer. hort. *Geniſta pumila*. Tabernæmontano & Gerardo, *Geniſtella Pannonica*. Varijs provenit locis inter vepres ad ſylvarum margines, editiſq; ac ſiccis agris. Vidimus Nos in ſylva *digremont* prope Monſpelium, & in Sulz Alſatiæ: Cluſius in varijs Pannoniæ locis. Floret Maio.

GENISTELLA HERBACEA, SIVE CHAMÆSPARTIUM: Germ. *Erdpfrimmen*: Gall. *de la Spargelle.*



Herba eſt potiùs quàm frutex. cubitum rarò excedens: *ramuli* molles, hirſuti, duabus latis mollibus fimbrijs ornati, internodiiſque veluti diſtincti, ac ad ſingula internodia, *folium* vnum oblongum, obtuſum, piloſum, ſine pediculo, maius quàm in anguloſa, nec tamen triplex, vt in ea: in virgularum ſummitate *flores* lutei parvi, hiantes & ſpicam ferè efficientes: *ſiliquæ* valde piloſæ: *radix* lignoſa, in aliquot partes diviſa. Obſervavimus varijs in locis, Francofurti, in Alſatia, Baſileæ, Monſpelij, Genevæ, Lugduni & Montbelgardi.

CHAMÆGENISTA HERBACEA PLATYPHYLLOS.



Latis fimbrijs conſtant *rami*, ſpiſſis velut *folijs* per intervalla diſtinctis, diceres folia è folijs enaſci, vt in Ficu Iudica vulgò dicta: ad vnumquodque verò interſtitium ſunt velut tres cuſpides, inter quos, aut in quibus, elta oriuntur folia, atque alij etiam velut rami (niſi totam plantam foliaſam dicere malis,) in quorum ſummitatibus ſunt *flores* lutei hiantes, Geniſtæ floribus ſimiles. Reperitur in aſperis & incultis, ac floret Maio.

GENISTA ARGENTEA.



Surculo hæc adoleſcit lignoſo, multiplici, in multas alas diviſo, tereti, argenteo: Ad ramulorum exortum *folia* habens ſingularia, oblonga, anguſta, argentea hirſutie obſita. *Fructum* ſurculorum internodijs atque extremis gerit, Carpobalſami fructui ſimilis, in quo *ſemen* nigrum rugoſum & ſubrotundum. Ex horto Piſano habuimus.


GENISTA RADIATA SIVE STELLARIS.



Caulis hujus in tres dividitur ramos, atque hi rurſum in alios, bis aut ter, aut quater, ſemper ternos: internodia duas vncias longa: *folia* ad vnumquodque geniculum ſex verticillatim cauli circumpoſita, vt in Gallio vel Aparine, incana & hirſuta: *flores* in tenerorum viminum extremis denſi, lutei.

Hiſtoriæ Lugd. dicitur *Geniſta Ilnenſis*; alijs *Geniſta alpina*: & quibuſdam *Scopa Plinij*.

GENISTA ACULEATA FOLIOSA.



Denſis fruticat *ramis*, longis crebertimiſque ſpinis armatus hic Frutex: *folia* Geniſtæ vulgaris, hirſuta & acuminata: *flores* lutei ſpicatim *ſiliqua* vulgæ. *radix* lenta & ſublutea. Non vbique provenit, ſed in arenoſis duntaxat neglectis, incultis ac ſaxoſis locis, ſecus vias, per Pannoniam, Brabantiam ac circa Francofurtum frequens. Baſileæ, Genevæ & Mombelgartiam obſervavimus. Floret Maio & Iunio. Errant verò qui pro Geniſta vulgari vtuntur: diverſæ enim multùm vtriuſque facultates, & hæc idem quod Hippæis poteſt.

GENISTA ERINACEA.




Plenè nova & elegans eſt hæc planta, dodrantalis, in orbem per ſolum diffuſa, mollis *ſpinis* virentibus, ſive aculeis, horrida, *flores* Geniſtæ ex cæruleo purpuraſcentes, bini aut terni ſimul ſemper juncti, *folia* pauca, Lenticulæ ſimilia, quæ citò brevi marceſcant & decidant, tota planta maxima ex parte ſine folijs ſpectatur, & multiplici ſpinarum vallo *Erinaceum* in ſe convolutum repræſentat: *radix* lignoſa & magna eſt pro plantæ portione. Naſcitur, authore Cluſio, regno Valentino, aſperis locis & ſecus vias. Floret Aprili.

GENISTELLÆ SPINOSÆ AFFINIS, NEPA & Scorpius quibuſdam.




Paucis adhuc nota eſt plãta atque à nullo Recentiorum deſcripta, aiunt Adverſaria, ligneę ſũt *radices*, multiplices, ſimplexę, tenues, à quibus mox oriuntur *ſpinulæ* rigidulæ, denſæ, Coronidæ ſimillimæ, aliquãtò majores, vniverſa *virgulta* ſummo tenus veſtiunt, ſicque tota planta denſis horret aculeis pro *folijs*, & faciem Coronidæ præfert. Eadem eſt cum Geniſta ſpinoſa, aut ei admodum ſimilis; ſic *Geniſtam ſpinoſam* vocãt Dodonæus Gall. & Gerardus, Camerario & Tabernæmontano dicitur *Nepa*; Cæſalpino *Spina Chriſti*. In genere verò doctioribus placuit. Gazæ Nepam eſſe, aut Scorpium Theophraſti. Vbique provenit, locis incultis ſcilicet aridis & ſaxeis, Floretque Maio & Iunio, ac interdum, tota Æſtate.

GENISTA ſiue SPARTIVM PVNGENS.



Lobelius & Pena in Adverſarijs, Obſ. & Icon. plantarum inſcribunt, *Spartium aphyllon fruticoſum, aculeis, lanatis capſulis*, &c. Tabernamontanus in Iconibus & Hiſt. *Spartium aculeatum aphyllon*. In aſperioribus prǽruptiſque declivibus alpium Magdalenæ in Gallo provincia reperiri ſcribit Lobelius. *Nos* ramos quos hic pingimus, inter naturalia noſtra adſervamus.

GENISTELLA MONTIS VENTOSI, SPINOSA.



Folia huic biſſeta & latiuſcula, *rami* ſpinis Iuniperinis armati, & in illorum ſummitatibus *flores* Geniſtæ lutei.


Cęterùm calida eſt & ſicca Geniſta in ſecundo ordine: partibúſq. tenuibus eſt prædite, quæ abſtergendi & incidendi vim habent: urinaſque movet, calculum frangere creditur, & pituitam purget, vnde ſeminis eius adverſùs podagram magnus vſus. Foliæ, ramuli & ſummitates, in vino aut aqua cocta, utilia ſunt hydropicis, ac in omnium viſcerum obſtructionibus, ſeroſóſque humores per alvum & urinas evacuãt. Semen idem præſtat, ac Strumbocelen omnémque tumorem diſcutit. *Plura ad latus ſequ. Fig.*

GENISTELLA MINOR ASPALATHOIDES.



Folia huic Lenticulæ paluſtris: *rami* ſpinis alternatim diſpoſitis horrẽt: atque inter illas per totos ferè ramos *flores* copioſi aurei. *Vt autem in Geniſtarũ vſu enarrando pergamus*: aqua florum Geniſtę calculoſis conducere exiſtimatur. Flores Geniſtę amant apes, ſed ex illis mellatio minimè bona eſt. Rudimenta florum adhuc virentia & priùs quàm lutei fiant coloris decerpta, muriâ aut ſale, Capparorum modo, magno gulę irritamento, condiuntur atque eduntur: ac flores etiã recens decerptos, acetarijs indunt plurimi, magnáque copiâ vorant: quod eorum infirmat opinionem qui Spartio & Geniſtæ eaſdem ineſſe credunt facultates. De unguentis & Lixivijs quę ex Geniſta conficiuntur, conſulat Lectoe Hiſtoriam noſtrã magnam.

SPARTIVM, GENISTA IVNCEA, GENISTA Hiſpanica.



Idem illi apud Germanos, Belgas, Gallos & Italos, quod Geniſtæ, nomen. Eſt hic eſt Frutex, quem Dioſcorides Spartium vocat: *virgas* proferens longas, ſine *folijs*, firmas, fractu contumaces, in alligandis vitibus vinculi vſum prǽſtãtes: *ſiliquas* in quibus *ſemina* Lentis: ac *florem* meliorem, inſtar Leucoij.

In omnibus Europęi orbis calidioribus regionibus ſpõtè provenit, præſertim vero in Hetruria, vbi, teſte Matthiolo, frequentiſſimus eſt: & Maio Junioque mẽſibus magnum & jucundum præbet viatoribus ſpectaculum.

Icon noſtra eſt ex Fuchſianis noſtris emptitijs, nec in omnibus placet. *Plura in ſequentibus.*

SPARTIVM HISPANICVM LOBIS Rotundiſculis, flore luteo.



Folia huic decidunt ſtatim atque florere incipit, vt totum deinde aphyllon conſpiciatur. Cluſii eſt Spartiũ Hiſpanicum ſecundum: provenitque varijs Caſtellæ locis, arenoſo ſolo, & flores Maio.

Quæ ſit autem Spartio cum Geniſta convenientia & ſimilitudo, antè in Geniſtis dictũ, errant vero pluſimùm qui, vt facie, ſic viribus & facultatibus eaſdem credunt. Quamvis enim Spartio idem Geniſtæ temperamentum: magis tamen id omnibus ſuis partibus conturbat, provocat, incidit, tenuat: humores à juncturis evacuat, urinas valentes movet, vomitu & dejectione violenter purget. *Plura adhuc in ſequentibus.*


SPARTIVM HISPANICVM flore candido.



Longè prædicto majus eſt, & ad hominis altitudinem aſſurgit, *flore, lobo & ſemine* cum ſuperiore conveniens ſed minoribus omnibus. Locis arenoſis atq́ maritimá, perflatis provenit.

Cęterùm, vt in Spartij facultatibus enarrandis pergamus, Calculum in renibus & veſica frangit, nec in his materias figi & in calculum dureſcere ſinit. Flores & ſemẽ ſtrumas & hæmorrhoidas tumores reſolvunt. Geniſta & Spartium ligandis vitibus Salicis vicem explent, macerantúrque etiam Cãnabis modo, & fiunt inde funes, & linteamina confitendis ſeccis apta. Ac iſdem lignum Figulis expetitur, qui in Italia id vaſorum fictilium genus conficiunt, quod *Maidina* vocent.

AGVL ET ALHAGI ARABVM, planta Spinoſa Mannam ſuſcipiens.




Supra ſpinoſus fruticês provenire Mânam teſtantur Serapio, Avicenna & Cluſius in Epit. Indicatum plantarum. Vocantur autem Agul & Algul frutices ij ſupra quos potiſſimùm cadit Manna, quam Perſæ *Tranſchibin*, Arabes verò *Tenerabin* & *Trangibin* nominant.

Hiſtoria Lugdunenſis harum meminit his verbis. Planta rara ſpinoſa, ait, Maurorum *Alhagi*, *Agul* & *Algul*, &c.

Provenit autem *Agul* in Perſia, & circa Halepum, & circa Kaeka vrbem Meſopotamiæ. Folia calidæ & ſiccæ ſunt naturæ, eorũmque manipulo ſe purgant incolæ.


SCORPIVS THEOPHRASTI: NEPA: Aſpalathus ſecunda Monſpelienſis: Acacia ſecunda Anguillaræ.



De Theoph. *Scorpio*, quem Gaza *Nepam* vocat, varij varia ſentiunt: errant verò plurimùm qui vel Aſparagum, vel Plinij Tragum, eſſe cenſent. De eo autem ſic ſcribit Theophraſtus: Scorpius, ait, ſimpliciter eſt ſpina: nõ enim vllum habet folium: radicem habet ſimplicem, profundam & brevem. *Sed quomodo poteſt eſſe brevis & profunda?*

Fruticem autem hic pictum Monſpelienſes Aſpalathum ſecundam nuncupant, aliis eſt Acacia ſecunda Anguillaræ: plurimis verò Scorpius Theophraſti. Vidimus Nos Monſpelij loco petroſo, in monte *Caſtelnenf*: variis autem Hiſpaniæ locis obſervavit Cluſius.

ASPALATHO MONSPELIANO AFFINIS Scorpius II. Cluſio. An ECHINOPODA?



Ad Scorpium, ſive Nepam, accedere plurimũ exiſtimat Cluſius hanc plantam, quæ pedis altitudinem rarò ſuperat, totáque denſiſſimis horret *ſpinis*, quæ, non confuſo ordine naſcuntur, ſed ſeriem quandam ſervant, & ſemper contrario inter ſe exortu, binæ ornantur. *flores* in ſummis *ramulis* ſinguli, bini aut terni, lutei: *ſiliqua* Erui magnitudine, &c.

Collibus Granatæ vicinis, itinere Cordubenſi duntaxat, nec vſquam alibi, obſervavit Cluſius, qui Granatenſibus *Molina* vocari ait, & ad Echinopodam, cujus Bellus meminit, plurimùm accedere cenſet.

Dodonæo Latino eſt *Geniſta ſpinoſa altera*; Lobelio in Obſerv. & Icon. *Spartium ſpinoſum alterum*.

TRAGVS VETERVM: VVA MARINA. Germ. *Meertrauben*: Gall. *Raiſin de Mer*.



Tragũ de *Scorpio*, *Cali geniculato*, *Fraxinella*, *Iunci*que & *Sedi* ſpeciebus, atque *Vua marina*, hodie dici minimè mirũ: cùm iam priori æuo, authore Dioſcoride, Tragum alij *Scorpium*, alij *Traganum* vocarint.

Tragus, ſeu Vua marina, Monſpelij copioſè provenit apud mare, vbi florentem vidimus Vere, & fructum ferentem Auguſto & Autumno. Montbelgardi Nobis provenit in S.P. horto. Racemorum acini decem ex vino poti, authore Dioſcoride, cœliacis, fœminiſque fluore laborantibus auxiliantur. Idem habet & Plinius, atque addit, dyſentericis & ſanguinem excreantibus eſſe etiam vtiles, ſed ille tumorum cacuminibus tribuit, quod meliùs acinis Dioſcorides.


TRAGVS, SIVE VVA MARINA MAIOR.



Aliùs vix palmum excedit, hic humanâ interdum altitudine fruticat, huicque, vt illi, *virga* multis internodijs diſtinctæ, in quibus nec *folia* nec foliorum veſtigia, apparent. Verùm *flores* qui illius ramulorum ſummo glomeratim congeſti ſuſtinẽtur, in hoc ſecundum internodia oriuntur, etiam confertim, minuti & muſcoſi, Cotni floribus nõ abſimiles. Et vtrique *fructus* exiguis Moris ſimiles, rubentes, ſucculenti, acidi, atque in ijs grana aliquot Milio ſimilia, foris nigra. *Radix* dura & lignoſa eſt.

Floret & fructum maturat ijſdem cum præcedenti temporibus · & ab Auctoribus vulgò *Vua marina* inſcribitur.

TRAGACANTHA, TRAGACANTHA MASSILIENſis: Germ. *Bockkſdorn*: Gall. *Eſpine de bouc*.



De Tragacantha ſic tradit Dioſcorides: Tragacanthæ *radix*, inquit, lata eſt & lignoſa, ac ſuper terram etiam eminet. Ab ea verò *ſurculi* humiles robuſti & latiſſimè fuſi: & in ipſis *foliola* tenuia, inter quæ aculei ſeſe proferunt quos ipſa occulunt, candidi, firmi, recti que. Eſt & *Tragacantha lachryma*, quæ ſuper reſecta radice concreſcit, & à vulnere plantæ manat. Vim habet cutis ſpiracula obſtruendi. Eiuſque lacrymæ buit vſus ad oculorum medicamenta, tuſſim, voces aſperas & deſtillationes.

In Arcadia, Achaia, Media & Creta copioſam naſci ſcribebat olim Theophraſtus: Hodie verò in Gallo-provinciæ maris mitcollibus ad Auſtrum plurima ſit reat, & præſertim propè ad Maſſiliæ pomœria.

TRAGACANTHA ALTERA, POTERIVM forſè Cluſio.



Tragacanthæ jam pictæ, ſeu quæ deſcriptioni à Dioſcoride traditę ſatis quadrare videtur, ſimillima eſt hęc altera, quam in Granatenſis regni collibus arido & inutili ſolo naſci ſcribit Cluſius, alibi minimè cõſpectam. Fruticula eſt admodum, multos pedales candicantes habens *ramulos*, multis longis caneſcentibus ſpinis horrentes: *foliorum* plurimę ſimul iunctę alæ. Leuiculæ aut Tragacanthæ proximæ, atque hyeme decidentes, contrà quàm in alia Tragacantha fiat, quæ etiam folia retinet, nec ea abjicit, donec noua ſequente anno acquiſierit. *Florem* non vidit Cluſius, vt nec *ſemen*.

An Tragacanthæ ſecundum genus verum Creticorum montium Bellnoſ Cluſio eſt *Poterium*.

HIPPOPHAES ANGVILLARÆ ET DODONÆI, ſiue Spina purgatrix.



Hippophaes, inquit Anguillara, ſabuloſis Peloponneſi tractibus oritur: ſuffrutex eſt *ſpinis* denſiſſimis armatus, ſe in comam albam rotundã ſpargens, *folia* Oleę longiora, anguſtiora & teneriora: *radix* palmo longior, lacteum, amarum & odore grauem ſuccum, ſi frangatur, fundens: nec *florem* nec *fructum* vidi: vehementiſſima unè radici purgandi vis, vnde plantæ *Spinæ purgatricis* nomen.

Dodonæo Lat. dicitur *Hippophaes Anguillaræ*. *Hippophaes Dioſcoridis & Plinij*.

ECHINOPVS PLVTARCHI: ECHINOPODA.



Ramis multifidis ruffeſcentibus fruticat: pro *folijs* ſunt ſpinæ concolores, vnciam longæ, Iaſpeniore folijs rigiditate aliquatenus accedentes, pari cum illis latitudine, planæ, paulùm extrorſum reflexæ, ac tum denſo agmine conſitę, vt vbi plantulam impunè attingas, neſcias.

ECHINOPODA non eſt Caedri genus, vt ſtatuit Dalechãpius, ſed ex Fruticum genere: atq; ad Geniſtam Erinaceam plurimùm accedit, niſi quod folijs caret: copioſos autem luteos flores profert, totaque viridi colore cernitur in orbem diffuſa, & Erinaceum multitudine ſpinarum optimè repræſentat. In Creta, inſula Chio, totáque Græcia vulgatiſſima eſt. An *Plinij Chenopus*?

GALASTIVIDA, SPINOSA PLANTA.



De hoc Frutice hæc ſcribit in Epiſt. ad Cluſium Bellus: *Galaſtiuida*, inquit, ſic vocata fuit ob ſimilitudinem quam cum *Stiuida* (ſiue Pimpinella ſpinoſa) multitudine ſpinarũ habet. Oritur in Inſula Cretę Auſtrali parte, eius formæ non rectè memini &c. Ruſticè ad ſtruendum ignem calefaciendaſque fornaces eâ vtuntur; ob ſimilitudinem verò ſpinarum, quam cum Stœbe habet, & album colorem, *Gaulum Stiuidam* nuncupant, non quòd lac emittat.

CLASSIS XI. FINIS.

ICO-

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE
STIRPIVM
CLASSIS DVODECIMA,
QVÆ ARBORVM EST SILIQVOSARVM RARIORVM hiſque ſimilium.

SILIQVA : Germ. & Belg. *S. Iohans Brodt* : *Gall. Carouges*, fructus *Carouge* : Ital *Caroba*, *Carobolo*.



ARbori ſormu modo iu-
n tres fructus, Siliquæ apud Latinos, Ceratiæ verò apud Græcos, nomen fecit. *Caudex* huic craſſus & altus: *rami* longi & firmi, *folia* in orbem diſpoſita, ſubrotunda, tres vncias plùs minùs lata, craſſa, rigida & neruoſa, ſingularia, breui pediculo ad coſtam annexa: *flores* ex rubro purpuraſcentes: *ſiliqua* digiti longitudine æquales, intortę & compreſſæ: & in illis *ſemina* membranis diſtincta, Caſſiæ ſolutiuæ ſeminibus ferè æqualia.


Magno errore hanc à Theophraſti & Plinij Siliquâ Ionibus Ceronia, atque a nonnullis *Ficus Ægyptia*, dicta, ſeparat Matthiolus: ac decipiunt etiam, vel Dalechampio iudice, qui *Arborem Iudæ* eſſe volunt, nec minùs decipiuntur, qui Caſſiam fiſtulatem opinantur. *Plura ad latus ſequ. Figur.*

SILIQVÆ SIVE CERATIÆ ALIA Icon.



IAm adpoſita Icon Nobis abſentibus facta eſt. Iconem Alpini, & parum placet, quare aliam, ex Camerario apud Matthiolum Germanicum proponimus. Cæterùm Siliquam nō in Ægypto, ſed in Syria atque Ionia, circa Cnidum Rhodúmque, naſci, authores habemus Theophraſtum & Plinium. Hodie verò non modò apud Orientales Populos & Indos, ſed etiam in variis Hiſpaniæ & regni Neapolitani locis habetur. Floret mox ſoluta Hyeme, & fructum Autumno maturat. Arborem autem & fructum adſtringentis & exſiccantis eſſe facultatis, ſcribit Galenus, Dioſcorides fructum viridem ſumptum ſtomacho eſſe incommodū, & aluum ſoluere, ſiccum verò eandem ſiſtere, & ſtomacho commodiorem eſſe.

CASSIA PVRGATRIX : Gall. *Caſſe*. Germ. Belg. Ital. & Anglis *Caſſia*.



Theophraſti, Dioſcoridis, Plinij & Galeni ætatibus, ignotam fuiſſe, authores habemus Hermolaum & Ruellium. Quia Theophraſtum mirarer Coronarius, de cæteris quæ in Ægypto prouenirent plātis locutum, huius, quæ magna inibi habetur copiâ, minimè meminiſſe.

Recentiores Græci *Caſſiā Syringodem*, id eſt fiſtulaceam vocarunt. Actuarius *Caſſiā nigram*: Alij *fiſtulam*, *fiſtularem*, *Indicam*, *Ægyptiam*, & *purgatricem Caſſiam*.

Arbor perhibetur Pyri magnitudine. folia Perſicæ, ſed anguſtioribus & virentioribus. Floribus Geniſtæ luteis, odore Caryophylli, quibus decidentibus Siliquæ longæ ſuboleſcuntur. *Locum natalem & facultates mox dicemus.*


CERATIVM MONOCOCCON: INDICVM.



Fructum hunc quem inter naturalia noſtra adſeruamus à Robino Hortulano Regio olim accepimus.


Vt autem in Caſſiæ hiſtoriā enarrādā pergamus. Aſiæ iam communis facta eſt, pluſima verò in Ægypto, & variis, tum Orientalis tum Occidum, Indiæ Prouinciis ſine ſatione naſcitur. Præfertur tamen quæ ex Orientali, & locis pręſertim ad Septētrionem vergentibus, defertur. Tantáq; eius eſt in Cābaya, vnde præſtantiſſimam adue- hunt, frequentia, vt Candil [qui. librarum pondus eſt] vnum pro vno tantùm dimidiatur aureo nummo. In calido autem & frigido ferè eſt temperata, humida in primo gradu, ac leniendo clementer purgat. Modum vtendi norunt Practici & Seplaſiæ.

TAMARINDI, TAMARINDORVM ARBOR: Germ. *Saur dattel* : Gall. *Tamarinds.*



Arbor eſt, authore Garcia, Fraxini aut Iuglandis Caſtaneæve amplitudine: materiâ firma & minimè fungoſa: *rami* foliis ornati multis minutimque inciſis: *flores* albi, Mali aurantiæ floribus perquàm ſimiles: *fructus* in arcus aut digiti incurui figuram efformatur, nucleos continens Lupinorum ſatiuorum formâ & magnitudine, ſed colore fuluos & læves, quibus abiectis pulpæ ylus eſt quæ lenta eſt, & viſcida. Mirabile autem omnino, quod hic fructus in arbore adhuc pendēs vitandi frigoris cauſa foliis ſeſe inuoluit, interdiu verò ſe expedit, & è medio foliorū emergit. Folia noctu in ſe claudi, oriente verò Sole rurſus aperiri, ſcribit Alpinus, ac ob id *Solis Sequia* dici.


TAMARINDI ARBORIS ALIA ICON cum Siliqua, ſeminibus & ſingulari folio.



In Arabia fœlice & Æthyopia plurima prouenit Tamarindorum arbor, quā tenellā hic pingimus: in Ægypto nō admodum copioſa: quamuis inde in noſtras regiones aduehatur. Plantas aliquot vidimus Heidelbergæ in horto Sprengeri.

Tamarindos autem Palmæ Sylueſtris fructū eſſe opinati ſunt Matthiolus, Lonicerus & alij, eo fortè fundamento quòd *Tamar Indus* & *Dactylus Indus* ſint vnum & idem *Oxyphoenica* Græcis ſi plurimis dicitur. Cæteris p'ſtiſq; omnibus *Tamarinds* vocari ſūt hi fructus. Pulpa autem eorū ad nos adfertur coloris nigri & ſaporis acidiſſimi: & eſt medicamentum excellens, frigidum & ſiccum ordine ſecundo, bilē purgans, ſanguinis feruorem compeſcens, & humorum acrimoniam reprimens.

MATES FRVCTVS INDICVS: BVNA, *Bunny* & *Bunchos* Arabum.



Mates nomine fructum hunc ſe accepiſſe ſcribit Cluſius, eūmque magnitudine Caſſiæ ſolutiuæ ſeu Ceratiorum ſemen æquare: idque formâ etiam referre, ſed tumidiorem eſſe & colore differentem, vt pote qui, vt Oxyacanthæ fructus, ægrè gīè iubeat.


Pro Buna, Bunnu & Bunco Arabum exhibetur etiam eadem Icon, & fortè conuenientius.

BVNÆ vel BVNNV FRVCTVS.



Tabulam hoc nomine notatā inter noſtras habemus, quæ an ſit legitimæ *Bunæ* fructus ſudicabunt periti. Conſulatur in Claſſe V *Bon vel Ban* Alpini Hiſtoria. Cæterū familiariſſimus Turcis eſt potus *Chaube* nomine, quem ex Bonæ fructu conficiunt, quódque matutinis horis publicè in compitis paſſim ex teſtis porcellaniſve pitiſſando bibant, atque eodem loco habent, quo nos Vinum abſynthites vel aromatites.

CORALLI ARBORI SIMILIS.




Montbelgardi in S.P horto Nobis hæc ex ſemine creuit: ſuniòque caulem palmum longum, ſpinoſum, ac pro plantæ magnitudine, ſatis craſſum, produxit. Folia variabant, aliàs ſingularia, ampla, ſubrotunda, aliàs terna, & ad Cyclamini folia quodammodò accedētia. An verò ſcandat vel amplexicaulis ſit obſeruare non licuit: frigore enim periit.

CORAL ARBOR SILIQVOSA.



Arbor eſt Indica, *Coral* dicta, ob ſimilitudinem quam cum Corallo habent eius flores: *folia* illius Arboris Iudæ foliis valdè ſimilia ſūt ſed ſpinas illa habet, hæc verò nullas. Arbuſculam vidimus Stutgardiæ, ſemine ex America accepto natam, valdè ſpinoſa erat, & lobos habuit prægrandibus phaſeolis plenos.

FRVCTVS PEREGRINVS EX BENGALA.




Quinque ferè vncias longus eſt, totidem ambitu cõplectens, vna parte gibberoſus, rugoſo & inæquali cortice conſtans, latiſque craſſo duro & lignoſo, cineracei ex fuſco coloris: qui binos nucleos continet, vncialia longitudinis, in quatuor partes diuiduos, duros, ac coloris ex fuſco ſubrufi, ſaporiſque adſtringentis haud ingrati; &c. Sic deſcribit Cluſius, húncque fructum magnam cum Colea fructu affinitatem habere exiſtimat, ita ad illum ſubſtantia, colore & ſapore accedit.

ORYCORIA FRVCTVS SILIQVOSVS.



Cluſius ſic deſcribit. Fructus eſt, inquit, arboris in W*irapukua* ſcentis *Iurumuua* appellatione, qua ad curanda vulnera vtuntur, hoſtium telis & iaculis inflicta. Fructus enim contuſi vel confracti ſuccum in vulnera inſtillare ſinunt, ad ea conſolidanda. Planus autem eſt ijs fructus penè etiam latus, & binas longus: ſed contortus inſtar Cytiſi legumi, longè tamen maior, valde rugoſus & cineracei coloris, ac ſemen paruum continens. A nautis ex Americ a anno 1599. reducibus emptus fuit.

ARBOR IVDAICA. Germ. *Iudasbaum*: Gall *Guainier*: Ital. *Caribaria*: Hiſp. *Arbol d'amor*. An Theophraſti & Veterum Cercis?



Quo nomine hęc arbor à Veteribus appellata fuerit haud facile dictu eſt *Laburni* ſpeciem facit Dodonæus, alij Theophraſti *Colyteam*: ſed ab vtraque, vel Geſnero indice, plurimùm differt: falluntúrque etiam qui Plinij *Siliquam* eſſe exiſtimant: nec meliùs Serapio pro Acacia *legitima*, Arborem Iudę picturà exhibet. *Siliquã ſylueſtrem* inſcripſit Cluſius, *Siliquaſtrũ* verò Bellonius: plurimi ad *Cercin Theophraſti* referunt, atque alij ad priorem alij ad alteram.


Sponte in varijs Hiſpanię, Italię & Gallię locis prouenit ac pręſertim in Hetruria vnde meritò Matthiolũ deridet Aduerſ qui Cõſtantinopoli acceſſiuit. Habetur etiã in cultioribꝰ hortis varijs locis obſeruauimꝰ, & ipſimet Mõbel. in S. P. horto coluimus.

MORINGA: Arabibus & Turcis *Moria* dicta: Perſis *Tano*: Guzaratenſibus *Turoa*.



Lentiſci magnitudine eſt Moringa, eique perſimilia habet *folia*: paucis prædita eſt ramis, ac multis nodis ſcatet, & eſt perquam fragilis: *folia* ſaturatè viridia: *fructum* autem fert edulem Raphani craſſitie, recto angulis inſignitum, colore exteriùs viridi diluto, intùs verò candido, medulloſum & in certa receptacula diſtinctum, in quibus continentur *ſemina* rotunda virentia & tenera: Editur hic fructus cum carnibus, aut alio modo paratur. Arboris verò radix vnicornu & lapidis Bezaar contra omnia venena vices ſupplet, Abundè naſcitur varijs Indię locis: ſed præſertim tota Prouincia *Malabar*.

LOBVS QVADRANGVLARIS MAGNVS.



Vnde allatus fuerit hic Lobus non intelligere potuit Cluſius, qui pingit & deſcribit: neque etiam qua appellatione donatus eſſet, quibúſue facultatibus prędirus. Quadrangularis autem formæ fuiſſe ait, ſeptem vncias longum, penè binas latum, prominentibus ac protuberantibus quodammodò dorſo & ventre, ac longo vtrinque ſulco, à capite ad infimũ lobum, laterales alas ſeparante. Eius color fuſcus & ſplendens. Continebat autẽ hic Lobus in media ſpina aliquot ſemina, vt ex agitatione deprehendi poterat: &c.

LOBO FORTE INCLVSVS FRVCTVS flaueſcens.



Hunc ſic inſeribit Cluſius in Exoticis, vbi & de lobo incluſo fructu nigricante candicantibus venis, ac de Indorum *Ampacarra* lobo ſpinoſo, alijſque eiuſmodi lobis incluſis fructibus.




Acacia: Germ. *Ægyptiſcher Schlehendorn*: Gall. & Italis *Acacia*: Hiſp. *Arbor de la Gomma Arabica.*



Eſt Acacia, inquit Cordus in Dioſc. ſecundum omnes Græcos, Latinos & Arabes Scriptores, in Ægypto naſcẽs arbuſcula. Circa Halepũ, ait Rauvvolfius, cõſpicitur ſpinoſus frutex Acaciæ, qui Incolis dicitur *Schack* & Arabibus *Schamu* eſtq; paruus & humilis, potiſſimũ in arvis, non mediocriter agricolis odioſus quem Filix & Anonis noſtris: rami ſũt cinerei, cum: Spinis multis ſimilis Roſarũ ſpinis. foliis Tragacanthæ, plumæ modo diſpoſita, vt in Filice fœmina, ac tam multa ad coſtam vnam hærentia, vt, referẽte Bellonio, 10. poſſis pollice tegere: Siliquę exterius ſunt fuſcæ, craſſiores & rotundiores Fabâ, interuè fungoſæ, ac ſemina duo aut tria continent rubentia: flores nõ vidi, &c. *Plura in ſequ.*

Acaciæ alia icon.



Duo Acaciæ genera recenſet Theophraſtus, Acanthan, & Acanthan Ægyptiam. Duplex etiã habet Dioſcorides Ægyptium & Cappadociũ. Alpinus huius arboris *Marem & Fœminam* in Ægypto reperiri ſcribit: Maremque ſpinis eſſe horridum, ac fructus non edere, Fœminam verò ſpinis paucioribus molliorib[ú]ſque refertam eſſe. & Nouembri & Martio florere, biſq; in anno fructum ferre: & tandem in mõtibus *Sinai*, prope mare rubrum ſitis, copioſiſſimã prouenire. Bellonio verò authore, in Arabiæ ad mare rubrum ſterilibus deſertis, nulla prouenire planta, præter Acaciæ arbores, quæ ibi abundant, atque ex quibus Arabes diligenter Gummi colligunt, quod *Gummi Arabicum* vocatur, de quo mox.

Avellana Indica pecvliaris qvibvsdam. An Auellanæ *Mehembetene* dictæ genus?

I




II



*

Hanc in renouatis Matthioli tũ Hiſtoriis Germanicis tum Epitome pingit Camerarius, ſed non deſcribit. Si quid tamen ex *Icone* ſola conjectari ſit integrum, ſuſpicamur *Nos* differentiam quamdam eſſe Auellanę *Mehembetene* dictæ: de qua antè actum, in *Claſſe III.*


Frvctvs alivs Exoticvs: Acaciæ ſuccus: & Gummi Arabicum.



*

Hunc Fructum dubitanter hic adjungere liceat, nec non aliquid ad huius Tabellæ latus de Acaciæ ſucco addere. Spinas & ſemina Acaciæ, qualia paulò antè in Tabella exhibuimus, ſæpiuſculè cum *Arabico Gummi* [Gummi Acaciæ, Gummi Ægyptiæ Spinæ, Gũmi Babylonico,] dicto reperimus, vnde id ex Acacia colligi concludimus. De eo ſic tradit Ryffius. Ex Acacia, inquit, quadã Ægypti Spina, ex cuius ſemine ſeu fructu & foliis ſuccus exprimitur, manat & *Gummi in vermiculorum ſpeciem contractum*, & vitri modo pellucidum: refrigerat, denſat, &c. Reliquum vſum norunt Practici & Seplaſiæ.

Frvctvs alivs Exoticvs: An Myrobalanorum ſpecies aliqua?



Cuius arboris fuerit hic fructus quem ſiccum accepi, nos latet: itaque ad Myrobalanos tantiſper eum referemus, ad quas plurimùm videtur accedere.

Lobvs alivs exoticvs hirsvtvs; cum Piſo duro cinerei coloris:




*

Lobus hic, vt recenſet in Exoticis Cluſius, membranaceo cortice conſtabat, fuſco, ſubrubente & frequentibus pinnulis hirſuto: atque tres vncias erat longus, binas latus. In eo verò fructus duo, Piſi magnitudine, formâ & duritie. Se etiam minores lobos vidiſſe ſcribit cum fructu ſingulari, variiſque Africę & Americæ locis eiuſmodi Piſa haberi ex eo facilè eſſe conjicere, quòd inter Aromata è Tripoli Syriæ adducta frequenter reperiantur. An Caſtanedæ *Mates Indicum*?

LOBVS EX VVINGANDECAOVV.

Inſignis huic craſſitudo: vncias verò ſex longus eſt, tres latus, exteriùs ſubaſper & tuberculis inæqualis. fuſci nigricantis ſplendentiſque coloris.



LOBVS EX VVINGANDECAOVV, CVM ramo & foliis.

Ex oſſiculo, Montbelgardi in S. P. horto terræ mandato, prouenit planta quam hic pingimus.



LOBI EX VVINGAND. ſiue VIRGINIÆ; Icon Cluſii.

De eo ſic tradit Cluſius: Bini, inquit, mihi huius generis mittebantur Lobi: Vnus ſex vncias longus, duas cũ ſemiſſe latus: alter quinque duntaxat vncias longus, binas latus: vterque autem vnciam denſus, craſſo validoque, duro & firmo cortice tectus: binis neruis ſiue coſtis à pediculo, qui craſſus & firmus, ad extremum Lobum ſecundum dorſi longitudinem productis: foris coloris fuſci, internè cineracei, & tam interiore quàm exteriore parte ſcabri,



ALIA ICON EIVSDEM CLVSII.

Continebant dicti Lobi, pergit ille, fungoſam pulpam cineracei coloris, in qua latitabant quina aut ſena oſſicula, vncialis longitudinis, Auellanæ, ſiue Nucis Ponticæ ſatiuę, magnitudine, dura, nigra, album nucleum continentia, Amygdalæ vel Auellanæ, ſ[illegible]




LOBVS BRASILIANVS CRASSVS TVMIDVS; Citrii ſemine.

Octo vncias longus eſt, quatuor cum ſemiſſe latus, *planus*, dorſo gibbero & aluo *craſſioribus* & magis tumentibus ipſo medullio: Et in eo lacunę binas vncias longæ numero decem, ſemen continent quadrangulare, vnciam longum, obliquè ſitum. Lobi color externè ex fuſco cinereus.



LOBVS BRASILIANVS ALIVS MINOR, cum ſeminibus.

Eiuſdem generis eſt & hic, ſed minor, atque octo tantùm lacunis præditus, in quibus ſemen Citrij Mali ſemini haud valdè diſſimile: qui verò hunc & præcedentem ex Braſilia attulerunt, vtrumque in prealtis arboribus naſci aſſerunt.



Dabvri folliculvs Americanvs,



Hunc fructum à nautis ex America reducibus redemptum Londino accepit anno 1585. Cluſius, qui fusè deſcribit. An verò ex arbore fuerit, an ex frutice, neſciuit Cluſius: eum enim accipiebat baculo ſuo ſatis tereti adhuc inhærentem, & qui plures folliculos ſuſtinuiſſe videbatur.

An fructus arboris ſiliquas rotundarum Scaligeri? *An* Bixa Ouiedi?

Ovirdi bixa;



Frutex eſt in humanam altitudinem, ac interdum etiam ampliorem, aſſurgens, & folia Xyli folijs ſimilia proferens: cujus fructu, hîc eleganter picto, vt & toto frutice, vtuntur Braſiliani ad corpus rubro colore inficiendum: *con que ſe tiñen los Indios. Appendice.*

Coles frvctvs exoticvs;

Cluſius, qui fusè deſcribit, nucialem magnitudinem nõ ſuperare ait, externâque parte rugoſum & nigrum eſſe, ac *Cacao* quodammodò ſimilē. Roelſius vult eſſe fructum arboris cui folia Pyti, ſed longiora. Tradítque Africæ Tractũ, qui juxta Promõtorium viride eſt, eius eſſe feracem, & Incolas vno vel altero manè præmanſo, iejunium toto die facilè tolerare: eodémque præmanſo fructu, quemlibet potum magis ſapidum fieri.



Ossicvlvm frvctvs ex palmarum genere.

Hoc habet in Exoticis Cluſius, ac binas vncias longum fuiſſe ait, tres verò cum ſemiſſe in ambitu habuiſſe: terſum verò ac politum fuiſſe, multiſque nigris venis à ſummo ad imum diſtinctum, atque ijs præſertim quę ab aliquot veluti vmbilicis, ęquali propemodum ſpatio ab inuicem diſcretis, originem ducebant, magnámque illi venuſtatem adferebant.

An Fructus ex Palmarum genere oſſiculum?



Acacalis Veteribvs; Acacalis Siue Keſmeſen quorundam, folijs Ceratiæ.

Acacalin ſcribit Dioſcorides fructum eſſe fruticis in Ægypto naſcentis. Geſnero eſt *frutex ſpinoſus*, quibuſdam *ſpecies Tarſi vel Tamariſcus*, alijs *Myrobalanus Bellirica*, alijs *Erica baccifera*, quibuſdam *Cotus Monſpelienſium*, alijs *Narciſſi flos*. Nullum verò ſe reperiſſe ait Cornarius, qui de Acacalide tradiderit præter Dioſcoridem, & Paulum, qui Dioſcoridis verba tranſcripſit. Ac noſtra ætate incognitam prorſus eſſe hanc arbuſculam ſtatuunt, cum eodem Cornario, Brunfelſius, Ryffius, Matthiolus & alij, *Keſmeſen* eſſe Conſtantinopoli Turcis dictum exiſtimauit Bellonius, & id illuc ex Ægypto aduehi ſcribit; ac tantæ etiam eſſe ad oculorum morbos efficaciæ, vt tritum ſit Prouerbium, *Si doleant oculi, habes Keſmeſen.*

CLASSIS XII. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSIS DECIMA TERTIA,

CONTINENS FRVTICES ET SVFFRVTICES, flore roſeo : hiſque affines.

CISTVS: Germ. *Ciſten roſelin* : Gall. *Roſe canine* : Ital. *Ciſto* : Hiſpan. *E.tepa.*



CIſthum vel Ciſthanum vocat Galenus: Ciſſum [Hedream] Theophraſtus & eum ſecuti Plinius, Gazà, Ruellius, atque etiam Cluſius, qui ſerò luxatam apud Theophraſtum lectionẽ animaduertit. Dioſcoridi frutex eſt in petroſis locis naſcens, multis ramis præditus folioſus, non altus. Folia rotunda, acerba, hirſuta : Flores veluti mali Punicæ, ſed in Fœmina albi.

Sic ille Ciſti ſumma duo agnoſcit genera, *Marem* & *Fœminam* : totidémque atq; etiam eadem habent Theophraſtus & Plinius. Tertium verò illis adiungit Dioſcorides, quod Ledon appellari ait. Nos Dioſc. veſtigijs inſiſtentes, tria etiam faciemus ſũma Ciſti faſtigia, & vniuſcuiuſq; illorũ ſpecies varias ſingulatim enarrabimus.

CISTVS MAS II. FOLIO LONGIORE.



CIſto tam Mari quàm Fœminæ flores tribuit Theophraſtus, Roſis ſylueſtrib⁹ proximos: minores tamẽ & ſine odore : Mari verò maius, durius & pinguius ait eſſe foliũ, ac flores ad purpurã inclinare, qui in Fœmina albi ſint. Nos ad eius imitationem Marem, cum Cluſio, eum appellamus Ciſtum, qui flore quidem, vt reliqua Ciſti genera, Roſam ſylueſtrem æmulatur : ſed colorem rubrum, nunc ſaturatiorem nunc dilutiorem, habet. Eius autem quinq; ſpecies, formâ aut colore inter ſe differẽtes recenſet Cluſius: ex quibus primam, iam dictam (Ciſtum marem maiorem folio rotũdiore,) atq; hãc in Hiſpania frequentes eſſe ait, ſed hanc cæteris diutiùs florẽre.

CISTVS MAS III. Folijs dilutè virentibus. CISTVS MAS IV. Monſpel. folio oblongo albido.



Ciſto mari tertio minora & breuiora omnia tribuit Cluſius, & folia dilutiùs virentia: ac in Luſitania ſolũm ſpontè naſci obſeruauit: quia verò eius nullam ponit figuram, nec Nos etiam pingimus.

Ciſtum Marem IV. pingit & fuſe deſcribit : ac ad eius radices, quæ ſummis cæſpitibus diffunduntur & cohęrẽt, Hypociſtidem copiosè naſci tradit, cùm ſcilicet primo vere Ciſtus ad florendum ſe parat. In Hiſpania [præſertim Bętica,] Luſitania & Gallia Narbonenſi admodum frequens eſt. Radices, Hypociſtidem, & reliquam plantæ formam eleganter exhibet noſtra Icon.

CISTVS MAS V. FOLIIS CRISPIS, & quodammodo ſinuoſis.



Hunc in Luſitania ſolùm obſeruauit Cluſius, ſolo admodum arenoſo : eùmque peculiariter Luſitanis *Roſella* dici tradit. Cæterùm florent Ciſti menſe Aprili : ac aliquando etiam maturiùs, nõnunquàm verò etiam ſeriùs pro regionum & locorum natura & temperamento. Semen Auguſto, Septembri & Octobri maturescit.

Ciſtus fœmina Monſpeliana, flore albo, & Hiſpanica luteo.



Ciſtus Fœmina etiam in varias ſpecies diſtribuitur. nam, aut elatior eſt & rectis virgis fruticans, ſicut Mas: aut ſupinus & humi ſparſus, vt Erica vulgaris. Deinde vtrumque genus in colore variat, qui maximâ ex parte candidus eſt, & quandoque luteus.

Ciſtus autem Fœmina, tum Monſpelianus flore albo, tum Hiſpanicus flore luteo, folia habet circinatæ ferè rotunditatis, molliora & magis viridia quàm in mare Monſpelienſi: flores in lõgis pediculis, vt Roſæ, ſed albi: nõ minores quã maris, multò maiores quàm Ledi, inodori ſed vt Ledi flores guſtu grati.


Is qui luteo eſt flore in Hiſpania dũtaxat reperitur: alb⁹ verò in Gallia, etiã Italia & Luſitania floret Aprili.

Ciſti ſpecies quædam Hiſpanica, flore albo.



Aliquot præterea Ciſti species obſeruãtur, quæ ad Fœminam, veluti ad primarium genus, potius referuntur, quàm ad marẽ aut ad Ledon, quandoquidem nullo pingui lentóre liquente ſunt obſita, nec ipſeum ſiue purpureum florem habent. Quam verò hîc pictam damus, ex Hiſpaniis allatam Lugduni accepimus. *Foliola* illi multa, longa, hirſuta. *Flores* non ſinguli, ſed plures ſimul ex ramulis prodeunt, vt in Ledo Monſpelienſi, albidi: quibus mucronata, ac lanugine albâ hirſuta ſuccedunt *capitula*: ac in illis *ſemen* exiguum, ſubrufum.


Ciſtus folio Halimi flore luteo. Hypociſtis.



Ciſtum hunc frequentẽ in Luſitania ait Cluſius, ſolo arenoſo, aurã maritimã perflato, nec vſquã alibi à ſe cõſpectum. Lobel. in Obſ. & Icon. Plant. dicitur *Ciſtus Fœmina folio Portulacæ marinæ*.

Quia verò ſe ad huius radicẽ Hypociſtin vidiſſe ſcribit, hîc de illa aliquid videtur dicendũ. Ciſti radicibus, inquit Dioſcorides, adnaſcitur quoddam Mali Punicæ Cytino ſimile, quod *Hypociſtis* dicitur, à nonnullis verò Robthrum. Eſt in ipſo quoddam fuluum, quoddam viride, & quoddam albũ: exprimitúrque ex eo ſuccus, velut ex Acacia. Quidã verò reſiccatũ ipſum & contuſum, madefaciunt ac coquunt, & reliqua veluti in Lycio faciunt. *Plura ad latus ſequentis Figur.*

Ciſtus folio Halimi longiore incano & mucronato.



Procerior eſt præcedente, & ramos firmiores habet, iiſdemque locis cum illo prouenit. flores & ſemen obſeruare non potuit Cluſius, cuius *Ciſtus Halimi folio ſecundus* à Lobelio, Tabernamontano, & Hiſtoria Lugd. aſcribitur.

Cæterũ, vt in Hypociſtidis hiſtoria pergamus, in variis Ciſti generibus prouenit Hypociſtis, prout ad vnũquodque annotabimus. Nec deſunt qui Hypociſtin quâ paſſim vtuntur Officinæ, Tragopogo adnaſci credant: ſed magno errore, cuius cauſa meritò Arabib⁹ adſcribitur, qui Ciſtũ Hirci barbulã appellauêre. An verò ſuccus ex Hypociſtide excoctus, qualis hodie ad nos adfertur, ſit Veterum Hypociſtis, necne, doctiorũ iudicio relinquimus.

Ciſtus folio Lavendulæ Cluſii, fortè idem cum Helianthemo recto.



Hic frutex authore Cluſio, Lauẽdulæ adeò ſimilis eſt, vt niſi odor & ſapor prohiberẽt, pro Lauendula ſumi poſſet. Solummodò autem in regno Valentino inuenit, aridis & petroſis locis, quarto à Valẽtia milliari. Vidit tamẽ Rauvvolfius in Prouinciæ montibus, florentem Maio.


Porrò de Ciſti viribus & facultatibus aliquid addendũ. Vim habet, ait Dioſcorides, adſtringentem, vnde flores triti, ac in vino auſtero bis in die poti, dyſentericis commodãt: ipſi verò per ſe illiti, nomas depaſcẽtes cohibent, Cum Cerato autem ambuſta & vetera vlcera ſanant. Eaſdem facultates illi tribuunt Plinius & Galenus, qui præterea hunc fruticem ita frigidum eſſe ait, vt tamen caloris ſit particeps.

Ciſtus folio Sampſuci Cluſii, cui macula in flore.




Planta fruticoſa eſt multos graciles ramulos proferens: in quibus folia parua quaſi circinata, incana, Sampſuco ſimilia, paulò minora & dorſo eminente. contrariis inter ſe pediculis, vt in cæteris Ciſti generibus, naſcuntur. Flos in ſummis ramis copioſus, quinis albis foliis cõſtat, quorum medirullium maculam ex purpura nigricans efficit, villis & ſtaminibus luteis medium florem occupantibus.

CISTVS FOLIO THYMI CLVSII.



Pedali fruticat altitudine, *ramulis* ex purpura nigricantibus, duris, & lignoſis, ac magna ex parte ſine *foliis*, præterquam in ſummitatibus vbi confertim naſcuntur, exilia admodum, viridia, Thymi æmula, guſtu adſtringente. *Florem* fere præcedenti ſimilem, ſed minorem, nulliſque maculis inſignitum. Solùm eſt conſpectus in extrema Bæticæ parte, quâ Caſtellam & Luſitaniam ſpectat.

LEDON ET LADANVM: CISTVS LEDON, flore maculâ nigricante notato.



Eſt aliquod Ciſti genus, inquit Dioſcorides, quod ab aliquibus *Ledon* appellatur: frutex ſimili modo vt Ciſtus naſcens, ſed longiora & nigriora folia habens, quæ in Vere pinguetudines quaſdam contrahunt, &c.

Fit autem ex ipſo id quod *Ladanum* appellant. Nam Capræ & Hirci, folia ipſius depaſcentes pinguetudinem barbis excipiunt, quæ etiam floribus adhæret, eò quòd viſcoſa: hanc ablatam excolant, & in maſſas efformatam reponunt. Quidam etiam funiculos per frutices trahunt & adhærentem ipſis pinguetudinem deraſam effingunt. *Plura in ſequent.*


Fruticem autem quem ex Cluſio hic pingimus variis ille Hiſpaniæ & Luſitaniæ locis naſci perhibet.

CISTVS LEDON POPVLI NIGRÆ FOLIIS Cluſij, Maior.



Bicubitalibus duntaxat aſſurgit ſtolonibus ramoſis: *rami* ſunt fragiles: *folia* omnium inter Ciſti genera, quæ obſeruabat Cluſius, maxima, ſupernè viridia, infernè nonnihil candicantia. Hederæ foliorum formam interdū, plerúmque verò Populi nigræ, æmulantia, ſatis rudia & carnoſa. *Capitula* pentagona, acuminata, *ſemine* exili & nigricante referta. Tenellæ plantæ neque pingues neque odoratæ ſunt, ſed annotinæ duntaxat, & Autumno præſertim, quo tempore omnes Ciſti qui pingues ſunt, abundantiùs ſucco prægnantes obſeruantur.

CISTVS LEDON POPVLI NIGRÆ foliis Minor, Hiſpanicus Cluſij.



Huius generis, inquit Cluſius, alia ſpecies inuenitur, per omnia ferè ſimilis, ſed humilior, neq; cubitū excedens, cuius folia etiam minora ſunt: aliàs neque facie, neque flore, neque ſemine, neque ſapore diſſimilis.


Cæterùm, vt in Ladani hiſtoria autè inchoata pergamus: Optimum, dicitur à Dioſcoride, Ladanum eſt, ſubuiride, facilè molleſcens, pingue, non particeps arenę, nec friabile, ſed reſinoſum. Tale autem eſt quod in Cypro naſcitur: nam & Arabicum & Lybicum vilius eſt. Vſum habet adſtringentem, calefacientem, mollientem & aperientem. Siſtit defluos capillos. Cicatrices decentiores reddit. Aurium doloribus medetur, &c.

CISTVS LEDON LATIFOLIVS CRETICVS.



Folia huic longa, mucronata, infernè candicantia, ſupernè nigriora, tribus, vt in Plantaginis, ſecundum longitudinem decurrentibus neruis. In extremis ramulis *flores* ſunt albidi, pediculis vnciam longis appenſi: *calyce* hirſuti cum breuibus pilis. *Capitula* vel vaſcula ſunt Ciceris circiter magnitudine, oblonga hirſuta, membranis in quinque angulos diſtincta cum *ſeminibus* minutis Papauerinis, fuſcis, angulоſis.

CISTVS LEDON IV. CLVSII, flore candido.



In ſola Caſtella veteri hoc genus obſeruabat Cluſius vicinis pago S. Martini *del Caſtannal* locis, vbi ab incolis *Ardiuieia* nuncupatur: adeóque frequens eſt, vt vulgare ſit iſtic Prouerbium: *Qui al monte va, y mas non puede, alomenos Ardiuieia coga*: hoc eſt, Quicunque montem accedit, potius quàm inanis redeat vel *Ardiuieia* (plantam viliſſimam) colligat. Apud Belgas ſatum fœliciter progenuit.

CISTVS LADANIFERA, SIVE LEDVM Monſpelienſium, anguſto folio, nigricans.



Frutex eſt bicubitalis, odoratus, in plures *ramos* brachiatus, cortice nigro obductus: *foliis* ſeſqui vnciam longis, anguſtis, nigris, rugoſis, ex breuibus interuallis mutuò oppoſitis. *Flores* albi, paruis roſis ſylueſtribus ſimiles, in quorum medio apices lutei; ſuccedunt *pericarpia* hiſpida, & ſemina minora quàm in Ciſto mare Mōſpeſſulano. Ad huius radices prouenit Hypociſtis, ſiue potiùs Hypoledon: radiciq; adhæret vt fungi, vel Agaricus, nec eſt propriè de Fruticis ipſius ſubſtantia.


Nihil iſto Ledi genere vulgatius plæriſq; Hiſpaniæ ac Luſitaniæ locis, & in Gallia Narbonenſi. Floret Aprili & Maio.

CISTVS LEDON MINORIBVS ANGVſtioribúſque foliis, Cluſij.



Monſpelienſi dicto ſimilis eſt, ſed *folia* minora ſunt & anguſtiora: *flores* verò maiores albi, foliis quinque conſtantes: huius vt præcedentis, folia lento humore ſunt ſparſa. Cluſius qui Ciſtum Ledon vocat, Valentino regno obſeruauit, ac ab Incolis *Xaguarzo* nuncupari ait.

CISTVS LEDON, RAMIS ET FOLIIS coloris cinerei.




Cubitalis eſt multis & frequentibus *ramis* fruticans colore cinereo præditis, frequentiſſimis eos ſepientibus hiſpidis & omninò caneſcentibus *foliis*. Pinguia ſunt ea nihilominùs, vt cæterorum. *Flos* in ſummis ramulis copioſus, & candidus, & præcedenti ſimilis, vt *ſemen* etiam non diſſimile. Valentino regno etiam prouenit, & *Xaguarzo* etiam Incolis dicitur.

CISTVS LEDON, FOLIIS ROSMARINI coronarij Cluſij, flore luteo.



Cubitalis eſt & hic, ſed *rami* valdè ſunt expanſi: *folia* tenuia, supernâ parte ex fuſco viridia, infernâ verò candicantia, lentóque quodam ac pingui humore obſita. *Flores* numeroſi ſecundum ramorum longitudine, quinque foliis conſtantes, exigui, lutei: *Semen* in exiguis capitellis ex cinereo nigricās. Frequentem ait Cluſius in nonnullis Bæticæ locis, atque ab Incolis *Romero* appellari.

CISTVS LEDON IX. CLVSIO.



Minor eſt ſuperiore, & *folia* paulò maiora, neque ſubtus incana, vt in præcedente qui VIII. eſt Cluſio: ſed tenuiora ſunt & magis glutinoſa: *ramulos* verò tenues, exſuccos & retorridos, *capitula* aliquot inania, excuſſo iam ſemine omninò inania, ſuſtinere deprehendebat Cluſius, qui extremâ Bæticę parte, quâ Caſtellam nouam ſpectat, naſci perhibet, ac ab Incolis *Xaguarzo* quoque appellari.

CISTVS LEDON THYMI FOLIIS CLVSII.



Pedali duntaxat eſt altitudine, *ramulis* exilibus, lignoſis, ſatis tamen fragilibus, nigricantibus, pinguibus, & lento quodam humore madentibus, *Folia* longè minora quàm in IX. *Flores* non obſeruauit Cluſius, cuius X eſt. Naſcitur autem iiſdem locis, iiſdemque appellatur nominibus, quibus præcedentes.

TVBER

TVBERARIA: TVBERARIA MAIOR Mycom.




Tuberaria dicta fuit hæc planta, quia vbi illa creſcit *Tubera* frequentiſſimè ce- pe iontur. Veteribus igno- ta fuiſſe exiſtimatur: eam- que ſi fortè cognouerunt, *Helianthemum* Pamphilo ā- pud Athenæum dictam ſuſ- picatur Myconus. Gaſpa- rus Bauhinus inter Ciſtos Fœminas recenſet. Tota planta aliquantulum piloſa eſt *Folia* Plantaginis folijs ſimilia, alia humi iacentia, alia verò caulem ample- ctentia: in ſummitate cau- lium *flores* lutei: *ſemen* fol- liculo incluſum: *Radix* li- gnoſa, per ſumma cæſpi- tum ſparſa. Naſcitur in locis ſiccis.

TVBERARIA MINOR MYCONI.



Hæc vt Major jam dictas, formâ & facultate Piloſellæ affinis eſt. Majoremque tu- tas hæc omninò imitatur, ſed minora omnia. Paſſim in pratis reperitur, locis pin- guibus & terrenis. Myconus vtramque ex Hiſpania mi- ſit: vbi *yerua Turmera*, id eſt, Herba Tuberaria vo- catur.

TVBERARIA NOSTRAS.




Miſſa hæc Nobis hoc nomi- ne Piſis, in monte vicino D. Iohannis dicto, collecta. Eandem cum Myconi Tube- raria majore ſuſpicamur pe- culiare tamen hoc obſerua- uimus: quod illi ſupremum *caulis* faſtigium, in binos lon- giuſculos pediculos diuidi- tur, quorum vnus in tres a- lios breuiores fæ eſſit. Singu- lis autem inhæret *Capitulum* turbinatum, plurimum fo- liorū voluminibus contex- tum, cujus baſin fulciunt *fo- liola* perpoſi la: flores inter- dum plurimi.

CISTVS ANNVVS I. CLVSIO, folio rotundiore.



Longiuſculis, hirſutis, re- ctis & raris eſt virgultis: *folijs* viridibus, rotundiuſculis, adſtringentis guſtus: *Flos* pallidus aut albicans: *ſemen* in trigonis *capitulis* minu- tum inbeſcens. In Granaten- ſi regno atque apud Salman- ticenſes in vinetorum mar- ginibus obſeruabat Cluſius.

CISTVS ANNVVS II. CLVSIO, flore pallido, maculâ punicante inſignito.



Pedalis eſt altitudinis: *cau- liculis* exilibus, rectis, tenel- lis non admodum ramoſis: *folijs* oblongis, anguſtis, hir- ſutis, viſceſcentibus, per Ca- niculæ æſtus humore lento obſitis: *flos* paſillus, quinque folijs conſtans, vt Helianthe- mi pallidus, & maculâ puni- cante inſignitus: *capitula* te- nella admodum, triquetra: *ſemen* puſillum & cinereum continentia. Floret Majo & Iunio, atque variat, flore nonnunquam non maculo- ſo, vt plurimùm verò macu- lo, eóque vel rufeſcente vel puniceo.

CISTVS ANNVVS FOLIO LEDI, flore luteo.




Circa Monſpelium inter Ciſtas gallinaceas herbulas fruticat. In Lobel. icone quā hic poſuimus caules ſunt craſſiores quàm proportio- naliter eſſe oporteat. *Caulis* plantę pedalis & ſeſquipe- dalis, *folia* hirta, folijs Ledi anguſtifolij ſimilia, *flos* lu- teus, *ſemen* anguloſum, ru- brum.

CISTVS MINIMVS FOLIO SVBROTVNDO.



Semipalmaris eſt: *radice* tenui & lignoſâ, ac reliquâ plantâ longiore: *folia* parua ſubrotundis, latiuſcula, binis ex aduerſo reſpondentibus, cinereis, in coliculo ſingulari, tereti: cujus ſummum occupant *Capſellæ* Helianthemi canâ lanugine pubeſcentes. In fictili obſeruauimus Heidelbergæ apud Sprengerum.


CISTI SPECIES ANNVA ANGVSTIFOLIA.



Dodrantalis eſt, vel etiam major, ac cubitalis: *radix* vnica, leuiter fibroſa, ſatis tenuis, teſte: *caulis* vnicus, teres hirſutus, gracilis quatuor aut quinq; geniculis diſtinctus: ad quorum vnumquodque *folia* bina, duabus vncijs longiora, anguſta, hirſuta, ad Ledi Monſpeſſulani accedentia: in caulis ſummo, *apicula* multa, triquetra, ex pediculis ferè vncialibus in vnam partem inſtar tubę vergentia. Florem non obſeruauimus.

HELIANTHEMVM: FLOS SOLIS: Germ. *Sonnerblum*: Gall. *Herbe d'or*: Ital. *Fior di Sole*.

HELIANTHEMVM VVLGARE FLORE LVTEO.



E Ciſtorum familia eſt etjam Helianthemũ, cujus variæ recenſentur ſpecies, de quibus mox. Quòd verò hic pingimus lignoſa, albâ, ſtéáque *radice* nititur: *ramulos* emittens lignoſos, rubentes, hirſutos: in quibus *folia* oppoſita, Hyſſopi, ſed latiora multò, vnciam longa, modicè in acumen deſinentia, hirſuta: *flores* longo thyrſo diſpoſiti, ac cum apicibus lutei, quinq; folijs cõſtantes, Ciſti poſitu, hirſutia, tripartitis folliculis circumſepti, quibus *pericarpia* ſuccedunt, bina, longiuſcula, trifida, in quibus *ſemen*. Varijs locis abundat, Lugduni, Monſpeſſuli Geneuæ, Tiguri, Baſileę &c. ac floret Majo.

HELIANTHEMVM FOLIIS MAIORIBVS, flore albo.



Spiræ & Argentinæ vidimus in Hypogæis, florens Octobri Helianthemum album floribus dicitur plęriſq; Herbarijs ... amerorum hort. Helianthemum Plinij flore albo, Flos Solis Matthioli. Tabernæmontanus qui Helianthemum album Germanicum nuncupat, colore tantum ait à luteo differre.

Helianthemum vulgare flore luteo exhibet præcedens Tabella.

HELIANTHEMVM OMNINO CANDICANS, flore nunc albo, nunc pallido.




Exigua eſt planta, tenuibus, lignoſis & humi ſparſis *virgultis* prædita: *folia* cæteris Heliãthemis ſimilia, ſed minora, omninò candicantia, ac guſtu adſtringentia: *flores* extremis ramis inſidẽt, quinque folijs conſtantes, coloris interdum albi, vt plurimùm verò pallidi. *Radix* lignoſa & fibroſa, *Pericarpia* & *ſemen* vt in vulgari. Monſpelij ſpõtaneum vidimus in monte prope *Caſtelnouf*, vt & ad ripam Rhodani, inter Lugdunum & *Monuel*. Cluſius, cui eſt Ciſtus humilis 1. Salmanticenſi agro ſic qs entem ait.

HELIANTHEMVM FLORE ALBO, folio anguſto hirſuto.



Seſquipalmaribus, dodrantalibuſve ramis, donatur hæc plantula, iiſque partim erectis, partim repandis, *folia* mediocriter magna, ſemunciam longa, anguſta, piloſa, incana, vt Lauendulæ, inſipida & viſcoſa. Cętera ex figura & Titulo habentur. Cluſio Hiſp. eſt *Ciſtus humilis* 15. Lobelio *Ciſtus humilis anguſtifolius*. Tabernæmontano, *Helianthemum peregrinum anguſtifolium*. Monſpelij frequens prouenit.

HELIANTHEMVM TENVIFOLIVM glabrum, luteo flore.



Ericam Chryſanthemum obcuparunt Dalechampius, Hiſtoria Lugdunenſis & Lobelius: Robert. Conſtantinus *Chryſocomen* faciebat.

In ſabuloſis, apricis & perflatis, editiorum collium locis, gigni, ac Iulio florere, obſeruauit Dalechampius. Monſpelij ſecus paribulum Caſtri noui abundat, & in Venetis maritimis ſabuletis.

HELIANTHEMVM ALPINVM, FOLIO Piloſellç minoris Fuchſij.




Fruticoſa eſt herba, cui *folia* oblonga, Piloſellæ minoris Fuchſij ſimilia inferiore parte magis candicantia, ſuperiore viridia & piloſa, ſed minùs quàm in inferiore: *flos* luteus, qualis Helianthemo vulgari. Alpinum inſcribimus, quia in montium ſiccis locis circa Geneuam collegimus.

HELIANTHEMVM FOLIO THYMI INCANO.



Virgula plures, tenues, incanæ, quæ in alios repandos mox diuiduntur ramulos: *folia* Thymi durioris, minuta, breuia, hirſuta, cinerea, terna, quaterna, ac interdum plura, ex vno pediculo enata. *Flos* & *capſulla* in tres caſinas dehiſcentes cum inuolucris hirſutis, vt in Helianthemo vulgari. *Radix* craſſiuſcula, contorta, lignoſa, multifida. In montibus Monſpelio vicinis abundat, Aprilique floret & Majo.

HELIANTHEMVM FOLIO SAMPSVCHI; capitulis valdè hirſutis.



Dodrantales circiter, eoſque aliquando creberrimos è radice lignoſa craſſiuſcula & longiuſcula, fundit *caules*, rigidos ac perquàm hirſutos: per quos, veluti ad nodos, *folia* aduerſa, Majoranæ foliis paria: alia oblonga & latiuſcula alia anguſtiora: *flores* in ramulorum extremis multi, ſemuncialibus circiter hirſutiſſimis pediculis nixi, lutei, ſtriato villoſo *calyce* obuallati. Monſpelij etiam natales oſtêdit ſuos.

HELIANTHEMVM AD NVMVLARIAM accedens.



Rami huic magnis pilis hirſuti: *folia* verò bina in ordine diſpoſita, ad Numulariam accedentia, minora tamen, & cum pediculis longiuſculis, quales in Alſine vulgari: ad alas verò foliorum ſunt tenuia *folia*. Siccam accepimus hanc plantam, nec plura in ea obſeruare licuit.

HELIANTHES SPECIES RARA; comâ inflexa, vt in Heliotropio.



Telephium Dioſcoridis & Helenium Crateuæ nuncuparunt nonnulli, *quam bene iudicent docti*. In Gallo-Prouinciæ plurimis locis habetur, potiſſimùm verò in jugis ardois Aquis Sextijs propinquis. Vidimus verò nos Lutetiæ & Baſileæ in hortis; ac ipſimet Montbelgardi colimus, florens Iunio & Iulio.

Chamæciſtus ſerpilli folio, nigricante & hirſuto: flore aureo odorato,



Hunc in ſummis Auſtriæ & Stiriæ alpibus reperiri ſcribit Cluſius, ſeque nuſquā alibi ſpōtaneum obſeruaſſe: in horto verò ipſi floruit Maio.

Ciſtum humilem ſiue repentem, Serpilli folio, luteum, inſcribunt etiam Tabernęmontanus, Gerardus, Caſparus Bauhinus, & alij.


Chamæciſtus anguſtifolius flore luteo, Cluſii.



Ciſtum humilem anguſtifolium inſcribunt Tabernęmontanus & Gerardus. Gaſparo Bauhino in Pinace Chamæciſtus S. ſiue anguſtifolia.


Rarus eſt admodum, ita vt duobus tantùm locis inuenerit Cluſius: in monte ſcilicet Auſtriacis Badenſibus Thermis imminenti, & in alio Hungariæ, Poſonio vrbi vicino. Floret Iunio.

Chamæciſtus foliis myrthi Tarentinæ canis vel cinereis.



Maximâ abundantiâ, inquit Cluſius, reperitur in omnibus illis montibus, qui à *Calenberg* Danubio imminenti, ad alpes Auſtriacas continuâ quadam ſerie procurrunt, tum etiam in Hamborgenſi Pannoniæ monte, aliiſque eiuſdem Prouinciæ locis ſublimioribus præſertim. Cluſio eſt *Chamæciſtus* 2.

Ciſtus helianthemos, folio Polii montani.



Albicantes huic ſunt *cauliculi*, vnciarum quatuor vel quinque, ramoſi: qui deſinunt in tenues *pediculos*, paruos *flores* proferentes, luteos, tres vel quatuor. *Folia* albicantia Polij vulgaris montani. In rupetis prope Agdes Galliæ Narbonenſis reperimus.

Ciſtus puſillus, folio candido, flore luteo.



Hic à pręcedente, & Helianthemo alpino, de quo antè, haud multum diſtat: & naturæ fortè, ob ſoli tantùm natalis varietatem, in illis ludere videtur. Examinabunt Botanicæ rei ſtudioſi.

Ciſtus pumilus montis Baldi; fortè Auſtriacus Myrtifolius.



Rariſſimum eſſe hunc frutic̄em Cluſius, vt pote quem in *Schneeberg* ... ſcopulis naſcentem tantùm obſeruarit. Florebat autem Iunio: Auguſto ſemine prægnans erat. Tabernæmontano & Gerardo dicitur, *Ciſtus humilis Auſtriaca*. C. Bauhino *Chamæciſtus* 10. *ſiue hirſutus*.


CISTI FOLIO ARBOR EXOTICA, capitulis lanoſis Platani.



Huius virgulta lignoſa ſūt, Ciſto concolora & ſimilia: folia item rugoſa, oblonga, Saluię aut Menthę: Sed in ſummis ramulis villoſos, exactè ſphæricos floccos oſtētant, ſiue lanoſa Platani capitula.

Lobelio in Adu. & Icon dicitur *Arbor exotica Ciſti folio*, Tabernæmontano, *Ciſti ſutis exotica arbor*, Gerardo *Ciſtus exotica*, *Lobelij*: Hiſtoriæ Lugdun. *Ciſti vel Ledi arbor peregrina Pen.*

MYRTO-CISTVS PENNÆI, FLORIBVS luteis, oblongis.



Tricubitalis interdum frutex eſt, ſcabro cortice: *folia Myrti* ferè, supernè læuibus ſed dorſo ſcabro, coniugatim, vt in reliquis Ciſti generis [illegible] nulos naſcētibus: *flores* ſummis virgis inſident, luteis quinque oblungis foliis conſtantes, & multis intùs lōguſculis ſtaminulis præditi. Iis ſuccedit ob ongiuſculum & pen agonum *capſulam*, *ſemine* plenum. Tota ſtirps odorata eſt, & Gummi ſiue Reſinam, vt Ledi genera, effundere videtur.

NERIVM ALPINVM QVIBVSDAM, ALIIS LEDVM: Germ. *Berg-roſen Alp-roſen.*



Duplex id habetur: *glabrum & hirſutū*. Atq vtriuſque tum facies tum natales coniunxēre: in hirſutiáque, glabritie præcipua differentia. *Glabrum*, quod hic pingimus frutex eſt cubitalis, *ramis* cōtortis ac lignoſis, digitali craſſitie, cortice veſtitis, exteriore cinereo, interio e nigricāte: per quos *folia* circa faſtigiū conferta, glabræ, breuibus hęrent pediculis, ad Laureolæ folia plurimū accedentia. A quę inter illa in extremis ramulorum flores multi coccinei, dilutiores quàm frequentis, oblongi, ſuperiùs quinquepartiti, atque argenteis punctulis cōſperſi, in quibus pluſcula ſtaminula *capitulis* intùs medium piſtillum ſtipant: *Radix* oblonga, lignoſa, dura, ſubnigro cortice tecta.

NERIVM ALPINVM ALIVD, HIRSVTVM.



Non multùm hoc à preçedenti differt. *Folia* tan tùm breuiora obtuſiora & hirſuta, & hirſuti pediculi *florum*, qui minùs quàm in illo ſunt [illegible] i. Surculorum vtriuſque ſummitatibus *capitula* quædam oblonga, & ex ſquammis foliaceis cōgeſta increſcere, [illegible] vt & in ramis ac foliis. Tubercula interdum reperiri, Nucis Ponticæ Piſiue magnitudine, rutilantia, fungoſa, adſtringentia, & quæ Gallæ vicem præbere queant.

Reperitur vtrumque in montibus ſaxoſis & aſperis: Iunio, & Iulio floret, ſemē Auguſto fine matureſcit. Ledum verò Alpinum minus hirſutum, in priori tabella Littera A denotatum, provenit in montibus Genevenſibus, *Salena* & *Thuiri*.


ROSMARINVS SYLVESTRIS QVORVNDAM: Ciſtus Ledon Roſmarini folio, aliis.



Non eſt *Erica* Dioſcoridis, vt voluēre quidam Errant etiam qui *Chamæpytin* eſſe credunt, Cordo tū Dioſcoridem diuiſiue *Chamæpeuce* & Camerario Chamæpeuce Cordi, et & *Roſmarinum ſylueſtre*. Rectè autem videtur Cluſio Ledi generibus adnumerari poſſe, vnde Ciſtum Ledum Roſmarini folio ſ[illegible] nonnulli. Schwenckfeldio eſt *Meliſſa ſylueſtris*.

Plurimis vdis & deſertis mōtium locis reperitur: floretque ſub ſi ē Iunii Auguſto verò maturat fructū: Excalefacit, attenuat, aperit, roborat concoquit, reſoluit, incidit & digerit. Quia ad pleraq, omnia eſt efficax, ad quæ Coronarius Roſmarinus.

ROSMARINVS SYLVESTRIS AOSMOS Cluſio: Ciſtus adulterina quorundam.




Frutex eſt pedalis altitudinis, tenuibus *ſubrubentib. virgis* præditus: *folia* cōfuſo ne d ne ramulos veſtiūt, āguſta, oblonga ſupernè virē ia, inferne canecētia guſtu valdè exſiccāte, nul o grato odore: ſu mmis etiam ramis inſi nt *capitula*, ex mul is breuibus ſquāmis cōpacta. Cachryos modo: à quibus ſe explicant *floſculi* tenues, oblōgis pediculis adhærētes, quinque foliolis cō ſtantes, coloris carnei: iiſque excuſſis pentagona conſpiciuntur vaſcula, breuia & obtuſo mucrone, exili & palleſcēte *ſemine* plena. Sic deſcribit Cluſius: Tabernæmontano & Gerardo eſt *Ciſtus adulterina*. Eidemque Tabernæmontano & Caſp. Bauhino eſt *Chamærododendros alpina anguſtifolia*.

ROSMARINVS SYLV. MINOR CAMERARII. Ledum Sileſiacum minus Schvvenchfeldij.



Hic fortè idem cum iam dicto Cluſij Roſmarino ſylveſtri inodorato: credimus quia à Cluſio eolum depictã plantam, adeò hæc illi in omnibus ſimilis: minora tantùm & tenuiora omnia: vel ſi diverſæ ſint plantæ, hanc Roſmarini ſylveſtris ſpeciẽ minorem meritò dixeris. Iiſdem etiam gaudent natalitijs, vmbroſarum ſcilicet ſylvarum vliginoſo ſolo. In Sileſia & Boroſſia obſervatus & hic & illic. floretque Maio & Iunio: ſed neglecti ſunt vſus.

ROSMARINVS SYLVESTRIS RONDELETII;



Lignoſus eſt frutex bipalmaris: *radice* ſubruſã & robuſtã: *ſtolonibus* rigidis, Roſmarino textura: *folia* Hyſſopi Arabum foliis paria, hirſuta, aſpera, dura, ex eodem puncto ſæpenumerò plura, quorum vnum reliquis majus longius, nervo vnico, & ſingula ſecundum longitudinem decurrente: nullo ſ... odore ſeu ſapore: *Flores* extremis habent ramulis, purpurei: *ſemine* Erbij vel Buglossi, ſatis magno, cinerei coloris.

Hiſtoriæ Lugd. & Caſp. Bauhino in Phyt. dicitur *Tragoriganum nothum* Dalechampij. Eidemque etiam C. Bauhino *Anchuſa lignoſa* Penę. Menſibus autem Martio, Aprili & Maio ... Monſpelij in monte *Caſtelnovienſi*.

LIBANOTIS: SEV ROSMARINVS CORONARIVS: Germ. & Belg. *Roſmarin*: Gall. *Roſmarin*. Ital. *Roſmarino*, *Roſmarino coronario*: Hiſp. *Romero*.



Duabus plantis multùm diverſis, nomen Libanotidis, ſeu Roſmarini, à Dioſcoride datum eſt. *Prior* ab eodem vocatus fœcunda & frugifera: cuius folia fœniculi folia ſimilia ſunt, caulis cubitalis, vmbellis capitatus: & eſt *Roſmarinum ferulaceum*, de quo inter plantas vmbelliferas in huius Sciagraphiæ Claſſe 17. egimus. *Poſterior* aliud eſt Roſmarinum, *Coronarium* ſcilicet dictum, à Feru'aceo plurimũ diſtans.

Et hoc rurſus Duplex: *Ignobilius* vnum, quod *Sylveſtre & Maius* nuncupatur: ac cuius varias ſpecies iam propoſuimus. Alterum verò *Nobilius*, cui anguſtiora folia, ac Roſmarinum minus & tenuifolium appellatur.

Frutex eſt bicubitalis ac altior: *caules* habens teretes, longos, cinereo colore præditos: *folijs* ex intervallis aliquot ſimul ortis anguſtis, crebris, duriuſculis, ſubtùs albicantibus, ſupernâ parte viridibus, conveſtitos: ac *floribus* hinc inde multis ex cæruleo candeſcentibus, Salviæ florum effigie, coronatos.

Iucundiſſimi odoris eſt hic frutex, Thus redolentis: vnde ipſi *Libanotidis* nomen inditũ eſt: & quia Corollis expetitus, *Coronarij* appellationem adeptus eſt. *Dendrolibanus* dicitur quibuſdam & *Campſanema*, alijs *Solis Thymiama*, Italis *Corona montana*. Angvillaræ Cucorum Theophraſti, & Hygini Virgilijque *Caſſia nigra*. Sed receptiſſimè & communi conſenſu, *Roſmarinus vel Roſmarinum ſimpliciter*, *Roſmarinus minor ſeu tenuifolius*, *Roſmarinus coronarius*, *Roſmarinus hortenſis anguſtiore folio*, & *Libanotis coronaria*, appellatur.

Hortorum alumnus eſt quidem hic Roſmarinus: Sed nihilominùs tamen, tantus eius ſponte provenientis in Gallia Narbonenſi proventus, vt haud temerè aliud Incolæ lignum vrant, cùmque Monſpelij & locis vicinis pro ignis fomite vtantur. Floret Martio, Aprili, Autumno, ac toto ferè anno.

Cæterùm calidus & ſiccus eſt ordine ſecundo Roſmarinus coronarius, ac ſimul adſtringentis facultatis particeps. Cerebrum deſiccat; ſenſus acuit, & nervoſas partes confortat, omnibuſque capitis & cerebri, ex frigida & humida cauſa ortis malis, confert. Vteri diuturnos fluxus ſiſtit & ſanguinis profluvia ſupprimit. Suffitu deſtillationes ac toſſim continet, decocto regium morbum ſanat, & ſolo nidore in peſtilentia tutam reddere traditur domum. Datur ex vino vel aceto contra ſerpentes, perhibet Plinius. Oleum ad illorum plæraque efficacius, artus atrophiâ laborantes reficit, & ſi cervix & tempora eo inungantur, Apoplexiam prævenit. Roſmarinus non tantùm ad corollas appetitur, inquit Matthiolus, ſed etiam ad culinas, & ad pharmacopœorum officinas, obſonijs enim quibuſlibet & potibus gratiam conciliat, & ad multos morbos vim ſalutarem habet, &c. Vtendi modum notunt Practici, & Nos in Hiſtoria noſtra magna docemus.

CLASSIS XIII. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM

CLASSIS XIV.

QVÆ EST ROSARVM, ET HIS AFFINIVM ſpinoſarum nonnullarum Plantarum.

ROSA RVBRA, FLORE VALDE PLENO, ſemipleno & ſimplici.



HVius *frutex* minor eſt quàm Albæ aut Rubellæ: *Virga* non ita craſſæ, ac ſpinæ etiam rariores: minúſque mordaces, ac aliqui etiam rami ſine ſpinis. *Folia* ex longiuſculo pediculo, cui in principio veluti auricula, terna vel quina, vtrinque glabra, ſupernè magis virentia, ſubrotunda. *Flores* ſiue Roſæ, magnæ, coloris intensè rubri, & quædam plenæ admodum, quædam pauci foliç: odoratæ verò omnes, ac potiſſimùm ſiccæ. Flores ſequuntur *Fructus*, ſiue Capita ſoblonga, rubra vbi maturа. *Radix* lignoſa & dura. Variis locis colitur in hortis. Intensè verò rubra, & valde plena, maximéque odorata, in Gallo-provinciæ vrbe *Provins*, laudatiſſima provenit, atque inde longè latéque diſpergitur.


ROSA ACANTHOS, SIVE SINE SPINIS; flore pleno, rubello & albo.



HÆc præcedentis figurâ eſt & effigie, ab eaque ferè tantùm in eo variat, quòd ſpinis caret, *ramóſque* habet flexuoſos & magis viridantes: *folia* autem tardò terna, ſed communiter quina aut ſena, eáque supernè quidam atrovirentia, infernè ſubcinerea: *Roſa* illi magno foliorum ſtipatu ſpecioſa, ſuavis odoris, ac coloris cum nunquam albi, ſed vt plurimùm rubelli, purpureiſq; lineis variegati.

Cluſio, Camerario, Tabernæmontano, Gerardo & aliis dicitur *Roſa non vulgaris* ſine ſpinis, ſiue ſpinis carens, flore pleno maiore. Floruit Nobis Iunio in horto Montbelgardi.

ROSA DAMASCENA, PERSICA, VEL Alexandrina dicta: flore pleno incarnato.



Huius *Rami* ſpinis abundant aduncis & mordacibus: *Folia* terna, quina aut ſeptena, eáque non virent, vt in rubra, nec polita ſunt, vt in alba. *Flores* multi ſimul ex longis pediculis hiſpidis, calyce etiam hiſpido, magni, pleni, odorati, ac rubelli ſiue incarnati.

Harum Roſarum, vt notat Monardes, apud Gallos, Italos, Germanos, diverſáſque Gentes nunc frequens eſt vſus. *Damaſcenas* vocant, quoniam ex Damaſco Syriæ vrbe creduntur adnectæ. Iis à Puniceis proxima laus; fiuntque ex iis Syrupus, Mel roſaceum &c. An Campana Plinij? An Eiuſdem Trachinia minùs rubent?

ROSA FOLIO CRISPO SVBROTVNDO, FLORE multiplici, rubello ſiue incarnato.



Hæc à præcedente folio tantùm differt.

Cæterùm *Roſa Partes* ſunt octo. *Pediculus* enim qui florem ſuſtinet terminatur in *Caput* ſolidũ, lanugine quadam refertum, foliis & floribus ſubſtratum, ac totã Roſam ſuſtinens, quod *Calycem* vocant. Hanc ambit *Cortex*, apertâ Roſâ, in quinque pinnulas ſeu lacinias diviſus. Tertia pars eſt floris mediũ illud croceum quod capillamentis inſidet, *Anthera* vocatum, quaſi flos roſæ. Quarta, ipſum *ſubtile Capillamentum*, crocei [veluti filum] illius fulcrum & ſuſtentaculũ. Quinta, *Folium*, cuius ima pars candida, *Vnguis* appellata, ſextam conſtituit. Septima, *Lana in capita contenta*. Octava, *Semen*. Et hæc Roſis ferè omnibus communia.

ROSA CENTIFOLIA RVBELLA PLENA, Hollandica dicta, ſpinoſo frutice.



Centifoliæ roſæ meminêre Theophraſtus, Plinius & Athenæus: quoniam verò inodoram & puſillam eſſe aiunt, an illi hanc noſtram intelligant, cum Cluſio hæremus. Habetur hodie variis locis in cultioribus hortis, vt Nos etiam Ebroduni varias plantas in noſtro alimus. *Mediam*, ſiue mediæ magnitudinis, atque *Albam*, apud Batauos inueniri, ſcribit idem Cluſius: Nos non vidimus. An Præneſtina Plinij?

ROSA POMIFERA, FOLIO HIRSVTO.



Folia huic palmum ferè longa, quina, ad rubei am plenam accedentia, ſed longiora & minùs rotunda, ſerrata, ſubtus hirſuta, & pænitus cinerea. *Capita*, ſiue fructus ſpinoſi, magnitudinem habent Auellanæ rotundæ, eóſque ſuſtinent pe . . breues ſpinoſi: per ramulos ſunt ſpinæ rariores. Ex monte Caleſſi habuimus. An Thalij Cynorrhodos, ſeu Roſa canina, virgis, fructu ac foliis aculeatis, Spongiolas proferens.

ROSA MINOR, RVBELLO MVLTIPLICATO flore, aſperis ſpinis armata.



Frutex eſt aſperis duris ſpinis armatus, in altitudinem ſatis magnam multis virgis rubentibus valdè excreſcens. *Roſa* huic paruæ, ex breuibus pediculis, plenæ, admodum odoratæ: *Radix* latè ſerpit.

Roſam Cinamomeam inſcribunt Cluſius, C. Bauhinus & alij. Camerario dicitur, Roſa Cinamomea altera, vulgò *Veneta*, aliis Prouincialis, *Spermonia Plinij*, & *Sycionia* quorundam. Tabernæmontano, *Roſa Prouincialis minor*: aliis Roſæ Damaſcenæ genus, *Roſe de Damas incarnate*. Primo vere floret. An *Gracula Plinij*, vt vult Hiſtoria Lugdun. An Theophraſti & Plinij, *Roſa ex Pangæo*?


ROSA CINNAMOMEA, FLORIBVS SVbrubentibus, ſpinoſa.



Huic *folia* ſunt minora quàm Albarum, Rubearum & Rubellarum: *rami* tenues ſpinoſi & ſubrubentes: *flores* parui, rubelli, odorati & ſimplices.

Franciæ, Belgio & Angliæ enti ſponte crebram eſſe ſcribunt Aduerſaria. *Canellæ Roſam* inſcribunt nonnulli, aliis eſt *Roſa Cinamomea* ſimplex. Geſnerus pro *Lychnide Plinij* habet, & in Albio monte Maiorem & Minorem naſci tradit, illam *Fœminam*, hanc *Marem*, faciens.

ROSA RVBELLO FLORE PARVO, SIMPLICI, non ſpinoſa.



Mitior hæc, nullis horret ſpinis, pediculo duntaxat floris nonnihil aſpero: *foliorum* autem glabrorũ coniugationes, præter extremũ impar tres ſunt vel quatuor, ſerratorum, ſuperius virentium, inferiùs albicantium, glabrorum: *Roſæ* ſunt paruę, quinquefoliç, odoratæ, coloris rubelli: *Fructus* rotũdus, paruo Meſpilo paulò minor, per maturitatẽ rubẽs, ac grana tomẽto inuoluta cõtinẽs.


Trago eſt *Roſa campeſtris*: Tabernęmontano & Gerardo *Prouincialis minor*: plurimis *Roſa May*, *Meyan roſe* Hiſtoriæ Lugd. *Roſa Græca Plinij*, Græcia Lychnis dicta. Spontaneam reperimus in Geneuenſium monte *Thurri* & alibi: ac in hortis colę etiam obſeruauimus.

ROSÆ MINIMÆ GENVS ELEGANS.



Qui hanc Nobis attulit, eam in horto Dei collegerat. *Folia* illi vnciam, quinquepartita, glabra: *flos* pro proportione plantę magnus, quinquefolius, albus. Conſiderandum autem an ſit tantùm variatio aliqua alicuius præcedentis generis: nimiũ enim Nobis videntur pręter neceſſitatem multiplicandæ Species: ſtudemus tantùm Opera Dei in Botanicis pro noſtro captu demonſtrare.

ROSA CANDIDA, PLENA ET SEMIPLENA.
Roſa ſatiua alba, flore pleno & ſimplici.



Virgis aſſurgit lõgis, lignoſis, fungoſis. in quibus ſpinæ acutæ, aduncæ, raræ: *Cortex* alioqui politus & læuis: *foliola* quinq; vel ſeptena, crenata, glabra, ſublonga: extremis ramis *calices* plures ex pediculis ſpinulis nõ minacibus inhærent, quibus apertis apparet *roſa* pulchrè odorifera albæ, multorũ nonnunquam foliorum, atque interdum paucorũ, cum luteis in medio apicibus. Succedunt *fructus* rotũdi rubri vbi maturi, in quibus grana dura lanã inuoluta. Meliùs frigus tolerat quàm Rubella eiusq; putandi quotannis rami qui flores tulere. Floret tardiſſimè. Amarior autẽ eſt quàm Rubella & vim maiorẽ purgandi habet. Noſtra icon ex emptitiis non placet.

ROSA LUTEA, SIMPLEX ET PLENA.



Roſa hæc aurea, quæ Veteribus indicta fuit, à cæteris Roſarũ generibus foliis, flore, & odore diſcrepat. Nã parua ſunt eius *folia*, rotunda, obſcuræ viriditatis, valdè inſecta. *Caules* ſpinoſi multùm: *flos* aureus ſiue luteus, cæterà aliis ſimilis, atque vt in alba & rubra, vel ſimplex, vel plenus, odoris grauis atque ingrati. Delapſo verò flore *poma* ſuccedunt colore, figurâ & magnitudine adeò Sorbis ſimilia. vt imperitus ac inexercitatus ea à Sorbis vix diſcernat. *Indicam* & *Alexandrinam* vocant Scriptores hanc Roſam, quæ cultioribus Europæ hortis hodie nõn ignota: vt *Ebroduni* etiam *flore ſimplici* & *pleno* habent Domini *Chaſſeur*, primarij eius Vrbis Ciues.

ROSA MOSCHATA MAIOR: Germ. *Weiß biſem Roſen*: Gall. *Roſe muſquée*.



Frutex eſt robuſtus, rectus, ſpinoſus: *caudice* cæteris craſſiore: *rami* longiſſimi, cum aculeis rarioribus. In ramorum ſummitatibus, ex pediculo raris aliquibus ſpinis aculeato, *Roſa* enaſcuntur, plærumque quinque aut ſeptem foliis conſtantes, magnæ albæ cum aliquo rubore, qui potiſſimùm detegitur rùm exſiccantur. Odor ſuauiſſimus, ob cuius excellentiam *Muſcatula* appellatur. Lugduni & Monſpelij Maio & Autumno floret. In Italia toto anno nonnunquam florere ſcribit Geſnerus. Nos verò Ebroduni in dictorum Domini *Chaſſeur* horto, à menſe Auguſto in Hyemem vſque florentem obſeruauimus.

ROSA MOSCATA MINOR, FLORE SIMPLICI.



Roſam coroneolam Plinij eſſe exiſtimarũt nõnulli, alij *Roſam Alexandrinam* vel *Damaſcenam* vocant: aliis dicitur *Roſa ſerotina*, & *Roſa Autumnalis*: Arabibus *Neſren, Neſrim, Neſrin,* & *Neſrin*: Geſnero Roſa moſchata fragrans: plæriſq; verò omnibus Roſa moſchata minor flore ſimplici. Eodem quo præcedens floret tempore.

Cæterùm condiuntur & eſitantur vulgò Moſchatæ Roſæ in Italia, ac Venetiis præſertim: aluúmque, dictãte Lobelio, iucundè, & vehementiùs, cient, & animi deliquia, ſtomachique & cordis lanciuationes acceſſunt. Sed an poſſint aluum iucundè ciere, & tam praua ſymptomata excitare, iudicent Lectores.

ROSA MOSCHATA MINOR, FLORE PLENO.



Similis in omnibus eſſet ſimplici, niſi in flore eſſet diſcrepantia: in quo foliola exteriora maiora, interiora minora. Videtur Lobelio ſylueſtrem exuiſſe animum Olitorum arte & mangonio, atque in hortis dupla facta.

Inſcribitur autem vulgò *Roſa moſchata multiplex* vel multifolia, atque etiam *Roſa Autumnalis altera*. Sunt qui *Damaſcenam*, & qui *Plinij Praeneſtinam*, at alij qui *eandem Coroneolam* eſſe cẽſent. Hiſtoriæ Lugdunenſi dicitur Roſa Damaſcena, ſiue Autumnalis altera, denſâ foliorum cõgerie & eximiâ odoris ſuauitate delectans.

ROSA SYLVESTRIS, CYNOSRRHODON.
Roſa ſylueſtris rubella, paruo frutice.



A ſatiuis Roſis ad ſylueſtres Hiſtoriæ noſtræ filum deflectimus, inter quas agmẽ ducet *Cynorrhodon*: quod quamuis de Lilij quodã genere, nec non de Roſa ſpinoſiſſima flore rubro, nonnũquam dicatur: per id tamen *Roſas ſylueſtres* vniuersè intelligi notum eſt. Eius autẽ quam hîc pingimus frutex paruus eſt, ac ea brachialis vt plurimùm. Cæterùm ſimilis eſt Roſæ intensè rubræ, cuius nonnunquã *ſpinis*, ſed raris: *Folia*, vt in illa *quinque partitis*, raròque in ſeptem foliola diſtributis, ſerratis, glabris, ſupernâ parte obſcurius virentibus, deniq; eiuſdem ferè & coloris & formæ ſed rotundioribus & minoribus: *flos* nõ paruus, rubellus, quinque foliis, iucundiſſimi odoris: cui ſuccedit *Capitulum* cum pediculo hiſpido.

Roſa ſylveſtris pomifera pumila, ſine ſpinis, flore rubello.




Inter ſylueſtres Roſas, ioquiunt Aduerſaria, non poſtrema hęc venuſtate, Angliæ perquàm familiaris, & glenteriç cognatior: fru ĉeat pomula, breubito non altiut, & inodora: *folio* minore & pereleganti t Meſpilo Aronię non diſpari pomis donata, minore multò colore viridiore, rubello, ſubpuniceo, per Auguſtum matura: *flos* Roſę ſylueſtris eſt.

Roſa pumila ſpinoſiſſima, fo[liis] Pimpinellæ, glabris, flore albo.



Haud impune vi... ſæpe te contrectari ... pumila hęc ſeſquicubitalis Roſa, tam denſo ho... minacium ſpinarum vndiq... mine, tam per caudicē qu... per ramulos, quos ... tos multos habet: per qu... folia coniugationum... qua ſunt, alata, glabra, ... drantē digiti minim... cia, circumcirca crena... brotunda: floſculi ... cōſtant foliorū textur... didi, crebri, luteis ... nentis medium obſi... bus, alabaſtriculis, p... *radix* repit & plurima... gas emittit.

Roſa arvina Tabernæmontani: Germ. *Feldt Roſe*.



Hanc omnibus locis adeò vulgatem air, vt non egeat deſcriptione: nec Nos de ea quicquam amplius hîc & ad ſequentium aliquot Tabulatum letera *Roſarum Temperamentum, facultates & vſus* propoſituri.


Roſa, Meſuęo authore, quî prę cęteris de ea diſtinctè ſcripſit, frigida eſt primo gradu, ſicca ſecundo, ex ſubſtantiis diuerſis ſeparabilibus compoſita: aquea quidē mediocri, & terrea adſtringente: ſiccā verò dulci & aromaticā: igneā denique tenui, à qua eſt amaritudo, rubor, perfectio & forma. Igneæ tamen ſubſtantiæ vis, quæ ruborem & ſpeciē impreſſit, valentior fuit quàm quæ amaritudinem, atque ob id hæc ſolâ ſiccatione perditur, illis adhuc permanentibus. quæ ſi perierint, *Roſa* non magis *Roſa* fuerit, quàm homo mortuus eſt homo.

Roſa ſylveſtris alba cum rubore, folio glabro, flore ſimplici.



Recentes Roſę, pergit *Meſue*, amaræ ſunt magis quàm adſtringentes. Ob eámque amaritudinem Roſæ recentes, ſucco præſertim purgāt: ſiccatæ verò, reſolutā ... tate amaritudinem exe... ſubſtantiam ſtypticam & ... ſtipantem obtinent. Sicca verò Roſa eſt frigidior, ... magis ſtyptica: & ea magis quæ non fuit perfecta, & alba magis quàm rubra. Roſa præterea reſoluit, intemperies calidas extinguit, ac partes cogendo & conſtipando roborat: id autem ſemine & pilis in medio inuentis maximè. Cùm autem Roſæ ſint rubræ & albę & ambæ foliorum multorum vel paucorum, criſporum vel planorum, in vtróq; genere eſt pręſtantior cui color genuinus eſt perfectius, & folia adſunt pauca & plana. Albæ nihil aut minimùm purgāt, potētiùs verò adſtringūt: & roborāt quàm rubrę: &c.

Roſa ſylveſtris, folio glabro, flore planè albo.



Circa ſcrobes, *foſſas* & margines agrorum ac pratorum, locis potiſſimùm humidis prouenit modò dicta: diuerſiſque temporibus floret, Iunio, Iulio, Auguſto, Septembri, Octobri & Nouembri. Hæc verò paſſim in ſyluuſis & fruteti naſcitur, & paulò tardius floret quàm cæteræ ſylueſtres: Iunio ſcilicet & Iulio.

Cæterùm reſiccant & adſtringunt potenter lutea Roſarū ſtamina, apicéſve & calyces: vnde Dioſcorides. Qui in medio Roſis, inquit, reperitur flos, ſiccus adſperſus, ad Gingiuarum fluxiones facit. *Capita* verò pota, eodem & Plinio authoribus, ſanguinē & ventrem ſiſtunt. Quod autem Roſam excalefactoriam dicit Plinius, corruptum eius locum arguit.

Roſa ſylveſtris alba cum aliquo rubore, folio hirſuto.



Roſæ ſylueſtris genus hoc magnū ramoſum ſpinis hinc inde aduncis, robuſtiſſimum *folia* quina vel ſeptena, ſubrotunda, rugoſa albicantia, hirſuta nonnihil odorata. *Flores* quinquefolij, albi cū aliquo rubore, quorum pedicali ſpinulis aſperi. Variis locis frequens viſitur in ſepibus & dumetis. Spongiolas autem ſylueſtris Roſæ ſunt qui ad calculum & vrinæ difficultates valere affirment. In ſpongiolæ verò Cynorrhodi cauitate interiora, tineæ interdum occluduntur, quibus vulneri ſatis ad expellendos vermes inteſt ... mul... feliciter vtuntur.


Roſa eglentina dicta : Germ. *Vvilderoſen*: Gall. *Eſglantier* : Ital. *Roſe ſaluatiche*.



Roſis ſylueſtribus antè dictis ſimilis eſt, ſed vulgari minor: *Virga* ſpinis horridę & lignoſæ: *foliola* ſubrotunda, plærumque ſeptena, ſplēdentia & pulchrè virentia, ſuauiſſimi & gratiſſimi odoris: *flores* exigui, quinquefolij, valde odorati, albi, & nonnunquàm ex purpura candicantes: *Fructus* ſublōgus, coloris ſubrubentis. Reperiuntur verò circa tenues virgas ſpongiolæ hirſutæ, quales circa cæteras Roſæ ſpinas naſcuntur.

In Galliis, Angliæ & Belgiò non temere reperitur ſponte. Baſileæ verò Montbelgardi, & Geneuę frequentem obſeruauimus, etiam cum ſpongiis.

Roſa eglantina flore pleno.



Roſam caninam multiplici flore vocat Camerarius: aliis eſt Roſæ ſylueſtris ſpecies odorata flore pleno. In hortis vulgò ob odorem ſuauem colitur.

Vt autem aliquid adhuc de Roſis in genere dicamus: tempeſtiuè debent colligi, & cum nondum apertæ coni figuram imitantur: tardiùs enim collectæ parum diu ſeruantur. Siccandæ loco ſublimi meridiano, quò Solis radij penetrent, ſed Roſas tamen non attingant. Cætera quæ huius loci eſſe poſſent, ex Hiſtoria noſtra magna petenda relinquimus. Vſum particularem norunt Practici & Seplaſiæ.

Rubus ſeu Sentis : Germ. *Bremen* : Belg. *Braemen* : Gall. *Ronce* : Ital. *Rouo*.



Rubus dicitur etiam à Latinis *Sentis*, quòd à tangentibus quàptimùm ſentiatur; Gallis *Ronce*, à runcatione, quæ dumorum eſt propria. Tam notus autē eſt Rubus, vt notius nihil. Theophraſto tria Rubi genera ſunt: Erectū & excelſum, *Batos* dictū. Rubus ſcilicet Maior fructu nigro, mox tradēdus. Alterū Humil: *Humi-rubū* vocant: Nos verò Rubum minorem fructu cæruleo: & Tertium, quod Cynoſbatos appellatur. Nos Dioſcoridis veſtigiis inſiſtētes, Rubum diſtinguimus in *Vulgarem*, qui illi Batos ſimpliciter dicitur, ac quem in Maiorem & Minorem ſeparamus: & *Rubū Idæum* dictum, cuius differentias etiam proponemus.


Rubus maior, fructu nigro.



Ex radice nodoſa impotēti ſuā feracitate ſe propagat, ac longè latéque ſenticoſis, anguloſis, rubentibus mordacibus *ſarmentis* vagatur. *Virga* ſpinis aduncis & pungentibus aculeis veſtiuntur: *folia* terna, ſerrata, aſpera, dorſo aculeato, inferiore parte candicantia, ſuperiore nigricantia, ac hyeme vix decidentia: *flores* albi, vel ex candido roſei cum apicibus concoloribus: *mora* initiò rubra, ſed per maturitatē nigra, ciſtis quibuſdam aſperiuſculis: acinis paruis, guſtu dulci & non ingrato.

Per dumos repit, & in ſyluis inter cæteras ſentes, nec non ad ſepes & agrorum margines reperitur: florétque Maio & Iunio, ac Autumno maturat fructum.

Rubus minor, fructu cæruleo.



Maiori eſt hic cōtractior: *foliaque* minora habet & minus ſenticoſa: *flores* candidi & ſtellati: *fructus* primo exortu viridis, pòſt ruber, per maturitatē verò cæſius, atque vt præcedentis piloſus, pariſque guſtus. Ripis fluuiorum gaudet, humectiſ. que macris & incultis agris. Flores Maio menſe erumpunt.

Cæterùm Rubus, authore Dioſcoride, adſtringit & ſiccat, capillóſque tingit. Summorum autem ipſius ramorum decoctum potu aluum ſiſtit, fluoréſque muliebrem cohibet. Firmant & gingiuas oriſqi vlcera ſanāt commanducata folia, impoſita verò Herpetas cohibent, & Hæmorrhoidibus remedio ſunt.

Rubus alpinus humilis.



Planta eſt admodum humilis, palmaris vt plurimum, mollis & ſine ſpinis: *folia* terna, vt in Rubo Idæo vulgari, viridia, nō vt illa ſubtus alba: *mora* punicea ex longo pediculo in ramorum extremitate plura, *capitulo* 1. 2. vel pluribus cōſtantia, ſapore acido grato: ac in ſingulis acinis granum vnum durum ſublongum & rugoſum.

Trago dicitur *Chamæbatus*, ſeu Rubus Idæus alter. Cluſio verò & plæriſque aliis *Rubus petræus* ſiue ſaxatilis. Creſcit in ſcopulis qui circa celſiſſimorum montium radices ſunt, non in ipſis montiū iugis: vt in eiuſmodi locis in Sabaudia obſeruauimus, nec non in Burgundia, prope *Mecho*, vbi *des Chenrottes* vocant.

RVBI FACIE SENTICOSA PLANTA Lobelio.



Sic inſcribunt Aduerſaria, quæ ex India allatam tradunt. Carpi craſſitie eſt, aiunt, longam haſtâ æquans, & cortice nigro denſò veſtitu, tuberculis craſſis, ſautroſis, crebetrimis, in clauç modum muricato, ſolido & graui prædurо ligno. Caſparo Bauhino in Pin. eſt Rubus 6. ſiue Exoticus: arboris truncus ſpinoſus, &c.

RVBO IDÆO MINORI AFFINIS Chamæmorus.



Hunc ferè deſcribit Cluſius, ac ſummorum montium incolam eſſe ait, Iunióque & Iulio florêre, Auguſto verò fructum maturare.

Maio, Iunio & Iulio floret Rubus Idæus, floréſque in Mora abeunt quæ diu ſubſiſtere nequeunt, vermiculis intra paucos dies in iis naſcentibus. Vliginoſis autem & vmbroſis ſyluis, locíſque minimè apricis, neque non ſotuleutis & arenoſis ſaxis gaudet. Eſt verò vel Maior vel minor, Spinoſus vel non ſpinoſus, albo vel rubro fructu: & communis quidem dicitur is cuius fructus eſt subicnudus, candido autem fructu rarior eſt.

Cæterùm eadem præſtat, authore Dioſcoride, quæ Rubus. Fiuntque ex eo ſyrupi perelegantes, vina ſuauiſſima, & Aquæ ſtillatitię calculoſis vtiliſſimæ.

CAPPARIS FABAGINEA, SIVE LEGVMINOSA, Peplios Luteſianorum, Ardifrigi Auicennæ.



Iis nominibus inſigniunt Scriptores plantam hic pictam, quam Romæ inter rudera naſci perhibet Camerarius.

Cæterùm *vulgaris Cappa-ris* in multis regionibus, calidioribus præſertim, ſponte naſcitur, nullo aut exiguo cultu, atque vberiore prouentu in locis ſiccis & agris deſertis Inuenitúrque etiam mitis & ſpinarum expers: eámque nonnunquam etiam arboreſcere ſcribit Bellonius. Afferuntur autem ad Nos fruticis huius *Fructus* ex Alexandria Ægypti, Hiſpania vel Galliæ Prouincia, ſale conſperſus, eò quòd ſolus reconditus putreſcat: eáque conditurâ ſalubrior redditur, tum ad eſum, tum ad vſum Medicum, de quo mox.

RVBVS IDÆVS: Germ. *Himbeer*: Belg. *Hinnebeſyen*: Gall. *Framboiſier*; Ital. *Roue Idea*.



Vulgari ſenticoſo minor & mitior eſt, breuibus & ferè innoxiis *ſpinulis* horridus, iiſque interdum omnino carêns: *folia* terna aut quina Rubi foliis ſimilia, ſed tenera & mollia, ſuperiùs atrouirentia, inferiùs incana: *flores* albi: *mora* cana, per maturitatem rubentia [interdum & alba, inter acinos pilis denata, dulci, violam redolentia, vinoſoq. carnei coloris ſucco, ebria: *radix* longa, lata per terram ſe ſpargens.

Rubi Idæi non meminere Galenus. Paulus & Ætius, ſub Rubo fortè comprehendentes. Dioſcorides tenuiorē Rubo facit, exiguiſq; ſpinis præditum. Idem ait & Plinius. Idæus autē vocatus fuit, non quod [vt exiſtimat idem Plinius] in Ida ſolùm naſceretur: ſed quòd copioſiſſimus ibi proueniret.

CAPPARIS: Germ. *Capperen*: Belg. *Cappers*; Gall. *Capres*; Ital. *Capparo*; Hiſp. *Alcaparras*.



Non ſolùm, ait Theophraſtus, caule & ramis aculeatis conſtat Capparis, ſed & folio hiſpido, ac cultura deterior redditur, vt naturâ ſyluestrē dixeris. Frutex eſt ſenticoſus, humilis, *ſpinis* deorſum ſpectantibus armatus: cuius *ramuli* aculeis horrentes orbiculariter per terram ſternuntur: *folia* alterno poſitu naſcuntur, circinatæ rotunditatis, ſaporis permagis amari: ex quorum ſinu *pediculi* ſingulares exeunt longi, quibus *capitula* inſident viridantia, quæ explicata floſculum exhibent candidū, Roſæ paruulæ æmulum, medium obtinentibus infinitis fibrarum cirris: *ſemen* pericarpio oblongo clauditur, multum, parum.

CAPPARIS OFFICINARVM, CORTEX.



Cortices qui in Officinis proſtant, partes hæ ſunt craſſos, duros, albicātes ſolidos, neceſtacta faciles, acido ſapore: eos verò aliùs obuelte rugoſus & rimoſus. Reperiuntúrq, interdū qui duos pollices craſſitudine æquant. Quod ſi à radice detracti fuerint ſimplices ſunt, colorémque habent obſoletum

Cæterùm Capparin calidā & ſiccā gradu ſecūdo ſtatuit Simeō Sethi, tertio Fernel . Diuerſis verò & pugnātibus qualitatibus conſtare ... talem vtramq; extergere, purgare & incidere, amaritudine: excalefacere & digerere acrimoniâ: contrahere, denſare ac conſtringere acerbitate. Vnde ſi quid aliud, lienes induratos iuuare valet hoc medicamentū. Eſtq; Cortex [præſertim radicis] præcellentioris in iis omnibus facultatis. ICO-

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE STIRPIVM CLASSIS XV.

FRVTIC SCANDENTES ENARRANS, VT VITES ET CONVOLVVLOS: & his aliqua ratione ſimiles peregrinos.

VITIS VINIFERA : Germ. *Vveinreb Vveinſtock*. Gall. *Vigne* : Ital. *Vite* : Arab. *Harin* vel *Karm*.



Notior eſt vinifera Vitis, quàm vt deſcribi debeat. Arborem vocat Theophraſtus, Varro & Plinius, ſed quo marito, cùm tortuoſi ſtipitis, alienæque opis indiga, hac ſtirpe nihil videatur abiectius? Meliùs Columella arborem eſſe negat, medium quid inter arborem & fruticem eſſe ſtatuens.

Vnus Democritus *Vitis genera* numero comprehendi poſſe exiſtimauit: cæteri omnes innumera atque infinita eſſe prodiderunt. Vnde Columella *Vitium* nec numerum nec appellationes certâ fide referri poſſe tradit. Nos autem ſicco prorſus pe de hoc traiiciamus vadum, præcipuas Vitis differentias, ad latus proximè ſequentis Tabulæ breuiter recenſebimus.

VITIS FOLIO APII.



Peculiaris ſolùm folij forma hanc Vitem ab aliis diſcernit. Cæterum diſtinguitur vulgò Vitis in *Satiuam* & *Syluestrem*. Et ſatiua alia *Maior* eſt, cuius multæ ſunt ſpecies, alia *Minor*. Maioriſque rurſus Vuæ & *colore* & *formâ* & *magnitudine* differunt: Sunt enim *acinis* vel virides, vel albicantes, vel fului, vel cærulei, vel ſubrubentes, vel nigricantes: oblongi vel ſubrotundi: magni, vel parui; frequentiores vel rariores, atque interdum etiam nulli. Minor eſt ferè acinis nigris, ac rariſſimè albis vel fuluis; nucleo minimo ac molli. *Sapore* etiam differunt, dulci, acerbo, muſcato, &c. Eſt & in *foliis* magna differentia. Vel enim maiora ſunt vel minora: plus vel minùs inciſa; tenuiora vel craſſiora: viridia, rubentia, maculata: duriora vel molliora: glabra vel ſubhirſuta, &c.

VITIS VINIFERA SYLV. LABRVSCA; Vua monſtroſa barbata.



Satiuam vitem refert ſyluestris caudicibus, ramis, articulatis ſarmentis, foliis, claviculis, floſculis & fructu: ſed in ſarmentoſam arboreámque ſobolem luxurians, vnde ſterileſcit, minoréſque & rariores vuas profert atque eas etiam non perficit, ſed minùs ſapidas & immaturas relinquit.

Quæ verò hic pingitur Vua, in Palatinatu pago, *Fredels haum* dicitur anno 1599. reperta fuit, ac flaueſcente, duos cubitos longo, crine, monſtro, naturæque erratO, quàm eiuſdem legitimo partui propior indicata.

De vite & eius fructu, fuſiùs hic eſſet agendum, ſed plura non capiunt hæ locì anguſtiæ. Conſulat Lector tum Hiſtoriam noſtram Magnam, tum peculiarem Tractatum de Vite & eius Fructu huius Appendicem, tum & de Omphacio, Muſto, Sapa, Variis Vini generibus, Vini Facibus, & de Aqua Vitæ, propediem promulgandum.

VITIS CORINTHIACA, SIVE APYRINA.



Patriam nomẽ teſtatur hæc Vitis effigie parum differt à communi: ſed algidioris cœli impatiens, gracilitate tantùm racemorum, & exilitate acinorum ab ea ſeparatur. Racemuli enim acinulis conſtantur Piperinis, aut Sãbucina grana æquantibus, carentque Gigartis acini, ve quædam Mala Granata, axillis vacua.

Theophraſto dicitur *Vitis Idæa* Plinio *Vitis Alexandrina*, vel, vt Dalechampio placet, *Vitis Græcula*. Dioſcorides Syluestris Vitis alteram facit ſpeciem. Fructum Neoterici & Recentiores *Vuas Corinthiacas* vocant, *Raiſins de Corinthe* : *Vuas paſſas minores*, *Paſſulas* & *Paſſulas Corinthiacas*, atque etiam *Vuas Gigartis carentes*.

RIBES : Germ. S. Iohans Treubal; Belg. *Beſiekens ouer Zee* : Gall. *Groiſelier rouge* : Italis *Vvetta roſſa*.



Incognitus Veteribus hic Frutex fuit, at ſilentio præteritus. Nonnulli tamen id eſſe contendũt quod a Mauritanis *Ribes* dicitur : Aſt adſtipulantibus, Fuchſio, Matthiolo, Hiſtoria Lugd. & aliis, Ribes Mauritanorum à noſtro diverſus eſt: licet Amatus & Dodonæus vnum & idem eſſe aſſerant.

Huius autem Fruticis duæ tantùm à Botanicæ rei ſcriptoribus obſeruantur Differentiæ : *Alter fructu* rubro propter vitium præſtantiam commẽdatus, quem hic pingimus, *Alter fructu nigro*, qui vix in vſum Medicum recipitur, ſed topiarius eſt. *Tertium* addunt nonnulli, fructum qui profert album & gratum, ſed Vuæ criſpæ fortè ſpecies eſt.

RIBES NIGER DICTVS, FOLIO OLE[illegible]



Differt hic potiſſimùm à rubro, quòd graui odore [illegible]teant folia, & baccæ oblo[illegible] ſint, rubrique coloris [illegible] terque autem paſſim [illegible] is colitur, eorumdem p[illegible] nos & areas ſepiens. [illegible]rentque Aprili & Maio. [illegible]nio verò & Iulio baccas maturant. Tiguri ſponte [illegible] Ribem nigrum, ad ri[illegible] quorumdam ripas, ſcri[illegible] Geſnerus, ac in hortos tr[illegible] latum facilè comprehẽdere. *Ribes niger*, vel *fructu nigro*, vulgò dicitur, & *Ribes vul*[illegible] *ri ſive los Frutex fructu n*[illegible] *Piperella & Piper hortenſe* quibuſdam : Matthiolo [illegible] Dioſc. *Arbuſcula Piper ra*[illegible] *matum proferens* *De Veribus in ſequentibus & in Appendice.*

RIBES VERVM ARABVM.



Spinæ celticę, naſcendi modo, naturam refert: ſiquidẽ ſub niue perpetuò degit, *folio* Lapathi acuti præditũ, ni grandius eſſet & rotundius, ac ad Papyrũ accedẽs: *baccas* fert ex ſinu medio foliorum rubras, vt in Lauro Alexandrinâ Hippogloſſo & Ruſco cõſpicuas. Septena vt plurimùm à radice emergũt, in quorum medio fructus veluti racematim dependet, ex quo ſuccus exprimitur, &c. Sic ferè deſcribit Bellonius. Paulò aliter Rauuolfius, bina illi tantùm tribuens folia, Petaſitidis, à radice prodeuntia; caules verò aſperos, purpuraſcentes, pollicares & cubitalis longitudinis. *Acetoſã* ille & *Lapathũ* nominat, cęteris verò plæriſque omnibus dicitur, *Ribes Serapionis*, & *Ribes legitimũ Arabũ.*

AN RIBES RAVVVOLFFII, AVT illi congener Planta.



Ribes Rauuolffii non[illegible] plantam quam hic p[illegible]g.- mos, ſiccam accepim[illegible] teriùs *Ribes verum A*[illegible] dictum, in Libano nas[illegible] vbi magna quantitate [illegible] gitur, aliò, ac præſer[illegible] Turcarum Imperatorẽ, [illegible] tendum. Ex capreolis [illegible] tritis exprimitur ſuccus, [illegible] coctione inſpiſſatur. Eſt [illegible] tem id Ribes frigidum & ſiccum ordine, iiſdemque vi[illegible] tutibus præditũ quibus vulgare, quod etiam refrigerat & ſiccat, moderatè adſtringit & roborat, febrium æſtum extinguit, bilem reprimit, ſanguinem feruidum contemperat, ſitim ſedat, putredinem arcet, ac febribus malignis & ventriculi ſubuerſioni confert.

SAMBACH ſiue ZAMBACH, IASMINVM : Germ. *Vveyelraben* : Gall. *Ieſſemin* : Italis *Gelſimino*.



Iaſminum dicitur quaſi Violaceum, à Violis quas *Ias* vocant Græci : *Iaſmen* etiam dixeris quaſi violæ odorem: vel *Iaſmen*, quaſi medicatum odorem. *Iaſemin* Græcos imitati nuncuparunt etiam Mauritaniecæ familię Medici, quamuis vernaculã ſorum Linguâ *Sambach* vel *Zambach* vocitetur. *Apiaria* etiã dicitur, quòd Apes eius floribus delectẽtur. Tria autẽ eius à Recentioribus conſtituuntur genera : *Albũ*, *Cæruleũ* & *Luteum*, quibus etiã quartum *Puniceum*, & aliud ex Alpino, additur. Nos *Album* hic pingimus, quod *Pothon Theophraſti* eſſe exiſtimarunt nonnulli.

Naſcitur & floret iiſdem locis & temporibus quibus reliqua de quibus mox.


IASMINVM ſiue GELSEMINVM LVTEVM & Cæruleum.



Folia, quæ Vulgari ſeptena ſunt, his ſunt vt plurimùm terna, aliáſque aliæ adhuc adduntur cõiugationes, impari ſemper alam claudente. *Cæruleum* minimè frequens viſitur, eſtque quibuſdam [illegible] *rabum Liguſtrum Orienta*[illegible] aliis *Clematis cærulea.* [illegible] *teum* Pfortzheimiæ, Argentinæ, Patauij, ac in nonnull[illegible] Gallię viretis obſeruauimus flores Æſtate. *Albũ* verò vb[illegible] uis in hortorũ angulis [illegible] cis, & pro prædiorum [illegible] dris ſurculo pangitur [illegible] ornamẽta pergularũ [illegible] mentis erigitur ad [illegible] Floret poſt Roſam, [illegible] tiùs, ex ſingulis fo[illegible] craſſeſcitq; vetuſta[illegible] tibus viticulis inſt[illegible] cis. *Semen* autẽ, qu[illegible] mè edit, nec apud N[illegible] cat, Lupino eſt ſimile.

IASM


IASMINVM, SIVE SAMBACH ARABVM, Alpini.



Frutex eſt ſarmentoſus, vile Cayri in Ægypto permanens, qui ſarmentis ſerpendo altiùs ſe extollit, *folijs* Mali Aurantij proxima: *flores* albi, octonis folijs præditi, magnitudine & odore vulgaribus cęterà ſimiles, & ſuauiori pręualidiorique odore.

Vſus florum eſt magis ad ornatum quàm ad ſanitatē: nihilominus ex iis Oleum parant quo vtuntur mulieres in balneis, ad vterum calefaciendum: idque calidum bibunt ad Tuſſim, Pleuritidem, & anhelitus difficultatem, &c. Noſtri Iaſmini Oleum, litu, potu & Enemate, vteri morbis etiam confert vt & colicis doloribus: neruos litu calefacit & emollit, atque ad contractos artus vtile eſt.

IASMINVM HISPANICVM, FLORE maiore, externè rubente.



Conſimiles cum vulgari progreſſus habet, ſed omnibus modis concinnius magis eſt *foliorum* quinque ſeptemue coniugationes, impari ſemper alam claudente, & ſunt illa minus acuta quàm in vulgari. *Flores* longè ſunt maiores, ſpeciosiores & fragrantiores, folijs obtuſis [cùm vulgari ſint acuta] intus lactei, foris punicantes.

A Græcis & Turcis ſtudioſiſſimè colitur, à quibus in noſtras regiones adductū, in vrbis varijs locis alitur. Hiſtoriæ Lugdunenſi dicitur Iaſminum puniceū Dalechampij, *Iaſmin rouge* & *Iaſmin large*. C Bauhino apud Matthiolum, *Iaſminum Hiſpanicum grandiflorum*.

PAVATE ARBOR, MALI AVREÆ FOLIIS, Arbor Eryſipelas curans.



Frutex eſt non admodum ramoſus, octo aut nouē pedū altitudinis; cui rara ſunt *folia*, Mali aureæ folijs ſimilia, exceptâ appendice quâ carent, vtrinque eleganti virore prædita: *flos* exiguus, candidus, quatuor folijs prędiditus: è cuius medio exit alba fibra, cuſpide viridi inſignis, odore floris Periclymeni, cui procul aſpicientibus perſimilis videtur: totum ſemen Lentiſcinij magnitudine, ex viridi nigricans, & vbi maturuerit nigrum: *caudex* & rami cinerei ſunt coloris: *radix* alba. In Malauar vocant *Pauate*: Canarinis *Vaſſaudi*: Luſitanis verò *Arbor contra las Eriſipelas*.


Fi ura falſa eſt meliorémque fortè in Appendice damus.

CLYMENVM, PERICLYMENVM, CAPRIFOLIVM: Germ. *Vvaldgilgen*, *Geiſsblat*: Gall. *Cheurefeuille*: Ital. *Caprifoglio*.




Periclymenum à Clymeno manifeſtè diſtinguit Dioſcorides, ac de iis diuerſis capitibus tradit: nihilominus tamen *Periclymenum Clymenū* etiā vocari inter notha ſcribit; ſic [Hermolao & Matthiolo teſtibus,] Clymenum à Plinio de Periclymeno Dioſcoridis dicitur, & quæ ille de Clymeno tradit ad Periclymenum pertinent. Et in eo ſecutus eſt Theophraſtum, qui & ipſe Clymeno adſcripſit, quæ Dioſcorides de Periclymeno prodidit. Ac Theophraſtum etiam ſecutus Marcellus, magno errore, cùm inter Plantas illas magnum ſit diſcrimen: *inquiunt docti*. Cæterùm Periclymenum vocant ſcriptores plærique omnes, *Matrisſyluā* nonnulli, alij *Caprifolium*, alij *Lilium conuallium*, alij *Lilium inter ſpinas*.

PERICLYMENVM PERFOLIATVM, SIVE calidiorum regionum, Italicum dictum.



De Periclymeni nominibus dictum, iam enarrandæ eius *ſpecies* & *varietates*, à Vulgari facto initio. Id autem, vt annotat Cluſius, in *Germanicum* & *Italicū* vulgò diſtinguitur: Et *quod* in Septentrionalibus naſcitur, extremis ramis multos flores, odoratos admodum, & rubrum fructum, in vnum caput coactum profert. Alterū quod in calidioribus regionibus, creſcit, eſt latioribus folijs, floréſq; habet pręcociores & minùs odoratos quàm prius. Nalcitur vtrumque ſpontè in ſyluis & fruticetis, & in hortis frequēs colitur ac pergulas veſtit. Floret Aprili, Maio vel Iunio. *Italicum* & *perfoliatum* hìc pingimus: *Germanicum* verò & *non perfoliatum* pręcedens exhibet Icon. De *Viribus* in ſequ.


PERICLYMENVM RECTVM, FRVCTV rubro, folio non ſerrato.



Suo *caudice*, nullius fulcri indigum ſurgit. *Folia* Corni fœminæ vulgò dictæ, molliora, minúſq; neruoſa, vtrinque hirſuta, bina oppoſita: quo numero quoq; *flores* vni eidémque *pediculo* inſidētes ex foliorum alis erumpunt, ex luteo palleſcentes, Periclymeni vulgaris formâ, ſed minores, ſuperiore folio ſurſum reflexo, fimbriato: inferiore demiſſo & anguſtiore. *Odor* florum ſuauis, ſed baccarū quæ illis decidentibus, gemellæ inſtar teſtium vnā pediculo appenſę, & per maturitatem rubentes ſubnaſcuntur, *ſapor* nauſeoſus.

Varijs locis inter ſentes, in ſepibus, dumetis & fruticetis reperitur: Floret Maio.

ROSMARINVS SYLV. MINOR CAMERARII. Ledum Sileſiacum minus Schvvenchfeldij.



Hic fortè idem eum iam dicto Cluſij Roſmarino ſylveſtri inodorato: credimus qui à Cluſio cultam depictā plantam. adeò hæc illi in omnibus ſimilis: minora tantùm & tenuiora omnia: vel ſi diverſæ ſint plantæ, hanc Roſmarini ſylveſtris ſpeciē minorem meritò dixeris. Iiſdem etiam gaudent natalitiis, vmbroſarum ſcilicet ſylvarum uliginoſo ſolo. In Sileſia & Boroſſia obſervatus & hic & ille, floréntque Maio & Iunio: ſed neglecti ſunt vſus.

ROSMARINVS SYLVESTRIS RONDELETII;



Lignoſus eſt frutex bip[almaris]: *radice* ſubruſā & [...] buſtā: *ſtolonibus* rigidis, R[oſ]mario textura; *folia* Hyſ[ſo]pi Arabum foliis paria, hirſuta, aſpera, dura, ex eodem puncto ſæpenumerò plura quorum vnum reliquis multò longius, nervo vnico, [&] ſingula ſecundum longitudinem decurrente: nullo [...] odore ſeu ſapore: *Flores* extremis hærent ramulis, purpurei: *ſemine* Echij vel Buglosſi, ſatis magna, cinerei coloris.

Hiſtoriæ Lugd. & Caſ[p]. Bauhino in Phyt. dicitur *Tragoriganum nostrum* Dalechampij. Eidemq; etiam C. Bauhino. *Anchusa lignoſa* Penę. Menſibus autem Martio, Aprili & Maio [...] Monſpelii in monte *Caſtel[na]venſ.*

LIBANOTIS: SEV ROSMARINVS CORONARIVS: Germ. & Belg. *Roſmarin*: Gall. *Roſmarin.* Ital. *Roſmarino*, *Roſmarino coronario*: Hiſp. *Romero.*



Duabus plantis multùm diverſis, nomen Libanotidis, ſeu Roſmarini, à Dioſcuride datum eſt. *Prior* ab eodem vocatur fœcunda & frugifera: cuius folia fœniculi foliis ſimilia [...] caulis cubitalis, vmbellis capitatos: & eſt *Roſmarinum ferulaceum*, de quo inter plantas vmbelliferas in huius Sciagraphiæ Claſſe 17. agemus. *Poſterior* aliud eſt Roſmarinum, *Coronarium* ſcilicet dictum, à Feru'aceo plurimùm diſtans.

Et hoc rurſus Duplex: *Ignobilius* vnum, quod *Sylveſtre* & *Maius* nuncupatur: ac cuius varias ſpecies iam propoſuimus. Alterum verò *Nobilius*, cui anguſtiora folia, ac Roſmarinum minus & tenuifolium appellatur.

Frutex eſt bicubitalis ac altior: *caules* habens tenues, longos, cinereo colore præditos: *folia* ex intervallis aliquot ſimul ortis anguſtis, crebris, duriuſculis, ſubtùs albicantibus, ſuperna parte viridibus, conveſtitos: ac *floribus* hinc inde multis ex cæruleo candeſcentibus, Salviæ florum effigie, coronatos.

Iucundiſſimi odoris eſt hic frutex, Thus redolentis: vnde ipſi *Libanotidis* nomen inditum: & quia Corollis expetitur, *Coronarij* appellationem adeptus eſt. *Dendrolibanus* dicitur quibuſdam, & *Campſanema*, aliis *Solis Thymiama*, Italis *Corona montana*. Anguillaræ Cneorum Theophraſti, & Hygini Virgilijque *Caſia nigra.* Sed receptiſſimè & communi conſenſu, *Roſmarinus* vel *Roſmarinum ſimpliciter*, *Roſmarinus minor ſeu tenuifolius*, *Roſmarinus coronarius*, *Roſmarinus hortenſis anguſtiore folio*, & *Libanotis coronaria*, appellatur.

Hortorum alumnus eſt quidem hic Roſmarinus: Sed nihilominùs tamen, tantus eius ſponte provenientis in Gallia Narbonenſi proventus, vt haud temerè aliud Incolæ lignum vrant, eoque Monſpelij & locis vicinis pro ignis fomite vtantur. Floret Martio, Aprili, Autumno, ac toto ferè anno.

Cæterùm calidus & ſiccus eſt ordine ſecundo Roſmarinus coronarius, ac ſimul adſtringentis facultatis particeps. Cerebrum deſiccat; ſenſus acuit, & nervoſas partes confortat, omnibúſque capitis & cerebri, ex frigida & humida cauſa ortis malis, confert. Vteri diuturnos fluxus ſiſtit & ſanguinis profluvia ſupprimit. Suffitu deſtillationes ac tuſſim continet, decoctio regium morbum ſanat, & ſolo nidore in peſtilentia tutam reddere traditur domum. Dari ex vino vel aceto contra ſerpentes, perhibet Plinius. Oleum ad illitum plæraque efficacius, artus atrophiâ laborantes reficit, & ſi cervix & tempora eo inungantur, Apoplexiam præcavet. Roſmarinus non tantùm ad corollas appetitur, inquit Matthiolus, ſed etiam ad culinas, & ad pharmacopœorum officinas, obſonijs enim quibuſlibet & potibus gratiam conciliat, & ad multos morbos vim ſalutarem habet, &c. Vtendi modum norunt Practici, & Nos in Hiſtoria noſtra magna docemus.

CLASSIS XIII. FINIS.

ICONVM

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSIS XIV.

QVÆ EST ROSARVM, ET HIS AFFINIVM ſpinoſarum nonnullarum Plantarum.

ROSA RVBRA, FLORE VALDE PLENO, ſemipleno & ſimplici.



HVius *frutex* minor eſt quàm Albæ aut Rubellæ: *Virga* non ita craſſæ, ac ſpinæ etiam rariores: minúſque mordaces, ac aliqui etiam rami ſine ſpinis. *Folia* ex longiuſculo pediculo, cui in principio veluti auriculæ, terna vel quina, vtrinque glabra, ſupernè magis virentia, ſubrotunda. *Flores* ſiue Roſæ, magnæ, coloris intensè rubri, & quædam plenæ admodum, quædam pauci foliį: odoratæ verò omnes, ac potiſſimùm ſiccæ. Flores ſequuntur *Fructus*, ſiue Capita oblunga, rubra vbi matura. *Radix* lignoſa & dura. Variis locis colitur in hortis. Intensè verò rubra, & valde plena, maximéque odorata, in Gallo-prouinciæ vrbe *Prouens*, laudatiſſima prouenit, atque inde longè latéque diſpergitur.

ROSA ACANTHOS, SIVE SINE SPINIS, flore pleno, rubello & albo.



HÆc præcedentis figurâ eſt & effigie, ab eaque ferè tantùm in eo variat, quòd ſpinis caret, *ramoſque* habet flexuoſos & magis viridantes: *folia* autem rarò terna, ſed communiter quina aut ſena, eáque supernè quidam atrouirentia, infernè ſubcinerea: *Roſa* illi magno foliorum ſtipatu ſpecioſa, ſuauis odoris, ac coloris nonnunquam albi, ſed vt plurimùm rubelli, purpureiſ lineis variegati.

Cluſio, Camerario, Tabernæmontano, Gerardo & aliis dicitur *Roſa non vulgaris* ſine ſpinis, ſiue ſpinis carens, flore pleno maiore. Floruit Nobis Iunio in horto Montbelgardi.

ROSA DAMASCENA, PERSICA, VEL Alexandrina dicta: flore pleno incarnato.



Huius *Rami* ſpinis abundant aduncis & mordacibus: *Folia* ſeros, quina aut ſeptena, eáque non virent, vt in rubra, nec polita ſunt, vt in alba. *Flores* multi ſimul ex longis pediculis hiſpidis, calyce etiam hiſpido, magni, pleni, odorati, ac rubelli ſiue incarnati.

Harum Roſarum, vt notat Monardes, apud Gallos, Italos, Germanos, diuerſáſque Gentes nunc frequens eſt vſus. *Damaſcenas* vocant, quoniam ex Damaſco Syriæ vrbe creduntur aduectæ. Iis à Punicis proxima laus; ſiuntque ex iis Syrupus, Mel roſaceum &c. An Campana Plinij? An Eiuſdem Trachinia minùs rubens?

ROSA FOLIO CRISPO SVBROTVNDO, FLORE multiplici, rubello ſiue incarnato.



Hæc à præcedente folio tantùm differt.

Cæterùm *Roſæ Partes* ſunt octo. *Radiculus* enim qui florum ſuſtinet terminatur in *Caput* ſolidũ, lanugine quadam refertum, foliis & floribus ſubſtratum, ac totã Roſam ſuſtinens, quod *Calycem* vocant. Hanc ambit *Cortex*, apertã Roſã, in quinque pinnulas ſeu lacinias diuiſus. Tertia pars eſt floris mediũ illud croceum quod capillamentis inſidet, *Anthera* vocatum, quaſi flos roſæ. Quarto, ipſum *ſubtile Capillamentum*, crocei [veluti filum] illius fulcrum & ſuſtentaculũ. Quinta, *Folium*, cuius ima pars candida, *Vnguis* appellata, ſextam conſtituit. Septima, *Lana in capite contenta*. Octaua, *Semen*. Et hæc Roſis ferè omnibus communia.

ROSA CENTIFOLIA RVBELLA PLENA, Hollandica dicta, ſpinoſo frutice.



Centifoliæ roſæ meminere Theophraſtus, Plinius & Athenæus; quoniam verò inodoram & puſillam eſſe aiunt, an illi hanc noſtram intelligant, cum Cluſio hæremus. Habetur hodie variis locis in cultioribus hortis, vt Nos etiam Rhodoni varias plantas in noſtro aluimus. *Mediam*, ſiue mediæ magnitudinis, atque *Albam*, apud Batauos inueniri, ſcribit idem Cluſius: Nos non vidimus. An Præneſtina Plinij?

ROSA POMIFERA, FOLIO HIRSVTO.



Folia huic palmum ferè longa, quina, ad rubellam plenam accedentia, ſed longiora & minùs rotunda, ſerrata, ſubtus hirſuta, & pæne cinerea. *Capita*, ſiue fructus ſpinoſi, magnitudinem habent Auellanæ rotundæ, eóſque ſuſtinent pe... breues ſpinoſi: per ramulos ſunt ſpinæ rariores. In monte Caleſti habuimus. An Thalij Cynorrhodos, ſeu Roſa canina, virgis, fructu ac foliis aculeatis, Spongiolas proferens.

ROSA MINOR, RVBELLO MVLTIPLICATO flore, aſperis ſpinis armata.



Frutex eſt aſperis duris ſpinis armatus, in altitudinem ſatis magnam multis virgis rubentibus valdè excreſcens. *Roſæ* huic paruæ, ex breuibus pediculis, plenæ, admodum odoratæ: *Radix* latè ſerpit.

Roſam Cinamomeam inſcribunt Cluſius, C. Bauhinus & alij. Camerario dicitur, Roſa Cinamomea altera, vulgò *Veneta*, aliis Prouincialis, *Spermonia Plinij*, & *Sycionia* quorundam. Tabernæmontano, *Roſa Prouincialis minor*: aliis Roſæ Damaſcenæ genus, *Roſe de Damas incarnate*. Primo vere floret. An *Græcula Plinij*, vt vult Hiſtoria Lugdun. An Theophraſti & Plinij, *Roſa ex Pangæo*?

ROSA CINNAMOMEA, FLORIBVS SVbrubentibus, ſpinoſa.



Huic *folia* ſunt minora quàm Albarum, Rubrarum & Rubellarum: *rami* tenues ſpinoſi & ſubrubentes: *flores* parui, rubelli, odorati & ſimplices.

Franciæ, Belgio & Angliæ ruri ſponte crebram eſſe ſcribunt Aduerſaria. *Canellæ Roſam* inſcribunt nonnulli, aliis eſt *Roſa Cinamomea ſimplex*. Geſnerus pro *Lychnide Plinij* habet, & in Albio monte Maiorem & Minorem naſci tradit, illam *Fœminam*, hanc *Marem*, faciens.

ROSA RVBELLO FLORE PARVO, SIMPLICI, non ſpinoſa.



Mitior hæc, nullis horret ſpinis, pediculo duntaxat floris nonnihil aſpero: *foliorum* autem glabrorũ coniugationes, præter extremũ impar tres ſunt vel quatuor, ſerratorum, ſuperius virentium, inferius albicantium, glabrorum: *Roſæ* ſunt paruę, quinquefolię, odoratæ, coloris rubelli: *Fructus* rotũdus, paruo Meſpilo paulò minor, per maturitatẽ rubẽs, ac grana tomẽto involuta cõtinẽs. Trago eſt *Roſa campeſtris*: Tabernęmontano & Gerardo *Prouincialis minor*: plurimis *Roſa May, Meyan roſe* Hiſtoriæ Lugd. *Roſa Græca Plinij*, Græcia Lychnis dicta. Spontaneam reperimus in Geneuenſium monte *Thuiri* & alibi: ac in hortis coli etiam obſeruauimus.

ROSÆ MINIMÆ GENVS ELEGANS.



Qui hanc Nobis attulit, eam in horto Dei collegerat. *Folia* illi vnciam, quinquepartita, glabra: *flos* pro proportione plantę magnus, quinquefolius, albus. Conſiderandum autem an ſit cantùm variatio aliqua alicuius præcedentis generis: minimè enim Nobis videntur præter neceſſitatem multiplicandæ Species: ſtudemus tantùm Opera Dei in Botanicis pro noſtro captu demonſtrare.

ROSA CANDIDA, PLENA ET SEMIPLENA.
Roſa ſatiua alba, flore pleno & ſimplici.



Virgà aſſurgit lõgis, lignoſis, fungoſis, in quibus ſpinæ acutæ, aduncæ, raræ: *Cortex* alioqui politus & læuis: *foliola* quinq; vel ſeptena, crenata, glabra, ſublonga: extremis ramis *calices* plures ex pediculis ſpinulis nõ minacibus inhærent, quibus apertis apparet *roſa* pulchrè odorifera albæ, multorũ nonnunquam foliorum, atque interdum paucorũ, cum luteis in medio apicibus. Succedunt *fructus* oblõgi rubri vbi maturi, in quibus grana dura lanâ inuoluta. Meliùs frigus tolerat quàm Rubella eiusq; putandi quotannis rami qui flores tulere. Floret tardiſſimè Amarior autẽ eſt quàm Rubella & vim maiorẽ purgandi habet, Noſtra iron ex empiricis non placet.

ROSA LVTEA, SIMPLEX ET PLENA.



Roſa hæc aurea, quæ Veteribus indicta fuit, à cæteris Roſarũ generibus foliis, flore, & odore diſcrepat. Nã parua ſunt eius *folia*, rotunda, obſcuræ viriditatis, valdè infecta. *Caules* ſpinoſi multùm: *flos* aureus ſiue luteus, cæterà aliis ſimilis, atque vt in alba & rubra, vel ſimplex, vel plenus, odoris grauis atque ingrati. Delapſo verò flore *poma* ſuccedunt colore, figurâ & magnitudine adeò Sorbis ſimilia, vt imperitus ac inexercitatus ea à Sorbis vix diſcernat. *Indicam* & *Alexandrinam* vocant Scriptores hanc Roſam, quæ cultioribus Europæ hortis hodie non ignota: vt *Ebroduni* etiam *flore ſimplici* & *pleno* habent Domini *Chaſſeur*, primarij eius Vrbis Ciues.

ROSA MOSCHATA MAIOR: Germ. *Vveiſſ breſem Roſen*: Gall. *Roſe muſquée.*



Frutex eſt robuſtus, rectus, ſpinoſus: *caudice* cæteris craſſiore: *ramis* longiſſimis, cum aculeis rarioribus. In ramorum ſummitatibus, ex pediculo ſatis aliquibus ſpinis aculeato, *Roſa* enaſcuntur, plærumque quinque aut ſeptem foliis conſtantes, magnæ albæ cum aliquo rubore, qui potiſſimùm detegitur cùm exſiccantur. Odor ſuauiſſimus, ob cuius excellentiam *Muſcatula* appellatur. Lugduni & Monſpelij Maio & Autumno floret. In Italia toto anno nonnunquam florere ſcribit Geſnerus. Nos verò Ebroduni in dictorum Domini *Chaſſeur* horto, à menſe Auguſto in Hyemem vſque florentem obſeruauimus.

ROSA MOSCATA MINOR, FLORE SIMPLICI.



Roſam coroneolam Plinij eſſe exiſtimarũt nõnulli, alij *Roſam Alexandrinam* vel *Damaſcenam* vocant: aliis dicitur *Roſa fera*, & *Roſa Autumnalis*: Arabibus *Nefrin, Neſrim, Neſrin*, & *Neſeria*: Geſnero Roſa moſchata fragrans: plæriſq; verò omnibus Roſa moſchata minor flore ſimplici. Eodem quò præcedens floret tempore.

Cæterùm condiuntur & eſitantur vulgò Moſchatæ Roſę in Italia, ac Venetiis præſertim e aluúmque, dictãte Lobelio, iucundè, & vehementiùs, cient, & animi deliquia, ſtomachique & cordis lancinationes accerſunt. Sed an poſſint aluum iucundè ciere, & tam praua ſymptomata excitare, iudicent Lectores.

ROSA MOSCHATA MINOR, FLORE PLENO.



Similis in omnibus eſſet ſimplici, niſi in flore eſſet diſcrepantia: in quo foliola exteriora maiora, interiora minora. Videtur Lobelio ſylueſtrem exuiſſe animum Olitorum arte & mangonio, atque in hortis dupla facta.

Inſcribitur autem vulgò *Roſa moſchata multiplex* vel multifolia, atque etiam *Roſa Autumnalis altera*. Sunt qui *Damaſcenam*, & qui *Plinij Praneſtinam*, ac alij qui *eiuſdem Coroneolam* eſſe cẽſent. Hiſtoriæ Lugdunenſi dicitur Roſa Damaſcena, ſiue Autumnalis altera, denſâ foliorum cõgerie & eximiâ odoris ſuauitate delectans.

ROSA SYLVESTRIS; CYNORRHODON.
Roſa ſylueſtris rubella, paruo frutice.




A ſatiuis Roſis ad ſylueſtres Hiſtorię noſtrę filum deflectimus, inter quas agmẽ ducet *Cynorrhodon*: quod quamuis de Lilij quodã genere, nec non de Roſa ſpinoſiſſima flore rubro, nonnũquam dicatur: per id tamen *Roſas ſylueſtres* vniuerſè intelligi notum eſt. Eius autẽ quam hic pingimus frutex paruus eſt, ac cubitalis vt plurimùm. Cæterùm ſimilis eſt Roſę intensè rubrę, cuius nonnunquã *ſpinas*, ſed ſatis: *Folia*, vt in illa *quinque partita*, rariùs in ſeptem foliola diſtributa, ſerratis, glabris, ſupernâ parte obſcurius virentibus, deniq; eiuſdem ferè & coloris & formę ſed rotũdioribus & minoribus: *flos* nõ paruus, rubellus, quinque foliis, iucundiſſimi odoris; cui ſuccedit *Capitulum* cum pediculo hiſpido.

ROSA SYLVESTRIS POMIFERA PVMILA, ſine ſpinis, flore rubello.



Inter ſylueſtres Roſas, inquiunt Aduerſaria, non poſtrema hæc venuſtate, Angliæ perquàm familiaris, & gleorinæ cognatior: ſtu àcat pumila, bicubito non altior, & inodora: *folio* minore & pereleganti: Meſpilo Aroniæ non diſpari pomodonata, minore multò colore viridiore, rubello, ſubpuniceo, per Auguſtum maturo: *flos* Roſæ ſylueſtris eſt.

ROSA PVMILA SPINOSISSIMA, FOL. Pimpinellæ, glabris, flore albo.



Haud impunè vllâ ſui parte contrectari ... pumila hæc ſeſquicubitalis Roſa, tam denſo ho... minutarum ſpinarum vndique armine, tam per caudicē quā per ramulos, quos tenuiſſimos multos habet: per quæ folia coniugationum quatuor, alata, glabra, vi... dranē digiti minimi ... ta, circumcirca crenata ... brotunda: floſculi ſimp... côſtant foliorū textuā ... didi, crebri, luteis cap... neoris medium obſid... bus, alabaſtriculis, pa... *radix* repit & plurimas virgas emittit.

ROSA ARVINA TABERNÆMONTANI: Germ. *Feld Roſe.*



Hæc omnibus locis adeò vulgarem aiunt, vt non egeat deſcriptione: nec Nos de ea quicquam amplius hic & ad ſequentium aliquot Tabularum iterata *Roſarum Temperamentum, facultates* & *vſus* propoſiturı.

Roſa, Meſueo authore, qui præ cæteris de ea diſtinctè ſcripſit, frigida eſt primo gradu, ſicca ſecundo, ex ſubſtantiis diuerſis ſeparabilibus compoſita: aquea quidē mediocri, & terrea adſtringente: aërea verò dulci & aromatica: ignea denique tenui, à qua eſt amaritudo, rubus, perfectio & forma. Igneæ tamen ſubſtantiæ vis, quæ ruborem & ſpeciē impreſſit, valentior fuit quàm quæ amaritudinem, atque ob id hæc ſolâ ſiccatione perditur, illis adhuc permanentibus. quæ ſi perierint, *Roſa* non magis *Roſa* fuerit, quàm homo mortuus eſt homo.

ROSA SYLVESTRIS ALBA CVM RVBORE, folio glabro, flore ſimplici.



Recentes Roſæ, pergit *Meſue*, amaræ ſunt magis quàm adſtringentes. Ob eam qui amaritudinem Roſæ recentes, ſucco præſertim purgāt. ſiccatæ verò, reſolutâ ... care amaritudinem ex... ſubſtantiam ſtypticam & cōſtipantem obtinent. Sicca verò Roſa eſt frigidior, & magis ſtyptica: & ea magis quæ non fuit perfecta, & alba magis quàm rubra. Roſa præterea reſoluit, internas partes calidas extinguit, ac partes cogendo & conſtipando roborat: id autem ſemine & pilis in medio inuentis maximè. Cùm autem Roſæ ſint rubræ & albæ & ambæ foliorum multorum vel paucorum, criſporum vel planorum, in vtroq; genere eſt præſtantior cui color genuinus eſt perfectior, & folia adſunt pauca & plana. Albæ nihil aut minimùm purgāt, potētiùs verò adſtringū. & roborāt quàm rubræ &c.

ROSA SYLVESTRIS, FOLIO GLABRO, flore planè albo.



Circa ſcrobes, *foſſas* & margines agrorum ac pratorum, locis potiſſimùm humidis prouenit modò dictæ diuerſiſque temporibus floret, Iunio, Iulio, Auguſto, Septembri, Octobri & Nouembri. Hæc verò paſſim in ſyluoſis & frutetis naſcitur, & paulò tardius floret quàm cæteræ ſylueſtres: Iunio ſcilicet & Iulio.

Cæterùm reſiccant & adſtringunt potentes lutea Roſarū ſtamina, apicéſue & cyceſ: vnde Dioſcorides. Qui in mediis Roſis, inquit, reperitur flos, ſiccus adſperſus, ad Gingiuarum fluxiones facit. *Capita* verò pota, eodem & Plinio authoribus, ſanguinē & ventrem ſiſtunt. Quod autem Roſam excalefactoriam dicit Plinius, corruptum eius locum arguit.

ROSA SYLVESTRIS ALBA CVM ALIQVO rubore, folio hirſuto.



Roſæ ſylueſtris genus hoc magnū ramoſum ſpinis hinc inde aduncis, robuſtis: cui *folia* quina vel ſeptena, ſubrotunda, rugoſa albicantia, hirſuta nonnihil odorata. *Flores* quinquefolij, albi cū aliquo rubore, quorum pedicali ſpinulis aſperi. Variis locis frequens viſitur in ſepibus & dumetis. Spongiolas autem ſylueſtris Roſæ ſunt qui ad calculum & vrinæ difficultates valere affirment. In ſpongiolæ verò Cynorrhodi cauitate interiore. tineæ interdum occluduntur, quibus puluerifatis ad expellendos vermes totieſ notum mul... feliciter vtuntur.

ROSA EGLENTINA DICTA : Germ. *Vvilderoſen*: Gall. *Eſglantier* : Ital. *Roſe ſaluatiche.*



Roſis ſylueſtribus antè dictis ſimilis eſt, ſed vulgari minor: *Virga* ſpinis horridę & lignoſæ: *foliola* ſubrotonda, plærumque ſeptena, ſplendentia & pulchrè virentia, ſuauiſſimi & gratiſſimi odoris: *flores* exigui, quinquefolij, valde odorati, albi, & nonnunquàm ex purpura candicantes: *Fructus* ſublongus, coloris ſubrubentis. Reperiuntur verò circa tenues virgas ſpongiolæ hirſutæ, quales circa caninæ Roſæ ſpinas naſcuntur.

In Gallia, Anglia & Belgio non temerè reperitur ſpontè. Baſileæ verò Montbelgardi, & Geneuę frequentem obſeruauimus, etiam cum ſpongijs.

ROSA EGLANTINA FLORE PLENO.



Roſam caninam multiplicato flore vocat Camerarius: alijs eſt Roſæ ſylueſtris ſpecies odorata flore pleno. In hortis vulgò ob odorem ſuauem colitur.

Vt autem aliquid adhuc de Roſis in genere dicamus: tempeſtiuè debent colligi, & cum nondum apertæ coni figuram imitantur: tardiùs autem collectæ parum diu ſeruantur. Siccandæ loco ſublimi meridiano, quò Solis radij penetrent, ſed Roſas tamen non attingant. Cætera quæ huius loci eſſe poſſent, ex Hiſtoria noſtra magna petenda relinquimus. Vſum particularem norunt Practici & Seplaſiæ.

RVBVS ſeu SENTIS : Germ. *Bremen* : Belg. *Braemen* : Gall. *Ronce* : Ital. *Rouo.*



Rubus dicitur etiam à Latinis *Sentis*, quòd à tangentibus quàm primùm ſentiatur; Gallis *Ronce*, à runcatione, quæ dumorum eſt propria. Tam notus autē eſt Rubus, vt notius nihil. Theophraſto tria Rubi genera ſunt: Erectū & excelſum, *Batos* dictū, Rubus ſcilicet Maior fructu nigro, mox tradēdus. Alterū Humile: *Hamæ-rubū* vocant: Nos verò Rubum minorem fructu cæruleo: & Tertium, quod Cynoſbatos appellatur. Nos Dioſcoridis veſtigiis inſiſtentes, Rubum diſtinguimus in *Vulgarem*, qui illi Batos ſimpliciter dicitur, ac quem in Maiorem & Minorem ſeparamus: & *Rubū Idæum* dictum, cuius differentias etiam proponemus.

RVBVS MAIOR, FRVCTV NIGRO.



Ex radice nodoſa importunā feracitate ſe propagat, ac longè latéque ſenticoſis, anguloſis, rubentibus mordacibus *ſarmentis* vagatur. *Virga* ſpinis aduncis & pungentibus aculeis veſtiuntur: *folia* terna, ſerrata, aſpera, dorſo aculeato, inferiore parte candicantia, ſuperiore nigricantia, ac hyeme vix decidentia: *flores* albi, vel ex candido roſei cum ſpicibus concoloribus: *mora* initiò rubra, ſed per maturitatē nigra, ariſtis quibuſdam aſperiuſcula: acinis paruis, guſtu dulci & non ingrato.

Per dumos repit, & in ſyluis inter cæteras ſentes, nec non ad ſepes & agrorum margines reperitur: floretque Maio & Iunio, ac Autumno maturat fructum.

RVBVS MINOR, FRVCTV CÆRVLEO.



Maiori eſt hic cōtractior: *foliaque* minora habet & minùs ſenticoſa: *flores* candidi & ſtellati: *fructus* primo exortu viridis, pòſt ruber, per maturitatē verò cæſius, atque vt præcedentis piloſus, pariſque guſtus. Ripis fluuiorum gaudet, humectiſque macris & incultis agris. Flores Maio menſe erumpunt.

Cæterùm Rubus, authore Dioſcoride, adſtringit & ſiccat, capillóſque tingit. Summorum autem ipſius ramorum decoctum pota aluum ſiſtit, fluoremque muliebrem cohibet. Firmant & gingiuas oriſque vlcera ſanāt commanducata folia, impoſita verò Herpetas cohibent, & Hæmorrhoidibus remedio ſunt.


RVBVS ALPINVS HVMILIS.



Planta eſt admodum humilis, palmaris vt plurimum, mollis & ſine ſpinis: *folia* terna, vt in Rubo Idæo vulgari, viridia, nō vt illa ſubtùs alba: *mora* punicea ex longo pediculo in ramorum extremitate plura, *capitulo* 1.2. vel pluribus cōſtantia, ſapore acido grato: ac in ſingulis acinis granum vnum durum ſublongum & rugoſum.

Trago dicitur *Chamæbatus*, ſeu Rubus Idæus alter. Cluſio verò & pleriſque aliis *Rubus petræus* ſiue ſaxatilis. Creſcit in ſcopulis qui circa celſiſſimorum montium radices ſunt, non in ipſis montiū iugis: vt in eiuſmodi locis in Sabaudia obſeruauimus, nec non in Burgundia, prope *Mocho*, vbi *des Cheurettes* vocant.

RVBI FACIE SENTICOSA PLANTA Lobelio.



Sic inſcribunt Aduerſaria, quæ ex India allatam tradunt. Corpi craſſitie eſt, uiunt, longam haſtâ æquans, & cortice nigro denſo veſtitu, rubetcullis craſſis, ſenticoſis, crebertimis, in clauę modum muricato, ſolido & graui prædurolignо. Caſ. pata Bauhino in Pin. eſt Rubus 6. ſiue Exoticus: arbotis truncus ſpinoſus, &c.

RVBVS IDÆVS: Germ. *Himbeer*; Belg. *Hinnebeſyan*: Gall. *Framboiſier*; Ital. *Roro Ideo.*



Vulgati ſentiuoſo minor & mitior eſt, breuibus & ferè innoxiis *ſpinulis* horridus, iiſque interdum omnino carẽs: *folia* terna aut quina Rubi foliis ſimilia, ſed tenera & mollia, ſuperiùs atrouirẽtia, inferius incana: *flores* albi: *mora* cana, per maturitatem ſubrotia (interdũ & alba) inter acinos pilis iroata, dulci, vinum redolẽtia, vinoſoq; rubei coloris ſucco, ebria: *radix* longa, latè per terram ſe ſpargens.

Rubi Idæi non meminere Galenus, Paulus & Ætius, ſub Rubo forte comprehendentes. Dioſcorides tenerioũ Rubo facit, exiguiſq; ſpinis præditum. Idem ait & Plinius. Idæus autẽ vocatus fuit, non quod (vt exiſtimat idem Plinius) in Ida ſolùm naſceretur: ſed quòd copioſiſſimus inibi proueniret.

RVBO IDÆO MINORI AFFINIS Chamæmorus.




Hunc ferè deſcribit Cluſius, ac ſummorum montium incolam eſſe ait, Iunióque & Iulio florẽre, Auguſto verò fructum maturare.

Maio, Iunio & Iulio floret Rubus Idæus, floréſque in Morum abeunt quæ diu ſubſiſtere nequeunt, vermiculis intra paucos dies in iis naſcentibus. Vliginoſis autem & vmbroſis ſyluis, lociſque minimè apricis, neque non coſuleoſis & arenoſis ſaxis gaudet. Eſt verò vel Maior vel minor, Spinoſus vel non ſpinoſus, albo vel rubro fructu: & communis quidem dicitur is cuius fructus eſt ſubrubens, candido autem fructu carens eſt.

Cæterùm eadem præſtat, authore Dioſcoride, quæ Rubus. Fiúntque ex eo ſyrupi perelegantes, vina ſuauiſſima, & Aquę ſtillatitię calculoſis vtiliſſimæ.

CAPPARIS: Germ. *Capperen*: Belg. *Cappers*: Gall. *Capres*: Ital. *Cappare*; Hiſp. *Alcaparras.*



Non ſolùm, ait Theophraſtus, caule & ramis aculeatis conſtat Capparis, ſed & folio hiſpido, ac cultu à deterior redditur, vt naturã ſylueſtre dixeris. Frutex eſt ſenticoſus, humilis, *ſpinis* deorſum ſpectantibus armatus: cuius *ramuli* aculeis horrentes orbiculatiter per terram ſternuntur: *folia* alterno poſitu naſcuntur, circinatæ rotunditatis, ſaporis perquàm amari; ex quorum ſinu *pediculi* ſingulares exeunt longi, quibus *capitula* inſident viridantia, quæ explicata florem exhibent candidũ, Roſæ paruulæ æmulum, medium obtinentibus infinitis fibrarum citris: *ſemen* pericarpio oblongo clauditur, multum, parum.


CAPPARIS FABAGINEA, SIVE LEGVMINOSA; Peplios Lutetianorum, Ardifrigi Auicennæ.



Iis nominibus inſigniunt Scriptores plantam hic pictam, quam Romæ inter rudera naſci perhibet Camerarius.

Cæterùm *vulgaris Capparis* in multis regionibus, calidioribus præſertim, ſponte naſcitur, nullo aut exiguo cultu, atque vberiore prouentu in locis ſiccis & agris deſertis inuenitúrque etiam muris & ſpinarum cepeis: eámque nonnunquam etiam arboreſcere ſcribit Bellonius. Afferuntur autem ad Nos fruticis huius *Fructus* ex Alexandria Ægypti, Hiſpania vel Galliæ Prouincia, ſale conſperſus, eò quòd ſolus reconditus putreſcat: eáque conditurâ ſalubrior redditur, tum ad eſum, tum ad vſum Medicum, de quo mox.

CAPPARIS OFFICINARVM; CORTEX.



Cortices qui in Officinis proſtant, parietes habẽt craſſos, duros, albicãtes ſolidos, nec fractu faciles, acido ſapore: eos verò aliùs obueſtit rugoſus & rimoſus. Reperiunturq; interdũ qui duos pollices craſſitudine æquant. Quod ſi à radice detracti fuerint ſimplices ſunt, colorémque habent obſoletum

Cæterùm Capparis calidã & ſiccã gradu ſecũdo ſtatuit Simeõ Sethi, tertio Fernel. Dioſcoridis verò & peregrinis qualitatibus conſtare teſte Galeno: atq; extergere, purgare & incidere, amaritudine excalefacere & digerere, acrimoniã: contrahere, denſare ac conſtringere acerbitate. Vnde ſi quid aliud, lienes induratos iuuare valet hoc medicamentũ. Eſtq; Cortex (præſertim radicis) præcellentioris in iis omnibus facultatis.

ICO-

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE STIRPIVM CLASSIS XV.

FRVTIC SCANDENTES ENARRANS, VT VITES ET CONVOLVVLOS; & his aliqua ratione ſimiles peregrinos.

VITIS VINIFERA: Germ. *Weinreb Weinſtock*. Gall. *Vigne*: Ital. *Vite*: Arab. *Harin* vel *Karin*.



Notior eſt vinifera Vitis, quàm vt deſcribi debeat. Arborem vocat Theophraſtus, Varro & Plinius, ſed quo marito, cùm tortuoſi ſtipitis, alienæque opis indiga, hac ſtirpe nihil videatur abiectius? Meliùs Columella arborem eſſe negat, medium quid inter arborem & fruticem eſſe ſtatuens.

Vnus Democritus *Vitis genera* numero comprehendi poſſe exiſtimauit: cæteri omnes innumera atque infinita eſſe prodiderunt. Vnde Columella *Vitium* nec numerum nec appellationes certa fide referri poſſe tradit. Nos autem ſicco prorſus pe de hoc traiicimus vadum, præcipuas Vitis differentias, ad latos proximè ſequentis Tabulæ breuiter recenſebimus.

VITIS FOLIO APII.



Peculiaris ſolùm folij forma hanc Vitem ab aliis diſcernit. Cæterum diſtinguitur vulgò Vitis in *Satiuam* & *Syluestrem*. Et ſatiua alia *Maior* eſt, cuius multæ ſunt ſpecies, alia *Minor*. Maioriſque rurſus Vuæ & *colore* & *forma* & *magnitudine* differunt: Sunt enim *acinis* vel virides, vel albicantes, vel fului, vel cœrulei, vel ſubrubentes, vel nigricantes: oblongi vel ſubrotundi: magni, vel parui; frequentiores vel rariores, atque interdum etiam nulli. Minor eſt ferè acinis nigris, ac rariſſimè albis vel fuluis; nucleo minimo ac molli. *Sapore* etiam differunt, dulci, acerbo, muſcato, &c. Eſt & in *foliis* magna differentia. Vel enim maiora ſunt vel minora, plus vel minùs inciſa; tenuiora vel craſſiora: viridia, rubentia, maculata: duriora vel molliora: glabra vel ſubhirſuta, &c.

VITIS VINIFERA SYLV. LABRVSCA; Vua monſtroſa barbata.



Satiuam vitem refert ſylueſtris caudicibus, ramis, articulatis ſarmentis, foliis, claviculis, floſculis & fructu: ſed in ſarmentoſam arboream que ſobolem luxuriat, vnde ſterileſcit, minoreſque & rariores vuas profert atque eas etiam non perficit, ſed minùs ſapidas & immaturas relinquit.

Quę verò hic pingitur Vua, in Palatinato pago, *Fredelſ hamm* dicitur anno 1599. reperta fuit, ac flaueſcente, duos cubitos longo, crine, monſtro, naturque erratu, quàm eiuſdem legitimo partus proprior iudicata.

De vite & eius fructu, ſuo ſitis hic eſſet agendum, ſed plura non capiunt hæ loci anguſtiæ. Conſulat Lector tum Hiſtoriam noſtram Magnam, tum peculiarem Tractatum de Vite & eius Fructus huius Appendicem, tum & de ... amphorio, Muſto, Sapâ, Variis Vini generibus, *Vini Facibus*, & de *Aqua Vita*, propediem promulgandum.


VITIS CORINTHIACA, SIVE APYRINA.



Patrium nomē teſtata hęc Vitis effigie parum differt à communi: ſed algidioris cœli impatiens, gracilitate tantùm racemorum, & exilitate acinorum ab ea ſeparatur. Racemuli enim acinulis conſtantur Piperinis, aut Sambucina grana æquantibus, carentque Gigartis acini, vt quædam Mala Granata, axilis vacua.

Theophraſto dicitur *Vitis Idæa* Plinio *Vitis Alexandrina*, vel, vt Dalechampius placet, *Vitis Græcula*. Dioſcorides Sylueſtris Vitis alteram facit ſpeciem. Fructum Neoterici & Recentiores *Vuas Corinthiacas* vocant, *Raiſins de Corinthe*; *Vuas paſſas minores*. *Paſſulas* & *Paſſulas Corinthiacas*, atque etiam *Vuage Gigartis carentes*.

IASMINVM, SIVE SAMBACH ARABVM, Alpini.



Frutex eſt ſarmentoſus, ait, Cayri in Ægypto proueniès, qui ſarmentis ſeſpendo altiùs ſe extollit, *foliis* Mali Aurantij proximis: *flores* albi, octonis foliis prædiris magnitudine & odore vulgaribus ſerè ſimiles,& ſuauiori præualidiorique odore.

Vſus florum eſt magis ad ornatum quàm ad ſanitatē: nihilominus ex iis Oleum parant quo vtuntur mulieres in balneis, ad vterum calefaciendum: idque calidum bibunt ad Tuſſim, Pleuritidem, & anhelitus difficultatem,&c. Noſtri Iaſmini Oleum,litu,potu & Enemate, vterì morbis etiam confert vt & colicis doloribus: neruos litu calefacit & emollit, atque ad contractos artus vtile eſt.

IASMINVM HISPANICVM, FLORE maiore, externè rubente.



Conſimiles cum vulgari progreſſus habet, ſed omnibus modis concinnius magis eſt *foliorum* quinque ſeptemue coniugationes, impare ſemper alam claudente, & ſunt illa minus acuta quàm in vulgari. *Flores* longè ſunt maiores, ſuauiores & fragrātiores, foliis obtuſis (cùm vulgari ſint acuta) intus lactei, foris punicantes.

A Græcis & Turcis ſtudioſiſſimè colitur, à quibus in noſtras regiones aduectū, in Venetia variis locis alitur. Hiſtoriæ Lugdunenſi dicitur Iaſminum puniceū Daleschampij, *Iaſmin rouge* & *Iaſmin large*. C. Bauhino apud Matthiolum, *Iaſminum Hiſpanicum grandiflorum*.


PAVATE ARBOR, MALI AVREÆ FOLIIS, Arbor Eryſipelas curans.



Frutex eſt non admodum ramoſus,octo aut nouē pedū altitudinis; cui rara ſunt *folia*, Mali aureæ foliis ſimilia, exceptā appendice quā carent,vtrinque eleganti viriore prædita: *flos* exiguus, candidus,quatuor foliis præditus è cuius medio exit alba fibra, cuſpide viridi inſignis,odore floris Periclymeni, cui procul aſpicientibus perſimilis videtur: totum ſemen Lentiſtini magnitudine,ex viridi nigricans,& vbi maturuerit nigrum: *caudex* & rami cineſci ſunt coloris: *radix* alba. In Malauar vocatur *Pauate*: Canarinis *Vat ſaude*: Luſitanis verò *Arbor contra las Eryſipelas*.

Fl. non ſat ſuaueſt melioſémque forte in Appendice damus.

CLYMENVM, PERICLYMENVM, CAPRIFOLIVM: Germ. *Vvaldgilgen*, *Geiſsblat*: Gall. *Cheurèfeuille*: Ital. *Caprifoglio*.




Periclymenum à Clymeno manifeſtè diſtinguit Dioſcorides, ac de iis diuerſis capitibus tradit;nihilominus tamen *Periclymenum Clymenū* etiā vocari inter notha ſcribit; ſic (Hermolao & Matthiolo teſtibus,) Clymenum à Plinio de Periclymeno Dioſcoridis dicitur, & quæ ille de Clymeno tradit ad Periclymenum pertinent. Et in eo ſecutus eſt Theophraſtum, qui & ipſe Clymeno adſcripſit, quæ Dioſcorides de Periclymeno prodidit. At Theophraſtum etiam ſecutus Marcellus, magno errore, cùm inter Plantas illas magnum ſit diſcrimen: *inſcitè docti*. Cæterùm Periclymenum vocant ſcriptores plærique omnes, *Matriſyluā* nonnulli, alij *Caprifolium*, alij *Lilium conuallium*, alij *Lilium inter ſpinas*.

PERICLYMENVM PERFOLIATVM, SIVE calidiorum regionum, Italicum dictum.



De Periclymeni nominibus dictum, iam enarrandæ eius *ſpecies* & *varietates*, à Vulgari facto initio. Id autem, vt annotat Cluſius, in *Germanicum* & *Italicū* vulgò diſtinguitur: Et *quod* in Septentrionalibus naſcitur; extremis ramis multos flores, odoratos admodum, & racemum fructum, in veluti caput coactum profert. Alterū quod in calidioribus regionibus, creſcit, eſt latioribus foliis,floreſq; habet præcociores & minùs odoratos quàm prius. Naſcitur vtrumque ſponte in ſyluis & fruticetis, & in hortis frequēs colitur ac pergulas veſtit. Floret Aprili, Majo vel Iunio. *Italicum* & *perfoliatum* hic pingimus: *Germanicum* verò & non *perfoliatum* præcedens exhibet Icon. De *Viribus* in ſequ.


PERICLYMENVM RECTVM, FRVCTV rubro, folio non ſerrato.



Suo *caudice*, nullius fulcri indigum ſurgit, *Folia* Corni fœminæ vulgò dictæ, molliora,minùſq; neruoſa,vtrinque hirſuta, bina oppoſita: quo numero quoq; *flores* vni eidémque *pediculo* inſidētes ex foliorum alis erumpunt, ex luteo palleſcentes, Periclymeni vulgaris formā, ſed minores,ſuperiore folio ſurſum reflexo,fimbriato: inferiore demiſſo & anguſtiore. *Odor* florum ſuauis, ſed baccarū quæ illis decidentibus, gemellæ inſtar teſtium vni pediculo appenſæ,& per maturitatem rubentes ſubnaſcuntur, *ſapor* nauſeoſus.

Variis locis inter ſentes, in ſepibus, dumetis & fruticetis reperitur: Floret Maio,

PERICLYMENVM RECTVM, FOLIO ſerrato : fructu non rubro, ſed nigro.



Vulgari hoc multò eſt humilius : foliáque habet priore teneriora, longiora & in ambitu ſerrata: ac ab eo etiã differt, quòd *baccas* nigras habeat, non rubras : *radix* vtrique dura & lignoſa. Cæterùm rarum eſt hoc inuentu, ac alpium incola, & cum cætera flores ſeménque maturat.

Vt autem de *Periclymeni Viribus* aliquid etiam addamus, vehementer calefacit & exſiccat Periclymenũ, vt ex guſtu etiam ipſo deprehenditur. Vlcera humida & ſordida deſiccat, impetigines & alias cutis fœditates ſanat, lienem abſumit, difficultati ſpirandi confert, partus celeritatem affert, calculos pellit, faciem abſtergit &c.

CHAMÆPERICLYMENVM QVODDAM ALPINVM: Xyloſteum : Chamæceraſus Geſneri.



Facie totâ ad *Xyloſteum* accedit, quatuor cubitos altum : *ramis* aduerſis, fragilibus, cineraceo cortice obductis : *folia* Xyloſtei dicti, ſed maiora multò, acuminata & hirſuta, potiſſimùm ſubtùs, nec vſquam ſerrata, bina oppoſita: *Flores* mox pingemus & deſcribemus, vt & ...

Perycylmeno cognatam eſſe plantam concedit quidẽ Geſnerus, ſed tamẽ Chamæceraſum montanam nuncupandam cenſet, & leui certè argumento, quòd ſcilicet ruſticis montium incolis ita videatur. Dicitur nonnullis *Xyloſteum*. Aduerſ verò & alia *Chamæceraſus alpina humilis*. Veteres eius non meminere.

PERICLYMENI MODO DICTI, ET SEQVENTIS, Flores.




Modò dicti Periclymeni *flores* longiuſculi ſunt, ad flores Periclymeni recti, ſeu Xyloſtei, accedentes, rictu paululo hiantes, rubentes, ex aduerſo ſitis pediculis, longis, ex alis foliorum exortis, inſidentes. *Fructus* autem ruber, interdum geminus, tanquam ocellis notatus, ex longo pediculo, Ceraſo ſimilis, ſucco inſuaui & amaro plenus : atque in ſe continet *grana* ſex, ſeptem aut plura, alba, lata. Sequentis verò florea ſecundo loco depictos hic damus.

PERICLYMENVM RECTVM, FRVCTV CÆRVLEO.



Eiuſdem eſt cum Periclymeno ſerrato folio altitudinis, ſed craſſiuſculo eſt ſtipite, ſcabro & nigricante, in tenellis verò *ramulis* purpuraſcente : *folia* contrario ſitu inter ſe diſpoſita, non ſerrata: *Flores* quales in præcedente Tabella ſecundo loco depicti : *Fructus* ſingularibus baccis, vtrinque inter folia breui pediculo depẽdẽtibus, conſtat, Chamæmeſpilo Geſneri æqualibus, ſed longioribus paulò, coloris cærulei, ac vinoſo & acidiuſculo ſucco plenis, & multa plena grana continentibus *Radix* lignoſa latè diffunditur, & multis fibris eſt prædita. Fructum nonnulli diligenter colligunt, atque in tinctorium vſum reponunt.

PERICLYMENVM PARVVM PRVTENICVM, Cluſij.



Ad Periclymeni etiam genera referenda eſt elegans hæc Planta : quæ *cauliculis* dodrantalibus eſt, quibus quatuor, ſex, ſeptem & nonnunquam octo adhærent *folia*, ex aduerſo per interualla ſita, in mucronem deſinentia, & quinque coſtis prædita. E ſupremorum verò foliorum cauis tumuli exeunt binis foliis eodẽ modo quo in caule diſpoſitis, præditi, qui in cacumine quaterna alta folia geſtant Ex iſtorum ramulorũ medio pediculus nudus & ſine foliis exit, in cuius ſummo rubræ baccæ, racematim cohærentes naſcũtur, Prutenis ruſticis apud quos in maritimis copioſè naſcitur, expetitæ : *Flores* nondum obſeruati. *Chamæpericlymenum* vocat Scriptorum vulgus.

GLYCYPICROS, SIVE AMARA DVLCIS : Germ. *Je lenger ie lieber* : Gall. *Douce-amere* : Ital. *Dulcamera*.



Sarmenta lignoſa, pedes duos aut tres longa, & ſerè niſi ſuſtineantur, procũbẽtia, emittit, viridãtia & nõnihil purpuraſcentia, anguloſa; ex quibus alternatim enaſcũtur *folia* Solani hortenſis, atrouirentia, pediculo vnciali : *flores* fœtidi, ſed pulchelli, purpuraſcentes, vel ex cæruleo purpurei, hiſce ſuccedũt *baccæ*, per maturitatem coccineĩ coloris, ſublõgæ formæ, molles, lenti & ingrati ſaporis, paruis granulis plenæ : *radix* fibroſa.

Aquoſa & rigua amat, ac circa ſcrobes & foſſas reperitur, ſepibus aut fruticibus aliis innitens. Flores Iulio exeunt : Baccæ Auguſto maturæ ſiunt Calefacit & ſiccat ordine tertio, abſtergit & digerit.

HEDERA:

HEDERA : Serapioni *Kuſſus* : Germ. *Ephevv* : Gall. *Lierre* : Ital. *Hedera* : Hiſp. *Edera*.



Hedera Latinis ſic dicta creditur, vel quod hæreat, vel quòd ad edita petat, vel etiã ab edendo : Arborum enim ac maceriarũ importuna amaſia, eas tandẽ demolitur enecat & exedit. Nominis Græci origines huius loci nõ admittunt anguſtiæ, nec Nobis de Hedera terreſtri dicta hic ſermo: ſed de eã alibi.

Hedera autem Theophraſto multiplex eſt. Quædam enim repit, at alia in altum attollitur : atque excelſarum genera multa, maximè verò tria pateſcunt, *Candida*, *Nigra*, tertiaque *Helix* & habet vnaquæque illarum ſpecies plures. Summa eadem genera conſtituunt Dioſcorides & Plinius, ac addit hic etiam Saxus diſcrimen. *Plura in ſequ.*

HEDERA MAIOR NIGRA, DIONYSIAS & Chryſocarpos, ac etiam Bacchica dicta.



Nigra hæc dicitur & *Chryſocarpos*, quia nigrum aut Croci æmulum fructum gerit : *Dionyſias* verò & *Bacchica*, quòd in tutela Liberi patris eſſe crederetur, & ab eo ex India in Græciã primùm adportata. *Icon* eſt Dalechampij qui ex congeneribus aſpectu maximè pulchram ait.

Satis autem vulgaris eſt *Nigra* Hedera, atque vbique per parietes & macerias reptat: & in ſyluis, campis & hortis arbores etiam proceras radiculis velut digitis amplectitur : *foliaque* promit angulosa, in principio ferè triangula, deinde magis rotunda, dura, & perpetuo virore nitentia : *flores* exiles, & baccas primùm herbaceas mox nigras, oblongis pediculis quaſi racematim adhærentes. *Plura in Huius Sciagraphia Appendice.*

SARSA PARILLA, SALSA PARILLA, ZARZA parilla, Sparta parilla, Smilax Peruuiana.



Ob ſimilitudinẽ quam cũ ſmilace aſpera habet exotica Planta quam pingimus, iis nominibus ab Hiſpanis & Luſitanis donata eſt. Iis enim *Sarſa* vel *Zarza* eſt dumus; *Parra* verò Vitis, & *Parilla* Viticula, vt *Sarſa parilla* vitem paruã ſpinoſam ſignificat.

Iconẽ Lobelij aſſumimus, quia plantæ ſiccæ quam adſeruamus periſimilis eſt. Folio eſt, inquit is in Obſ. Smilacis aſperæ, ſpinoſo, & ſarmentoſis implexis viticulis, ſpinis aduncis horridis, & radice crebris implexã locis. Roboris verò folio reperiri ſtatuit Benzo. Naſcitur in Peru, aliiſque Indiæ regionibus, vt in Europa Smilax aſpera.

HEDERA VVLGARIS MINOR, FŒMINA Plinio : Chamæciſſus : Helix.




Viticulis tenuioribus & obſequioſis humi defixa repit, nec *florem* nec *fructum* vllum profert. Suntque eius plura genera, ſed tria maximè inſignia : alia enim herbacea & virens : alia candido folio : alia verſicolor.

Maioris verò quàm antè pictam dedimus, ac quam *Mayã* vocat Plinius, triplex notatur varietas: quædã enim dicitur *alba*, quæ fructum gerit albũ : alia *nigra*, quæ nigrũ, & tertia *Helix*, quæ nullum.

Alba Corymbos, ſeu fructus, exhibet albos, & nõnunquã etiã alba habet folia: & inter media folia emittit volut brachia ſeu capreolos, quibus tã arctè arbores cõplectitur, vt vix poſſit ſeiũgi : totque radicũ rudimenta quot brachia, quib. muris obrepẽs, etiã pluribus locis interciſa, viuax permanet. *De Nigra mox.*

SMILAX ASPERA : Germ. *Stechend oder ſcharpff Vvinden* : Gall. *Liſeron eſpineux* : Ital. *Rouo ceruino*.



Smilax ſimpliciter dicitur Theophraſto & Anguillaræ; cæteris verò plæriſque omnibus [ab aculeis quos habet] *Smilax aſpera*. Ambigua autem eſt valdè *Smilacis* vox: dicitur enim de Conuolnulo maiore & minore, de ſmilace Phaſiolifera, de Smilace arbore, de Sarſaparilla, Taxo, Fraxino, & aliis. Vt & de *Smilace hortenſi Phaſiolifera*. Hic de Smilace aſpera propriè dicta Nobis ſermo, quæ vel magis eſt ſpinoſa, & fructus profert per maturitatẽ rubros ruti'ósva: vel nõ adeò ſpinis horrida, & fructum habet nigrum. Creſcit in calidiorũ regionum montoſis, aſperis & paluſtribus locis; & ſerò floret. Folia & Fructus, auctore Dioſc. efficacis Antidoti vim habent.

SMILAX ASPERA INSVLÆ ZACINTHI Alpino. Sarſæpar. Differentiæ & Virtutes.



Hac Ægyptios Medicos ad ſanandam luem Venereã vulgò vti ſcribit Alpinus. Quantùm verò à Smilace Europæa aſpera diſtet, oſtẽdunt radices enodes & foliorum varietas.

Cæterùm Sarſa Parilla *primis* qualitatibus moderatè calefacit : *ſecundis* aperit, & ſudorem prolicit; *tertiis* Venereum virus extinguit; flatus diſcutit, &c. Craſſiorẽ porrò aliam eſſe conſtat atque aliam graciliorem : aliámque nigriorẽ, & aliam candidiorem. A Smilace verò aſpera diſſidet, quòd radices habeat enodes, minimè geniculatas, fibroſas, medulloſas, prælongas, &, viminis inſtar, fiſſiles, quæ in Smilace aſpera multò aliter ſe habent.

CHINA, CINA, CINNA, CHINNA, CHINEA, SCHINA, & *China radix* : Germ. *Chyna* : Gall. *Chine* : Ital. *China*.



A China Orientalis Indiæ prouincia Scythiæ finitima, in qua copioſè naſcitur, nomen habet, & Chinenſibus ipſis *Lampatam*, *Lampatan* vel *Lampaton* dicta fuit. Ea autem poſt annum 1535. primò cœpit innoteſcere, & à Carolo V. Imperatore authoritatem habuit, qui ſummo cum fructu, primus ferè omnium, hac radice vſus eſt, adferentibus Chinenſibus Aſiaticis Scythis.

Duplicẽ faciunt nonnulli: aliam *Occidentalem* quæ ex India Occidentali, Hiſpania ſcilicet nouâ & Peru adfertur, Arundinis maioris radici ſimilis, & Arundinis ſpecies à multis exiſtimata. Aliam *Orientalem* ex China Indiæ Orientalis regione, vt dictum, allatam, quæ ad Iridis genera refertur: *ac de qua plura in ſequ.*

CHINA SPVRIA PYRIFORMIS.



Noſtra hæc Icon eſt ex radice quam habemus, Officinarum Chinæ admodum ſimili, vt quâ in re ab ea differat haud facilè ſit diſcernere. Quoniam verò magna ipſi cum Lobelij Chinâ ſpuria conuenientia, vtramque coniunximus.

Legitima verò *China Icon* antè poſita, eſt ex ipſa radice, cui etiam partem ex Lobelio addidimus: vt & folium cum ſpinoſo pediculo, ex Hiſtoriæ Lugd. Appendice, cuius figura, vt ait, ex recentiſſima China expreſſa eſt.

Optima autem Chinæ radix, cuius frequens vſus, ponderoſa, ſolida, ninguis, minimè carioſa, & ſapore inſipida: melior quæ candida rubeſcente, & ambabus melior nigra.

PSEVDOCHINA RADIX CLVSII : TSINAVV.



Eandem cum præcedente eſſe Nobis perſuademus hanc radicem, quam pingit & deſcribit Cluſius, ipſi Londino miſſam, quod ex *Virgandecaovv*, ſiue Virginia, fuerat delata. Valdè autem illi eſt ſimilis quam *Tſinavv* appellant, atque è qua conciſa contritaque panem conficiunt.

Cæterùm in actiuis qualitatibus temperatiſſima eſt Chinæ legitimæ radix: in ſiccitate tamen ad 2. extenditur gradum. Tenuis eſt ſubſtantiæ cum aliqua tamẽ ad ieſugendi facultate, & ſubſtantifica quadam humiditate: ita vt eius vſu homines pingueſcant. Deſiccat quidem humores excrementitios, alimentales autem reficit, vel ſaltem conſeruat. *Plura ad latus ſequ. Tabellæ.*

CHINA SPVRIA ACORI EFFIGIE, Lobelij.



Allatæ ex Guinea hæ radices, Chinæ non abſimiles, ac vt illa ſapore omni carentes pro eaque diuenditæ Primùm Tholoſæ innotuerunt, dicebanturque à locis vicinis erutæ. Lobelius in Aduerſ. vocat *Acorum Aquitanicum*, & *Acorum Tholoſanũ*, in Iconibus verò *Chinam ſpuriam Acori effigie*: eiuſdemque etiã meminit C. Bauhinus in Phytop. & in Pin.

Vt autem aliquid de genuinæ Chinæ radicis vſu addamus: Extenuat, deſiccat, ſudores mouet, putredini reſiſtit, iecur confirmat, hydropi auxiliatur, vlcera maligna ſanat, atque in difficilibus & chronicis morbis magni fit: ſed maximè ad Luem Veneream confert, atque in ea mirabiles effectus præſtat. Arabes Turcæ & Parſæ *Cophchiginam* vocant.

CLEMATIS, ATHRAGENE THEOPHR. QVIBVSDAM: Germ. *Lynen, Vvaldrâben* : Gall. *Lyſeron* : Ital. *Vitalba*.



Athragene, ait Theophraſtus, eſt arbor Viti ſylueſtri & Oenanthi ſimilis: ac ſicut illa arbores ſcandens. *Clematidem* duobus Capitibus propoſuit Dioſcorides: vnaque illi *Clematis* dicitur, altera *Clematitis*. Nos de *Clemata* poſt agemus, iam verò de *Clematite*.

Sic porrò vocarunt quòd κλήματα, id eſt flagella, vitigineis ſarmentis ſimilia emittat, ac vt illa arbores ſcandat. Eius autem cùm variæ enarrentur *Differentiæ*, Clematidum primò enarrabimus latifoliam, quæ ad Athragenẽ Theophraſti vulgò refertur. Ludit autem ea multùm foliorum diuiſuris: eſt enim vel *integra*, quam hic pingimus, vel *dentata*, de qua mox.

CLEMATITIS LATIFOLIA DENTATA.



Clematis latifolia *ſarmentis* aliquatenus vitigineis luxuriat, craſſis, anguloſis, hirſutis, & ſubrubentibus & obſequioſo flexu lentis: *folia* quina, Dulcamaræ æmula, alias integra, alias dentata & fimbriata [vt hic pingimus] viticulæ mediæ tortili, quâ capreolorũ loco vicinis arbuſtis implica aſcendit, adnectuntur: *flores* racematim petiolis incanis inſident, ſuaueolentes, candidi: quaternis aut quinis folijs conſtantes, quorum meditullium obſidet muſcoſus *ſtaminum* pallidorum cincinnus: *flores* excipiunt *ſemina* compinata pinnata lanuginoſo tomento barbati: *radix* craſſiuſcula, ſubfuſca fibris donata.

Secus margines agrorum inter vepres & ſentes paſſim prouenit ſponte, & floret Iulio.


CLEMATIS BÆTICA CLVSIO.



Clematidi formâ & temperamento adſimilis eſt hæc; quapropter meritò eam Clematidibus annumerat Cluſius qui in variis Bæticæ locis reperit, nec vſquam alibi.

Confuſè autem de Clematide ſcripſêre; Geſnerus, Lonicerus, Tabernamontanus & Gerardus. Dodonæo eſt *Cyclamini ſpecies altera*, Loniceto, Turnero & aliis *Bryonia nigra*, & *Vitis nigra*, ſed perperam. Ruellio *Viburnum Hordea*, & Gallorum *Viorna*, quia ſcilicet ramorũ faſces, quaſi vinculo ligans, diſtinguit. Et ex eiuſdem ſententiâ hanc Plinius credidit eſſe *Vuam Taminiam*. Ad conſtringendos faſces, veluti ſalices & alia vincula, adhibetur. Guſtus autem feruidus & acris calidam arguit vim.

CLEMATIS SIVE FLAMMVLA SCANDENS, tenuifolia alba.



Infirma eſt hæc, & nonniſi proximis fulta in altum nititur, atque tamen id vllorũ capreolorum ope facit, ſed foliorũ pediculis ſepes amplectitur. Sarmenta habet ſtriata, viridantia & geniculata: *folia* ſecti caulis Flammulæ foliis ſimilia, prædictis breuiora & anguſtiora: *flores* albi odorati, qui vbi naſi vel labra ſi attigerint, inflammant: *ſemen* ſuccreſcit plumacea criſta inſigne.

Clematis altera vera, *Ambuxum Epigetis* & *Silueſtris* nonnullis: plurimis verò *Flammula* & *Flammula adminiculis egens*, & *Flammula repens*. Flammula autem dicitur, quòd contaſa veſicas, flammę inſtar, excitet: eſt enim valdè calida & acris. Cæteris ſeriùs floret & fructum maturat.

CLEMATIS SIVE FLAMMVLA SVRRECTA alba: *Flammula Iouis* quibuſdam.



Huius *ſarmenta* nullius opis indiga, ſuâ vi, in duorũ triũmve cubitorum altitudinem aſſurgunt: *folia*, *flores* & *vis vrêdi*, vt in præcedẽte. Duorum autem generum eſſe deprehendimus: vna enim ſarmenta rubeſcentia habet, quemadmodum & foliorum neruos & pediculos: alterius autem ſarmenta cum foliorum pediculis vireſcunt, & florem ſeriùs proferunt.

Rariſſima eſt, niſi in Auſtriæ & Pannoniæ cæduis ſyluis, ad fluuiorum in Danubium delabentium ripas. Excalefacit exſiccatque ordine tertio, vel, vt nonnullis placet, etiam quarto: vt ex Aquarũ, oleorũmvè & aliorum, quæ ex hac eliciuntur effectibus variis ſatis conſtat.

CLEMATIS SIVE FLAMMVLA FLORE purpureo & cæruleo, ſcandens.



Concinnior eſt quàm vulgaris Flammula, ac foliis ad Atragenen propiùs accedentibus, ſed variè ludentibus, modò diuiſis, modò integris &c. Præcipuaque purpurantium cæruleorũmvè florum gratia, quos etiam odoris ſuauitas commendat.

Gaudet Soli expoſitis, ſed tamen non omninò aridis locis: lætóque & haud irriguo ſolo meliùs proficit. In Hiſpaniâ & Italia iuxta ſepes & agrorum margines ſponte exit: Floretque Iulio & Auguſto, ſemen verò Septembri perficit.

CLEMATIS PVRPVREA FLORE PLENO ſcandens.



Ex ſcandentium cæruleo-purpureorum Clematidum genere eſt, ſed alterius formæ, multiplici ſcilicet texturâ. Flore eſt cæruleo, cæruleo, purpureo, & incarnato diluto: floretque Iunio & Iulio. Extrinſecus lanugine cinereâ pubeſcunt flores. *Clematis peregrina incarnata plena*, & *Clematis cæruleo flore pleno* inſcribitur vulgò.

CLEMATIS CÆRVLEA SERRATO FOLIO.




Seſquipalmaris hæc eſt; *cauliculis* pluribus oblongis, quibus ſingulis *folia* crebris diuiſuris inſecta inſident, trigeminâ coherentiâ, vt in Anemone Geranifolia: *flos* longiſſimo pediculo inſidet, ex quatuor tantùm foliis compoſitus, coloris obſcurè purpuraſcentis. *Semen* non vidit, nec tradit eam C. Bauhinus, qui eam ex ſicca deſcripſit. Oritur in altioribus Baldi rupibus.

Clematis pannonica ſurrecta, flore cæruleo.



Plantam hanc variis locis ad Danubij ripas ſponte prouenientem ſic pingit Cluſius, ſuſè deſcribens: Floret Maio & Iunio, ſemen maturum eſt Auguſto. Nobis Montbelgardi in S.P. horto prouenit ex ſemine, & ſequenti anno floruit Iunio & Iulio. Temperamentum idem quod reliquarum Clematidum, & Vires eædem.

Clematis daphnoides, Vinca pervinca: Germ. *Ingrein, Vvintergrein*: Gall. *Peruanche*, It. *Peruinca*.



Hucuſque de ſcandente Clematide actum, iam de repente erit ſermo. Clematidem dici, quia illi viticea ſarmenta, ſuprà annotatum: quoniam verò Lauri non habet folia, Daphnoidem inſcribunt: ac Vincam eandem & Peruincam, propterea quòd humi repens, vinculi modo, vicinas res vincit, illiſque adalligatur. Variat flore cæruleo, purpureo, violaceo vel albo: eoque vel ſimplici vel pleno. Et duplex vulgò conſtituitur, *Maior & Minor*. *Nos Minorem & Vulgarem hic pingimus*, de cuius Loco, Tempore & Viribus ad ſequentis Tabellæ latus.

Clematis daphnoides ſive Pervinca maior, flore cæruleo & albo.



Per omnia maior eſt hæc Peruinca vulgari: florumq; duplicatione & varietate per amœna. Cæterùm Peruincam nemoroſis, vmbroſiſque tractibus & ſentietis, atque agrorum marginibus, gaudere, ſemper virēre, Martioque & Aprili potiſſimùm florere, in cōfeſſo eſt. Colitur & in hortis.

Calidam & ſiccam eſſe tertio grado perhibet Apollinaris: meliùs verò refrigerare & ſiccare dicit Matthiolus, atque inſuper corroborare, & cohibere. Vnde folia ore retenta, capitive adalligata, collóve circumducta, ſanguinis fluxum è naribus erumpentem comprimunt: viridia verò femoribus adalligata menſium abundantiam cohibent, & conceptus adiuuant.

Apocynum, Cynocrambe: Germ. *Hundskraut*, *Handskôl*: Gall. *Apocynon*: Ital. *Apocyno*.



Apocynon, authore Dioſcoride, frutex eſt longis oblonga *virgultis*, obſequioſis & fractu ſi rè inuictis: *folia* Hederæ &c. *fructus* ceu Fabarum; *Siliqua* digiti longitudine procedit, minutis intus *ſeminibus* duris.

Plurimæ autem Apocyni nomine donatæ plantæ, quarum ſeriem hic ordine recēſebimus: ac primò quidem *Apocynum ſiue Periploca, foliis longis & flore purpurante*. Duplex autem eſt, *Repens* & *Scandens* quod hic pingimus: & *Periploca* etiam dicitur [quaſi circumplectens,] quia vicinis pedamentis ſeſe inuoluens ea amplexatur. Vidimus Patauij, & Montbelgardi. Nobis ex ſemine creuit.

Apocyno affinis Secamone, flore albo.



Planta eſt repens, altiùs ſaliens, ſéque aliis arboribus conuoluens: *folia* longis duris: *flores* fert albos, ac ſiliquas longas & craſſas, lanugine albâ, ac ſeminibus paruis plenas. Ex hac verò planta ſuccus emanat flauus & virens, quem ſiccatum, referente Alpino, Ægyptij tenues humores valenter purgare aiunt.

Apocynum Dioſcoridis eſſe ſuſpicatur Guillandinus: Cluſio Hiſp. eſt *Apocynum ſecunde ſiue anguſtifolij ſpecies altera*. C. Bauhino in Pin. *Apocynum 3. anguſto Salicis folio*. Sponte in noſtris regionibus non prouenit, ſed in cultioribus solùm hortis habetur.

Apocynum folio rotundiore, flore ex albo palleſcente.



Breuis frutex eſt ſtirps hæc, neque proximis ſe aduoluens: verùm ſuis nixa viribus recta ſtat, in plures ramos diuiſa, cortice cinereo: *folia* ad ſingulos nodos ex aduerſo bina naſcuntur, Hederaceis ſimilia, non anguloſa, modicè acuminata, craſſa & mollia, vncialibus & ſextantalibus pediculis hærentia: atque ex illorum alis *flores* vbertim emicant longis innixi pediculis, vmbellam quodammodo amentientes, candidi, e quinis oblongis foliolis contexti.

Montbelgardi in S.P. hor[illegible]to colimus.

APOCYNVM LATIFOLIVM AMPLEXICAVLE.



Longis, tenuibus, frequentibus viridibus & geniculatis *ſarmentis* proxima quæque ſcandit, multiplici circumuolutione & arcto nexu, illa amplectens: *folia* Hederæ, mollia, ſubcineracei coloris, lacteo ſucco [vt etiam ſarmenta] turgida: *flores* ex illorum ſinu prodeunt multi, vmbellati, candidi, parui, quinque foliis conſtantes: *ſiliqua* multo tomento & lanugine plenæ, quâ *ſemen* occultatur planum ex cinereo fuſcum: *radices* ſarmentoſæ & fibroſæ, ſe reptatu ſuo moleſtiſſimæ. An Scammonij genus aliquod, vt nonnullis placet? Montbelgardi in S. P. horto habuimus, vbi hyemem vnam pertulit, ſed poſtea periit.

SCAMMONEA MONSPELIACA SIVE VALENTINA: Apocynum 4. Latifol. Cluſij.



In longis, teretibus, tenuibus, bicubitalibus ſeptenis, & vicina quæque amplectentibus *ſarmentis*: *folia* naſcuntur oppoſita, lata, denſa, glabra, albida, ad pediculum, qui vncialis, falcata, in mucronem deſinentia, & ſucco lacteo prægnantia: *flores* congeſti, ſtellati, parui, albi: *ſemen* anguloſum: *radix* longa & fibroſa.


Volubilis marina Pharmacopæorum. Cluſio *Conuolueri genus ſcammonium dictum*: In regni Valentini, & Galliæ Narbonenſis maritimis frequens eſt admodum, & floret Auguſto. Solent verò cum ſucco iſtius Herbæ & Colophonia legitimum ſcammonium tam exactè adulterare, vt vix dignoſci poſſit.

APOCYNVM SYRIACVM ET ÆGYPTIACVM, Beidelſar Alexandrinum Alpini.



Beidelſar, referente Alpino, naſcitur locis prope Alexandriam perpetuò humidis. Circa Hierico, ad flumen Iordanem etiam prouenire tradit Chriſtophorus VVeixius. Quoniam verò is in ſemine, floribus & aliis, notas habet Apocyno nō diſpares, Nos Apocynis annumerandum duximus. Vidimus autem Stutgardiæ & Argentinæ in ollis. Quæ de ſuo *Beidelſar* prædicat Alpinus, ex ipſo petenda relinquimus, de Noſtratis viribus hic tantùm acturi. Nullam illi ad humanum corpus vſum tradit Dioſcorides: quadrupedibus vero exitioſum eſſe ſcribit. Plinius quadrupedibus venenum eſſe etiam tradit, ſed hominibus ſalutare: & contrà Galenus hominibus venenum eſſe dicit: *periculoſorum nos eſſe*.

ASCLEPIAS, VINCETOXICVM, HIRVNDINARIA: Germ. *Schvvalbenvvurtz*: Gall. *Dompte venin*: It. *Vincetoſſico*.



Aſclepias veterum quid fuerit, atq; an Neotericis ſit cognitum nec ne, in Appendice expendemus & demonſtrabimus: *Iudicabunt docti. Nos* autem Herbariorum Vincetoxicum *Aſclepiadem* interiſper inſcribemus. Aſclepiadis autem nomen habuit ab Æſculapio [Aſclepio Græcis dicto] Medicinæ inuentore credito, iuxta illud:
Inuentum Medicina meum eſt, &c.

Hirundinariam nuncuparunt, quòd apertæ eius ſiliquæ, cum candida lanugine, volanti hirundini fermè ſimiles ſint. Vincetoxicum verò, quòd illi inſignis aduerſus venena vis inſit. Eius autē variæ obſeruantur Differentiæ, Quidam enim, quā hic pingimus flores ſunt albicantes: alteri verò nigri. Et eſt quædam Indica; alia Cretica, &c.


ASCLEPIAS, VINCETOXICVM, HIRVNDINARIA, flore nigro quorundam.



Iis nominibus hanc plantam inſcribunt Matthiolus, Camerarius, Tabernæmontanus, Cluſius, Gerardus, Lobelius, C Bauhinus & cæteri plerique omnes: Dodonæo eſt *vincetoxici ſpecies altera*: Lobelio etiam *Periploca minor*. Eos verò reprehendit Columna qui Aſclepiadem eſſe ſtatuunt, & *Apocynis* annumerat.

Habuimus in horto Montbelgardi ex ſemine: florebátque Iulio, & Auguſto ferebat ſiliquas. Aliàs naſcitur vtrumque vincetoxicum in altis arenoſiſque montibus & ſyluis ac in nonnullis etiā rupibus incultiſque & deſertis locis proximo: Baſileæ in monte prope *Laurach* ſatis frequens.

ASCLEPIAS INDICA SIVE VIRGINIANA. Aſclepias Cretica Cluſij.



Pro Aſclepiade Virginiana à Gerardo primùm effigie expreſſa fuit & deſcripta Planta quam hic pingimus. *Creticam Aſclepiadem* tradit Cluſius, cui folia & ſemina vulgaris foliis & ſeminibus ſimilia tribuit: ſed ſiliquas ait breuiores eſſe, craſſiores, & bifido mucrone præditas, &c.

Aſclepiadis autem vires & vſum quod attinet: moderatè calidam & ſiccam facit Matthiolus. Venenum omne, ac canis rabidi venenatorumque animalium præſertim, arcet, ne cor petat. Menſes, pota & in deſeſſionibus vſurpata, prouocat radix, ac in genere omnia præſtat quæ Ariſtolochia longa. Certo verò experimento contra Peſtem & Hydropem valere, in Hiſtoria noſtra magna oſtendimus.

NERIVM SIVE RHODODENDRON : Germ. *Oleanderbaum, Lorbeerroſen* : Gall. *Oleandre* : It. *Oleandro*.



Iis & *Rhododaphnes* nominibus plantam hanc donant Plinius & Dioſcorides, quã vulgaris eſſe notitiæ hic sit. Eadẽ nomina retinuere etiã Recentiores: ac quamuis Latini non habuiſſe ſcribat Plinius, duo effinxerunt, *Oleandrum* & *laurum roſeum* vocitantes. Plurimorum autem ineptæ ſunt Figuræ, optimis Matthioli, Loniceri & Tragi. *Nerij* nomen dederunt illi forſitan Nereides Nymphæ: *Rhododendron* verò dicta, quaſi arborem Roſa: & *Rhododaphne*, à Roſę floribus & Lauri folijs.

Duplex eſt, flore ſcilicet rubro & flore albo. Naſci autem in arborum hortis, & maritimis locis, & iuxta flumina, author eſt Dioſcorides. Plura in ſequ.


NERII FACIE ARBOR.



Nerij facie arborem [illegible] Nerio ſimilem arborem [illegible] arbore etiam Lob[illegible] Adu. & Ic. Tabernæmontanus: C. Bauhinus [illegible] eſt Nerion 3. [illegible] Hiſtoria Lugd. apud quam [illegible] tranſpoſitus.

Nerium autem [illegible] varijs Italiæ & G[illegible] frequens ſatis ſpont[illegible] reperitur, in Liguri[illegible] lo tractu copioſiſſi[illegible] uenit, inter Nicea[illegible] & Genuam. Coli etia[illegible] tis Patauij, Venet[illegible] & Monſpelij obſeruaui [illegible] inibi florere Maio & Iunio, ſiliquas verò [illegible] Auguſto.

NERII SILIQVÆ EFFIGIES KAYE BAKA: fructus exoticus.



Exoticum hunc Fructum ex Indiis aduectum *Kaye baka* appellari dicebat Abdala Guzarate oriundus, vt refert Cluſius, qui fusè deſcribit.

Vt autem de *Nerij Viribus* aliquid addamus: Folia Nerij quadrupedibus venenum eſſe tradunt Dioſcorides & Plinius, homini verò contra ſerpentes præſidium, ſi è vino bibantur, additâ Rutâ. Galenus contrà, Nerium intra corpus aſſumptum, & pecudibus & hominibus perniſioſum eſſe ſcribit, foris verò illitum vim digerendi habere. Litem componere ſatagunt Recentiores; Nos dubij medicamenti vſum omittendum conſulimus.

VITIS ALBA, BRYONIA : Germ *Hundskurbs*. Gall. *Coleuure*, *Colubrine* : Ital. *Vita bianca*, *Bryonia*.



Bryonia, quam, Brunf[illegible] & Simone Ianuenſi except[illegible], pro *Vite alba* Dioſcor[illegible] admittunt ſcriptores omne[illegible] præter *ſylueſtrem* dictam [illegible] quam, duplex eſt, *Bryonia* ſcilicet *alba*, & *Bryonia nigra* : Eſtque Alba vel *maculata*, vel *non maculata*.

Sepimenta dumos & [illegible] tices ſcandit & ſupera[illegible] vt reliquę ſcandentes pla[illegible] circumplicando ſe, ſed [illegible] ocealis ſuis vicina om[illegible] apprehendendo, iiſque ſe [illegible] uerſimodè innectendo & implicando.

Albæ per omnia ſimili[illegible] Nigra : Minor tantùm eſt, nec tam latè viticulas ſu[illegible] ſpargit, radicémque habet ſubnigram, & baccas per maturitatem nigricantes. Florent Maio.

VITIS NIGRA, SEV BRYONIA NIGRA QVIBUSDAM : Thamnus Plinio, folio Cyclamini.



Bryonia *Nigra* Albæ per omnia ſimilis eſt, niſi quod acini per maturitatem nigricant, radixq; foris ſubnigra eſt: & quod Alba minor eſt, nec tam latè viticulas ſuas ſpargit.

Sepimenta, dumos & frutices ſcandit vtraque: non tamen circumplicando ſe, vt reliquę ſcandentes Plantę, ſed clauiculis ſuis vicina apprehendẽdo, iiſque ſe diuerſimodè innectendo & implicando.

Reperitur *Alba* in Gallia, Italia, Sueuia, Tractu Rhenano, Heluetia & Belgio, paſſim ſecus vias, & ad agrorũ margines. *Nigram* gignunt Haſſia, Saxonia, VVeſtphalia, Pomerania & Miſnia, quibus locis, teſte Cordo, *Candida* non prouenit. Vtriuſque autem flores Maius, vuas verò Autumnus, ſuppeditat. Vires non capiunt huius loci anguſtię.

MECHOACAN : RHABARBARVM ALBVM : BRYONIA Mechoacana alba : Bryonia Mechoana nigricans, ſiue Ialapa.



Proximo Maiorum ſæculo innotuit noſtratibus *Mechoaca*. Nomen habet [illegible] ſula quæ Hiſpanis *Ma*[illegible] Indigenis verò *Ch*[illegible] nominatur. *Rhabar*[illegible] *album* ſunt qui nunc[illegible] alij *Scammoneum A*[illegible] *num*, alij *Bryoniam*, e[illegible] valde ſimiles eſſe [illegible] tur: ſed magno erro[illegible] eorum ſol orum aut[illegible] cis tranſuerſim ſectæ, [illegible] color & ſapor manifeſ[illegible] ſutant. Triplicem [illegible] loco facit Monardes, ex dicta Mechoac[illegible] *Alteram* ex Nicaragu[illegible] Quito, quam optim[illegible] ac *Tertiam* tandem [illegible] ſtrem quę in D. Helenę [illegible] montorio prouenit [illegible] *vſus* norunt Practic[illegible] ſo plaſiæ.

LVPVLVS: Germ. *Hopffen*: Belg. *Hoppe*: Gall. *du Houblon*: Ital. *Lupolo, Bruſcandolo*.

LVPVLVS MAS.



Aſcendentes Lupulus, per ſe infirmus, facile radices, aut proxima adminicula, quæ attingit, conſcendit: ac non quidem capreolorum, quos nullos habet, ope, ſed torculoſis, aſperis, anguloſis, purpuraſcentibus & concauis ſarmentis, tenaci pedamentorum cõplexu eo nitum ſubuehens: alioquin humo ſe tollere vix poteſt.

Bini diſtinguunt aliqui in *Satiuum* & *Syluestrem*, ſiue ſua ſponte prouenientem; qui ab alio nõ niſi magnitudine differat, conoſque minores, rariores & pauciores habeat. Alij in *Marem* & Fœminam diſtinguunt: Marem quidem vocant, qui steriles habet flores, & Fœminã, cui folliceros fruct⁹, *Illud autẽ mirũ*, cũ qui flores, fructũ non ferre: & eum qui ſemen vel fructũ, non florem.

LVPVLVS FOEMINA.



Sunt qui Veteribus indictũ credũt: rariſſimus verò *Nec* Dioſcoridis eſſe Smilacem aſperã, & Plinij Lupũ vel Lupulũ ſalictariũ, ac Meſuem ſub volubilis genere comprehendiſſe. *Bryon* Græcis Recentioribus dici ſcribit Fuchſius, à Bryoniæ ſimilitudine: *Lupum ſalictariũ* quòd ſalices ſcãdat, Italiæ ruribus *Bruſcandulam*, quaſi Bryon ſcanſile, ac à nonnullis *Humulũ*, ab alijs *Lupũ ſeptetiũ*. *Telapheã, Habiolã* & *Habillam*, etiam dici ſcribit Manardus.


Spontaneus in ſepibus paſſim abundat, ac ad dumeta, & humentium pratorum margines luxuriat: Satiuus Viris eſt Septentrionalium, qui patentiſſimos Lupulo conſitos Tractus, ad ſuas Cereuiſias ſedulò colunt. Cæterùm moderatè refrigerat, ſanguinis ardorem compeſcit, meatus aperit, vrinas mouet, Ictero medetur, &c. Recentes verò Vere turiones, non ſolùm in cibo grati ſunt: ſed deuorati ſanguinẽ purgãt, ventrẽ ſoluũt, vrinasque mouent, atque Hepar & Lienem ab obſtructionibus liberant.

CAROLVS SANCTVS: CARLO SANCTO: Radix contra venena *Carlo ſancto* dicta.



Lupulo ſimilis eſt, & perticis ſe inuoluit, illius more, ac ſi ijs careat, humi ſpargitur & diffunditur: *folia* etiam Lupulo ſimilia, colore viridi, ſed obſcuriore, odore graui: neque *florem* neque *fructum* fert: *radix* craſſa eſt, è qua aliæ radices oriuntur digiti craſſitudine, colore candicante: *cortex* qui facile ſeparatur, cuiuſque vius, guſtûs eſt amari, aromaticique odoris. Naſcitur temperatiſſimis prouinciæ *Mechoacan* locis: & eſt calida & ſicca in ſecundi gradûs ini..., atque ad varia, præſertim verò contra venena, vtilis. C. Bauhino in Pin. eſt *Lupulus 3. Mechoacanus*: in Phyt. *Lupulo ſimilis Mechoacana*.


SMILAX LÆVIS, CONVOLVVLVS MAIOR: Germ. *glat Winde*: Belg. *Winde*: Gall. *Liſeron, Liſet, Campanettes*: Ital. *Vilucchio maggiore*.



De Smilace *aſpera* actũ antè, jam de *laui* agendum. Quæ quid ſit acriter inter Scriptores controuertitur. Nos omniũ ſententias & fundamenta in Hiſtoria noſtra magna expẽdimus: hic verò quouſque certi quid ſuper hac re ſtatuatur, tantiſper *Conuolulum maiorem* inſcribemus. Dicitur autẽ *Conuoluulus* hæc vulgaris noſtriæ planta, quoniam arbores ſcandit, & ijs ſe conuoluit: ac *Smilax læuis*, quòd aſperis careat aculeis. *Volubilẽ magnũ*, *Lactariam* & *Funẽ arborũ* vocabat Meſue: apud alios, ob florum formam *Campanulæ albæ* nomen obtinuit.

Naſcitur paſſim per fruteta & ſepes, locaque non culta. Floret Æſtate, ſemen Autumno profert. Moderatèque eſt calida, ſicca verò in 2. ordine. Reſoluit, maturat, terget, aperit, &c.


CONVOLVVLVS MINOR: IASIONE VETERVM, Helxine Ciſſampelos: Germ. & Belg. *Klein Winde*: Gall. *Petit Liſeron*: Ital. *Vilucchio minore*.



Iaſione Theophraſti & Plinij, Goropio, Geſnero, Lobelio, Dodonæo, nõnullis alijs, nihil aliud videtur eſſe, quã *Cõuoluulus minor* qui doctorũ iudicio eſt Helxine Dioſcoridis [non quidem Parietaria dicta, ſed *Ciſſampelos*;] planta *folia* habens Hederæ ſimilia, at minora, *ramulos* verò longos, quibus circũplectitur quodcũque contigerit adminiculum. Eſſe tamẽ negat Tragus, *Orobanchen Theophraſti*, *Angina* & *Peſtem Herbarum* dictam plantam eſſe ſtatuens. Quibuſdam [vt etiam maior Cõuoluulus] *Cymbalaria* cognominatur & nonnullis *Scammonea parua*.

Variat, floris colore vel omninò niueo, vel prorſus purpureo, vel inter vtrumque medio & radijs variegato. Floret cum maiore, ac iiſdem etiam locis gignitur, ſed nonnunquam etiam in neglectis aruis: frugibus pluuioſo tempore moleſtus.

HELXINE SEMINE TRIANGVLO ACVMINATO nigro: Germ. *Schwartz Winde*: Gall. *Liſeron noir*.



Proxima quæcunque hæc etiã arripit, & circumuolutione tortili conſcẽdit, nullis aſſa capreolis, ſed viticulis ſuis, quas in radice craſſa multifida plures emittit, palmares, cubitales vel ſeſquicubitales, ſubrubentes: ad quarum genicula in pediculis longis naſcuntur *folia* ſingularia triquetra, Atriplicis, nonnihil rubentia *Floſculi* racematim cohærent in pediculis ex foliorum ſinu exortis, parui, albidi: *ſemine* ſuccedente triquetro acuminato nigro.

Naſcitur in cultorum locorum aruis, agris & ſepibus. Floret Maio, at ſemine turget Iunio. An *Centunculus* Plinij? An *Caſſus* Serapionis? *Plura ad latus ſequentis Tabellæ*.

Convolvvlvs peregrinvs pvlcher, folio Betonicæ, Flore purpureo.



Plantā hanc à viticulis, quibus ſe vicinis fruticibus, aut herbis, implicat, *Convolvulū* appellavit Cluſius. ad quam autē ſtirpem à Veteribus deſcriptam reſerenda ſit, ignorare ſe profitetur, niſi Theophraſti & Plinij ſit *Ioſione* Lobelio in Obſ. & Icon. eſt *Convolvul'* *Scammony facie*: Tabernæmõtano, *Scãmoniū minus*.

Floret in Hiſpaniæ locis, præſertim verò ad Tagum flumen, læto ſolo, naſci ſcribit Idem Cluſius. & Martio ac Aprili florere. Vidimus verò Nos Monſpelij & Baſileæ.


Cæterùm modò deſcriptam Helxinem, Convolvuli ſimilem plantam, præterquàm flore, ait Geſnerus: eique quẽadmodum & Ruellius & Tragus, videtur ſtrigem eſſe id vitium quod Scriptores *Leontobotanum*, Gal. *Taniam*, [*Togne*] vocant. *Iudicent periti*.

Convolvvlvs cærvlevs: Granvm Indicvm: Nil Arabum quibuſdam: Perſis *Araſta*: Gall. *Liſeron bleu*.




Tortilibus tomentoſis viticulis, proxima quæque arripiens, in altum mittitur, texturis topiarijs peridoneus. De hac planta hæc Serapio: *Habel*, id eſt, Nil, eſt *Granum Indicum* &c. Non deſunt & aliæ Convolvulorũ ſpecies, quæ ad Nil quoque Avicennę referuntur: vnica, alia, ſpinulis aſpera, atque altera ſine illis. Et eſt quoque Mechoaca Nil, & Scammoniũ Americanum. Plæriſq; autem authoribus, dicitur hæc planta *Convolvulus cæruleus* & *Nil Arabum*: quibuſdam *Pothos cæruleus Theophraſti*, aliis *Volubilis lanuginoſa Meſues*: & quia noctu potiſſimùm floret, Soleque Oriente clauditur *Flor de noche* vulgò nuncupatur.

Convolvvlvs terrestris: Convolvvlvs minimus quorundam: Cantabrica Plinij.




Cantabricæ Plinij nomine, variæ donãtur Plantæ, ex quibus eam putamus eſſe quã hic pingimus, *Volvulumq; terreſtrem* inſcribimus. Lobel. in Adverſ. & Iconibus eſt *Convolvulus minimus* Spicæ' vel linariæ folio. *Coliculi* crebri tenues, *Radix* craſſa, lignoſa & nigricans, iunce, palmares & interdum cubitales, hirſuti, ſurrecti, valentuli: *folia* anguſta, oblonga & piloſa: *Flores* in extremis ramis, communiter purpuraſcentes, & rariùs albi, calathi formâ. Cœlum & ſolum amat calidum: floretque Majo, Iunio & Iulio, in Galloprovincia, Hiſpania & Luſitania, ad arvorum ſatorum margines frequens. An *Scammonium minus* Plinij.

Convolvvlvs bona nox dictvs, flore candido, grandi.



Primo ſuo ortu bina profert *folia*, Campanulæ Indicæ naſcẽtis, de qua mox, folijs ſimilia ſed majuſcula & craſſiora. Multi porrò ab vnica hujus plantæ radice *caules* prodeunt, qui pedamenta adfixa, vel vicinas plantas, multiplici ambitu ſpirã, Smilacis aſperę inſtar, cui etiam ſimilia habet folia, ſed majora & molliora: in *caulibus* etiam aliquot hamatas continet ſpinulas, quales & Smilax aſpera, ſed rariores ac minùs horridas. *Flores* autem prodit candidos & grandes, mediocri diſco patea, qui, matutino tempore dehiſcentes, noctu illicò flacceſcũt, vnde nomen *Buenas noches* accepiſſe videtur, quã voce veſperi ſe ſalutare conſueverunt Hiſpani. Ex Occidentali India & fortunatis Inſulis afferri ſolet.

Campanvla Indica.



Plurimum hæc ad Convolvulum cæruleum, Nil Arabũ dictũ, accedit: tortilibus, hirſutis, rubeſcentibus, & circum perticas convolutis flagellis, in altum mittitur: *folia* Hederacea ſive Cyclaminis, acuminata, vt in Nil Arabum primùm pullulante, ſuntque ea falcata, ſubtùs ſupraque piloſa, ad rubentem & hirſutum pediculo longiorem pediculum hærentia. *Flores* campanulati, calyci inſidente in quinq; lacinias diviſo, villoſo, nigricanti, plures ſimul juncti ferè, pediculo ex foliorum prodeunte. *Convolvulus Indicus flore violaceo*. Eyſt. *Campanula Indica purpura violacea*, Hey ſtettum.

Convolvvlvs Ægyptiacvs qvinqvefolius, Caſp. Bauhini.




Viticulis eſt tenuibus, geniculatis, lævibus: ex quolibet geniculo *folium*, lõgo tenuiſſimo pedicello donatum prodit, qui in quinq; lacinias anguſtas longiuſculas dividitur, & quãdoq; inferior vna alterve bipartitur, cuilibet laciniæ tenui molliq; aculeo inſidẽte. Supra folij exortum pedicellus æquè tenuis, duas treſve vncias longus & nodus exoriens, *florem* magnum purpureo-cæruleum, aliorum Convolvulorum formã ſuſtinet. *Semen* non conſpectũ. C. Bauhino in Prodr. eſt etiam Convolvulus 5. laciniatus folijs, vel quinque folius.

SCAMMONIA ET SCAMMONIVM: Germ. Belg. Gall. & Italis itidem *Scammonia*, & *Scammonium*: Scammonia Syria, ſl. Conuoluuli.



Scammonia, vt rectè annotat Cordus, eſt, cuius liquor eſt *Scammonium*. Extant qui arborem dicunt: non enim arbor eſt, nec frutex, ſed herba. *Radix* illi lõga craſſa & lacteo ſucco prægnans: è qua cobliales multæ prorumpunt ſcandentes & proximis ridicis ſeſe conuoluentes *viticulæ*: *folia* lata & acuminata, inſtar Aſari, ſed minora, glabra, tenuia. *Flores* calathoides, ex albo purpuraſcentes. Solum amat pingue atq; in Syria prouenit vberrimè. Apud Nos habetur in cultioribus hortis: floretq; Maio, Iunio & Iulio. *Plura non capiunt huius loci anguſtiæ.*

SOLDANELLA, BRASSICA MARINA: Germ. *Meer Winde*: Belg. *Zee Winde*: Gall. *Choux de mer*: Ital. *Cauolo marinò*.



Soldanella [nõnullis Soldana] hodie dicta planta, Dioſcoridis Braſſicã marinã omnibus modis refert, vnde eã ipſiſſimam eſſe, cum plerisq; omnibus, omninò concludimus. Vnus Matthæus Syluaticus Soldanellã ſcribit eſſe *Anabum Cactile*, ſed magno errore: cũ ab huic folia tribuat Naſturtij, illi flor Ariſtolochiæ, &c.

Toto autem genere hæc à reliquis Braſſicis differt: per terram enim ſuas ſpargit *viticulas*, à quibus *folia* prodeunt ſubrotunda, latiora quàm lõgiora, Chelidonij minoris folijs ſimilia, liquore lacteo manantia, pediculis longis innixa: *flos* magnus purpureus quadrantalis ferè, campanulatas, iudiculus: *ſemen* in loculis rotundis anguloſum, nigrum, & interdum album. *Plura ad latus ſequ Tabella.*

SOLDANELLÆ AFFINIS CONVOLVVLVS marinus: *Iecoraria* forte, ſiue *Fegatella*, Hermolai.



Zvvingerus Baſileæ in horto alebat. Cæterùm in hortis plantata Soldanella vulgaris fœliciſſimè prouenit. Spontanea verò paſſim ad Mare naſcitur, potiſſimùmq; circa Venetias & Genuam, ac in Belgico littore: Monſpelij Æſtate floret, autumno ſemen perficit. Binas eius nonnulli cõſtituunt ſpecies, vnam ad Braſſicãs accedentem, aliam quæ ſit à Conuoluulorum familia, & de hac Nobis hic ſermo. Prætèr autem purgandi vim quã ei aſſignarũt Dioſcorides, Plinius, Avicenna & Serapio, vtiliter ad Hydropicorum aquas exigendas adhibetur: tutóq; pueris & imbecillibus exhiberi, atq; quod prodidêre Veteres, eã neminem an, ſolium eſſe, quotidiana docet experientia.

LIGNVM COLVBRINVM: PAO DA COBRA; & *Palo della Culebra* Luſitanis dictum.



Plures ſtirpes *Colubrini Ligni* nomine donatæ, quoniam mirum in modum ad uerſus Colubrorum virulentos ictus & morſus vtiles ſunt. Tria eius ligni genera in Inſula Zeilan inveniri ſcribit Garcias, eadem deſcribens: ac de ijs in genere hæc tradens, Non modò, ait, aduerſus animalium virus ejaculantium morſus & ictus, ſane efficax eſt hoc lignum, ſive potius radix, ſed etiam ejus pulvis lumbricos necare, papulas, exanthemata & impetigines tollere creditur &c. Nos II. Garciæ Lignum colubrinum hic pingimus, quod Cluſio *ſcandens* dicitur.

COLVBRINVM LIGNVM HEDERACEVM, foliis Bryoniæ, quod Acoſtæ I.



Naſcitur in Malabar Hederæ modo, colore Dracunculi maioris, ſiue ſerpentariæ: *folia* illi ſũt Bryoniæ ſimilia: integra tamen initio, neruoq; prædita per longitudinem excurrẽte, & quinq; aut ſex econis in latera vergentibus: ſucceſſu tẽporis accedũt exigua foramina, quæ paulatim cum folijs incrementum ſumunt, donec tandem omninò folia ſcindãt, eaq; varijs folijs ſimilia reddãt: ſic in vna eademq; plãta folia alia integra alia exigua, nonnulla maioribus foraminibus prædita, omniaq; adeò inter ſe diſſimilia, vt eiuſdem plantæ folia minimè eſſe videantur. Tantam verò habet hoc Lignum cum Colubro ſimilitudinem, ut facilè imponat, & viuum Colubrum quis eſſe exiſtimet.

COLVBRINVM LIGNVM: DVDA SALI Canarinis, quod Acoſtæ II.



Planta admodum breuis eſt & tenuis, triaque ſolummodò *folia* habet, mollia, læuia, ſaturatiùs virentia: *flos* aut *fructus* non conſpectus, nec quiſquam ſe vidiſſe aſſerit: *radix* oblonga & tenuis, ſummã tellure ſerpens.

Hiſtoriæ Lugdunenſi dicitur *Lignum Colubrinum* 2. Acoſtæ. C. Bauhino eſt pin. *Clematitis Indica* 5. Fugiunt ab eo ſerpentes, nec id geſtantiũ aſpectum ferre poſſunt.

COLVBRINVM LIGNVM CLVSII, Pao da cobra dictum. Arbor Angelina. Radix ſagittis toxico illitis reſiſtens.



Ligni hoc fragmentum, *Pao de Cobra* nomine inſignitum in magna illa prætoria Naui repertum fuit, quâ Indiæ Prorex vehebatur, ac quæ a Naucleris Anglis anno 1582. occupata fuit: quibuſdã exiſtimatur eſſe Lignum Colubrinum 3. a coſtæ. C. Bauhino in Pin. eſt Clematis Indica 6.

Quandam verò Radicem in Malaca inueniri ſcribit Garcias, quæ aduerſus vulnera ſagittis Toxico illitis facta præſentaneum exhibeat remedium. C. Bauhino in Pin. eſt Clematitis Indica 7.

Meminit verò Acoſta, ſub Colubrini ligni titulo, *Arboris Angelinæ*, quæ quid ſit, cùm non deſcribat, nondum ſatis conſtat.

HALICACABVM PEREGRINVM, SIVE COR Indum: Germ. *Munchs Kopfflin*: Gall. *Baguenaudes ſauuages*: Ital. *Veſiccaria foreſtiera*:



Non niſi adminiculo clauiculorum, quibus rebus vicinis aduoluitur, homo ſurgit: *caulibus* ſtriatis, glabris: *folijs* læto virore niteutibus, Apij modo diviſis, pilis minutis hirſutis: è quorum alis *pediculis* exeunt *floribus* donati albis, quos turgidæ excipiunt veſicæ, *grana* continentes paruo Piſo ſimilia, partim nigricantia partim albida, in quibus Cordis effigies pulchrè delineata. *Radix* digitalis craſſitudinis, fibroſa, lignoſa, duriuſcula.

Halicacabus peregrinus vulgò inſcribitur, & *Cor Indum* atq; Piſum *cordatum*: fallútur verò plurimùm qui Dorycnium eſſe hariolantur. Colitur in hortis, Iulioq; auguſto & Septembri floret: Creditur autem ſemen, ob notam quâ inſignitur, valêre ad omnes cordis affectus.

CACVBALVM PLINII QVIBVSDAM; Alſine baccifera: Alſine fructu nigro.



An noſtra hæc planta ſit Cacubalum Plinij dubitat Lobelius: eſſe negat Geſnerus, aſſerit verò Hiſtoria Lugd. *indicant docti*.

Plantæ autem huic *radix* & *ſemina* Hippię majoris, *ſarmenta* longiſſima dura & reptantia: *flores* ex herbaceo cãdidi ſex folijs conſtant quibus ſuccedunt acini nigri, granorum Piperis nigri magnitudine, folliculo incluſi, initiò virides, per maturitatem verò nigri, *ſemine* exiguo, & plano pleni.

Apud Germanos, Belgas, Gallos & Italos ſecus margines agrorum reperitur inter vepres & ſentes, ac colitur etiam in hortis. Floret totâ Æſtate, refrigerat & adſtringit.

NASTVRTIVM INDICVM FOLIO PELLATO ſcandens.



Huic Naſturtio præter ſaporem & odorem cum noſtrã Orbis Naſturtio commune nihil: vnde eleganter Gillenius: Rectène is fecit, inquit, qui plantæ huic *Naſturtij* nomen indidit, quòd hujus ſapiat acrimoniam? An ij qui, à Cinnabarinis venalis, quibus aſperſi flores, *Florem cruentum* appellarunt? Cur non liceat ad *violas* referre, quarum gratiſſimum flores ſpirant odorem? Cur non ad *Regios flores*, quorum faciem hujus flores egregiè exprimunt? Cur non ad *Aſarum*, cuius folio eſt? Cur non ad *Conuoluulos*, cùm, vt illi, ſit *complexicaulis*? Eſto Naſturtium, ob ſaporem quẽ verè exprimit, & Indicũ quidem à loco natali. In hortis colitur & totâ Æſtate floret.

NASTVRTIVM INDICVM FOLIO ANGVLOSO, cum Siliqua Peruuiana dicta.



Folia habet hoc Naſturtiũ peregrinum lata, angulosa & pulchrè virentia: *flos* luteus, retrò propendens habet corniculum, inſtar floris regij, quem Delphinium appellant. Sic deſcribit Dodonæus qui plantam non vidit, Sed Iconẽ tantùm. *An Conuoluuli ſpecies?* Lobelio in Obſ. & Icon. ac etiam Hiſtoriæ Lugd. eſt *Naſturtium Indicum ex Dodonæo*.

Siliqua autem huic Naſturtio adpicta à Dodonæo, Lobelio & Cluſio, *Siliqua Naſturtij Indici Peruuiana* inſcribitur.

CYCLAMINVS ALTERA VETERIBVS. Cyclaminus fortè altera Lobelij.



Cyclaminum alteram Veterum Medicos ignorare eruditorum pace cum Ruellio diximus. Pro ea enim variæ exhibentur Plantæ, *Dulcamara*, *Sigillum Mariæ*, *Bryonia nigra*, *Vincetoxicum*, & *Alſine repens*: Sic eam multis quidem adumbrantibus, exprimente nullâ. An verò ſit fortè hic depicta Hederaceis folijs planta, in Italiæ collibus reperta, vt Lobelius & alij ſuſpicantur, iudicent docti.


PIPER

PIPER: Germ. *Pfeffer*: Belg. & Bohem. *Piper*: Gall. *Poivre*: Ital. *Pepe*: Arab. *Fulſul aut Felfil.*



Theophraſtus arboris Piper ferentis non meminit: fructũ tantùm eſſe dicit: eiuſque duo facit genera, vnum *Rotũdum*, aliud *Oblongum*. Ex Dioſcoridis & Galeni monumẽtis habemus Piperis arborem paruã eſſe, ac in India naſci: eã verò ferre intus prælongum fructũ veluti ſiliquam, promere, qui ſit *Piper longum*, ac in eo grana contineri, quæ acerba & immatura *Piper* faciunt *album*; matura autem, exſiccata & exaſſata *Piper nigrum*: id quod ſi nutrimento deſtitutum, inane ſit & leve, *Braſma* vocari. Philoſtratus Piperis arborem Viticei aſſimilat, Plinius Iunipero. Sic Veteres de Pipere: at magno lapſu eiuſdem arboris fructum faciunt Piper album & Piper nigrum.

PIPER NIGRVM CLVSII: HAERMIA, vel Piperella Serapionis.



Nos figuras varias proponimus. Ea quam iam poſuimus à Cluſio aliquando picta fuit pro *Piperis albi Vua*: ad latera ſub ſigno † additũ granũ caudatum, quod eſt *Piper caudatum*: ſub ſigno verò ſtellę *Haermia*. Quam hîc ponimus eſt ex Cluſij Exoticis, qui farmẽtoſam ait Piperis nigri plantam, & adeò imbecillem atque caducam, vt niſi pedamentis fulciatur, aut iuxta arborem aliquam, circa quam ſe cõvoluere poſſit, pangatur, humi procumbat ac ſpargatur.

Eſt autem *Haermia*, ſiue *Piperella Serapionis*, ſuprà memorata, granorum parum odoriferum, ſiguta Piperis minoris, ſed minus & citrinum, ac cuius odor eſt ſicut odor Ligni Aloës.

PIPER NIGRVM ET ALBVM ACOSTÆ.



Acoſta Piper aliud *Domeſticum* eſſe tradit, cuius v.us ſit: aliud *Sylueſtre*, quod ob amaritorem negligatur. Domeſtici, inquit is, planta farmentoſa eſt, ſcanditq; Hederę modo, & rebus vicinis circumuoluitur: nodis per interualla prædita, ad quos naſcuntur folia, *Betele* folijs ſimilia, parte interiore ſaturè virentia, exteriore dilutiora [fœminas eſſe ne, illa mares:] Ad ſingula internodia vnde *folia* dependent, ex ipſa foliorum ſede, naſcuntur Vuę, 30. 40. vel 50 *grana* obtinentes. *Radix* puſilla eſt, & ſummã tellure fibras agit.

Summa autem ſimilitudo eſt, addit, plantarum quæ nigrum Piper proferunt & albũ: albi tamen folia tenuiora & molliora videntur, fructuſque magis aromaticus, & melioris ſaporis quàm nigri.

PIPER CAVDATVM: Loſſt: *Pimenta del rabo.*



Piperis caudati grana Piperis & albi & nigri granis, pinrumq; minora ſunt, & nonnũquam æqualia, ex rotundo ſublonga & pediculum verſus turbinata: atq; vt ea gerit nomen præfert, caudata, coloris nigricantis vel fuſci, inter Piper album & nigrum medij, cortice craſſiuſculo, rotesdum extenſo, interdum non nihil rugoſo vel criſpo, medullã & ſapore Piperis vulgaris. Affertur vulgò ex Guinea.

PIPERIS CAVDATI GRANA ET RACEMI.



Cùm autẽ poſitam caudati Piperis figurã curauimus parandam nõ viſa erat racemoſa Cluſij quam hî pingimus. Cubebis autem adeò ſimile eſt hoc piperis genus, vt Cubeba ne ſit dubitarit Scaliger.

Anguillara, cui dicitur Amomum, ſcribit in Syria vocari Piper ſylveſtre, plantamq; ſalis Vitis adſcribi. Lobelio dicitur Piper caudatum, Amomum creditum. C. Bauhino in Pin. Piper racemoſum caudatum ex Guinea, Amomum Anguillaræ.

PIPER LONGVM, MONARDIS.



Piper longum nucamenta Betulacea æmulatur, vnciam aut ſeſcunciam longum, teres, aliquando planum, coloris fuſci vel cineręi, reticulatum in ſuperficie aſperum, grana continens Sinapi granis paria, foris nigricantia, intus ſubalbida pellicalis priuatis ſeorſim incluſa, guſto nigro vel albo non cedente, quonquam non ſtatim apparentes, pendent autem tali ex pediculo gracili vnciali. Creſcit in Iava, & ab opulentioribus Incolis cæteris Piperis generibus præfertur, quòd rotundo pipere ſalubrius putent.

Piper longvm Clvſii.



Eundem plantam tam longum quàm rotundam Piper edere crediderunt Dioſcorides & Galenus: At arborem Piper longum proferentem aliam omnino eſſe ab ea quæ nigrum vel album proferat, teſtantur ij qui regiones vbi proveniunt luſtravêre. Vnde Garcias: Planta, inquit, quæ longum Piper profert non plus habet ſimilitudinis cum ea quæ album vel nigrum, quàm *Faba* cum Ove.

Piper ex Florida.



Alteræ cujuſdam plantæ Fructus eſt, oblongus, craſſitudine quidē funiculi, & dimidii pedis longitudine, conſtans veſicis multis granulis, [illegible] ium oblongis [illegible] continuo [illegible] diſpoſitis, ſeminis Plantaginis [illegible] bus ademptis, pediculus in duas conſpicitur. Recens viridis eſt, ſole matureſcit & nigreſcit. Calidus eſt tertio gradu.

Piper Æthyopicvm ſiliqvoſvm: *Granum Aneſcen* Avicennæ: *Habzeli* & *Piper Nigrorum*, Serapionis.



Hoc à Nigrorum plaga advehitur, dentium doloribus non inutile.

Duo genera Piperis in America gigni ſcribit Iob Stadius, alterum *flaveſcens*, alterum vero *rubeſcens*.

Cæterùm provenit vulgo Piper in varijs Indiarum provincijs, Malauar, Onor, Culecut &c. Matureſcit Septembri atque Octobri: colligitur Novembri, Decembri & Ianuario. Nonnullis locis Majo & Iunio colligi ſcribit Linſchotanus. *Longum* in Bengala potiſſimū provenit: quæ Regio 50. leucarum ſpatio à Malauar diſtat., vbi *Candidum* & *Nigrum* majori copiā habentur: Candidi autem plāntæ rariores ſunt, nec niſi certis Malauar & Malacæ locis habentur.

Piper longvm; Felfel, Alpino.



Iunci eſt *folys*, ſed craſſioribus, ijſq; ſectis ſuccus quidam flavus manat, valde acris atqs exurēs, tota q; planta eſt calida in 4. gradu. Habetur in nonnullis viridarijs. *Hæc Alpinus*.

Vt autem de *Piperis viribus & facultatibus* aliquid dicamus, omnes calefacit: Piper omne, atque potentius album nigro, & odoratius. Sed, vt planta rariſſima eſt, ſic rariſſimus fructus: ſoletque tantùm Magnatum menſis inferri, & venenis reſiſtere creditur.

Frigidam Piper faciunt Medici Indi, & Empirici nonnulli quam opinionem Nos doctis examinādā relinquimus.

Piperis nigri folijs vtuntur Indi adverſus calidos dolores aliosq; frigidos affectus. Candidiores autem aceto aut ſale virentes adhuc & immaturi racemi, & vſui adſervantur.

Cropiot, frvctvs acerrimvs, ſemine ſimili Piperi Æthyopico.



Hos fructus funiculo traiectos à nautis ex America redeuntibus coemit Walichius Syvert, à quo Cluſius cuius eſt hæc Icon, habuit. Magna acrimoniā præditus eſt, eumq; folijs Tabaci admiſcent Indi, cùm illius fumum haurire volunt, ad dolorem capitis levandum.


Qvamoclit Planta Nova Indica. Iaſminū, ſive Geltemi ū. *Americanū pennatum flore sāguineo* quorundā.



Planta eſt ſcandendis, folijs prodiens oblongis & latiuſculis, mirè binis ſibi invicem connatis: reliqua folia Myriophyllo aliscui apud Matthiolū ſimilia ſunt, adeoque admodum, vt *Convolvulus tenuifolius* non ineptè vocari poſſit: cauliculi ex rubro nigricant: flores elegantiſſimo rubore placent, Peri floribus ſimiles: ſemen in capſulis oblongis oblongum & fuſcum, fauces vt Piper, vrens.

In inferiore Tabellæ parte adiectos vides folliculos duos effractos: In ſuperiore verò florum calyculos duos, ſemotis laminulis tres, & exempta ſemina trina. Pro Gelſemino Americano tradunt Cæſalpinus, Camerarius & Cluſius.

BODAGLAM FRVCTVS EXOTICVS, PALVDANI. Plantula peregrina Cluſij. Fragæ Arabum.



Piperis magnitudinem æquat cicercula exoticus Paludani fructus, quam in ſuperiore hujus Tabellę parte pingimus. Sub illo verò eſt Plãtula peregrina Cluſio dicta: an *Felfel Alpini*, vt C. Bauhino videtur in Pinace.

Fragà verò vel *Fragæ* Arabum Ciceri ab Iſaac Eben Amuram aſſimilatur, & habet interius granum parum, nigrum, rotundum, de foris verò rubeum atque calidum & ſiccum eſt in ſecundo gradu.

APHYLLON INDICVM: *Blatterloſs* Germ.



Hanc plantam in S. Laurentij inſula copioſam invenerunt Hollandi: & quia nulla *folia* exactè habebat *Blatterloſs*, id eſt, aphyllon, nominatur: Teneriores autem ramulis ad Scorbuti curationem prodeſſe perhibentur. *Bry Fratres*, nec de ea alij quicquam præter C. Bauhinum qui in Pin. Roſæ Hiericunticę exſiccatæ ſimilem ult.

NEGVNDO ARBOR EXOTICA: SAMBALI in *Balaguate* dictæ: in Malauar *Nocke*. NEGVNDO MAS.



Provenit in Balaguate & Malavar arbaſcula quædam Perſicę magnitudine, frequentibus ramis, qui recisi frequẽtiores lætioreſque renaſcũtur: *folijs* Sambuci, ſimili modo per ambitũ ſerratis, & aliquãtulùm hiſpidis: *flos* ex cinereo candidus: *fructus* niger, Piperis magnitudine aut paulò major. Eũ Incolæ edulijs ſuis *Caril* vocatis inſpergunt. *Hæc Garcias*


Paulò aliter *Acoſta*. Duę Arbores, inquit, multis hodie locis, præſertim verò in provinciis Malabar inveniuntur, quę ſexu diſtinguuntur. *Mas* cenſetur Amygdalæ magnitudine: folijs ſupernè virentibus, infernè lanuginoſis & hirſutis, foliorum Salviæ modo, in ambitu ſerratis, quæ procul aſpicientibus Sambuci folijs ſimillima videntur. De *Fæmina mox*.

NEGVNDO FOEMINA.



Fœmina, pergit idem Acoſta, eâdem magnitudine quã Mas, aſſurgit. *folia* verò habet ampliora, rotũdioráque, neq; in ambitu ſerrata, folijs Populi albæ perquàm ſimilia: Vtriuſque autem folia Salviam ſapore & odore referunt: atq; in plurimis, parte averſa, ſummo mane inhærens conſpicitur ſpuma quædam candida, quę nocte ex illis emanat: *flos* cinerei coloris, pluriműmque ad Roriſmarini florem accedẽns: fructus ſimilis Piperi nigro, acris guſtûs, minimè vrentis, vti Piper, at Zingiberi propemodum paris. Adeo autem frequens eſt hujus arboris vſus ad medendum in illis regionibus, vt niſi Deus præciſos ramos multiplici fœtu renaſci faceret, jam diu fuiſſent conſumptæ arbores.

AMOMVM VETERIBVS ET IN GENERE Amomum Cluſij.



Amomum, authore Dioſcoride, frutex eſt, ex ligno ſe cõvolvens in racemi modũ; *flore* ſeu candidæ Violæ, parvo: *folijs* Bryoniæ ſimilibus. Laudatur quàm maximè Armeniacum, colore ad aurum vergẽs, ligno ſubruffo, abundè odorato, &c. Vim habet calefaciendi, adſtringendi & exſiccandi. Laudatur inquit Plinius, quã maximè Punicæ Mali folijs ſimile, colore ruffo: ſecũda bonitas pallido: herbaceum pejùs peſſimũmque candidum.

Inter ea autem quæ tũ Dioſcorides, tũ cæteri antiqui obſcurè tradidêre, meritò recenſetur Amomum: vt non cujus nec effigiem nec accuratã deſcriptionẽ quiſquam illorũ dedit: Vnde quid ſit *verũ Amomũ* difficile eſſe ſtatuere, rectè ſcribit Cluſius: qui in Exot. hanc habet Iconẽ, alibi aliaſ.

AMOMVM NOVVM, CARDAMOMI VVLGARIS facie, ſive Indicus racemus.



Quia in Indico iſto racemo omnes à Dioſcoride & Plinio recitatæ apparent legitimi Amomi notę, Indicum hunc racemum, verum & legitimum Dioſcoridis & Plinij amomũ eſſe cũ C. Bauhino facilè crediderimus. Græci *Ἄμωμον* vocant: Arabibus dicitur *Hamama* & *Hamaum*: Conſtantinopolitanis *Hamama*.

An verò Amomi ſurculo vel racemo in Antidotis aliiſve medicamentis vſi ſint veteres, controvertitur, ſua que hãbet pars vtraque fundamenta: placet verò Andromachi ſequi ſententiam, qui non ſurculos, neć racemos, ſed Amomum racemoſum in ſua Theriaca recipiebat.

AMOMVM VERVM QVORVNDAM, & Amomis ſeu Pſeudamomum.



Amomi nomine Nobis miſſum Stoechadis arabicæ ſpicas repræſentãs quod hic pingimus aroma. Cũ autẽ Amomũ Arabibus dicatur *Hamama*, ꝙ pedem columbinũ ſignificat: duas ejuſmodi ſpicas ſimul jũctas habemus, pedẽ columbinum hirſutum ad vnguẽ exprimantes... Conſtant autem foliolis multis, Squammularum imbricato poſitu compactis, ex luteo albicantibus, odoratis & amaricantis atque acris ſaporis.

Amomis meminit Plinius, atque amomo duriorem minúſque odoratam eſſe ait: aliudque eſſe ab amomo, aut amomum eſſe quod minimè maturum collectum ſit. *Amomis* nomine Nos plantulas in inferiore Tabellæ parte pictas accepimus.

CARDAMOMVM: GRANVM PARADYSI MELEgetta: Arab. *Corduminï*: Germ. *Cardamomlin*: Gall. *Cardamomum*: Ital. *Cardamomo*.



Cardamomum hac tẽpeſtate non cognoſci ſcribit Matthiolus, vulgò contrà contendunt docti alij. Caſtor triplex facit, Majus ſimile Ficui, Mediũ longũ, & Minus capitello triangulari. aſt pleriſque omnibus duplex tantùm eſt. *Majus* ſcilicet, quod ſativum etiã vocant: & *Minus* quod ſylveſtre.

Majus hic pingimus, quod deſcribit Matthiolus: & Ficũ ſeu Pyri faciẽ referre ait. *Melegettam* aut *Millegettam* à ſemine crebro in ſiliquis incluſo dici ſcribit in Adverſ. Lobel. *Granum* autem *Paradyſi* vulgò vocatur id ſemen. Ex Cardamomis autem hodie cognitis, nullum propiùs ad Dioſcoridis Cardamomũ accedit, quàm quod *Minus* appellant.

CARDAMOMI MINORIS SPECIES variæ.



Nõ ſolus Caſtor triplex fecit Cardamomũ, vt modò diximus: Triplex enim facit etiã Cordatus: *Majus* ſemine fuſco, *Minus* rubro, & *Tertium* flavo. Quin quadruplex conſtituũt Lobelius, Plãtinus & Tabernamontanus: *Majus*, *Minus*, *Minimum* & *Mediũ*. Nos Minoris Cardamomi ſiliquati ſpecies duas in hac Tabella proponimus: minimã omniũ in præcedente exhibentes.

Proveniunt autem vtrumque Cardamomum in varijs Indiæ provincijs: nullibi verò copioſiùs quàm ab Emporio Calecut vſq; ad Cananor. Cæterùm vtrumque calefacit in ſecũdo ordine, partes quæ principes ſũ tenent recreat, calorẽ nativũ roborat, flatus diſcutit, & concoctionem juvat. Eſtque *Minus* odoratius, præſtantius & magis expetitum: *Majus* minùs.


ROSA HIERICHO, ROSA D. MARIÆ: Germ. *Roſen von Hiericho*: Gall. *Roſe de Hiericho*.



Duas facit Cordus in Dioſcoridẽ *Hiericuntinæ Roſæ* ſpecies: Vnam inſipidam & nominè odoratam, quæ ſit *Amomis*. & alteram guſtu aromaticam & valde odoratam, quæ verè amomum vocatur. Sed vbi hanc Roſam vidit odoratam, nos nuſquam, etiamſi virentem & recentem habuerimus.

Amomum eſſe ſtatuerunt etiam Andernacus, Friſchlinus, Lonicerus Rhegiꝰ, Scaliger, & alij. at minimè amomum eſſe poſſe rectè tenent Sylvius Fuchſius, Braſſavolus, Agricola, Ryffius, Lacuna, Lobelius, & varij alij. Et Nos his adſtipulamur, ſiquidem nec odorem habeat hæc Roſa, nec folia Bryoniæ, nec vim formam, quæ amomo conveniant. *Plura ad latus ſequ. Figura.*

ROSÆ HIERICVNTEÆ ALIA ICON.



Hujus Roſæ ſpecies duas recenſet Caſparus Bauhinus: alteram totam ligneſam inſipidam & inodoram. alteram aromaticam & valde odoratam. Sed vbi hanc obſervavit? Ridendus verò præ cæteris Cordus, qui *Roſam* hanc Amomum eſſe ait: & tamen, in Expoſitione Theriacæ, Nos vero Amomo carère ait. Nec eſt etiam Aſpalathus, vt voluit Geſnerus: vixque Roſæ meretur nomen.

Roſam hanc die nativitatis, ad horã quã natus Dominus noſter, ſe expandere & aperire, nec non parturientibus eſſe vtilem, ſcribit Girandetus & credunt pleriq; omnes. Tradunique parturiente fœmina, ſi Roſa hæc in aquam benedictam demittatur, ſubitò eam aperiri, ac fœminam ſine periculo parere: eodemque tempore Roſam faviſcere & fœtum naſci. At ſuperſtitionis plena vtraque opinio, alio enim etiam tempore aperiri hanc Roſam in aquam calidam demiſſam certum eſt: & quid parturientibus conferat, norunt Practici & Obſtetrices.

Cæterùm in hortis facilè & creſcit & floret, vt Nobis Montbelgardi in S. Principis horto ex ſemine Lutetiã miſſo provenit, florens Iunio. Quicquid autem indigitet nomen, non in Paleſtinæ Hiericuntis hortis vel agris naſcitur: Sed vltra Iordanem, & in Arabiæ regione Hierichv.

CLASSIS XV. FINIS.

ICONVM

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE
STIRPIVM
CLASSIS XVI.

IN QVA ENARRANTVR SCANDENTES POMIFERÆ, & his Affines.


CVCVRBITA : Germ. *Kürbiß* : Belg. *Cauwoorden* Gall. *Courge* : Italis *Zucca*.

CVCVRBITA LONGA, FOLIO MOLLI, FL. ALBO.



CVcurbita à concuruatu nomen apud Latinos ſortita eſt, quod facilè, ſi quid quominùs extendatur obſtiterit, incuruetur. *Colocynthidem* vocant Græci, quia pomulis breuiſsime incurſus quos emittunt, cùm tamen corporis mole omnes herbarum arborumque fructus ſuperet. Sed Cucurbitam eandem edulem & ſatiuam nuncuparunt, ad differentiam eius quæ ſylueſtris eſt, amara & purgatrix, de qua ſuo loco. Hodie tamen vulgaris obtinuit vſus, vt hæc propriè vocetur Colocynthis, illa verò Cucurbita. Sic itaque Cucurbitarum alia *ſatiua* eſt, alia *ſylueſtris* : & ſatiuæ inſuper variæ recenſentur differentiæ, de quibus mox ordine dicemus.

CVCVRBITA LATIOR, FOLIO MOLLI, flore albo.



VAriat hęc, non ſolùm magnitudine, ſed etiam colore corticis. Sunt enim virides, flauæ, candidæ & quædam maculoſę : ac nonnullarũ cortex ſulcis eſt diſtinctus, aliarum tuberoſus.

Cæterùm cùm Cucurbitas in *Camerariam* & *Plebeiam* diſtinxerit Plinius: hanc quæ repere dixerit, illam verò vicinarum rerum adminiculo faſtigiatæ, ac reptantibus flagellis ſcandentem pergulas & Cameras operire: inter Camerarias numerantur hęc & modò dicta. Sed cur non etiam Plebeias dixeris : cùm viteſine adminiculo ſtandi non ſint, ac, quantumuis ſublimitatis auidę, ſi citra arte & mangonio, humi reptare cogantur.


CVCVRBITA LAGINARIA : Germ. *Fleſchenkürbß*.



Semina illi minora & magis fuſca quam rotundis : *fructus* verò collo an ūſto ventreque erasso lagenam repręſentat : *folia flore* & reliqua non diſparia. Nomen ab exteriore forma habet, quę nonnunquam variat : eas verò vulgò vtuntur peregrè proficiſcentes, Galli pelegrinum, Itali & Hiſpani, commodiùs enim in ea geſtatur vinũ quàm vitreo, ſtãneo aut figulino vaſe, quę & onerant, & facilè franguntur.

Cæterùm ſemina quę proxima collo fuerint, proceras pariunt Cucurbitas, quæ in medio rotundas, & quæ in lateribus craſſas breuioreſque. Creſcuntque cuã coguntur formã, & libertate penſili concesſã octo vel nouem pedum longitudine ceteriorum viſuntur. *Columella & Plinius*.

CVCVRBITA VERRVCOSA.




Aliis Cucurbitis *radice*, *folio*, *flore capreoliſque* eſt ſimilis : ſed *fructu* differt, qui in aliis plano & læni cortice tegitur : in hac verrucatum, acrochordonũ modo, nodis plurimis tuberoſus eſt, ludentis laſciuientiſque naturę grato ſpectaculo.

An Sicyopepon vel Cucumis ſtrumoſus, Lobelij, de quo in Aduerſariis ait : Perelegans eſt & rarus, foliis alioqui ficulneis proximis, fructu Melonem magnum æquante, ſed Limonia Mala exprimente, tuberóſoque cortice papillatim variegato, ſpecioſa item tricolori ſtrumarum bullatione, &c.


R

CVCVRBITA FOLIO ASPERO, ZVCHA: Germ. *Meer Cucumar*: Gall. *Concombre marin*: It. *Zucha marina*.




Magna ſanè & penè innumera turba eſt Cucurbitarũ folijs aſperis, quarum ſex *Icones* hic proponimus, ſed omnes ex noſtris empiricis, & minus affabrè pictas. Iarum autem inter ſcriptores de horum fructuum nomenclatura conuenit. Tragus *Mala Indica & Mala Æſtiua* inſcribit, alij *Cucumeribus* adnumerant, alias *Peponum* dicuntur, plæriſque omnibus *Zucha*. Nobis verò eos in Cucurbitarum claſſe habere placuit. Sed omnium calculo peregrini ſunt Fructus, nec ita pridem in noſtras regiones ex India, Syria aliiſque tranſmarinis locis allati, vnde etiam vulgò *Turcici, Indici & marini* dicuntur.

CVCVRBITÆ FOLIO ASPERO, SIVE ZVCHÆ alia Icon: Mala Æſtiua, Mala Indica.



Ex omnibus iis quæ de dictis Cucurbitis, Cucumeribus, Peponibus, Mal[illegible] prout hos Fructus [illegible] Æſtate libuerit, [illegible] naturam diligenter [illegible] inueſtigaſſe Tragus [illegible] alia, inq[illegible] quæ a p[illegible] nis in longinquis [illegible] bus in Germaniam deportata ſunt non inſitum nom nis tenuit eſſe *Poma Æſtiua*, quòd in Æſtate tota ſua ſubſtantia adoleſcunt, florent & maturantur. Eorum nonnulla magna, alia parua: quædã rotundæ figuræ, alia oblonga: cuius hæc dulcia, illa amara: quædam cerea ſeu aurea, alia luteola ſed pallida, nonnulla candida euadunt. *Plura in ſeqq.*

CVCVRBITÆ FOLIO ASPERO, SIVE ZVCHÆ Malorúmve Æſtiuorum, Icon III.



Omnium, addit idem Tragus, eadem ferè *folia*, idem *caulis*, iidemque *flores*, licèt hæc in his maiora, in illis magis exigua, appareant. Flores quidem ferunt duplices luteos, cymbali formam repræſentantes, quorũ priores nullo poſt ſe relicto fructu decidunt. Qui verò ſuperſtites maneant campanulæ ſimiles, odore ſuaui prędite, eũ ii corrugari cæperint, illico pomum conſequitur: fructus, alius oblongus, alius rotundus, alius læuis glaberque, alius multis craſſiuſculis & prominentibus quaſi coſtis ſtriatus: alius albus, alius ex pallido luteus, & alius nigricans, qui tamen cùm Autumni tempore maturuerit, cæterè efficitur coloris.

CVCVRBITÆ FOLIO ASPERO, SIVE ZVCHÆ Icon IV.



Porro, pergit ad huc Tragus, omnium horum generum Poma, corticem ſeu cutem exteriorem lignoſam habent, intùs verò crocei vt plurimùm ſūt coloris. Quod ſe ò inter ſemina & corticem in omnibus generibus medium eſt, præſtantiſſimum cenſetur. Quæ candida foris, & quæ ex pallido lutea ſunt Poma, carnem habent candidam, Raróque formã & ſapore ſimilem. Vniuerſa verò eorum genera durare per annum poſſunt, nec interea temporis putrilagini obnoxia ſunt, ſiquidem ritè legantur, eáque quã decet curã conſeruentur. *Plura ad latus ſequ. Tabella.*

CVCVRBITÆ FOLIO ASPERO, SIVE ZVCHÆ Icon V.



Poſtremò quod in his Pomorum generibus aureo, ſeu cereo, intereolore, ſubinde mutatur, nam viridem initio aſſumit colorem, quem menſe integro ſeruat, deinde aureum recipit, ac ſic alternis menſibus, alio atque alio tegitur colore, quod nõ ſemel magna cum admiratione obſeruaui mea. Sunt qui hæc prima Cucumeri adnumerent, aſſerántque *Turcicos* vocari *Cucumeres*. Sed citm Cucumeres putrilagini maximè ſint obnoxij, diúque durare minimè poſſint, eorũ ſententiam probare nõ poſſum, at idem Tragus, ſed hunc fructum *Mali Indici, Maliue Æſtiui* appellatione potiùs donabo, &c.

CVCVRBITÆ FOLIO ASPERO, SIVE ZVCHÆ Icon VI.




Cucurbitæ, vt in earũ Hiſtoria perga[illegible]us, in hortis ſeruntur ac coluntur, ſub Autumni verò tempus ad maturitatem demum perueniunt in calidis tamen regionibus citiùs, præſertim præcoces. Præcoces verò quomodo reddantur in Hiſtoria noſtra magna docemus.

Cæterùm præcipiente Columellâ, vbi adoleſcere cœperint Cucurbitæ adminiculis iuuandæ ſunt. Quæ ad ſemina ſeruantur, vſque ad Hiemem in ſua vite dependere debent, deinde ſublatæ Soli ponendæ aut fumo, ne ſemina putrefacta deſtruantur. Inſequutam rationem ſcribit Plinius, quã vſque alios prouentus ſeruentur id morũ ſit, & fœno ſiccas in loco opaco atque ſubſtrato operiendo.

CVCVR-

CVCVRBITA ASPERA FOLIO NON FISSO, fructu maximo, albo, ſeſſili.



Huius fructus magnus eſt, & caput ferè æquat, ſed cõpreſſus eſt, anguloſus & candidus. Folia aſpera & ſubrotunda, ac minimè fiſſa: flores lutei. Peponem inſcribunt Dodonæus, Cæſalpinus. & C. Bauhinus in Phyt. & Pin. Lobelio in Obſ. & Icon. eſt Pepo maximus Indicus compreſſus, foliis rotundioribus 80. libras interdum pendens.

An Indorum : *Calabaſſi*, ſeu Cucurbitæ, genus in India proueniens, atque ad miraculum vſque augeſcens: ex quo reſiccato varia vaſa effinguntur?

CVCVRBITA ASPERA PYRIFORMIS, parua, alba.



Foliis eſt aſperis laciniatis, *caules* longi cum capreolis per terram ſparſi, Cucumerum modo : *flores* lutei duplices, ſteriles & fructiferi, vt in cæteris Cucurbitis aſpero folio : *fructus* pulcher, copioſus, albus, politus, vncias quinq; vel ſex longus, ſuperiùs anguſto collo, infrà ventricoſus. *Cortex* vbi maturuerit durus: *caro* pulpoſa, dura, ſaporis cæterarum : *ſemina* etiam qualia illis, parua, lata, compreſſa, medullam dulcem & albam continentia.

CVCVRBITA ASPERA MINIMA SPHÆRICA, crocea, variegata.



Caro huic dulcis, vt cæterarum : ſemina ex rotundo oblonga, candida, mediocria.

An eſt Gerardi & Tabernæmontani in Icon. & Hiſt. *Pepo Indicus minor rotundus?* *An Pepo rotundus Melonis effigie Tragi?* An *Pepo ſylueſtris Dodonæi?*

CVCVRBITA CLYPEIFORMIS ; SIVE SICILIANA : Melopepon latus à nonnullis vocata.



Melopeponem latiorē clypeiformem vocat Lobelius in Obſ & Icon. & in Aduerſariis ait: Sicyopepones, Cucumeres, Peponéſue latiores clypeiformes alunt horti, rotundâ galeri ſpecie, aut clypei vmbilicati, & ambitu ramoſo, atque plicis fimbriiſq; rugoſo cortice, delicato, &c. *Cucurbita ſeſſilis* dicitur Geſnero : *Cucurbita laciniata Dalechampy*, Hiſtoriæ Lugd. *Melopepo clypeatus*, Tabernæmontano.

Sicyopepones latiores clypeiformes, in taleolas ſciſſi, & farinâ aſperſi, frictique in ſartagine, in Gallia, Belgio & alibi ſuauiter manduntur, vt refert Lobelius.

CVCVRBITA CAPITATA, SIVE CLYPEIformis Tabernæmontani, Germ. *Köpffel kürbs.*



Hic de Cucurbitarum vſu & viribus aliquid tradamus. Eas frigidas & ſiccas in ſecundo ordine faciunt cum Galeno ſcriptores plærique omnes: Aqueę propius naturę eſſe aiunt alij, & Plinius *Cucurbitas nihil aliud eſſe quàm congelatam aquam*. Ex Simeonis Sethi ſententia, Cucurbita concoctu facilis bonique ſucci eſt, & admodū nutrit : ſitim ſedat, vrinā ciet & ventrem mouet. Calidis & ſiccis temperaturis prodeſt, & inflammationes ventris & iecoris ſedat. Thoraci, pulmoni & veſicæ conducit, ſemen genitale minuit, & Veneris appetētiam extinguit. Integra illita inflāmationes ſedat. Cæterùm pituitoſos in cibo lædit Cucurbita, & ſi malos humores aſſequitur, ab iis corrumpitur.

CVCVRBITA CLYPEIFORMIS ; CORTICE molli & ramoſa, ſemine circinato & inæquali.



Cucurbitę vires & vſus in genere antè ex Simeone Sethi tradidimus, & erit illis multorum loco. Placet tamen & hic de earum particulari vſu aliquid addere.

Quidā *purgationes* ex Cucurbita cōficiunt hoc pacto: Cucurbitam recentem excauant, vinóq; repletam noctis ſpatio relinquunt, ac manè ieiuno ſtomacho, illud Vinū bibunt. *Aqua* ex immaturis Cucurbitulis deſtillata in ardētibus febribus, ad extinguendū calorem, præ cęteris omnibus vtiliſſimè bibitur, & foris cordi & iecori adhibetur. Eadē in ardore capitis maximè infantium [Syriaſin vocant,] efficaciſſime magno experimēto ex linteolis adhibetur : in aurium, oculorū, omniumq; mēbrorū, ac etiā podagræ iisdem vtilis. *Adhuc aliunde habebis Lectòr in ſeq.*

CVCVRBITÆ SICILIANÆ GENVS PARVVM quibuſdam Melo-pepo rotundus.



Pugni magnitudinem vix ſuperat, vtrinque proceſſiculis, alba, *coſtis* vncialibus ex internodijs paruis diſtincta: *cortex* mediocriter durus: *ſemina* parua.

Cæterùm Cucurbitarum *folia* recentia, ſecundum Matthiolum [ex Cardano,] iumentis illita affrictáque Muſcas abigunt: puerperarúmque lac ſiccant eadem mammis admota. Si infanti febricitanti dormienti paris longitudinis Cucurbita, vel etiam Cucumis, in lectulo adiungatur: mox à febri, authore Dodonæo, liber erit. Semen Cucurbitæ vrinæ acrimoniam contemperat, eandémque haud mediocriter prouocat.

CVCVRBITÆ SICILIANÆ GENVS PARVVM aliud: Melo-pepo compreſſus alter Lobelij.



Arantij mali [illegible] gnitudinem minimè [illegible] Cucurbitæ [illegible] genus, quod etiam pi[illegible] Nobis Eb[illegible] cienit, [illegible] albi[illegible] multis pulchro ordine [illegible] ſtinctis, alato.

Aridæ Cucurbitæ cinis ambuſta, & pudendorum vlcera, ſanat. Paratur & è Cucurbitarum floribus in Oleo diu inſolatis, *Oleum* renum calores extinguens & capitis dolores in febribus mulcens. Vnguenta ad achoras ex Cucurbitis præparat Geſnerus. Cæteros Cucurbitarum Medicos vſus non capiunt huius loci anguſtiæ. Culinarium norunt mulierculæ, itaque hic ſubſiſtimus.

PEPO INDICVS MINOR ANGVLOSVS Tabernæmontani.



De hoc Indico Pepone nihil certi & notatu digni habemus. Eius tamen Iconem & nomen hic proponimus, ſuſpicamúrque eſſe genus aliquod Cucurbitæ folio aſpero, quo fit vt eum in hac Claſſe producamus: quod de ſequenti etiam dictum ſit.

CVCVRBITA INDICA MINOR TABERnæmontani.



Hanc pingit Tabernæmontanus in Iconibus: ſed in Hiſtoria tranſpoſita eſt Icon, & malè ſub titulo Cucurbitæ longæ poſita. An Cordi in Obſ. ſylua, *Cucumis recto caule, fructu Melonis aut Peponis paruo*?

CVCVRBITÆ CLYPEATÆ AFFINIS à pediculo in conum deſinens.



Inuenitur & vtrinque turbinata: ſúntque & plures aliæ huius differentiæ: magnitudine enim variat, & longitudine, & ventris craſſitie, & ſulcis ac ſtriis, & colore. Tabernæmontanus inſcripſit *Peponem minorem Indicum quartum*.

CVCVRBITA INDICA PARVA.



Globoſum ferè eſt hoc Cucurbitę genus pugno ferè par, & verſus pediculum nonnihil pyriforme: *cortice* craſſo valde, ſubflauo, & maculis fuſcis notato. Iſtos fructus raros adſeruabant à S. Montbelgardenſi Principe.

CVCVRBITA SIVE COLOCYNTHIS AMARA, pyriformis, variegata.



Tragus Colocynthidem alteram, ſiue Germanicam, vocat, ac diuerſi plenè generis à Colocynthide vera, non ſolùm ex fructu & foliis, ſed & ex vniuerſa forma demôſtrat. Dodonæus l. 5t. in folio Cucurbitam ſylueſtrem inſcribit, ac de ea ait: Viticulis, caulibus, capreolis, ac foliis mollibus, & veluti lanuginoſis, ſatiuam æmulatur, at omnibus & ſingulis multò minoribus. Scandit verò & hæc ſcenas, tuberculata ac teſtudines hortenſes: fructus Cucurbitis ventricoſis, ac lagenulas referentibus, formâ quidem ſimilis, ſed magnitudine longè inferior omninò videlicet paruulus, nec vulgari Pyro maior, vt pote qui & manu concludi ac comprehendi queat: &c.

COLOCYNTHIS: Germ. *Coloquint*: Gall. *Coloquinte*: Italis, Hiſpanis, Anglis & Bohemis *Colocyntida*.



Cucurbitulam, *Cucurbitā amaram*, *Cucurbitam ſylu.* *Cucurbitam caprinam*, & *Cucurbitam deſerti*, nuncupant etiam ſcriptores: quidam *Anguriam ſylueſtrem*. Dioſcoridi dicitur *Cucurbita ſylu.* Plinio *Cucurbita ſylu. altera*. Meſuæo quia reliquas plantas amarore ſuperat, dicitur *Fel terræ*. Videturque idem Meſues *Marem* & *Fœminam* facere, cùm ait Præſtantiſſima fœmina, præſertim ſi eſt magna, &c. Notiora autem Officinis Poma eius quàm herba: ex Orientalibus enim regionibus ad Nos defertur, nec ſemel in nostris reperitur, ac nunquā quidem ſpontanea: & in hortis etiam ſata rariſſimè perfectionem attingit.

CVCVRBITINVS FRVCTVS INDICVS, CAMOLANGA dictus.



O i Struthij, Limoniſue maioris magnitudinē æquans facies externa qualis hic pingitur: *cortex* craſſus, flauicāte contectus epidermide: *caro* fungoſa & alimentoſa: *ſemina* parua, oblonga, compreſſa.

Citrium vero ad *Citrullum* *An...* amuerrue tamut pin calidis regionibus luxurior prouenit: atque ideo circa Romam, in Campania, Apulia Calabria & Sicilia præſtantiores habentur moleſq; maiores. In Germania verò & Septentrionalibus regionibus ra ò itur, rar úſque matureſcit. Anguriæ autem fructus frigidus eſt & humidus ordine ſecundo, ſitique ſecandæ aptiſſimus: quo fit, ait Matthiolus vt Itali ardente Syrio, eius pulpâ intereâ ſe refocillent Seminis facultas quæ Cucumerum.

CVCVRBITA ASPERA AMARA; FRVCTV paruo, globoſo, colore vario.



In horto Nobis Montē belgardi prouenit Colocynthis folio aſpero, parua, rotunda, pilis palmaris paulò maior, amara, cortice duro, & externè diuerſicolore. Eius verò eſu ſibi plurimos vomitum prouocaſſe obſeruauimus. *Icon* noſtra eſt ex Guarinianis quas iam ſculptas emimus. An Lobelij ſata Colocynthis ſecunda fructu Mali Arantij?


CITRVLLVS, ANGVRIA; TETRANGVRIA: Germ *Citrullen*: Gallis *Citrouille*; Italis *Citrullo*.



Folia huic Colocynthidis, *ſarmenta* ſtrigoſa & hirſuta, *flores* lutei, *fructus* magnus & enodus: *cortex* duriuſculus, læuis, atro viridis, maculis perfuſus, *caro* alba & firma, inſipida in nonnullis in aliis verò acidiuſcula: *ſemen* oblongum, latum nigrum, rugoſum, compreſſum, &c.

Cucumeris genus faciunt Tragus, Fuchſius & alij. *Peponem Dioſcoridis*, *Galeni & Plinij* ſtatuūt nō pauci: *Anguria* verò voce Arabum primò vsū eſſe ſtatuit Caſparus Bauhinus. Variare autem ait is colore corticis, nunc virente omne maculoſo: carne etiam aliàs rubente aliàs candida: ac tandem ſemine, nigro, rubro vel fuluo.

CVCVMIS, SICYOS, MELO, VT MELOPEPO? Germ. *Melonen*: Gall. *Melons & Pepons*: Ital. *Mellone*.



Obſcurè & confusè admodū de oleraceis modò enarratis Pomis ſcripsêre tum Veteres tum Neoterici Tantáq; eſt inter Cucumeres, Pepones, Melopepones & Cucurbitas naturę cognatio, vt ſæpe nomina & proprietates & nomina Latini Græcique confunderint. Rem pro dignitate, in Hiſtoria noſtra magna expendimus: id tantùm hic dictum, quod loci capiet anguſtia.

Conſideratis autē iis quæ Theophraſtus de Sicyo ſcribit, nihil eſt quod non conuenire poſſit cum noſtris Melonibus: ac quæ etiā de Cucumeribus tradit Plinius, magna ex parte ad noſtros Melones referēda videntur; vt & quæ de Melopeponibus habet Galenus. Vnde etiam Lobelius in adu. Melonem vulgi, Cucumerem vocat Antiquorum, & Melopeponem Dioſcoridis.

MELO RETICVLATVS, PEDEM LONGVS, ET valde craſſus, cortice ex nitido ſubeicente.



Hunc in S.P. horto Montbelgardi ſæpe vidimus.

Cæterùm habent, referente Trago, *Melones, Pepones* & *Cucumeres* eiuſdem ferè formæ *folia caules* & *flores*, ac humi magis ſpargũtur quàm in altum ſeſe attollunt, claueculáſque, quibus proximos frutices amplectuntur, Cucurbitã magis exiguas obtinent. Folia Melonum ac Peponum rotunda ſunt, aſpera, ac minora Cucurbitæ folijs. Ramuli ſeu viticulæ, duplici vt illa, luteo emicant flores quorum alter decidit, alter verò [poſterior] fructum facit, qui nihil eſt quam Pomum quoddam, ſed diuerſæ formæ, magnitudinis & coloris. *Radices* omnium ſectæ ſunt, multiſque candidis capillamentis fibratæ &c.

MELO HISPANICVS TABERNÆMONTANI & Gerardi: MELO LONGVS.



Melonem Hiſpanicum pingũt Tabernæmontanus & Gerardus. Nos [illegible] duiſſe Melonem [illegible] mus prælongum [illegible] mos qu[illegible] ſincu[illegible] lum [illegible]

Vt autem in [illegible] lonum [illegible] pag[illegible] locos Melones amant cultos, & Soli expoſitos, terramque mediocrem, pinguem & ſtercoratam. Melones in delicijs habent vniuerſa Italia, Gallo-prouincia, Gallia Narbonenſis & Vaſconia. Cæteris regionibus ad Boream, vt Franciæ, Belgia, Angliæ & Germania, agrè aut inſipidiores proueniunt; rarò que maturitatem conſequuntur, præ imbrium ſolicet copiâ, & caloris inopia.

MELO MOSCHATELLINVS, ROTVNDVS, PARVVS & pyriformis: MELO SACCHARINVS dictus.



Melonem Saccharinũ dictum i. *Succrades* Gallis dici, author eſt Dalechampius: qui eo *Succrades ronges* & *Succrades blAches*, diſtinguit.

Iam vt de Melonum qualitatibus & viribus aliquid addamus tempeſtiuum eſt. Eſt caro eorũ frigida & humida: & teſte Æ:io, ſi diutiùs in ventriculo hæreat corrũpitur & malignis febribus occaſionem præbet: minimè verò Dodonæo concesſerimus difficiliùs concoqui reliquorum Cucumerinorũ carnibus. Quomodo ſale, vel ſacchaco & pipere corrigatur vulgò notum. Seminis cremor, ex hordea: captiſana paratus, tuſſientibus rabidis & febrientibus vtiliſſimè propinatur: refrigerat enim & ſitim extinguit.

MELONES ABDELLAVI ÆGYPTI: MELONES Peruani: Melones Indici ampliſſimi.



Melonum duo genera habent Ægyptij, ſuauiores ſcilicet *Chaiar* dictos, & inſipidiores, quos *Abdellaui* vocãt. Eorum autem planta quam hic pingimus, à noſtratibus non multùm differt, ſed fructus fert oblongos & acutos.

In valle autem Peruana tantâ felicitate proueniunt Melones, vt radix caudicis craſſitudinem aſſequatur, & viua aliquot annis eo ſolo vigeat, quæ quotannis Melones profert. Acoſta.

In Inſula verò Malagaſcar authore *Theueta*, tantæ magnitudinis Melones reperiuntur vt vlnis ambabus vix quis complecti poſſit: ſuntque vel rubentes, vel albi, vel lutei, atq; ſaluberrimi.


CVCVMIS VVLGARIS: Germ. *Cucumern*: Gall. *Concombre & Cocombre*; Ital. *Cocomero*: Hiſp. *Cogombro*.



De Cucumeratis plantis dictũ antè in genere: hic de Cucumere ſtrictiore ſignificatu ſumpto agitur. Eſt autẽ is vel *Sylueſtris* [Aſininus dictus, de quo mox,] vel *Satiuus*. An verò Cucumer ſatiuus ſit *Sicya Theophraſti*: atque an Cucumeres noſtros per Pepones intelligat Dioſcorides, conſiderandum: Nos rem in Hiſtoria noſtra magna fusè expendimus.

Multæ autem Cucumeris ſatiui obſeruantur Differentiæ in *forma*, in *colore*, in *magnitudine*: atque ſic alij longi ſunt, alij breues, alij lati alij compreſſi, alij recti, alij incurui & contorti, alij magni alij parui: & tandem alij flaui, alij albi, alij virides, alij rubeſcentes, aliique glabri & alij aſperi *De loco, tempore & viribus in ſequentibus*.

CVCVMER, MINOR PYRIFORMIS: Germ. *klein biren Cucummern*.




Sic pingunt & inſcribunt Tabernæmontanus & Gerardus: ſed perperàm, noſtro iudicio, cæteris Cucumeribus ſimilem aiunt, niſi Pyro par eſſet. Meliùs fortè alij inter ſylueſtres Cucumeres recenſent.

Seritur autẽ vulgaris Cucumis in hortis, pinguiaq; & aprica amat loca. Iulio & Augusto fructus cum ipſis ſeminibus eduntur: Septembri verò demum ad perfectã maturitatem perueniunt.

Cæterùm Cucumer vulgaris maior decorticatur ac tranſuerſìm in orbiculos tenuiſſimos diſſecatur, ſale adſpergitur, paropſideque duplici excipitur, agitando eo uſque donec aqueus humor maiori ex parte eſficiatur: ſicque agitati Cucumeris orbiculi cum Pipere, Oleo & Aceto comeduntur.

Incuriâ Typographicâ tranſpoſitæ fuêre I. & VI. huius paginæ Figuræ.

CVCVMERES LONGISSIMI, ANGVINI dicti, recurui & ſulcati.



Flagellis, foliis & clauiculis ſimillimi ſunt hi vulgaribus. *fructus* verò longi ſunt, ac tractae ſerpentis ſe conuoluentes, atque vt plurimum albi, canaliculati & ſtriati: Sapor & odor qui *vulgarium*. Sunt qui atie flexuoſos reddi exiſtimant, alij naturâ talis eſſe volunt, atque ſpecie ab altero differre: *vulgares dicti*.


Frigidi verò ſunt & humidi Cucumeres: ſed maiorè vi do ſemen quàm fructus. Accendit & extergendi vim obtinet, ad vrinas mouet, renum & pectoris inflammationes ſedat. Teſte Tragoque calidæ ſunt temperaturæ Cucumere innoxie ter veſcuntur, ſed virides licentius, maturi enim eius minus idonei. Parui aceto, oleo, pipere & ſale conditi, ac naſè appetentiam excitant.

CVCVMIS ÆGYPTIVS, CHATE.



Folia habet minora albidiora, molliora ac rotundiora quàm noſtrates: *fructus* longiores ſunt & viridiores, *carneque* prædicta ſunt pleno, molli & æquali. Ad varia vtiles habentur, ſed præſertim ad febrium æſtus: nec verentur Ægyptiorum Medici febricitantibus crudos vendendos concedere: ſed maximè peſte affectis, quibus ſummè conducere valdè creduntur. In podagricis doloribus ſi cauſa ſit calida, ſuccum cum lacte & oleo roſaceo adhibent. Aquam verò ſtillatitiam, ad ſcoris incendia extinguendas, inflammationes renes, atque eorundem calculos, per multos dies ægris propinant.

CVCVMIS SYLVESTRIS: SIVE, ASININVS: Germ. Wilde Cucumer: Eſel Cucumer: Belg. Wilde Concommeren: Gall. *Concombre ſauuage*: Ital. *Cocomero ſaluatico*.




Cucumis ſylueſtris, ait Dioſcorides, ſolo fructu à ſatiuo differt multò minorem eum habens atque oblongis glandibus ſimilem: *folia* verò & *ſarmenta* ſatiuo ſimilia ſunt: *radix* alba & magna, frutice in toto amaro.

Theophraſtus Sicyon ylueſtrem vocat, ſatiuo penitùs incomparabilem, ſed aſpectus tantùm ſimilitudinem gerentem. Sic à Dioſcoride plurimùm diſſentit Theophraſtus, nec immeritò, noſtro quidè iudicio: qui enim ambos Cucumeres contulerint, magnam in ſarmentis, foliis & radice inuenient differentiam.

Cucumerem ſylueſtrem, *agreſtem*, *erraticum* & *aſininum* nuncupant vulgò ſcriptores. Germanis no nullis dicitur Springkörner & Pöpen, ... ſemen ſe ... ejiciatur quemadmodum machinæ que... ... : De vſu Medico, & Elaterio quod ex hoc ... in Appendice: eadem que forte de ... Noli me tangere vocarunt.

... floret atque ſubinde Autumno fructum maturum ... calidarum Regionum in rudeſtibus, ſabuloſis aliiſque ... locis, incola: atque in Italia, Narbonenſi Prouincia, que ... aret, & ſabulorum fimeta frequentiſſimus. ... Lobelio, qui maturus vel leuiſſimo attactu vitro ... ſubito ſemine violenter eiaculetur, ... in locis ... fructum turgentem, vix dum tactum digitis, ... eliduut, ſuccóque peſſimaro & viroſo, os oculósque perfunduut.

MOMORDICA, BALSAMINA CVCVMERARIA: Pomum mirabile & Pomum Hieroſolymitanum: Germ. *Balſam-Opffel*: Gall. *Pommes de merueilles*: Ital: *Caranza*.



Varia Nomina apud ſcriptores ſortita eſt hæc planta: ab eo verò Balſamina dicta creditur, quòd in vulneribus ſanandis Balſami vices ſupplere poſſit.

Radix parua & fibrata: viticulæ cubitales tenues & ſtriatæ: *folia* Bryoniæ vel vitis ſed minora, concinnius diuiſa, glabra, hilarique virore nitentia: *pediculos* vnciam circiter longus: *flores* ex albido lutei, quinque foliolis conſtantes cum ſtamiulis luteis: fructus per maturitatem rubri: *carne* puniceâ: *ſemine* Citrulli, copioſo & aſpero. *Marem* & *Fœminam* agnoſcunt Camerarius, Gerardus & Byſt.

An Plinij *Samphos* Cucurbitæ genus?

Non niſi ſata prouenit, meliúſque & fœliciùs in Italis calidiſque Regionibus proficit, quàm in Germania, vbi Auguſto menſe floret, & nunquam, aut rarò admodum, maturat fructum.

Fructus & folia cum moderata frigiditate reſiccant: recentibus vulneribus impoſita ea conglutinare creduntur, cum vino verò aſſumpta colt inteſtinorúmque dolores ſopire, & ruptis conuulſiſque vtiliter exhibetr. Oleum in quo fructus, exempto ſemine, inſolatus vel coctus fuerit, vulnerum inflammationes arcet, eadémque citò ac facile vnit & glutinat, punctis ac vulneratis vtiliter exhibetur, doloribus ac vlceribus mammillarum auxiliatur, ac tandem, ſi Fuchſio & Pandectarum Authori credimus, in ſanandis vulneribus vires Telepho minimè inferiores obtinet.

CLASSIS XVI. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ
STIRPIVM
CLASSIS XVII.

SCANDENTES SILIQVATÆ LEGVMINOSÆ, aliæque ſimiles non ſcandentes.


PHASELVS, PHASEOLVS, DOLICHVS, SMILAX HORTENSIS: Germ. *Faſeln*, *Vuelſchebonen*: Belg. *Roomſchbonen*: Gall. *Faſeoles*: Ital. *Fagiuolo Turcheſco*.



Dolichos Græcis dictos, qui Galeno & Æginetæ Phaſioli cognominantur, *Siliquam* Theophraſti, & *Smilacem hortenſem* Dioſcoridis, eſſe ſtatuunt docti plærique omnes. Cur verò Phaſeolus *Lobi* vel *Siliqua*, atque etiam Smilacis hortenſis donetur nomine: quidve inter *Phaſelum* & *Phaſeolum* ſit diſcriminis, in Appendice expendimus: *Conſulat Lector.*

Vulgò cogniti Leguminis huius deſcriptionem ſtudio prætermiſimus: de eius *Differentiis, loco, ſatu, tempore* & *Vſu* tantùm dicturi. Cur verò Gottæus, & Brunfelſius Smilacem hanc noſtrã hortenſem fruticem vocent, non videmus: quæ enim Smilaci huic cum frutice conuenientia?

PHASIOLI EX GVINEA PALVDANO; Spadicei, minimi.



In vulgarẽ ſiue *Noſtratem* & *Peregrinũ* vulgò diſtinguitur Phaſeolus. Et *Vulgaris* rurſus alius minor, ſiliquâ anguſtiore: alius maior, fructu longiore, & renis formã meliùs referente, qui communiter candidus. In craſſitie & tenuitate eſt etiam diuerſitas magna: at præcipua in floris & ſeminis colore. Sunt verò flores plærumque candidi, pallidi, flaueſcentes vel purpuraſcentes ſiue amethyſtini. Et quod notat Cordus, florum colorem ſequuntur fructus, tum in noſtrate, tum in peregrino Phaſeolo, mirâ, vt mox dicetur, colorum varietate inter ſe differentes. *Vulgarem* pinximus antè, hi ſunt exotici.

PHASEOLVS PEREGRINVS PVMILIO, Niger & albus.



Longis caret ſarmentis, & ſemobreuique, ac pedalem rarò longitudinẽ excedente, caule conſtat, nullis idcirco pedamentis egẽs. *Alubias de India* vocat Cluſius cui Viennæ in horto creuit. C. Bauhino in Pin. eſt Phaſeolus peregrinus 6. minore fructu albo, nigrâ maculâ circa hilum inſignito.

Vt verò ad Leguminis huius in fructus colore varietates reuertamur ſunt niuei, flaui, ex flauo obſoleti, purpurei, rubri, latericei ferè coloris, amethyſtini, violacei, atro violacei, nigri, ſpadicei, venis & lituris ab vna parte, vel vtrinque, diſtincti, maculis nigris aſperſi, orbibus albis variegati &c. Nec minùs in Americanis & Africanis quam in Europæis, admiranda horum ſeminum varietas.

SMILAX HORTENSIS, SIVE PHASIOLVS Anagyridi ſimilis ferè, colore rubeſcente: *Cluſij*.



Habet hic Phaſiolus oblõga *ſarmenta* ex ſingularis cauliculis ſtatim ſecundum radicem ipſam prodeuntia, & in multos ramos diuiſa, lenta, obliquè ſe contorquentia & humi procumbentia, niſi perticis aut pedamentis ſuſtineantur, quibus ſe circumuoluunt, reliquorum Phaſeolorũ modo. Purpuraſcunt ea iuxta alas, ad quas adnaſcuntur terna *folia*, longo petiolo hærẽtia. *Flores* in oblongis petiolis plærumq; bini, magni, foris ex candido paleſcentes, interiore verò parte ex purpura cærulei. His ſuccedunt totidem prælongi Lobi teretes & quaſi cylindracei, in quibus *fructus* reliquis Phaſiolis minor, Anagyridis leguminis fructui penè ſimilis, rubeſcentis coloris.

PHASIOLUS LATA SILIQUA, FRUCTU EXIGUO nigro, vmbilico candido.



Hoc Phaſeoli genus ooo procul Olyſipone obſeruauit Cluſius, Vulgari ... ſimile, vt Vulgare ſcandet. Pergulas Mouaſterij cuiuſdam, opere topiario, veſtiebat. Flos autem illi purpureus: at *Siliquæ* latiores ſunt, breuiores & latiores quàm noſtri Vulgaris. Fructus verò exiguus eſt, Piſi vulgaris magnitudine, totus niger, niſi quà parte Siliquæ adhæret, quæ ſplendida eſt. Braſilianis frequentem eſſe audiuit, iiſque *Fama braua*, id eſt, Fabam Syluestrem nuncupari.

Lobelius in Obſ. & Icon. necnon etiam Tabernæmontanus, dicitur *Phaſiolus alter Braſilianus*: C. Bauhino in Phyt. *Phaſeolus Americanus*, vel *Braſilianus alter*, fructu nigro, Piſi magnitudine.

PHASIOLI AFRICANI PARVI ALBICANTES.



Miſſi hi Nobis fuêre cum hac inſcriptione, *Faſiols ex Inſula Diuî Thomæ ſub Æquatore ſita*. De Phaſeolorū more ſcandit planta: *folia* tenera, minora, ſtrictiora quo molli quàm in Vulgaribus, paulò duabus vnciis longiora, vnciam totam ſemiunciam lata, neruoſa, glabra, craſſa. *Flores* ex obſoleta quadam fuligine in luridum pallorem langueſcunt, vix dehiſcentes. *Siliqua* ſeſquipalmum longæ, Vulgaribus anguſtiores, vix culmum latæ, *grana* includunt candicantia, dimidio minora Phaſeolis noſtratibus, circa germen fuſca.

Satum Semen Montbelgardi in S. P horto floruit Auguſto, & Septembri maturauit ſemen.

PHASIOLI PARVI VARII.



Magna eſt admodum horum Fructuum varietas. Habemus Nos Phaſiolos paruos albos, cum orbita minima rubente, & paruo hilo albo: habemus minimos albos, cum orbita nigra, eandem rubente & hilo etiam in medio albo: habemus ex Italia albos paruos nigros, in quorum parte caua hilus paruus albus, atque in ſuperiore & gibboſa, longa & lata macula: habemus nigricantes, hilo prominente, vulgari haud diſſimiles, ſed minores & denſiores, ſimiliumque meminit apud Monardem Cluſius. Paludorum alborum ex America delatorum meminit in Iconibus Lobelius, ibidemque paruorum Phaſeolorum Figurâ noſtræ aſſimili, varia pingit genera.

PHASIOLI INDICI PARVI MACULATI, PALlidi, variegati, ſplendicantes, &c.



Horum plurima genera in Naturalium noſtro theſauro aſſeruamus. Quidam obſcurè flaueſcentes ſeu melini, dilutiore luteolo conſperſi: quidam pallidi & ferè albicantes, pullis maculis inſigniti: quidam vtrinque turgidi ſunt, luridi, coloris pulli, & maculis, præſertim circa vmbilicum notati: quidam hilum habent nigrum, reliqua parte obſcurè rubente. Tanta que porrò nonnullorum duritiei eſt, vt ex eorum colliſione, quaſi Auellanæ eſſent, edatur ſonitus. Et eſt Nobis tandem Phaſiolus, quem Ægypti nomine accepimus, Piper magnitudine vix æquans, anguloſus, ſublongus, nigricans & ſplendens, cum vmbilico candido longiuſculo.

PHASIOLUS NOVI ORBIS LATUS, TOTUS CANdidus, Smilaci hortenſi affinis.



Dicuntur Lobelio in Belgicæ editionis Part. 2. *Phaſiols ex America albi*. In Icon. *Phaſioli magni, lati, albi*: Theodoro verò *Americanorum Fabæ omnino albæ, valdè compreſſæ, noſtratibus latiores & longiores*. Habentur autem & huius generis, Magni, lati, toti albi, exceptis quibuſdam radiis: habentur magni, lati, preſſos nigri: habentúrque etiam coloris tegulatum, cum ſtriis per medium nigris.

PHASIOLI TUMIDI MINORES NIVEI.



Magnitudine vulgaris Phaſeolis minores plærumque ſunt, nec, vt illi, ſinuati circa vmbilicum. Interim puluinati magis & tumidiores omni ex parte pro magnitudine ſua. Colore niuei ſunt & ſplendicantes, vetuſtate verò obſuleſcunt, & in eburneum, ac tandem etiam in pallidum, migrant.

Au Cluſii Pane. Phaſiolus minor niueus de Guatimela, *Frizolas biancas di Guatimela*: Ao Tabernæmontani *Phaſeolus albus Africanus*. Satus in horto noſtro Montbelgardi, prouenit quidem, ſed non maturuit.

PHASEOLI BRASILIANI LOBVS *Cluſii.*



Prælongus(ait ille in Exot.) erat hic Lobus: nam decem vnciarum longitudinem habebat, vnius autem vnciæ latitudinem, aut paulò ampliorem: cartilagineâ porrò cute tectus erat, & quaternis in dorſo venis à pediculo ad extremum lobum, ſecundum longitudinem excurrentibus, inſignitus, fuſci extrinſecus coloris, intrinſecus ex cinereo candicantis, tenui quadam membrana Phaſeolorum ſingulas ſedes diſtinguente, præditus.

LOBI BRASILIANI PHASEOLI.



Phaſeoli qui in a[illegible] & deſcripti Lo[illegible] habentur, lo[illegible] erant etiam [illegible] dicere [illegible] vtraq[illegible] hi[illegible] candi[illegible] canti[illegible] *[illegible]*

Habe[illegible] ſeruamus inter [illegible] ralia, Phaſeolos non[illegible] non ſolùm *Spadiceos*, v[illegible] atro purpureos, verùm e[illegible] *rubris ſtriatos, planos*: S[illegible] guineos, compreſſos, albos, atque etiam alios ſubrubri coloris, vulgarique minores & planiores.


PHASEOLVS BRASILIANVS SPADICEVS, MAGnus, cum magno hilo nigro plurimum ambiente.



Caſtaneæ magnitudine eſt, [illegible]iculatus, vnciali, plùs minus, latitudine, puluinatus, cortice tectus rugoſo, ſpadiceo, dilutiore, ſaturatioréve, circa hilum verò dilutiore & ferè albicante. Eius autem orbitam ferè totam ambit hilum pullum, colmum latum, ſulco medio ſecundum longitudinem exaratum, atque in principio punctum impreſſum habens.


Phaſeolum Braſilianum, illis *Macenna* dictum, inſcribunt Lobelius in Obſ. & Icon. Tabernæmontanus & Hiſtoria Lugdunenſis.

PHASEOLVS NIGRITARVM COLORE FVSCO.



Ex Guinea, authore Cluſio in Exot. delatus fuit Februario menſe anni 1598. peregrinus hic Phaſeolus, cujus Lobus ſex, interdum ſeptem, ac nonnunquam etiam octo, vt ipſi relatum, vncias erat longus, penè binas latus, planus, ſinuoſis oris, cortice non valde craſſo, rugoſo atque externâ parte nigro, præditus. In eo verò [illegible] aut plures fructus, quibuſdam velut cellulis diſtincti, vt in aliis eiuſmodi lobis obſeruatur, orbicularis ferè in plano formæ, vncialis magnitudinis, coloris fuſci, circulo quodam albo ferè totum [illegible]bicante.

PHASEOLVS VVLGARI MINOR ET PLANIOR, ſubrubro colore, foliis anguſtis.



Elegans genus conſpexit C[illegible]næ anguſtis foliis Clu[illegible]s, fructu vulgari Phaſeolo minore & planiore, ſubrubro colore, ex Hiſpaniis accepto, *Frizoles Guatels* appellatione. Eiuſdem in Hiſt. *Phaſeolus peregrinus* 6. Dodonæo in fol. *Phaſeolus peregrinus pericis & vecinis nàminculu ſe circumuoluens*, cui terna ab vno pediculo folia dependent, velut Phaſeolis, ſed ſingula anguſtiora multò, ac ſimiliter nigriora. Siliquæ breuiores, pleniore ſque magis compreſſas, pauciore ſque etiam fructus, continentes.

LOBVS PEREGRINVS CARTILAGINEVS, PHAſeolo nigro-puniceo annulo cincto: *Cluſij.*



Hunc ſic in Exot. deſcribit Cluſius: Quatuor, ait, vncias cum ſemiſſe longus eſt, binas, aut paulò ampliùs, latus, cartilagineo potiùs, quàm duro & ligneo cortice conſtans, dorſo inſignitus duplici, veluti criſtâ cartilagineâ & ſinuoſâ, ad extremum vſque Lobum protensâ: rugoſus autem eſt, & coloris nigri veriùs quàm fuſci. Licèt porrò ea longitudine eſſet præditus, tres tamen Phaſeolos duntaxat continebat, orbicularis formæ, media parte aliquantulùm tumentes, circiter vnciam latos, in ambitu ferè vndequaque, tanquam annulo, cinctos, valde duros, & ex puniceo nigros.

Faba vel Phaſeolus Indicus, magnus, ruber, ſplendens.



Vnciam vnam & ſemis adæquat amplitudine: minimè autem vtrinque æqualis eſt rotunditatis, ſed illi vna pars rotundior, altera latior. Cæterùm compreſſus latus eſt, & vnciâ media vix craſſior. Hilum inſigne ac nigrum duas ambitûs partes comprehendit, reliquâ parte hilo vacuâ exiſtente. Cortex luteus eſt, inſigniter lævis, ſplendens ac ſubdurus. De reliquis tacemus, cùm eum aperire Nobis non licuerit.

Huius generis & alios habuimus, atque colore tantùm ab hic picto & deſcripto variantes: colore ex phœniceo croceo, & ſimiles.

Phaſiolus peregrinus magnus, coloris Caſtaneæ, cum magno hilo, lævis.



Orbiculatus eſt hic Phaſeolus, ſeminis vnius latitudinis, cortice duro, lævi & ſpadiceo obductus, cum hilo profundo canaliculato, ac reliquo cortice concolore. Cortice ſeparato, pulpa in conſpectum ſeſe dat, ſuperficie quidem icone rari coloris, interiùs alba, dura, & ſapore Viciæ. Horum ſiliquam [illegible].

Phaſeoli Braſiliani magni ſiliquæ.



An *Phaſeolus tertius Nigritarum ex Guinea advectus*, cuius Exoticor. Lib. 4. cap. 11. meminit Cluſius his verbis: Vncias, aut octo cum ſemiſſe longus eſt, cinereus ex fuſco coloris. Phaſeolos continens ſpadicei coloris? An Geſnerian Epiſt. Tertium Fabæ genus ab Adolpho Occone miſſum?

Tabernæmontano in Iconibus & Hiſtoria, atque etiã Lobelio in Obſervat. & Iconibus, dicitur *Phaſeoli Braſiliani ſiliqua*.

Phaſiolus Indicus brevi ſiliqua tumidâ atque nigrâ.



Siliqua hæc Indica, quam inter rara Naturalia quæ habebat Celſiſſimus Princeps Montbelgardi, vncia erat latior, longitudine duplâ, pulvinaris inſtar tumida, nigra aut fuſca, corticis Caſſiæ fiſtularis in modũ, modicis ſtriis rugoſa, & lucida. Ex eius verò extremo altero eminebat pediculi veſtigium: & parte oppoſitâ incurvus angulus. Latebant intus in ſiliquæ angulo fructus proprio pediculo hærentes, gemelli, nigri, læves, latitudinis penè circinatæ compreſſi. Pictura facta ad ipſam ſiliquam, ſed paulò minor, propter ligni formam.

Faba arboreſcens, ſive Phaſeolus ovo columbino ferè ſimilis, exalbidi coloris.




Hunc ſic deſcribit in Exoticis Cluſius: Phaſeolus, inquit: lobo incluſus fuiſſe videbatur. Diverſa autem erat eius forma, nam Columbinum ovum ferè exprimebat, longior vnciâ, ambitu ſeſcunciã ferè comprehendens, exalbidi coloris, cui flavi quidpiam citra extremam partem, quæ Lobo inhæſerat, erat admixtum. Fuligineâ adhuc maculâ erat inſignitus: lævis alioqui & ſplendens, gravisque & ponderoſus.

Phaſeolus, Macounæ, ſive Phaſeolo Braſiliano, ſimilis.



Spadicei eſt nigricantiſque coloris: planæ verò & longiuſculæ formæ, hiloque non admodum magno. *Phaſiolum peregrinum ſecundum* inſcribit Cluſius, & Macounæ ſimilem facit: cùmque addit Cæſari Divo Maximiliano ſecundo ex Hiſpaniis miſſum fuiſſe, *Haba de Indias muy larga*, id eſt, Fabæ Indicæ prælongæ nomine. Aquæ merſus imum petit. Tabernæmontano in Iconibus eſt Fructus peregrinus II.

PHASIOLVS INDICVS OVATVS SPADICEVS, vmbilico albicante breuiore.



Huius color ſpadiceus eſt, intercurſantibus quibuſdam dilutioris coloris maculis. Sed maxima pulchritudo in vmbilico, qui ex rubedine albicat, & vltra mediam lateris longitudinem non exple.. Viſus apud Illuſtriſſimam Principiſſam Wirtembergicã, quę ſcuit, id óque vlterius contemplari non fuit datum. Vidimus & huius generis alios, *Phaſiolum Indicum ouatum nigrum: Phaſiolum Indicum ex rubro ſpadiceum, ſplendentem*, & ſimiles, ſed vtroque illorum breuior eſt hic & anguſtior.

PHASIOLVS LATO STRIATO SIVE RADIATO ſemine: atque alter punctatus, cupulâatro-virente.



Siliqua his magna, latæ compreſſæ, *ſemina* meiora ... paulò minus lata, ... ſtriata ... infima Tabelæ noſtræ ... quæ alba dici poſſunt, punctis guttata, maculiſque ... bentibus verſicoloria.

An Tabernæmontani in conibus & Hiſtoria Phaſeolus Braſilianus I. *Braſilyan.* 2. *rem*? An Thomæ Harriot in Hiſtoria Virgineæ Inſulæ Okendiger?

PHASIOLORVM INDICORVM LATORVM ſpecies aliquot.




In Braſilia noui Orbis prouincia vulgares ſunt, atque à planta Europææ noſtræ ſimili naſci perhibentur: ſed noſtros ſaporis gratiâ & longitudine longè ſuperant. Sunt enim ſeſcuncialis longitudinis, vncialis verò latitudinis: cortice obtecti flauo ruffo colore variè interſperſo, ſplendente, ſed non vſquequaque læui. *Hilum* autem album eſt, longum, & atra obſcurè rubrâ circumdatum. *Nos* varietates aliquot, partim ex Cluſio proponimus. Rubiorum porrò diſpoſitione potiſſimùm variant.

PHASSOLVS LABLAB ALPINI, NIGER EX ſpadiceus, hilo longo albo.



Arbor eſt ſarmentoſa, ait Alpinus, quæ creſcit ad vitis magnitudinem, ſarmentiſque Vitis modo, extenditur, ac expanditur foliis: figuráque omninò ſimilis eſt vulgari Phaſiolo. Floret bis ſingulis annis, vere ac Autumno, *floribus* ad Phaſeolorum flores plurimùm accedentibus: *ſiliqua* longæ & latæ, ſemina continent nigra, Phaſeolis aliquatenus ſimilia, quorum alia nigra, alia ſubrubra. Viuit centum annos & ampliùs perpetuóque viret, Ægyptiis frequens in cibis, noſtriſque non minùs ſuauis, &c. Sed hanc Arbuſculam centum annos viuere, difficilè eſt creditu iis qui Phaſeolorum & Legaminum naturam norunt.

LOBVS MEMBRANECEVS PLANVS, NIGER.



De hoc ſic tradit in Exoticis Cluſius, qui à Nautis anno 1598. ex Guinea redeuntibus habuerat: Lobus hic, ait, omninò planus erat, binarum que vnciarum longitudinem habebat, & vnius latitudinem. Extremitas paulò latior erat: color verò ex atro ſpadiceus. Cæterùm maturúſne eſſet an immaturus, nihil pronunciare queo: ſed quum Lobum eſſe conſtaret, nec agitatus ſtrepitum ederet, opinio magis inclinat, eum ante maturitatem fuiſſe lectum.


ARACVS FABACEVS, VABA SYLV. NIGRA: Germ. *Schwartze oder Wilde Bônen, Mohren Erbeis.*



Legumen eſt plùs quàm cubitale, cuius *caules* ſatis craſſi, anguloſi, inanes, & non nihil hirſuti. *Folia* quaterna vel ſena, Fabæ vulgaris foliis ſimilia, duabus vel tribus conjugationibus digeſta, impari nullo alam claudente, quę in capreolos abit, quibus proxima apprehendit. *Flores* Viciæ vel Aphacæ, quibus decidentibus ſuccedunt *ſiliquæ* mediocriter longæ, magnæ, hirſutæ. *Semina* Piſi ferè magnitudine, grauiſſimi & ingratiſſimi ſaporis atque odoris, per maturitatem nigra.

In Italia, Aquitania & Gallia Narbonenſi ſponte prouenit, & floret Aprili: aliis verò in locis non niſi ſatus. Iiſdem cum Faba vulgari facultatibus præditum Aracum credunt nonnulli: ſed melius alij nullius, vel exigui admodum vſus eſſe ſtatuunt. *Plura in Appendice.*

FABA VVLGARIS, CYAMOS LEGVMINOSA:
Germ. *Bônen:* Gall. *Febues:* Ital. *Faua.*



Faba vulgaris vel *Sylueſtris* eſt vel *Satiua*, & hæc ruſus vel *Maior* vel *Minor*: differúntque etiam Fabæ floris & ſeminis colore. Sunt enim candidæ plurimæ, ſunt nigræ; ſunt ex nigro colore purpuraſcétes: & flores, aut candidi, lituris nigris conſpicui, aut ex purpura nigricantes.

Major ſeritur in hortis, minus in agris; præſertim apud Zelandos. Floréſque Faba Aprili & Maio, fructum verò Iunio & Iulio maturat: citiùs tamen vel tardiùs, pro locorũ & climatum varietate, Monſpelij enim & Florentiæ Februario florentes vidimus.

Cæterùm in calefaciendo & refrigerando temperamentum medium obtinent Fabæ, atque, vt eduliũ flatulentæ ſunt ac coctu difficiles, ventrémq; ſiſtant & inflant. *Plura petat lector ex Appendice.*

PHASIOLI NOVI ORBIS PVRGATRICIS ALIA
Icon. Fab. purgatrix latiſſima.



Craſſities, color, lubricitas & ardor, vt reliquarum: ſed digitos duos latæ ſunt hæ Fabæ, atque vncias duas longæ, ſicque ab aliarum latiuſcula orbiculata forma haud parum deſciſcunt.

Cæterùm apud Indos celebre eſt hoc medicamentũ, idque ſine moleſtiâ bilem, pituitam ac craſſos humores, multò lenitùs & facilius quã nuclei pinei catharticæ, purgat. Sed pellicula illa tenuis quæ per mediũ has Fabas interſecat, & cæparũ tunicularum exteriorem æmulatur, abjicienda eſt, alioqui tantâ vehementiâ ſupernè & infernè purgant, vt in vitæ diſcrimen ſæmetem conjiciant. Aſſandæ deinde ſunt, vt illarum acrimonia infringatur, deinde in pulverem comminuendæ, qui ſaccharo exceptus ad Cochleare vnum datur. Calidæ ſunt in ſecundo gradu, ſiccæ in primo.

PHASEOLI EXOTICI, RENES MARINI.



Phaſeolos hos in Farris inſula inter Algam naſci, atque inde erui, perhibent: ſũ que à forma *Renes* marinos appellari; atque à nonnullis *bona ſortis Calculos*, quòd calamitatem à pecore, domo & bonis omnibus poſſeſſoris arcere vel propellere credantur. *Cluſius.*

Hos exhibet Tabernamõtanus in Iconibus & Hiſtoria, ſub titulo, Phaſeoli Americi purgantis, Purgirend Bônen aus America. Eoſdem quoque depingit ac deſcribit Hiſtoria Lugd. vocátque *Fabas purgatrices Monardis.* An Fabæ vulgaribus ſimiles quarum meminit Ferdinãdus Lopez de Caſtagneda, Hiſtoriæ Indicæ Lib. 7. cap. 78. quæ vomitum cient & aluum potentes purgant?

PHASIOLVS NOVI ORBIS; SIVE FABA PVRgatrix latiſſima, Cordis figurâ: Cor D. Thomæ.



Variæ magnitudinis purgatrices noui Orbis Fabas adſeruamus: alias vnciarum duarum latitudine, alias ſeſcunciali: ferè ſibi verò orbiculatas ferè, latiores tamẽ paulò, præſertim verſus ſinum parvum quà ſiliquæ adhæſerunt. Craſſitudo digitalis, tuniquæ modicè compreſſæ, ſpadiceo, dura, ſtriato & lacente corticæ intextæ. Quod intus continetur album eſt ac firmum, & in duas partes, vt fẽr omnia Phaſeolacea, naturâ ſectile: acris & linguam mordicantis ſaporis.

Harum autem Fabarũ ſolum fertile Carthago, ac præſertim Inſula D. Thomæ dicta, vnde ob eam quam habent cordis effigiem, à quibuſdam *Cor D. Thomæ* nuncupantur. Plura ad latus ſequ. Fig.

FABA ARBORESCENS, PHASEOLO PLANO
longo nigro.



Phaſeolum hunc accepit olim à Paludano Cluſius. *Fabæ arboreſcentis quæ ex Guinea delata eſſet* appellatione, & ex ſimili lobo qualis Fabæ arboreſcentis longiſſimæ exceptus eſſe credebatur. Erat autem valde planus, binas vncias longus, imo amplior, ſeſcunciam latus, nigricans & ſplendens: Scribitque idem Cluſius ſe anno 1597. majorem, craſſiorem & ſpadicei coloris alium nactum, in Madagaſcar Inſula natum, ab eis qui illo anno ex *Iaua* Amſterodamum redierant.

RENVM INDICORVM AC CALCVLORVM
bonæ ſortis dictorum, alia Icon.



An Phaſioli de quibus Lobelius & Pena in Aduerſariis loquuntur, dicentes: Phaſiolos, ſiue Fabas perquàm raras habemus, quas ſuinot magnâ copiâ ad Cornubiæ littora repertas: &, quod non parum mirum, eo loco nullam meminit vllus, quæ illæſam nullúmve naufragium factum, & tamen quotannis nouæ inueniantur, partim fluitantes, & quæ partim effodiantur ſabulis littoreis, quaſi, vt putant Cornubienſis maris accolæ, ſecundis Auſtris aut Zephyris à nouo Mundo appulſæ fuerint?

FABÆ INDICA ARBORESCENS EX GVINEA, latiſſima, ferè quadrata.



Fructum hunc miſit D. Paludanus, *Phaſeoli ſiue Fabæ arboreſcentis ex Guinea* Titulo. Putamentibus autem nouis Orbis Fabis compreſſior eſt, trium unciarum latitudine, acutior ad hylum, oppoſitâ parte latus, & ferè quadratus, longitudo ſeſcunciaļis. Cortex Caſtaneacum corticem craſſitudine æquat, ex ſpadiceo nigricans, obliquè ſtriatus, amareſcentémque ſubſtantiam claudens: penitùs autem nigricat, & odorem tograſtum ſpirat.

FABÆ ARBORESCENTIS LONGISSIMVS LOBVS.



De hoc ſic habet in Exot. Cluſius: Vaſtæ magnitudinis, inquit, erat Lobus, Lugduni Batauorum ad præſtantiſſ apud Henricum Tilmannum [illegible] tem, qui de [illegible] Lobum excipit, illum [illegible] Guinea allatum aſſer[illegible]. Nam viginti unciarum longitudine, duóque & craſſo cortice erat præditus atque rugoſo: coloris externâ parte nigricantis & fuliginoſi, internâ autem ferè ſpadicei, continebat ſeptem magnos Phaſeolos, binas uncias cum ſemiſſe longos, ſeſcunciam latos, valde planos pro magnitudine, & minimè decoros coloris ex ſpadiceo nigricantis atque ſplendentis, &c.

LVPINVS: Germ. *Feigbonen*: Belg. *Vijchboonen* & *Lupinen*: Gall. *Lupins*: Ital. *Lupino*.



Non procul à Fabaceis abeſt Lupinus, *Thermos* Græcis dictus, quia cæteris Leguminibus calidior eſt. *Lupinus* verò appellationē ſortitus, quia ſicut Lupus terram appetit, & in fame terrâ veſcitur, ita, Plinio authore, tellurem adeò amat Lupinus, vt quamvis ſentoſo ſolo conjectus, inter folia vepréſque ad terram tamen radice perueniat, vel quia Lupis expoſitus & relictus videtur.

Duo autem Dioſcor. Plinio & Galeno ſunt Lupini genera, *Sativum* ſcilicet & *Sylueſtre*. Nos Satiuū & vulgarem hic pingimus, de ſylueſtri mox acturi. Omnibus autem paſſim Authoribus & Officinis inominatus Lupinus, *Lupini ſimpliciter dicti* nomine, de quo *plura* in *ſequentibus*.


LVPINVS EXOTICVS HIRSVTISSIMVS.



Hunc in Herbario noſtro ſicco adſeruamus. An Cluſij Lupinus cæruleo-purpureus, cuius folia longâ obſita lanugine, &c.?

Vnum hoc, ait Plinius, Lupini hiſtoriam tradens, ſeritur non arato ſolo, nulléque impendio cōſtat. Coli non vult, itaque adeò non eget fimo. Primum omnium ſeritur, nouiſſimum autem tollitur: vtrúmque Septembri menſe, quia, ſi non antecesſit Hyemē, frigoribus abnoxius eſt. Solū arenoſum, ſiccum & vitioſum poſcit, atque adeò cultū prouenire non vult. Ter floret idem aſſerit idem Plinius, & eum ſecutus Dodonæus, ſub finem Maij, deinde Iunio, & tertiò demum Iulio & Auguſto. Notat verò Hiſtoria Lugdunenſis folia ejus ſub veſperam, Solis occaſum veluti præſentientia, flaccida facta deorſum vergere.

LVPINVS FLORE LVTEO, SEMINE VARIO, Lupinus Hiſpanicus quorundam.



Lupinus antequàm aperiantur flores habere ſubcæruleos, intus verò albos, ſcribit Camerarius: ille verò albos apertos Lupini vulgaris flores ſummo in caule ſecias. Differt verò hic à vulgari *flore* potiſſimū & *ſemine*: flos enim luteus eſt, & deceptus pro Geniſta poſſes fallere, ac ſuauis eſt odoris. *Semen*, quod in vulgari album eſt, in hoc colore varium eſt, & ex albo fuſcóque maculoſū. Eſt præterea in foliis aliqua varietas, ea enim vtrinq; ſunt hirſuta.

Cæterùm nullis, authoritate Matthioli, plantis ſtrangulatas Lupinus cùm ipſe noxias omnes ſtrangulet herbas quæ illi adnaſcuntur, ſique, vt ſcribit Plinius, cum Sole quotidie circumagitur, horáſque agricolis, etiam nubilo, demonſtrat.

LVPINVS SYLVESTRIS, FLORE PVRPVREO, ſemine rotundo vario.




Notas quibus hic à ſatiuo potiſſimùm differt habet Titulus. Prouenit ſponte in locis arenoſis, vt Nos in eiuſmodi locis Monſpelij & Florentiæ abſeruauimus, florentem Aprili.

Satiuos ſabuloſa & ſicca etiam quærit loca, floréſque & fructum maturat temporibus antè ex Plinio & Dodonæo adſcriptis. Nobis Mōtbelgardi floruit Iunio & Iulio: Auguſto verò & Septembri maturauit fructum.

Diſſentiunt circa vires Dioſcorides & Galenus: ille enim Sylueſtrem Lupinum eadem quæ Satiuus præſtare ſcribit: Galenus autem amariorem dicit, & ad omnia valentiorem ſatiuo. *Iudicium de h[illegible] Nos de viribus quod non a[illegible] ſpatij limites angustia, re[illegible]* demus in *Appendice*.

PHASIOLVS CRASSVS FVSCVS.



An Cluſij in Hiſt. Phaſiolus *Æthiopici* appellatione miſſus, ob nigredinem, vt veriſimile eſt, vel forſitan quòd ex Æthyopia prima eius origo? *Phaſioli Æthiopici*, vel nigri, meminit etiam in Pin.C Bauhinus: habétque etiam Cluſius omninò nigrum, quem Lugduni Batavorum, ſeminè ex Italia miſſo, eorum eſſe, ac cum vulgaribus florère, tradit.

PHASEOLVS LABVRNI, SIVE ÆGYPTIVS; flore luteo.



Tenuia habet *ſarmenta* ex ſingulari *caule* ſtatim proximè *radicem* coaleſcentia, eáque valde ramoſa, ex viridi purpuraſcentia, quæ vicinis perticis & pedamentis ſeſe convolvunt. *Folia* ex eodem pediculo, vt in aliorum Phaſeolorum genere, ſemper terna, longè tamen minora, ex atro virentia, circa pediculum purpuraſcentia. *Flores* in ſpicæ modum congeſti, magni, Piſi vulgaris formâ & magnitudine ferè, coloris flaui, in oblongo craſſiuſculo pediculo, ad foliorum exortum prodeunte, naſcuntur. Eos verò exc piunt *lobi* breues & anguſti, in quibus grana terna vel quaterna, pulli, vel potiùs ex nigro ſubvireſcentis, coloris, Laburni granis non majora, ſed obtuſiore plerúmque vtrinq; mucrone.

Cluſio in Hiſt. dicitur *Phaſeoli peregrini genus*.

CICERA ANTIQVIS.



A *Cicere* omninò differt *Cicera*, quæ à Columella non tam leguminibus quàm pabuli generibus annumeratur: & à *Cicercula*, quæ lathyrus eſt, tantùm colore diſcernitur.

Seritur, authore Columellà, primo vel altera ſulco menſe Martio, prout poſtulat ſoli lætitia. Bubus Ervi loco ſreſa datur in Hiſpania Bœtica. Cùm enim ſerpentâ molâ diuiſa eſt, paulùm maceratur, dum leniſcat: atque ita miſta paleis ſubtritis pecori præbetur. Nos de hac Cicera penitùs nihil aliud quod diceudum occurrat, apud Scriptores invenimus, quàm quod à Cicere omnin diverſam facit Cornarius. Figuram hic pictam Nos eo nomine inter noſtras compitias repetimus.


CICER, CICER ARIETINVM: Germ. *Ziſern, Ziſer Erbs*: Gall. *Pois Ciche*: Ital. *Cici*.



Si à vi ſurrigitur Cicer à *cauliculis* hirſutis, duriotibus, ramoſis: *folia pinnata*, hirſuta, claviculatum expertia, ſerrata. ex quorum alis *flores* emicant ſingulares, colore purpuraſcente vel albo. *Siliqua* teretes, ſemine farctæ Piſo æquali, albo, nigro aut ruffo, cum oppoſito veluti cuniculo, vnde illi *Arietini* nomen. Sapore ad Piſa accedit.

Ciceris autem Theophraſtus & Plinius plurimas à magnitudine, ſapore, odore, formâ, ſucco & colore conſtituunt differentias. Duo tamen tantùm ſumma ſaſt gra faciunt Dioſcor. & Galenus: *Sativum & Sylveſtre*. Et Sativum rurſus ex Veterū & Recentiorum ſententia, in Arietinum, quod hi. pingitur, & in *Columbinum* diſtinguitur. Arietinum rurſus ſpecies, *albi* ſcilicet, *ruffi* & *nigri*, agnoſcunt rei Herbariæ Scriptores.

CICER SYLVESTRE MVLTIFOLIVM: RADICE craſſâ, & folliculis breuibus, corticoſis, hirſutis.



Ciceris ſylveſtris meminêre ſcriptores Botanici plerique omnes: idque in *Maius* & *Minus* diſtinguit Thalius, ac majus in locis præſertim petræis provenire ſcribit. Matth. in Dioſc. Cicer ſylveſtre omnibus notū ait, ſed nec pingit nec deſcribit. *Nos hîc Matthioli figurā* exhibemus: at dubitamus ſcn. ê noſtram depictam Nobis a vicinibus, ex Icone quæ non placet, quæ eſt apud Lobelium, ac ex non bona ſic et .. em factam.

Cæterùm vtrique ferme provenit Cicera, ac in Italia, Galliâ & Hiſpaniâ magis abundant. Vere autē ſeruntur, ac florent Iunio & Iulio: minimè verò eis arietinis ſiliquis demetuntur: quoniam, ſiccius extirpantur, ſemen repoſitum cadit. De viribus & facultatibus, ad latus ſequ. Figuræ.

CICER SYLVESTRE TRIFOLIVM.



Hoc *Cicer* à Sabaudorum *finibus* vocat Tabernamontanus. Nos Genevæ in monte *Saleve* vidimus.

Cæterùm vt de *Cicerum viſu & facultatibus* aliquid dicamus, calidi & humidi ſunt Cicetes, ac modicæ amaritudinis participes. Cicer, vt *edulium* non minùs quàm Faba flatulentum eſt, ſed valentiùs nutrit quàm illa. Vt *medicamentum* verò vi pollet attrahendi, digerendi, incidendi & detergendi. Lienem, renes & iecur expurgat & ab obſtructione liberat, ac Venerem ſtimulat, vrinam ciet ... menſtrua tegum & hydropem conducit, calculum in renum & veſicæ communi & pellit ac è Dioſcoridi & Galeno credendum, frangit.

Pisvm: Germ. *Erbs*: Gall. *Pois*: Ital. *Piſo*.
Piſum vulgare paruum aruenſe.



Piſa à *Piſa* loco in quo olim copioſè naſcebantur, nomen ſortita ſunt. Duas tamē eorum *Differentias* faciunt: nonnulli, *Maiorū & Minorū*. Alij diſtinctiùs piſa alia *hortenſia* conſtituunt, alia *aruenſia*, alia *ſylueſtria*, & iis adhuc addunt *exotica*. *Hortenſiáque* rurſus, quæ ferè maiora ſunt, & vt plurimùm candida, in ea diſtinguunt quæ ſine folliculis eduntur, & *lopſelsba* dicūtur, & in ea quæ cum ipſis folliculis comeduntur. *Aruenſia* verò quæ in agris ſeruntur & humi ſerpunt, alia maiora aiunt, alia minora: atque alia alba, alia viridia, alia ruffa ſiue cinerea, alia rubra, alia variegata, atque alia cærulea, quę rariora. Eſtque ſādem ex hortenſibus quoddam proliferū: vbi ſcilicet plures ſiliquæ ſimul iunguntur. *Plura in ſequent.*


Piſa maiora alba: Germ. *Groſs Erbs*: Gall. *Pois ramiers*: Italis. *Piſelli maiori*.



Piſa alba maxima piſis vulgaribus ſunt ſimilia: *flore* nūc purpureo nunc albo: *Semina* alba ſunt, ſed non ita angulosa ſiue compreſſa, maiora verò quam ſint piſa comeſta, de quibus mox, nec ita rotunda. Eſt & *Piſum* quoddam *album ramoſum*, in magnam altitudinem exereſcēns, cuius ſiliquæ albæ mag. [illegible], ſiue dectori tunica, totæ manducantur, *Pois mange tout*, ob id Gallis dictum.

Cæterū apricis & humentibus gaudent locis [illegible] omnia, tepidū atque cœlum & locum deſiderant. Iunio & Iulio menſibus floreſcunt, & ſubinde ſemina [illegible] valuulis proferunt. De [illegible] & viribus ad latus ſequentis Figuræ.

Piſvm comoſvm proliferum: Germ. *Buſch-Erbſen*. Gall. *Pois a bouquets*.



Erectius eſt vulgari Piſo, ac [illegible] firmiore & craſſiore, potiſſimū in parte ſuperiore, ſuáque vi aſſurgit. Nulli in hoc *flores* nulliq; *fructus*, prætérquàm in ſummo caulis faſtigio, quod floribus albis & numeroſis, in eodem poſitis, denſè ſtipatur. Eò qui tandem *ſiliquæ* vulgato tamen eadem [illegible] à ſerie comantes excipiunt, geminæ vtrimque binæ eidem pediculo appendæ. *Piſa* ad Piſa vulgaria accedunt, ſed minora ſunt, orbiculata, &c.

Nullam, ait Galenus, effectricem qualitatem habet *Piſum*, & medium quodāmodò locum obtinet inter ea quæ boni ac praui ſunt ſucci, multùm ac parum nutriunt, facilè ac difficile concoquuntur, tardè vt cito deſcendunt, flatulēta ſunt ac flatus expertia: &c.

Piſa magna rubra variegata.



Hominis magnitudinem multùm excedit hoc Piſi genus: *florem* fert purpuſcum in medio, & in laciore parte roſeum: *ſiliqua* magna ſunt & ſucculentæ: Piſa valde magna, non rotunda, ſed angulosa, vel potiùs compreſſa, pulchri coloris, atque ex rubedine & albedine variegata. Magni ſiunt, præſertim à Germanis in cibo. *An Plinij Piſum quadratum*? Camerario eſt *Piſum rubrum Italicum grande*. Baſileæ, Geneuæ & Lugduni in hortis vidimus.

Piſa parva viridia, vel variegata.
Piſorum ſpecies pulchra folijs anguloſo.



Minora piſa ex rubeo vel ex purpureo variegata, vt & minora viridia, eiuſdem ferè ſunt magnitudinis, nec Viciis multò majora; ac ab ijs quoad ſemina haud facilè diſtingui poſſunt, quamuis herbâ, paulo & ſiliquis plurimum à Viciis vulgaribus differant. Prouenêre Nobis hæc tria piſorum genera Montbelgardi in S.P. horto. Quod verò hic pingimus *folio anguloſo* in cultioribus habetur hortis, & Nos iisdem Montbelgardi in horto S.P. habuimus.


Piſa indica foliis longiuſculis.
Et de varijs alijs piſis Indicis.



Piſa Indica foliis longiuſculis neque piſorum cæterorum, neque etiam phaſeolorum modo exereſcunt, ſed folia proferunt multa, tereti, longiuſcula, magna & parua longis pediculis appenſa. *Floſculi* minimi iuxta foliorū principia, ſapor manifeſtus nullus. Piſa hæc à Nobis ſata, menſe Iunio ialiaf. ere, qualia Iconę exprimimus.

Varia autem alia *Piſa Indica* Nos inter Naturalia noſtra adſeruamus. *Orbiculata* quædam, ferè fuſca, obſcurè maculata, & ſummo tenus atrâ albicaore inſignita. *Alia* Piſo maiori duplò majora, orbiculata, nigra, parte q[illegible] à vmbilicus eſt compicua. Alia Cicere maiora atq; orbiculatiora, coloris fuſci obſoleti, maculis candicantibus diſtincta. Atq; alia tandē rotunda, ex albo & rubro variegata.


THYRVS, CICERCVLA, PISVM GRÆCORVM, Germ. *Kichern* : Gall. *des Geſſes* : Italis *Cicergua*.



Lathyro (Cicerculæ) oblõga eſt fol a ſcribit Theophraſtus: Ochro & Phaſelis ſubſtantiã ſimilem dicit Galenus: Piſa Columella: Tertiam verò Ciceris ſpeciem facit Plinius, ſed perperàm. Ciceræ enim diminutiuum eſt *Cicercula*, non Ciceris, alioqui diceretur *Cicerculum*.

Lathyri autem ſiue Cicerculæ variæ recenſentur *Differentiæ* à locu, à magnitudine, atque à floris & ſeminis formâ & coloribus deſumptæ, vt ex ſequentibus patebit. Hic Lathyri pingitur *ſpecies maior, flore rubente & albido minore*, dumetorum, *Germanica* dicta. Læto pinguique agro, prope ſepes, dumos ac fruticeta enaſcitur, eadémque capreolo ſuo apprehendens cõſcendit & ſuperat. Colitur & in hortis.

LATHYRVS MAIOR LATIFOLIA, FLORE maiore purpureo, ſpecioſior, *Narbonenſis*.



Partibus omnibus præcedẽti ſpecioſior eſt hæc Lathyris, membranceis & venoſis alis, ſecundum caules prolixos aptatis: *folia* bina, nervoſa, rigidiora, in obtuſum mucronem deſinentia: *flores* mihi ſimul ſancti, magni, purpurei, & coloris grati: *ſiliqua* vncias tres longæ, aut etiam maiores, vix ſemuncium latæ, nonnihil compreſſæ.

Lobelio in Obſ. & Adu. dicitur Lathyrus Narbonenſis latiore folio, Clymenũ Matthioli, Ervum ſatiuum Cordi, Piſum Græcorum Tragi.

Verno tempore in Gallia Narbonenſi obſeruauimus, in itinere Monſpelio verſus *Peroam*, in ſepibus. Huius autem, vt & præcedentis, aues ſemina perquirunt, & ſiliquas perforant, vt ea deuorent.

LATHYRVS MAIOR NARBONENSIS anguſtifolius.



Folia huic ad originem pediculi laciniata quaterna; maiora duo, & minora totidem, cum capreolo bifido: *flores* magni ex longo pediculo, latifolij floribus minores, & coloris purpurei.

Camerario dicitur *Lathyrus anguſtifolius*, a latifolio tantùm hac notâ diſcrepans, & facilè Hyemis ſæuitiam tolerans.

Hanc Lathyri ſpeciem obſeruauimus Monſpelij, indéque etiam ſiccam accepimus.


LATHYRVS LVTEVS SYLVESTRIS dumetorum



Paſſim circa ſepes prouenit, atque etiam in pratis, vt Nos Mombelgardi & Beffordiæ, Baſileæ extra Portam lapideam, atque etiam Lugduni, *au bois de la bonne Allemande*, obſeruauimus: floréque vulgò Aprili & Martio. In horto etiam habuimus, ſpontè prouenientem, & plantatam.

Quidam volunt *Eruageum* eſſe: Tabernæmontano eſt *Viciæ ſpecies*: Geſnero *Aphaca*, vel *Vicia*, aut potiùs *Orobi genus*, floribus flauis: præ ſiqs veris omnibus eſt *Cicercula ſylueſtris*.

LATHYRVS SILIQVA HIRSVTA.



Radice eſt ſingulari, tenui, annuâ *caules* angulosi, cubito longiores: *folia* bina, longa, anguſta: *flores* in pediculis longis purpuraſcentes: quibus ſuccedunt *ſiliquæ* longæ, hirſutæ, aſperæ: *ſemina* comprehendentes parua, argentantia vel ruffa, rotunda, ſuperficie ciſtâ.

Varijs in locis circa agros ſiliqua reperimus, floret enim Iulio, & ſemine maturo Auguſto: tranſlata verò in hortum Nobis in magnam excreuit altitudinem.

An Anguillaræ *Aracos & Aracus*? An Aduerſariorum *Aracus & Cicera*? An Hiſtoriæ Lugd. *Cicera*? An Dodonæi *Aracus* Lathyro ſimilis, rarum legumen, ac quod non ab aliis, niſi à rei Herbariæ ſtudioſis, ſeritur?


LATHYRI SPECIES QVÆDAM, QVÆ Eruilia ſylueſtris Dodonæi.



Caules huic, vt aliarum Lathyrorum, anguloſi, cubitales & bicubitales, quibus, nullo intercedente pediculo, amplexicaulia adnaſcuntur *folia*, oblonga, modò ſimplicia, modò in *capreolos* abeuntia: *flores* albi: *ſiliqua* rotundæ: *ſemen* rotundum, Piſo ſimile, minus, amarum, viride, dein & ſiccum. *Herbarij* ſerunt in hortis.

Matthiolo in Dioſc. cum magn. fig. Latinis & Ital. dicitur *Aracus niger*: ſed magno lapſu, iudice Dodonæo, ſiquidem huic legumini cum legitimo Eruo plus eſt ſimilitudinis. Lobelio & Penæ in Aduerſ. eſt Ochrus ſylueſtris ſiue Eruilia, ſylueſtris anguloſa, &c.

LATHYRVS ANGVLOSO SEMINE.



Caules huic prolixi ſatis, ac in ramos multos diuiſi: *folia* gemina, latiuſcula, oblonga, acuminata, glabra, ſtriata, cum duabus ad exortum appendicibus caulem amplectentibus. Inter folia proſiliens pediculi reliquum in tortiles abit *clauiculas* quibus proxima apprehēdit. *Flores* candidi, *Siliqua* latæ: atque in iis *ſemina* alba, lata, compreſſa, angulosa. *Radix* fibroſa & gracilis.

Cicerculam vocat Cæſalpinus, Fuchſius *Eruum albū & ſatiuum*. Lonicerus & alij *Orobum*: Lathyridem Narbonenſem alteram Aduerſaria: ſed cur *Lathyridem* vocant, meliùs *Lathyrum* dixiſſent. An Piſi genus quod Veneti *Maneretse* vocant, Romani *Cicerchia*, Galli *des Surs*?

LATHYRVS FOLIO TENVIORE, FLORIBVS rubris. Et de LATHYRO ÆGYPTIO.



Cubito eſt altior, *ſiliquis* latis, atque in iis *ſemina* tria quatuórve, Orobi magnitudine, rotunda, aſpera, fuſcis maculis obſita, ſuo lineis ſaturis picto.

Inuenere qui Monſpellio Frōtignanum iter reperimus, locis ſiccis & ſylueſtribus, florentem Aprili. An Lobelij in Icon. *Lathyrus anguſtiore gramineo folio*? An Araci ſpecies Gallis *Arouca* dicta.

Cicercula autem *Ægyptiaca* dicta, à vulgari ſatiua non valde differt: in flore tantùm diuerſitas, qui in hac interné elegans, cæruleus, & foris ex cineraceo purpuraſcens. *Cluſius.*

CATANANCE IN GENERE: CATANANCE leguminoſa quorumdam.



Plantam hanc, quòd fatali & incōcuſſâ neceſſitate adigeret ad amandum, & ineuitabile amoris crederetur illicium, *Catananceni* vocarūt Græci. Eámque, quòd ad amatoria tantùm eius eſſet vſus, deſcribere ſuperuacaneū duxit Plinius: vt eius etiam vires reticent Dioſcorides, Galeno & poſterioribus Græcis de illa omninò ſilētibus.

Duplicem facit Dioſcorides, ſed quā *Primam* ſtatuit, hodie prorſus ignotam eſſe, apud omnes in confeſſo eſt: nec ſatis nota *Altera*, in qua Mali magnitudo etiam ſuſpecta.

Leguminoſa verò *Catanance* quā hic pingimus, in hortis Herbariorū Iulio & Auguſto ſiliquas fert, ac viſitur etiam in Septentrionalium littorum agris: *An Eruum ſylueſtre Herbariorum*?

PISVM SYLVESTRE: GERMANIS *Vvild Erbſen.*



Piſi ſylueſtris meminêre Tabernamontanus & ex Recentioribus alij. Sic Piſum ſylueſtre Panonnicum habet Camerarius Hort. & Piſum ſylueſtre in Heluetia & ſuperiore Germania, haud ſecus ac Phaſelum ſylueſtrem, ſe peregrè euntibus obuiam dare, ſcribunt Aduerſaria. In Angliæ Suffolcia, inter Orforclum & Alburnum, in littoreis nullâque terrâ opertis ſaxis, tantam ſegetem Piſorum, anno 1555. Autumno, enatam, vt mille hominibus ſuppeteret, apud Scriptores annotatum reperitur. Copioſè itidem inter ſaxa prouenire Piſa, in iugis arcis *Groben*, atque aliis Panoniæ & Auſtriæ locis, obſeruauit Cluſius. Florent Iunio, ſemen maturum Auguſto.

APHACA, VICIA: Germ. *Vvicken*: Belg. *Vvitſen*: Gall. *Veſſe*: Ital. *Aphaca*: Angl. *Fiche*.



Aphacam cum Vicia, Galeni & Matthioli exemplo, Nos hic coniungimus: de Aphaca in Appendice ſpecialius acturi.

Cæterùm Viciæ alia *Satiua* eſt alia *ſylueſtris*, alia *maior* alia *minor*, alia *flore ſimplici* alia *multiflora*, *flore albo* alia, alia *flore luteo*. Differūntque præter ea viciæ *ſeminum colore*, *craſſitie*, *rotunditate* & *amaritudine*: nam ſilique eſt quod tenuius & rarius, ac huius ſiliqua breuior & aſpera.

Vulgarem & *ſatiuam* hic pingimus, notiſſimam omnibus frugem, variiſq; in locis ſeri ſolitam. Semina Iulio & Auguſto mateſcūt, gratiſſimo Columbarum pabulo, quin & iis veſcuntur etiam homines, ſed ſi a nutes comedant, moriuntur, nec iis facilè veſcuntur Gallinæ.

VICIA VVLGARIS SYLVESTRIS FRVGVM: ſemine paruo & nigro. CRACCA Quibuſdam.



Viciam minorem appellat Geſnerus, & *Vogel vvick* & quibuſdam Germanis dicitur *S. Chriſtoffels kraut*. A Vicia autem ſatiua ſemine potiſſimùm differre videtur, quod admodum paruum & rotundum, copioſúmque in ſiliquis anguſtioribus, longioribus, magiſq; teretibus quàm Viciæ ſepium, minùs hirſutis & ferè glabris, quæ ſiccatæ nigreſcunt.

In agris ſæpiſſimè ſponte prouenit, Viciæque adeò eſt ſimilis, vt eius nomen etiam hodie in agris retineat, & *Vicia ſylueſtris* dicatur. Florentem obſeruauimus cum ſuis floribus purpureis Mōſpelij paſſim in ſegetibus Aprili & Maio menſibus.


Vicia ſylveſtris flore lvteo.



Ex vna radice numeroſi, iiſdémque flexuoſi anguloſique exeunt *cauliculi*, in alas alternatim diuiſi: quibus *folia* hærent Viciæ ſatiuæ ſimilia, dena, duodena, plus minùs, quorum coſta in tortilē clauiculam terminatur. *Flores* ſpecioſi, lutei, ex luteo pallidi, & nonnunquam albicantes: ſuccedunt *ſiliquæ*, vulgaris Viciæ ſiliquis breuiores, habitiores, craſſiores, latioréſque, albâ hirſutie pubeſcentes, in quibus *ſemina* quaterna aut quina, fuſca, maculata, compreſſa, anguloſa, ſapore leguminoſi.

Monſpelij obſeruauimus florentem Martio & Aprili. Iunio autem ſemen maturat. Quotannis ex ſemine deciduo repullulat, ac totam Hyemem perfert.

Vicia ſepivm perennis: Dodonæi: Germ. *S.Chriſtoffels kraut*: Belg. *Crock*. Gall. *Veſſeron, Veſſe ſauuage*.



Caules huic denſi rigidíue cubitum: *folia* quæ parte coſtæ adnectuntur latiora ſunt quàm in ſatiua, vel ſylueſtri vulgatiori, & vtrimque plures coniugationes quàm in iis; cæterò haud multùm ab illis abludunt. *Flores* non bicolores, vt in ſatiua & ſylueſtri vulgatiori, ſed vnicolores, ſaturatiore purpurâ tincti, ac quinque vel ſex vni pediculo hærentes. *Siliquarum* verò inſigne diſcrimen in longitudine & glabritie: ſunt porrò illæ omnes per maturitatem adeò nigræ, vt præ nigredine ferè luceant. *Semina* alba, minora & longiora quàm in ſatiua, vix æque formæ. *Radix* perennis & repatrix. Copioſe variis locis prouenit in ſepibus, & Aprili menſe plerumque floret.

Vicia ſylveſtris lvtea, cvm galea fuſca.



Hanc Viciæ ſylueſtris nomine Bononiâ accepimus: quæ quantum à præcedentibus differat ex Iconum collatione ſatis apparet. Sicca Nobis miſſa fuit, quapropter eam exactè depingere non licuit: qui miſit illi tribuebat florem luteum cum galea fuſca.

Bononiâ hæc Nobis ſicca miſſa fuit, quæ an Italorum ruſticorum ſit id Lupini ſylueſtris genus, quod prope flumina, atque in maritimis, oritur, ac quo pingueſcunt & à morbis curantur iumenta, doctiorum iudicio relinquimus.

Vicia mvltifolia cvm latis ſiliquis.



Paſſim huic Viciæ generi *foliorum* coniugationes plurimæ, duodenæ, vicenæ & plures. Anguſta autem ſunt illa, in acumen deſinunt atque in iis magni pili. *Flores* parui, ſingulares, lutei, breuiſſimis pediculis appenſi. *Siliquæ* ſingulares etiam, primò valde hirſutæ poſtea minùs, ſed tactu aſperæ, vnciam vnam & ſemis longæ, & vnciam ſemis ferè latæ, in quibus *grana* vt plurimum quinque.

Vicia parva, ſive cracca minor cum multis ſiliquis hirſutis.




Ex *radice* exili & inutili, quadrati tenues & infirmi exeunt *coliculi*, impotentiâ alarum vbertate luxuriantes. *Folia* lentis foliis paria, lenta, pinnata, 15. vel 17. ad neruum adnexa, qui in tortiles capreolos exceſcens ſegetē infauſto complexu arripit & ſtrangulat. Ex foliorum alis hinc inde enatis pediculis *floſculi* inſident racematim 4. vel 5. eodem ſpectantes, puſilli, ex albo ſubpurpurei: quos ſiliquæ excipiunt ſemunciales, hirſutæ, ſingulæ *grana* bina Viciæ ſepium comprehendentes, minora, rotundiora & magis maculata.

Hanc nonnulli ad *Orobanchen* referunt. Trago Germanica eſt *Vicia omnium minima*, Tabernæmōtano *Cracca minor*, Lobelio & Penæ *Aracus* ſiue *Cracca minima*.

Abūdat in agris, ſemine deciduo ſe quotannis propagās: & Nobiſcū in horto ſata prouenit.

Viciæ ſive craccæ minimæ species, cum ſiliquis glabris.



Eſt præcedenti tenerior: *folia* etiam in hac tenuiora. *Flos*, qui in illa vt plurimum racemoſus, in hac ſæpiſſimè vnicus, quamuis nonnunquam duo vel tres obſeruentur. *Siliqua* præcedentis *ſiliquæ* par, ſed glabra & toroſa, duo, tria, aut etiam quatuor *grana* continens.

In agrorum limitibus frequens reperitur, floretque Iulio, & ſemen maturat Auguſto. Lobelium & Penam exiſtimamus hanc confudiſſe cum præcedente.


VICIA SYLVATICA MAXIMA, PISO Syluestri ſimilis.



Omnium Viciarum, quotquot hactenus videre licuit, maxima eſt, vt pote multorū cubitorum. *Folia* ad Viciæ ſepium folia accedunt. *Flores* vmmeſuſ & purpuraſcentes: *ſiliqua* ad Piſorum ſiliquas magnitudine accedunt & glabræ ſunt. *Radix* craſſa, nodis intercepta, repratrix, caulium cū plurimùm propagine fertilis, perennis.

Circa Bulleaſem admirabilem fontem copioſam obſeruauimus, vt & alibi. An Tabernæmontani in Icon. & Hiſt. *Piſum ſylueſtre minus?*


VICIA SYLVESTRIS CVM LENTIS ſiliqua.



Dodrantalem habet *caulem*, gracil. angulaſum, glabrum ramoſum. *Folia* ſingularia Craccæ minimæ foliis non majora, per extremū obtuſa & cordata, quod malè expreſſit pictor. *Coſta* extremum in tortiles cirrhos abit. Ex alæ ſinu enatus *pediculus* vncialis *florem* gerit vnicum, Lentis flori ſimilem, quem excipit *ſiliqua* vnciâ longior, ſemunciam lata, glabra & compreſſa, duo aut tria claudens *ſemina*, orbiculata, Lentis majoris.

Collegimus in Gallia Narbonenſi circa Nemauſum. Pictor autem noſter malè pinxit folia acuta, cùm ſint cordata quodammodò.

VICIÆ PARVVM GENVS FOLIO LONGO.



Caulis huic anguloſus Coſtâ in *Capreolos* faceſſente: *folia* ſeſcuncialia & duarum vnciarum, graminea, vix culmum lata, in acumen deſinentia; *floſculi* longo ſurculo peculiari hærent, multi, oblongi: *ſiliqua* Craccæ minoris, ſed longiores nonnihil. Monſpelio allatæ ramum dedit Caſparus Bauhinus, qui *Viciæ paruum genus folio longo* inſcripſit.

VICIÆ PVLCHRVM GENVS MVLTIFOLIVM, ſiue GALEGÆ ſpecies quibuſdam.



Coſtæ longæ in capreolum deſinenti alligantur *folia* interdum viginti, in acumen deſinentia, glabra: *florum* idem poſitus ex longo pediculo, accedūtque ij ad Viciæ ſepium flores & purpurei ſunt. Ramoſa eſt hæc Vicia.

Argentinæ habuimus ex Plantis ſiccis D. Agerij, qui Galegam aliquam ex monte Apennino vocabat.


VICIA QVÆ PITINE ANGVILARÆ; LATA ſiliquâ, flore luteo.



Legumen eſt Planta *Pitine* Anguillarę dicta quam ad Vicias referunt plerique omnes. Dodonęus & Cęſalpinus eam *Aphacam* vocant, & *Aphacen* Dioſcoridi, Plinio & Galeno dictam eſſe ſtatuunt.

Monſpelij, Bononiæ, variiſque aliis Italiæ & Galliæ locis obſeruauimus, copiosè inter Segetes ſponte prouenientem; ac ſemine deciduo quotannis ſe propagantem. Nonnulli etiam ſerunt in hortis.


OROBVS: ERVVM: Germ. *Erven*: Gallis *Ers*: Italis *Erno*: Hiſp. *Ieruos*.



Quod Orobon vocarunt Græci, Arabes *Erbum* & *Kerſene*, Latini *Eruum* dixêre, à quo nonniſi nigredine differt Theophraſti *Cicer Orobæum*. Eſt autem Eruum vel *Satiuū* vel *Sylueſtre*, & vtriuſq; cuiſus variæ differentiæ. Satiuum præſertim vel maiore vel graciliore eſt tum ſiliquâ tum ſemine: eſtq; ad ſemen vel candidum, vel pallidū, vel ruffum. Minimè autem *Eruū Eruilia* eſt, neque etiam *Cicercula*, vt exiſtimarunt nonnulli.

Cæterum Orobus deſiccat exceſſu intenſo ſecundo, calfacit autem primo: & quiamaritatis eſt particeps, incidit, extergit, & obſtructiones expedit. Boues impinguat: homines verò, vt iā olim annotauit Galenus, ab eo (niſi magna ſit Frugum penuria) prorſus abſtineant, quòd ſit ſuauiſſimum & praui ſucci: atque, vt ex Dioſcoridis monumētis habemus, vberior eius in cibo aut potu vſus, ſanguinem cum torſionibus, per aluum & veſicam ducat

LENS : Germ. *Linſen* : Belg. *Lenſen* : Gal. *Lentille*: Ital. *Lenticchia* : Hiſpan. *Lenteyas*.




Lentem quaſi *lenem* dictam volunt, & lenitatis ſignificationem habere, quod æquanimitatem veſcentibus pariat.

Infirmis *caulibus* humi proſternitur hoc Legumen niſi in propinquo habeat cui capreolorum amplexu innitens ſeſe erigat : *folia* pinnata Viciæ, minora, hirſuta : *flores* purpuraſcunt vel albeſcunt: *ſiliquæ* breues ſunt & compreſſæ : atque in iis *ſemina* duo aut tria circinata compreſſa, alba vel fuſca ſubnigráve, parua, valde lædia, cúque cortice dempto in duas partes ſcinduntur.

Plinius ſemen aliud rotundius facit & nigrius, alterum ſuâ figura. Vulgò autem duo Lentis conſtituuntur genera, *Maius* & *Minus*, hócque aliis magis, illud cinericium eſſe dicunt. Nos *Minorem Lentem* hic pingimus.

LENS MAIOR.



Hęc vulgari Lente omnibus partibus ſpecioſior & major.

Cæterùm ſiccum amat Cœlum Lens, & ſolum tenue magis quam pingue, conſeruntúrque eâ vulgò agri. Præſtat autem quæ facilè coquitur, & quæ dum maceratur nihil nigri remittit. At ſi aſſiduè edatur, viſum hebetat, ægre concoquitur, ſtomacho incommoda eſt, cúmque & inteſtina inflat : aluum autem ſiſtit ſi cum cortice edatur. Leniit podagram cocta cum polenta & impoſita. Cum melle verò ſinus glutinat, cruſtas rumpit & vlcera repurgat : at cum aceto cocta duritias & ſtrumas diſcutit. *Sic Dioſcorides & Plinius. Plura petat Lector ex Appendice & Hiſtoria noſtra magna.*

ARACHIDNA PLANTA AMPHICARPA: An Aracoides, Theophraſti?



Arachidnæ meminit Theophraſtus, eámque Araco ſimilem dicit, ac Aracoidē inſcribit. Sed cur Araco ſimilem fecit, cũ folia illi deneget, quibus minimè deſtitutus Aracus? Sic corruptum eius Textum credimus, quamvis eum ſecutus ſit Plinius.

Quicquid ſit meritò eam inter *amphicarpa* recenſet Theophraſtus, cùm vtrioque fructum ferat, ſuprà terram ſcilicet & infra eam. Quidam *Dentariæ* ſpeciem eſſe exiſtimant. Quod hic pingimus *Creticum* eſt Arachidna *Honorij Belli*: cujus Figuram ex Planta ſicca parandam curavimus, quoniam in horto ſata non prouenit.

ARACHIDNÆ ICON CLVSII.



Proponit illam Exot. Lib. 4. cap. 16. Cluſius, ac fusè deſcribit. Nos verò inde depromptam hîc etiam exprimimus, additis ex Pona ſigura *floribus*. *Semen* Viciæ ſatiuæ ſimile eſt, denſum, durum attritu, medullâ albâ, & ſapore Piſorum. Tale erat quod ex Cretæ Cydonia ab Honorio Bello accepimus, ſatum autem, vt iam dictum, non prouenit. *Agriophacon* (agreſtem Lentem) vocant hanc plantam, quæ inter ſegetes & Legumina inuenitur, negligitúrque.

CHAMÆBALANVS LEGVMINOSA : Germ. *Erdnuſs*: Gall. *Rane ſauuage* : Ital. *Nuce della terra*.



Ex radicis argumento Chamæbalanum, quaſi terreſtrem vel humilem Glandem dicas, denominarunt Scriptores : Ruellio, Fuchſio & aliis dicitur *Apios*, aliis *Ornithogalum*, & quibuſdam *Aſtragalus*.

Seritur & ſemine & radice, ſed radice citiùs perficitur: variis autem in locis ſpontè prouenit in câpis & vineis, ac ſecus aruorũ margines. Obſeruauimus Nos copioſè prouenientem Geneuæ in vineis extra Portam *Cornouin*, & Baſileæ extra Portam lapideam in agris. Floret autem Iunio & Iulio. Burgundi vocant *des Magueſent*.

Per frugum inopiam rurſ pauperes hac radice veſcuntur : éſtque ea moderatè calida, ac paulò plùs ſiccas ſed nauſeam mouet, aliàs innoxia eſt. Ex floribus, authore Camerario, aqua deſtillatur quæ Roſaceam emendatur.

OROBVS QVORVMDAM RADICE BVLBOSA.



Graciles promit *cauliculos* erectos, firmos, anguloſos, pedales. *Folia* per interualla vni coſtæ inhærentia, quaterna plerumque ex aduerſo ſita, erecta, anguſta. *Flores* in longis naſcuntur ſurculis, ſpicæ inſtar congeſti, florum Piſi aut Viciæ formâ, ſeni aut octoni, candidi coloris. *Lobi* oblongi & nigricantes, *ſemine* nigro, atque interdum maculoſo, pleni. *Radicibus* autem nititur quinis aut ſenis, minimi digiti longitudine, craſſiuſculis, cum oblongis bulbis, foris nigris, intùs albis.

Eſt Orobus Pannonicus Cluſii Aſphodeli radice. Floret Aprili & Maio, ſeménque perficit Iunio.


ARACVS VETERIBVS ET IN GENERE. ARACI LEGVMINOSÆ SPECIES QVORVNDAM.



Aracus res eſt ſcabra & dura in Lēte, ait Theophraſtus, qui illi, vt dictum antè, arachidnam ſimilem facit. Semen eſt, authore Galeno, Lathyro vſu & facultate adſimile, etſi quod Araci ſunt duriores minúſque facilè elixantur.


Plantam autem quam hic pingimus *Aracū leguminosā* inſcribunt nonnulli. *Caulis* eſt cubitali, vel maiore, tenui glabro. *Folia* ex interuallis quaterna vni pediculo nixa, duarum trium ve vnciarum longitudine, colmū lata, in acutum mucronem deſinentia, ſtriata, viridantia. *Flores* extremo ſurculo hærent, quinque vel ſex congeſti, magni, purpurei, Galegæ Vernæ, longo pediculo inſidẽtes. *Radix* ad Galegæ Vernæ radicē accedit. Habuimus e x Chāpagnole Burgundiæ.

ASTRAGALVS QVORVNDAM; ARACO Toſſani Caroli ſimilis.



Bononiā Nobis miſſa hęc planta, in editioribus circa illam vrbem pratis collecta. *Flores* vario conſtant colore, albo, luteo, & leniter rubeſcente: *radix* bulboſa, vt pæoniæ: *caules* cubitales & anguloſi: *folia* duas, tres quatuórve coniugationes habent, & arachi foliis longiora ſunt, de cætero valde ſimilia: ſed non ita in capreolos deſinentia. *Florum* pediculi palmo minores, anguloſi, in quorum extremitatibus flores plures, quales La hyro ſylueſtri luteo, iuxta principium foliorum & pediculorum *appendices* acutæ.


SCYTHICE, GLYCYRRHIZA, LIQVIRITIA: Germ. *Suſsholtz*: Gall. *Regliſſe*: Ital. *Regolitia*.



Scythices ſolius meminêre Theophraſtus & Plinius haud multùm hodiè cognita natura: niſi, vt Cordo, Trago, Dodonæo & aliis placet, *Glycyrrhiza* ſit Scriptoribus dicta, quam corruptā voce Officinæ *Liquiritiam* vocāt.

Duplex autem vulgò ſtatuitur Glycyrrhiza: Dioſcoridis ſcilicet Glycyrrhiza echinata non repens, quam hic pingimus: & Glycyrrhiza radice repēte Vulgaris & German. dicta, de qua mox. Echinatam, quam *veram Glycyrrhizam* multi pant nōnulli, in Cappadocia, Ponto & Cilicia præſtantiſſimam, gigni perhibent Dioſcorides & plures. At in noſtris Regionibus nonnullis tantùm in hortis, voluptatis cauſsā, colitur: vt pote quæ dulcedine & gratiā à Vulgata longè ſuperatur.

GLYCYRRHIZA VVLGARIS, RADICE repente, Germanica dicta.



Sarmentoſæ *radices* longè latéque implexu vago reptāt, colore intùs buxeo, foris verò nigro, ſapore melleo. Stipes ſubhirſutus, minùs dulcis, purpuraſcens. *Folia* in alam, Fraxini modo, diſpoſita, atro-virentia, modicè viſcoſa. *Flores* racemoſi, purpurantes, ſiue dilutè cærulei. *Siliquæ* glabræ, atque in iis *ſemina* parua.

In viridariis plurimis locis in Italia habetur, ac non paucis Galliæ Narbonenſis plurima ſponte oritur. In Hiſpaniis verò frequētiſſima eſt, vnde Lōdinū, Antuerpiā & Lugdunum tranſmittitur, vtique vbique locorum diſtribuitur pretio. Nec minùs de dulci radice gloriari poteſt Germania, ac præſertim Bambergēſis ager, qui vniens toti Germaniæ ſatis Glycyrrhizæ ſuppeditare poteſt. *Plura in ſequ.*

GLYCYRRIZA SYLVESTRIS QVORVNDAM: Fœnum græcum ſylueſtre aliis.



Fœnū græcum ſylueſtre nominat Tragus & *Lotum ſylueſtrem* à Dioſcoride deſcriptam, nec aliter Lonicerus. Cordo eſt *Polygalon*, Cluſio & aliis *Glaux ſylueſtris*. Geſneri verò qui Glycyrrhizam ſylueſtrem inſcribit, nobis pla cet ſententia.

Baſileæ vidimus extra Portam lapideam inter ſp[illegible] & Genevæ in colle *la Bastie* ſ[illegible]gentem longo.

Vulgaris verò *Glycyrrhiza* quod antè dictis addendum, ſeritur etiam in hortis: & ſi ſemel comprehenderit, tam pertinaci fertilitate cohæret, vt vix vnquam poſſit radicitus extirpari, tam teſtibili fœcunditate regerminat.

Sterilis Glycyrrhizæ meminit Matthiolus, tertiam ſic faciens ſpeciem: ſed Nobis, vt & Lobelio & Penæ, quot ſunt tot frug.fera. De viribus ad latus ſequ. Fig.


FOENIGRÆCO SYLVESTRI TRAGI in quibuſdam accedens Planta.



In multis etiā accedit hæc Planta *Poſſa leguminoſa* de qua poſtea. Eam autem circa Monſpelium, ad Epiſcopi Monſpelienſis Caſtellum, loco arido reperimus.

Cæterùm temperatè calida & humida eſt Glycyrrhiza: at Cortex, qui amaritudinem quandam habet, calidioris qualitatis eſt particeps, ſed eum abradere oportet. Humectat magis recens & ſucco plena radix quàm arida. Vtilis eſt ad raucedines, tuſſes, difficilem reſpirationē, peripneumoniam, pleuritidē, phthiſim: ac omnes thoracis morbos, exaſperata lenit, inflammationes ſedat, acrimoniam & ſalſuginem humorum mitigat. Decoctum renibus ac veſicæ exulceratis confert, vrinæque ſtillicidio medetur.

HERBA MIMOSA, HERBA DELICATA.
Icon Acoſtæ.



Inuenitur, ait Cluſius, in quibuſdam Aſiæ hortis Planta quinque palmarum longitudinis, vicinis arbuſtis aut parietibus incumbens, tenui *caule* eleganti viriditate prædito, nec admodum rotundo, exiguis & pungentibus ſpinis per interualla diſſeminatis. *Folia* Filicis fœminæ, ſed minora. Gaudet humidis & petroſis, manu quæ admota ſenescit & marceſcit, remota verò priſtinam viriditatem paulatim recuperat. *Herba viua* & *Herba mimoſa* propterea appellationem habuit: *Herbam Mimoſam* & *Herbam delicatam* inſcripſit etiam Acoſta in Libro Aromatum Italicè edito.

HERBÆ MIMOSÆ SIVE DELICATÆ; ALIA
Icon, Cluſij, ex ſicca planta depicta.



Naturam habet, addit idem Cluſius, plurimùm ab arbore triſti differentem: nam ſingulis noctibus Sole occidente ſenescit & ſiccatur quodammodò, ſic vt contabuiſſe videatur: Oriente verò Sole vigorem denuò recipit, quantóque Sol magis feruet, eò magis viret, totóque die folia ad Solem conuertit. Odore autem & ſapore eſt *Glycyrrhizæ*. vulgò, quæ ab Indigenis folia manduntur aduerſus tuſſim, ad corpus repurgandum, & vocem clariorem reddendam: renúmque doloribus etiam vtilis eſſe perhibetur; necnon recentia vulnera glutinare.

ASTRAGALVS VETERIBVS, ET IN GENERE
Aſtragalus Romanus, ſiue Hedyſarum clypeatum.



Aſtragalus, authore Dioſcoride, eſt paruus à terra frutex, foliis & ramis Ciceri ſimilis; *flores* ſunt purpurei, parui: *radix* rotunda, & velut magnus Raphanus, propagines habens ſolidas, nigras duras velati cornua, inter ſe implicatas: guſtu adſtringentes. Sed *folia* Ciceri minimè ſunt ſimilia, & quod de foliis dicit Dioſcorides, de totius plantæ habitu potiùs eſt intelligendum.

Quoniam verò Aſtragalum [ex lan]figurâ & ſoliditate referre aiunt tum radix, tum ſemen, Aſtragali nomina donata eſt. Ex variis porrò Aſtragali generibus Romanum dictum, ſiue Aſtragalum clypeatum ſiliquâ aſperâ, hîc pingimus.

ASTRAGALI ROMANI, SIVE HEDISARI
clypeati alia Icon.



Variis in hortis Galliæ, Italiæ & Belgij obſeruauimus. Binæ autem factæ ſunt Icones: prior demonſtrat folia & flores, altera verò ſemê. Illáque tamen facta eſt ad plantam ſiccam ex Italia Nobis allatam, hæc verò ad Iconem Plantini. Non deſunt qui hũ. Aſtragalum *Helenium Ægyptiũ* eſſe contendunt, ſed, Dodonæo iudice, *Helenium* eſſe non poteſt, cùm odoratus non ſit. Cæmentarias Hort. cognominat Securidacam clypeatam, à Lobelio ac Dodonæo deſcriptam, ac Onobrychin 2. Dodonæi.

Cæterùm Aſtragali nomina variæ aliæ donantur plantæ, vt ex ſequentibus patebit.

ASTRAGALVS MAIOR FVCHSIO.



Radice eſt ſatis longa & craſſa, dulci: *caulibus* rectis, cubitalibus, ſtriatis, angulosis. *Foliola* Viciarum modo diſpoſita nouem vel vndecim ad coſtam vnam adnexa, ex rotundo oblonga, ſubcærulea. *Flores* ex pediculis longis, latis ornatis, purpurei, ex eodem pediculo plures, formâ viciarum: quibus ſuccedunt ſiliquæ longæ teretes.

Vagi ſ locis obiectis imas: Geneuæ in colle *la Baſtie*: Argentinæ & Baſileæ: florentem Maio, & ſiliquas ferentem Iulio. Cluſius ſe in Belgicis hortis vidiſſe ſcribit, atque inter Orobos recenſet. Hyemis autem frigoriſque eſt impatiens.

An Lobelij in Obſ & Icon. Pl. Aſtragaloides altera Herbariorum?

ASTRAGALOIDES, SIVE ASTRAGALVS
Syluaticus.



Aſtragalo maiori Fuchſij & Chamæbalano leguminoſæ affinis eſt hæc planta: in quibus verò cum illis conueniat, vel ab illis differat, ex Iconum collatione liquet.

Thalio in Hercin. dicitur *Aſtragalus ſyluaticus*, ac quibuſdam *Chriſtian Vvurtz*: Raellio *montanum* vel *ruſticum Cicer*, & fortè Aſtragalus qui à Dioſcoride deſcribitur.

Obſeruauimus inter vepres in Ducatu Wirtembergico circa Fontem admirabilem; necnon in monte Roſberg prope Maſmunſter in ſyluis & dumetis.

Floret Aprili, & Iulio ſiliquas maturat.

Astragallvs recticavlis hirsvtvs.



Huius *caulis* rectus, cubitalis, firmus, rigidus, ac totus pilis candicantibus & lanuginoſis oblitus, et vbiq; *foliorum* veſtitu praditus. Ea cõmunitur coſtæ hærent quindecim, ordine & ſitu vt in Galega, minora, anguſtiora, tota villoſa, in acumen deſinentia, ſapore amaro. *Flores* longo pediculo inſident, Trifolij pratenſis, bicutes, pallidi, in glomerem congeſti, ex villoſis cäliculis prominẽtes. Vnde habuerimus non recordamur: elegans tamen tum raritas tum varietas deſcriptionem & Figuram merebantur.

Astragalvs monspessvlanvs.



Aſtragalum vocant Monſpeſſuli plantam Securidacæ minori adſinem, ſed tamen ab ea diuerſam, quam hic pingimus. In Icone autem noſtra radicis maxima pars eſt nerueis cortice detecta, qui euellendo in terra remanſit. Prouenit ſecus viam in itinere Narbonam verſus prope *Gigans* vno à Monſpelio milliari, quo loco cum floribus purpureis, atque etiam albis, obſeruauimus Aprili.

An Hiſtoriæ Lugd. *Aſtragalus* folijs paruis Hedy... An Anguillaræ *Aſtragalus quem Dioſcorides dicit in Arcadia Memphi prouenire?* Sed in Ægypto eſt Memphis, minimè autem in Arcadia.

Astragalvs qvidam montanvs Onobrychis quibuſdam.



Multa *folia* ab vna eadémque radice promit, ad Lenticulæ aut Tragacanthæ folia pluſimùm accedentia. *Cauliculi* inter foliorũ alas oriuntur dodrantales, ſupini, exiles, quadam lanugine obducti, atque floſculis onuſti Viciæ ſylueſtris, ex cæruleo purpuraſcentibus: quos excipiunt *ſiliquæ* puſillæ, geminis cellulis *Semine* plenis conſtantes. *Radix* longa eſt & craſſiuſcula, atque multas fibras & propagines obliquas agit: *ramulos* dodrantales, humi fuſos, in latera emittens.

Creſcit in ſummo *Schneeberg* iugo, atque in Etſcheriſ... ſummis ſcopulis, quibus duobus locis florentem & ſiliquas iam formantem Auguſto Cluſius eruebat.

Astragalvs monspeliano candidior, & Onobrychis quorundam.



Multa cum Monſpeſſulano communia habet hic Aſtragalus, ſed differt tamen ab eo. *Folia* enim candidiora, majora & lõgiora: ac pili etiam longiores. *Caules* autem non multò majores, quibus inſident *flores* multi purpurei, multò plures quàm in Monſpeſſulano Aſtragalo, conglomerati, denſâ pilorum lanugine hirſuti. Genera collegimus in monte *Saleua* floſcentem Iunio.

An Hiſtoriæ Lugd. Aſtragalus purpureus in luteæ ſaxoſis collibus proueniens, radice grandi, folijs Ciceris ſylueſtris, villoſis, guſtu adſtringentibus, floſe ex albo purpuraſcente?

Astragalvs syriacvs, onobrychis peregrina quorundam.



Perelegans eſt ac rara admodũ leguminoſa hæc Planta, Aſtragaliſque certè congener habenda, quandoquidem *foliorum & cauliculorum* ſimilitudine, ac proſerpantium *radicum* implexu, Aſtragalos refert. *Florum* autem denſo exortu congeſtorum decore, effigie & elegantiâ, & rubore amœniſſimo, ornatur.

Alepo Syriæ allatam in vraſis penſilibus aluit Lobelius, florentem Iulio.

Onobrychin peregrinam inſcribit Cluſius, cui Iulio & Auguſto menſe floruit. Aſtragali verò Syriaci nomine proponunt Lobelius in Icon. & Hiſtoria, Tabernamontanus & Hiſtoria Lugdunenſis.


Astragalvs lanvginosvs boeticvs.



In collibus ſupra Vlyſſiponem quos Tagus fluuius alluit obſeruauit Cluſius, atque illic *Garauancillos*, hoc eſt, Cicer caule, vocari ſcribit.

Cæterùm vt de *Aſtragali viribus* aliquid in genere dicamus: Radix, authore Dioſcoride, in vino pota aluum fluidã ſiſtit, & vrinas mouet, facit & ad vlcera vetera arida inſperſa, ac ſanguinem quoq; cohibet. Sed ob ſuam ſoliditatem difficulter tunditur. Radicas adſtringentis eſſe facultatis ſcribit etiam Galenus, aſſẽqua ex iis quæ non ingenerosè ſiccent. Vnde etiam Plinius eaſdem in vino rubro dyſenterias ſanare aſſerit.


ASTRAGALVS DIOSCORIDIS QVIBVSDAM.



Aſtragalus Dioſcoridis *Chriſtian wurtzel*, & *Aſtragalus verus*, Rauwolfio. Depictæ radici non dedit Pictor proportionem: quamuis enim exigua ſit planta, maior eſt in Icone, quàm in viua.

Quoniam verò in Aſtragali Dioſcoridis mentionem rurſus incidimus, dicit ille naſci in locis ventis expoſitis umbroſis & niuoſis, copioſiſsimùm quidem in Memphide Arcadiæ. Sed cùm Arcadiæ nulla ſit memphis, vel ſis, cum Plinio, Galeno & Paulo, legendum in Pheneo Arcadiæ.

POLYGALON VETERIBVS ET IN GENERE, Polygalon Geſneri Onobrychis quibuſdam.



Polygalon Dioſcoridi & Plinio frutex eſt paruos, palmi altitudine, *folia* habens Lentis foliorum ſpecie, & quæ pota Lac gignere creduntur, vnde et nomen. Tam pauca autem, vt rectè annotat Matthiolus, à Dioſcoride & Plinio huius plantæ traduntur notæ, vt admodum difficile ſit diſcernere, quæ Nobis hodie ſeſe offerat plãta, cui *Polygala* nomen rectè poſſit competere. Quidam *Pimpinellæ ſpeciem* eſſe volunt. *Polygalon Geſneri*, quod hic pingimus, alii eſſe contendunt: quidam *Polygalon minus ſaxatile*, nonnulli *Polygalo affine Caput Gallinaceum*, de quibus mox: *Iudicent periti*.

Polygalon autem Geſneri, variis locis in pratis, & agris obſeruauimus cum floribus purpureis, Aprili & Maio menſibus.

POLYGALON MINVS SAXATILE.



Tota quanta eſt hęc planta, vix palmum ſuperat, Radicula candida eſt & longiuſcula. *Foliola* Capitis gallinacei ſed obtuſiora, pilis candidis obſita, & quædam ſtatim emergentia. *Cauliculi* graciles ſunt, conſimilibus foliis veſtiti, ſupernè diuiſi: atque eorum extremis *floſculi* inſidꝫt luteoli, aut pallidi, hiantes, exigui & pauci, Aſtragalorum politè, quos excipiunt *Capitula* exigua rotunda, aliquot apiculis ſupernè donata.


Locis incultis, aſperis & expoſitis circa arcem Epiſcopi Monſpelienſis prouenit, florens Iunio.

POLYGALO GESNERI AFFINE CAPVT gallinaceum.



Radice eſt prolixâ, craſſiuſculâ, lignoſâ fibroſâ, atque intus albâ & foris nigricãte. *Caules* palmares, tenues, ſubhirſuti, *ſpicam* gerũt aliquot vncearum, floribus cõgeſtam purpureis, Polygali Geſneri, In quibus verò cum conueniant, ab illa vt differat, eſt lectorum integræ collatione liquet. Reperimus Nos in ſabuletis & campeſtribus a decimã tuã prope montẽ Lup. Monſpelienſium.


POLYGALON CORTVSI



Patauii vidimus in horto Cortuſi, qui Polygalon denominabat, ac reperimus etiam in Rhætiæ monte Nombre. Poſtea verò è montibus quibuſdam Epiſcopatus Baſilienſis Montebelgardum translatum in S. P. horto coluimus, vbi tota hyeme viuebat, & florebat Maio. An Hiſtoriæ herbã. *Lotus tetraphyllos Dalechampij*?

Radices habet dodrante lõgiores, nunc ſimplices nunc multifidas, in ſumo ſurculis ſæpenumero plures emittunt. Virgulas lignoſas dodrãtales aut breuiores, humi ſtratas, quibus coniugatim hærent *folia* vt plurimum nouena, tereia, rotunda, ſolida, ipſa & ſubalbida, nec ab vnius & vnius longitudinem pedis 2. *Flores* ramoſi extremo inſidẽt lutei, quos excipiunt ſiliquæ longæ crebris internodiis diſtinctæ quibus ſemina.

ONOBRYCHIS VETER. ET IN GENERE. Onobrychis quorumdam, flore purpureo.



Onobrychi Dioſcorides *folia* Lenti ſimilia tribuit, ſed paulò longiora, *caulem* verò palmi altitudine *florem* puniceum, & *radicem* paruam ac gracilem.

Verùm nõ ſatis conſtat quę herba ſit. Quidam eam *Rutæ ſylueſtris* ſpeciẽ annumerant. Alij aliis plantis Onobrychidis tribuunt nomen, *Polygalo Geſneri*, *Aſtragalo Monſpelienſi*, *Hedyſaro clypeato*, & *Meliloto 5. Tragi*. Et præterea *Onobrychidẽ* & *Onopordon*, vnam herbam eſſe putat Cornarius, altero nomine à crepitu, altero à rudere Aſini ducto, quòd ſcilicet ex eius herbæ eſu, & pedat & rudiat aſinus. Variæque tandem Onobrychidis habentur ſpecies mox enarrandæ.

ONOBRYCHIS QVIBVSDAM SVBCÆRVLEO flore.



E *radice* dura, contorta, lignoſa & obliquè ſe ſpargente, *cauliculos* promit multos, pedales, vimineos, hinc ſuſos & crebris nodis diſtinctos: & iis bis alata folia 13. 15. & 17. vni coſtæ hærentia, extremo, ſemper imparem numerum faciente. Prodeunt deinde ex alis tenues *pediculi* ſeu *virgula*, *floſculos* in ſpicam congeſtos ferentes, Piſi aut Viciæ florum formâ, ſed longè minores, coloris dilutè cærulei, vel ex cæruleo purpuraſcentis: quibus ſuccedunt exiles quaſi duplicatæ *Siliqua*, *Semen* puſillum continentes, renis ferè formâ, nigrum.

Ea quam antè tradidimus variis in locis ad Danubii ripas provenit, ac colitur etiam in hortis, vt habuit Argentinæ Meierus, & Pforzhemiæ Grieningerus. Rarior verò eſt quam hîc pingimus, quæ Nobis in horto floruit Iulio.

ONOBRYCHIS QVIBVSDAM FLORE PALLIDO, vel Polygalon.



Seſquicubitalibus aſſurgit *ramis*, rectis, duris, viridibus: in quibus *folia* Lentis, vel Viciæ ſylueſtris. *Ramuli* extremo caule ex alarum ſinu prodeuntes palmares, ſtriati, in dodrantales *Spicas* *floſculorum* Trifolii flores æmulantium, oblongiuſculorum pallidorum, deſinunt, quibus impreſſi nigricantes quidam radii: iis deinde ſuccedunt *Siliqua* mucronatæ, duabus valuulis conſtantes, in quibus *ſemen* Fœnogræco penè ſimile, ſed minus & nigrum. *Radix* craſſa, dura, lignoſa, longa, fibrata, candicans, perennis.

Rariſſima eſt hæc, ac duobus tantùm locis conſpecta Cluſio, cui, vt & Tabernæmontano, eſt Onobrychis 3. Polygalon inſcripſit Geſnerus, quia lac pecori auget. Nos verò Cluſii Figuræ ſiliquas appinximus ex ſicca planta quam à Geſnero habuimus.

GLAVX, GLAVX HISPANICA: Germ. *Schielkraut*: Gallis *Herbe à laict*: Ital. *Glaux*.



Glaux, γλαὺξ inquit Dioſcorides, Cytiſo aut Lenti ſimilia habet *folia*, quorum inferna partes albidiora, ſupernè virides. *Ramulos* per terram producit quinque aut ſex, tenues, palmi altitudine à radice: flores Leucoio ſimiles, ſed minores, purpureos. *Sic ille*, à quo haud multùm abſcedit Plinius. Eam tamen *Glaucium* cum *Glauce* confundere ſcribit Cornarius dicitque *Glaucen herbam* Officinis & Herbariis eſſe: hodie incognitam.

Inter plantas autem quæ *Glaux* nomine à Recentioribus traduntur, nullam magis ad amuſſim Dioſcoridis deſcriptioni reſpondentem hac reperit Cluſius, qui Hiſpanicam inſcripſit, eò quòd non niſi in Hiſpania obſeruetur, & quidem ad Fluminis Thormis, Salmanticam alluentis, ripas.

GALLEGA, RVTA CAPRARIA: Germ. *Geys Rauten*: Gall. *Galega*: Ital. *Lauaneſe* & *Lauamani*.



Hinc inde per terram ſpargit tenues *radices* albas: *caules* verò tollit bicubitales & altiores, ſtriatos, inanes, ramis compluribus brachiatos. *Folia* Viciæ: *flores* albi, vel ex albo violacei, *ſiliqua* teretes, tenues & oblongæ, in quibus *ſemen*.

Fracaſtorio dicitur *Herba Gallica*, quibuſdam *Fœnumgræcum ſylueſtre*, aliis *Onobrychis*, aliis *Glaux*, aliis *Polemonium*, aliis *Polygalon*, atque ab aliis *Rutæ ſylueſtris* ſpeciebus annumeratur.

In vliginoſis locis, fontium aggeribus, montibus & aruis frugiferis paſſim prouenit, ac colitur etiam in hortis. Floret Iunio & Iulio, ſemen verò autumno maturat. *De viribus in ſequentibus.*

GALEGA MONTANA DALECHAMPII.



In præaltis naſcitur montibus: nec quidem in eorum ſalebris aut præcipitiis, ſed in eorum vbi quædam planities illis occurrat.

Cæterùm ob varios vſus magni fit Galega in genere. Succi cochlearia aliquot pueris dantur tum contra vermes tum contra Epilepſiam. Valet, authore Matthiolo, non modò aduerſus peſtilentiam & lethalia medicamenta: verùm etiam contra ferarum omnium quæ vel dentibus aut aculeo, venenum emittunt, tum morſus tum ictus: in quem vſum & herbam vel eius ſuccum in poto exhibent, vel eum, emplaſtri modo, vulneratis partibus imponunt.

GALEGA NEMORENSIS VERNA.



Veris nuncius Galega ſylueſtris pedē altos habet *caules*, ex *radicibus* multiplicibus, fibroſis, nigris, perennibus, numeroſos ſurgentes in quibus *folia* conſpiciuntur ſimi. magnitudine & formâ ad ... folia plus accedentia. *Flores* in pediculo veluti ſpica ... ſeptem aut octo, qua... minibus, purpure... poſtmodùm ver... quos *ſiliqua* excipiunt ... duas longæ, nigræ ... bus *ſemina* exigua, ... vel oblongiuſcula. *Radix* quotannis ... tum pull...

Orobus ſylvaticus dicitur Schvvenckfeldio, Camerario & Thalio. Orobus Pannonicus purpureus primus Cluſio: Phaſiolus Sylueſtris ... ſtirpis Lugdunenſi.

Prouenit inter arbuſta ſubarboribus, floreat que Aprili & Maio.

Hi

GALEGÆ NEMORENSI VERNÆ SIMILIS; ſi non eadem, flore albo.




Ad Orobi, *Phaſeoli Sylueſtris*, aut *Viciæ genus* aliquod commodè referri poſſe exiſtimat Cluſius. Nõnulli verò, vt ait Dodonæus, *Eruum Venetum* appellant.

In montibus, inquit Cluſius, vallibus, locis vmbroſis, & ſole illuſtratis vẽtoſis vbique oritur: floréque Maio, & Iunio menſe perficitur. Reperit Cluſius in Auſtriæ & Bohemiæ collibus herboſis, ac in hortis etiam coli aſſerit.

A præcedenti, autem in eo tantùm diſtare videtur, quòd illa purpureos cæruleóve habeat flores, at hæc albos. Quod verò Columna plãtam hic pictam, quam fusè deſcribit, Dioſcoridis, Plinii & Galeni *Aſtragalum* eſſe ſtatuere non veretur, minimè probamus.

GALEGÆ NEMORENSI SIMILIS MVLTIFLORA, flore purpureo & albo.



Orobus Venetus primus purpureo flore, & alter, ſiue ſecundus, qui foliorum duntaxat & ramorum colore differt, qui ex viridi palleſcit, & floribus, qui preterea ſũt albi, *Cluſio. Orobus Venetus primus & alter Cluſii*, ſeu purpureus & albus *Penæ in Baldo*. Inſignis Botanicus & Medicus Argentinenſis D. Agerius plantam hic pictam, in horto Bononienſi collectam, obtulit Nobis, nomine Orobi latifoliæ coloris albicantis. Creuit verò eadem Nobis in horto Montbelgardenſi è ſemine Venetiis miſſo, & floruit Maio.

SECVRIDACA, HEDYSARVM, PELECINVM: Germ. *Linſen vnkraut*: Gall. *Securidaca, Hedyſaron*.




Hedyſarum ait Dioſcorides, quod *Pelecinum etiam* vocat, frutex eſt minoris foliis, Ciceri ſimilib. *ſiliquis* corniculis referentibus, in quibus *ſemen* fuluum, guſtu amarũ, à cuius *forma* ancipitem ſecurim æmulante, plantæ inditum nomen.

Vnius tantùm Hedyſari, Pelecini, ſiue Securidacæ meminere Dioſcorides, Plinius & Galenus: at eius duo genera faciunt Neoterici, *Maius & Minus*.

Maius quod hic pingimus ſeritur in hortis, & paſſim variis locis inter ſegetes naſcitur. Idque per vniuerſam Pannoniã, Auſtriam, Stiriam, Morauiam atque Bohemiã, tùm in pratis tum in agris, & ſecũdũ vias, vulgatiſſimũ eſſe ſcribit Cluſius. Floret, autẽ Iunio, ac interdũ etiam tota Æſtate, ſemenque Iulio & Auguſto maturare.

SECVRIDACA ALTERA SIVE MINOR.




Sponté etiam naſci perhibet Dodonæus, quod Nos non obſeruauimus. In hortis verò Geneuæ & Montbelgardi habuimus, florentem Maio, & ſiliquas proferentem, atque Hyemem perferentẽ.

Variat autem vtraque Securidaca floris colore, qui vel luteus, vel candidus, vel ſubalbidus, vel intenſè purpuraſcens.

Cæterùm ſtomacho in potu vtile eſt Hedyſarum, authore Dioſcoride, additur & in Antidotis. Cum melle verò ſubditum ante coitum, ſpem partus adimere creditur. Semen & totius fruticis ramulos viſcerum obſtructiones expurgare ex Galeni monumentis habemus.

SOLEA EQVINA, LVNARIA MINOR: Germ. *Montraut & Monkraut*: Gall. *Fer de cheual*: Ital. *Sferra cauallo*.



Lunariam inſcribunt Alchymiſtæ: alii *Securidacam montanam*, alii *Securidacam minorem*, alii *Hedyſarum*, cui naturã eſt adſimilis. Soleæ, autem equinæ nomen potius à ferri equini figurã obtinuit, quàm ab eo quod Vano rumore, equis calceos ferreos calcare extrahere creditur.

Oritur in montibus & floret Maio, Nobiſque aliquoties ex montium Yuerdunẽſi vrbi imminentium cacumine, Suchet dicto, allata.

Calida autem & ſiccæ eſt naturæ, exigui in Medicina vſus, quamuis eã nonnulli in potionibus vulnerariis vtantur. Quæ verò de ea mira fabulantur Chymiſtæ, non eſt noſtri Inſtituti recenſere.

SOLEÆ EQVINÆ, ET ORNITHOPODIO affinis Herba.



In quibus hæc cum Ornithopodio, & Ferro equino cõueniat, in quibúſve ab iis differat, ex Iconæ liquet.

An Geſneri de coll. ſtirp. *Meliloti ſpecies humilis*, bina è regione foliolis, cuius ſunt flores ſuauẽ quemdam lacteum odorem referunt, ſiliquas curuas, & vnguium ſpecie proferens?

Monſpelii prouenit prope patibulum, florens Aprili & Maio. Baſileæ circa *Vuaſſerfall*, florens Iunio; Geneuæ in monte Saleuæ, florens Maio. Solea autem equina, de qua proximè antè actum, hortorum etiam inquilina facta eſt: vt Nos in noſtris habuimus, ex ſemine Florentiã miſſo.

LVNARIA RADIATA.



Siliquæ huic plaſculæ, formâ & elegantiâ pulcherrimæ Vnciam longitudine vix ſuperant, colorîſque ſunt ex raffo ſubcinerei, vtrinque dentatæ, neruo per medium currente diſtinctæ. Atque in iis gemino verſu *ſemina* continentur exigua, compreſſa, Lentis colore ac rotunditate, verùm multis numeris minora, leuitérque ſinuata, ſaporis Leguminoſi.

An Cluſij *Securidaca peregrina*? An Cortuſi *Scolopendra Leguminoſa*, vel Hedyſarum peregrinum quod nomen ei aptius conuenire videtur?


SCORPIOIDES, LEGVMINOSA.



Radicem habet longam, tenuem, ſimplicem: *cauliculi* palmares & ſeſquipalmares, hirſuti: *folia* Ornithopodij foliis æqualia, exigua, hirſuta, acuminata, & ordinibus incana, pinnatim in coniugationes decem, aut plures, digeſta: *flores* extremis ramulorum hærent coaceruati, Ornithopodij floribus haud abſimiles: quibus ſuperueniunt intortæ *ſiliquæ*, ſenſim attenuatæ, & modicè compreſſæ.

In agro Neapolitano variis locis iuxta vias inter Scillas prouenit. *Scorpioidem leguminoſam* inſcribunt etiam Lobelius & Pena in Aduerſ. & Icon. Pl.

ORNITHOPODIVM, AVIS PES: Gall. *Pied d'oiſeau*: Brabantis *Vogeleet*.



Ornithopodium Dodonæo dictum è *radice* puſilla *cauliculos* promit plures, dodrantales, tenues, & in ramos diuiſos. *Folia* Lenticulæ ſed minora. *Flores* Leguminacei, flaueſcentes, plures in vnius ſurculi faſtigio ſimul iuncti, pediculis perquàm breuibus. *Siliquæ* copioſæ, pedem auiculæ digitatum exprimentes, teretes, nodis quinque aut ſeptem diſtinctæ, in quibus *ſemina* ſunt ſepic. âve, Napi aut Rapi.

Naſcitur, inquit Dodonæus, in aruis, ſegete potiſſimùm demeſſâ: reperitur & locis incultis, velut in collibus, pratíſque ſiccis & apricis, ac ſecus vias.

ORNITHOPODIVM TVBEROSVM DALEchampii, flore ex albo rubeſcente.



Radice donatur multiplici, huc illuc fusâ, tenuibus fibris capillatâ, crebris tuberculis nodoſâ, dura, rotundis. *Cauliculi* multi humi plerique ſparſi. *Folia* Viciæ, ſed minora. *Flores* in ſummis ramulis ex albo rubeſcentes. *Siliquæ* exiles, curuæ, vt plurimùm ternæ, ac velut articulis quibuſdam diſtinctæ: atque in iis *ſemen* minutum.

Naſcitur in aridis & ſabuloſis.

Herniariam quidam vocant, quòd herniis miré auxiliari credatur, ſumpta & admota. Valet & ad renum calculos, eóſque frangit & eiicit.

STELLA LEGVMINOSA CORTVSI.



Cortuſo debetur rariſſima hæc Planta, quæ *foliis* exit Leguminoſæ Scorpioidis, *floſculis* verò Lampſanæ. *Semen* exile pullum in corniculis tantillum falcatis, vno pediculo apertis, & radiatim congeſtis, ſtellam exprimentibus, guſtu leguminoſo & glutinoſo.

Stellam leguminoſam Lobelij vocat Hiſtoria Lugd. Num verò eadem ſit cum *Stella*, illa decantatiſſima herba. Hibernis celebrata, humi depacta, fides eſto, inquit in Aduerſ. Lobelius, penes illos qui viderunt & retulerunt.

TRIBVLVS TERRESTRIS: Germ. *Felde kletten*: Gall. *Tribule terreſtre*: Ital. *Tribulo terreſtre*.



Tribulus de quo hic agimus, *terreſtris* dicitur, ad differentiam alterius in aqua naſcentis, de quo ſuo loco. Eſtque Tribulus terreſtris, ex Theophraſti, Plinij & Neotericorum plurimorum opinione, rurſus *duplex*. *Vnus* enim folium Ciceris habet, *alter* ſpinoſum & aculeatum. Huius meminit Theophraſtus, eique Portulacæ folia tribuit, alium verò omiſit.

In Adriatici, Thyrreni & Gallici mediterranei maris pulueruléntis & ſabuloſis pl[...] nitiebus reperitur, eáſque [...] nerantibus infeſtas, & [...] pemodum imperuias, red[...]. In foſſis circa Monſpeli[...] etiam vidimus. ac Montbelgardi in S. P. horto etiam coluimus. Inter frugum morbos recenſetur. *Plura in Appendice.*

LOTVS

LOTVS, LOTVS SATIVA: Germ. Belg. & Gall. *Lotus*: Italis *Loto domeſtico*.



Eſt *Lotus arbor*, de qua antè in Claſſe II. & *Lotus herba*, de qua iam agimus. Illius varias recenſent ſpecies, *foliis*, *caulibus*, *floribus* & *fructibus* à ſe inuicem diſtinctas. Primariòque quidem in *ſatiuam* & *ſylueſtrem* diſtinguitur: ſed cùm de Loto breuiter admodū ſcripſerint Theophraſtus, Dioſcorides, Plinius, Galenus & reliqui veteres Authores: diuerſæque admodum apud diuerſos Loti nomine donentur Plantæ, quænā ſit Veterū Lotus ſatiua, quænámve ſylueſtris, minimè promptū eſt dicere. Sic igitur ferè promiſcuè vtrámque cum Meliloto & Trifoliis herbis cogimur tradere. Pingimus hic Lotum corniculatam minorem hirſutam, de reliquis in ſequentibus acturi.

LOTVS, LOTVS SATIVA IN GENERE. Lotus Corniculata minor glabra.



Lotū ſatiuam ſunt qui eam eſſe plantam exiſtiment, quā vulgares Herbarii & Officinæ falsò *Melilotum* appellāt, eorúmque opinionem non improbat Senenſis Cōmentator. Alii *Trifolium* illud eſſe volunt quod in pratis & alibi paſſim prouenit. Amatus *Alleluya* eſſe indicat. Nobis eſt *Lotus corniculata minor*, tum hirſuta (mas) iam tradita, tum glabra (fœmina) quam hic pingimus.

C. Bauhino eſt *Trifolium corniculatum minus*. Dodonæo *Trifolium corniculatum*. An Lobelio & Penæ in Aduerſ. *Melilotus coronata*?

In pratis & collibus ſiccis prouenit vtraque ſpecies, quemadmodum Geneuæ, Baſileæ & Montbelgardi Maio & Iunio florentes obſeruauimus.

LOTVS CORNICVLATA MAIOR.



Minore multò eſt altior. *Caulibus* enim cubitum aut ſeſquicubitum altis aſſurgit. *Foliis* per ramos tribus ex vno pediculo, vncialibus circiter, duobus itidem pediculi expertibus caulem complexis. *Flores* in peculiaribus ſurculis, & in ſummo caule, in orbem congeſti, maiores, lutei, foliis quibuſdam coronæ ſubiectis: ſequuntur *ſiliquæ* numeroſę, vnciales & ſeſcunciales. *Trifolium corniculatum maius* vocat, C. Bauhinus.

In ſepibus & dumetis prouenire ſolet: frequénſque reperitur inter Montbelgardum & Pagum Souchaut. An Tragi Meliloti quarta ſpecies, quæ Serapionis Melilotus eſſe poſſit?

LOTVS CORNICVLATA; SILIQVIS ſingularibus, binis ternisve,



Infirmâ & multifidâ radiculâ terræ hæret: caules emittens rectos, numeroſos, pedales, ramoſos, ſubrubentes, longiſque albicantibus pilis obſitos: ad quorum nodos terna *folia* Meliloti nobilis, oblōgiora, acutiora, birſútque, nihilo minora, caule ad pediculi exortum iuncta. Ex ſuborum ſinu pediculus exit ſingularis, tenuis, vncialis & longior: in cuius cacumine *flos* luteus, hians, ex calyce hirſuto. *Siliqua* plerūmque ſingularis (rariſſimè binæ,) vnciam longa, teres, tenuis, ruffo, tuteodo, Portulacæ parum, nitroſiſſimo, & ſaporis Leguminoſi, *ſemine* referta.


LOTVS SILIQVOSA FLORE FVSCO, Tetragonolobus.



Citra controverſiam longè pulcherrima eſt hæc Lotus, quæ Nobis in horto Montbelgardi prouenit ex ſemine Florentiâ accepto, ſeminis *Sandalida Cādia* appellatione. Flores Iunio, ſemina Auguſto matura, eſtque vnica planta, nuſquam alibi à Nobis viſa, nec à quoquam alio deſcripta.

Simplice eſt radiculâ, paucisque fibris donatâ: ex cuius capite complures oriuntur *caules*, cubito longiores, teretes, hirſuti, in aliquot alas diuiſi, procumbentes ferè. *Folia* ex certis interuallis terna. *Flores* ex foliorum alis Piſi formâ, minores, holoſericum vulgò dictum fuſcum provocantes. *Siliquæ* ſeſquiunciā longæ, anguloſæ, craſſiuſculæ, quatuor membranis, ceu ſagittarum alis appoſitis, donatæ: in quibus continentur ſemina magna rotunda ſubflaua, quæ dentibus reſiſtunt.

LOTVS SILIQVOSA, RECVRVIS, AC CORVOrum pedum digitos referentibus, ſiliquis.



Tenuibus ac viticuloſis cauliculis appenduntur recurvæ, & Coruorum pedum digitos referentes, *ſiliquæ*. *Coronopum ex Codice Cæſareo* inſcribit Dodonæus: eámque à Bernhardo Paludano, haud longè à Tripoli, atque ad montis Libani radices repertam, teſtatur. Caſp. Bauhinus *Trifolium* 57. facit, & Coronopum ex Codice Cæſareo, Dodonæi vocat. Cur verò Herbam Stellam nuncupent, nonnulli non videmus, quæ enim tanta conuenientia?

Lotvs ornithopodii siliqvis, flore luteo, nigris lineis ſtriato.



Ex Icone & Titulo ſatis innoteſcentu plantâ hac, addemus tantùm ſemen in ſiliquis contineri copioſiſſimũ, cùm interdum etiam in vnica ſiliqua ad 14. ſemina contineantur.

Lotus peculiaris Ornithopodÿ ſiliquis, Camerario. *Trifolium* 56. *ſiue ſiliquis Ornithopody* Caſpar. Bauhino in Phyt.

Lotvs siliqvosa lvtea Monspeliensis.




Radix huic craſſa, longa, lignoſa, fibris multis donata; *folia* Loti corniculatæ, ſed maiora: *flos* vnicuique cauliculo in cacumine vnicus, magnus, luteus, quatuor ſtriis ad latera donatus, ex longo calyce erumpens: *ſiliquæ* ſeſcunciam longæ, in quibus ſemen exiguum, guſtu adſtringens.

Frequens eſt, authore Cluſio, in omnibus Auſtriæ & Pannoniæ pratis. Vidimus verò Nos Genevæ florentem in pratis Maio, nec longè etiam à *Bruck*, quà iter ad Thermas Helueticas, collegit C. Bauhinus. Ipſi verò eſt *Trifolium* 51. *ſiue ſiliquoſum luteum*.

An Cæſalpini *Polygala in maritimis naſcens* vulgari Meliloto ſimilis?

Lotvs sylvestris ex codice Cæſareo.



Depingitur *caule* recto: *foliis* Trifolii, & è ſinu horũ pediculis primò *flores*, deinde *ſiliquas* proferentibus; quæ teretes ſunt, & quàm Fœnugræci minores, vt imago oſtendit.

Huiuſmodi autem ſylueſtris Lotus hactenus incognita latet, & nonniſi in vetuſto Bibliothecæ Cæſareæ Codice reperitur, authore Dodonæo.

C. Bauhino eſt *Trifolium* 48. & *Lotus ſylu. ex Codice Cæſareo*.

Lotvs hierazvni cretica Belli, ſeu Trifolii genus edule.




Edule eſt, ſi Honorio Bello credimus, hoc Loti genus: in foro enim eius *ſiliquæ* antequam dureſcere incipiant venales reperiuntur, ac à pueris & fœminis libentiſſimè eduntur, vt pote ſucco ſæ & dulces, Piſi recentis guſtu.

Caules à radice multos profert, *folia* terna, craſſiuſcula, mucronata, *flores* Piſi lutei; *ſiliquæ* rotundæ, falcatæ, ac, pro plantæ ratione, magnæ, *ſemen* Aſtragali Monſpelienſium ſemini non abſimile.

Inuenitur inter ſegetes, & in marginibus agrorum.


Melilotvs vvlgaris, Trifolium odoratum: Germ. *Steinklee*: Gall. *Melilot*: Ital. *Meliloto*.



Meliloti, vt Loti, variæ ſunt æquiuocationes: *Sertam* & *Sertulam Campanicam*, vt & *Coronam regiam* vocabant Veteres. *Sertulam* quòd flos eius ſertis & ornamentis eſſet dicatus: *Sertulam Campanicã*, quod ſit in Campania Italiæ laudatiſſima. *Coronam* verò *regiam*, quòd luteis floribus ſuperbè coronetur. Hodie etiam variæ Meliloti nomine donantur Plantæ, ſed ex iis omnibus Cordi & Matthioli, & noſtro iudicio, Vera & legitima eſt *Melilotus vulgaris* dicta, hic picta, quæ à plæriſque *Trifolium odoratum* inſcribitur.

Paſſim (ad fluuiorum præſertim ripas) prouenit, floretque totâ Æſtate, flore luteo & albo.

Meliloto vvlgari affinis, folio minore & anguſtiore.



Hæc inquit Dodonæus, vniuerſæ Germaniæ Officinæ, vtuntur in omnibus Medicamentis ac Compoſitionibus pro vera Veterum Meliloto. Odorata ſiquidem eſt, in caliditate & frigiditate ferme temperata, ac nonnullæ [illegible]ritudinis particeps, [illegible] digerendi facultatem cum [illegible] quadam adſtrictione habet. [illegible] propterea Emplaſtris & Cataplaſmatis digerentibus [illegible] reſoluentibus, nec non [illegible] [illegible]quentibus, tum & [illegible] vtiliter admiſcetur. Romæ, authoribus Monachis, [illegible]tes Trifolium hoc [illegible] pro ſuffumigiis & aliis [illegible] odoramentaſum laſatur a [illegible] [illegible]endis.

Mel

MELILOTVS MAGNO SEMINE, ROTVNDO ET rugoſo. floſculis melinis Meliloti vulgaris.



Camerarius inter Melilotos hanc depingit, vocátque Italicam. In horto verò eius inſcriptioni addit vocari *Melilotum verum*, in Moſis autem incolis *Malatro*, in Romano agro, ad Antiquorum imitationem, *Coronellam* vocari. An Anguillaræ Il yirco aut *Dirisina*? C. Bauhino eſt *Trifolium* 34. ſiue *Italicum*.

Sata in horto S.P. Montbelgardi floruit Iunio, ſemina verò matura protulit Auguſto & Septembri: quo menſe ſparſo etiam planta nouellæ ex ſemine deciduo. Semen autem pro Meliloti Hiſpanicæ miſerat Nobis Toſſanus Carolus.

MELILOTI ITALICÆ, SYRIACÆVE alia Icon.



Non multùm placet antè propoſita Fuchſiana Figura, ac propterea meliorem Nos hic tradimus. Italicam autem dictam Melilotum, *Maiorem Melilotum* vocant Tragus & Fuchſius: *Lotum ſylueſtrem* Geſnerus, ac alicubi *Melilotum verum*: *Melilotum* verò Syriacam, è Syriaca Alepo primùm allatam nonnulli, ac inter eos Pena & Lobelius, qui huius familiæ optimam & elegantiſſimam faciunt. C. Bauhino in Phyt. eſt Trifolium 24. ſiue odoratum, corniculis reflexis.

Monſpelii, Baſileæ & Venetiis vidimus in cultioribus hortis: ſatam tamen degenerare obſeruauimus.

TRIFOLIVM: Germ. *Klee, Vuiſenklee*: Gall. *Treſſle, Triolet*: Ital. *Trifoglio*:



Trium tantùm Trifoliorũ capite proprio meminit Dioſcorides, nec plura habet Plinius. At, vt rectè notat Matthiolus, de Aſphaltite tantùm Dioſcoridi eo capite ſermo: reliqua verò Trifolii genera ipſi minimè fuiſſe ignota ex capite de Loto ſylueſtri patet.

Plurima autem complectitur Trifolium genera, plurimáſque ſpecies & differentias agnouêre plerique omnes. Septuaginta ſibi notas tradit C. Bauh. innumerabiles inuenit ſpecies Tragus: ac Nos etiã plurimas numerauimus & notauimus radice, caule, folio, flore, fructu, ſapore, loco, tempore, temperamento, viribus & vſu inter ſe diſtantes, de quibus iam agemus, facto à *Trifolio vulgari purpureo*, quod hîc pingimus, initio.

MELILOTVS ITALICA CORNICVLIS INCVRVIS, Trifolium Italicum quibuſdam dicta.



Præcelſum eſt Trifolium, teretum que caule ſub rotum, & altius nitidum, alis multis brachiatum, iiſque craſſis & firmis. *Folia* terna ex breuibus pediculis, Meliloti Germanicæ foliis haud multùm diſſimilia, oblonga ſerrata, glabra: è quorum ſinu pediculi exeunt palmares, quorum cacumina ornant Meliloti Syriacæ *Flores*, in eis fragrantis & pertinacis odoris. Eos verò excipiunt *ſiliquæ* falcatæ, vnciales, compreſſæ, ſtriatæ, gemino verſu alato pendulæ.

Melilotum Italicam & Patauinam nuncupat Lobelius in Obſ. & Icon. Pl. Trifolium coronatum aliquam Dodonæus: Melilotum Italicam Fuchſius, cuius Iconem exhibemus, eandem habentibus etiam Trago & Dodonæo.

ABSVS FOLIIS TRIFOLII, ALPINI.



Eſt Herba palmi magnitudine, vel aliquantò maior, *folius* Trifolii vel rotundioribus, quaternis ſingulæ alæ appenſis. *Flores* paruos albos, & *ſemina* Piſi ſeminibus proxima ferens. Eam, teſte Alpino, de Plantis Ægypti, Incolæ ſermone vernaculo *Abſus* vocant.

TRIFOLIVM ARGENTATVM FLORIBVS luteis.



Radix huius ſingularis, lignoſa & gracilis, *caules* fundit palmares & longiores, teretes, hirſutos: *folia* terna, alterâ parte argenteo colore ſplendentia, piloſa, alterâ verò viridantia. *Flores* cacumini caulium hærent magni, lutei, hirſuti, è laciniato villoſo calyce.

In via Monſpelio Frontignianum verſus, & in monte Sethi, floret menſe Auguſto.

C. Bauhino in Phyt. eſt *Trifolium* 34. Lobelio in Obſ. & Icon. Plant. *Lotus aſpalatos fruticoſa Lobelij*.

TRIFOLIVM ALBVM, RECTVM, hirſutum valdè.



Folia huic canâ lanugine pubeſcunt; *flores* extremis tumulis emicant, plures iuncti, candidi: *ſiliqua* ſpadiceæ ſunt, *ſemen* flaueſcit: *caules* & florum calyces hirſuti valdè. Monſpelij iuxta Gramuntiam ſyluam abundare obſeruauimus.

An *Oxytriphyllon* Scribonij Largi, vt nonnullis placet? An Cæſalpini *Glaux* quæ in aſperis naſcitur? Hiſtoriæ Lugdunenſi eſt *Lotus ſylueſtris Matthioli*.

TRIFOLIVM HALICACABVM, SIVE veſicarium.



Caules fundit cubito longiores, ac villoſâ lanugine obductos. *Folia* terna, quaterna, ſena vel ſeptena, hirſuta, extremo reliqua magnitudine ſuperante. Ex alarum ortu prodeunt pediculi, quorum cacuminis totidem *floſculi* lutei, parui, quibus ſuccedunt inſignis magnitudinis turgidæ *veſicæ* fuſcæ, lanuginoſæ, *ſemina* claudentes duo Arachis ſimilia.

Montbelgardi Nobis in horto prouenit: C. Bauhino verò eſt *Trifolium* 55.

TRIFOLIVM ASPHALTITES SIVE BITVMINOſum, Oxytriphyllon & Menianthes dictum.



Iis nominibus apud Græcos hoc Trifolium appellari ſcribit Dioſcorides, quamvis Oxytriphyllum à Trifolio Aſphaltite diſtinguere velint nonnulli. Ab odore autem Aſphaltitis huic Trifolio nomen.

Dicitur nonnullis *Trifolium fœtidum*, ac quibuſdam *Trifolium ſimpliciter*, atque aliis *Loti ſpecies Ægyptia*. Calidum & ſiccum eſſe in tertio gradu, vrinamque & menſes prouocare, & laterum dolores iuuare, ex Galeni monumentis habemus.

In Creta nihil vulgatius, in maritimis, teſte Cæſalpino, naſcitur, gracili ſolo. In Germania verò & Belgio nuſquam ſua ſponte prouenit, ſed in hortis tantummodò ſatum. Vidimus verò Monſpelii circa Caſtelnef, Aprili, Maio & Iunio florens.

TRIFOLIVM AMERICANVM.



Sic inſcribunt Botanici Trifolium hoc ex America in Belgium olim allatum, vbi Iul. & Auguſto florebat. Trifolij autem bituminoſi ſpeciem eſſe odor grauis, & eius odori haud diſſimilis, videtur oſtendere. Cæſalpino dicitur *Trifolii quoddam genus latifolium ex America allatum, odore ingrato*: C. Bauhino in Phyt. *Trifolium* 4. ſiue *Americanum*.

Cæterùm Trifolio Aſphaltiti dicto congener omninò in horto noſtro *habemus*, cuius folia odore omni penitùs deſtituta ſunt, flores verò ſuauiter olent, quæ non obſcura eſt differentia.

ARBOR TRIFOLIA INDICA.



Haud quicquam curans adminicula, per ſeſe rectâ ſurgit: *caule*, vel ſi mauis, trunco quadrato, breuiſſimis pilis hirſuto: *foliis* ornata parte inferiore quoque hirſutis, ternis, anguſtis, Trifolii bituminoſi, ex longo pediculo. Sata Montbelgardi in S.P. horto Nobis prouenit, nec plura animaduertere licuit.

SECVRIDACÆ GENVS TRIPHYLLON.



Pedales habet & graciles, ſed robuſtos, *caules*, *foliis* donatos ternis, ſimul iunctis, per extrema latioribus, crenatis: quibus, veluti ad caulium articulos, mediocribus interuallis diſtantes, *ſiliquæ* falcatæ verticillatim apponuntur, Meliloti Italicæ ſiliquis pares, dęq. aut duodenę, caulem coronantes, ſemuncia longiores, graciles, ſtriatæ. An Herbariorum *Fœnugræcum ſylueſtre*?


In agro Monſpelienſi, & more Gramuntio et ... plantiſque incultis H... locis prouenit: atque ... tis nonnullis colitur.

TRIFOLIVM PVRPVREVM MAIVS, FOLIO & ſpicâ longiore.



Ad cubitum & ſeſquicubitum excreſcit, caulibus craſſiuſculis, valeopilis, variè diuaricatis: in foliis ſubinde ſedit, interdum ſemunciam vix excedunt, altra vero ſescunciam ſunt, ſemiunciali latitudine, oblonga, acuminata, cōcinnè per ambitum crenata, admodum venoſa, criſpa, trigemina, pediculo nixa in vaginam valde laxam, pinnâ, utrium vnciatum aut longiorē complectentem, deſinente. Flores rubentes in ſpicam palmarem & maiorem diſpoſiti, e calycibus in pinnas longis tenuiſſimas diſſectis.

TRIFOLIVM PVRPVREVM MAIVS, folio & ſpicâ breuiore.



Hoc cum præcedente floret Majo & Iunio menſibus: vtrumque, authore Cluſio, in Pannoniæ, Auſtriæ & Stiriæ montibus, alpeſtribus que pratis & ſyluis, admodum frequentia. Nos Geneuæ obſeruauimus prope Champé, florens Iunio, & Baſileæ in horto D. Fœlicis Plateri.

Cytiſum vocant Tragus & Lonicerus, ſed magno errore. Lobelio in Obſ. eſt Lagopus altera: Dodonæo Lagopus maior altera: C. Bauhino in Phyt. Trifolium ſpicatum folio pinnato. An Horti Lulæ, Trifolium montanum purpureum?

TRIFOLIVM ALPINVM RVSTICVM Aſtragaloides.



. Folio eſt oblongo acuminato & glabro: floribúſque magnis, raris & purpureis: in cæteris verò à reliquis haud multùm diſtat. Viſque alibi ſit obuium quàm in ſummis montium iugis. Plantáque eſt admodum rara & perennis, florum colore purpureo peruenuſto.

C. Bauhino in Phyt. eſt Trifolium 42. ſiue alpinum minimum flore luteo. Penæ in Baldo Trifolium anguſtifolium alpinum, radice ſaporis ſubamari.

TRIFOLIVM STELLATVM PVRPVREVM Monſpeſſulanum:



B'palmares non planè ſurrectos, ac quoſdam etiam in terram procidentes, fundit ex gracili lignoſo radice caules, totos denſâ lanugine obſitos. Folia terna, longis nixa pediculis, cordata, tantillùm per oras ſuperiores crenata, penitùs hirſuta. Florum glomerem dioiſi, purpurei, purpureo villoſo calyce, cuius diductæ pinnæ radiatam ſtellam repræſentant.

C. Bauhino in Phyt. eſt Trifolium 35. ſiue ſtellatum, Monſpelij circa patibulum floret Aprili.

TRIFOLIVM ANGVSTIFOLIVM ſpicatum.



Radix huic vnica, caules plures firmi & palmares, folia terna graminea, hirſuta: Spica verò duarum circiter vnciarum, ex floribus purpureis congeſta, in calycibus lanuginoſis, pinnas quinque protendentibus.

Abundat prope Monſpelium, & floret Iunio.

C. Bauhino in Phyt. eſt Trifolium 38. ſiue ſpicatum anguſtifolium. Lobelio & Penæ, vt & Hiſtoriæ Lugd. Lagopus altera anguſtifolia.

TRIFOLIVM ALBO-INCARNATVM SPICATVM, ſiue Lagopus maximus.



Lobelio & Penæ in Aduerſ. Icon. Pl. & Obſeru. eſt Lagopus maximus, folio & facie Trifolij pratenſis. Caſpa. Bauhino in Phyt. Trifolium 36. Dodonæo Lagopus maior folio Trifolij. Hiſtoriæ Lugdun. Lagopus maxima. Annua eſt planta ex ſemine decidua ſe propagans, & pratorum ad flumina ſitorum incola.

Geneuæ obſeruauimus in pratis prope fluuium Arnam, florens Maio.

TRIFOLIVM ANGVSTIFOLIVM HISPANICVM, ſiue Lagopus anguſtifolius.



Caulis huic firmus, nodis quibuſdam diſtinctus, & in aliquot ramos diuiſus, naſcentibus ad ſingulos nodos pediculis, ſatis laxa ſede caulem & ramulos amplectentibus, quorum extremis terna reſident folia, vt in Trifolio albo incarnato, non orbiculata tamen, ſed longiuſcula & anguſta, nitentia & caneſcentia, teſtae foliorum vulgaris Lagopi: in ſummis ramulis *florum* dilute rubentium *ſpica*.

In Salmanticenſi agro, ad vinetorum margines, obſeruauit Cluſius.

TRIFOLIVM GLOMERVLIS PERSONATÆ, floribus paruis purpureis.



In humum reclinat palmares *caules* quos à repente *radice* emittit, plures, hirſutos, *floribus* veſtitos ternis, iunctis, per extremitatem lateribus, piloſis, paruis, purpureis. *Folia* terna magna, ſquammatim incumbentia ſubeuntiaque, lata, albicantia, per margines purpuraſcentia, ſimilibuſque ſtriis virgata, ac neſcio quid Garyophyllatæ aquaticę florum foliis ſimile habentia. Monſpelii in ſqualidis & ſiccis locis, circa Epiſcopi Caſtellum obſeruauimus, nec víquam alibi.

TRIFOLIVM PARVVM RECTVM, FLORE glomerato cum vnguiculis.



Longis tenuibúſque *fibris* radicatum, multos ſimul caules ſupinos emittit, palmares & ſeſquipalmares, teretes, glabros, propter terram albeſcentes; cæterà atro rubentes aut virentes. *Folia* minuta, tergemina, glabra, venoſa, leuiter ſerrata, ac nonnulla etiam cordata, longis pediculis, præſertim in ramulorum infima parte hærentia. Flores tum ſummo caulium faſtigio, tum ex eorum lateribus, glomeratim cohærent minuti, vnguiculum auiculę imitati, ex calycibus mutilatis, glabris, ſtriatis, per extrema denticulatis, duris.

In locis hiſpidis & ſaxoſis reperitur, ſed rarius occurit.

TRIFOLIVM CAPITVLO GLOMERATO rigido, flore luteo.



Tenuem ſingularem habet *radicem*, paucis fibris donatam, ex qua ſurgunt *caules* aliquot dodrantales, ſubhirſuti, atro-rubentes, variè diuaricati. *Folia* terna, longiora quàm ſtellati maioris, tantillùm hirſuta, oblonga, per extremum rotunda, Lagopi Fuchſii foliis ſimilia. Caulium faſtigia ornant Capitula ſingularia, glomerata, compactiora quam Maioris, Botonariæ paria, ſed Bardanæ echinorum aſperitate hiſpida.

Caſp Bauhino in Phyt. eſt *Trifolium* 40. ſiue *globoſo flore*. 4. Maio florens reperitur Monſpelii circa Caſtellum nouum.

TRIFOLIVM CVIVS CAVLES EX GENICVLIS glomerulos oblongos proferunt.



Eſt in quo Trifolium hoc cum Trifolio paruo recto, glomerato flore, conueniat: Eſt etiam in quo manifeſtè differat, vt ex vtriúſque icone ſatis liquet. *Capitula* autem huic oblonga denſo floſculorum, purpureorum agmine ſtipata, geniculis inſident: ſed pro ſingulis geniculis ſingula.

Nemauſi in incultis rupetis collegimus.


TRIFOLIVM GLOMERVLIS TOMENTOSIS per caulium longitudinem.



Anguloſi & glabri huic *caules*, *folia* terna iuncta ex oblongo rotunda, glabra, crenata, pediculo donata ferè vncìali, cuius exortui adnata ſunt napiona maiuſcula, ex lato mucronata, caulem complexu ſuo comprehendit. *Floſculi* minuti, pallìduli, glomerati quos ſequuntur folliculos in tomentoſorum candicantium *glomerulis*, in quibus ſemen rufeſcens oriundum, atque apopli lori dimatum.

In ſqualidis Gallo-Prouinciæ locis prouenit.

TRIFOLIVM FOLLICVLACEVM, SIVE Veſicarium minus purpureum.



Humi fuſos producit ex tenui ſimplicique *radice cauliculos*, dodrantales: *folia* ternatos [illegible], paruis, per extremum obtuſis, circumcirca crenatis, pediculo longo appenſis. E quorum ſinu [illegible] *pediculus* vnciã longior, *flores* ſuſtinens in orbem glomeratos, paruos, rubentes, quos mox [illegible] excipiunt *vtriculi*, ſatis laxi, bicorni faſtigio dehiſcentes.

Cluſio eſt *Trifolium pratenſe Salmanticum*, Hiſpanis *Trebol de prado* dictum: Tabernæmontano *Trifolium Hiſpanicum*. C. Bauhino in Phyt. *Trifolium* 6. *ſiue pratenſe folliculaceum*.

Ex ſemine e Belgio miſſo Nobis in horto prouenit, & floret Aprili.

TRIFOLIVM CAVLE NVDO, GLOMERVLIS GLABRIS: & aliud paruum cum glomerulis, lignoſum.



Ex *radice* craſſiuſcula *caules* exeunt ſimplices, nudi, glabri, pedales in glomerem florum purpureorum faſtigiati, ſubiectis *foliis* exilibus viridantibus. Sequuntur *vtriculi* floſculorum numero reſpondentes, laxiuſculi, ſqualidi, veluti neruulis intertexti, albidi: è quorum orificio adhuc floſculorum prominent reliquiæ. *Folia* tergemina, glabra, ſubrotunda, ferè vncialia. Illi verò & aliud paruum, lignoſum, cum glomerulis, in eadem hac Tabella adiunximus. Prouenit autem vtrumque in Galliæ Narbonenſis ſqualidis locis. Florent Iunij initio.

TRIFOLIVM PARVVM QVODDAM, SIVE Lotus pratenſis purpurea Dalechampij.



Lotus pratenſis purpurea, inquit Hiſtoria Lugd. *radicem* gignit gracilem, candicantem, parum capillatam; *cauliculos* multos ferè pedales, ſurculoſos: *folia* Loti, nunc terna, nunc quaterna, exigua: *flores* in ramulorum vertice copioſos, purpureos.

In pratis & humidis locis naſcitur.

TRIFOLIIS AFFINE QVADRIFOLIVM phæum Lobelii.



Lobelio in Obſeru. & Icon. eſt *Quadrifolium phæum* fuſcum hortorum. C. Bauhino in Phyt. *Quadrifolium hortenſe album*. Tabernæmontano *Lotus quadrifolia*. At cur illi omnes quadrifoliam faciunt hanc Plantam, cùm in Figura Lobelij etiam ſint quina.

TRIFOLIVM MAIVS ALBO FLORE, incanum, *Cluſij*.



Ternis, aut quaternis interdum aſſurgit *cauliculis*, pedalibus, firmis, rectis, teretibus, circa quos naſcuntur rara *folia* oblonga, anguſta, dura, ocimoſa, carinata & dorſo elatiore, terna ſemper ab vno exortu prodeuntia, incana, in ambitu veluti dentata, ab *radice* frequentiora & maiora. *Flores* extremis ramulis, in quos *cauliculi* ſeparantur, inhærent parui, frequentes, conferti, & ſpicam quodammodo efformantes, albo colore & nonnullo odore præditi. *Radix* viuax minimi digiti craſſitudinem æquat, fuſco & denſo cortice tecta: longa, aliquot fibris donata.

In pratis ſiccioribus, Viennæ, Auſtriæ metropoli, vicinis, atque etiam in Morauia & Bohemia prouenit: Maio que & Iunio florêt, ſcribit Cluſius.

TRIFOLIVM PRATENSE; FLORE ALBO; minus & fœmina, glabrum.



Contractiori eſt habitu quàm Mas, *cauliculis* breuioribus, infirmis, per terram ſparſis: per quos *folia* terna, parua, rotunda, glabra, retuſa. *Flores* glomerati, minores, ex longioribus appenſi pediculis, coloris albi.

Paſſim ac ſpontè prouenientem variis in locis obſeruauimus. Monſpelij verò Aprili florens vidimus *Trifolium pratenſe album* piloſum cum paucis floribus albis, duobus aut pluribus ſimul iunctis. Pumila autem admodum erat planta.

TRIFOLIVM PRATENSE LVTEVM MAS, flore minore, ſemine multo,



Ad pedalem & cubitalem altitudinē excreſcit hoc Trifolium: *caulibus* tamen non penitùs ſurrectis, quos à radice altâ, minimi digiti craſſitudine, ſaporis Leguminoſi, euulſu difficili, promit plurimos, hirſutos. *Folia* hirſuta, Trifolii purpurei & albi. *Flores* parui, lutei, ex multis floſculis minimis, formâ (ſi parua licet componere magnis) Geniſtæ aliorum aut Coluteæ, congeſti, globulum exprimentes: quibus ſuccedunt *ſemina* multa Meliloto Officinarum quodammodò ſimilia.

Melilotum exiguū inſcribit Tragus: Medicam Dodonæus: Trifolium arueuſe Tabern. Trifolium luteum Geſnerus: Saxifragam luteam Fuchſius. Reperimus verò Nos Geneuæ, Lugduni & fermè vbique ſpontaneum.

TRIFOLIVM PRATENSE LVTEVM fœmina, flore pulchriore, ſiue Lupulino.



Multa hoc cum præcedente habet communia: *radicem* exilem, duram: *cauliculos* graciles, hirſutos: *folia* terigemina, neruoſa: & *florem* luteum, ſed magnitudine & ſingularum *floſculorum* formâ diſferentem: duplò enim vel triplò maiores huic ſunt glomeruli, Lupulorū capitula imitati, minores, contrariòq; ſitu ſquammarum: quarum vnaquæque criſtata ſupremum conſtituit floſculorum folium, reliqua tria ſinu ſuo occultans.


Huius porrò pulcherrimi Trifolii *duæ* vulgò habentur *ſpecies*: minor paſſim prouenicns, & altera magna & robuſta, ad cubiti altitudinem ſurgens, cū pulchris magnis floribus. Aliqui fortè Bruſſel ſiſſ *Leporina*? *Trifolium hoc etiam Lupulinū* inſcribunt nō nulli. Minorem hanc in margine agrorum prope Maſmunſter reperimus, florentem Octobri.

TRIFOLIVM PELTATVM CRETICVM, floſculis pallide luteolis.



Radiculâ eſt tenui, longiuſculâ, ſiue ſ donatâ, quæ *cauliculos* ex ſe promit duas, treſve, vncias altos, glabros. *Folia* exigua, longiuſculis pediculis hærentia. *Floſculi* quini, plùs minùs, cauliculo ſummo incumbunt, congeſti, pallidè luteoli: quos *ſiliquæ* excipiunt compreſſæ, latiuſculæ, *ſemen* exiguum, latiuſculum ac compreſſum continentes: & quæ, referente Honorio Bello, dum teneræ ſunt recentéſque, dulciſſimæ eſuique aptæ ſunt, at vbi induruerint, amariſſimæ. *Natales* indicat Titulus.

TRIFOLIVM ACVLEATVM CRETICVM, flore amœno, magno, purpureo-violaceo.



Rarum hoc Trifolium Cretæ, vt præcedens, munus eſt. Nobis tamen ſemine ex Italia miſſo, Montbelgardi in S F. horto creuit, & Iulij principio floruit. Caſabona Præfectus S. Ducis Florentiæ, ex Horto eius Piſano miſit ſemen cum hac inſcriptione *Orbitochorto*. Trifolium aculeatum, flore Cyti, rariſſima planta Candiæ. Vidimus tamen Nos etiam Mogontiæ in Reuerendiſſimæ eius Celſitudinis horto, ſemine ex Italia quidem miſſo, ſed ex Creta accepto.

TRIFOLIVM HEPATICVM, HEPATICA: Germ. *Leberkraut*: Gall. *Hepatique*, Ital. *Hepatica*.



Variat hæc planta ſi ſe potiſſimùm, eóque vel ſimplici vel pleno: cæruleo, albo vel rubro. *Folia* longis hærent pediculis, triquetra, auerſâ parte, Cyclamini modo, ſubpurpuraſcentia, ſi pectiore verò albis quibuſdam maculis reſperſa. *Caulis* ex radice tenuis, florem in cacumine ſuſtinens ſtellatum, cæruleum, album vel rubrum, atque, vt dictum, vel plenum vel ſimplicem. *Semen* colore non diuerſum, oblongum: *Radices* plurimæ ſubrubentes.

Loca quærit vliginoſa & opaca, in frutetis frequens.

TRIFOLIVM HEPATICVM, HEPATICA, ſiue Trinitatis Herba, flore albo & rubro.



Trinitatis herbam (ſiue *Hepaticam cæruleam*) qualem Nos obſeruauimus, in præcedenti Tabellâ pictam dedimus. Hic verò *albam & rubram* in Sileſia, Pannonia & Viennenſi agro ſponte naſcentem ex Cluſio tradimus, qui in Belgicis hortis etiam ali ſcribit: Viennenſémque ſaltum omnes Hepaticas præter eam quæ pleno eſt flore, alere. *Albam & Rubram* ſic incarnatā vidimus Nos ſponté naſcētes apud Ienam Thuringiæ, & in montanis Saxoniæ ſyluis.

TRIFOLIVM

TRIFOLIVM HEPATICVM, HEPATICA, ſiue Trinitatis Herba, flore pleno.



Purpureo cæruleis multiplicibus *floribus* ſtipata reperitur raræ elegantiæ peregrina hæc Planta, quam in nonnullis Pannoniæ locis ſponte prouenire ſcribit Cluſius. Cæterùm *radice* & *foliis* præcedentibus haud eſt abſimilis.


Lobelio in Obſ. & Icon. pl. dicitur Hepatica Trifolia polyanthos: Cluſio in Pann. *Trifolium nobile multiplici cæruleo flore*. Tabernæmontano *Hepatica aurea multiflora*. Camerario ad Hiſt. Matth. *Trinitas flore pleno.*

EPIMEDIVM QVORVNDAM, FLORIBVS purpureis cum apicibus luteis.



Epimedium nominat Anguillara, dicitque Dioſcoridem in eo lapſum quòd poret carere flore & ſemine. Aduerſaria *Epipetrum* eſſe ſuſpicantur. Hiſtoriæ Lugd. Tabernæmontano & Camerario dicitur *Epimedium*. An ſit Epimedium dubitat tamen Dodonæus, quia Epimedio florem & ſemen denegant Dioſcorides & Plinius. *Iudicent docti*. Cæſalpino dicitur planta in Liguriæ montibus proueniens. Vidimus *Nos* Stutgardiæ in S.P. horto, florentem Maio: atque in cultioribus Italiæ hortis alii obſeruauimus. Huius in Hiſtoria noſtra magna, Typographi incuriâ, malè poſita Icon pro Adonide & viciſſim.

MEDICA: Germ. *Viehklee, heil futter*: Gall. *Sain Foin*: Hiſp. *Alfaſa, Eruaje.*



Ex Trifoliorum genere eſt Medica, ſubſque natales & locum vnde venerit vocabulum indicat. Eam enim noſtram Græciæ, vt ait Plinius, à Medis eſt aduecta, per bella Perſarum quæ Darius intulit. Hinc Gentila nomen obtinuit. Similem illi in vniuerſum Trifolio facit, Dioſcorides naſcentem tantùm, at in progreſſu folia contrahi, &c.


Tribuitur autem *Medica* nomen pratenſibus Trifoliis, candidis, luteis & purpureis, *Saxifragia lutea*, *Equino ferro & Cytiſo*, ſed omnibus perperam. Verior autem & ab Hermolao, Marcello, Geſnero, Matthiolo, Bacchanello, Dodonæo, Cluſio & Cæſalpino recepta, ac etiam à Nobis, eſt *Medica maior & erectior floribus purpureis*, quam hic pingimus.

MEDICA SYLVESTRIS, FLORE LVTEO.



In ſepibus & ſegetibus propè Monſpelium & *Lunel* floreſcentem obſeruauimus Maio. In ea autem minora, contractiora & anguſtiora omnia quàm in præcedente, quæ valdequàm luxuriat, obſequioſo fauore cultorem fouens: *caulibus* vt numeroſis ita prolixis. *Folia* terna, oblonga, per extremam oram, quæ obtuſa eſt, crenata. *Flores* copioſi, velut in ſpicam digeſti, purpuraſcentes. *Siliqua* cornu caprini inſtar contortæ, in quibus *ſemen* minutum & candidum; *Radix* longa, tenuis & lignoſa. Ex Hiſpania priſcis olim æuis in agrum Neapolitanum introducta fuit: hodie verò plurimis aliis in locis ſeritur, ac in nonnullis quoque ſponte prouenit.


MEDICA MARINA, SIVE TRIFOLIVM cochleatum marinum.



Quanta quanta eſt, tota villoſâ incanâ ac lanugine obducta eſt. *Caules* pedales, ac etiam cubitales, ramis frequentibus brachiati, per quos *folia* ex breuibus pediculis terna, parua, obtuſa, frequentia, ſapore nullo manifeſto. *Flores* multi ſimul congeſti, lutei: *ſiliqua* orbiculares in ſe contortę. *Radix* craſſa & cubito longior.

Venetiis floret ad maris littus Maio & Septembri menſibus, paſſim in Hiſpania & Gallia Narbonenſi, maritimis Meridiei obuerſis locis, prouenit.

MEDICA SCVTELLATA.



Cubitales robuſtos hirſutoſque habet *caules* vtique erectos: *folia* terna, maiuſcula, latiuſcula, acuminata, ſubtùs hirſuta, circumquaque crenata. *Flores* pauci, lutei, quos ſequuntur *ſiliquæ* rugoſæ, turbinatæ, ac veluti è ſcutellis quatuor aut quinque compoſitæ, ita vt inferior maior ſuperiori connexum excipiat. *Radix* lignoſa ſimplex. Paſſim prouenit Monſpelii, maximè in ſegetibus. Vere florens. *Medicam Anglicam* vocat Tabernæmontanus, ſed falſam habet Figuram, & ad eam concinnatam deſcriptionem.


Medica orbiculata.



Radix huic parua lignoſa, infirmos fundens *caules*, palmares vel pedales, per terram ſparſos. *Folia* terna, parua, glabra ferè triquetra, per extremum lata, & nonnihil crenata, maculis nigris reſperſa. *Flores* exigui, lutei, oblongis pediculis donati. *Siliquæ* vt hic pinguntur, vnguis magnitudine: *ſemina* plana, ruffa, recurua.

In montibus Euganeis, vt & Monſpelii, colligitur. C. Bauhino in Phyt. eſt *Trifolium* ..., *ſiue ſcutellatū, ſiliqua latiore folio obtuſo.*

Medica magna turbinata.



Cubitales hæc & ſeſquicubitales *caules* emittit, hirſutos, multis ramis fiſſos. *Folia* trigemina, hirſuta. *Flores* parui, lutei. *Fructus* ſex, aut plurium circumuolutionum arctè commiſſarum, duri, vnaquaque ſpira gemino denticellorum ordine ſerratâ, medium verò ſecante zonâ perpetuâ. *Semen* compreſſum, & renis inſtar ſinuatum, ac Fœnugræci ſemini par.


Annua eſt planta, & floret Iunio. C. Bauhino in Phyt. eſt Trifolium 30. ſiue cochleatum fructu compreſſo, oblongo.

Medica echinata magna hirsuta.



Folia huic prima ſubrotunda, poſtmodum nonnihil acuminata & ſerrata, terna vni pediculo innixa. *Caules* ad duos treſve cubitos per terram ſparguntur: *flores* multi coacetuati, ex longo pediculo, lutei: *ſiliqua* ſimul aliquot cohærent, ſpiris duabus aut tribus, vel etiam quinque ſertam orta, breuiſſimis veluti ſpinis obtuſis, exaſperatę. Geneuę & Montbelgardi Nobis prouenit in horto, & floret Iulio. Echinus autem qui particulatim in hac Tabella eſt dictus, ſequentis Medicæ eſt.

Medica hirsuta echinis rigidioribus.




Per terram ſe expandit, cubitalibus & longioribus *caulibus*: *folia* parua hirſuta, & per extremam oram lata: *flores* lutei: *echini* cochleati, pauci & ferè ſingulares, longis ſurſumque deorſumque vergentibus rigidiuſculis ſpinis horrens, non admodum denſis: conuolutiones ſunt tres aut quatuor.

In figura noſtra expreſſæ ſpinæ nimis breues & crebræ, ideò in Tabellis præcedentes, echino particulatim adpicto, melius expreſſimus.

Menſe Septembri ad mare Monſpelii reperitur. An Camerarii hort. *Medica annua, ſemine minuto, hirſuto?*


Medica echinata hirsuta.



Radix alba, craſſiuſcula & prolixa. *Caules* multi, tenues, dodrantales & cubitales, per terram ſparſi ſtrati, hirſuti: *folia* terna, ſubrotunda, piloſa, albeſcentia. *Flores* pauculi, lutei, ſimul aliquot congeſti: Capitula Piſo non maiora contortis helicibus conſtantia, globoſa, quatuor aut quinque atque etiam plura, mollibus ſpinulis echinata.

Monſpeſſuli paſſim inter ſegetes prouenit, ac maximè prope patibulum: inuenimus etiam prope Perous in litore maris, ac in horto habuimus Geneuę. An Lobelio in Obſ. Lotus Italica altera?

Medica echinata minima.



Hæc *caulibus* eſt pedalibus circiter, vel minoribus, quos ornant *folia* terna, echinatæ Medicæ foliis ſimilia, parua, hirſuta: *floſculi* puſilli, lutei, multi, ſimul congeſti. Echinuli verò muricati tres aut quatuor vel quinque iuncti, Orobi grano non maiores. *Radices* tenues.

In locis arenoſis atque etiam in pratis prouenit. Geneuę in prato ad Noſodoch... frequens. Camerario h... eſt *Medica puſilla capſulis echinatis*. An Ponæ in Baldo ... bulus ſylueſtris D...

MEDICA CORONATA MINIMA.



Inter raras habenda hæc plantula, inter Nemauſum, & Vecii in aridis & ſqualidis locis prouenient, ac cuius echinatæ in ſpiræ modum ſummo inſident decoraſſe, velut corona.

Tempeſtiuum autem eſt aliquid de Medicæ viribus & præſtantia dicere. Ajunt itaque ſtercorariæ, ac a coeſt ſuauis & nutriens, vt pec … nocuiſſe. … ſtre (vt notat Camerarius) in Hiſpania vbi quotid annua … nullo cibo, iam viridi … arido, magis lætari, ſaginat & pinguefieri … pa … ciùs tamen dari, quoniam inflet, & nimis multum ſanguinem creet. Semen ſiccatum, iucundi odoris grata, condiranco Sali admiſcetur. Animal ſi verò vitiis medetur tota Herba.

MEDICA LVNATA, SIVE FALCATA.



Lata, compreſſa, & pollicis vngue maior ſiliqua, ad Camerarij *Auriculam muris* accedit, ſed ſpecioſior eſt & maior, & ſtriata: ac in circuitu etiam longiuſculæ ſpinulæ, quo fit vt Criſtam gallinaceo malè exprimat.

Sed vt de Medicæ viribus & præſtantia aliquid adhuc addamus. Non bene inter Geoponicos conuenit, vtrũ animalibus lac augeat extinguátve: Negat enim Ariſtoteles, aſſerunt verò è contrà Varro, Columella & Palladius: *Nos litem ſub iudice relinquimus.* Dotes eius habebit Lector ad ſequentis figuræ latus.


AVRICVLA MVRIS CAMERARII.



Vbi ſpontè naſcatur ignorat Camerarius, niſi forte in Creta, vnde ſemen Epithymo immixtum defertur. Nobis verò Mombelgardi in S. P. horto creuit ex ſemine Stutgardia miſſo. C. Bauhino in Phyt. eſt *Trifolium* 19. Tri folio ſiliquâ falcatâ ſimili. Camerario hort. *Auricula muris* a ſemine, & *Auricula leporis* à foliorum figura dicitur.

Medica autem *Lunata*, ſiue falcata, de qua paulò antè agebamus, Theophraſto & Plinio authoribus, tanta dos, vt vnò ſatu ampliùs quàm tricenis annis duret: ſæpiúſque diminuta & tonſa melior ſapidiórque euadit: nec illi ſtercoratio prodeſt, quin potiùs ſtercoris & vrinæ cauſſa perit.

VVLNERARIA RVSTICA, ANTHYLLIS magna, Anthyllis leguminoſa.



His nominibus à variis donata hæc planta, quæ nõnullis etiam *Lotus latifolia*, *Glaux* & *Lepidium* inſcribitur, in aridis, macris & ſabuloſis locis prouenit, & in agrorum marginibus, ac nõnullis etiam in locis hortenſis eſt.

Radix autem eſt longâ, rectâ, lignoſâ. *Caules* dodrantales, teretes, tenues, hirſuti, omnibus rubentes. *Folia* pinnata, Galegæ, prægrandiuſcula, inferne hirſuta, ſuperne ex luteo viteſcentia, ſapore ſubdulci & ſubacri: At quæ in extremis ramis floribus ſubiecta ſunt, lata ſunt, digitata, oblonga membranacea. *Flores* in ramulorum faſtigio glomerati, luteoli: qui interdum etiam rubri vel albi, odore nullo excellente præditi.

FOENVM GRÆCVM: Germ. *Bockshorn*: *Kûhorn*, Gall. *Fenugrec* & *Senegré*: Italis *Fengreco*.



Hyppocrati dicitur *Epiceras*. Theophraſto *Buceras*. Dioſcoridi *Telis*, & Plinio *Silicia*: nomenque apud Græcos obtinuit à ſimilitudine quam cum Cornu habet ſemen. Tota autem planta ſemicubitalis eſt & ramoſa: ſunt que ea in Trifoliorũ Claſſem cooptata ob *folia*, quæ terna ſunt, maiuſcula, oblonga & crenata. *Flores* lupinorum floribus pares, ſubalbidi: *ſiliqua* falcatæ & mucronatæ: *ſemen* flaueſcens, odoratum & ferè quadratum: radix lignoſa & ſingularis.

Spontè prouenit & ſeritur in hortis: ſed, ſi Plinio credẽdum, quantò peius tractatur, tantò meliùs prouenit. *Mirũ* certè dictu, eſſe aliquid cui proſit negligentia! *Plura in Appendice.*

Quod autẽ hic pingimus eſt *Fœnugrecũ ſylu. Dalechampij*.

LAGOPVS TRIFOLIVS QVORVMDAM: Germ. *Haſenfuß*, *Katzklee*: Gall. *Pied de Lievre*: Ital. *Pie de Lepre*.



Nomen ex argumento ſpicæ inde petitum eſt, quæ mollis cineraceo & purpuraſcente villo, pedes leporinos imitatur: *floſculis* albidis & minoris, Scorpioidis. *Semen* exile & fuluum: *cauliculi* palmum alti, ac canâ lanugine pubeſcentes: *folia* Trifolia, hirſuta: *Radix* exilis, lignoſa & tortuoſa.

Spontè prouenit in aruis, atque etiam ſeritur in hortis, Iunióque ac Iulio floret & viget.

Non parum autem illi eſt adſtrictionis: ſiccitatis autem tantum, vt muliẽ ſeminis profluuio laborantibus præſtet præſidium. Aluum ſiſtit ſi cum vino bibatur, adalligatur verò, teſte Dioſcoride, ad inguinis inflammationes.

Oxys, ſive Trifolium acidum : Panis Cuculi : Germ. *Guckgauchſk lee* : Gall. *Pain de Cocu.*



Trifoliis annomeratur pl'ãta hæc, ob ternorum cordatum foliorum formam: *Panis* autem *Cuculi* vocatur, vel quòd Cuculus auis eã veſcatur, vel quia ea erumpente Cuculus vocem ſuam edere incipit. *Trifoly* verò acetoſi appellatione ab acido ſapore obtinuit.

Cæterùm *Oxys albo & purpuraſcente* flore, quam hic ex Fuchſio pingimus, & ſponte & in hortis ſata prouenit. Sponte quidem opacis locis prope ſepes & itinera, Maióque & Aprili floret: in montibus verò ſeriùs.

Tota autem planta, autho ſe Matthiolo, refrigerat Oxalidis modo: & decoctaſis tim & ventriculi ardores extinguit, recúrque & cor roborat.

Oxys lutea.



Serpendo per terram ſpargit *ſolitculos* palmares aut ſeſquipalmares graciles: *folia* tenuiſſimis nixa pediculis terna cohærent, minora quàm Oxyos vulgaris, magiſq; per extremum fiſſa, cordiformia vt vulgò pinguntur) expreſſius effigiata atque hirſutiora, guſtus acidi. *Floris* forma ſtellata eadem, ſed color luteus. Eúmq; *Corniculata* ſiue *ſiliquæ* ferè vocitatæ ſequuntur, ſurſum ſpectantes, craſſiuſculæ, ſolidæ, ex quinque loculis conſtitutæ, quæ vbi ad maturitatem peruenêre, leniſſimo attactu, *ſemina parua*, ruffa, aſpera, euibrantè lateribus, oculis quamprimùm cõniuentibus, vt ne quidem appareat ſiliquas diſſiluiſſe. Radix longiuſcula, gracilis fibrata.

Vmbroſis locis ſpõtè prouenit, atque in omni ſolo ſeri poteſt: & totã fermè Æſtate flores producit.


Anonis, Ononis, Reſta bovis : Germ. *Heckelkraut* : Gall. *Arreſte bœuf* : Ital. *Bonaga.*



Dioſcoridi dicitur *Anonis*, Theophraſtus verò, Plinius & Galeno *Ononidē* appellarũt Latinis & Græcis iiſdem appellationibus vtentibus. Dictaſque *Anonis* à non iuuando, quòd maioribus, præſertim inimica ſit, vnde etiam *Reſta bouis* illi indita nomen: *Ononis* verò, quia Onos (Aſinus) ſcele illi perhibentur aff. est.

Vulgarem hic pingimus quæ flore eſt vel albo, vel purpureo & carneo: aliis etiam Anonidis extantibus Differentiis, de quibus in ſequentibus. Reperitur autem hæc noſtra Vulgaris paſſim copioſè in ſegetibus atque cultis: & floret Æſtate. Sunt & qui in hortos transferant. *De Viribus mox.*


Anonis lutea non spinosa, Natrix Plinij quorumdam.



Virgulta huic cubitalia, in frequentes *ramos* fiſſa, ac ſpinarum expertia. *Folia* terna, oblonga, hirſuta, per extremũ crenata, viſcoſa, odorata. *Flores* longis oriuntur pediculis, lutei confertì. *Siliqua* vncia-les, teretes, hirſutæ. *Semen* coloris pulli. Herba tota eſt hirſuta & pinguis, ac etiam odorata, ſed hircinum quiddam olens.

In aridis, glareoſis & ſabuloſis locis prouenire ſolet, Iunióque & Iulio floret. In Hiſpania & Gallia Narbonẽſi frequens admodum. Nos Geneuæ copioſam iuxta *Arua* fluuiam obſeruauimus. Errant verò plurimùm, monſtrante quodã in Baldo, qui eã pro vera Meliloto vtuntur.


Anonis non spinosa, purpureo ſpicato flore.



Hanc in Sileſiacis & Sclauonicis pratis ali ſcribit Cluſius.

Cæterùm Ononis radicem habet tertio ordine excalefacientem. Cortex ipſius maximo vſui eſt, qui habet aliquã vim extergẽdi ac incidendi. Vnde non ſolùm vrinã ciet, ſed etiam lapides atterit: eadémq; facultate vlcerum cruſtas emarginat. Commendatur verò plurimùm ad viſcerum omnium infarctus. Decocta in poſca radix dentium dolores mulcet, ſi decocto os colluatur: potum verò decoctum ſanat hæmorrhoides. Herbam totam, antequam ſpinoſa fieret, muriã condiebant Veteres, quia in cibo ſumpta fœtidam muriæ haliũ emendare credebatur.

Anonis trifoliis affinis, pusilla, glabra, fruticans, flore albo.



Circa Monſpelium in rupetis & ſqualidis locis obſeruauimus, florentem Maio. Inueniter autem iiſdem locis & eiuſdem generis hirſuta flore albido. In figura porrò noſtra folia ſunt eiuſdem ferè magnitudinis cum natiuæ folijs.

FRAGARIA, FRAGA : Germ. *Erdbeerkraut, Erdbeer:* Gall. *Fraiſier, Fraiſes* : Ital. *Fragaria, Fraga* & *Fragole.*



Ad *Trifolia* foliorũ numero accedere *Fragariam* vulgaris eſt notitiæ, quamvis in agro Veronenſi quina in vno pediculo vulgò habere ſcribat Braſſauolus.

Trifolium Fragiferum vocat Tabernamontanus, nonnulli *Fragulam* : quomodo autem à Græcis appellata ſit hæc Planta, nondum conſtat, quamvis *Comaron* dictam fuiſſe ſcribat Apuleius.

Cæterùm *Fragaria* alia eſt non vaſca, vel non Fragifera, de qua mox, alia veſca & Fragifera. Et hæc rurſus Fraga fert vel rubra vel alba, vel coloris medij & flaueſcentis, quæ tardiùs matureſcunt, & ſerotina dici poſſunt. Suntq; adhæc in magnitudine & figura *differentia* : ac quædam bis in anno fructificare dicuntur. *Plura ad latus ſequentis Figura.*

FRAGARIA NON FRAGIFERA, VEL NON veſca : Fragaria ſterilis.



Fragariam ſterilem inſcribunt vulgò Botanici, & *Fragariam ſine fructibus veſcis.*

Plærumque autem in mõtibus, ac non rarò etiam in conuallibus, aliiſque aliq[...]rùm vmbroſis locis, gignuntur Fraga, proueniunt etiam feliciter in hortis. Viret toto anno herba, floret Vere, & Iunio, priùs tardiùſve, fructus maturi fiunt.

Serapio [Fuchſio teſte] Fragariam calidam & ſiccam in ſecundo ordine tradit : ſed magno errore, cùm frigida & humida ſit in primo. *Fructus* pichrocolis conueniunt, ſed copioſiore cibo caput ſẽtant. *Aqua* autem ex Fragis deſtillata præſtantiſſimo eſt remedio internis quibuſcunque iecoris & pulmonis aliiſq; totius corporis inflãmationib; & ad ſitim reſtinguẽdã cõfert: nec nõ ad oris vlcera, ac ad faciei rubores & maculas.

PENTAPHYLLON SIVE QVINQVEFOLIVM : Germ. *Funfblat* : Gall. *Quinteſeuille* : Ital. *Cinquefoglio*



Ramos fert, deſcribente Dioſcoride, ſarmentitios, tenues, palmi altitudine, in quibus eſt *fructus*. *Folia* verò habet Menthæ ſimilia, quinque in ſingulis pediculis, rarò plura, per ambitum ſerræ modo fiſſa: *florem* cum pallore rubentem, auri ſpecie: *radicem* ſubrubrã & longã, &c.

Incipere cum Vite, & cum illa deſinere, addunt Theophraſtus & Plinius, & nomẽ à numero foliorum habere. *Pentapetes, Pentaphyllon, Pentatomon* vulgò vocat ille, ac etiam *Pſeudoſelinum*. *Calipetalon* & *Xulopetalon*, quarum appellationum rationẽ Nomenclatura Græca exhibet. Nos *vulgare & repens* hic pingimus, quod paſſim variis in locis prouenit, tum ſpontè, tum cultum in hortis.

PENTAPHYLLON RECTVM.



Seſquipalmari aut ferè pedali altitudine aſſurgit elegans hoc Pentaphylli genus, cui crocei *flores*.

Cæterùm Pentaphyllum in genere citra morſum deſiccat, ac minimũm caliditatis habet: penetrat, adſtringit, alui profluuiis, dyſenteriæ, inteſtinorum prolapſui, igni ſacro & vulneribus remedio eſt. Bibitur contra Febrium circuitus : Succus foliorum, multis continuis diebus potus, regium morbum ſanat. Superſtitioſum verò eſt quod aiunt, *Quinquefolium* ſi quis ſecum habeat, id opem dare & auxilium; & ſi quis à rege vel à principe velit aliquid petere, pronos reddere principes.


PENTAPHYLLON ALPINVM SPLENDENS aureo flore.



Creſcit pulchra hæc Pentaphylli ſpecies in ſummis Auſtriacarum alpium iugis herboſis, & ſub Iunij finem floret : in hortos verò tranſlata Maio.

Cluſio in Pannon. & Hiſt. dicitur *Pentaphyllon*, ſiue *Quinquefolium aureo flore* : C. Bauhino in Phyt. *Quinquefolium* 6. ſiue *minus, repens, luteum, alpinum*. Schvvenckfeldio: *Quinquefolium alpinum ſplendens*.

PENTAPHYLLON MINVS, MOLLI lanugine pubeſcens, flore luteo.



Sic inſcribit Cluſius in Pannon. Camerario hort. dicitur *Pentaphyllon Bonaricum in aſperis circa Monaſcum frequens* : C. Bauhino in Phyt. *Quinquefolium* 4. ſiue *minus repens, luteum primum.*

Hoc porrò nihil vulgatius ſecundum vias, locis ſiccis & nudis Pannoniæ, Auſtriæ inferioris, Morauiæ & Bohemiæ. Et florere incipit ineunte Vere.

Pentaphyllvm parvvm hirsvtvm.



Radice donatur hoc craſſâ, longâ, nigrâ: *foliis* paruis hirſutis,ex pediculis duarum unciarum: *cauliculis* multis humi fuſis, quatuor vel quinque unciarum: *floribus* luteis.

Paſſim variis in locis prouenit: vt Nos frequens obſeruauimus Montbelgardi verſus *la Crotte*, Beffordiæ verſus Caſtellum, & Geneuæ au *plein Palais*. Floret Vere & Autumno,ac interdum adhuc Nouembri.

Pentaphylli minoris maior ſpecies, folio ſubtùs albicante.



Radice nititur longâ cum fibris craſſis: *caules* palmares, in quorum ſummitate *flores* lutei, breuibus ſolidiores pediculis. *Folia* longa,ſerrata, quina atque nonnunquam ſeptena ex longis pediculis prodeuntia.

An Thalii Pentaphyllum medium, medio modo ſe habens quoad folia inter maius & minus? An Tragi *Quinquefolium exiguum*?

Pentaphyllvm rectvm maivs.



Lobelio & Penæ in Adu. dicitur *Pentaphyllum* album & purpureum præ cæteris procerius & ſpecioſius. In Obſeru. verò *Pentaphyllum* maius flore ſubluteo, atque interdum albo & rubro.

Sic colore florum variat, albo,luteo & rubro; & reperitur quoddam cæteris villoſius, & ſpecies quædam cui bulboſa radix.

Reperitur ſpontaneum variis in locis, atque etiam colitur in hortis.

Pentaphyllvm rectvm foliis profundè ſectis, ac ſubtùs argenteis,luteo flore.



Pentaphyllum petræum maius à Tabernæmontano & Lobelio inſcribitur. Thalio dicitur *Pentaphyllum canum*.

In aggeribus & ſecus arua, macro & arenoſo ſolo, variis locis paſſim prouenit. Montbelgardi in muris quorundam hortorum circa *la Crotte* frequens habetur, floret Æſtate: Baſileæ alibi duo inter portam laudeam & cinereceam,florens Iulio: Geneuæ viret Aprili,& floret Iunio.

Pentaphylloides svpinvm.



Folia plurima, pediculis longis,ex *radice* craſſiuſcula, longa, multorum capitum, connectuntur coniugatim, ſingula ſerrata, ad Granati ſupini folia accedentia *Caules* cubitales,teneri: numeroſos gerunt *flores* paruos, luteos, ex breuibus pediculis. Succedunt *Capitula* parua Fragis immaturis ſimilia.

Lobelio in Obſ. & Icon. Pl. dicitur Pentaphyllum ſupinum Tormentillæ facie: Tabernæmontano,Dodonæo & Schvvenckfeldio, *Quinquefolium repens fragiferum*. Frequens eſſe in agro Vienneſi, in extremis pratorum marginibus ſecundum ſyluas,ſcribit Cluſius: In Sileſiæ verò montium locis graminoſis,Schvvenckfeldius.

Pentaphvlloides erectvm?



An Cluſii in Pann. & Hiſt. *Pentaphyllum* 5. ſeu *fragiferum*, Pluto fortiaſſis non incognitum? Ca'p. Bauhino in Phyt. dicitur *Quinquefolium* 14. ſiue *Fragiferum*: [illegible] verò ille Nobis nomine *Fragaria ſylueſtris*. Naſcitur,te ferente Cluſio, in Pannoni[illegible], non modò in ſyluis [illegible] ſed etiam in grandi[illegible] pis. Floret autem M[illegible] fructus paulò ſerius [illegible] cit, eſt utique [illegible] quemadmodum ex [illegible] Quinquefoliis.

Herbam, indi[illegible] men ium huius [illegible] dentis,ſiccandi & ad[illegible] di vim obtinere, [illegible] Scriptores.


PENTAPHYLLVM ALBVM.



In hortis nonnullis obſeruauimus Stutgardiæ & Mōtbelgardi. Schvvenckfeldius in Sileſiæ ſyluis vmbroſis & humidis plurimum inueniri ſcribit. Camerarius in ſaxis ingentibus & ſaxoſis locis.

Adſtringit, ſiccat, roborat & repellit, eaque omnia præſtare poteſt, ſi Matthiolo credimus, quæ Pentaphyllum vulgare repens. At Pentaphyllum hoc Seueni ſtili Commentatori minimè fuiſſe cognitum de noſtratibus variatio quæ in eius deſcriptionibus variis in locis extat: teſte que annotat Camerarius ad eius Hiſtoriam Germ. deſcriptiones Matthioli non conuenire cum ſuis Figuris.

PENTAPHYLLVM; VEL POTIVS Heptaphyllum, flore rubro.



Pentaphyllum purpureum; Pentaphyllum rubrum & *Pentaphyllum paluſtre* inſcribitur vulgò: vt & *Quinquefolium paluſtre floribus purpureis vel rubentibus.*

Vliginoſis & putridis mōtium delectatur locis, ad piſcinas & paludes fruticans: & floret Iunio.

Adſtringit, vt notat Camerarius tota herba, ac præſertim fructus: vnde ſanguinis profluuiis prodeſſe creditur.

PENTAPHYLLVM, SIVE POTIVS HEPTAphyllum argenteum, flore muſcoſo.



Lobelio & Penæ in Adu. & Icon. Pl. eſt *Pentaphyllum alpinum petroſum & minimum, Tormentillæ valde ſimile.* Geſnero hort. *Argentaria petræa.* Quibuſdam *Tormentilla alba*, aliis *Stellaria argentea.*


In celſioribus montium iugis occurrit, gelidíſque cautibus, quales ſunt Sabaudiæ in Auſtenſi valle, Norbonæ in Calcaris monte, & ſimiles. Nos in montibus Geneuæ propinquis obſeruauimus florens Maio.

PENTAPHYLLVM INDICVM CLVSII.



In ſpoctuſis, ait ille in Exot. Domini Nicolai Colti Medici, anno 1601. ex Orientali India adſerebatur Amſteldamum *Pentaphylli Indici* planta, cum duabos aliis eiuſdem generis, formâ quidem prorſus ſimilibus, magnitudine verò nonnihil differentibus. *Caulem & flores* profiteret mihi incompertum. *Folia* tenella erant, longiuſculo *pediculo* ſubnixa, formæ quam figura exhibet. *Radix* tuberoſa & ſolida erat, inſtar radicis Tormentillæ, &c.

PENTAPHYLLI EFFIGIE LEVCAS QVORumdam, Valerandi. An *Leucas?*



Radix craſſa eſt nigra & ſquammata: tota verò planta, quæ vocialis eſt aut ſeſquipedalis, cinereo tomento obducta eſt: *folia* plærumque terna, Fragariæ modo, minora, magis villoſa, candidiora, ſerrata.

Admodum inuentu rara eſt, nec niſi in montium deuexis reperitur.

Lobelio autem & Penæ in Aduerſ. teſtibus, non penitùs nihil ſentiunt, qui plantam hanc vocant Pentaphylli effigie iuniis. *Leucadem* cenſent: Tabernæmontano in Icon. dicitur Argentina Monſpelienſis, *Welſch Silberkraut.*

TORMENTILLA, HEPTAPHYLLVM: Ger. *Tormentill*: Gall. Angl. & Belg. *Tormentille*: Ital. & Hiſp. *Tormentilla.*



Cum hæc Planta ferè ſemper ſeptena habeat *folia* rarò que pauciora, errant; ſtatimúmque Tragus, Geſnerus, Valleriola & alii qui *Theophraſti Pentaphyllum* eſſe exiſtimant: etenim præter foliorum numerum, ſunt & aliæ differentiæ notæ.

Nemoribus opacis ac ſiccis, macilentiſque montoſis locis gaudet: & ſerò floret, ac Æſtate tantùm.

Caliditatis autē quàm minimùm tenet, ſiccat verò tertio ordine, ac adſtringentis facultatis eſt particeps. Dyſenteriis, Lienteriis, ac quibuſcunque aliis alui profluuiis coërcendis, variis formis exhibita, eſt peculiaris adiungitúrque vulnerariis potionibus, emplaſtris & vnguentis; nec & medicamentis quæ contra peſtem & venena exhibentur.

POTENTILLA, ARGENTINA, ANSERINA: Germ. *Genſerich*: Gall. *Argentine*: Ital. *Argentina*.



Quo nomine eam Græci & Latini appellent incertum nobis. Recentiores à viribus quibus pollet, *Potentillã* vocarunt; *Argentinam* verò, ab argenteo foliorum colore: *Anſerinam*, quòd eam anseres appetant: nonnulli etiam *Agrimoniam ſylueſtrem*, ob formæ affinitatem. Ad *Millefolium* etiam accedit, & ſunt qui ad *Eupatorium* referant, neque alii qui *Plinii Stephanomelidem* eſſe credunt: indocti doctis.

Amat vliginoſa & aquoſa loca, ac circa ſemitas & iuxta flumina paſſim prouenit: Maio, Iunio & Iulio flores oſtentans luteos. Cæterùm à Pentaphyllo ſpecie eam enim haud diſtat. *Plura in appendice.*

PES LEONIS, SIVE ALCHIMILLA: Germ. *Sinauw* vnd *Sanickel*: Gall. *Pied de Lion*: Ital. *Pie de Leone*.



Pes Leonis, à foliis iſtis leonis pedum latis & rotundis, nominatus, Alchimilla verò, quòd Alchymiſtis in pretio ſit celebrata. Mirè autem eſſe Dioſcoridis *Leontopodium* vel *Leontopetalon*, rectè contra Brunfelsium, Rueſlium, & Cornarum contendunt Fuchſius, Matthiolus & Dodonæus. *Sanicula maior* meliùs aliis dicta, quod ſit illi tum facie tum viribus admodum affinis.

Pratorum, collium & montium amans eſt, variis in locis fœliciter prouenieus; ac transfertur etiam in hortos. Maio & Iunio floret vmbellis herbidis cum apicibus luteis. *De viribus in Appendice.*

AGRIMONIA, SIVE EVPATORIVM: Germ. *Odermenig*: Gall. *Eupatoire, Agrimoine*: Ital. *Agrimonia*.



Folia Cannabis foliis ſimilia dicunt Dioſcorides & Plinius; noſtram verò Agrimoniam illorum eſſe Eupatoriũ ex deſcriptionibus patet. Hoc ita neque indubitato renocat Cæſalpinus cum eo tò ſe opponunt Tragus, Fuchſius, Cordus, Dodonæus & Ferd. Imperatus. Nec minùs errant qui *Argemonem* & *Saluiam Sylueſtrem* eſſe volunt.

Hepaticũ verè *Hepatoriũ & Eupatoriũ* ita diſtinguunt recentiores, vt *Hepatica* Lobelii *Hepatorium* vulgare appellet, verò *Eupatorium* Agrimonia. Ea autem Tragus *Hepatorium* attribuendo & ſic recenti nomenclat, *Eupatoria* conſequenter promiſcuè dicuntur, quod nomen ab Eupatore inuentore deductum volunt. *De loco, tempore & viribus conſulat Lector Appendicē.*

CARYOPHYLLATA SANAMVNDA: Germ. *Benedicten Vvurtz*: Gall. *Reſize, Galliot*: Ital. *Garyophyllata*.



Nomen *Caryophyllata* pridem hæc vendicat fragrantiſſimus Caryophyllorum odor quem radix ſpirat: Vulgus verò, ob diuinã eius efficaciam, *Sanamundam* vocauit.

Sunt qui *Lagopum*, qui *Leporis oculum*, qui *Anantiam*, qui *Baccharim*, qui *Domina noſtra Chiroth ecam*, qui *Herbam benedictam*, & qui *gloriæ Filiã* vocent: Trago eſt *Nardus ſylueſtris*, Scaligero *Getia*, nonnullis *Geum Plinij* & hæc optimo periculo vocare videtur, quòd eadem facultas vtriſque radicibus inſit.

Diſtinguitur autē volgò in *Aquaticam*, *Montanã*, & *Vulgarem*, quam hic pingimus. Mirum in modum gaudet ea opacis ſepibus & dometis, vnde, propter ſummã vtilitatem, transfertur in hortos. Maioque & Iunio floret. De viribus in ſequentibus.

GARYOPHILLATA MONTANA, FLORE magno luteo.



Iiſdem hæc cum altera pollet viribus, ſed præſtantioribus. Temperamentum autem iis ineſſe excalefaciens & exſiccans manifeſto indicio ſunt earum radices, quippe guſtu odorataque & adſtringentes deprehenduntur: Menſes & ſanguinis grumos propellunt, obſtructiones reſerãt, venenis aduerſantur. In cibo, potu & medicamentis, quocunque modo ſumptæ, cerebro ſuccurrunt, ſpiritus vitales recreant, maſticatæ oris fœtorem emendãt atque corroborant, & à cõtagio præſeruant. Si Vere vino imponantur id optimo iucundiſſimóque & odore & ſapore commendant, atque ad varia efficaciſſimum reddunt.

GARYOPHYLLATA AQVATICA, SIVE paluſtris, flore rubro ſtriato.



Aquoſis gaudet hæc locis, Maióque & Iunio floret, atque teſte Lobelio, in Angliæ & Brabantiæ ſyluoſis pluſcuis prouenit: transfertur & in hortos, vt Nos Geneuæ in noſtro habuimus.

Cæterùm Garyophyllatæ, montanæ præſertim, eadem, luto & ſordibus ablutæ, ſiccantur, & imbre areti reſperſæ, areas & veſtes iucundo commendant odore. Olfactu eadem ſpiritus recreant & frigidum roborant cerebrum. Summatim Garyophyllatã non eſſe viribus inefficacem argumento eſt, ſ nenſe dictãic Cõmentarius quod eius radices maiorum Garyophylli ſpirant odorem.

CLASSIS XVII. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE
STIRPIVM
CLASSIS XVIII.

FRVMENTACEA, GRAMINEA, HARVNDINACEA, Iuncea, & his ſimilia.

FRVMENTVM, TRITICVM : Germ. *Korn* : Gallis *Froment* : Ita. *Fourmento & Grano* : Arab. *Hantha*, *Hentha*, & *Hencha*.



Sub *Frugibus*, vt primo & ſummo genere contingentur inter alia *Frumentacea*: quæcunq; ſcilicet geniculato culmo & arundinaceis conſtant foliis, ſeménq; panificio aut pultibus aptum ex ſpicis aut iubis producunt. Eorum autem omnium quàm plurimis terris commune & nobiliſſimum eſt *Triticum*. Significat autem Triticum Frumēti genus omne quod ex ſpicis tritum, ac trituratione repurgatum eſt, idémque eſt quod Græcis Pyros.


Vulgarē ſpecā muticā Nos hic pingimus, quod in omnibus ferè habitati ac culti Orbis regionibus prouenit. Lętum ad pinguéque ſolum poſtulat, idque magis apricum & ſiccum quàm rigeum Seritur Autumno, flore Iunio & Iulio metitur. *Plura in ſequ. & in Appendice.*

TRITICVM RACEMOSVM, SEV CVM MVLtiplici ſpica : Gall. Lugdunenſibus *Blé qui trutche*: Italis *Gran del graſpo*.



Tritici, vt notat Theophraſtus variæ receuſentur *Differētia*, à loco, à tempore, atque à culmi, foliorum, ſpicæque variarum partium magnitudine, colore & forma deſumptæ Vnde, ait, *aliud* præcox aliud ſerum: *aliud* amplum multúmque reddēs, aliud tenuium & parū ferens: *aliud* ſpicam grandem effundens aliud paruam *aliud* culmo tenui conſtans aliud craſſo: *aliud* tunicis multis veſtitur aliud paucis: *aliud* vnicalamum, aliud multicalamū, &c. Plinius eadem fermè habet quæ Theophraſtus. Columella tria habet *Robum*, *Siliginem* & *Triticum trimeſtre*: duo Dioſcorides recens, bene maturum & coloris lutei, atque Trimeſtre quod *Setanium* eſt. Differentias à Recentioribus traditas ad ſequentes Figuræ latius recenſebimus.

TRITICVM CINARICEVM MAXIMIS ARISTIS donatum, triturando glumas deponens.



Recentiores Triticū in *Robum* & *Siliginē* vulgò diſtinguunt, atque etiā in *Semeſtre* ſeu *hyemale*, quod antè hyemem ſeritur, & *Trimeſtre* hoc *Æſtiuum*, quod Veris initio ſeritur. Dodonæus Triticum diſtinguit in Robū Columellę, Siliginem Plinij & Setaniū. Dalechampius in *Blé rouge*, quod Veterum ſit *Robus*, & *Ble blanc*, quod illorum ſit *Siligo*: & huius duas rurſus faciunt ſpecies vnam cuius ſpica ariſtas habet, & alteram cuius ſpica ariſtis caret, *Mutica* Varroni dicta, Gallis *Blé mutel*.

Eſt autem Triticum, authore Galeno primi ordinis calefacientium, in ſiccitate & humidi ate mediam. Plura non capiunt huius loci anguſtiæ: conſulat Lector Appendicem & Hiſt. noſt. magnam.


SECALE : Germ. *Rocken*, & *Rockenkorn* : Gall. *Seigle* & *Segle* : Ital. *Segala*.



Diſtinguitur vulgò in *maius* & *minus*, atque in *Vernum* & *Autumnale*, ſiue in *Hybernum* & *Æſtiuum*: illudq; maius ſtatuitur, hoc minus: ſic à magnitudine & ſationis tempore ducta differentia. *Latifoly* & *Innumerata* Secalis meminit C. Bauhinus in Pin. Sunt verò qui Secale ad *Veterum Olyram*, & alij qui ad *eorundem Siliginem* referunt: doctorum eſto iudicium.

Naſcitur paſſim Secale apud plurimas Regiones, Septentrioni præſertim ſubiectas: ac qualicunque ſolo prouenit, quantumuis rigenti graſſo aut arido, fœcundiore tamen ac lætiore melius prouenit quæ. Seritur Autumno & Vere: ac Æſtiuum altero gracilius eſt, paucioribus culmis, ſpicâ breuiore ac tenuiore, granóque leuiore. *Plura in Appendice.*


ZEA SIVE SPELTA ET SEMEN: Germ. *Speltz, Dinckel, Einkorn*: Gall. *Eſpeaute*: Ital. *Spelta*.



Culmo foliiſque Triticeis reſpondet, *Spica* palmaris aut ſeſquipalmaris, aliquando mutica, interdum ariſtis circumuallata, lon gioribus, breuioribus, gemino *granorum verſu*: vel ita diſpoſitis granis, vt alterorum vnius principio medium alterius reſpondeat: *glumis* pertinaciter hærentibus, nec in triturâ ſemen relinquentibus, quo nomine à Tritico vulgari diſtinguitur, alioqui glumis & tunicis, exuta grana vix internoſcuntur.

Theophraſti & Plinii Zea eadem eſt cum Dioſcoridis *Zea*: cuius duûm generum eſt, vna ſimplex, *altera* in ſingulis putaminibus grana bina iuncta gerens, atque ob id *dicoccos* appellata, quam hic pingimus.

ZEA SIMPLEX ET MONOCOCCOS, BRIZA: Germ. *Einkorn, Blicken*: Gall. *Blé locar*.



Speltam ſecundam & Frumentum loculare vocant eorum nonnulli. Naſcitur porrò aſperis & montoſis pleriſque Germaniæ locis. Autumno cum reliquis frugibus ſeritur, ſed ſerius, ac ſubinde Septembris demum menſe, matureſcit. Ceterùm panis ex hac Zea confectus ater eſt, & hominibus ingratus.

Zea autem Dicoccos, de qua notè in multis Galliæ, Italiæ & Germaniæ locis proueniunt. Naſcitur qualicumque ſolo: læto tamen pinguique melius proficit. Seritur vt Triticum Septembri & Octobri, menſe Iunio floret, Iulio verò maturitatem conſequitur demetiturque. Vniuerſa porrò ſua facultate, in medio quodammodo Tritici & Hordei eſt Zea; magis que aluni panes ex Zea facti quàm Hordeacei, minùs quàm Triticei.

ZEA VERNA: Germ. *Immer*: **OLYRA, TYPHA, PARS** Chondrus, Alica, Athera, Gluten, Tragus Amylum.



Zeæ quod hic pingimus genus à Vvirtembergenſibus dicitur *Immer*, atque à variis Scriptoribus *Far Halycaſtrū*, *Zeopyrum*, *Triticum amyleum*. *Triticum* 2. & *Olyra*.

Olyrā autem, quam Plinius *Arincam* vocat, Dioſcorides Zeę generi adſcribit, eamque varii cum *Typha* vnum & idē faciūt: alii, Galeni exemplo, hanc ab illa diſtinguentibus. Quicquid ſit *Olyra* & *Typha* paruum ſunt genus Tritici, in Rusticorum alimoniam cedēs, & Olyrini panes Typhinis preſtantiores habentur. *Far* alias ex Rusticè ſit frumēntum. Zea dictum, de quo antè, alia res factitia, non ipſe non naturæ opus. Sic quoque res ſunt factitiæ, *Athera*, *Tragus*, *Gluten*, *Halica* & *Amylum*: quarum vſum, & præparandi modum non eſt noſtri inſtituti hic docere.

ORYZA: Germ. *Reiſs*: Belg. *Ryſs*: Gall. *Ris*: Ital. *Ris*: Græcis *Oryzon* vel *Oryza*.



Oryzam deſcribere inutile duxēre Marcellus & Matthiolus, vt pote notiſſimam, atque omnibus in cibis familiarem. Noſtram autem *vulgarem Oryzam*, Theophraſti, Plinii, & Dioſcoridis, *Oryzam*, eſſe minimè ambigitur. Duplex eius genus facit Ruellius, alterum grano candido, quod familiare eſt in vſu, alterum grano rubente, quod Plinius cubitali ſcribit eſſe altitudine. Alii diſtinguūt inter *Oryzam ſatiuam*, & *Oryzam* ſpontè naſcentem, quę Nouis eſt *Dens caninus*, de quo mox. Meminit & Oryzę Plinius radice rotundâ, quam à noſtrate diffe re ſcribit Lobelius. In India Orientali diſtinguunt Oryzam optimam & viliorem. *Plura in Appendice*.

TRITICVM TVRCICVM VEL INDIANVM: Ger. *Turckiſch oder Heidiſch korn*: Gal. *Blé Sarraſin*: It. *Grano Indiano*.



Panicum peregrinum & *Indicum* vel *Sarracenicum Milium*, vocat Geſnerus: Fuchſius verò *Triticum Turcicum*. Sed *Indicum* potiùs dicēdum cōtra quam contendunt Dodonæus & Matthiolus, quòd ex India Occidentali primùm allatum ſit, & nōn ex Turcia, vt ſtatuit Fuchſius. At cùm huius delineationem, proceritatem & fœcunditatem ſeitè Plinius inumbret, cuius quo nulli Europæorum ante ſuit aut poſtea Occidua India, fieri potiùs potuit vt tunc ex Turcia maiore, Indios finitimâ à negociis adductum fuerit: ſicque hac in parte cum Lobelio à Fuchſii ſtamus partibus.

Noſtris in regionibus oblectationi magis quàm panificio ſeritur: nec apud Turcas vllus illius vſus niſi in annonæ inopia.

TRITICVM PERVVIANVM, FRVMENTVM Indicum, Milium Indicum, *Mays* dictum: Gallis *Bled de Turquie*.



Inquilinum pridē noſtro orbi factum hoc Tritici genus floris & ſeminis colore plurimùm variat: floris enim color vel purpureus eſt, vel rubens, vel luteus, vt plurimùm pro ſatorum fructus ratione. At fructûs etiam color multiplex, ac primò quidem vel ſimplex vel mixtus: & ſimplex albus, luteus, violaceus vel niger: mixtus verò variis modis variegatus, vnde Spicarum 12. genera enarrat Gerardus, 16. Tabernæmontanus.

Tertiam ſeriorem'am appetit, ſcribit Matthio, & ſub finē Æſtatis maturēſcit. Quidnam autē in Medicina poſſit nondum conſtat: In nutriendo autem Triticeis omnibus inferius habetur, ac panis ex eo apparatus, quamvis candidus ſit, durus eſt & ſiccus valdè, boleoſus, parum nutrit, tardè deſcendit & adſtringit.

VSTILAGO, RVBIGO CARBVNCVLATIO.
Germ. *Brandt*: Gall. *Brunsleurre, Nielle.*



Segetum ſiue Frugum, præſertim ſpicarum, maximè verò Auenę Secalis & Tritici, vitium eſt *Vſtilago*. *Eryſibe* Theophraſto dicta, & Gazæ *Rubigo*: vbi ſcilicet in ſpicam abiturus culmus apparere incipit, & pluuiâ madens interit Solis æſtu, ardentiores radios, culmo ſolùm vel nunquam degenerante, et grana in fuſcum fuliginoſum puluiſculum commutans, aut vel ſolus, vel ſaltem liquore ve alio ſubactos, eiuſmodi colore rutum ſufficit.

Rubiginea autem, authore Theophraſto, Frumentacea magis ſentiunt quàm Leguminoſa, & inter Frumentacea Hordeum magis quàm Triticum ſentit, & inter Hordea aliud plùs aliud minùs, ſed præcipuè Achilleis dictum.


VSTILAGINIS SIVE RVBIGINIS alia Icon.



Naſcitur Vſtilago Aprili & Maio menſibus: cùm cœli tempeſtas crebrò locooſtans, & aliàs nimboſa aliàs ſerena, feruens fuerit; tunc enim ſpicæ humore madidæ à Solis feruore corrumpuntur, ac quodam modo, vt aiunt, aduruntur.

Duo genera, ait Plinius, eſſe cœleſtis iniuriæ meminiſſe debemus. Vnum quod *Tempeſtates* vocamus, in quibus grandines, procellę, cęteráque ſimilia intelliguntur, quæ cùm acciderint *Vis maior* appellatur. & hęc ab horridis Syderibus exeunt. Alia ſunt quę ſilente cœlo, ſereniſque noctibus fiunt, nullo ſentiente niſi cùm facta ſunt. *Rubiginem*, *Vredinem* & *Carbunculum* appellant plurimi, omnes *ſterilitatem*.

HORDEVM: Germ. *Gerſten*: Belg. Gerſte: Gall. *Orge*: Ital. *Orzo*: Hiſp. *Cenade.*



Hordeum vel ab horrore dictum, vt pote cuius mordacior ſit ariſta quàm Tritico, vel ab oriendi celeritate, vel à vocabulo *hordus*, quod grauidum ſignificat.

Differt à Tritico, quòd illi ſit latius folium, culmus breuior, & palea inſuauior quàm Tritico, atque etiam quoniam in verſus ſpicatur, quod in Tritico minimè obſeruatur.

In Hordei autem genere aliud binis eſt verſibus, aliud ternis, quaternis, eiſque plurimùm ſeſſili: quod verò pluribus conſtituitur verſibus ſemper ſpiſſius eſt & poſitu rectius. Spicæ etiam aliis grandiores rarioréſque, aliis minores & frequentiores, aliis diſtantiores à foliis, aliis proximiores *Plura in ſequentib.*

HORDEI GENVS, GERMANICA ORYZA.
An *Zea* ſpecies? an *Olyra*? A. *Far Cluſinum?*




Culmo foliis, & geniculis etiam vulgari iam picto conuenit, ſed in ſpica euidens eſt diſcrimen: laudatur verò in cibis ob albedinem.

Hordeorũ, ait Theophraſtus, aliud rotundius minúſque eſt, aliud oblongum, maius & in ſpica rarius, atque aliud cãdidũ, aliud accedens ad purpuram: *Sic ille*, quē in pleriſque ſecutus *Plinius*, adeò apud Indos *ſylueſtra* reperiri: Hordeum verò, ſuo more imperfectè deſcribit & diſtinguit Dioſcorides.

Recentiores cum Columella & Palladio, Hordeum in *Hexaſtichum* ſiue *Polyſtichũ*, olim Cantherinum dictum, quod maius eſt & Autumno ſeritur, atque in *Diſtichum*, Galathicum dictum, quod minus eſt & Vere ſeritur.

HORDEVM NVDVM SIVE GYMNOCRITHON: *Zeæ* ſpecies & *Zeopyrum* quorumdam.



Hybridam dicas Gymnocriton, cuius *ſpica* Hordeaceam imitatur: *grana* raſſeſcentia *glumâ* ſimplici obuoluta leui digitorum attritu exiliunt, nullo verſuum ordine: *folium* latum multum *culmos* amplectitur. Hordei vulgaris vicem præbet.

Refrigerat autem & exſiccat Hordeum ordine primo, abſterget, vrinam ciet, ac coderata concoquit & maturat: ſed flatulentum eſt, ſtomacho aduerſatur; panéſque Hordeacei citiſſimè per aluum ſubducuntur, & exiguum corpori præbent alimentum. Sic *Dioſcorides* & *Galenus*. antiquiſſimum verò ex cibis Hordeum eſſe perhibet Plinius. De iis quę ex Hordeo fiunt conſulat Lector Hiſtoriam noſtram magnam.

HORDEVM VRENS NOVÆ HISPANIÆ, Hordeum murinum, Hordeum ſpontaneum.



Hordei vrentis nouę Hiſpanię quod Orzada & Cenadilla vocerunt, meminere Caſtor & Monardes: idque aliis ab Hordei noſtratis facultatibus præditum ajunt. Vrentem enim & cauſticam vim illi tribuunt, atque vbicúmque cauterio opus ſit, ignis vices præſtare.

Eſt verò Hordei vitium quoddam in noſtris regionibus familiare, quod Lobelio *Hordeum* dicitur, aliis Ariſtida, aliis *Herba phœnicea*, plurimis verò *Hordeũ murinũ*, *Hordeum ſpurium*, *H. ſpontaneũ*. Hordei eſt *radiculis* & *foliis*, culmos vero erigit cubitales, ſed tenuiores ac *ſpicas* læuiores, *ariſtis* mollibus armatas, cum *gluma* tenui, quę nullum granum tegit, Paſſim vbique prouenit.

Milivm: Germ. *Hirſz* & *Hirſs*: Belg. *Hirs* & *Milie*: Gall. *Mil.* & *Millet*: Ital. *Miglio.*




Milium à Græco *Melines* vocabulo deductum vult Varro, ſed ineptè, ſiquidem per Melinem Panicum intelligunt Dioſcorides & Galenus. Mellùs à miliari ſumma deſumptum vult Feſtus, quaſi milleſimum granum ferat: vnde *Miliaria* aues dictæ, quę tum maximè ad hanc frugem ſe conferunt vt eâ veſcantur.

Differentię eius in ſeminis colore potiſſimùm obſeruãtur, quod ſæpiùs fuluus vel rufeſcens, rarò albus, rariſſimè niger vel ſpadiceus, ac nonnunquam ſtriatus, reperitur.

Leuem ſolo âmque deſiderat terram: & ſeritur ſub Martii finem, ſemina verò Æſtate maturat.

Refrigerat primo ordine, exſiccat verò tertio. *Plura in Appendice.*

Sorghi, milivm indicvm: Germ. *Sorgſamen*: Gall. *Blé Barbu*, Ital. *Sorghi*, *Melega.*



Huic humius proceriores *culmi*, *folia* arũdinacea, & palmaris aut pedalis iuba, in qua copioſiſſima *grana*, Lentibus æqualia, compreſſa, nonnihil oblonga: nunc alba, nunc fuſca, & quandóque nigra: ac ſic potiſſimùm ſeminis colore variat.

Dicitur quibuſdam *Sagina* à ſaginando, aliis eſt *Calamogroſtis Dioſcoridis*, plurimis verò *Milium Indicum Plinij.*

Solum amat pingue & humidum, ac in Italia, Hiſpania & aliis calidioribus regionibus vulgò habetur, eſtque ex Æſtiuis ſementibus. *Vſum mox tradimus.*


Sorghi: sev milivm indicvm albvm: *Dora* quorundam: *Miglio Indico piu gentile.*



Sorghi iam dicto ſimile hoc Milium Indicum, quod Arabum *Harteman* eſſe creditur. *Foliis* cuiuſtat arundinaceis, ęqualibus & geniculatis *culmis*, & eſſuſa iuba: ſed ſemen eius multò maius, rotundius & candidum, in glumis hirſutis contentum, differentiam manifeſtam conſtituit.

In Cilicia ac Epiro ſeri ſcribit Bellonius. Cęterùm Sorghi ſeu Milii Indici ſemen Panico ſapore & temperamento ſimile eſt. Legitur à ruſticis, molitur in farinam, & cogitur in panes, ſed ii friabiles ſunt, & parum alimenti ſubminiſtrant. In Hetruria ſeritur, ſed ad columbarum, gallinarúmque ſaginam potiùs, quam ad hominum alimentum.

Avena alba et nigra: Græc. *Bromos*: Germ. *Habern*: Gallis. *Auoine*: Italis & Hiſpanis *Auena.*




Auena, ait Dioſcorides, genicula quædam habet: *folio* & *ſtipula* Triticum imitatur: & in cacuminibus dependentes veluti bipedes locuſtas gerit, in quibus *ſemen* continetur.

Vulgò autem in *ſatiuam* & *ſylueſtrem* diſtinguitur Auena: illáque Auena ſimpliciter, Auena alba, Auena mitior, Auena veſca, Auena prima & Auena vulgaris, communiter ab Authoribus inſcribitur: & à Cordo in Dioſc. *Auena frumentum*, *Sylueſtrem* verò *Ægylopa nigram & barbatam*, ac *frumenti vitium*, nuncupant. *Calamina* dicta Tibiæ genus id eſt cuius meminit Virg. Eclog. 1.

Cæterùm Auena loco amœniore Vere ſeritur, & ſub finem Æſtatis maturaſcit. *Plura in ſequentibus.*

Avena nvda:



Naturam maximè Auenã operuiſſe ſcribit Theophraſtus: at contrà Auenæ ſemen maximè nudum pronunciat Plinius: ſed nudum dicit hic, quòd, per maturitatem dehiſcentibus membranis, nudum ſemen appareat.

Quæ verò hîc pingitur Auena, *Auena nuda* & *Auena tertia* ab Authoribus inſcribitur. Minùs pertinaciter glumis hæret granũ quod ex albo flaueſcens eſt, & alterius Auenæ grano habitius.

Cæterùm Auena cibus eſt iumentorum non hominum, niſi fortè in extrema fame ex ea panes facere cogantur. Vt medicamentum ſiccat & diſcutit, &, vt ait Galenus, Similem Hordeo vim obtinet. Vſum culinarium norunt mulierculæ.

Avena pilosa: Ægilops aristis recuruis quorundam.




Vt vt hæc *foliis* & *culmis* cum reliquis conueniat, *ſpica* illi admodum ſpecioſa & pedalis: & *grana* pilis flaueſcentibus, ac pulchrè, byſſi inſtar, lucentibus obſepta, quæ ferè vulgaris Auenæ granis longiora ſunt, bina communiter, & nonnunquam ſingularia. Secus *glumas ariſtæ* exeunt gemellæ, longæ, duarum aut trium vnciarum, nutantes atque incuruæ, vt ſylueſtrium locuſtarum crura.

Reperitur in Germaniæ & Belgii agris: facultates autem incognitæ ſunt & nondum exploratæ. Exhaurit porrò Auena omnis terram, vnde Virg. Georg. 1.

Vrit enim Lini campum ſeges, vrit Auena.

Ægi-

ÆGILOPS : Germ. *Taubhaber* **: Gall.** *Auoine ſauuage, Aueneron, Auoine ſterile.*



Vnum & idem nomē apud Græcos & Latinos obtinuit, & eſt Herbula ſua ſponte proueniens, Hordeo ſcilicet in eam degenerante, ac *Auena ſyluestris barbata, nigra, ſatiua* vel *erratica* vulgò nuncupatur. Noménque ab eo obtinuit quod oculorum Ægylopas ſanat.

Ægilopis autem nomine variæ donantur plantæ, *Cerrus, Fagus ſepium, Aquilegia, Conſolida regalis, Hordeum murinum*, & aliæ, de quibus alibi. Sic quæ ſtirps hodie ſit Ægilops inter Authores non conuenit. Nos *Figuram* ex Matthiolo proponimus.

Æſtate ſecus vias, in pratis, in agrorum marginibus, atque in ſegetibus reperitur *Feſtuca* ſiue feſtucago, quæ pro Ægilope traditur.

ÆGILOPS forſè GRAMEN GROS Montbelgardenſium : Germ. *Dort.* & *Lulch.*




An Lolium 2. Tragi ? An *Bromos ſterilis* Lobelij in Obſ. ? An *Gramen murorum* Dalechampij ? An *Feſtuca graminea glumis hirſutis* C. Bauhini in Pin. ?

Variat ſpicis, quæ aliquando velut in faſciculum comprehenſæ, aliquando diſperſæ: atque adhæc aliquando glabræ, & aliquando hirſutæ.

Succreſcit vt & alia huius generis, per imbres ſcilicet frequentes, anni hyemiſque conſtitutione clemente & tepida. Et eſt propè ſecalis vitium, nec niſi rariſſimè, cum alijs frumentis reperitur.

GRAMEN BULBOSUM EX ALEPO.



Ex oblongaribus, moltir, laceris, tunicis veſtitis, *bulbis*, prodeunt pedales & graciluſculi *culmi*. *folijs* anguſtis & palmaribus ſubiguet. *Spica* Hordeo mutico ſimilis, palmaris : *glumis* denſis, longis, calamo appreſſis, ſurſum ſpectantibus, ac in breuem ariſtam ſingulis deſinentibus.

C Bauhino in Phyt. dicitur Gramen bulboſum ex Alepo & Gramen nodoſum, à radicis forma.

GRAMEN CUM LOCUSTIS PARVIS CANDIDIS piloſis, ſemine auenaceo : Germ *Haber graſs.*



Cluſio in Pann. & Hiſt. eſt *Gramen minimum Auenæ ſimile*. Tabernæmontano, *Gramen auenaceum*.

Naſcitur, eodem Cluſio authore, in montanis vmbroſiſque Pannoniæ, Auſtriæ & Bohemiæ : ſeménque Iulio menſe maturat.


Tabernæmōtano in Icon. & Hiſt. dicitur *Gramen auenaceum, Haber graſs*. Gerardo *Hordeum diſtichon* ? C. Bauh. in Pin. & Phyt. *Gramen auenaceum montanum lanuginoſum*.

GRAMEN AVENACEUM LOCUSTIS rubris.



Variat, caule in montoſis læui, in dumetis ſubaſpero. Circa S. Hyppolitum & S. Vrſane obſeruauimus flores Maij principio, in rupibus. Scribit verò C. Bauhinus in Phyt. Iulio & Auguſto repeſiri in montanis, vmbroſiſque circa Badenvvillam arcem in Marchionatu, & *Rhœtenſtein* Baſilienſium : Eique in Phyt. dicitur *Gramen* 4 1. ſiue *auenaceum non lanuginoſum* : aliquid cum Gramine ſpicato Cluſij pann. ſimilitudinis habens.

GRAMEN AVENACEUM RARIORE grano, nemorenſe, Danicum.



Radix huic ſummo cæſpite ſpargitur, ſparſa, ſed villis longioribus annexa : *culmus* ſeſquipedalis & bipedalis, nitidus, lucidus & tremulus : *folia* auenacei ſyluarum graminis : *locuſtæ* quàm in cæteris rariores & breuiores.

Faginis montoſis ſyluis, non procul à Cirnemburgo, vdo ſolo, collegit Lobelius.

C. Bauhino in Phyt. dicitur *Gramen auenaceum* 1. ſiue *locuſtis rarioribus*.

LOLIVM, PHOENIX, GRAMEN LOLIACEVM: Germ. *Dort.* Gall. *Turaye*: Ital. *Loglio.*



Lolium *Triticum temulentum* & *Frumentum ſatuum* dicitur nonnullis. *Airam* vocarunt Græci ab eo quod nocuæ eius auræ ſurſum ad cerebrum rapiuntur. Variat autem & nonnunquam ſine ariſtis obſeruatur: communiter verò ariſtas habet.

Naſcitur in aruis cum Tritico & Hordeo, ſeminibus ipſorum corruptis, aut, vt Galenus ait, in deterius permutatis: & ſolo quidem præſertim vliginoſo, per cœli, menſibus potiſſimùm hybernis, tempeſtatem humidam.

Granum in dura tunica continetur: *Stipula, radix* & *reliqua* Tritici vel Secalis ſunt eadémque, vt olim iam à Theophraſto proditum, rurſum in Triticum vel Secale redire creditur eorum hæc peſtis, hoc vitium. *Plura ad latus ſequ. Figura.*


CYNOPS THEOPHRASTI QVORVNDAM. An Gramen murale Dalechampii?



Vt in antè traditorum *Lolij* & *Phœnicis* hiſtoria pergamus: naſcitur *Phœnix* in aruis, ſecus vias, & in ædificiorum *tectis*, in Italia & Gallia vbique ferè obuia. Tantáque illi cum Lolio conuenientia, vt qui hoc nouit, illud etiam nouerit.

Calefacit autem Lolium in principio tertij ordinis, deſiccat in fine ſecundi. Cùm eſt in pane celerrimè vertigines, torpores & temulentias facit, & caliginē oculis affert: Gallinis & altilibus nocet nihil. Varijs verò modis admotum impoſitúmve valet ad ſtrumas, panos, putreſcentia vlcera & gangrænas. Quin & fronti ex axungia admotum, ſic ipſas noxas pellit. Sic, vt ait Plinius, in aliquo ſunt vſu ipſæ Frugum peſtes.

PANICVM: Germ. *Fench, Fuchs ſchvvants*: Gall. *Panis*: Ital. Panico: Hiſp. *Panizo.*



Panicum à paniculis dictum exiſtimatur. Quibuſdam *agreſte* vel exiguum eſt *Milium*, Ruellio *Melica*, [ſed perperàm, vt notat Matthiolus,] Græcis *Elymos.*

Eius hiſtoriam paucis perſtringit Dioſcorides: Panicum, inquit, Frumentaceis connumeratur, Milio ſimile, eodemque modo in panes ſubigitur: atque eoſdem etiam habet vſus: minùs tamen & nutrit & ſtringit.

Panicularum magnitudine, formâ & colore variat: ſunt enim illæ magnæ vel paruæ, compreſſæ vel diuulſæ, flauæ, nec rufæ vel albæ: *Nos vulgare hic pingimus.*

PANICVM SPICA COMPRESSA, PVRPVraſcentibus ariſtis.



Minùs placebat Icon iam propoſita ex emptitiis noſtris, quapropter aliam hic proponimus.

Porrò licèt apud Hiſtoriā Lugdunenſem legatur nullum hodie Panici, nec officinis nec panificio, eſſe vſum: quòd cùm ſiccum valde & macilentum ſit ſemen, parū admodum præbeat alimenti, ac propterea auiculis relinqui. Magni tamen per vniuerſam Germaniam, Hungariam & Bohemiam Panicum vſus eſſe, perhibet Cluſius: Etenim in alimentum cedere ac poltes ex eius ſemine deglumato fieri, non ingrati ſaporis.

PANICVLVM SPICA DIVVLSA.



Panicum, ait Plinius, in frigido & aquoſo priùs ſerendum, poſtea in calido agro: Vetant id inter vites arboreſve frugiferas ſeri, terram emacerari hoc ſatu exiſtimantes. Peſtem autem à Panico, Sturnorum Paſſerúmque agmina, abigi, addit idem, Herba cuius nomen ignotum eſt, in quatuor ſegetis angulis defoſſa: ita vt, mirum dictu! nulla auis intret. Sed quæ eſt illa Herba, quæ per tot ſæcula nondum innotuit ſcrutatoribus curioſis.

PANICVM COERVLEVM, SIVE INDICVM.




Ex Peruana prouincia in Europam illatum fuit elegans hoc Panici genus. Habet autem id *Calmos* longè craſſiores, firmiores & altiores vulgari Panico: *folia* harundinacea longa, lata duos: *ſpicam* circiter digitalem, densè compactam, æqualis propemodum vbique craſſitudinis: *ſemen* verò læuia ſubcærulei coloris, ac *radices* tandem fibroſas, maiores & validiores quàm ſunt in Panico vulgari.

PANICI AMERICANI SESQVIPEDALIS SPICA.



Hoius Panici ſpicam craſſam, valde firmam & bene compactam, nec vtrique tamen æqualem: ſed paulatim & ſenſim extimâ parte gracileſcentem, ſeſquipede longiorem, ... tamen integram, ad me miſerat, inquit Cluſius, Londino Iacobus Garetus, anno 1592. à Nanclero quodam Anglo ex ſua Nauigatione reduce emptam. In ea autem ſemina erant innumera, hiſpidâ glumâ incluſa, ex breui pediculo. *Panicum Æthyopicum ex Guinea* vocat: *Panicum Indicum ſpicâ longiſſima*, C. Bauhinus in Pin. Plantaginis autem ſpicam aut Piper longum non malè repræſentat.

PHALARIS Græcis, Latinis, Germanis & Gallis dicta. Germ. dicitur etiam *Canarien ſaet*: Gal. *Froment de Canarie*.




Radice nititur habiliore, è qua *culmi* prodeunt ſeſquicubitales, Hordeacei & nodoſi, quorum vnicuique *ſpica* inſident ſingulæ turbinatæ: *Folia* ſunt Hordeacea, *floſculis* pallidi, *ſemen* Miliaceum, lutei coloris.

Eam nonnulli in *Satiuam* & *Syluestrem* diſtinguunt: alii verò in *Maiorem* & *Minorem*. An *Veterum Phalaris* hodiè ignota?

Ex Hiſpania & Fortunatis Inſulis afferebatur olim, hodie verò in cultioribus habetur hortis. *Folia* porrò & *ſemen* ad veſicæ cruciatus prodeſſe creduntur: ſeorſim ſpeciatim, authore Lobelio, panes ex ſemine ad calculum vtiliſſimi. Præcipuus tamen ſeminis vſus Canariis Philomelis alendis, vnde apud Inſtitores magna vulgò eius copia.

PANICI SYLVESTRIS GENVS, SIVE Dens caninus I. Gall. *Panicette*.



Inuiſa eſt Oliteribus herba, paſſim obuia, & tamen Augusto maturans. Variat, aliquando ſpicâ oblongâ, aliquando breui & rotundâ.

An Plinii *Herba alba*? An eiuſdem *Miliaria*, Milium necans? An Cæſalpini *Alopecuros*? An Ruellii *Hordeum*? An Gorthœi Frumentum caudatum? An Phalaris Dioſcoridis, vt Lonicero & Trago videtur? Fuchſius, cuius Iconem hic damus, exiſtimat *Phalaridem Plinii* eſſe: alii *Milium ſylueſtre* eſſe exiſtimant, quibuſdam dictum *Paniceaſtrella*.


GRAMINIS GENVS DENS CANINVS II. dictum ſeu Panicum ſylu. paniculâ diuiſâ.



Calamos, à *radice* fibris compluribus craſſiuſculis conſtante, duos aut tres cubitos altos, emittit: *folia* Arundinacea in acutum mucronem deſinentia: *ſubâ* palmaris & ſeſquipalmaris, ſubrubens, aut è rubore nigricans, a crebris ſpicis compoſita, denſo granulorum Paniceorum agmine, in glumis mucronatis, nunc muticis nunc ariſtatis. Frequens eſt iuxta agrorum aggeres & alibi, paſſim obuia, & hortis moleſta herba.

An Cordo in Dioſc. *Orizæ ſpecies* Germanis *Schnader* dicta? An *Lolii genus*? An *Meliaria Plinii*? An Matthioli *Panicum paluſtre*?

GRAMINIS GENVS, DENS CANINVS III. Gramen Mannæ, Germ. *Himmeldauw* & *Mannegraſs*.



Annua eſt planta, hortis etiam valdè odioſa, quæ Iulio primùm apparere incipit.

Carumina pueri naribus inſerunt, extrahuntque vt ſanguinem eliciant, & hinc à effectu *Sanguinellam* nuncupant. In Germaniæ locis nonnullis magnâ curâ ſeri ſcribit Matthiolus, nec minori quàm cætera Frugum & Leguminum genera quòd eius ſemine veſcantur; vt poto vino in pinguium carnium iure decoctum, non minorem Oryzâ necne gratiam. Sed in pila tundere oportet, vt à ſuo puta mine liberetur in accenatis edi ſcribit Geſnerus.


GRAMEN DIGITATVM HIRSVTVM.



Perenni & fibroſâ *radice* nititur, ex qua *culmos* emittit cubitales & bicubitales, tenues, rubentibus geniculis nodoſos, frequenter ſuis longulares, aliâs ramoſos. *Folia* tres quatuorve vncias longa, anguſta, & raris longis pilis hirſuta: partimque è radice, partim ex culmis oriuntur. *Panicula* cubata, quatuor aut quinque ſpicis comata, *Gramini Mannæ* ſimilibus, nitentibus, purpuraſcentibus, mollibus longiusve villoſis, ex glumarum mucrone ariſta molli prominente: *floſculorum* verò ſtaminulis interra iore purpurâ tinguntur.

Prouenit ſiccis & aquatoſis locis: Baſileæ ad pomœrium Albanum frequens.

LACHRYMA IOBI vel MARIÆ : Ger. *Marien trahen*: Gall. *Larmes de noſtre Dame* : Hiſp. *Lagryma de Moyſen*.



Culmis donata eſt cubitum vnum aut alterum altis, geniculatis: *folia* Tritici frumentacei: ex *ramorum* alis emicant *petioli*, quibus ſingulis inſtar adiguntur *grana*, vt plurimùm ſingula, rariùs bina, læuoris politiſſimi, nitida, ante maturitatem flaueſcentia, matura verò ex candido rubeſcentia, duritie lapideâ, Ciceri æquantia, ſuperiore parte turbinata, vnde exit inanium glumarum ſpica mutica.

An *Lithoſpermi* genus?


LACHRYMÆ IOBI ALIA ICON.



In hortis cultioribus pleriſque omnibus habetur peregrina hæc planta. Eam verò præſertim colunt cœnobiorum vireta, ſeminis lapidei causâ, quoniam ex eo maturo, atque acu ſectienti iunctis *globulos precatorios*, vt vocant parant.

Ad Calculum renum & veſicæ ſaburram polline & decocto valere ſcribit Lobelius. Pro duabus autem noſtris Iconibus, quas iam ſculptas emimus, vellem vt vnam eſſe ſolam meliùs depictam.


GRAMEN IN GENERE, GRÆCIS AGROSTIS: Germ. *Graſs* : Gall. *Grame ou Herbe* : Ital. *Gramigna*.



Gramen *Agroſtin* vocarũt Græci, à vocabulo *agros*, cãpum agrúmve ſignificante: Latini *Gramen*, à gradiendo, quòd ſerpendo repat & veluti gradiatur: Arabes verò *Nagem*, *Negẽ*, *Negiem* & *Negil*.


Plura autem ac varia ſunt *Graminis genera*. Quatuor fecit Dioſcorides, Vulgare, Arundinaceũ, In Parnaſſo natum, & natũ in Cilicia, quod Indigenæ *Cinnã* vocant. Habet & Plinius priora tria, & alia quoque tria aculeati generis Nonnullis 46. numerãtur *Differentia*, quibuſdã pauciores, aliis plures, à radice, ſpica à comâ, folio & flore deſumendæ. Nobis antè cognitas ante dictis ſubiungemus. Quod porrò hic pingimus *Gramen* eſt *canarium* ſiue caninum dictum, Vulgari dicto haudmultùm abſimile: éſtq; id vel *Maius* vel *Minus*, & reperitur in glareoſis incultis agris.

GRAMEN NODOSVM, BVLBOSVM SIVE tuberoſum : Germ. *Knoodgraſs*, *Knoder graſs*.



Culmos habet duos aut tres cubitos altos, tenues: ad quorum nodos *folia* oriuntur culmum ad alterum ferè nodum inuoluentia, quæ inde dilatata abſcedunt, ſeſcunciam ferè lata, palmum longa, glabra: *Panicula* bipalmaris glumis conſtat auenaceis, criſtâ paruâ molliceIlâ donatis, è quibus *floſculorum* saturatè purpuraſcentiũ tremula filamenta librantur. *Radices* bulbis catenatis tuberoſæ, crebertimis fibris longiv capillatæ, ſapore partim ſubacida. Naſcitur in ſegetibus, ſecus agrorum margines, & in collibus, inter alia Gramina.

GRAMEN CRVCIS SIVE NEIEMELENSALIB Ægyptiorum, Alpini.



Radicibus ſerpit albis, geniculatis, dulcibus, cum aliquali acrimonia, communi Gramini proximis, digitali altitudine geniculato *culmo* aſſurgens: *foliis* verò eſt cõmunis Graminis folijs ſimilibus, ſed minoribus. In extremis verò ramulis, quatuor ſunt *ſpica*, Iſchæmi, perfectã crucem figurantes, quã æquè omnes vno modo formant, Ex quo ipſum Ægyptii *Nemeleo* vocant, quaſi dicerint *Gramen crucis*, in quibus fiunt *ſemina* minutiſſima communia Graminis ſeminibus ſimilia.

Maximum vſum ſemina apud omnes habent, pro iis ſcilicet qui tum renum tum veſicæ calculis laborant. atq; ad frangendos lapides in veſica concreatos, quod genus morbi ibi eſt familiariſſimũ, & quaſi endemium.

GRAMEN SCOPARIVM ISCHÆMĨ PANIculis, Gallicum, *Lobelij*.



Figura eſt graminea, Iſchæmi vulgaris: gracilis *culmus*, rigidus, geniculatus, cubitalis: in quaternas, quinas, ſenas & plures elegantiſſimas lucidas ſpicatas *caudicellas*, Iſchæmo Graminis ſimiles, faſtigiatos: *Foliis* item non diſſimilibus. Copioſè prouenit in Galliæ ſabuletis.

Ex eius verò prælongis, prætenuibus, rigidiſque cubitalibus, & longioribus *radicum* cutis, concinnantur ſcopulæ illæ vulgatiſſimæ nitentis comæ conciliatrices, frictionibúſq; capitis accõmodatiſſimæ & vſitatiſſimæ, *Lobelius in Adu*.

GRAMEN REPENS OFFICINARVM: Germ. *Graſs*: Gall. *Dent de chien*: Ital. *Gramigna*.



Gramen caninū medicatū inſcribunt nōnulli. Prouenit autē paſſim ſponte in aruis & ſatis præſertim, frugibúſque haud parum eſt incommodum: quapropter ſementem factam, raſtris Septembri, etiámque manibus primo Vere, runcandum præcipiunt Coloni. In pratis rarò reperitur.

Totam plantam veſcam & frumentaceam facit Lobelius. Eſt autem vſibus Medicis receptiſſime, ad renū aliorúmque viſcerum farctus liberandos, & vermes inteſtinorum enecandos. at ea potiùs præſtat radix quàm reliquæ plantæ partes.

Icon eſt Graminis repentis Camerarij.


GRAMEN SVPINVM ACVLEATVM: Ital. *Gramigna ſpinoſa*.



Breuibus *fibris* radicatur: *ramos* verò terræ apprimit in orbem, multos, palmares, & ſeſquipalmares, atque aliquos etiam pedales, nonnullos verò interdum vnciales tantùm, rigidulos: ad quorum genicula, vriculi inſtar, *folium* ſtriatum glumes numeroſas conglomeratas, *ſquammarum* foliacearum complexu comprehēſas, claudit: deinde in mucronem rigidum & acutum, vncialem & breuiorem, rectà in latus protendit: atque in extremo caule huius generis plura folia & vriculi glumis grauidi echinatæ aliquid oſtentant.

Prouenit inter rudera, & in muris vetuſtate collapſis: iidémque etiam habent nonnunquam aſperiores ſicciorésque viæ. Viribus autem iiſdē pollet quibus modò dictum Gramen caninum medicatum.

GRAMEN PRATENSE VVLGARE, ſpicâ ferè arundinaceâ: FOENVM.



Capillaribus *fibris* totum occupat cæſpitem, glabris, viridibus, tenellis amictas emittens *ſtipulas*: quarum ſumma comantes leuè diffuſæ *panniculæ* molliuſculæ inſigniunt, pilorum ariſtarúmque expertes, ad arundinem tamē quodammodò accedentes. Eſtque in hoc Gramine inſignis varietas ratione loci & magnitudinis ſpicarum. Eſt autem tam notum quàm quod notiſſimum, Gramen hoc pratenſe, quod, quando aruit *Fœnum* vocatur.

Eius ſemine in horreis è ſpicis excuſſo & collecto vtuntur multi Medici ad diſcutiendos flatus, & ad alia. *Fleur de foin* vocant Galli.

Maioris anguſtiore folio meminit C. Bauhinus.


GRAMEN AGRORVM LOBELII. *Agrorum venti ſpica*.



Agrorum venti ſpica dicitur, quòd *ſpicam* habeat latam, comoſam, expanſam, & à ventis commouendo in alterum agitatam latus. *Folio* alioquin & *radice* ac magnitudine ferè æquale eſt ſegetū Gramini. *Iuba* etiam Iubæ Milij ceu Graminis haud abſimilis eſt: *Hæc Lobelius*: Quibus addit *Tabernamontanus*: Radicem habet paruam, villoſam: *folia* longa, anguſta, nec acuminata: *culmum* quàm cætera harundinacea magis tenuem.

Inter agrorum ſegetes reperitur.

GRAMEN CAPILLATVM: GRAMEN SEGETALE: Germ. *Acker Strauſs graſs*.



Paniculæ huic ſpecioſæ, nunc viridantes, nunc flaueſcentes, nunc rubentes: vnde *Segetum Gramen paniculâ ſpecioſa* vulgò inſcribitur.

Naſcitur in agris inter Hordeum & Frumētū, vt Nos Geneuæ & Montbelgardi inter ſata frequens obſeruauimus.

C. Bauhino in Phyt. *Gramen* 18. ſiue *paniculatum ſegetum*: in Pin. *Gramen paniculatū aruenſe* 3. ſiue *Gramen ſegetum altiſſimum panicula ſparſa*. An *Gramen caule geniculato Thalij*.

GRAMEN TENVE DVRIVSCVLVM, & penè iunceum.



In ſabuletis, ſqualidis ariditatibúſque Galliæ, Angliæ, Germaniæ & Belgij agris, reperiri ſcribit Lobelius. Obſeruauimus vero Nos Montbelgardi, in commiſſuris ſepium, ac ſupra muros & rudera etiam, cum floſculis vel ſpicibus minimis albis: ita autem firmiter rupibus & muris tenuibus ſuis capillaribus & nigricātibus fibris adhæret, vt vix euelli poſſit.

Lobelio in Icon. & Hiſtoriæ Lugdunenſi dicitur *Gramen exile*: Tabernæmontano in Icon. & Hiſt. *Gramen minus duriuſculum*.

GRAMEN EXILE DVRIVS NORTVVEGICVM aut Danicum, Scopario Gramini cognatum.



Saxorum interuenijs leui terra ſterilis Petræ Nortvvegiæ, in ijſque maritimis, rimoſis caudicibus, ſyluarum Daniæ, viget hoc Gramen ſcribit *Lobel*. Denſiſſimo autem ſparsóque rigidorum, iuncearum, ſeſquiunciali altitudine, tenuiſſimorū foliorum, agmine ſtipatum obſeruatur: reliqui palmaribus, numeroſis, cirratis, geniculatis, ſtamineis calamulis: quorum ſumma *folia* latiuſcula, vaginulæ inſtar, ſpicatas vncialesque *paniculas* claudunt aut amplectuntur. *Radix* dodrantalis, iubata, Buxi pallidi coloris.

GRAMEN CVM PANICVLA MOLLI rubente.



Confibratæ huius ſub caſpite *radicula*: à quibus ſtatim pronaſcuntur *folia* multa, quadrantalia & trientalia, peranguſta, mollia, glabra, quibus minora ſunt ea quæ in culmis obſeruantur, paucáque, & in ſingulis geniculis ſingula. *Calmus* pedalis, minor interdum, atque interdum maior, *paniculam* gerit vncialem & ſeſquiuncialem, diuulſam, ex viridi purpuraſcentem, glumis crebris exilibus, in breues, eáſque interdum tortiles, ariſtas, molles, & quaſi ſericeas, deſinentibus.

Varijs locis obſeruauimus hoc Gramen, Monſpelij in pratis, Geneuæ ſupra murum, Baſileæ citra telonium, ac Montbelgardi in muris antiquis.

GRAMEN PANICVLATVM MINVS ALBVM: Germ. *Klein vveiſs ſtraſs Graſs.*



Radix huic eſt exilis & villoſa, ex multis ceu fibris perplexa: *folia* admodum anguſta, parua, acuta, læuia: culmi parui, æquales, dodrantem medium non excedentes: *panicula* excoſæ albæ & nonnihil ſplendentes.

Eſt & huius generis *rubrum* iam dicto albo per omnia ſimile, niſi illi *culmus* & *panicula* rubeſcerent, magíſque compacta eſſet *panicula*.

Prouenit autem album paſſim in hortis & vineis: rubrum verò ſatis rarò conſpicitur: nec omni terrarum loco creſcit. Vidimus Nos non procul Bizantio in Vinetis.

GRAMEN HIRSVTVM ANGVSTIFOLIVM C. Bauhini.



Ex *radice* exigua, fibroſa, ruffeſcente, *culmus* vnicus, cubito altior, atque vt plurimùm læuis, exurgit: in cuius ſummitate eſt *panicula* alba, mollis, leuiter ſparſa, ex multis *lanuginibus* compoſita, quarum vnaquæque *ſemina* continet minuta, ſubnigra & ſubrotunda. *Foliis* eſt paucis, anguſtis, palmaribus & villoſis, aliquot culmum cingentibus. Prouenit in paludoſis Michelfeldenſibus pratis.

GRAMEN MINIMVM.



Capillorum inſtar tenues *radiculæ* cæſpitem mordicùs obſident: *culmi* numeroſi, vnciales, enodes, molles, tenuiſſimi, in *ſpicam* deſinunt alternis glumis Graminis pratenſis obſitam: *foliola* ſtipulas à radice aliquouſque comitantur, tenella, perpuſilla.

Hoc prope Templi Dianæ fontem illum magnum Nemauſi obſeruauimus, nec vſquam alibi.

GRAMEN MINIMVM DALECHAMPII.



Eſt veluti gleba ampliuſcula rotunda: *radiculis* pluri mis breuibus candidis: *foliis* digito uno longioribus, rectibus, ſpicâ valde gracili, paruâ: *floſculis* rubris ſtatim ad primam aëris temperiem exorientibus. Naſcitur in aruis.

Hiſtoriæ Lugdun. dicitur Gramen minimum Dalechampij: C. Bauhino in Phyt. Gramen minimum inſtar glebæ craſſiuſculæ.

GRAMEN ANTHOXANTHON SPICATVM.



Foliis & radiculis capillaribus proximè ad Gramen pratenſe accedit : verùm *folio* glabro : *culmis* dodrantales, aliquando cubito altiores, tenues, frequentiuſculi, geniculati. *Spicam* gerunt ſinguli vnicam, vnius duntaxat vnciarum, ex viridi flaueſcentem, vt meæ figuram.

Circa S. Hyppolitum Burgundiæ vidimus florens Maio.

GRAMEN VERSICOLOR.



Reptantibus Graminibus accenſendum & hoc, quod radices ſuas geniculatas longè latéque ſpargit, *fibris* profundè demiſſis latis craſſis, quò fit vt è ſupinum terris vix poſſit euelli: *culmi foliis* crebris veſtiti, dodrantales, *ſpicam* ſinguli gerunt Graminis Anthoxanthi, paulò tantùm breuiorem, & purpuream, ſed quæ colore ad obiectum lucis variante placet.

GRAMEN LANATVM DALECHAMPII.



Totum mollicellum eſt, tomentóque obſita non tantùm *folia* longiuſcula, ſed & *calami*, eorúmque *genicula*: *panicula* mox octiuer diuulſæ *ſpicam* mentiuntur, purpuraſcentem, cineream, vel colores ex his mixti.

Editos & aſperos amat montes, & rigua prata. *Gramen lanatum* dici ſcribit Hiſtoria L. quòd manibus contrectantium blanditur. *Gramen pratenſe paniculatum* 1. & *Gramen paniculatum molle* nuncupat C. Bauhinus in Pin. & Phyt.

GRAMEN ASPERVM.



Culmo eſt bicubitali & altiore, geniculato, aſpero, potiſſimùm ſub nodis & in faſtigio: ſic *folia* etiam aſpera: vt & *panicula*, quæ rigida & craſſa eſt, albicans vel rubens: ſæpe minùs ſpatioſa, alias magis, cum patulis *paniculis* ex pediculis longis aſperis. *Flores* vel lutei vel rubri.

Gramen ſpicatum inſcribunt Dalechampius, Hiſtoria Lugd. & C. Bauhinus addúntque in folio eſſe nonnunquam articulato. Reperitur in frigidorum montium pratis.

GRAMEN PARVVM ECHINATVM.



Longis albicantibus fibris radicatur, *culmos* pluſculos donatum palmaribus, paulò longioribus, duris, rubentibus, crebro nodorum interceptu diſtinctis, quos *folia* ferè totos obuoluunt, vix vnciam ab iis recedentia, hirtis per margines pilis donata, alioqui glabra: *ſpica* vnciales denſa glumarum pulchris denticulis muricatarum ſit parte contexta, *ſemen* echinula medullitus continentium, puſillum, oblongum, rectum.

GRAMEN PERPVSILLVM; CAPITVLO rotundo ſpinoſo.



Paucis fibrillis ſummo capiti hærentibus *radicatur*: *folia* vncialia, rigidula, latiuſcula: *culmus* vnciam vnam aut alteram altus, durus, rigidus, ſtriatus, cuius ſummo inſidet *Capitulum* glomeratum, exalbidum ſtellis denticulatis admodum rigidis pungentibúſque muricatum.

Nemauſi ad molendinas in ſaxorum & ſuperiorum cauernis collegimus, nec vſquam alibi maius: ipſa autem planta eius magnitudinem repræſentat figura.

GRAMEN CAPITVLO LVCIDO GLOBOSO Tabernæmontani.



Radicula huic tenuis & fibroſa: *folia* Graminis vulgaris: *Culmus* lævis, tenellus, ſpithamam longus: in ſummo *Spica* pellucidæ, glomeroſæ, *floſculis* albidis denſè ſtipatę, quos dehiſcentes minutulum excipit *ſemen*.

Prouenit in locis incultis collibúſque aſperis & ſiccis. *Gramen lucidum* vocant Tabernæmontanus & Cęſalpinus: *Herbam Luziolam* Anguillara: An Combretum Plinii?

GRAMEN CRISTATVM, C. BAVHINI.



Seſquicubitalibus aſſurgit *calamis*, perquàm tenuibus, geniculatis, non ſine *foliis*, quę, vaginę inſtar, ſatis longo interuallo culmum complexa, palmum longa, ab eo recedunt, anguſta. *Spica* quadrantalis, duobus verſibus in vnam partem vergentibus, glumarum pallidarum, criſtatarum fimbriatarúmve floſculorum fuſcorum luteorúmve, tremulas fibrillas explicat, dorſo ſpicę glumis viduo. *Radices* tenues & cirrosæ.

A *ſpicis* criſtam gallinaceam æmulantibus *Criſtatum* hoc Gramen ſcitè à C. Bauhino vocatur, ait Lobelius; eóque variis editis Londinenſis agri pratis nihil frequentius, ubi ad ſtoreas, pergulas & alias res topiarias concionandas ipſo, vti & nonnullis aliis Graminibus, vtuntur Ruſtici.

GRAMEN GENICVLATVM TABERNÆM. Germ. *Knoden Graſs.*



Radix ex pluribus fibris compoſita, multos protrudit nodoſos ſeu articulatos *culmos*, in alios ſubinde diuiſos: *folia* longa, anguſta, acuminata, neruo per medium eleuato: *ſpica* longa, tenuis, villoſa, *glumis* albis conſtans, in quibus *ſemen*.

In Campis, pratis & locis graminoſis prouenit: variátque magnitudine, vtpote quod Monſpelii palmo minor eſt, Baſileæ verò atque alibi, interdum cubitale.

GRAMEN TREMVLVM, GRAMEN AMORIS: Ger. *Liebgraſs* & *Zittern*: Gal. *Amourettes, Amourettes tremblantes.*



Triplex hîc proponimus Graminis Tremuli genus, *Minus Magnum & Maximum*: *Tremuli* verò nomen obtinuit quòd vel vnico, vel pluribus eius ſcapis manu tenentis, omnes eius paniculæ perpetuò tremulæ ſint. *Gramen Amoris* verò dictum fuit hoc Graminis elegantiſſimum genus ob paniculàrum elegantiam, quæ vel albæ ſunt, vel ex atro purpureæ.

Sponte variis in locis prouenit, & ob pulchritudinem etiam colitur in hortis.

GRAMEN PVLCHRVM PARVVM, PANICULÂ LATÂ, compreſſâ.



Pulchelli huius Graminis *radices* capillares ſunt, colore ruffæ, palmum longę: folia prima, vnciam vnam, duas treſve longa, tenuia: *culmi* triquetri, enodes, frequentes, palmares & ſeſquipalmares: quorum extremis ſeſſiles ſiue nullo pediculo impoſitę *paniculæ*, vmbellam quodammodo mentientes, ſpecioſæ, compreſſę, coloris ex viridi ſuffuſcentis, in quibus *ſemen* minutum, nigrum.

Abundat locis humidis, vigens ſpicis Iulio & Auguſto. Ad Byrſam Baſilienſium in paluſtribus, & in *Michelfeldensi* frequens.

GRAMEN PARVVM PVLCHRVM ALIVD, paniculâ compreſſâ nigricante.



Differt hoc ab alio illo paruo modò picto, quòd maius ſit & hirſutius, *foliáque* latiora & longiora habeat: ac quòd *Paniculam* habeat compreſſam & nigricantem, quæ alteri lata eſt, & ex viridi ſuffuſcens.

Iiſdem autem locis cum præcedente prouenit.

C. Bauhino in Phyt. & Pin. dicitur *Gramen Cyperoides minimum nigricante panicula*, Lobelii, Adu. parte 2.

GRA-


GRAMEN CVM CAVDA MVRIS MINVS.



Longa huic *radix*, obliqua, craſſiuſcula, ex qua *fibræ* tres ſurſum in aliquot ſpa[-]tia diuiduntur, ex quibus *fo-lia* multa, vnciarum 4. vel 5. Graminis pratenſis foliis ſimilis: *culmi* aliquot palmares vel pedales: *Spica* vnciarum quatuor, quales Graminis cum cauda Muris maioris, ſed tenuiores.

Locis ſiccis & graminoſis campis prouenit, vt à nonnullis Gramen Typhinum vel Typhoides nuncupatum.

GRAMEN CVM CAVDA PARVA MVRIS radice nodoſa, repens.



Ex *radice* fibroſa, & velati *bulbulo* nodoſa, aliquot emergunt *culmuli* cubitales aut ſeſquicubitales, tenues, læues, ab internodiis reflexis quos ab imo ſtatim pluſcula conſtantur *folia* glabra, breuia, anguſta. Ex ſingulo cæterùm internodio ſingulum prominet *foliolum*: Summitat quæ *ſpica* incubit parua, biſyrdi, Lobelii *Typhini Graminis* figurâ, b coemib, ſquamalis denſiſſimè ſtricta.


Inuenitur hoc duum generum, alteri enim nodoſa radix, alteri minimè nodoſa. Vtramque prope Beſſ[-]erdiam obſeruauimus, non longè à pago Dancubin in dumetis, & ad fluuij ripas.

GRAMEN CVM CAVDA MVRIS MAIORIS longe maius: Gramen Typhinum maius.



Radices huic tenues: *culmi* habent principium bulbato oblongo ſimile, ſuntque cubitales & altiores interdum: *folia* aſpera vaginâ longiore ſtipulam circumplexa. Summum cacumen palmare, ac ſæpe etiam longiorem *ſpicam* ſuſtinet, teretem, caudæ magni muris ſimilem, mollem ſi ſurſumverſus manu demulceas, aſperam ſi contra, coloris cinerei, innumeris ſquammulis, in binas breues ariſtas deſinentibus, conſtantem.

GRAMEN TYPHINVM LOBELII; GRAMEN Typhinum II. Tabernæmont.



Gaudet ſabuletis & maritimis natalibus: radix puſilla, capillacea: caulis dodrantalis & pedalis. Sic deſcribit Lobelius. Sed nimium breuis eſt deſcriptio, nec ex ea certi quid colligi poteſt. Figuram ſi conſideres non malè exprimit hic pictam Tabernæmontani Gramen Typhynum II. appingit enim bulbola caulium principia ſola magnitudo dubium parit.

Prouenit locis humidis & arenoſis.

GRAMEN CVM CAVDA MVRIS PVRPVRAScente. Gramen alopecurinum quibuſdam.



Ex denſo *foliorum* Graminceorum glabrorum agmine aliquot emergunt *culmi*, quorum alij pedales, alij cubitales aut ſeſquicubitales, interdum purpurei. *folia* inferius latioribus veſtiti, paucis atque exiguis articulis diſtincti. In ſummo *ſpicam* gerunt purpuraſcentem, palmarem aut breuiorem, caudæ muris formâ, ſed confuſo glumarum ſterilium ordine refertam, ex quibus breues & tenellæ prouſiliunt ariſtæ. *Floſculi* eius ſpicæ ſunt luteoli, pallidi, ex tenuiſſimis filamentis penduli. *Radix* meræ ſunt fibræ.

Circa Montbelgardum locis ſiccis floret Iunio.


GRAMEN CVM CAVDA LEPORIS ASPERA; ſiue ſpicâ murinâ.



Plaſculos ſurrigit *culmos*, graciles, rigidulos, pedales aut ſeſquipedales: in quorum ſummitate *ſpica* ſunt breues, magnitudine & figurâ caudæ vulpinæ haud abſimiles, ſed ariſtis aſperis, vtrinque murientis, cum ariſtis longiuſculis & leuiter recuruis. & quæ ex breui reflexu in ſua mitate culmi naſcitur: in quarum ſinu *glumæ* latent paruæ inutiles. *Folia* mediocris longitudinis, rigiduſcula, glabra. *Radix* denſa ſatis numeroſam hirſutarum fibrarum prolem demittit.

In Gallia Narbonenſi frequens eſt admodum.

GRAMEN CALAMAGROSTIS LOBELII.
Gramen arundinaceum: Gramen Babilonium.




Variat ratione loci: nam quod in arenoſis ſpicâ eſt craſſiore: quod in montoſis ac dumetis humidis, tenuiore. Mediæ autem inter Harundinem & Gramen eſt naturæ.

Pabulo haud cedit, niſi multùm eſuriant, & penuriâ melioris admodum laborent veterinæ: nec eo greges veſcuntur, iis enim maciem, tabem & ſitim conciliat: linguamque & œſophagum vulnerat: vnde iumentorum labra & fauces cruore manantia obſeruantur, ſi per Famiſecia eſitarint. Mediæ itaque inter Harundinem & Gramen eſt naturæ.

Pratis vdis, ſed ſtrigoſis, macilentis & ſabuloſis aſpectis familiare hoc genus Graminis.

GRAMEN HARVNDINACEVM MAIVS.



Radicem habet capillatam, humi ſerpentem: *folia* ex vtroque latere obiectum vehementer ſecantia. Harundini ſimiles quoque eius articulatos *calamos*, vt & cum *ſpicis*, niſi quod minores ſunt.

Littora, paludes & prata ſigna quærit: planéque eſt vulgaris admodum notitiæ.

GRAMEN HARVNDINACEVM MINVS.




Radix & harundo nodoſa priori reſpondent: folia verò ſunt & latiora & longiora: ſpicæ etiam plures magiſque petulæ.

Prouenit, vt præcedens, in humidis & paludoſis locis.

Tabernæmontano dicitur *Gramen harundinaceum minus*: C. Bauhino in Phyt. *Gramen harundinaceum ſpicatum*.

GRAMEN MAIVS AQVATICVM, LOBELII.



Inter Gramina vulgaris notitiæ eſt iſtud, copioſeque fermè vbique locorum reperitur ad aquas & riuos: ac in Batauia vaccarum pabulo etiam ſecatur. Folia habet pollicem lata, ſeſquicubitum aut cubitos duos longa: *calamus* quatuor aut quinque pedum altitudine eſt, ſpiculâ miliaceâ. *Radix* fibroſa.

Gramen harundinaceum maius & minus in Hiſtoria noſtra magna deſcribimus.

GRAMEN AQVATICVM CVM LONGISSIMA panicula. Gramen longiſſimum.



Gramen Anatum, Enten graſſ. Trago *Gramen fluuiatile*, Flut graſſ. Tabernæmontano: *Gramen aquæ innatans*, Lobelio: *Gramen ſpicatum aquaticum, ſiue fluitans, multiplici ſpica*, Gerardo.

Eſt etiam Graminis genus quoddam *longiſſimum* dictū, duorum triumue cubitorum altitudinem nonnunquam ſuperans, quo Ruſtici vtuntur ad equorum torques quibus aratra trahunt, atque ad Chlamides paſtorales quibus opiliones ſe aduerſus pluuias tegunt.

GRAMEN AQVATICVM GENICVLATVM.
Tabern. digitatum, atro-purpureum.



Radix eſt fibroſa, ex qua pluſculi naſcuntur teretes, geniculati, ſeſquipedales circiter *calami*: *foliis* ad articulos gramineis, breuibus, latis, acuminatis emicti. In calamorum faſtigiis *ſpicæ* naſcuntur longæ, tenues, digitales Iſchæmi ſpicis ſimiles, breuiores, atro-purpureæ *Tabern.*

Paſſim in lacuſtribus & paluſtribus naſcitur.

GRAMINIS DENTIS CANINIS PICA DIVVLSA tenuior nigra ſpecies.



Gramine *Dentis canis* primo & ſecundo, *folia* & geniculatos *culmos* habet ſubtiliores & tenuiores: *panniculas* Iſchæmo non diſſimiles, colore nigras: *Semen* externâ facie nigrum, ſed cortice detracto intus album.

Gramen paniceum dicitur plæriſque. C. Bauhino in Phyt. *Panicum ſylueſtre, ſpicâ nigrâ.*

GRAMEN MONTANVM SPICATVM, FLORE herbaceo, caule molli, Cluſij.



Inuenit ait in monte quibuſdam pratis, duobus ſupra Badenſes thermas liaribus: nec non in Flandriæ maritimis, & *ſudon* appellari. Tabernæmontano tu le. eſt Gramen ſyluat cum a. *Waldgraſs*.

Radix illi digitalis craſſitudinis, bifida triſidaue fibroſa: *Folia* quina, ſena aut plura, oblonga & nonnihil carnoſa, infimâ ſede ſeſe inuicem amplectentia: Ex eorum verò ſinu co[illegible] & interdum pedalis, exit cauliculus firmus [illegible], & enodis: qui ſummo [illegible] multos *floſculos*, ſp[illegible] congeſtos, herba[illegible] loſe præditos, profert.


GRAMEN RORE LVCIDVM NEMORENSE, ſiue Gramen Luzulæ.



Gramen lucidum *radice* nititur magnâ, fibroſâ, geniculatâ, ruffâ: *culmo* cùm flore dodrantali, *folio* vno aut altero amplectente donato: *ſpicæ* binæ, ternæ, quaternæ aut quinæ, breues, ex quibus vna ſeſſilis, reliquæ pediculis ſemuncialibus & vncialibus appenſæ: *flores* ſinguli foliolis ſex radiatis ſpadiceis, totidemque ſtaminulis luteis, vmbilicóque virente, ſtamen nigrum proferente, conſtantes, quibus *capitula* ſuccedunt triquetra, *ſemina* terna minuta alba continentia.

Cùm autem triplex vulgò habeatur Gramen Luzulæ, maximum, medium & minus, *medium* dictum hic pingimus: quod variis in locis habetur in pratis.


GRAMEN LVZVLÆ MAXIMVM.



Infrequentius eſt hoc præcedente, quod *medium* vel *vulgare* vocant, ac de cuius *radice*, *culmo*, *ſpica*, *floribus*, *capitulis* & *ſeminibus* ſub præcedente Titulo actû: iam in deſcriptione pergemus.

Folia Graminis lucidi vulgari quadrantalia aut ſalmata, rigidiuſcula, acuta, ſurrecta, ex toto ſuperiori parte glabra: at in lateribus longâ, candidâ, teneráque *lanugine*, in ſummam aciem totum incurrente, obſita. Itaque lanugo vel pili, qui facilè decidunt, tacti, colligunt *rorem* qui *ſplendet noctu*, irradiantibus ſtellis vel Lunâ, ita vt ſit admirationi videntibus, vnde Herbæ nomen. Eam verò decidente rore perquirentes inuenire non poſſunt.

GRAMEN LVZVLÆ MINIMVM.



Cæteris duobus frequentius eſt hoc Luzulæ Gramen, in quo tenuiora & minora omnia. Plurimùm verò ad Gramen exile hirſutum Cyperoides Lobelij accedere videtur. Id Nos, vt & Medium vel vulgare, Maij principio florens obſeruauimus in fontium acidorum valle *Grieſbach* dictâ. Maximum autem in monte & obſcura ſylua proximis.

Radice exilibus fibris barbatâ prouenit: *folijs* tenuibus ſurſum eleuatis, anguſtis, mucronatis, pilis & ſeraceâ lanugine aliquantulùm hirtis. *Calamus* exilis admodum, duobus ditatus articulis, ex quibus tum in calami medio, tum in eius ſummitate folia aliquot emergunt. In ſummo verò diuiditur in tres quatuórue [ceu capitula] partes, Cypero longo ſimiles.

GRAMEN EXILE HIRSVTVM CYPEroides, Lobelij.



Hoc cum Gramine Luzulæ minimo in multis conuenire annotatum antè: in quibuſdam tamen ab eo differre ex vtriuſque collatione patet. *Gramen Cyperinum piloſum* vocant Tabernæmontanus & alij.

Inuenit Lobelius locis ſabuloſis. Tabernæmontanus aliis verò prouenire ait locis humidis, arenoſis atque herboſis, ſecundum vias. Cæterum variat folijs nunc latioribus nunc anguſtioribus.

GRAMEN

GRAMEN NIGRUM, NIGROVE LUTEUM.
An *Gramen Rabinum* quorundam?




A ſpicis, totis primùm nigris: pòſt, expanſo flore, maiore ex parte luteis, Namen illi indidimus.

Eſt autem vel *maius* vel *minus*, reperitúrque illud in pratis humidis, hoc in ſiccis: florent Martio & Aprili.

Tabernæmontano in Icon. & Hiſtoria dicitur Gramen caryophyllæum, *Naglen graſs* C Bauhino in Phyt Gramen ſpicatum foliis Vetonicæ.


GRAMEN CYPEROIDES CUM PANIculis nigris.



Variat Gramen Cyperoides magnitudine, & ſpicarum ſpadiceo-viridium, formâ, longitudine, &c. atque etiam foliis, quæ vel anguſta vel lata. Quod verò hîc pingimus Tigurì obſeruauimus iuxta fluuium florens Maio: abundatque id etiam Montbelgardi.

Geniculatim incedunt *radices*, Cyperi longi radicibus prorſum ſimiles, a quibus pendent fibræ craſſiuſculæ. *Folia* cubitalia & ſeſquicubitalia, carinata, Cyperi paria: *Caulis* triquetrus, enodis, nudus, bicubitalis: in cuius cacumine folia aliquot, è quorum ſinu *panicula* uel *ſpica* emicant, ex purpura nigricantes, in quibus *ſemen* durum nigrum.

GRAMEN CYPEROIDES VULGATIUS aquaticum.



Tres vel quatuor, ac nonnunquam plures profert *radices*, longas, nigras, vnciam craſſas, Cyperi longo ſimiles. *Folia* etiam ſimilia, quæ non ſolùm è radice, verùm è culmi quoque nodis excreſcunt: *Calamum* autem triangularem, cubitalem: *Flores* deniè ſpicatos, quos ſubſequuntur ſpicæ quandoque ſimul quinque ferrugine claræ. Vbique in aquoſis, paluſtribus & ſtagnantibus reperitur. Variat autem paniculâ vel compactiore & breuiore, vel magis expanſa & latiore.

GRAMEN TYPHINUM III. TABERN. SPICA multiplici nigrâ, accedens ad Gramen Cyperoides.



Radice firmatur obliquâ, nodoſâ, vnciam & plus craſſâ, fibris exilibus ceu capillis, pluribus ornata: a quibus prodeunt *folia* longa, *culmos* amplectentia geniculatos, minoribus foliolis præditos, ad quorum exortus, ſupra mediam pennæ longitudinem *ſpica* ſurgunt longe aſperæ atque nigræ. Sapor acidus atque adſtringens.

C Bauhino in Pin. eſt *Gramen Typhoides ſpicâ multiplici*: Gerardo *Cyperus Typhinus*. Vdorum pratorum amans eſt.

GRAMEN CYPERINUM NEMOROSUM.



Radice nititur fibroſâ, ceu capillati: *folia* anguſta dodrantalia, acuminata, foliorum Graminis vulgaris inſtar: iuxta quæ *caules* prodeũt tres aut quatuor, rotundi, anguſti pedem longi: quorum quiſque producit *ſpicas* duas aut tres, ex luteo purpuraſcentes, vnclas tres longas.

Hinc inde in ſyluis reperitur, uliginoſis, herbaceis & arenoſis locis.

GRAMINIS CYPEROIDIS GENUS: PSEUDOcyperus Lobelio, paniculis ex lõgis pediculis pendẽtibus.



Paniculas fert ſimiles Gramini Cyperoidi aquatico ſpicâ nigrâ: verùm in eo differunt, quòd ex longis pediculis pendent. *Gramen* tremulæ modo, non autem ſurrectæ ſunt: atque quòd in iis longiores pili. *Maius* autem & *minus* habetur. *Pſeudo-Cyperum* vel *Cyperum ſylueſtrem* inſcribunt Geſnerus, Lobelius, Dodonæus, C Bauhinus & alij: *Gramen aquaticum* Thalius.

Locis humidis, circa Patauinorum Thermas Apponenſes prouenit.


Gramen Typhinum III. Tabern. ſpica multiplici nigrâ, accedens ad Gramen Cyperoides.



Radice firmatur obliquâ, nodoſâ, vnciam & plus craſſâ, fibris exilibus ceu capillis, pluribus cinata: à quibus prodeunt *folia* longa, *culmos* amplectentia geniculatos, minoribus foliolis præditos, ad quorum exortus, ſupra mediam pennæ longitudinem *ſpica* ſurgunt longæ aſperæ atque nigræ. Sapor acidus atque adſtringens.

C. Bauhino in Pin. eſt *Gramen typhoides ſpicâ multiplici*: Gerardo *Cyperus typhinus*. Vdorum pratorum amans eſt.

Gramen Cyperinum nemoroſum.



Radice nititur fibroſa capillari: *folia* anguſta dodrantalia, acuminata, ſcholarum Graminis vulgaris modo ſtat: iuxta quæ *caules* prodeunt tres aut quatuor, rotundi, anguſti, pedem longi, quorum quiſque producit *ſpicas* duas aut tres, ex luteo purpuraſcentes, vncias tres longas.

Hinc inde in ſylvis opacis ritur, vliginoſis, herboſis & arenoſis locis.

Graminis Cyperoidis genus: Pſeudocyperus Lobelio, paniculis ex lõgis pediculis pẽdentibus.



Paniculas fert ſimiles Gramini Cyperoidi aquatico ſpicâ nigrâ: verùm in eo differunt, quòd ex longis pediculis pendent, *Graminis tremulis* modo, non autem ſurrectæ ſunt: atque quòd in iis longiores pili. *Maius* autem & *Minus* habetur. *Pſeudo-Cyperum* vel *Cyperum ſylueſtrem* inſcribunt Geſnerus, Lobelius, Dodonæus, C. Bauhinus & alij: *Gramen aquaticum* Thalius.

Locis humidis, circa Patauinorum Thermas Apponenſes prouenit.


Gramen Cyperoides paluſtre triquetrum, ſpicâ integrâ.



Triquetrum Cyperi culmum tollit ſubalem cubitalem & ſeſquicubitalem: cuius faſtigium ornat *ſpica*, Panici ſpicæ quodammodo ſimilis, rariora textura, ſeſcuncialis & ſextantalis, in loculis triangularibus nigricantibus, aut ex viridi ruffeſcentibus, *ſemen* continens Milio ferè æquale, & compreſſius. *Radices* fibroſæ, perplexæ, ex decidnorum foliorum fibris comoſæ. *Folia* mediocriter lata, caulem ferè longitudine æquant.

Habetur & huius generis aliud ſpicis minoribus, at minùs compactis. Prouenit autem vtrumque in locis aquoſis.

Gramen Cyperoides ſpica diuvlſa.



Folia dodrantalia & breuiora, Graminis pratenſis in morem anguſta. *Caulis* triangularis, nullo vtriculo donatus, cubitalis & ſeſquicubitalis, *paniculam* diuulſam in ſummo faſtigio gerit, Cyperi minùs ſpecioſi, corrigato folio ſubiecto: *radicum* fibræ graciles, contortæ.

Lobelio dicitur *Gramen Cyperoides paruum aquaticum*: Tabernæmontano *Gramen Cyperinum paluſtre minus*.

In monte prope *Gerardmeyns* obſeruauimus cũ ſuis ſpicis menſe Auguſto.

Gramen paluſtre echinatum.



Gramini paluſtri Cyperoidi affine eſt, ſed ei tamen magnitudine cedit: ſummo caulis ſpicæ adnaſcuntur paruulæ, ſemuncis in longum, viridantes, triangularibus loculis minoribus, *ſemen* triquetrum quoque continentibus, ... : quibus ſuperior ſummum occupans faſtigium imperfecta *ſpica* ruffe... longior ferè duplò, vi... tam craſſitudinis ... æquans, mollis, ... ſquammulis contextis ... ... proſſum nigricantes.

Naſcitur in pal... ... autem ſpicas ... rotundioribus ... in vna planta. ... dicitur Gramen paluſtre ... lentum Italicum, vel ...

HYACINTHI PARVI FACIE GRAMEN Triglochin, floribus luteis.



Oblongum habet comatumque *bulbum*, Allij Alpini in morem, ſimplicem aliàs aliàs multiplicem : à cuius imo demiſſis fibris radicatur. *Folia* tenuiſſima, glabra, palmaria, tria aut quinque, ſtatim à radice oriuntur. *Cauliculus* duriuſculus, teres, gracilis, nudus, enodis, inter folia ſurgit, palmaris & ſeſquipalmaris, longam gerens *ſpicam floſculorum* luteorum exiguorum, à quorum medio protenditur ſtylus longiuſculus.

In ſqualidis quibuſdam maritimis Narbonenſis Galliæ locis, & prope Admirabilem illum Gari fluuij Ponterio trigeminum eruimus Iunio.


GRAMEN IVNCEVM MARINVM DENSE ſtipatum.



Radice & *folijs* eſt Graminis marini ſpicati Zelandici, duris & nigris. *Calmi ſpicas* gerunt Iunci aquatici. Alioqui maritimo gramine haud melius eſt aut vilius Ad littus Midelburgense im reperiri ſcribit Lobelius: Nos verò Iuncei graminis varietates plures in Hiſtoria noſtra magna enarramus.

Lobelio in Hiſtoria Belg. dicitur *Gramen Iunceum marinum denſè ſpicatum*. Tabernæmontano in Iconibus, *Gramen Iunceum aquaticum minus*.

GRAMEN SYLVATICVM PARVVM tenuifolium rigidiuſculum : Germ. *Waldgraſſ*.



Radice protuberat ab vno principio multiplici fibroſa: *folijs* anguſtis, vulgaris Graminis ſimilibus, ſed ſolidioribus, denſoque ordine ſtipatis. *Culmi* procedunt ex his plures, tenues, rotundi, ac duntaxat ſpithamei. *Spica* in horum ſublimitate molles, capillares, ſubruffeſcentes. Prouenit humido vliginoſo & arenoſo ſolo. *Tabern.*

Gerardo dicitur *Gramen ſylvaticum* : C. Bauhino in Pin. *Gramen nemoroſum glabrum* 13. ſiue *Gramen nemoroſum ſpicâ ruffeſcente molli*.


GRAMEN SYLVATICVM SIVE NEMOROSVM paruum, tenuifolium cum ſpica aculeata.



Radix ab vna origine multiplex, exigua, filamentis referta : *folia* anguſta, in acumen abeuntia, palmum circiter longa. Ex his oriuntur Calami nouem aut octo tenues, aphylli æquales ſpithamei. Horumque ſummitates occupant *ſpica* paruæ aculeatæ.

Variat hoc latiore folio in dumetis, & anguſtiore in pratis. Tabernæmontani eſt *Gramen ſylvaticum* IIII. ſiue *nemoroſum*.

GRAMEN BVFONIVM: Germ. *Krottengraſſ*. Gall. *Herbe aux Crapaux, Crapaudine*. Holoſtiũ Matthioli iunceum.



Palmum aut ſeſquipalmum alia eſt hæc planta, *cauliculis* frequentibus, tenuibus, nonnihil rubentibus, & in ramos plures diuiſis : *folia* acuta, duas aut tres vncias longa, anguſta : *flores* tum ſecundum ramulos tum in extremitatibus crebri, quibus ſuccedunt *vaſcula*, *ſemen* puſillum, roſſum, pellucidum claudentia : *radices* ſunt capillaceæ.

In pratis muſcoſis, aliiſque putridis ac humentibus locis paſſim prouenit. Ab *Matthiolo Holoſtium iunceum*?

GRAMEN SPARTVM PLINII ET LATINORVM, ſiue Gramen ſportularum ficuum.



A Græcorum *ſparto*, quod Geniſta eſt, ac de quo Sciagraphiæ huius Claſſe XI. actum plurimùm differt hoc Latinorũ & Plinij *ſpartum* : illud enim frutex eſt, hoc Herba.

Spartum Plinij dicitur Cluſio, Tabernæmontano & Gerardo : quibuſdam *Gramen ſparteum* : Dalechampio *Iunceus Ibericus & Hiſpanicus* creditur que à nonnullis eſſe Antiquorum *Lino-ſpartium*.

In Bætica regione, Hiſpaniæ parte, ac præcipuè regno Murſienſi, & ad vrbem *Murgiam* dictam prouenit : vt non ſine cauſſa totus ille Tractus *ſpartarius Campus* à Veteribus appellatus ſit. Naſcitur & Valentino regno, atque illud quidem vberius & lætius. *De vſu in ſequentibus.*

GRAMEN SPARTVM II. CLVSIO.



Iiſdem cum præcedente locis prouenit, ſed humidioribus: eſtque contenerius, & rarus admodum eius vſus, quòd ſtoriis & eiuſmodi operibus conficiendis minimè ſit idoneum.

Cæterùm *acanthos*, *acarpos* & *aphyllos* eſt hæc Herba, authore Plinio, ſpontè naſcens, & quæ non queat ſeri: iuncaſque propriè eſt aridi ſoli, vni terræ dato vitio: namque id malum Tellaris eſt, nec aliud ibi ſeri aut naſci poteſt. Hinc ſtrata ruſticia eorum, hinc ignea faceſque, hinc calceamina & paſtorum veſtis: animalibus noxium præterquàm cacuminum teneritate. Ad reliquos vſus laborioſè euellitur, ocreatis cruribus, manibuſque &c.

GRAMEN SPARTIVM SPICATVM, SIVE ſpartium pungens Oceanicum, Cluſij: Belg. *Helm.*



Nonnullis Galliæ Flandriæque locis & aggeribus ſabuloſis, Oceano obiectis, inuenitur. Eſtque priori Hiſpanico non valde diſſimile, ſed multò maius & rigidius, cruribus eorum qui hua per eos aggeres incedere iter eſt, permoleſtum: pungunt enim & cutim penetrant eius *folia*. Creſcit eodem modo quo ſuperius, magis tamen latè ſerpit, Graminis modò. *Spicam* autem fere Secalis penè inſtar.

Eius vſus, vt laxis ſuis & valdè conſertis cæſpitibus, atque obliquè ſpargentibus ſeſe radicibus, arenam firmiorem reddat & colliget in aggeribus ne tam facile marinis vndis & fluctibus eluatur: ac quò faciliùs reſiſtant tempeſtatibus, quæ in Oceano crebræ.

GRAMEN PENNATVM, SIVE SPARTVM Auſtriacum, Cluſij.



In aridiſſimis tumulis, apricis lapidoſiſque locis prouenit. Abundè verò in nonnullis ad Danubium ſitis montibus, aliiſque apertis & gramineis Auſtriæ & Hungariæ locis.

Eſt autem, Cluſio & Amato referentibus, nunc apud Hiſpanos *ſpartum* eodem in vſu, quo fuit Plinij tempore. Nam ex crudo & exſiccato tapetes ſiue aulæa, ſtorias, corbes, rudentes, aliosque funes conficiunt. Corbes etiam illi in quibus Ficus & Vuæ paſſæ aduehuntur ex ſparto confecti ſunt. Sed ex illo aquâ inſtar lini, macerato, deinde ſiccato & tuſo, calceamenta fit etiam id genus quod *Alpargates* appellant: fiuntque ad hæc & alia ſubtilia opera. Mirumque, vt ait Plinius, quanto ſit in vſu omnibus in terris, nauium armamentis, machinis ædificationum, & aliis deſideriis vitæ.


GRAMEN ÆGYLOPS BROMOIDES TABERNÆmontani longiſſimis ariſtis: Germ. *Haberwache.*



G Bauhino in Phyt. & Pin. dicitur *Feſtuca longiſſimis ariſtis*. Arenoſis autem gaudet locis, & ſiccioribus pratenſibus. Idque potiſſimùm in viis inter Vormaciam & Frankental, Palatinatûs Ciuitatem, obuium eſſe teſtatur Tabernæmontanus.


Radice eſt multiplici, fibroſa: ex qua omnetotum emergit agmen *foliorum* paruorum, anguſtorum, iunceorum. Inter quæ terni vel quaterni aſſurgunt *culmi*, cubitales aut ſeſquicubitales: qui in ſummitate *ſpicas* gerunt glumis auenaceis ſimilia, ſed *ſeminum* vacuas, cum *ariſtis* alatis & lon...

SPARTVM NOSTRAS PARVVM, GRAMEN ſparteum Iuncifolium, Lobelij.



Sic ille pingit. Sunt verò præter enarratas Sparti Herbæ aliquot adhuc varietates & differentiæ. *Gramen ſparteum* variegatum C. Bauhini. *Spartum maritimum latifolium*. *Gramen ſparteum Baſileenſe*, capillacco folio. *Gramen ſparteum minus*, vel Hollandicum, C Bauhini. *Gramen ſparteum Monſpeliacum*, folio capillaceo eiuſdem. *Gramen ſparteum ſetas equinas referens*, etiam eiuſdem. *Et alia* huius generis, ſuper quibus conſulatur Hiſtoria noſtra magna.


GRAMEN LOLIACEVM RVPINVM LOBELII, C. Bauhini.



Gramen eſt puſillum, humile, bonumque ſpartium, innumeris duarum vnciarum *culmis*, tenuibus ſpicatis effuſè ſparſis exilibuſque apiculis præditis. *Folia* verò vncialis longitudinis & latitudinis, craſſioribuſque *culmis* pro plantæ magnitudine. *Radix* fuſca, tenuis. Tota albicat herba per ſeneſcentiam, & prope Cronemburgam Zelandiæ Danorum abundat.

Arv[...]

ARVNDO, HARVNDO, CALAMVS: Germ. *Rohr*: Gall. *Canne*, *Roſeau*: Ital. *Canna*: Hiſp. *Canhas*.




Arundinis multas differētias cōſtituit Theophraſtus: ex Arundinum corpore ſolido vel cauo: ex breuitate, procaritate, craſſitudine, gracilitate: ex foliorum multitudine vel paucitate: ex natalibus ſiccis vel aquaticis, & tandem ex ipſarum vſu. Verùm duo, illa, ſumma genera, *Tibialem* & *Reliquam* facit.

Plinius viginti nouem ſpecies deſcripſit: in eo tamen conueniūt Theophraſtus & Plinius, quod Arundinem vterque *Marem* & *Fœminā* faciat, atque illam *ſolidam*, hanc verò *inanem*.

Dioſcoridi verò quinque ſunt Harundinum genera, *Naſtos*, *Fœmina*, *Syringias*, *Craſſa & concaua*, atque *Phragmites*. *Vulgarem* Nos *paluſtrem* hic pingimus, de qua plura in ſequ.

ARVNDO MAXIMA ET HORTENSIS.



Nullum recuſat ſolum *Arundo vulgaris*: proſperiùs tamen in ſoluto quàm denſo, humido quàm ſicco, vallibus quàm aliis, fluuium ripis ac vepretis, quàm mediis agris prouenit. Eſt autem viuax, & adusta meliùs reſurgit: ſtirpeque craſſa & numeroſa eſt, ob id mori peruicax, & vulnerata facilè coit. Mirum verò quod fertur, in tecti arum, quorundā longitudinem eſſe 30. paſſuum: homi verò ſerpentium 90. craſſitudinem cubitorū ternūm.

Hortenſis dicta, ob varios vſus ſtudioſè in hortis colitur, & haſtam longiſſimam longitudine æquat, calamis politis craſſioribus, validis, cauis, crebrò geniculatis, flaueſcentibus: *foliis magnis latis: iubâ comosâ, & radice* longè latéque ſerpente.

ARVNDINIS FOLIVM LATISSIMVM, denticulatum, Papyrus quibuſdam.



Hoc nomine *Folium* quod hic pingimus, accepimus: idque inter *Naturalia* noſtra adiecimus.


Cæterùm *radicem* & *ſ lia* Arundinis abſtergentis eſſe facultatis tradit Galenus: *corticem* verò vſtum admodum tenuium effici partium & digerentis facultatis, atque exſiccare & calefacere tertio ordine. Folia admodum frigida ſunt & ſicca, vnde *Æſtatis* conclauia conſperguntur in quibus ægri decūbunt qui febribus ardētibus laborant quò aëra corrigant frigidiórque reddatur, atque patientes refocillentur: recentia verò contuſa & impoſita Eryſipelati commodant. *Radix* in aceto aut vino decocta & epota menſes & vrinam ciet.

ARVNDO NASTOS, SIVE FARCTA, CRASSA & maior: *Calamus toxicus* Theophraſti.



In Æthyopia, vt in Arundinum vſibus pergamus, Populi radicib. in farinam tritis victitant. Quædam magnitudine præſtantes admodum atque robuſtæ, vt vicem haſtarum præbeant: quædā ita ſpiſſæ, vt nauigiorum vicem præſtent ſingula internodia. Tegulo earum domus ſuas Septentrionali: ſo-petiunt Populi, durâéq; æuis tecta. Calamis Orientis Populi bella conficiunt: è calamis ſpicula addunt irreuocabili hamo noxæ. His armis Solem ipſum obumbrant, ac propter hoc maximè ſerenos dies optant, odaréq; ventos & imbres, qui inter illos pacem eſſe cogunt. Hæc Plinius. Ex Arundinibus vſtis ſalem conficiunt Vmbri, quo naturalis loco vtuntur.

ARVNDO NASTOS, SIVE FARCTA, MINOR, *Toxica* Theophraſto dicta, figurata, Indica.



Succus Arundinis (vt in Arundinum vſu enarrando adhuc pergamus,) ſi cum melle permiſceatur, lini labiorum & linguæ fiſſuras ſanat: medullā verò contuſā pedes & ſincipur illinunt alij, vt ſudores prouocent. *Phragmites* dicta ob craſſitiem & firmitatem ad ſepes faciendas eſt vtilis.

Cæterùm Arundo *Naſtos* Dioſcoridi dicta, Theophraſto *Toxicus calamus* dicitur, ac quibuſdam *Papyrus* ſed perperàm, cùm teres ſit, Papyrus verò triangola latera habeat.

An *Canna Indica* quā Principes, Magnates, militarium copiarum Duces, atque quorum ſeniam morbúſue vires fregit, pro ſcipionibus vtuntur? *Plura ad latus ſequentis figuræ.*


ARVNDO NASTOS, SEV FARCTA, SIVE Toxica, gracilis & plicatilis, Indica.



Huius & præcedentis meminit Lobelius his verbis: pro ſcipione, inquit, vtuntur Arūdina quædam pulcherrimā, pulchris geniculis diſtinctā, admodum farctā, lignoſa, dura, recta, læui, mirante, toffa vel ſpadicea, ſecundum longitudinem variegata, diſcurſantibus hinc inde lineis criſpis, denticulos ſerræ aſpectu pulcherrimo figurantibus. Pulchritudinis, raritatis, leuitatis & commoditatis ergo geſtare ſolent, argentéque circumdant.

Sunt Arundinis Indicæ varietates aliæ plurimæ. Sunt in Beli Inſula *Arundineta ſilueſtria*. Eſt Arundinis genus 15. paſſus in longitudine habens, & tres palmos in ſpiſſitudine, ex quo fiunt columnæ, tabulæ & imbricamenta.

Arvndo ſaccharina et ſaccharvm: Germ. *Zuckerrohr*: **Gal.** *Canne à ſuccre*: **It.** *Canna di Sacchare.*



Medius inter *Meliaceas* atque *Arundinaceas* plantas eſſe videtur *Saccharinus Calamus*. Septenûm is octonûmque pedum culmos promit, pollice craſſiores, denſis geniculis præditos, ac fungoſâ, perquàm dulci, ſucculentâque & albidâ medulla obfarctos. *Folia* binos cubitos æquât, ſed anguſta ſűt, ſcabra, numeroſa, & ſecundũ longitudinem ſtriata. *Flos* comoſus, & quadantenus *Sorghi*. *Radix* ad Cannæ radicem accedit: ſed dulcior eſt, ſucculêtior & minùs lignoſa.

Arundinem ſaccharinam, ſaccharatum, & ſacchariferã vocant vulgò: atq; etiam *Calamum ſaccharinum, Cannã melleam & Sacchari Cannã*. Saccharum verò *Mel Arundinum Indicarum* nuncupât Theophraſtus, Ariſtoteles & Strabo. *Plura in Appendice.*

Cyperus: Germ. *Wild Galgant*: **Belg.** *Wild Galgaen*: **Gall.** *Souchet*: **Ital.** *Cypero.*



Cyperus alius amarus eſt, alius dulcis: atque amarus vel odoratus vel inodorus. dulcis verò latifolius vel anguſtifolius: & vterque rurſus vel rotundus vel longus. Ac ſumuntur etiam à panicularum forma & natalibus aliæ *differentiæ*.

Cyperum longum paniculâ ſparsâ hic pingimus: cuius *radices* importuno ſepratu luxuriant, longæ, ac mox in Oliuares portiones extuberantes, odoris grati, coloris fuſci: *culmi* triquetri, bicubitales, ſtriati, quos à radicibus comitantur folia multa longa: in culmorum ſummo *folia* aliquot, *floſculi* pallentes, & *panicula* laxa ſparſa.

Naſcitur in cultis paluſtribus locis.

Cyperus longus, ſive maior, panicula craſſiore, minùs ſparsâ.



Culmum tollit triangularem, ad cubiti & ſeſquicubiti altitudinem: quem ſtipant *folia* graminea, ſtriata, carinata, acuto dorſo gibba: in cuius ſummitate folia duo aut tria breuiora anguſtiora oriuntur: è quorum ſinu *panicula* ſe explicant fuſcæ, *floſculis* pallentibus: *radix* è pluribus oliuaribus glandulis conſtat, colore foris fuſco, intus albo, ſubſtantiâ durâ dulci.

Floret Iunio & Iulio, ſuo ſepratu in hortis moleſtus.

Cyperus autem, qui Græcis & *κύπειρος* & *κύπερος* dictus, apud eos *nomen* à radicis effigie habuiſſe creditur, quæ pyxidulam aut vaſculum puſillum imitatur.

Cyperus Syriaca et Cretica, rotundâve.




Hæ *radices* pro Syriaco Cypero Nobis olim datæ; toroſæ ſunt, ſolidæ, farctæ, exteriùs ruffæ, tranſuerſis lineis ſeu zonulis cinctæ: interiùs ex ruffo in album vergentes, torbinatæ vel globoſæ: ſapore vegeto, acri & ſubamaro, Zedoariæ ſimili.

Pro Cretica verò Nobis data fuit Cyperus, *radice* oliuæ minori ſimili, rugoſâ, foris nigrâ aut fuſcâ odoratâ, aromaticâ & amarâ. *Vtramque* autem ad Theophraſti Cyperos referimus.

Cæterùm non modò è Syriæ montoſis humentibus, ſed etiam Illyriæ & Apuleiæ conſimilibus natalibus, vbi ſpontè prouenit, in Italiam fertur, emitûrque magni.

Cyperus rotundus ſive minor, odoratus.




Hoc Cyperi genus nummoſis eſt radiculis Oliuæ figurâ, mediâ quadam fibrâ, tanquam filo, conuexis, multùm odoratis. Lacunæ dicitur *Cyperus Oliuæ ſimilis Romæ vulgaris*, Item *Cyperus odoratior ex Syria & Alexandria*: C. Bauhino in Pin. *Cyperus rotundus Orientalis odoratus.*

Noſtrum Cyperum, videlicet longum maiorem, & minorem rotundum (de quo hic,) aliqua ex parte à Dioſcorideo differre patet: licèt viribus nő ſit inferior. Theophraſtus *Cyperum* vocat quẽ Theodorus *Gladiolum* vertit.

In lacunoſis, paluſtribus & cultis enaſcitur.


Cyperus aquaticus ſeptentrionalis.



Scrobibus & riuulis, inquit Lobelius, ad Scaldæ amæniſſima fluenta, pone nouam Antuerpiam, iiſdem *folia* & iubata panicula prouenit: *Radices* nonnullas, ſed paucas, teretes Oliuares, glandoloſas, adſtringentes & inodoras emittens.

Cyperi autem *Vires* in genere quod attinet, ſciendum, inter omnium Cyperorum partes radicem ſolam eſſe vſui. Excalefacit & exſiccat citra mordacitatem, incidit, attenuat, ora venarũ aperit, vrinam mouet, menſes ceſſantes excitat, & ad calculos atque aquam inter cutem vtiliſſimè bibitur. eſt ſem etiam, propter vim quanda exſiccatoriam, oris & pudendorum vlceribus valdè conuenit. Eſtque, referente Alpino, magnus eius præſertim apud Ægyptios vſus.

Cyperus rotundus littoreus inodorus, Anglicus.



In Angliæ Borealis & Belgij fluminum littoreis lene fluentiúmque riuulorum, & maris alluuionibus, Cyperi genus hoc non inelegans, *radicum* longè latéque ſparſa ſobole, multis & bicubitalibus implexarum filamentis, Cypero rotundo parinum oritur, *Folia* anguloſa; *caulis* cubitalis & ſeſquicubitalis, nitidus, triquetrus, in quo racemoſa iuba congeſta. Guſtu ſubadſtringit, radix odoris expers.

Pſeudo-Cyperus *etiam herbam Noctum in Hetruria vocant*: Cæſalpino.


Cyperus longus inodorus ſylvaticus, Lobelio: *Cyperus adulterinus* Geſnero.



Noſtratis Cyperi altera ſpecies minor inodora, ferme neglecta, quam Theophraſtiai in Heluetia ſuis quinetis eſſentiis commiſcebant.

An C. Bauhini *Cyperus longus inodorus, ſpinaſcens vel montanus*. *Cyperum longum inodorum* inſcribunt vulgò alij. Geſnero dicitur *Cyperus adulterinus* in aquoſis Geneuæ circa *Arue* proueniens, & florens menſe Maio.

Cyperus gramineus: Pſeudo-Cyperus: Gramen Cyperoides miliaceum.



Triquetrum cubitalis altitudinis *caulem* faſtigij iquē *folia* comitantur eius imum medio tenus ferè complexa: vbi à caule receſſerunt, eius cà, omen ſuperaaria. carinata, duplò Gramineis latiora, alioqui non diſſimilia. Summo verò caulis faſtigio Miliaceæ in latum diffunduntur *paniculæ*, granis confertis ſimul grauidæ, quorum exortu folia ſubnectuntur inferioribus. niſi miniora eſſent; ſimilia *Rad* x fibroſa.

Geneuæ, Baſileæ & Montbelgardi: copioſè prouenit, & floret Maio.

Traſi, Malinathallē Theophraſti: *Anthallium* Plinij: *Habalzelin* Arabum: Ital. *Dulcichini*.



An *Traſi* ſit Theophraſti *Malinathalle* & *Anthallium* Plinij (quod Nos cum Cæſalpino. Cluſio & Dalechampio teremus,) atque etiam an ſit Arabum *Gramen Alzelin*, vt vult Bellonius: nec non an ſit *Mauchs* Lerij, Lectoribus examinandum relinquimus.

Cyperum referre ſtatuunt Amatus, Lobelius & alij, vnde Dodonæus: ſtirpem ipſam, inquit, noſtra ætas *Dulcichinum*, & radices *Traſsi*, *Tragoi*, aut *Traſeos* appellat. Cyperi ſpecies eſt, ſed dulcis, Theophr. non incognita &c.

Plantæ huic caulem, florē, & ſemen denegant Geſnerus & Pona in Baldo; eadē verò illi tribuunt Matth. Dodon. Lobelius & Columna, cuius Nos Iconem aſſumpſimus. *Plura in Appendice.*

Papyrus Nilotica Alpini, Berd Ægyptiis dicta: *Biblus Syriaca* quorundam.




Hanc cum Babylonia confundit Plinius: vt verò nomen & res iudicant, Theophraſti *Papyrus* non alia eſt à *Papyro* Dioſcoridis. Planta ſpecioſæ admodum magnitudinis, Cypero effigie ſimilis & natalibus, vt & nomenclatura, Ægyptia: quæ in regione ſecus fluenta in Nili paluſtribus adoleſcit: nec è profundo, emergit, ſed tantùm è vadoſis fineſcit, non procul à ripis.

Papyrum hanc, qualem Theophraſtus & Plinius deſcribunt, ex Ægypto oris aduectam, atque horti Piſani, totius Thyrrhenæ oræ amœniſſimi, & raris ſtirpibus ditiſſimi, inquilinam factā, inibi florentem vidimus.

Aqua ex ſcapis recentibus deſtillata ad oculorum ſuffuſiones, caligines atque obſcuritates proficua eſt.

Gnaphalium Tragi, ſive Iuncus bombycinus: Germ. *Mattflachs*, *Wiſen Wollen*.



Implexis *fibris radicatur*; *iunceos* tollens rectos, enodes, folioſos, in quorum ſummitate, è biſori vagina, longis lenibuſque pediculis appenduntur *paniculæ* tomentoſæ, candidā bombycū operā & mollitie præſtantes. Errant verò qui Dioſcoridis *Gnaphaliū* faciunt: meliúſque ab alijs Gramen tomentoſum appellatur. An Plinij Ægyptium Lini genus *Orchomenium* dictum?

Humidis & vliginoſis locis prouenit; quemadmodū Nos in valle Griesbachiana, vbi fontes acidi, & in vliginoſis illis pratis quā Geneuā itur *Colognā*, & alibi, obſeruauimus. Vi autem pollet adſtringente & condenſante.

SCHOENANTHOS SIVE IVNCVS ODORATVS:
Germ. *Camelſtro* ; Gall. *Schoenanth* : Ital. *Squinantho*.




Planta iuncea eſt ac graminea: quæ ex *radice* exiguâ, aridâ, duriuſculâ, nodoſâ: multos *calamulos* prædutos, ſparſos, rotundos planos non concauos nudos, pedem altos, & in ſummo graciles profert: *folia* rigida, ſeſquipalmum longa, mucronata, pallida, ſurculos gramineos amplexantur; ſæpéque inter ſe conuoluta efficiunt veluti *caulem*. Eorú verò faſtigia ornat ſeries *floſculorum* ex pallido rubeolum & pappoſorum.

Cæſalpino dicitur *Iuncus rotundus*: Marcello, Amato & Cornario *Iuncus rotundus odoratus*: Aconæ *Iuncus floridus aromaticus*: nonnullis *Squinanthum*, & aliis *Schœnanthum*, quaſi *Schœni anthos*, id eſt, *Iunci flos* Arabes vocant *Adher & Adhir*.

De Differentiis, loco, tempore & viribus in ſequentibus.

IVNCVS PANICVLA ARVNDINACEA:



Iunci ex Theophraſti, Plinij & Dioſcoridis ſententia ſic diſtinguit C. Bauhinus *Iuncus*, inquit, alius eſt odoratus, alius inodorus: alius locis aridis, alius aquoſis prouenit: & hic, vel in aquis dulcibus vel in maritimis. Rurſum vtriúſque generis alij in mucronem deſinunt, alij in faſtigium obtuſius: & ſic alius læuis, alius aſper: alius faſtigio acutiore, alius obtuſiore. Ac Iuncus læuis & in faſtigio acutus, alius eſt Oxyſchœnos alius Holoſchœnos: & Oxyſchœnos, alter mas, nullo ſemine fœcundus, alter fœmina, nigrum ſemen ferens.

Dicitur autē Latinis *Iuncus* à iungendo, vt Schœnos Græcis à lotis & ſunibus.

IVNCVS ACVTVS PANICVLA NON SPARSA:
Iuncus Matthioli.



De Iuncorum natali loco hic agemus. Eſt igitur Iunci inodori omne genus vulgaris notitiæ, reperiuntúrque propter ſtagnantes aquas omnes fermè eius ſpecies.

Laudatiſſimum verò Iuncum odoratū ex Nabathæa haberi ſcribit lib. 1. cap. 16. Dioſcorides: proximum illi Arabicum eſſe, quem aliqui Babylonium vocent: peſſimū autem ex Africa adferri. Eligendum tandē eum qui manibus conſricatis Roſæ odorem emittit. In Apulia & in Campania naſci tradit, ex Plinij authoritate, Braſſanolus: ſed nec Plinius id affirmanter aſſerit: nec flores nec paleæ inde afferuntur, vnde meritò de eo dubitat Matthiolus, & Iuncum quo ſeplaſiæ vtuntur ex Alexandria adſerri ſtatuit.

IVNCVS PVNGENS SEV IVNCVS ACVTVS
capitulis Sorghi.



Hic de Iuncorum agemus viribus. Iunci vulgaris ſemē toſtum, atque ex vino potū, aluū & fœminarū profluuia ſubſiſtere: ſed ſolia radici proxima aduerſus Phalāgiorum morſus conuenientes illini, ſcribit Dioſcorides: atque Æthiopici addit Iunci ſemen ſomnum allicere.

Iuncum odoratum quod attinet eſt floris, culmorum & radicis vſus. Vim vrinæ ciendæ habet, menſes pellit, diſcutit inflationes. *Flos* in potu vtilis eſt ſanguinē reiicientibus: *radix* verò cæteris plantæ partibus omnibus adſtringentior eſt: *Hæc Dioſcorides.* Moderatè calefacere ſcribit Galenus.

IVNCVS FOLIACEVS.




Obliquâ *radice* albas fibras demittente reptat: *culmi* bicubitales & altiores medullâ rara præditi: quos duo triáve obuoluunt *folia*, poſtmodum in ſtylos Iunceos teretes abeuntia: è lateris verò fiſſuris *paniculæ* prodeunt ſparſæ magnæ.

IVNCVS FOLIACEVS CAPSVLIS
triangulis.



Magnitudine haud parum variat, aliàs palmaribus, aliàs cubitalibus *culmis* compreſſis aliquantùm, fungoſis & ramoſis. *Folia* & à radice ſtatim & ad genicula culmos aliquoúſque amplectentia graminea, acuta. Surculis è culmo diuiſo exactis inſident *capſulæ* quinque, ſex, plures, pauciores, ſimul iunctæ, triquetræ, oblongæ, mucronatæ, ex ruſo nigricantes, nitidæ. Locis humidis copioſus prouenit.

IVNCVS TRIFIDVS.



Hic pro *Iunco* 5. ſiue *acu-mine ſeſquialtero trifido*, ſic à C. Bauhino in Prodr. deſcribitur. Ex *radice*, inquit, nigra, geniculata, & fibroſa, Iunci plures, tenues, palmum ſeſquipalmumve exſurgunt: qui in ſummo in tres, rariùs quatuor, ſtylos tenuiſſimos, tritum quatuórve unciarum, diuiduntur: in quorum ſummitatibus, poſt Iunci diuiſionem, *panicula* paruæ locatæ ſunt.

In monte fracto Lucernatum, in Pyrenæis, & in montibus Morauiæ prouenit.

IVNCVS MAXIMVS HOLOSCHOENOS.



Nudos enodéſque *ſtylos* omnium altiſſimos & craſſiſſimos profert, medulla pumicoſi & candida: circa quorum faſtigia erumpunt *panicula* ſparſæ, è capitulis turbinatis, in gratis ſquamulis imbricatimque compactis, rufis, contextæ; *pediculis* nunc longioribus, nunc breuioribus, interdum nullis: *ſemen* in ſquamis delitefcit triquetrum.

Gaudet foſſis, ſalebris, & locis aquas ſemper aut crebrò habentibus.

IVNCVS PARVVS CVM PERICARPIIS rotundis.



Palmares ſæpe, atque aliquando cubito nequaquam minores profert *culmos* iunceos: *folia* circa imum molles gramineis, ſtatim è *radice* obliqua, iuncea, fibrata enatis, donatos: eorúmque *ſcapus* in umbellam inconditam, Filipendulæ modo, explicatos, cuius *capitula* ſingularia, polita, rotunda, folliculis nigricantibus, *ſemen* oblongum geſtant, tandemq; in tres cauitas dehiſcunt.

In pratis & riguis obſeruatur.

IVNCVS FOLIATVS MINIMVS.



Vnciales & ſeſcunciales emittit *culmos*, plures ex caſpite ortos, enodes, *paniculam* gerentes exiguam, glomeratam, *ſemen* glumis rubeſcentibus triangulum occultantem: cui bina oppoſita foliacea *cornicula*, alterum ſurrectum alterum ſecundum culmos deorſum vergens: *folia* è *radicibus* fibroſis capillaribus anguſta, uncialem circiter longitudinem adepta.

Hunc eo legimus prope Nemauſum.

IVNCVS PARVVS MONTANVS CVM PARuis capitulis luteis.



Perennis eſt planta locis humidis prouenient, quam Nos variis locis obſeruauimus florentem Maio.

Crebris radicatur *fibris*, ex quibus *ſtoles* emittit palmares aut dodrantales, tenues, multis foliorum propter terram inuolucris obſitos, qui cætera æquabiles enodéſque in ſummo faſtigio *capitulum* geſtant, duplo triplóue breuius quàm Iuncus clauatus, inter ſquammas longiores emicantibus *flo ſculis* luteis.

Iunci exig montani mentione careoris meminit C. Bauhinus.

IVNCVS CAPSVLIS LONGIS, SIVE clauatus.



Serpente nititur *radice*, multis fibris capillatà: *culmi* ſtriati, non aſperi, teretes enodes, ac ſine foliis, cubitum ferè æquant, fungoſi, circa imum tubentes: quorum ſummitas non in ſtylum exit acutum, ſed in *ſpicam* clauatam ruffeſcentibus *ſquamis* imbricatam. Variat ſcapis aliàs latioribus, alias triplò anguſtioribus.

Genere obſeruauimus in aquoſis circa *Arne*, alibique in cœnoſis & ſtagnantibus aquis: floretque Maio & Iunio menſibus.

IVNCVS FLORIDVS PALVDOSVS.



Floribus inſignis hic Iuncus nudos *caules* rectos, alterum aut tertium cubitum altos, minimi ferè digiti craſſitudine erigit, quorum faſtigium ex folliculo membranaceo magnam amplam ſuſtinet *umbellam*, inæqualiter digeſtam, *florum* candidorum, purpureorum, vel ex albo purpuraſcentium, *ſtaminibus* luteis medium occupantibus. Iiſque ſuccedunt *Capitula ſemina* parua continentia. Radix craſſiuſcula, iuncea, fibrata: à qua *folia* germinant complicata, carinata, Cyperi, caule non minora.

In maritimis & lacuſtribus paſſim, inter Iunceos præſertim obſeruatur. In Italiæ ferè totius lacuſtribus maritimis & vdis pratis ac iunceetis potiſſimùm frequens.

Eſt autem vel maior vel minor, & flores vtrque à Maio ad Auguſtum vſque.

TIPHA VEL TYPHA; Germ. *Kolben*; *Moſſkolben*; Gall. *Maſſes de ione*: Ital. *Mazza Sorda*.



Paluſtris dicitur hæc *Typha* ad differentiã Frumentaceæ de qua antè: ac fortè etiam ad eiuſdem differentiam Tipha per *iota* ſcribitur: à vocabulo Græco, *Τῖφος* paluſtrem locum deſignante.

Quibuſdam dicitur *Clauæ Mortuæ*, nonnullis *Vlua*, aliis *Iuncus aſper*, aliis, ſed perperam, *Spatula fœtida*: pleriſque autem omnibus *Typha*, Typha & Typha paluſtris. An *Scirpus* Ouidij Faſt. 6.? An Papyri ſpecies, *Reſeau à faire nattes*, Dodon. Gall.?

Galliç tum *Maſſas* dixerit, ait Ruellius, quòd ſceptra regum, hoc nomine donata, perpolitus caulis, lanuginoſorum denſitate ſummatim faſtigiatus, æmulgetur.

TIPHA, TYPHA, TYPHA PALVSTRIS Typha maior.



Typham paluſtrem Galenus, Paulus & Ætius in ſimpl. cenſu prætererunt, fortè quòd multa alia haberent quæ eum vſum præſtarent quem Dioſcorides Typhæ paluſtri tribuit. Plinium itidem de eà non egiſſe arbitrmur, quamuis inter aquaticos calamos eius mentionẽ factam fuiſſe ſuſpicetur Tragus & Bauhinus.

Diſtinguitur autem vulgò hæc Typha in *Maiorem* & *Minorem*: Tertiam addit Cluſius ſpeciem, *Mediam* ſcilicet.

In p[illegible]tribus, ſtagnis & lacubus frequentiſſima prouenit, tum maior tum minor: rarò que admodum reperiuntur ſtagnantes aquæ quæ Typha non ſcateant. Iulio & Auguſto Paniculæ rigent.

TYPHA PALVSTRIS MINOR.



Hæc à maiore & media in eo potiſſimùm differt, quòd illi ſint breuiora & tenuiora omnia, ac quòd cylindraceas aluas, modicâ inter ſe diſtantes intercapedine, binas habeat.

Nos Præter Iconem exhibemus: minimè verò placent aliæ duæ Nobis oblentibus factæ, meliores eſſe optaremus.

Moderatum potiùs quoddam Temperamentum ſortita creditur Typha paluſtris. Clauarum pappi ab infimâ Gentis hominibus expetuntur, ad grabatos, plumarum vice, conficiendos. Foliorum vſus ad ſegetes parandas, muliebres cathedras conficiendas, & annectenda vitrea vaſa: quin & ad doliorum commiſſuras fideliter & tenaciter coniungendas. *Plura in Appendice*.

SPARGANIVM: Germ. *Riedgraß*: Gall. *Sparganion*: Ital. *Sparganio*: Arab. *Saphareramon*.



Nomen habet à vocabulo Græco faſciolas deſignante, eò quòd foliis eius latis, & vitilium modo lentis, pro faſciis nutrices vtantur.

Xiphidion & Gladiolum vocant nonnulli: aliis dicitur *Carek*: Dodonæo & Thalio *Plataniria*, ob fructuum cum Platani pilulis ſimilitudinem. Theophraſto dicitur *Butomos*, eſtque duplex, *Mas* & *Fœmina*. Errãt verò plurimùm qui Dioſcoridis Calamogroſtin eſſe putant: & ij quibus eſt Phleos fœmina. Ac demum Ruellius & Lonicerus qui ſpatulam fœtidam vocant.

Gladioli, ait Dioſcorides, habet folia, ſed anguſtiora, & in terram magis procumbentia: in ſummo caule veluti *Pilula* prominent, in quibus ſemen.

SPARGANIVM ALTERVM.




Sic inſcribunt Cæſalpinus, Hiſtoria Lugd. & Tabernamontanus. Caſparo Bauhino eſt *Sparganium non ramoſum* & *ſparganium latifolium Gerardi*. Meminitque in ſuo Prodromo Sparganij mini[illegible]mi, quod Tertium inſcribi[illegible]

Cæterùm locis paluſtribus [illegible] ac perennes aquas haben[illegible]bus, exit Sparganium, nec non etiam iuxta riuulo[illegible] quorundamque fluuio[illegible] margines. Pilulas ve[illegible] guſto menſe profert.

Contra ſerpentes v[illegible] radicem cum vino da[illegible] habet Dioſcorides.

IVNCVS ALPINVS CVM CAVDA LEPORINA.




Crebros ex paruis *radicibus* ſurrigit *culmos*, dodrantales, atque interdum cubitales, ſtriatos, *foliis* propter terram ſtipatos, quę & ipſos culmos aliquouſque inuoluunt: alioquin Iuncea folia in *ſtylum* exeunt acutum, paullóque ſupra radicem ruffeſcentia, ſæpe in fibras comoſas fatiſcunt. Cæterùm ſinguli culmi in turbinatam candam, caneſcentibus tomentoſis ſquāmis, compactilem, mollitie quaſi holoſericam prouocantem, faſtigiantur: radicantur verò fibris permultis fragilibus.

C. Bauhino in Pinace, Prodromo & Phyto. Pinace dicitur *Iuncus capitulo lanuginoſo* & à capitulo caudæ leporinę haud abſimili, *Iuncus ſchœnolaguros*.

Hanc in præcelſo illo mōte per quem ex Valle Grieſ-Iachiana in Ducatus Vvurtemb. Vrbem *Dornſtet* teoditur collegimus.


GRAMEN REPENS CVM PANICVLA GRAminis Mannæ: Gramen dactyloides multis.



Iſchæmon Plinij eſſe exiſtimant nonnulli, quod minimè placat Cluſio: *legitimum* autem *Gramen* vocāt, eius Iconem à nemine exhibitam addens: ſic verò ille deſcribit: Pedalibus, ſit, aſſurgit *culmis*, rotundis, purpuraſcentibus, genicula tis: è quibus anguſta promit *folia*. in acumen faſtigiata, dura. *Ipſi* autem culmi, ſiue calami, in quaternas aut quinas deſinūt *paniculas*, mixti ex atro purpureoque coloris. *Radicibus* firmatur longis, nodoſis, geniculis interceptis, candicantibus, ſubdulcis cum quadam adſtrictione ſaporis: quæ longè lateque ſerpentes, ſubinde plurimis locis germinant, nouóſque culmos & folia proferunt.

Hoc Gramine, addit nihil vulgatius tota Hiſpaniâ, atque etiam Galliâ, in aruis, vinetis, maritimiſque locis, in quibus lætius & vberiùs creſcit.

GRAMEN ALOPECVRO SIMILE GLABRVM, cum pilis longiuſculis in ſpica: *Onocordon* multis.




Radix illi fibroſa: *Culmus* cubitalis aut altior, internodiis lōgis diſtinctus, duobúſque longis & anguſtis *foliis* donatus. Summo verò culmo, *Spica* inſidet Phalaridi æqualis, ſed texturâ diſſimili: ex breuibus & molliuſcellis *glumis*, ac mollibus, longiuſculis coloris cinerei *ariſtis*, compacta.

Reperitur in compeſtribus & iuxta ſemitas.

C. Bauhino in Phyt. dicitur *Gramen* 43. ſiue *Phalaroides* I. in Pin. *Gramen Phalaroides* I. ſiue *maius*, ſiue *Italicum*.

CALAMVS AROMATICVS: Germ. & Belg. *Kalmus*: Gall. *Calamus aromatique*: Italis *Calamo aromatico*.



Remotas & metaphoricas Calami ſignificationes quibus pro *variis Arundinum generibus*, pro *ſtylo ſcriptorio*, pro *Calamo concauo fiſtulis idoneo*, pro *pauus Frumenti Canna*, pro *Zucchari Canna*, ac pro *omni re inſtar Cannæ conuoluta*, ſumitur, è veſtibulo eliminamus: de *Calamo odorato* propria ſignificatione intellecto hic cantùm dicturi.

Verum verò hicce *Calamus aromaticus vel odoratus* vulgò dictus, & Hippocrati *myrepſicus* ſiue vnguentarius, ſit verus & genuinus Veterum aromaticus calamus: Atque an non potiùs *Acorus*, atrocibus verbis ferociſque vultu inter ſe cōtendunt Scriptores, quorum argumēta in Hiſtoria n. magna proponimus, expendimus & refellimus. Cæterùm ſi Dodonæo, ſi Trago, ſi Cluſio, ac præſertim ſi Matthiolo, credimus, non radix eſt *Veterum odoratus Calamus*, ſed Calamus pretioſiſſimus, & qui hactenus ad Nos non fuit allatus. Legitimus verò & genuinus eſt *Acorus* quem officinæ pro *Calamo aromatico* exponunt & vendunt. Brâſantque Calopodiani qui *Schœnanthum*, & alij qui *Cubebum* eſſe credunt: nec non & ij qui cum *Galanga* confundunt. An verò *aromaticus* dicendus ſit hic *calamus*, & non *calamus odoratus*, quod epithetum improbat Garcias, doctis diſquirēdum relinquimus.

Porrò quod pro Calamo aromatico pingit Matthiolus & ex eo Laguna, Lonicerus, Acoſta, Caſtor Durantes, Hiſtoria Lugdunen. Tabernæmontanus & Gerardus, nihil aliud eſt quàm figmentum, ab arundine hortēnſi, ſiue ſatiua, haud quicquam differens.

...ad ... naſci perhibet Dioſcorides: Theophraſtus, Plinius & Plutarchus, etiam in Arabia, cuius erroris eos non immeritò arguimus.

...tio *duplicem* facit ille Calamum aromaticum: *alterum Syriacum*, ad ripas Iacus Geneſaretici, quem alij Mare Galilææ, ...teriadis, vocans, naſcentem, ac non multùm à vulgari differentem: *alterum Indicum* à Dioſcoride olim deſcriptum ac de... ...yriaco diuerſiſſimum. Et hæc Calami genera plurimùm inter ſe diſcrepantia, teſte eodem Guilandino, Plinius ignorantia ... confudit.

...or autem *Calamus* odore ſtatim è longinquo innitat, ruffúſque eſt vel ſubalbidus, tactu mollis, minùs fragilis, atque aſſulosè ... o Raphani modo frangitur: eſtque commanducando glutinoſus, & linguam cum guſtu acri adſtringit, plenis araneo (re... ...r telis ſimili) fiſtulis.

...acit &. ſiccat ordine ſecundo, leniter adſtringit, & partium quarundam tenuitate meatus aperit, menſes mouet, vrinam ciet, ſpi... ...tteat, & calorem natiuum iuuat.

...gimus in noſtra Tabella Calamum vnum cum radice ex Cluſij Garciâ, & duos alios cum ramis ex ſicca planta quam inter Naru... ...noſtra adſeruamus.

CLASSIS XVIII. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ
STIRPIVM
CLASSIS XIX.

HERBAS BVLBOSAS ET HIS AFFINES EXHIBENS.


Cæpa & cæpe: Arab. *Baſſil & Baſſal*: Germ. *Zwybel & Zibel*, *Bollen & Zipollen*: Belg. *Aynin*; Gall. *Oignon*, *Ciboule*; Ital. *Cipolla*.



BVlboſi quantùm vſpiam in naturæ ditione, notiſſimus eſt *Cæpa* aut, *Cæpe* in neutro genere,dictus, qui apud Latinos à capitis magnitudine nomen ſortitus eſt. *Vnionem* olim dictum fuiſſe ſcribit Turnerus, quòd vnica planta ex vnicâ naſcatur radice: & inde etiam fortè *Oignon* Gallis dictus.

Cæpæ longæ & rotundæ, flauæque & candidæ tantùm meminit Dioſcorides. At magnam Cæparum varietatem enarrant Theophraſtus & Plinius à locis,magnitudine, acrimonia, teneritudine &c. petitam. Apud recentiores plurimæ aliæ recenſentur *Cæparum differentiæ*. A *magnitudine* enim, aliæ maiores dicuntur, aliæ minores. A *forma*,aliç longæ, aliæ rotundæ, aliæ feſſiles. A *colore*, aliæ ruffæ, aliæ candidæ, aliæ virides, aliæ rubentes, aliæ ſubrubentes. A *ſapore*, aliæ acerrimæ, aliæ mediocriter acres, aliæ penitùs nihil acredinis habentes. A *membranis* ſiue *tunicis*, aliæ duplici, aliæ triplici, membranâ ſunt veſtitæ. A *ſatu*, aliæ ſeruntur, aliæ deponuntur.

Cæpa ascalonica sive fissilis: Germ. Alſaticis *Leu.bel & Eſleuchen*; Gall. *Chollettes*, *Branlettes*, *Appetits*.



PLures ſimul coniunctos *bulbos*, Porraceis mediocribus ſuppares, oblongos fibroſóſq; habet, ſapore Cæpę vulgaris: *folia* exeunt fiſtuloſa, teretia, glabra, eodem ſapore prædita.

Fiſſilem & ſterilem vocauit Theophraſtus, & ab Aſcalone Iudææ oppido *Aſcaloniam*: iiſdemque nominibus à Geſnero & aliis donatur, ac *Palæſtina* etiam inſcribitur. An Theophraſti & Plinij *Bulbus Setanius*?

Multæ autem einſmodi cæpæ ſimul iunguntur.paruæ, longæ: eiuſque ſunt naturę, vt ſi vna ſeorſim pangatur, breui ex eadem radice multæ racematim cohærentes propagentur.

Eſt & quædam Cæpa, *Gethyum* dicta, ſine capite, ac eiuis germinatio tota in fronde. *Norr*, id eſt *ſtultam Cæpam* vocant Germanicæ mulieres,quòd magis in herbam quàm in bulbum excreſcat, vnde ſeritur illa,minimè autem deponitur. Eſſe etiam Cæpas quæ ſeminis loco bulbos gerant: annotauit Dalechampius.

Porrvm vel porrvs: Germ. *Lauch*: Gall. *Porreau*: Ital. *Porro*, *Praſo*. **Porrvm capitatvm.**



Porrum, vulgaris notitiæ herba, ab eo nomen apud Latinos habuit,quòd porrò eat, & longè latéque graſſetur.

Duorum Porri generum meminit duobus diuerſis capitibus Dioſcorides, trium verò Plinius: & tria quoque apud Theophraſtum habentur, *Capitatum*, *Sectiuum* & *Vineale*,ſiue Agreſte.

Capitatum hic pingitur. ſed non bene admodum: cuiúſque nominis clarior ratio ab eo deſumpta, quòd in caput increſcat. Minimè autem à ſectiuis Porris genere differunt capitata: quin ex iis hos fieri norunt hortorum cultores.

Iunio porrò vel Iulio florēt, omnéſque ferè ſuſtinent aërem. Sic variis locis copioſi habentur, permagni verò Patauij,Lugduni & Geneuæ: at Rapi magnitudinem æquantes, quorũ meminit Athenæus, nuſquã vidimus. Plura in ſequentibus.

Porrvm sectivvm, schoenoprasvm quorundã: Germ. *Schnitlauch*: Gall. *des Porrettes*, *Cignonettes*,




Genere, vt dictum antè, à præcedente non differt, cùm ex eodē ſemine generentur, ſed culturâ tantùm diſcrepãt.

Schœnopraſum, & *Porrum Iunci folium*, dicitur vulgò, *Porrum Tonſiuum*, & *Porrum Tarentinum*, ac quibuſdam *Capula Aſcalonica*, vel *Paleſtina*, ſed perperàm. Numerat ſeſeret quod alij in magnitudine deeſt: ſiquidem vna planta ducentis nónunquam Porrulis conſtat: ita tamen vt à ſe mutuò diuelli & ſinguli pãgi, aut plures cõiuncti plantari poſſint. Eſtque hoc Porri genus vbique ferè obuium.

Eadem præſtat quæ capitatum Porrum, de cuius viribus mox, ſed minore pondere effectu. Maximus verò ſectilis huius verno tempore vſus, in cibis, acetariis, iuſculis, intinctus varius, & Germanorum *Pfannen kuchen*.

Por

PORRUM SYLVESTRE, AMPELOPRASON: Germ. *Wildlauch*. Gall. *Pourreau ſauuage*. Ital. Porro *Sylvatico*.



Agreſte Porrum vocat Galenus, & ſimilem à Porro vulgari diſſi lète ſtudidit, quamq; tum in congeneribus ſylueſtre à ſatiuo. Quibuſdam eſt *Cepe caninum*, aliis *Allium caninum*.

Caule proſilit bicubitali, *foliis* Porraceis, ſed anguſtioribus, *flore* candido, & *radice* bulboſâ. Prouenit in vinetis, vnde à nonnullis *Ampeloprason*, Græcis nominatur. Habent idem etiam & agrorum margines.

Eſus ruſticis & vernaculis in acetariis recentis Allij vice. Eſt autem, vt ex Galeni Scholis habemus, Porrū omne calidum & ſiccum in tertio gradu, craſſoſque humores attenuat, & viſcidos incidit; ſed ſuo acumine neruos mordet, & fumo ad caput ſaliente viſus obſcuritatem inducit.

ALLIUM: Græcis Scorodon: Germ. *Knoblauch*: Gall. *Ail* & *Aulx*: Ital. *Aglio* & *Ayo*.



Allij nomē ab halitu graui odore deducunt multi & Alium ſcribunt: alij Latino vocabulo Græcas quærunt origines, quas hic non recenſebimus.

Præcipuæ Alliorum *Differentiæ* à loco poſſimùm ſumuntur & à tempore. Vnde aliud *hortenſe* eſt, aliud *Syluestre*: aliud *præcox* & aliud *Serotinū*. Magnitudine etiā, craſſitudine, dulcedine & odore etiā variant Allia; ſed harum differentiarum cauſſæ naturæ loci & cultui vt plurimùm ſunt aſſignandæ. Hiberi Allium ſine nucleis negat Plinius: contrà ſanè in Ægypto tale naſci perhibet Dioſcorides. Matthiolus verò in Hetruria & variis Italiæ locis, ſingulari & ſolido capite conſtans Allium, quod *Mas* appellatur.

ALLII ALIA ICON.



Vbique ferè Gentium habentur Allia, maximè verò Lugduni. Nec opus in re vulgò omnibus cognita diutiùs immorari. Aliquid tamen de eius virtutibus & noxia addemus.

Allium quarto exceſſu ſiccare & calefacere ſcribit Galenus: & Sylueſtre ſatiuo validius eſſe, quemadmodum omnia ſylueſtria. Vim acrē obtinet, vt Dioſcorides, excalfacit, mordet, flatus pellit, aluum turbat, ſitim gignit, ſummam corporis cutē exulcerat & oculorum aciem eſu hebetat. Contra ſerpentium, rabidorum canum & peſtiu venena plurimùm conferre, &c. Permagnæ itaque Allij vires, totque & tantæ, vt eas non capiant huius loci anguſtiæ.

ALLII SATIVI TERTIA ICON.



Vires & vſus antè attigimus: addemus tantùm quod trito fertur Adagio, *Cepas Porra & Allia pauperum eſſe fercula.* Sed vt nihil æquè ex omni parte beatum, præter enumeratas noxas vnicè enarrantes deteſtandus in Allio fœtidus ac fortiſſimus cerebro offerens odor. Eum verò ſic emendandum præcipit Thomas Morus.

Decedo foetorem ſi vis depellere Cepæ,
Hac facilè efficiunt Allia manſa tibi.
Spiritum at ſi poſt etiam grauem Allia reſtat:
Aut nihil, aut tantū tollere Merda[Ruta potiùs]poteſt.

SCORODOPRASUM: Germ. *Aberlauch*, *Acker-Knoblauch*: Gall. *Ail pourreau*: Ital. *Aglioporro*.



Quemadmodum Allij & Porri nomen refert *Scorodopraſū*, ſic etiā ex Dioſcoridis, Pauli & Galeni ſententiā, qualitates & vires vtriuſque poſſidet, efficitque quæcunque Allium & Porrum ſed paulò remiſſiùs. Porrū modo, authore Dioſcoride, in cibi vſū venit, & ſicut Porrum coquitur & edulcatur.

Atque Turcis in deliciis eſſe, ex Busbequio habuit Cluſius.

Iunio & Iulio floret, ac in Porri modum in hortis prouenit.

ALLII GENUS OPHIOSCORODON: Germ. *Welſch knoblauch*: *Schlangen knoblauch*.



Quia huius caput cum ſuprema caulis parte, ſerpentis inſtar ſe contorquent, *Ophioſcorod* nomen obtinuit hoc Allij genus.

Amphicarpū, *Ampeloprasum*, & *Scorodoprasum* nonnullis dicitur: alij (Lobelius) *Moly ſerpentinum* vocant. An Lobelij in Obſ. & Icon. *Moly ſerpentinum vocatum*? An Cordo in Hiſt. plant. *Allij ſatiui alterum genus Amphicarpon dictum*?


Iunij initio ſuum caput contorquet, Iulio verò erigit, eodemque menſe bulbos ad maturitatem perducit: quemadmodum à Nobis, Montbelgardi in S.P. horto obſeruatum, vbi ſolamus.

ALLIVM SYLVESTRE : Germ. *Wilder Knoblauch*: Gall. *Ail ſauuage* : Ital. *Aglio ſaluatico*.



Multa in montibus, ſyluis & agris Allii ſylueſtris habẽtur genera, *foliis, floribus* vel *capitibus* inter ſe diſcrepantia. Hic autem pingitur *Moly montanum latifolium Cluſii*, quod id in Vngariæ, Stiriæ, Auſtriæ & Morauiæ montibus vulgò prouenire, Iunióque floréta & Iulio bulbos proferre, ait. Florem autem illi dilutè purpuraſcentẽ tribuit, & toti plantæ grauem Allii odorem.

ALLIVM SYLVESTRE BICORNE FLORE viridi.



Huius generis ſtirpes aliquot Montbelgardi obſeruauimus, à *la roche de Banans*, ad Dubim. Senis autem foliis contexti erant *flores*, externè virides, internè verò albicantes, & purpuraſcante lineâ ſtriati.

An Cluſii *Moly montanum obſoletiore flore*, de quo ait; *Coma* inter laxas membranaceáſque, & longum mucronem habentes, tunicas laxè ſeſe explicat, *floribus* coloris valde obſoleti plena; *radix* nucleos in lateribus profert, &c.? An Plantini Icon. *Allium rubentibus nucleis*?


ALLIVM SYLVESTRE BICORNE, PVRPVREVM, proliferum.



In Venetorum Inſula Lio frequens prouenit, habetúrque etiam Baſileæ inter fruteta. Ex bulbis autem quos Venetiis accepimus Nobis creuit Montbelgardi in S P. horto: Iulio & Auguſto flores ferens.

An Cluſii *Moly montanum fecundum*, de quo in Pannon. & Hiſtor. poſt. fusè agit? An Plantini Icon. *Ampeloprasum proliferum*?


ALLIVM SYLVESTRE, FLORE LVTEO ſubpallido.



Cauli cubitali tereti inſidet *umbella*, dehiſcente folliculo membranaceo ſe explicans: *florum* luteorum, pediculis uncialibus circiter inſidentium ſenis foliis, totidemque ſtaminulis, & ſtylo tenui longiuſculo conſtantium. *Semen* triquetrum, nigrum. *Folia* anguſta, pedem longa. *Radix* bulboſa, fibrata, nucleos quoque pariens, quibus propagatur. Odor Allii.

Cluſio in Pannon. & Hiſt. poſt. eſt *Allii ſpecies quarta*. C. Bauhino verò in Phyt. *Allium* 12. ſiue *montanum, flore pallido odoro*.

ALLIVM SPHÆROCEPHALVM PVRPVREVM Sylueſtre.



Bulbus è multis contextus eſt nucleis albis, tunicâ albâ inuolutis, fibratis, odore Allii graui præditis. *Folia* tria quatuórve, palmum longa, interdum maiora, pro cuiuſlibet ſatione, *caulem* fiſtuloſâ vaginâ complectuntur, qui cubitalis aut ſeſquicubitalis, colore & formâ iunceus, teres, ſolidus & firmus: in ſummo autem faſtigio *ſphæram* gerit ouo columbino parẽ, maioremque purpureã; *floribus* conſtantem glomeratis paruis, ex ſex foliolis compoſitis cum ſtaminibus concoloribus, in pediculis breuibus.

Pulcherrimũ eſt hoc cùm floret, reperitúrque variis locis, in vineis & ſegetibus, & transfertur etiam in hortos. An Cordi Ampeloprason?

ALLIVM SPHÆROCEPHALVM BIFOLIVM, floribus purpureis in globum congeſtis.




In aruis ſponte naſcitur, in ſummo proceri caulis purpureos flores oſtentans, colore & formâ conſpicuos. Reperimus Nos iuxta Caſtellum Beffordianum florens Iulio: vt & circa Montbelgardum, in planicie *Bethamp*, verſus *Audincourt*, in ſegetibus: vnde in S P. hortum tranſtulimus. Cluſii in Pannon. eſt *Moly montanum purpureum elegantiſſimo flore*.

An Aduerſariorum Scorodopraſon, ſiue Allio ſimilis cuius Deſcriptio manca & imperfecta?

Huius & præcedentis omnis ſunt ex empeiriis, multùm placana

ALLIVM SYLVESTRE PETRÆVM VMBELLIFERVM, floribus numeroſis purpureis.



Allium petræum, & Porrum petræum in ſaxis naſcens cognominabat Geſnerus. Inuenimus vero Nos Bormii florens ſocio: Baſileæ vidimus in D. Fœlicis Plateri horto, atque ipſimet Montbelgardi in S. P. horto colimus. An Camerar. hort. Allium ſaxatile, Bulbus vomitorius, & Moly foliis Narciſſi?

Icon noſtra quam ſculptâ minus demonſtrat ſtrigoſas plantas loco ſicciori exutas.

ALLIVM SPHÆROCEPHALVM BIFOLIVM Italicum.



Vix ſeſquipalmarem altitudinem adæquat. Radicula autem oliuæ Oliuam, fibrosâ, albâ, collo tunicatum foris veſtigio prædita. Cauliculos rigidos, &, pro plantæ proportione, ſic ſatis craſſus teréſque ſurgit, attollitens binis foliis craſſis & canaliculatis veſtitus. In ſummo flores geris in glomum congeſtos, eleganti purpura conſpicuos, ex quibus ſtamineula quædam muſcoſa profiliunt. Sapor Allii ſapori haud abſimilis.

Florebat Nobis toto Maio Montbelgardi in S. P. horto quem colimus: parumque abeſt quin ipſam Plantæ magnitudinem & proportionē Figura exprimat.

ALLIVM SYLVESTRE PERPVSILLVM iuncifolium floribus albis.



Cauliculo eſt palmari, recto, rigido, tenelo, ex lit è cuios ſummo ſex circiter erumpūt propaginea, è quibus floſculi prodeunt albi, veluti in vmbellam poſiti, quinis aut ſenis foliis conſtantes; ijs que ſuccedunt Capitula rotunda, trina vel quatuor, triquetra, oblonga nigra ſemina continentia. Bulbi ſubſunt parui, albi, oblongiuſculi, ingrati Allii odoris. Folia exigua, iuncea, tenuiſſima, quatuor aut quinque numero, vix vnciam longa.

In collibus Monſpelio vicinis reperitur, ſuauiſſimum Moſchi odorem ſpirantibus floribus.


ALLIVM VRSINVM BIFOLIVM VERNVM SYLVATICVM Germ. Beerbundslauch: Gall. Ail d'Ours: It. Aglio de li Orſi.



De eo ſic tradit Plinius: Eſt inquit, & Allium quoddā ſylueſtre, quod Vrſinum vocant, odoris mollis, capite prætenui, & foliis grandibus. Sunt qui Dioſcoridis Scorodopraſon, aut eundem Ampeloproſum, aut Ophioſcorodon eſſe cenſeant, ſed malè.

Id autem variis in locis obſeruauimus. Bononiæ Patauii, & Ferrariæ in hortis, Genuæ in colle la Baſtia, & Mōtbelgardi prope pontem Vauiancourt. Flores portat illi numeroſi candidi atque in ſtellæ modum radiati. Lodi ſed rum ſpinas coagulare fertur.


ALLIVM ALPINVM: VICTORIALIS MAS Quorundam: Germ. Laulauch. Sigvvurtz.



Montes amat, attamē Geneuæ & Mōtbelgardi in hortis coli obſeruauimus, variiſq; aliis in locis etiam in hortis vidimus, Baſi eæ, Argentinæ, & alibi. Flores Cæparum floribus ſunt ſimiles.

Victorialis autem & ſiegvvurtz appellationes ab eo obtinuit, quòd ii qui effodiēdis metallis operam dant, magnas certáſque illius vires id habere prædicēt aduerſus impurorum ſpirituum, à quibus frequentiſſimè impetūtur, inſultus. Sunt qui appenſum a cére contractionē tradunt: & alij qui conuulſionis ſpeciem Krampff dictā ſedare ſcribunt.

ALLII GENVS FORTE SCORODOPRASON alterum Lobelij.



Scſrunclali aut longiori eſt bulbo, fibrato, turbinato, atque ex tunicis multis ruffis compactilt. Folia duo aut tria, tenuia, palmum longa, caulem aliquouſq; obnoluentia; pedalem, firmum, teretem, eundem cui vmbella inſidet parua florum pallidorū, minorum quàm Allij petræi.

Vnde habuerimus hanc plantam non recordamur. Odor autem illi & ſapor Allii: eidémque bulbus, flores & folia, ſed graciliora omnia. An C. Bauh in Phytop. Allium 4 ſiue ſphæricum?


MOLY VETERIBVS ET IN GENERE: MOLY Dioſcoridis paruum quibuſdam, flore candido.



Moly à verbo Græcè μωλύειν (ab amoliendis morbis) nomen habere creditur. *Clariſſimam Herbarum* dixit Plinius, à Mercurio inuentam, & viſum eius contra veneficia ſummam, quæ, vt pleráq; ſua, à Theophraſto mutuatus. Vterque autem circa Pheneum, & apud Cyllenē Arcadiæ extare tradit: quod etiam Homerus: Nō autem ſcribit Theophraſtus effodi difficulter, vt ex Homero & Plinio habemus.

Plantam autem hic pictam, quam pro *Dioſcorides Moly* recipiunt plærique omnes obſeruauit Cluſius Gadibus, eā veteris vrbis parte quę in mare protenditur: *Nos* verò Patauij in horto publico, vt & Bononiæ, florentem Aprili.

MOLY MINVS FLORE ORBICVLATO minore.



Moly apud Dioſcoridem deſcriptio, Commentatoribus Homerici illius eſt Moleos, quod Mercurius Vlyſſi contra Circes veneficia dedit. Id verò ſibi & aliis prorſus incognitū, nec vſquam viſum, liberè fatentur Matthiolus & Cluſius.

Quod verò hic pingimus, Cluſio in Hiſt. poſt. eſt *Moly minus*, de quo ait: Moly, Dioſcoridis valde eſt ſimile, *Caulis* palmaris, viridis, denos aut plures ſuſtinens *flores*, ſex niueis orbicularis foliolis conſtantes, cum ſenis in medio *ſtaminulis*. *Folia* bina Porracea: *radix* rotunda, candicans, Nucis Ponticæ magnitudine.

MOLY THEOPHRASTI MAGNVM, FLORIBVS albis ſtellatis.



Duplex à Plinio proponitur Moly, *radice* rotundā & *radice* longā. At vnius tantùm meminere Theophraſtus & Dioſcorides, cuius Moly à Theophraſto diuerſum eſſe exiſtimant nonnulli. Apud Galenum non *Moly*, ſed *Myle* appellatur, Librariorum fortè culpâ. Alitur autē Moly hic pictum in hortis ab Herbariæ rei ſtudioſis, & Maio menſe floret.

Duo porrò aut tria ex *radice* bulboſa, foris nigricante, intùs alba, promit *folia*, longa, lata, craſſiuſcula, ſeſe inuicē amplectentia. *Caulis* nudus, cubito maior, craſſus, concauus, candicans, rotundus. *Flores* in ſummitate in vmbellā digeſti, ſtellati, albi ex longiuſculis pediculis: quos excipiunt *Capitula* triquetra, *ſemen* nigrum continentia.


MOLY LVTEVM BOTANICORVM, LATIFOLIVM, Allij odore.



Floribus eſt luteis, ſenis foliis, pluribúſque concoloribus ſtaminibus donatis, Ornithogali lutei floribus perſimilibus. *Folia* illi bina latiuſcula, Tulipæ Bononienſis, ſiue Apenninæ, vocatæ foliis ſimilia, vno tamen vt plurimùm altero latiore. *Radix* etiam par, ſed breuior. In Pyrenæis montibus reperitur.


Tota planta, aiunt Aduerſaria, Allij fragrat odorem, eóq; Moly propior eſt quàm Ornithogalo luteo. Ornithogali autem lutei nomenclaturā quò eam ùs diſtrahatur, à Rhizotomis perperam donatur.

MOLY INDICVM, SIVE CAVCAFON; Lobelij.



Moly Theophraſti, inquit, foliis & reliqua forma ſimile eſt: nunquam autem *flores* apud me, neque apud multos alios, protulit: ſed eorū loco *caulis* pedalis, ferè planus, atque adeò infirmus, vt, niſi aliquo fulciatur adminiculo, attolli non poſſit. Summo faſtigio conglomeratum *caput* fert, multis veluti Allij ſpicis, Meſpili vulgaris magnitudine, conſtans, initiò viridibus, deinde palleſcentibus quæ etiam in terra non repoſitæ germinant, telluri tamen commiſſæ, in maiores bulbos adoleſcunt, *foliáque* & *caules*, non tamen ſingulis annis producunt. Radix Cepacea, rotunda, alba, multis tunicis amicta, quarum externa fuſca, vetuſtate ſeſe ſeparans & in alios bulbos pāgens. Sic ille, cuius Iconem & deſcriptionē proponimus aliter autem, vt ex ſequentibus patebit pingunt & deſcribunt Cluſius & Imperatus.

MOLY INDICI ALIA ICON. Cluſij.



Aiunt apud Nos, inquit in Hiſt. poſt. & Hiſp. Cluſius, Herbariæ rei ſtudioſi, aliud quoque *Moly* eſſe genus, quod *Indicum* vocant, (alij Barbaro nomine *Caucafon*,) quoniam ex India primùm in Hiſpanias perlatum eſſe ferunt, & inde ad Italos tranſmiſſe, à quibus Belgæ acceperunt. *Folia, bulbus & radix* cū Moly Liliifloro, ſiue Theophraſti, ſimilia ſunt, &c. Creſcere Conſtantinopoli & inde Viennam allatum fuiſſe, perhibet etiam idem Cluſius. Ferdinando Imperato *Moly Indici* & *Caucafo* nomine demonſtrata planta, ſpecies eſt Bulbi, cui parui bulbuli ſunt pro *flore* & *ſemine*, ſinguli ſingulos habentes folliculos.

HYACINTHVS : Germ. & Belg. *Hyacinthen* : Gall. *Iacynthe* : Ital. *Hyacintho.*



Hyacinthos, ait Dioſcorides, *folia* habet Bulbo ſimilia: *caulem* palmi altitudine, læuem paruo digito tenuiorē, viridem : cui incumbit *coma* incurua purpureo *flore* plena : ac radicem etiam ipſam Bulbo ſimilem.

Syluestrem & Satiuum agnouit Theophraſtus. Verùm vt ex ſequentibus patebit, plurimæ aliæ Hyacinthi obſeruantur *Differentiæ*. An verò Theophraſti, Plinij, Dioſcoridis, Ouidij, Virgilij & Galeni *Hyacinthus*, ſit Recentiorum *Lilium purpureū*, quemadmodum ſtatuit Cornarius, peritorum iudicio relinquimus.

Is autem quem hîc pingimus, *Hyacinthus eſt vernus, botryoides, minor, cæruleus, anguſtioribus folijs, odoratus.* Floret Martio in hortis, nonnulliſque locis in agris & montibus ſpontaneum prouenit.

HYACINTHVS BOTRYOIDES VERNVS; MInor, latifolius, cœruleus, inodorus.



Ludit hic folijs, quæ plùs minúsue lata, prout lætior eſt cultura ſolum. Cætera autem floret præcedenti, iiſdemque locis prouenit.

Cæterùm ſic de Hyacinthi origine tradit Plinius. Hyacinthum, ait Lib. 21. cap. 11. comitatur Fabula duplex: luctum præferens eius quem Apollo dilexerat, aut ex Aiacis cruore editi : ita diſcurrentibus venis, vt Græcarum literarum figura AI. legatur inſcripta. Quam Fabulā Virgilio etiam fuiſſe cognitam, ex eius conſtat Verſibus:


Dic quibus in terris inſcripti nomina Regum
Naſcantur Flores, &c.

HYACINTHVS BOTRYOIDES ALBVS INODOrus: An Italorum *Dipcadi?*




Cluſius in duas ſpecies diſtinguit: *Vnam*, quæ lacteum omninò *florem* habet, *cauliſque* exalbidum: Alteram, in qua niueus floris color purpurâ dilutiſſimâ perfuſus cernitur. Hortorum nemoreumque eſt incola: floret quo Aprili, atque etiam Maio, ſi vernum tempus ob præcedentis Hyemis aſperitatem ſeriùs incipiat. An Lobelij in Obſeru. *Dipcadi candidis floribus varietas gemina?*

HYACINTHVS BOTRYOIDES MAXIMVS comâ cœruleâ.



Quibuſdam dicitur *Bulbus eſculentus*, alijs *Pancratium* & *Scilla minor*. In multis Orbis Chriſtiani Prouincijs ſpontè naſci perhibet Cluſius, cui duplex eſt: alter *præcox*, latiore folio maioréque bulbo, alter *ſerotinus*. Baſileæ, Monſpelij, Ferrariæ & Geneuæ vidimus in ſatis, pratis & vinearum marginibus ſpontè prouenientem. *Hyacinthum comoſum maiorem* inſcribunt Camerarius, Gerardus & alij Botanici: *Hyacinthum racemoſum maiorem* C. Bauhinus.

HYACINTHVS AVTVMNALIS MAIOR; & minimus.



Hunc & ſequentem in glareoſis & aſperis Monſpelio vicinis locis, Autumno incunte, obſeruauimus. Aluntur etiam in penſilibus hortis, floribus cæruleis, à medio ad ſummum emicantibus.

Bulbinem Plinij eſſe exiſtimarunt nonnulli : ſed Bulbines apud ipſum deſcriptio planè refragatur : cùm illi Porracea folia & rubicundum bulbum tribuat. Nec minori lapſu exiſtimarunt alij ſiſyrinchium eſſe Theophraſti, cùm Siphyi notæ huic Hyacintho minimè etiam conueniant.

HYACINTHVS AVTVMNALIS MINOR.



Frequentem hunc varijs in locis obſeruauimus. Lutetiæ Pariſiorum, Narbonæ ad aquas Martianas, & ad Cellam nouam Mõſpelij, in glareoſis & aſperis.

Hyacinthis autem in genere vires has tribuunt Plinius, Dioſcorides & Galenus. *Radix*, aiunt, in primo ordine ſiccat, in ſecundo verò refrigerat, atque ex vino illita impuberes ſeruat pueros, & pota aluum ſiſtit, vrinam pellit, commorſiſque à ſerpentibus opitulatur. *Semen* leniter extergit & adſtringit, & in vino potum morbum regium ſanat: ſiccatq; in tertio ordine, in caliditatis & frigiditatis medio conſiſtens.

Hyacinthvs orientalis, ſive Conſtantinopolitanus, flore maiore.




Hyacinthi Orientalis, Cōſtantinopolitani dicti, variæ ſunt ſpecies quas Turcæ in delitiis habent, & *Zemblecu der* vocant. Habentur autem illæ in variis Germaniæ, Galliæ, Italiæ & Belgii hortis cultioribus. Variant florum magnitudine, numero & colore. Quod verò hic pingimus genus flores fert maiores, eóſque purpureos vt plurimùm: qui verò Orientalis Hiacinthus minores habet flores, eos plures ferè & numeroſiores plerúmq; habet: quamuis interdum duos aut tres tantùm. Maiorem hic pictum vidimus Ferrariæ, Bononiæ & Patauii in hortis; atque ipſimet Montbelgardi in S P. horto habuimus, purpureum, cæruleum & album.

Hyacinthvs orientalis polyanthes minor: Germ. *Geſulter ſ ümbler Hyacinth.*



Huius ex ſemine nata anno 1585. Cluſio planta, erat *caulis* cubitalis, craſſus & firmus, decem & ſeptem floribus habuit, non eiuſdem cum matre coloris, ſed purpureos, floridiores, & ſub iis ramulos quorum ſinguli quinis *floribus* erant onuſti. Alijs in ferendis floribus parcior eſt hæc planta, vtpote plures interdum denis non dāt. Minimè autem ſemper ad vnum latus ij ſpectant & conuerſi ſunt, ſed nonnunquam omni latere æqualiter quaſi ſparſi. Noſtra Icon eſt ex Plant. Icon. pag. 105.

Hyacynthvs orientalis polyanthes alius.



Hyacinthorum Orientalium diſcrimina præ cæteris diligenter obſeruauit Cluſius: Coloris intenſiōne vel remiſſione admodum variāt, ait: ſuntque vel omnino cærulei, vel ſubcineracei, vel dilutiùs hilaritérue purpuraſcentes, vel ſaturatè purpurei, & ferè ad violæ nigræ colorem accedentes.

Omnes autem Hyacinthi Orientalis. *Zambul* nomine miſſi fuerunt, additâ voce *Indi*, quòd *Indici* ſunt: vel aliâ quapiam, cùm locum vnde acceperint indicare volunt, Florent porrò omnes Aprili.

Hyacinthvs orientalis albvs.



Sic de his Hyacinthis tradit Dodonæus. Hyacinthus, inquit, quem Italia & Belgium Orientalem nominant, *folia* habet pinguiora & latiora, *caules* craſſiores, *flores* potentiores maioréſque. ac eit ſis prodeuntes. Horum vnus plures profert flores, alter verò pauciores. Sic verò Lobelius & Pena in Aduerſ. Hyacinthi Orientalis Græci, aiunt, varietas, quam Indi *Zumbel* vocant, *caulem* habet Serpentariæ modo nodoſum, & tortilia folia.

Icon noſtra eſt ex Plantinianis.

Hyacinthvs orientalis ex pvrpvra rubens.



Hunc pingunt etiam Plantini Icones: Anguillaræ dicitur *Hyacinthus Theophraſti & Dioſcoridis*, Turcis *Zambocuder.* De eo ſic ſcribit Cluſius: Habeo, ait, vnam ſtirpem valde lato folio & ſaturatiùs viteſcente præditam: cuius *caulis* craſſus fit, ſed in ferendis *floribus* parcior, vtpote qui plures denis non det, eóſque non ad latus vnum ſpectantes & conuerſos, ſed in diuerſa latera tendentes, ſaturatiùs purpuraſcentes. *Capita* etiam ſaturatiùs virentia, purpureo colore quaſi aſperſa continentur.

Hyacintvs brvmalis albvs.



Etſi hic *foliorum & florum* formâ cum aliis plerisque conueniat, id tamen ſibi vendicat ſingulare, quod ſtatim ſub Solis Hybernum exortum non ſub terris erumpat. *caulem* quoque protrudens interdum per medias niues. *Florem* venuſt ſummitis laxe circa principia Ianuarij, candidum, nonnihil tamen ſubinuia, & circa ſupremas oras, ſubcæru'eum præ ſe ferens, quo quidem euaneſcente ſenſim Februario menſe totus fit lacteus, odore fragrātiſſimus, in ea deinceps ſpecie menſe plùs integro perſeuerans. *Radix* bulboſa, intus candida, foris rufa. Minimè autem gaudet humidis locis, ſed ab humore potiùs quàm frigiditate corrumpitur: denique etiam in teſtis fictilibus aſſeruatur.

HYACINTHVS ODORATISSIMVS, DIPCADI & *Muſcari* dictus.



Conſtantinopoli allata fuit elegantiſſima hæc planta, quam ſic deſcribit Cluſius: Bulbo, inquit, eſt admodum magno, albicante, tunicis, multis intertexto, cui appoſitæ fibræ craſſæ & longæ, ſed paucæ, perennes. *Folia* quinque aut ſex, dodrantalis aut longiora, latitudine ferè vnciali, ſea ſtriis per longum discurrentibus craſſiuſculis, carnoſa, ſatis craſſa & ſucculenta. *Caulis* ſatis craſſus, ſingularis, teres, nodus, & pro ſua craſſitudine admodum infirmus: quem à medio ferè ad ſummum racematim cohærentes ambiunt *flores* albicantes, ſubcærulei, flaueſcentes vel nigricantes, gratiſſimum Moſchi aut Aromatum odorem referentes. *Flores* ſequuntur *Capitula* prægrandia & triquetra & velut pinnata, in quibus continetur *Semen* nigrum rotundum.

HYACINTHVS ODORATISSIMVS, DIPCADI & Muſcari dictus, luteus.




Muſcari flauum Chalcedonicum ſiue *Conſtantinopolitanum* etiam inſcribitur. Tabernæmontano in Icon. dicitur *Hyacinthus botryoides Chalcedonicus luteus*: C. Bauh. in Phyt. *Hyacinthus* 28. ſiue *racemoſus Moſchatus luteus*. Reperitur porrò eius varietas, cuius flores Martio ſubcærulei ſunt, & Aprili aurei fiunt.

Hunc & præcedentem vidimus Patauij in horto Medico, & ipſimet Montbelgardi in S. P. horto coluimus.

Matthiolo in Comm. Ital. & Lat. cum magnis Fig. dicitur *Bulbus vomitorius*: ſed vt notat Dodonæus, nullis interim notis eum deſcribens, nulliſq; rationibus aut teſtimoniis ſententiam ſuam adſtruens. At Dodonæo ipſi penè euenit quod in Matthiolo reprehendit, ita ieiuna eius Deſcriptio.

HYACINTHVS STELLATVS VERNVS DVMEtorum, bifolius: flore cæruleo & albo.




A floribus radiatim expanſis, & in ſtellæ formam decuſſatis, *ſtellare* cognomen apud rei Herbariæ ſtudioſos inuenit. Cùm autem habeatur flore cæruleo & albo: is qui cæruleo eſt flore variat, floribus magis ſaturis & ad violaceum magis tendentibus, vel ad carneum colorem proximè accedentibus Fuchſius in *Marem* & *Fœminam* diſtinguit. Vere autem cùm proueniat hæc planta, Menſibus nimirum Februario & Martio, hinc factum, vt *Martium florem* appellarint Botanici.

HYACINTHVS VERNVS DVMETORVM TRIfolius: flore cæruleo & albo.



Naſcitur, vt & præcedens, in nemoribus: atque hinc eſt quod Galli, apud quos, Plinij teſtimonio, eximiè prouenit, vt Ruellius autor eſt, *nemoralem* & *agreſtem Cepam* vocent. In Heluetiæ & Germaniæ ſyluulis & campeſtribus frequentes reperiuntur. Geneuæ obſeruauimus *Nos* florentes Martio in colle *la Baſtie*, vt & vltra fluuium *Arue*, è regione *Champé* in ſylnoſis: nec non Montbelgardi in colle dicto *Vauiancourt*, atque etiam in nemoroſis circa *Arbouant*. Nuſquam verò maior eorum habetur copia, quàm in nemoribus, haud procul à vico *Luſchnavv*, iuxta Tubingam.


HYACINTHVS STELLARIS VERNVS PARVVlus flore ex cæruleo cinereo.



Vix palmaris planta eſt, foliis anguſtis, quaternis aut quinis, è quorum medio *cauliculus* prodit. *Radix* parua, alba, oblonga, parum fibrata: *flores* terni aut quaterni, ſtellati, ex cæruleo cinerei, ſenis foliolis totidemque ſtaminulis & apiculis cæruleis cōſtati: piſtillo in medio cum vmbone aut apice ex cinereo cæruleo.

Hac planta vt & plæriſq; aliis nouis ex Galliis delatis Britanniam ditauit Georgius *le Seigneur*. Lobelius in Aduerſariorum part. 2.


HYACINTHVS STELLARIS ALBICANS ſerotinus.



Seriùs floret, & *folia* exiliora habet: flos autem aſpectu iucundus albicat. Fuit verò è Biſcaiæ montibus in Belgium allatus: *Lobelius*. Nos eius Iconē hîc proponimus, in qua flos pingitur quinquefolius, quàm veraciter autem neſcimus, cùm ſtellatorum Hyacinthorum flores ex ſex foliis conſtare vulgò obſeruentur.

An Tragi *Narciſſus candidus*, vt exiſtimauit C. Bauhinus?

HYACINTHVS RARVS CÆRVLEVS.



Radix huic bulboſa, magna, fibris donata alba: *folia* terna aut quaterna, Hyacinthi ſtellati: *caulis* tenuis, purpurens, nitens, angulosus, palmaris vel cubitalis, vt plerumque ſingularis, at nonnunquam duo ſunt, tres, vel plures. *Flores* in ſummo eius faſtigio quaterni, quini, ſeni, ve, ex foliis ſex compoſiti, ſublongis, acuminatis, cæruleis vel potiùs violaceis, vngue albicante, decurrente per longitudinem lineâ ſaturatiore Violâ tinctâ, ita à ſe inuicem ad pediculum vſque diſtantibus, vt radiatam ſtellam æmulentur. Medium occupat *Capitulum* rotundum canaliculatū, Piſi parui magnitudine, album, loculamenti *ſeminum* rudimentum: quod ordine circumſtant *ſtamina* rigidula, ſena, violacea, circa imum albicantia: è medio autem Capitulo ſtylus violaceus emicat.

Montbelgardi in S. P. horto Nobis floruit Aprili.

HYACINTHVS STELLATVS BYZANTINVS; Vernus Cluſij.



Quaterna aut quina habet *folia*, humi fuſa, longa, carinata, dilutè virentia, Hyacinthina: *Caulis* digitalis, gracilis & infirmus, ternos, quaternos aut quinos ſuſtinens *flores*, ſex foliis conſtantes, diluti cærulei coloris, inodoros, qui Solis radiis illuſtrati, inſtar Hyacinthi vulgaris ſeſe explicant, & exalbida ſex *flammula* oſtentant, quorum apices purpurei, *ſtylo* in eorum medio aſſurgente. Iis ſuccedunt triangula *Capitula*, vt in vulgari, ſed vt plurimùm inania. *Radix* bulboſa eſt, non magna, cortice nigro tecta, & fibris ſubtùs prædita.

Floruit Cluſio Aprili.


HYACINTHVS STELLARIS BYZANTINVS ALter, elegantiſſimus, ſerotinus.



Hic præcoci longè eſt elegantior, nitidis, ſtellatis, cæruleis, amœnis, ſecundum ſeſquipalmares, lucidos, planos, rubentes *cauliculos floribus* prodit. Stellati Germanici Hyacinthi *foliis*: *ſemine* in pericarpio rotundo, albo, lucido. *Radix* Leucoio bulboſo par, intus alba foris rubens, nucleis adnatis propagatur.

Conſtantinopoli Londinum delatus illic in exoticarum plantarum ditiſſimis nonnullis hortis à Lobelio obſeruatus fuit, vt habet Adverſaria in parte a.

HYACINTHVS STELLATVS MVLTIFLORVS; Cineracei coloris.



Multa iſte habet *folia* humi iacentia: inter quę prodit *cauliculus* palmaris, vicenos, tricenos, aut plures interdum *flores*, coloris ex cæruleo cineracei, ſpicæ, vel vnæ inſtar congeſtos, ferens: medium occupante *umbone* cum ſex ſtaminibus. *Floribus* ſuccedunt *Capitula* triangula *ſemen* continentia. Radix bulboſa eſt & candida. Floret autem cum vulgari. hoc eſt ſub extremum Martium, paulò tamen ſerius vulgari. Eſtque apud Britannos hortenſis hodie, & bulbo propagatur. *Lobelius*.

HYACINTVS STELLATVS ÆSTIVVS; FLOribus ex cæruleo purpuraſcentibus.



Hoc Hyacinthi genus ſuis floribus onuſtum Maio menſe anni 1606. primùm vidit Cluſius in cultiſſimo cuiuſdam perurbani Leydani Ciuis horto, cui è Luſitania allatum fuiſſe aſſerebat: Eius autem vel hiſtoriam vel iconem ante id tempus à nemine traditas fuiſſe cùm animaduerteret, fusè id in Exot. deſcribit.

HYACINTHVS BIFOLIVS THEOPHRASTI Lobelij.




Lobelio in Hiſtoria Belgica dicitur *Blauwe Meybloemkens*: & in Iconibus Plantarum Hyacinthus bifolius Theophraſti. C. Bauhino in Phyt. *Hyacinthus 4 ſiue bifolius Theophraſti*, Lobelij.

HYACINTHVS COMOSVS BYZANTINVS candicans, cum ſtaminulis purpureis.




Circiter annum 1578. ait Cluſius qui pingit & fusè deſcribit, primùm allatus eſt Conſtantinopoli cum aliis varij generis bulbis: ab eoq; tempore pauci miſſi, quia forſitan non expetitur, etiam nulla floris elegantia ſit præditus. Quo autem nomine, addit, à Turcis inſigniatur, me latet, nam *Muſcari* bulbis ſemper permixtus fuit: attamen ego, propter comæ & florum quandam cum *Comoſo maiore Hyacintho ſimilitudinem*, *Comoſum Byzantinum* cognominaui.

HYACINTHVS COMOSVS ALBVS CVM cæruleis ſtaminibus.



De hoc Hyacintho ſic ſcribit Lobelius in Append. Huius generis (Hyacinthi ſcilicet comoſi.) ait, alius in hortis quibuſdam Belgarum inuenitur, *foliis* quidem ſimilibus, ſed *flore* albo intus cæruleis ſtaminibus decorato, &c. Et in *Icon.* Hyacintho comoſo Byzantino non admodum diſſimilem, & in Belgica, & Viennæ, ait Cluſius, nullo aut perpuſilla coma præditũ, cuius flores obſoletioris coloris albicantis, Byzantini floribus ſatis accedunt: *pediculi* tamen flores ſuſtinentes in longitudinem non excreſcunt, *ſemen* & *radix* ſatis conueniunt.

HYACINTHIS AFFINIS PLANTA, AN bulbus Eriophorus Peruanus.




Craſſiuſculus *caulis*, cuius ſcapus magnum profert pediculorum quadriantalium, circa exortum viridium, ac ſuperiùs purpureorũ, numerum. Eorum autem vnuſquiſque *florem* fert maiuſculum purpureum, floribus Hyacinthi noſtri vari ſimilem, quinque foliis longiuſculis conſtantem, apicibus medium obtinentibus. Succedunt tandem *ſeminum conceptacula* rotunda, craſſiuſcula, in ſtylum deſinentia. Porrò ſingulorum pediculorum exortui ligulæ adnaſcuntur, vt in Ornithogalo, longæ, albicantes & pellucentes.

HYACINTHVS PERVVIANVS ELEGANS.




Montbelgardi in S.P horto Iunij principio floruit Nobis Hyacinthus Peruuianus ſpecioſus quem hic pingimus. *Folia* ſupra terram ferè ſparſa, digitum circiter lata, penè glauca, vncias quatuor, vel palmum longa, ſapore viſcido. *Caulis* palmo non multò maior, rotundus, craſſus, firmus. *Flores* à medio caule innumeri prodeũt, eum alternatim ambientes, ex pediculis oriundi etiam ferè vnciarum, cærulei vel purpuraſcentes, cum apicibus cæruleis ſex, & ſtylo in medio cæruleo, cui ſubeſt ſeminum rudimentum.

HYACINTHVS PERVVIANVS ALIVS.



Pulcherrimam hanc plantam ſiccam Lugduni accepimus à Barone quodam Germano ex Hiſpaniis reduce: Hyacinthum Peruuianũ vocabat. Conſiderandum autem quantùm hæc planta à Cluſij Bulbo Eriophoro Peruano ante picto, in cuius Icone *Ligula* (quas ipſe Cluſius *Appendiculas* appellat) in pediculis apparent, differat. Magna certè ibi cum præcedente Hyacintho conuenientia, ſi non vnum & idem ſunt.

HYACINTHVS ANGLICVS, SIVE BELGICVS, flore ſubalbido.



Dodonæus ſic deſcribit: *Folia*, ait, anguſta, oblonga, æqua & ſplendentia, Porri foliis anguſtiora & minora: Caulis foliis vidua, glaber, teres, cuius coma florum pondere & mole, cùm primùm dehiſcere incipiunt, grauata deorſum recuruatur. *Flores* oblongi, teretes, concaui, in latus ſe pandunt, per oras reflexi, colore vt plurimùm cærulei, nonnũquam verò ſubalbidi, candicantes vel niuei, & aliquando Violæ nigræ dilutam purpurã referentes. *Semen* in ſiliqua triangularibus paruum, rotũdum, *Radix* bulboſa, candida, perennis, lento ſucco, vti & tota herba, plena.

In Belgio, in aruis & iuxta agrorum margines, frequens naſcitur: atque in Anglia in graminoſis ſaltibus. *Lobelius*,

HYACINTHVS HISPANICVS OBSOLETO flore, Anglico ſimilis.



Sponte naſcitur, ait Cluſius, in quibuſdam Hiſpaniæ locis, vnde primùm in Belgium delatus nonnullis amicis floruit, à quibus, ſemine cómunicato, natæ mihi ſunt aliquot plantæ. Serò germinat, & folia in Autumnum ſeruat: Iunio autem cũ Liliis floret: flores verò, ſemine ex eodem capite excepto, alij aliis obſoletiores, & quidam etiam virentes, conſpiciuntur: ſic ſtirpes variante naturâ.

Camerario hort. dicitur *Hyacynthus Hiſpanicus obſoleto flore*: Lobelio in Adu. *Hyacinthus obſoletior Hiſpanicus, ſemine compreſſo Pancratij Monſpelienſ.* C. Bauh. in Phyt. *Hyacinthus* 10. *ſiue ex flore purpureo pallido & vireſcente.*

HYACINTHVS MINOR HISPANICVS anguſtifolius, cæruleus & albus.



Hoc pingit & deſcribit idem Cluſius Exot. part. 1, ſcribens ſe Burdigalâ accepiſſe perpuſillos ternos Hyacinthi bulbos, qui terræ mandati plantas produxêre flore cæruleo & flore candido. Florebant autem Iunio menſe, ac ſemen maturabant Iulio quod in vtroque genere prorſus ſimile fuit, rotundum videlicet, nigrum & ſplendens: habuitque idem Cluſius & alium eiuſdem generis Hyacinthum, qui dilutè ſuauitérque rubebat cum ſaturatioribus quibuſdã per foliorum exteriorum longitudinem excurrentibus venis.

HYACINTHVS INDICVS, TVBEROSA radice, flore albo.



Peregrinum, rarum & exiguum Hyacinthi genus vocat in Aduerſ. Lobelius, *Plantam raram* admodum Cluſius: qui propter tenuiſſima, inſtar telæ aranearum, ſtamina, quę caulis inhæ entia *folia*, tritoutim confracta, reddunt, *Eriophori* genus aliquod arbitrabatur, tametſi & caulis foliis ornatus, & florum forma refragarentur. Miſſa porrò illi fuerat planta cum hac inſcriptione: *Bulbus Indicus florem album proferens, floris Hyacinthi Orientalis æmulum.*

HYACINTHVS LATIFOLIVS DALECHAMPII, floribus purpureis elegantibus.



In monte *aureo* Aruerniæ ſponte creſcit: *radice* corticoſâ Lilio ſimili: *foliis* ſex aut octo, nigricantibus, craſſis, latis, Lilij ferè: *floribus* purpureis elegantibus, particulatim ſeſe expandentibus: *ſemine* in *Capſulis* rotundis herbaceis: Hiſt. *ſoris* Lugd. In Figura autem Dalechampij non videtur radix deſcriptioni reſpondere. Nos hãc plantam ſemel tantùm vidimus, Patauij ſcilicet, in horto publico, erãtque flores albi.

C. Bauhino in Phyt. *dicitur Hyacinthus* 18 *ſiue latifolius Dalechampij.*


HYACINTHVS LILIIFOLIVS STELLATVS cæruleus.



Rarus admodum, inquit Lobelius, & elegans eſt hic Hyacinthus, quem appoſitè *Liliaceum* quis dixerit. *Radix* enim ac bulbo lilij eſt, ſed minore & oblongiore, flaueſcente, vt Lilij cruenti ſiue Martagonis. *Folia* Lilio candido ſimillima, ſena aut ſeptena, inter quæ medius exilit nudus ſine foliis ſpithamęque *caulis*, in cuius ſummo *flores* Hyacinthi ſtellatis cæruleo-purpurei.

C. Bauhino in Phyt. dicitur *Hyacinthus* 5. *ſiue radice & folio Lilij.*

HYACINTHVS TRIPOLITANVS.



Foliis eſt longis, tenuiſſimis, Phalangio noſtro ſimilibus. *Caulis* autem ſeſquimagnus, in cuius ſummitate quatuor *flores* ſpecioſi colore & magnitudine ſimiles foliis tribus erectis in parua Iride cæruleâ. *Radices* formâ & colore Tulipis ſimiles. *Hoc Rauwolfius*, qui Tripoli florentem vidit Aprili, & Tripolitanis *Ayur* dici ſcribis.

Camerario in Epit. Matth. vt & C. Bauhino in Phyt. dicitus *Hyacinthus Tripolitanus.*

LEVCOIVM BVLBOSVM : Germ. *Weiſs Hornungs blumen* : Gall. *Campanes blanches.*



Leucoium de quo hic agimus non eſt id quod apud Theophraſtum, Plinium & Dioſcoridem, non tantùm *Violam* albam, vt nominis fert ſignificatio, denotat: verùm cætera etiam Violarum genera, de quo actum antè: ſed bulboſa planta, cuius ſpecies varias nũc enarrabimus.

Inter vernos flores, ait Theophraſtus, primùm ſe oſtendit, vbi cœlum clementius paululùm fuerit, ac etiã Hyeme nondum exacta.

Prouenit ſpontè in vmbroſis ſyluis & altis locis: ac plantatur etiam in hortis. Prope Tubingã ſupra & infra Monaſterium *Bebenhauſen* copioſiſſimè naſci ſcribit Fuchſius: vidimus verò Nos Montbelgardi inter Audincourt & Mandeure, in itinere quà itur *Dampierre*, atque alibi: florens Martio.

LEVCOIVM BVLBOSVM HEXAPHYLLI alia Icon.



Multis cãdidis tunicis [extimâ tamen fuſcâ,] conſtat huius Leucoij *bulbus*, & candicantibus fibris capillatus eſt, ſapore viſcido: *Folia* porracea tria, quatuor, quinque, vel ſex. *Caulis* dodrantalis, angulofus, ſtriatus, cauus, nudus; quẽ ſimul cum folia inueſtit, etiam ad medium vſque, vagina arcta. *Flos* odoris non grati, plerumque ſingularis, interdum geminus, rarò ternus nutans, candidus cymbali æmulus, pediculo longo appenſus, cum apicibus ſex luteis. *Flori* ſuccedit *capitulum* membranceũ, *ſemen* continens ſubflauum, oblonginſculum, durum.

Duas proponimus Icones, quarum *vna* plantam demõſtrat florêre incipientem, *altera* verò cùm ſemen profert.

LEVCOIVM BVLBOSVM MINVS TRIPHYLLVM.



Totum minus eſt Leucoio præcedenti, & maturè admodum cum eo prodit, vix ſcilicet liquefactis niuibus, eaſque etiam interdum penetrans. Nos variis in locis obſeruauimus florens ſub finem Februarij, ac Decembri etiam in horto noſtro Montbelgardi flores eleganter explicans habuimus.

Florem autem noctu ſe contrahere, & cum Sole ruſum aperiri, etiam extra tectum & in hypocauſtis, annotat Cluſius.

LEVCOIVM BVLBOSVM PRÆCOX Byzantinum.



Hoc bifolium eſt, cæterũ Leucoio minori triphyllo haud abſimile. Bizantio autem, referente Cluſio, Viennam primùm inferri cœpit anno 1592. quo tamen anno ipſi etiam miſſum Neapoli, è monte Virgineo erutum.


C. Bauhino in Phyt. eſt *Leucoium 8. ſiue Bulboſi minoris altera ſpecies*: Lobelio in Aduerſ. part. 2. *Leuco-Narciſſo-Lyrion.*

LEVCOIVM BVLBOSVM POLYANTHEMVM, tardiùs florens, floribus minoribus.



Seriùs ſuperioribus Leucoiis germinare ſolet, Maioque demũ menſe flores profert. Alitur in Germaniæ, Belgij & aliorum locorum cultioribus hortis, ac nonnunquam etiam ſpõtaneum in pratis reperitur. Habuimus Nos Montbelgardi in S. P. horto vbi florebat Aprili & Maio, ac vidimus etiã Florentiæ, in horto Nicolai Ferrarienſis.

LEVCOIVM BVLBOSVM AVTVMNALE minus, tenuifolium, Bæticum (Cluſij).



Bulboſum hoc Leucoĩum in extrema Bætica, quà Luſitaniæ conterminus eſt, Nouembris initio eruebat olim Cluſius. Erat autem flos coloris proſſus lactei.

Leucoij bulboſi triphylli cærulei, in Albania reperti, meminere Aduerſaria.

Leucoij bulboſi radicibus vim digerentem & leniter adſtringentem tribuit Fuchſius: at magis Nobis probatur eorum opinio, qui Leucoium bulboſum in genere nullius viris eſſe aſtruunt.

BVLBOCODIVM : Germ. *Hornungs-blumen* : Gall. *Campanes iaunes, Coquelourdes* : Ital. *Campanella*.



Codion, vt ait Ruellius, *flos* eſt *bulbi*, initiò Veris, atque iterum ſub Æſtatis exitum erumpens frigus ſicuti & æſtum fugiēs. Ex quibus quid ſint *Bulbocodia* facilè conſtat. Varia autem eorum recenſentur genera, quorum Nos *Vulgatum* hic pingimus.

Pſeudo-Narciſſus luteus dicitur quibuſdam, & *Pſeudo-Narciſſus vulgaris*, aliis *Cāpanella*, Geſnero *Codiaminū*.

In pratis, veruactis & agrorum marginibus, ſyluis & locis arboribus conſitis, humido ſolo, ſub finē Februarij prouenire ſolet. Nullibi verò magis abūdat quàm in pratis Londino vicinis, & in Montbelgardenſium monte *Bar*, vicinisque vrbi pratis. Coli etiam in hortis ſatis ſuperque notum eſt.


BVLBOCODIVM HISPANICVM.



Eſt, teſte Lobelio in Obſ. Narciſſo montano Theophraſti facie non diſſimile, ſed latioribus maioribúſque foliis omninò luteis.

Temperamento calido & ſicco præditum eſt, atque eodem ferè cum Narciſſo. Certáque experientia probatum ait Dodonæus, recentis radicis drachmas duas, in vino aut aqua cum pauco ... & ſemine Aniſi vel Fœniculi coctas, lentam & viſcidam pituitam per inferiora purgare. Xyridis modo purgare aſſerunt Aduerſaria radicis decoctum, at ruſticam Plebem vomitiones cum eo moliri.

BVLBOCODIVM FLORE PLENO VEL multiplici, *Lobelii*.



Flore, ait Lobelius, potiſſimùm variat Bulbocodium: cuilibet enim *cauli* vt plurimùm flos inſidet vnicus, aliquando verò duo reperiuntur. Eſtque flos vel ſimplex vel plenus: atque ferè ſemper luteus, quamuis reperiatur nonnunquam etiā albus. Obſeruauitq; præterea idem Lobelius & alias varietates, hócque Bulbocodij genus flore eſſe interdum maiore, eóque dilutiore, & in foliorum floris extremitatibus anguſtiore: ac tandem foliis quàm reliquorum latioribus & paululùm recuruatis.

BVLBOCODIVM SIVE PSEVDO-NARCISSVS multiplex, *Cluſii*.



In hortis, inquit, alitur hoc Bulbocodium, cæteriſq; multiplicibus Bulbocodiis, tum foliis tum bulbo, ſimile eſt: ſed flos calyce caret, & eius loco innumera habet folia exterius ſex ſimilia, coloris pallidi.

C Bauhino in Phyt. dicitur *Narciſſus* 22. *ſiue multiplex calyce carente* : Tabernæmontano in Icon. & Hiſtoria, *Pſeudo-Narciſſus luteus, geſneri Ioſephi Stableri*.

BVLBOCODII FLORE PLENO SPECIOSVM genus : *Eiuſdem Cluſii*.



Folia quatuor viridia ex bulboſa *radice* producit, inter quæ prodit *caulis* læuis, enodis, viridis, pedem altus, ſummo faſtigio membranaceum folliculum ſuſtinens: è quo emergit *flos* foliis pallidis, gemina ſerie diſpoſitis, præditus, promicante ex eius vmbilico calyce ſiue tubo oblongo, oras habente nonnihil reflexas, eáſq; criſpas & inciſas, aurei prorſus coloris; &c. *Cluſius*.

BVLBOCODIVM CYPRIVM POLYANTHES, ſiue Narciſſus Cyprius luteus flore pleno.




Debetur, ait Cluſius, hoc admodum elegans Narciſſi genus exoticum egregio viro Londinenſi, Domino *Leate*, Negociatori Conſtantinopolitano, qui eius bulbos cum pluribus aliis è Cypro Inſula delatos, amicis ſuis communicauit. Hoc autem menſe Decembri *folia* pedalia, imâ ſede vnciam lata, ſupernè anguſtiora, *floréſque* ex vno *caule* luteos, plures, multiplices, è bulbo Narciſſi bulbis craſſiore, atque coloris Caſtaneæ inuolucro tecto, producit.

BVLBOCODIVM MINVS CLVSII.



Vnum & idem eſſe ſuſpicatur cum Pſeudo-Narciſſo minore Hiſpanico latifolio, qui nouo Vere terna aut plura profert *folia*, maiori formâ coloreq; ſimilia, ſed longè minora & anguſtiora: *florem* puſillum, maiori tamen Hiſpanico & formâ & colore perſimilem: inſidentem digitali, tenui, viridi, *cauliculo* inter folia emergenti. Flori ſuccedit trigonum, obtuſis tamen angulis, & ferè rotundum *Capitellum*, in quo ſemen inæquale, nigrum, & pro plantæ proportione ſatis magnum. *Radix* bulboſa, exigua, foris nigricans.

BVLBOCODIVM MINIMVM CORONATVM.



An Cluſij in Pann. *Pſeudo-Narciſſi genus admodum exile, ex Hiſpania miſſum per Regis Hiſpaniæ Herbarium?* An C. Bauhini in Phyt. *Narciſſus* 26 ſiue *luteus exilis*, *Pſeudo-Narciſſi genus admodum exile Cluſij*? An Lobelij *Narciſſus montanus minimus coronatus*, Belgis *Kleen gecroonde Berg Narciſſe* dictus?

BVLBOCODIVM TENVIFOLIVM FLORE LVTEO, Cluſij.




Naſcitur, inquit Cluſius, in quibuſdam Luſitaniæ collibus Pſeudo-Narciſſi genus, cui *folia* non lata vt ſuperioribus, ſed valde anguſta, ſiue potiùs iuncea. *Caulis* tenuis, nudus, palmum altus, cuius extremitati inſidet *flos* è vagina emergens, qui ex folijs herbido-palleſcentibus & expanſis conſtat, quorum medium calyx flauus, oris prædictus non ſinuatis & fimbriatis, vt ſuperiorum, ſed æqualibus. *Radix* exiguo Narciſſo ſimilis, intus candida, & foris nigricans. Florebat Ianuario cum Vlyſſipone Hiſpalim proficiſceremus: & *Campanella* Incolis dicebatur.

BVLBOCODIVM TENVIFOLIVM ALIVD, flore luteo fimbriato, *Lobelij*.




Hoc è Biſcaiæ montibus in Belgium delatum, in hortulis ſuis ſuo tempore adſeruari & coli ſolitum ſcribit Lobelius. *Cluſius* in Hiſt. poſt. Iconem habet qualem Lobelius, ſub hoc titulo, *Pſeudo-Narciſſus tenuifolius 2. flauo flore*, ac addit: *Alter Pſeudo Narciſſus* iunceis folijs, tenuiora paulò, licèt ſurrecta, habuit folia *florem* flauum, hoc eſt, calycem per oras leuiter & tenuiter fimbriatum, & ſex illa foliola calycem ambientia, ex herbido palleſcentia. Flori in *Capitulo* ſuccedit rotundiuſculum nigrum *ſemen*. *Radix* puſilla, foris nigricans, bulbacea, tenuibus fibris à ſede prodeuntibus firmata.

BVLBOCODIVM, SIVE PSEVDO-NARCISSVS albo flore, *Cluſij*.



Terna è *radice* bulboſa, oblongiore & foris nigricante, profert *folia*, dodrantem circiter longa, Narciſſi folijs valde ſimilia ſupernâ parte carinata: inter quæ nudus prodit *caulis*, exilis, dodrantem altus, ſummo faſtigio membranaceum *folliculum* gerens, è quo propendet *flos* totus albus, Pſeudo-Narciſſo vulgatiori formâ quidem ſimilis, at paulò minor: Cui in triangulari capite ſiue theca ſuccedit *ſemen* orbiculare, nigrum & ſplendens.

BVLBOCODIVM MINIMVM TENVIFOLIVM album, eiuſdem *Cluſij*.



Scribit Cluſius in poſt. Hiſtoria, ſe intellexiſſe ab Hiſpania Narciſſi quoddam genus in Hiſpania inueniri quod omnino iuncea ſit folia, & florem candidum producat, eamque ob cauſam id *Iunquillos blancos* appellari. C. Bauhino in Phyt. dicitur *Narciſſus* 25. ſiue *Iuncifolius flore albo*: ac *Narciſſi iuncifolij totus albus floribus* meminit etiam Lobelius in Aduerſ. parte 2.

NARCISSVS; LIRION: Germ. *Narciſſen Roſlin*: Gall. *Narciſſe*: Ital. & Hiſp. *Narciſſo*.



Narciſſum ſic deſcribit Dioſcorides: *Folia*, ait, profert Porro ſimilia, tenuia, multò minora & anguſtiora. *Caulis* vacuus & ſine folijs ſupra dodrantem attollitur. *Flos* albus, intus croceus, & in quibuſdam purpureus. *Radix* intus alba, rotunda & bulboſa. *Semen* velut in tunica, nigrum, longū.


In Narciſſi deſcriptione omni fermè ex parte concordant Theophraſtus & Dioſcorides. Nec vlla diuerſitas in folio eſt, quamuis Theophraſtus Aſphodeli, Dioſcorides verò Porro, aſſimilet: nam Dioſcorides etiam Aſphodelo Porri folium tribuit. *Lirion* etiam, tanquam *Lilium*, ab vtroque dictus fuit: cùm tamen *Lirij* appellatione omne florum genus complectatur Homerus.

NARCISSVS MEDIO-PVRPVREVS, FLORE ſimplici.



Narciſſorum præcipuæ *Differentiæ* à floribus hauriuntur, qui vel ſimplices vel pleni ſunt, atque rurſus vel *crocei*, vel *purpurei*, vel *albi* toti. Qui verò purpureus dictus, haud vndique talis eſt, ſed medium tantùm floris inco purpureum continemve eſt. *Herbaceum* addit Plinius, quem nuſquam obſeruauimus, vel alijs obſeruatum legimus. Reliquas *Differentias* quæ à loco, tempore, folijs, &c. petuntur, in ſequentibus exponemus.

NARCISSVS MEDIO-PVRPVREVS, flore purpureo.



Narciſſi *Etymon* quod attinet: Narciſſum ab adoleſcente fuiſſe amore capto, & in florem conuerſo, natū, Theſpienſes garriunt, fontem demonſtrantes vbi ſe ſpeculabatur puer ſtultiſſimus, qui vmbram ſuam neſciens diſtinguere, in eius aquis ſuffocatus periit, Deorum miſeratione in florem deinum conuerſus, de quo Ouidius:

Nuſquam corpus erat, croceum pro corpore florem Inueniunt, &c.

At, ſicut notat Euelline, coarguit hanc Fabulam vetuſtiſſimus Poëta Pamphilus, qui Proſerpinam multis annis antequā Narciſſus eſſet, raptam à Plutone tecinit, carpentem Narciſſos. Melius itaque à *narca*, hoc eſt torpore, dictum cenſent Plinius & Plutarchus, ſiquidem caput grauet.

NARCISSVS FLORE SINGVLARI ALBO pleno.



Naſcitur (authore Dioſcoride) optimus Narciſſus in montanis locis, eſtque ille odoratus: reliquus Porrum refert & herbaceum odorem remittit. At contrà naſci odoratum etiam in pratis refert Theocritus, Eidyllio 20. vbi Europam cum ſuis puellis prata ingreſſam, bene ſpirantem Narciſſum carpſiſſe canit.

Exeunt, teſte Dodonæo, qui Mediopurpurei ſunt, plerisque Galliæ, & apud Heduos ac Sequanos in pratis. Nos circa Monſpelium in pratis ſponte prouenientes ſæpe obſeruauimus. Hortorum verò Germaniæ, Belgij, Angliæ & Galliæ, inquilini hodie ſunt plerique Narciſſi.

NARCISSVS MEDIO-CROCEVS TENVIfolius, *Lobelij*.



Serotini ſunt Narciſſi omnes, vt iam olim annotauit Theophraſtus. Cæterùm Narciſſi radix, authore Dioſcoride, ſiue eſtur ſiue bibatur, vomitus mouet: prodeſt ambuſtis ab igne cum melle trita: præciſos quoque neruos agglutinat impoſita: luxatis item malleolis diuturnisque articulorum doloribus trita cum melle: educit ſcoleos infixos cum Lolij farina & melle: &c. Eaſdem vires & facultates illi tribuit Plinius. Ex floribus verò Narciſſi fit *Narciſſinum* Oleum (Vnguentum Dioſc.) ad emolliendas duritias calefaciendaque quæ alſerint.

NARCISSVS MVLTOS FERENS FLORES medio luteus Narbonenſis.



Naſcitur inquit Cluſius, plærisque Hiſpaniæ, quæ mediterraneo Mari obiecta eſt, locis, & omnibus ferè circa Monſpelium pratis. Meminique ſe non procul Villā noua, oppidulo Magalonæ vicino, bulbum eruiſſe, cuius ſummus caulis decem & ſex flores ſuſtineret, ita vt rectè polyanthes appellari potuerit. Flores ibi Februario, apud Belgas verò non niſi Martio & Aprili.

Melinum, id eſt luteum colorem Narciſſo tribuit quidem Theophraſtus; ſed id de medio floris, quod calicem appellat Plinius, ac quod albis floribus cinctum cernitur, intelligendum eſſe ex Ouidij patet verſu:

Croceum pro corpore florem Inueniunt, foliis medium cingentibus albis,

NAR-

NARCISSVS ALBIDVS MEDIO LVTEVS cum aliquot floribus.



Foliis eſt valde ſimilibus candido Narciſſo at *caule* maiore: *flores* fert eius plerumque duos aut tres albicantes, cum corolla ochræ modo lutea.

Dodonæo in Hiſtoria Lat. Al et Dioſcoridis Narciſſus medio luteus, qui *folia* habet longiora quàm medio purpureus, latiora, & paulò minùs virentia: *caules* proceriores & in ſingulis *flores* duos vel plures cæteris ſimiles, ſed medio calyce luteo. *Semen & radix* vt in aliis.

NARCISSVS MEDIO CROCEVS CVM ALIquot floribus, alius.



Maio profert *flores* duos, tres vel quatuor, pulchros, magnos, ex vno pediculo, ſex ſeptem, octo & interdum nouem foliis conſtantes: ita vt videantur pleni.

Nobis Montbelgardi in S. P horto elegans prouenit, cui flores cum pediculis ſuis iungebantur, multiplicemque admodum efficiebãt florem. In Anglia ſponte prouenire ſibi relatum ſcribit Cluſius.


NARCISSVS MEDIO-LVTEVS BISANVS, plures ferens flores.



Lata habet *folia & flores* valde pulchros, cum corolla lutea in medio: miſſus autem fuit Piſâ, ac dicunt quidam Conſtantinopoli delatum. *Lobelius*.

Dodonæus de fl. videtur huius Deſcriptionem tradere, nomine *Narciſſi medio luteia* ſi ſu tem ibi bene legitur *floris in minoribus*. C Bauhinus in Phyt. eſt *Narciſſus 8, ſiue Medio luteus 4*.

NARCISSVS CVM PLVRIBVS FLORIBVS plenis, corollâ luteâ.



Singulis annis Cluſio Conſtantinopoli Viennam mittebatur *Zerim cada catamer* nomine. Solent enim Turcę Narciſſos *Serin cade*, hoc eſt, *regium Calicem* appellare, quòd flauum illud in medio flore calicem quodammodo repræſentet.

Camerario dicitur *Narciſſus aureus ex Conſtantinopoli: tantus plenus floribus, fragrantiſſimus*.

NARCISSVS AMPLO FLORE, CORONA aurea plenâ, *Cluſij*.



Narciſſum pleno flore ſecundum inſcribit Cluſius in Hiſtoria ſua poſt. eum ſic deſcribens. *Folia*, inquit, *bulbum & caulem* priori [pleno] adeò ſimilia habet, vt neuter ab altero diſcerni queat. Soli *flores* diſcrimen faciunt, qui etiam in vaginula ſummo cauli inſidente emergunt, terni aut quaterni priori magnitudine æquales ſenisque foliis albis conſtantes, amplum aurei coloris calycem cingentes, adeò mole elicitur mitûmque in modum implicatum, vt Leucoii flaui polyphyllum florem ſaturatiorem quodãmodo æmulentur: odor perinde ſuauis ac in priore.

NARCISSVS MINORE FLORE, CORONA tota luteâ, eiuſdem *Cluſij*.



Folia & reliqua omnia ſuperioribus (duobus plenis) ferè ſimilia habet, paulò minora. *Flores* in hoc etiam minores, ex albis foliis conſtantes, medium calycem plenum & flauum habentes, eminentibus è medio oblongiuſculis anguſtis foliolis, ſtellatim quaſi decuſſatis, albi eiuſdem coloris, ſed cui & viridis foris, & pallidus interiore parte, permixti ſunt. Odor ferè qualis in priore, ſed neſcio quid magis aromaticum ſpirans, medius inter *Narciſſi* & *Muſcari* odorem.

NARCISSVS CVM PLVRIBVS FLORIBVS, totus albus; Eiuſdem Cluſij.



Folia habet terna aut quaterna, ad Narciſſi medioluſei Narbonenſis plurimùm accedentia, ſed viridiora, longiora & anguſtiora; è quorum medio exilit *caulis* latiuſculus, anguloſus & concauus, cui inſident ſeni, ſeptenì atque interdum deni *flores*, prioribus ſimiles, ſed oblongiores paulò, & omninò niuei, quorum videlicet calyx ille medius (qui in priore flauus) etiam albus eſt. *Odor* priori ſimilis, vt etiam *radix*.

NARCISSVS IVNCIFOLIVS FLORE LVTEO.



Cubitalis huic *caulis*, *foliis* nudus, in cuius cacumine ex membranaceo vtriculo *flores* emicant bini pluresúe, pediculis ſextantalibus, Narciſſi vulgaris floribus ſimiles, at minores: è ſenis radiatis totis luteis foliis compoſiti: quo etiam colore præditus eſt non ſolùm tubulus oblongus, ſed & mediam cingens corona. *Caulem* comitantur *folia* pauca anguſta, tenuitate & virore iuncéo. Radix bulboſa fibrata.

In montanis haud procul Toleto pratis obſeruauit Cluſius: Nos verò Montbelgardi in S. P. habuimus & coluimus.

NARCISSVS IVNCIFOLIVS PLANVS; AMPLO calyce.



Cluſio conſpectus eſt hic Narciſſus anno 1595. Aprili menſe, ſuis floribus onuſtus, apud Theodorum Clutium, Academiæ horti præfectum Lugduni Batauorum.

An Camerarii hort. *Narciſſus luteus polyanthos*, id eſt, plures vno caule flores gerens, brumæ ſæuitiæ impatientiſſimus, atque propterea in fictili aſſeruandus?


NARCISSVS VERNVS PRÆCOCIOR FLAVO flore, Narciſſus flore cæruleo: *Cluſij*.



Narciſſum Vernum præcociorem flauo flore, ſic in Exoticis pingit Cluſius, Memini verò in Pannon. *Narciſſi cærulei* ſibi ex Hiſpania per Regis Hortulanum miſſi.

Sic *Narciſſos floribus totis purpureos* prope Lanum fluuium, haud procul Monſpelio, reperiri, Lobelio & Peno aſſeruerunt non poſtremæ fidei Viri: ſed ſe eos diu ſæpéque inibi fruſtra venatos, tradunt ſidem in Aduerſ.

BVLBOCODIVM MINIMVM TENVIFOLIVM album: *Cluſij*.



Quaterna aut quina habet *folia* tenuiſſima & capillaria, viridia, humi procumbentia & ſparſa: Inter quæ *cauliculus* emergit infirmus, palmaris, tenuis, nudus, vnicum in ſummo *florem* è membranaceo folliculo prodeuntem, ſuſtinens, tenellum, candidũ omninò, minimum, & calycis oris fimbriatis. *Semen*, vt in alijs Bulbocodiis: ac *radix*, vt in illis etiam, bulboſa & fibrata.

Lobelio in Append. & C. Bauhino in Phyt. dicitur *Narciſſus omnium minimus montanus albus*.


NARCISSVS IVNCIFOLIVS FLORE LVTEO. Eiuſdem Cluſij.



Huius generis Narciſſum antè propoſuimus: *Hunc* verò ſic deſcribit *Cluſius*: Bina, aut terna illi ſunt *folia* anguloſa, carnoſa, oblonga & penè rotunda, Iunceis viridioribus & medulloſis, lævore coloréque quodammodò ſimilia, nec minùs flexibilia: inter quæ medius exilit *caulis* rotundus, cauus, nullis vestitus foliis: in cuius ſummo, ex tenui quodam membranaceo inuolucro, *flores* terni, quaterni aut quini prodeunt, oblongi [gemelli interdum] omninò lutei, formâ Narciſſinis ſimiles. Iis ſuccedunt triangula *Capita*, nigro & anguloſo *ſemine* plena. *Radix* candida, & nigricantibus membranis tecta, &c.


NAR-

NARCISSVS LVTEVS VEL PALLIDVS, foliis anguſtis, Thracicus.



Foliis eſt Narciſſo toto albo ſimilibus & anguſtis, *floréque* omninò luteo aut pallido, odoratiſſimo: *ſemine* Narciſſino ſimili, & *radice* haud ita magnâ, tunicis ſpadicei coloris obtecta. Thracici nomen obtinuit, quòd ex Thracia primùm delatus credatur.

NARCISSVS IVNCIFOLIVS ALBVS, TORTILibus floris foliis: calyce longo nutante.



Narciſſum hunc Iuncifolium floris foliis contortilibus, calyceque magno longo & nutante, cum prominulo ſexto piſtillo, pingit in Aduerſariis Lobelius.


An eiuſdem in Append. *Narciſſus omnium minimus montanus albus*? An C. Bauhin. in Phyt. *Narciſſus* 20. ſiue *montanus albus minimus*?

NARCISSVS PERSICVS CROCI FLORE melino, Colchicis affinis, Cluſii.



Ἄφυλλος planè eſt hic Narciſſus, & floris duntaxat pediculo præditus, veluti *Crocum Colchicúmque*: exiſtitque è membranaceo cucullo, tanquam ex vaſculo aut theca, *flos* oblongus, Croci aut Colchici floris æmulus. Allatum Conſtantinopoli perhibet Cluſius, qui pingit & ſuſè deſcribit.

NARCISSVS AVTVMNALIS MINOR, FLORE albo cum calyce flauo: *eiuſdem Cluſii.*



Icon quam damus plantulæ à Cluſio deſcriptæ figuram & magnitudinem affabrè exprimit. Is ſerotinum minimum inſcribit, & Hiſpanis, apud quos frequens reperitur, *Tonada* dici addit. Caſpar Bauhinus, à quo habemus dicebat prouenire in monte *ſplugel*.

NARCISSVS AFRICANVS, SIVE EXOTICVS, bifolius, *Lobelii.*




E craſſa lentáque, vtrinque compreſſâ, ſquammoſâ, & veluti nucleis compactâ *radice*, bina tantùm edit *folia*, vncias duas lata latiuſque, & vncias quinque longa, viridia læuiáque. Sub tellure tamen aliis duobus foliorum rudimentis præditus eſt hic peregrinus bulbus, paruum pugnum magnitudine æquans, *Lobelius.*

NARCISSVS AFRICANVS FOLIO rotundiore.



Lobelio in Aduerſ. par. 2. Narciſſus Aphricanus folio rotundiore complicato: Cuius cum præcedente copiam fecit præclarus vir D. Iacobus de Keiſer. Eorum autem bulbos in locis Portui, ſiue Capit bonæ ſpei viciniis, erutos, & ab eo in Belgium primum allatos fuiſſe ſcribit.

SCILLA, PANCRATIVM: Germ. *Meer Zwibel*: Gall. *Scipoule, Squille, Oignon marin*; Ital, *Squilla, Scilla*.



Notior *Dioſcoridi* viſa Scilla, quàm vt depingi deberet: à *Theophraſto* verò inter eas plantas reponitur quæ multiplices corticoſáſq; habent radices: Plinius Scillam in cibariam & medicatam diuidit.

Duo Scillæ genera facit Ruellius, *Marem* albis foliis, & *fœminã* nigris, tertiúmq; addit genus cibis gratum & viſu tenerum, Matthiolus & Amatus, ratione contrà magis conſentaneũ putant mari nigrã, fœminæ verò albã tribuere. Dodonæo Scillæ duæ ſunt ſpecies: vna foliis anguſtis, quæ vera Scilla, *altera* foliis latis, quã vulgò pro Scillã vtitur. Duas etiã differentias à *Colore* deſumunt Pena & Lobelius: Extimæ tunicæ, inquiunt, vni rubent, alteri albent. *Plura in Appendice*.

PANCRATIVM: PANCRATIVM MONSPESſulanum: multis Scilla alba parua.



Pancratiũ à vincendis & profligandis morbis nomen apud Græcos obtinuit. *Vt* Scilla haberi tradunt Plinius, Dioſcorides & Galenus. Sic etiam Paulus & ſpecie & viribus comparauit Scillæ. Sic ex Recentioribus Scillæ ſpeciẽ facit Cordus, quanquam & viribus maiori inferiorẽ, ſiidémque etiam Pancratiũ *puſillam Scillam* vocari ſcribit Matthiolus.

Quod verò hic pingimus Pancratium a quibuſdam *Epimenidiam Theophraſti* & *Plinij* nuncupant, ſed perperam: nec meliùs alij *Hemerocallidem Dioſcoridis* eſſe volunt.

Toto illo littore ab aquis Marianis ad vſque Narbonã vrbis maritima abundat: neque à littoris incolis, piſcatoribus & prædonibus ſamelicis eſitatur, ſed nauſeam excitat.

PANCRATII MONSPELIANI VEL HEMErocallidis Valentinæ facie Lilio-Narciſſus.



Hic in Pancratij Hiſtoria in genere pergentes, aliquid ex Matthiolo addemus. Pancratium, ait ille, quod aliquibus *puſilla Scilla* vocatur, quoniam hodie in medicamentorum vſum non recipitur: ideò Medicis & Seplaſiariis neglectum eſt. Vnde etiam pauci fortè ſunt, qui vel ipſum nouerint, vel animaduerterint: cùm tamen variis in Italiæ locis gignatur, ac præſertim in Apulia, vbi magnus eſt Scillarũ prouentus. Verùm etſi idin Officinis non habeatur, nihil tamen iacturæ in medicina fieri puto, quod eius vicem maior Scilla, ac valentiùs etiam, præſtet.

PANCRATIVM INDICVM: AVT NARCISSVS Cluſii Indicus, maximus, Autumnalis.



Radix huic ſpithamã longa, brachialis craſſitudinis, multis Cepaceis ſubalbidis tunicis ſquamoſa, extima aliquot cuticulis ex ruffo ſubfuſcis, aut Caſtaneæ diluti coloris, ſeſſili parte maiore mediocrem pugnum æquante: numeroſis, carnoſis, habitioribus fibris, Pancratij aut Scillæ inſtar, quaſi trunco aut nodo collectis, fulta. *Flores* octoni aut deni ſtellati, floribus Colchici albi Anglici pares, ſed longiores, ſubnigrei, ex albo liuidi, ſenis longioribus ſtaminibus albis præditi.

PANCRATIVM ALTERVM VERNVM indicum.



Narciſſis aſſocianda, ait in Aduerſ. Lobelius, hæc Pancratij Monſpelienſi facie bulbacea Indica planta, *floribus* Liliaceis prædita, vt plurimùm quidem candidis, nõnunquam verò ſubfuſcis: ſed ea in foliis & bulbis magna cum Pancratio Monſpelienſi ſimilitudo & paſſilitas. Bulbo me donauit C. V. D. Ioh. Huſſenius Conſ. Ord & Societatis Præfectorum rei maritimæ Zelandiæ, &c.

BVLBVS ERIOPHORVS, SIVE LANIFERVS, Cluſij.



An Bulbus Eriophorus Theophraſti? Ille verò de ſuo Eriophoro Bulbo ſcribit Lib. 7. Hiſt. pl. cap. 13. Quoddã eſſe Bulbi genus in littoribus naſcens, cuius inter ſummũ corticem, éamq; partem quæ caulis eſt, lana ſit, ex qua mappalia, veſtéſque quædam conficiuntur.

Quem hic pingimus *Muſcari maioris* nomine Conſtantinopoli Cluſio allatus fuit, qui *laniferi* nomen ipſi indidit, ob tomẽti copiam quod lanæ modo in ſtamina diſtrahi poteſt.

An Matthioli Narciſſus? quẽ Baſileæ vidimus in horto D. Smieleeij: atque ipſum Montbelgardi in S. P. horto plumoſum & columnas.

ORNITHOGALVM : Germ. *klein Erdnuſſ* : Belg. *vels Aybrijn* : Gall. *Churles* : Ital. *Latte di gallina.*



Ornithogalum non nouerunt Theophraſtus & Galenus : nec etiam eius æmuli Ætius & Paulus. Plinius *Ornithogalon* vocat : Dioſcorides verò ſic deſcribit : Ornithogalum, ait, *cauliculus* eſt tener, candicans, tenuis, ſeſquipedalis, tribus aut 4. in cacumine mollibus agnatis, è quibus prodeunt *flores* herbacei, qui cùm hiantes ſe pandunt lactei viſuntur : inter quos diſſectū Cachryos modo, *capitulū* eminet *Vulgare & verum* dictū ſic pingimus, quod vel *maius* eſt vel *minus* ac variis locis copioſè admodum in pratis & inter ſegetes abundat, vt ſi Maio menſe, [Matthioli ſūt verba.] inquiratur, perpeſis notis illi à Dioſcoride attributis. Facilè ab omnibus inueniatur.

ORNITHOGALVM LVTEVM, ſiue BVLBVS Sylu. Fuchſij : BVLBOCODIVM flore pleno.



Veris nuncius eſt *Ornithogalum luteum*, in variis Germaniæ locis circa ſepes & ad agrorum margines admodum frequens : & calidioris cœli admodū amans: vidimus tamen *Nos* in Lugdunenſis vrbis pomœrio.

Dictum eſt *Perdicell*, quòd Perdices ad id ſe voluteut, terrámque ſuffodiant, aliis *Bulbine*, aliis *Bulbus Maialis*, & nonnullis Bulbus eſculentus. quod quàm rectè fiat doctis examinandū relinquimus. Sunt qui *Bulbū vomitorium* vocent, quòd vſu compertum ſit radicis decoctum vomitiones ciere, & aluum valenter ducere.

Hic autem non dicti *Ornithogali lutei* traditur Icon, ſed *Bulbo ody flora plano* cuiuſdam varietas.

ORNITHOGALVM PALLIDO FLORE.



Eſt hoc Cluſio in Hiſt poſt. *Ornithogalum* 7. non valde abſimile Bulbo ſyl. Fuchſij maius tamen *folio* conſtat cauléque craſſiore, licèt infirmo : bini aut terni quos ſuſtinet *flores* maiores, muſdaſcunt, ſed ex herbaceo quodammodò pallidi. Floret Maio. Id autem obſeruauit Cluſius in Stiriacarum & Auſtriacarum alpium pratis, vbi ſylue deſinere ſolent.

ORNITHOGALVM CÆRVLEVM PALLENS; & Ornithogalum Hiſpanicum minus.



Plantam quàm hic pingimus Hyacintho Autumnali ſimilem quidem eſſe ſcribit in Obſ. Lobelius : attamen qualibet fermè ſui parte Ornithogalis valdè cognatam & affinem, *At Cluſ. a Ornithogalum Hiſpanicum minus* Id. Aprilis florere ait, ſibique ex Hiſpania miſſum fuiſſe *Hyacinthi ſtellaris ſerotini albo flore* inſcriptione.

Cæterùm nomen ab eo habet Ornithogalum, quòd in eius flore color niteat lacteus, ille admirabilis qui in auium aliis, aut gallinarum ouis obſeruatur.


BVLBVS MONOPHYLLOS FLORE ALBO : ATQVE de Bulbo eſculento & de Bulbo vomitorio.



Valde rara eſt hæc planta, authore Cluſio, qui ex Luſitania allatam à Rhizotomo Gallo emit ; BVLBINEN THEOPHRASTI eſſe ſuſpicatus. A Bulbine Theophraſti alij eam vocarunt quam *Nos* in præcedente Tabella pictam dedimus : eandémque nonnulli tum pro *Vomitorio* tum pro *Eſculento* Veterum *Bulb* exhibent. Sic diuerſæ admodum ſunt Recentiorū de Veterum iis Bulbis ſententiæ, vt aliquid certi de iis ſtatuere ſit admodū difficile.

Quicquid ſit : obſeruandum generaliter omnes Olerum radices, quæ ſimilitudinem ad Bulbos habent, *Rapas, Napos, Cepas, Allia*, &c à Veteribus *Bulbos* appellari : Duo verò propriè. Eſculentum ſcilicet & vomitorium. *Plura in Append. & in Hiſtoria noſtra magna.*

ORNITHOGALVM LVTEVM MINVS.



Vnico prodit foliolo, anguſto & exalbidi coloris; *cauliculus* vnum aut alterū foliolum ſuſtinet: è quorum medio bini exibunt *floſculi*, ſtellati, intus flaui, foris ex viridi purpuraſcentes : quibus ſuccedunt puſilla triangula *Capitula*, ſemine ruffo exili & inæquali plena. *Radix* alba, rotunda, & cineraceo putamine obducta.

Aprico magis delectari videtur, abundantiúſque creſcit in apricis Meridiei oppoſitis.

ORNITHOGALVM SPICATVM FLORE virente; Aſphodelus bulboſus *Dodonæi*.



Lobelio in Obſeru. dicitur *Aſphodelus Hyacinthinus ſiue Galeni*: Camerario apud Matthiolum Germ. *Aſphodelus Galeni bulboſus*. Floret, ait, Maio, & Iunio menſe, ac nonnunquam etiam ſerius, nec niſi hortenſis eſt apud Belgas. At inter ſegetes frequentem in Pannonia haberi ſcribit Cluſius.

ORNITHOGALI SPICATI, FLORE virente alia Icon.



Icon hæc quæ ex emptitiis eſt, in quibuſdam, ac præſertim in ſpicato flore, melius præcedente placet, quæ cum bulbum & folia melius exprimat, vtrã que ob id retinendam duximus. Sæpe autem Ornithogali genus hoc Geneuæ obſeruauimus, in colle *la Baſtie* dicto, vbi floret Maio.

ORNITHOGALVM SPICATVM ALBO FLORE, Monſpeſſulanum vel Narbonenſe.



Abundat in Italia & per Hiſpanias, reperitur etiam in Monſpelienſi agro inter ſegetes: floretque Aprili & Maio. Cluſio natum etiam Viennæ, ſemine Lutetia miſſo: ac Nobis quoque Montbelgardi in S. P. horto. ſed hyeme reponendum eſt.


Cluſio Pann. dicitur *Ornithogalum maius Monſpelienſe*: Matthiolo in Dioſc. cum magn. Fig. *Hyacinthus Orientalis alter*. An Theophraſti *Epimenidium*?

ORNITHOGALVM BYZANTINVM CLVSII.



Byzantini appellationem habuit hoc, eò quòd Byzantio cum aliis bulbis allatum fuit, nullo addito nomine. Ornithogalo autem ſpicato Monſpelienſi dicto, plurimum id, Cluſio iudice, accedere videtur: ſed humilius eſt, floreſque minus niuei. Non placet autem noſtra Icon, minus affabrè facta.

ORNITHOGALVM CRETICVM ET PANNONICUM, albo flore.



Bulbo eſt nuce Auellana maiore, fibris tenuibus, vti in cepis, donato. Ex eo verò *caulis* prodit pedalis, *flores* in cacumine gerens Ornithogali maioris, ſed paucos, in ſpicæ modum digeſtos, ſex foliis conſtantes, extrinſecus virentibus, interne albis: in quorum ſinu veluti glomulus ſtaminib. cinctus. *Semen* paruum, nigrum, rugoſum, ac velut araneoſis punctulis eleganter impreſſum, rotundum, niſi quòd vna parte modicè acutum eſſet, durum intus, candidum, ſapore ſubdulci.

In montium apertis & gramineis locis abundat in Pannonia.

ORNITHOGALVM MAGNVM SYRIACVM & eius Lilium Alexandrinum.



Summo *caule florem* gerit magnum, Narciſſi medio crocei parem, quinque radiatis foliis in obtuſum mucronem deſinentibus, candidis toris conſtantem: cuius medium occupat *Capſulum* magnum, pericarpii rotundum, circumſtantibus acuminatis plaſculis, ligulis.

Conſtantinopoli eum a ſis raris plantis allatum fuiſſe ſcribit Cluſius: addens frigoris valde eſſe impatiens, hyemeſque in horto minimè ferre poſſe, ſed in fictilibus reponendum.

ORNITHOGALVM NEAPOLITANVM, CLVSII.



Elegans hoc Ornithogali genus Neapoli accepit Cluſius, qui in Exot. pingit & fusè deſcribit. *Folia* illi tribuens terna aut quaterna, longa, carnoſa, viridia, anguſta: Hyacinthinis haud abſimilia: atque inter ea prodeuntem *caulem* firmum, dodrantalem l. tum, læuem, viridem: quinos pluréſue in anteriorem partem propendentes ex candido cinereaceo vireſcentes *flores* ſuſtinentem: quibus ſuccedunt *capita* trigona, craſſiuſcula, in obtuſum mucronem deſinentia, & caulem propter grauitatem deprimentia, & *ſemen* rugoſum nigrum continentia. *Radix* bulboſa & candicans.

ASPHODELVS, HASTVLA REGIA, ALBVCVS: Ger. *Goldvvurtz*: Gall. *Aſphodel, Hache royale*: It. *Aſphodello*.



Aſphodelus authore Dioſcoride, planta plurimis nota eſt: *folia* habens Porro maiori ſimilia: *caulem* verò læuem, qui in ſummo *florem* habet, *Anthericum* appellatum. *Radices* ſubſunt oblongæ, rotundæ, glandibus ſimiles ſapore acres & facultate calefacientes.

Theophraſtus, vt ferè Græci omnes, caulem eius cubitalem, ac ſæpe duûm cubitorum, *Anthericum* vocabant: radicem verò, id eſt, bulbos, *Aſphodelum*. Noſtri radices *Albucum* vocant, & caulem *Haſtulam regiam*. *Plura in ſequentibus.*

Cum autem Aſphodeli variæ mox tradendę habeantur ſpecies, hic pingitur Aſphodelus maior, flore albo, non ramoſus. Eſtque *Icon* ex noſtris empticiis.

ASPHODELVS MAIOR, FLORE ALBO, RAmoſus: Cluſij.



Spectatu mira eſt & iucūda planta Aſphodelus, cùm integer effoditur, ob ingentem bulborum qui circumquaq; dependent numerum: nec alia numeroſior, teſte Plinio, octoginta ſimul aceruatis bulbis Napis modicis ſimilibus. Duo verò peculiaria habet *Caulis* : 1. quod tametſi læuis & anguſtus, in ramuloſ tamen ſupernè finditur: 2. quod vermis creat, qui, vt Theophraſtus ait, in volucres beſtiolas, floſculorum ſpecie, regenerant: & tandem, cùm flaceſcens maturuerit ſcapus, exeſo cōceptaculo prouolant.

Aſphodelus hic & iam dictus editioribus ſaxoſis Luſitaniæ, Hiſpaniæ & Galliæ locis ſpontè proueniunt, florentque Martio & Aprili: in Germania verò & Belgio habentur tantùm in hortis.

ASPHODELVS MINOR, FLORE ALBO; folio fiſtuloſo.



Aſphodelum ſexu diſcrediderūt nonnulli, in eo Marem & Fœminam repetientes: *Colore, magnitudine, foliorumque & caulis* varietate alij. Plinius duo genera recenſet: *candidum*, cui ſcapus amplior cubito, porus lęuiſque, & alterum, cui acinoſus ſit caulis. Dioſcorides autem Galenus & Paulus vno contenti genere, in ſpecies varias non diſtribuerunt. Matthiolus quatuor agnouit Aſphodeli, ait, vnum genus deſcribit Dioſcorides: Nos verò tria alia reperimus, &c.

In Aſphodelorum autem Claſſem referendus & hic, quem plæriſque Granatenſis regni locis, nec nō inter Arelatem & Maſſiliam ſecus ſemitas ſpontè prouenire ſcribit Cluſius.

ASPHODELVS MINIMVS ALBVS, CLVSII.



Nouum Aſphodeli genus dicit Cluſius, ac ſerotinum, vt pote quod Iulij initio flores proferre incipit, quū reliqua genera ſuos abiecerunt.

Cæterùm quod ait Dioſcorides Aſphodelum plantam eſſe plurimis notam, verum quidem in Italia haberi poſſe cenſet Cordus: at in Germania minimè, vt pote in qua pauci aut nulli Aſphodelum nouerunt, atq; etiam in aqua Aſphodeli viuit nullus.

ASPHODELVS LVTEVS.



Radices huic ab vno capite multæ enaſcuntur, ſed longè minores quàm Aſphodeli albi maioris, colore luteo prædita, & porrectis per tranſuerſum fibris ſe propagantes: *caulis* ſeſquicubitalis, ſingularis, à foliis ad ſummum *floribus* ornatus Aſphodeli, ſed luteis: quos excipiunt *pericarpia*, ſemen continentia: *folia* porracea, glauca, Aſphodeli foliis ſimilia, ſi non minora eſſent & anguſtiora.

Eius non meminere Veteres, hodie verò in variis Germaniæ Belgij, Galliæ & Italiæ cultioribus habetur hortis.

ASPHODELVS LVTEVS ACORIFOLIVS PAluſtris Anglicus, *Lobelij*.



Aſphodeli lutei paluſtris nomine a variis traditur hæc Planta: floribuſque eius liximo maceratis puellæ crinem flauum efficiunt. Omnis verò Aſphodeli caulem Cochleæ terreſtres mirum in modum perſequuntur, & ſugendo areſaciunt.

Cæterùm multa, vt ait Theophraſtus ad alimentum vtilia habet Aſphodelus: nã & Anthericus lentes ad ignem toſtus in cibi vſum venit, & ſemen torrefactum, omnium verò maximè Radix. Vnde non immeritò ſtultos eos pronunciauit Heſiodus qui ignorent, quàm magnum ſit in Malua & Aſphodelo bonum. Radix, authore Galeno, extergentis & diſcutientis eſt facultatis: aſparagos ictericis magno eſt remedio &c. Antè portas ſatum veneficiorum eſſe Amuletum exiſtimarunt Veteres.

PHALANGIVM VETERIBVS, ET IN GENERE; Phalangium paruo flore candido, minus ramoſum.



Quæ Herba Veterum Phalangium dici meretur, aſſeru hodie non admodum facile, vnde fosſi Matthiolus, Etſi non deſint hodie Herbarij, qui in Phalangij, vt in plurium aliarum quoque incognitarũ plantarum, locum Herbas quaſdam, quales quales ſint, ſubſtituant, atque rei Herbariæ parum gnaris ſæpe oſtendant: ipſe tamen hactenus, vt ingenuè fatear, Verum Phalangium in Italia non vidi, neque ab aliis inuentum ſcio, quamquam non negauerim ibi naſci.

Quod autem hic pingimus, & ſeritur in hortis, & in accliuibus ad ripas aquarum decurrentium ſitis collibus ſpõtè prouenit, Geneuæ, Lugduni, Montbelgardi & alibi; Junioque & Iulio floret.

PHALANGIVM ALIVD PVLCHRIVS EMACVlato Lilij candore conſpicuum,



Pulchrius hoc dicimus præcedẽtis reſpectu, non autem reſpectu ſequentis. Id in collibus iuxta fluenta ſponte etiam prouenit: ac in curioſoribus hortis etiam habetur.

Lobelio, Dodonæo & Tabernæmontano dicitur *Phalangium non ramoſum*: Camerario, *Phalangium maiore flore*: & nonnullis *Liliago*, ſed perperàm.

Folia eſt præcedentis foliis ferè ſimilibus: *cauleque* ferè eodem: *floribus* paulò maioribus, albis, multis, ſpicam repræſentantibus, quibus ſuccedunt *Capſula* ſublonga, in quibus *ſemina* rotunda. *An Lilium polyrrhizon Miccoil*

PHALANGIVM FLORE LILII.



Multis longis albis craſſioribus fibris *radicatur*. *folia* Phalangij: *caulis* cubitalis, ac etiam minor, rotundus, lenis, non ramoſus, in cuius ſummitate prõdire cernuntur ex breuibus pediculis *flores* magni, duo treſue vel quatuor, paruis Liliis ſimiles, ac eodem etiam odore grati, albi, vncias duas ferè longi: *ſeminum capita* ſublonga.

Vidimus in pratis prope Burmium, ac Geneuæ in monte vinoſo *Thuiri*: atque inde delatum in horto colimus. Floret Iulio, eiuſque duæ habentur ſpecies, *Maior* & *Minor*.

Cæterùm laudatur Phalangium contra omne venenum.

CROCVS VEL CROCVM: Germ. *Saffran*: Belg. *Saffraen*: Gall. *Saffran*: It. *Zaffarano*; Arab. *Sabafaran*.

Ob amorem iuuenis *Croci* mutatam in fruticem Smilacem virginem, & *Crocum* puerum in florem ſui nominis verſum, fabulatur Antiquitas. Sed Nos ea ſtudiò præterimus, aliam Nominis originem rimaturi.

Cùm itaque apud Græcos *Crocus* filum villumque ſignificet, cuiuſmodi ſunt Croci ſtamina, ſeu Villi illi *Crocides* dicti qui in floris medio terni pluresue conſpiciuntur, ac qui, quod ſoli in vſum veniant per excellentiam Croci appellatione donãtur: Plantæ huius, quam oleraceæ prorſus eſſe naturæ ſtatuunt Theophraſtus & Dioſcorides Latinam denominationem inde hauriunt.



CROCI ALIA ICON.




Has Icones iam ſculptas emimus, neutráq; in omnib. placet: quapropter binas ponimus, vt quod in alterutra deerit, altera ſuppleat.

Cæterùm conſtat Crocus *bulbo* dulci, Auellanæ magnitudine, multis fibris capillaſo: *folia* quinque aut octo, palmum aut dodrantẽ longa, admodum anguſta, ſtriata *caulis* inter hæc oritur breuis, *florem* ſuſtinens purpurm, Colchici flori ſimilem, ex foliis cæruleis conſtantẽ, in cuius medio ſunt ſtamina aliquot flammei coloris valde odorata.


Eſt autem Crocus vel *domeſticus* vel *ſylueſtris* & vterque *Maior* vel *Minor*; *Vernus* vel *Autumnalis* · diuerſis *foliis* & *florum colore* variant.

CROCVS VERNVS LATIFOLIVS ALBO FLORE, purpuraſcentibus venis vario.



Hunc pingit & fuſè deſcribit in Hiſt. poſt. Cluſius; qui multùm miratur, ſe nec in Auſtriacis, nec in Styriacis, neque etiam in Pannonicis montibus, vllum Croci verno tempore florentis genus inueniſſe, tametſi diligenter perluſtrarit: quum tamen Heluetiæ alpes, illis etiam frigidiores, aliquot eius genera ſponte alant.

CROCVS VERNVS ALIVS, FOLIO ANGVSTIORE, & flore purpureo minore.



In altiſſimis Heluetiorum montibus, ac in *Iura* dicto, variæ Croci ſylueſtris ſpecies, floris colore potiſſimùm variantes reperiuntur.

Turcæ *Zafran* vocant Crocum, & voces addunt *ak, mor, ſari*, quum album, violaceum aut flauum colorem exprimere volunt.

CROCVS VERNVS ALBVS CVM CÆRVLEIS oris in latere folij, Lobelij.



Folia Croci ſatiui & legitimi folia ſatis referunt, niſi breuiora eſſent: inter ea verò bini aut terni prodeunt *flores*, ſex foliis mucronatis conſtantes, pallidis quidem ſiue candidis, cum ſtriis ex atro purpuraſcentibus, Croci montani *ſtaminibus*, & pallido *ſtylo*. *Semen* in triangulis *capitulis* rotundum, ex fuſco candicans. *Radix* foris fuſca, intùs alba.

Icon notata II. Crocum Vernum latifolium album verſicolorem Cluſij exprimit, de quo mox.

CROCVS VERNVS LATIFOLIVS VERSICOLOR.



Duplicē proponit Cluſius; flore ſcilicet ſimplici & flore multiplici: illum in Tabella præcedenti pingimus ſub Num. II. Hunc verò pingit Cluſius, ſub Titulo, *Crocus Vernus latifolius duplici flore.*


An Lobelij in Obſ. *Crocus ſylueſtris albus duplex, Maior & Minor?* An Camerarij horti *Crocus Vernus flore vario?*

CROCVS VERNVS FLORE ALBO, PVRPVREIS ſtriis variegato.



Domeſtici Croci varias à locis deſumptas differentias recenſet Dioſcorides: *Coricæum, Lycium, Ægæum, Cyrenaicum Theſſalum*, &c. Hodie verò paſſim in hortis colitur Crocus. Nec ſolùm regiones ad Meridiem, Cyrene, Sicilia, Gallia & aliæ, ſed etiam ad Septentrionem ſitæ Anglia, Germania, & Auſtria, Crocum habent & colunt, eoque tum in cibis tum in medicamentis vtuntur. Optimum autem eſſe ſcribit ex Veterum ſententia Ruellius, quod recens fuerit, fragranti odore & colore aureo &c. *De ſatiuo in ſequ.*

CROCVS VERNVS LATIFOLIVS PVRPVREVS verſicolore flore.



Seritur radicis bulbo, florem que ante folium edit, vel vt habent Theophraſtus & Plinius, florem folio expellit: Læditur autem plurimùm à muribus & talpis, qui ſub terra corrodunt Cæpas eius. Sed calcari & atteri amat, pereundoque meliùs prouenit: ideò iuxta ſemitas & fōtes lætiſſimum. Meti verò debet cùm media florum ſtamina grato colore nitent, detractis à medio flore capillis, & triduò aut quatriduò reſiccatis. ſiccandum autem in vmbra.

CROCVS VERNVS LATIFOLIVS, FLAVO, aureo & pallido flore, Cluſij.



Calefacit ordine ſecundo Crocus, & primo ſiccat: cuius que moderatus vſus cerebro prodeſt, ſenſus vegetiores reddit, ſomnum excitat, cor recreando lætitiam gignit, humores ad coctionem perducit, multiſque commodis eum beat qui prudenter vtitur.

CROCVS VERNVS LATIFOLIVS, FLORE flauo-vario ſimplici, eiuſdem Cluſij.



Variat hic Crocus, vt & ſequens flore duplici, florisque colore, magis aut minus intensè luteo rutilóve.

Cæterùm, vt in Croci vtilitatibus enarrandis pergamus: Importunos hoſpites, quietiſque & famis hoſtes *pediculos*, è ſuis interulis Croco abigit Gens Hybernica, ac illarum ſordidas veſtes mundat, militiæ ideircò non parum conducibilis.

CROCVS VERNVS LATIFOLIVS, FLORE flauo-vario duplici, Eiuſdem.



Habet ſuos vſus & ſuas noxas Crocus: ſi enim quis vltra modum eo vtatur, pallorem contrahet & capitis dolorem: & vigilias faciet atque cibi inappetentiam. Exiguus itaque ſit eius vſus, non nimius, eligaturq; optimus, cùm nihil æquè Seplaſiarum ſentiat fraudes. *Probatio* autem ſincera, vt impoſita manu crepet, veluti fragilis, ac non cedat, vt dilutus & vliginoſus: Deinde vt manu ad os prolata, leniter faciem oculóſque mordeat.


CROCVS VERNVS ANGVSTIFOLIVS, FLORE cæruleo, *Eiuſdem Cluſij*.



Huius tres ſpecies proponit Cluſius, quarum minimam hic pingimus. Lobelio in Icon. Pl. dicitur *Crocus ſylueſtris Hiſpanicus*, vulgò *Nozeliсha maior*.

Hunc Gadibus duntaxat obſeruauit Cluſius, cum reliquis duobus huius generis, locis ſalebroſis & apertis, florentem Ianuario & Februario.

CROCVS MONTANVS AVTVMNALIS, FLORE purpureo minore & dilutiore.



Flore eſt ſatiui Croci, ſed dilutiore & minore, tribus intus croceis *ſtaminibus*, & ſtylo luteo ſummâ parte in aliquot *ſtamnula* diuiſo. *folia* illa quaterna Crocinis ſimilia, ſed breuiora. *Radix* minor quàm in ſatiuo, candida, plena & velut internodiis diſtincta, ſubdulcis ſaporis.

Apud Belgas, authore Lobelio, hortenſis & inquilinus factus eſt, è maritimis Luſitaniæ collibus delatus, in quibus, vt & Viennæ Auſtriæ, ac Francofurti ad Mœnum obſeruauit Cluſius.

CROCVS MONTANVS BYZANTINVS CÆRVLEUS, Cluſij.



Radix huic digitalis, vel etiam pollicaris, aut craſſitudinis, orbiculata ferè, alba & ſolida: *flos* inodorus, vel tenuis admodum & ingrati odoris: reliqua, vt in aliis montani Croci generibus ſe habent.

Miſſus autem Cluſio Crocus hic Byſantio *Zafran mauy*, hoc eſt Croci cærulei nomine.

CROCVS SYLVESTRIS BYZANTINVS Serotinus candidus, tantillum ſub-cæruleus.



Vniuerſa planta quinas & & ſenas vncias altitudine æquat: in palmari delicatiore cauliculo, vaginulâ prædito. *Flores* candidi dilutâ cæruleâ vmbrâ variegati, Colchici floribus minores, ſeu ſenis foliis conflati, cum ſtaminibus luteis. *Radix* Nucem myriſticâ magnitudine æquat, vel etiam ſuperat, intùs alba, foris ſubfuſco cortice obducta. Floſcentem obſeruauimus in cultioribus nonnullis Belgij hortis per menſem Nouembrem integrum. Habentur & aliæ Croci varietates: ſed quis omnes enarrset? Quis diuitis naturæ theſauros omnes recludat?


COLCHICVM EPHEMERVM: Germ. *Herbſtblumen, Zeitloſen*: Gall. *Mort au chien, Tue chien*: It. *Colchicó*.



Per Ephemerum plantam deleteriam tantum intellexiſſe videtur Theophraſtus. Dioſcorides nullam Ephemero vim lethalem aſſignat. Plinius non tantùm nō exitioſam, ſed ſalutarem. Mauritani & eos ſecuti ſuperioris ætatis Medici Ephemerum (Colchicum deleteriū) cum Hermudactylis confuderunt.


Vt autem omnis tollatur ambiguitas, Nos cum doctis Triplex faciemus Ephemerum. Quoddam ſcilicet lethale & ſtrangulatorium, vt *Colchicum*, de quo mox. Aliud non ſtrangulatorium, vt *Noſtras*, de quo in huius Sciagraphiæ Claſſe i. tagemus. Et Tertium purgatorium, idque tutum, vt Syriacum, quod in Pharmacopoliis Hermodactyli nomen habet.

COLCHICVM ALBVM CVM PVRPVRASCENTIBVS lineis.




Colchicum nonnulli in *Orientale* & *Occidentale* diſtinguunt. Alij in *Venenatum* & deterius quod radices habeat lōgas, & ſit Dioſcoridis, Galeni Pauli & Ætij Ephemerum: & in non *Venenatū*, quod melius & perfectius dicit Meſuæus, ac quod Officinis propriè eſt *Hermodactylus*. Alij in *flore* etiam obſeruarunt differentiam, qui, cùm communiter purpureus ſit, carneiue coloris, candidus etiam interdū, reperitur *Folio* etiam variare obſeruatum, in montibus latiore, in plano anguſtiore. *Sexu* tandem diſcernere ſategit Tabernæmontanus, *Maſculinum* aliud faciens, aliud *Fœmininum*: ſed nec quâ in re differant demonſtrat, nec Figuræ multùm ſunt diſſimiles.

COLCHICVM BIFLORVM.



Colchicum Autumno florem Croci prodit, aduentantis Hyemis nos admonentem, nullis omninò foliis. Quanquam verò exitio Autumni tantùm plærumque appareat: tamen non rarò quoque circa Feſtum D. Iacobi denuò decorat prata, ac ab eo inde tempore vſque ad menſis Septembris finem in iis ſpectatur. Folia autem poſt flores generantur. Naſcitur paſſim in omnibus Germaniæ, variariſque aliarum regionum pratis, ita vt pauca reperiantur prata humida, quæ eo non abundent.

COLCHICVM ORIENTALE ET SYRIACVM quorundam.



Minoribus hoc exit *foliis*, anguſtioribus & magis acuminatis, *caule* rotundo, *flore* grandiore, radiceque bulboſâ, euidenter leſſâ, & lacteo ſucco prægnante: *Zaffarano Orientale* vocant Itali. An *Tulipæ genus Apennsnaum*, vt Cluſio videtur?

Colchicum hoc tradunt Aduerſaria Chirurgum quendam Venerum, Guaiaci decoctis, ad Luem Veneream aliōſque morbos ſudore curandos, magno ægrorum commodo & compendio admiſcuiſſe: *Res eſt experimenti*.

COLCHICVM PARVVM MONTANVM luteum, aliis Narcillus.



Nudum è vaginulâ membranaceâ profert *florem*, ſex oblongis & anguſtis foliis conſtātem, iiſque in magnitudine inæqualibus, ſed omnibus foris flaueſcentibus taoiūro, internis verò omninò flauis, cum ſtaminibus in medio *ſtaminibus*. Odoratus autem eſt hic flos, ſolóque pediculo nitens ſupra terram non attollitur. Eo iā emarcido emergere incipiūt *folia* terna aut quaterna, anguſta, ſplendentia, ac præ ca nioris motem, ſeſe contorquentia. *Semen* in vncialibus *capitulis* rotundum nigrum: *Radix* puſilla, nigrâ tunicâ tecta, inferioréque ſede tenuibus fibris firmata. An *Narciſſi genus*?

COLCHICVM VERNVM CLVSII.



Colchicum calidum & ſiccum eſt in ſecundo ordine. Articulari morbo laborantibus vtilem eſſe eius radicem ſcripſere Arabes: res eſt experimenti, præſertim ſi ſomnolentus admoneatur. Supra verò in cibo, tradente Dioſcoride, necat per ſtrangulationem, ſimiliter vt Fungi. Aux hauriúntque iis qui ederunt, eadem quæ iis qui Fungos ſumpſerunt, ac lac aſininum præſertim bubulum, &c.

COLCHICVM VERNVM CAMERARII; coloris purpurei obſoletioris.



Ad abigendos & extirpandos omnia generis pediculos ac latos pudendorum præſertim, radices Colchici in aqua coquuntur, eâ que partes affectæ abluuntur.

Eſt verò Turcis familiare, cùm inebriari volunt, Colchici flores in vino macerare, quod poſtea potant, vnde ſtupidi adeò redduntur, vt velut in ecſtaſia abeant.

COLCHICVM POLYANTHES CANDIDVM; eleganti rubore varium.



Hoc ob florum amœnitatem inter hortorum delitias haberi teſtatur in Aduerſ. Lobelius. Foliis iis oluſculis latiuſculis prædita ſunt, nonnullis candidis omninò, aliis verò rubore diluto prorſus tinctis, aliis candore & rubore hilari, ſecundum folij longitudinem dimidiatim diſtinctis, ac aliis denique in medio lineis albis ſtriatis.

COLCHICVM POLYANTHES ALBVM Cluſij.



Septenos, denos, duodenos, aut etiam plures promit *flores*, lactei candoris, eleganti ſpectaculo. *Folia* vulgaris Colchici foliis æqualia, ſed dilutiùs virentia. *Semen* in laxis triangulis *capitibus* copioſum, ſubrufum. *Radix* vulgari bulbo maior. Hoc autẽ Colchici genere Viennæ Auſtriæ metropoli vicina prata Autumno nenata conſpiciuntur. *Cluſius*.

COLCHICVM CANDIDO FLORE Anglicum.



Iſtud nuſpiam ab Herbariis memoratum, quia Anglia copioſiſſimum ſpontè fundit, nec alibi facilè reperitur, *Anglicum* nuncupamus, ait in Aduerſariis Lobelius. Perpulchra eſt planta, addit, lacteis *floribus*, Ornithogali vel Aſphodeli maioribus, Croci montani ſylueſtris paribus. *Caulis* ſeſquipalmaris. *Radix & folia* alioqui pratenſis vulgaris ſunt.

COLCHICVM PLENO FLORE, CLVSII.



Flos vulgari colore perſimilis eſt, ſed pluribus foliis conſtans, nempe vicenis aut pluribus, valde confertis, quorum ſex externa reliquis maiora, ac Vulgaris tamen foliis anguſtiora: intus quæ *ſtamina*, vt in Vulgari, flauis apicibus prædita.

Elegans eſt & præcemuſtum pratorum & hortorum ornamentum.

COLCHICVM BYZANTINVM LATIFOLIVM Polyanthes.



Folia huic ampliſſima, Hellebori albi foliis nec forma nec magnitudine diſſimilia. *Flores* numeroſi & ampli, cæterâ vulgaris floribus formâ & colore ſimiles. *Radix* craſſiſſima, pugnum æquans, vel etiam amplior. Conſtantinopoli bulbos accepit Cluſius.

COLCHICVM BYZANTINVM VERSICOLORE flore minus.



Serotinum eſt, & ſerius [Octobri ſcilicet demum] præcedente flores ſuos producit binos, ternos, aut quaternos, paruos, breuique admodum pediculo innixos, vt vix ſupra tellurem attollantur.

Munere habuit Cluſius, qui priùs & fusè deſcribit, ab Illuſtri Domina, quæ in elegantiſſimo ſuo horto ſuburbano ad Viennam vrbem alebat.


COLCHICVM MONTANVM FLORE purpureo: Cluſij.



Collibus Salmanticæ vicinis, ſolo valde lapidoſo, primùm eruit Cluſius, deinde Francofurti ad Mœnum, necnon Lugduni Batauorū: ac Viennæ etiam in horto habuit.

Colchicum montanum Hiſpanicè vocat, ſiue quintum [illegible], Salmanticenſibus *Merendera* dictum.

COLCHICVM MONTANVM VERSICOLORE flore minus.



Hoc à Colchico montano verſicolore flore maiori, Hiſpanico dicto, *folio* & *bulbo* haud multùm diſtat: differt autem *floribus*, quorum omnium quidem folia longa & anguſta ſunt, at interiora tota alba, exteriora verò mediâ ex parte viridia, altera carnei quodammodò coloris. *Cluſius.*

COLCHICVM PVMILVM TENVIFOLIVM: Gallæcium Lobelij.



Nouum hoc Colchici pumili genus ſex Gallæcia allatum in horto alimus, at: *foliis* Croci montani minoribus, humi ſparſis, binis, ternis, quaternis aut quinis, vncias duas aut ſeſcunciam lōgis: *radice* Colchici, Auellanæ paruæ nucleum æquante: *flore* vnà cum foliis prodeunte, ſenis purpuraſcentibus anguſtis foliolis conſtante: totidemque *ſtaminulis* & *apiculis* luteis prædiꝭis, è breui *pediculo* parum è terra emergente.

COLCHICVM LATIFOLIVM BYZANTINVM: *Cluſij.*



Bulbo eſt craſſo: *foliis* per ampliis, ad terram inclinatis: *floribus* verò coloris ex albo & purpureo diſtincti, ac ad Fritillariæ colorem ferè accedentis. Icon autem noſtra folia & bulbum tantùm exprimit.

An eiuſdem Cluſij *Colchicum Luſitanicum, purpureo cum albo mixti coloris?* An Eiuſdem adhuc *Colchicum latifolium Boiſſoti?*

COLCHICVM FLORE LVTEO QVORVMDAM. COLCHICVM ILLYRICVM, SIVE GRÆCVM; non venenatum, flore luteo.




Serotinum eſt hoc Colchici genus, quod Narciſſum Autumnalem maiorem nuncupant nonnulli, ac de quo Cluſius hæc ſcribit. Nonnulli, ait, vocant hanc ſtirpē Narciſſum Autumnalem, alij Colchicum luteo flore, cum tamen nihil cum Colchico commune habeat præter florem, reliqua verò ſint Narciſſi. Quod ſi Colchicum dicenda eſt, omnia Croci genera etiam Colchicum appellare licebit. E Thracia allatum eſt *Cadenſari* nomine.



Sic inſcribis Anguillara; Lobelio in Obſ. & Icon. Ill. *Hermodactylus non venenatus Officinarum*. Tabernæmontano & Gerardo, *Colchicum Illyricū*. Hiſtoriæ Lugd. *Colchicum Illyricum, ſiue Græcum, non venenatum, Anguillara*. Cluſio eſt incognitum.

HERMODACTYLVS: Germ. *Hermodatteln*; Gall. *Hermodattes*; Ital. *Hermodattilo*.



Hermodactylum è genere Ephemeri eſſe, dictum antè, atque Ephemerum aliud eſſe *venenatum*, aliud non *venenatum*, & tertium *purgatoriū Syriacum* dictum: & tandem huicce in pharmacopolis *Hermodactyli* nomen inditū.

Hermetis digitum ſignificat nominis notatio, teleſtúatq; radice aliquo modo digitos, vnde Hermodactylū articularium morborū Theriacā eſſe concludūt nõnulli.

Duo autem Hermodactyli genera facit Meſuæus: vnū radice lōga quod nuo eſt niſi Behen: & alterum radice rotunda, quod rurſus duplex: vel enim radicem habet foris nigram aut rubentem, & eſt Colchicum Autumnale: vel albam craſſam & modicè duram, & eſt Officinarum Hermodactylus. *Plura in Appendice*.

TVLIPA SEV LILIONARCISSVS; Germ. *Tulipen*: Gall. *Tulipe*; Ital. *Tulipa*.



Bulbaceas inter ſtirpes regina cenſetur meritò peregrina iſta Planta, ob inſignem colorum in flore varietatem, omnibus gratiſſima, de qua Poſthius:

Multiplici vigeat Florum genus omne colore,
Huc vſque à Getibus Tulipa miſſa tegit.

Quo nomine dicta ſit Veteribus multi dubitant. Sunt tamen ex peritioribus nonnulli qui ad Dioſcoridis Satyrium, Triphyllum cognominatum, referendum cenſeant, ad cuius ſanè deſcriptionem multimodis accedit. Alij ad Narciſſos, alij ad Lilia referunt, alij mixtū quid ex Lilio & Narciſſo eſſe ſtatuunt, & *Lilio Narciſſum* appellant: Vulgus Tulipam vocat. *Plura in ſequentibus*.


TVLIPA PRÆCOX FLAVA.



Tulipā eſſe *Potiona* Theophraſti ſuſpicantur nõnulli: alij eam ſub *Loti* nomine Homerum intellexiſſe volunt cùm Iunonem cum Ioue tem habuiſſe, in Iliade canit, Terrā ſubter *Lotum, Crocū & Hyacinthū* gignere.


Variæ autem ſunt Tuliparum *Differentiæ*, ſumunturq; illæ vel à *foliis*, quæ plerúmque terna, quaterna & plura, mucronata vel anguſta, nutantia & propendentia vel, ſurrecta, carinata craſſa &c. Vel à *caule*, plùs minúſve longo craſſo, firmo, tenuiodo, ſurgoſo, ſimplici, multiplicive. vel à *radicibus* bulbiſve, plùs minúſve craſſis, longis, rotundis: vel à *flore*, & hę ferè innumeræ ſunt, ita colore variat. Præcipuæ verò à *tempore* ſumuntur: Vnde Tulipæ aliæ dicuntur *Præcoces*, aliæ ... *Dubia*.

TVLIPA PRÆCOX RVBRA.



Rubræ Tulipæ color nunc ſaturatior eſt, modò dilutior, & gratiſſimi aſpectus: interdum etiam inelegans & obſoletus. Fuluorum vngues vel lutei omninò, aut tanquā leui fuligine in luteo aſperſi. In quibuſdam nigræ maculæ medium vnguē luteum tantummodò inficit, in aliis totum ferè ita occupat, vt nihil niſi lutea quædam linea nigrum vnguem ambiens cōſpiciatur. Interdum adeò magni ſunt illi vngues, vt dimidiam folij partem occupent. Totius verò floris odor aliis gratus eſt inſtar Mali aurei, magna ex parte verò valdè obſcurus, vt Papaueris virus redoleat. Et quæ in hac Tulipa obſeruatæ varietates, in aliis etiam reperiuntur, vel ſimiles.

TVLIPA PRÆCOX ALBA.




Præcocior *Tulipa* vnicum fert *caulem*, pedalem maximâ ex parte, interdum ampliorem, rotundum, virentē, & breui quadam incanâque lanugine aſperſum, non concauum, ſed firmâ medullâ plenum: *Flos* autem omninò candidus eſt: tria tamen exteriora folia dorſo cineracei, vel interdum etiam cærulei quippiam coloris admiſtum habere, videntur, *Vngues* lutei, & nōnunquam velut fuligine aſperſi. *Apices* & *ſtamina* pallent.

TVLIPA PRÆCOX PVRPVREA.



Præcocis Tulipæ *caulem*, terna plerumque amplectūtur *folia*: nōnunquam quaterna & quina: atque inferiora lata admodum & Liliacea, longiora tamen & craſſiora, carinata, ſupra terram ſeſe pandentia & contorquentia: ſuperiora autem minora & anguſtiora, eáque vel propendentia & nutantia, vel correcta: omnis autem coloris ex cæruleo virentis aut æruginei, & velut farinâ aſperſa.

TVLIPA PRÆCOX LVTEA VARIA.



Summo Præcocium Tulipārum cauli inſidet magnus flos vnicus (gemini nonnunquam etiam reperiuntur, vel in ſummo caule coniunctim naſcentes, vel biſido inhærentes,) ſurſum ſpectans, ſex foliis vt plurimùm conſtans, & interdum ſeptenis octonisve, eiuſdem initiò cum caule coloris, & interdum ad terram ſeſe inflectens, illique incumbens, vt Colubri aut ſerpentis in terra decumbentis caput ementiatur: deinde paulatim ſeſe ſubleuans & colorem mutans, atque tandem ſeſe explicans, & Calathi cratērve inſtar in fundo pandens.

TVLIPA PRÆCOX RVBRA VARIA.



Quot autem huius generis Tuliparum foliis *flos* cōſtat, totidem ex eius fundo, modò lutea pallida, modò nigricantia, prodeunt *ſtamina* ac *pediculis* etiam quæ *flammea* ſuſtinent, mirum in modum variant. Sunt quæ ad hæc vulgò floris folia exteriora magna ex parte mucronata, interiora verò orbiculata: atque vt plurimùm vtraque magnis oris, aut fulgore ſplendentibus, ſunt prædita: reliquam colorum varietatem enarrare hic non poſſumus.

TVLIPA PRÆCOX ALBA VARIA.




Expanſo flore ſuccedit membranaceum triangulare *Capitulum* magnum, oblōgiuſculum vel breuius, ventreq; magis prominulo, quo in tres partes à ſummo dehiſcente, conſpiciuntur ſex ordines ſeminis pleni, cartilaginoſi, Liliacei ferè, & circinato propemodum rotunditatis interdum: altera tamē parte, quæ capitis centrum & interiora pertingit, oblōgiuſculi vt plurimùm, pallidi, fuluiq; aut rubeſcentis, & ſi imbres frequentiores fuerint, etiam fuſci.

TVLIPA PRÆCOX PVRPVREA VARIA.



Harum Tuliparum *radix* bulbacea eſt, interdum breuior, nonnunquam oblongior: interiore ſede omninò nihil promiſcens, vt Colchici radix ferè: fibris aliquot tenuibus donatâ, & foris fulueſcente, nigricantisve membranâ obductâ: atque interdum denſo admodum tomēto plena, vt molliſſimè recubit *Bulbus*, qui ſolidus eſt, firmus, & velut albumen oui cocti candidus, guſtantíque dulcis, vel ſaltem non ingratus.

TVLIPA PRÆCOX AMETHISTINA VARIA.



Summa tandem eſt in præcoce Tulipa *colorum varietas*, ita vt maior in vllo alio flore minimè obſeruetur. Etenim aut omninò luteus eſt, aut ruber, aut albus aut purpureus: atque interdum etiam bini vel plures ex his coloribus, in eodem flore permixti cōſpiciuntur. Nec deſunt qui cærulei omninò coloris ſe vidiſſe aſſerant.

Hæc vſque de Præcocium Tuliparum natura & varietatibus; nunc de Serotinis.

TVLIPÆ SEROTINÆ IN GENERE, TVLIPA ſerotina cui 4. folia in caule.




Serotina Tulipa maiore eſt amplitudine, cubitalem enim & ſeſquipedalem habet *caulem*, firmiorem, craſſiorem, rotundum, fungoſâ materiâ plenum, & breui etiam incanáque lanugine, ſiue efflorescentia quadā aſperſum. Hunc alternatim amplectūtur quatuor plerumque *folia*, non nunquam quina & ſena, carinata, firmiora quàm in Præcoce, ac vt plurimùm erecta, neque nutantia aut ad terram inflexa, ortique interdum adeò reflexis vt ſinuoſa videantur, aliquando omnia æqualia.

TVLIPA SEROTINA POLYCLONOS MINOR.



Summo ſerotiniorum Tuliparum cauli, vnicus inſidet *flos* magnus & oblongus, ea tamen modo concauus, ſex foliis conſtans, extremo apice omninò mucronato aut orbiculato: vel tribus exterioribus duntaxat mucronatis, interioribus verò orbicularis, vt in *Præcoce*, & è contrà. *Florem caput* ſequitur triangulare, membranaceum, craſſius vt plurimùm & prominulo ventre, quo à ſummo dehiſcente, ſex ordines ſeminis plani cartilaginoſi, falui aut rubeſcentis, maioriſq; quàm in Præcoce conſpiciuntur.

TVLIPA SEROTINA ΠΟΛΥΚΛΩΝΟΣ MAIOR.



Serotinarum *radix*, Præcocium radici eſt ſimilis, ſed longiore maioréque bulbo conſtat, plærumque in reliquis cum illis conueniens.


Non ſecus etiam ac Præcox vnico vt plurimùm ſerotina conſtat *caule*: attamen eum interdum polyclonon & ramoſum habet: atque huius generis alia *Maior* eſt quam hic pingimus, alia *Minor*, in præcedente Tabella tradita.

DE TVLIPIS MEDIIS DICTIS, TVLIPA DVBIA I. MAIOR CLVSII.



Tulipæ mediæ inter Præcocem & Serotinam tempore florentes: ac quæ marceſcentibus Præcocium floribus ſuos explicant, & ſerotinis florère incipientibus iam ſeneſcunt, imò interdum cum illis etiam florent, *Dubiæ* quodammodò appellari poſſunt, cùm vtriuſque generis naturam referant. *Plura in ſequentibus.*

TVLIPA DVBIA I. MAIOR ALTERA Eiuſdem.



Sunt inter *Medias* dictas nonnullæ quarum flores & ipſa planta Serotinarum magnitudinem æquant: aliæ verò quæ Præcoces non ſuperant, nec illis formâ ſunt abſimiles. Et illæ quidem vel ampliſſimis floribus prædìtæ ſunt, vel Præcoce non maioribus: ac ſunt etiam quædam præcocibus humiliores. Colorum infinitam varietatem hic exprimere nec volumus nec poſſumus, *Conſulat Lector Hiſt. n. noſtram.*

TVLIPA MEDIA SECVNDA, MEDIA prima, Cluſij.



Flaui elegantis coloris florem habet, cuius omnia folia mucronata, nigri vngues, nigri apices, & fuligine infecti pediculi.

Icon hæc Cluſij eſt etiam in Libr. Iconum Plant. cum hac inſcriptione, *Lilio-Narciſſus candidus, ſuaue rubentibus oris.*

TVLIPA DVBIA III. MEDIA II. EIVSDEM, flore præcocibus æquali.



Tuliparum *Dubiarum Mediarum*, quarum flores *Præcocibus* ſunt æquales: & caules, cum earum caulibus eiuſdem etiam ſunt magnitudinis, ac Dubiarum maiorum altitudinẽ interdum æquant, *multiplex eſt genus*: difficiliúſque earum quàm Præcocium *differentias* diſtinguere, tam varia eſt colorum per totos flores confuſa mixtio.

TVLIPA DVBIA MEDIA II. VERSICOLOR.



Varias huius Mixtiones in Hiſtoria noſtra magna ex Cluſio recenſemus: qui ſingulis annis nouum aliquod, nec antea viſum, Tuliparum genus enaſci ſcribit. *Sic in illis etiam floribus admirabilem ſuam poteſtatem oſtendit Deus.*

TVLIPA BVLBIFERA.



Hãc etiam habet Tabernæmõtanus, *Tulipã bulbiferam*; & Germanicè *Narciſſen Lilien* inſcribens. Schwenckfeldio dicitur etiam *Tulipa bulbifera*, & *Lilio-Narciſſus bulbum ferens*. Nos Cluſij Iconem proponimus, qui Antuerpianum quemdam Mercatorem narrat horum bulborum numerum non exiguum ab amico cum byſſinis pannis Conſtantinopoli accepiſſe, eorúmque cùm vſum & præſtantiam ignoraret, Cepas eſſe exiſtimantem, illos ſub prunis ſibi apparari iuſſiſſe, & vulgarium Ceparum modo ex oleo & Aceto comediſſe.

TVLIPA LVTEA OBTVSIS FLORVM FOLIOLIS.



Huic optimè reſpondet Icon à Lobelio in Obſ. pag. 65. poſita ſub hoc titulo, *Narciſſus Chalcedonicus totus luteus, ſanguineo puniceo par.* An Hiſtoriæ Lugd. Tulipæ genus quam Græcum vulgus *Oularidam* vocat? Dodonæus in Lib. Fl. Iconem eius ponit pro *Tulipa* in genere. Prouenit verò ſæpe Nobis Mombelgardi in S.P. horto.

TVLIPA PHOENICEA LVTEIS ORIS, flore patulo.



Hanc tradit Lobelius, ſub Titulo *Narciſſi phœnicei luteis oris, flore patulo*: Hiſtoria verò Lugdunenſis ſub Titulo *Tulipa lutea.*

Vires & facultates Tuliparum quod attinet, de iis, vt ſcribit Dodonæus, nihil quicquam huc vſque compertum fuit. Quoſdam tamen Tulipæ bulbos radicum Orchidis inſtar condiiſſe, ſuauioréſque & palato gratiores deprehendiſſe, refert Cluſius. An verò id præſtiterint quod Satyrio tribuitur, non intellexit.

TVLIPA COCCINEA PVNICEAVE RVTILANS. Lobelio eſt *Lilio-Narciſſus coccineus puniceuſve rutilans.*



Cæterùm (vt vacuum hunc locum repleamus,) non omnes flores æquè diu in ſua coloris elegantia & venuſtate perdurant: verùm nonnullarum magis caduci breui marceſcunt, aliarum verò firmiores ſunt & coloris gratiam diutiùs retinent, præſertim ſerotinæ & dubiæ. Omnes certè nubilo cœlo ſeſe contrahunt, & pluuio facilè corrumpuntur, & contrà.

TVLIPA COCCINEA CANDIDIS ORIS, LILIO-Narciſſus candidis oris, Lobelij.



Neque etiam, vt in modò dictis pergamus, Verſicolores omnes, tam Præcoces quàm Serotinæ ſingulis annis eandem coloris gratiam perpetuò retinent, ſed alternis variare obſeruauimus.

In Libro autem Iconum Plantarũ pag. 130. habetur Icon hic propoſita, cum hac Inſcriptione: *Lilio Narciſſus coccineus candidis oris.*

TVLIPA NIVEA TOTA: SIVE LILIO-NARciſſus niueus totus, *Lobelij.*



Nulla inter præcoces Tulipas fertilior rubrâ & albâ: fertiliſſima autem ſerotina rubra, quæ adeò fœcunda eſt, vt etiam ſemine nata, & vix bima, alias proles generet, biennio aut triennio antequam florere incipiat, quod etiam faciunt ex *Dubiis* aliquæ.

Solent autem omnes Tulipæ, nondum adultæ & antequam florem proferre incipiant, vt plurimùm ſingulis annis rectà, & quaſi ad perpẽdiculum, in dodrantalem & palmarem altitudinem profundiùs deſcendere. Apennineas tamen & nõnullas alias excipimus, quæ non in altũ, ſed ad latus & in obliquum deſcendunt.

TVLIPA CANDORE ET RVBORE CONFVSA; Lilio-Narciſſus candore & rubore confuſus: *Lobelij.*



Omnes Tulipæ, cuiuſcunque generis ſint, quamdiu florem non ferunt, caulem nullum proferunt, vnicumque folium ſingulis annis proferre ſolent: at ſi dum emerſit, ſeſe explicare incipiens, ſecundum etiam eo incluſum appareat, Plantam eo ipſo anno florem prolaturam ſpes eſt.

TVLIPA DVBIA PVMILIO.



Pedalem altitudinem non ſuperat, imò vt plurimùm infra eam conſiſtit, foliis & flore ad Præcocem proximè accedens.

Tuliparum autem omnium inutilis fermè Verna ſatio, quoniam, vt dictum, Tulipæ multæ in profundum deſcendunt, & ſic perduntur, Bulbis nonnulli qui ſubſternant tabulas lapideas.

TVLIPA PVMILIO ALTERA.



Ex ſeminibus quæ fit Tuliparum propagatio in *præcocibus & dubiis* planè incerta eſt: *ſerotinæ* verò magna ex parte ſuum genus conſeruare videntur: & ex ſeminibus propagari poſſunt.

Tuliparum autem regio nulla feracior Thraciâ: in qua etiam media hyeme florent: quemadmodum ſe ibi menſe Ianuario maximam Tuliparum copiam inter Adrianopolim & Conſtantinopolim obſeruaſſe, refert Augerius Buſbequius.

TVLIPA MINOR LVTEA NARBONENSIS; Lilio Narciſſus luteus montanus, *Lobelij*.



Minores Tulipæ *folia* ſunt anguſtiora, & ferè porraceis, [illegible] tenuioribus & [illegible], ac *floribus* minoribus, quæ & in latitudinem ſe pandunt [illegible] etiam minores ſunt. Sponte in Italia & Gallia Narbonenſi prouenire ſcribit Dodonæus.


TVLIPA LVTEA BONONIENSIS. Lilio-Narciſſus luteus Bononienſis *Hiſt. Lugd.*



Solet *caulis* è medio *bulbo* erumpere; ſed ipſo cum *folijs* iam marcido & ſiccato, ſi bulbum eruas, ad latera illius enatum conſpicies, quod etiam in Iride bulboſa, Colchico & congeneribus euenit) nouo bulbo paulatim ſuccreſcente, & totius plantæ ſuccum ad ſe recipiente, quo tempore commodiſſimè erui poteſt.

Erutus bulbus diu extra terram aſſeruari, & in alia loca, etiam procul diſſita, ſine noxa transferri poteſt.

TVLIPA PVMILIO ANGVSTIFOLIA ALBA.



Hanc maximo in pretio haberi, & ſedulò coli ſcribit in Aduerſ. Lobelius. *Flos* ſenûm foliorum, albus, internis tribus candidis latioribus, anguſtioribus verò ternis exterioribus; internè item albis, externè ex fuſco rubentibus. Folia anguſta, quina aut ſena, humi procumbentia: *caulis* palmo altior. *radix* Bononienſis Tulipæ radicem magnitudine æquat, ac foris ſubfuſca eſt.


TVLIPA PVMILIO ALBA LVSITANICA.



Flos huic ſeeus, albus, ſenis foliolis ſtamiculiſque totidem donatus. *Bulbus* valde paruus, aliarum Tuliparum effigie, inuolucro duro, ſquamoſo obductus. Sponte in monte iuxta D. *Oue* ad maris littora prouenit.


De Tuliparum viribus & facultatibus nihil huc vſque à quoquam compertum. Dodon.

SATYRIVM ERITHRONIVM, QVORVMDAM DENTALIS ſpecies altis.



Radix huic alba, craſſiuſcula, & duas vncias longa: *folia* vt plurimùm bina, rarò tertium nonnunquam vnicum eſt, ſubrotunda, in mucronem deſinentia, maculis purpuraſcentibus variegata. *Cauliculus* vnicus, læuis teres, tuber. palmaris. *Flos* vnus, deorſum nutans, purpureus vel albus vel purpuræ & candore confuſis palleus. Eique ſuccedit *Capitulum* triangulum in viridi ſpadiceum *ſemina* continens oblongiuſcula, flaueſcentis coloris.

SATYRII ERITHRONII TRIFOLII ICON ALIA.



Hoc Satyrij genus dicitur quibuſdam *Hermodallylus*, alijs *Pſeudo-Hermodactylus*: Dodonæo *Dens caninus* Cluſio in Pann. *Dentalis* I. ſeu *purpureus* [illegible], & *Dentalis* 2. ſeu *lacteo flore*.

Naſcitur flore purpureo copioſè ad quorundam montium radices ſolo herbidoſo. Flore verò albo variis locis obſeruauimus, Lugduni, Bononiæ, Geneuæ & alibi, tùm in hortis, tum in collibus herboſis.

SATYRIJ ERITHRONII BIFOLIJ ICON.




Satyrij huius tres Icones proponimus, ex quibus haud placent vltimæ duæ quas ſculpi iuſſeramus. Nec pictæ etiam Lobelij & Hiſtoriæ Lugdunenſis Icones: Peſſima verò Matthioli. At pulchram ſub *Pſeudo-Hermodactyli*, & *Dentis canini*, titulo habet Camerarius in Matthiolum.

Cæterùm Erithronij dicti Satyrij puluis pulcibus inſperſus in pueris ventris tineas enecat & eiicit. Ex vino hauſtus coli dolores mitigat, nutrit & corporis vires reficit: Ex aqua verò pueros Epilepticos iuuat. Ad excitandam Venerem plurimùm efficax eſſe hoc Satyrium ſcribit Lobelius.

De Satyriis in genere alibi agimus.

MELEAGRIS ſeu FRITILLARIA.



Meleagridis nomen obtinuit hæc planta, quoniam eius foliola variis coloribus picta ſunt, vt plumæ Meleagridis ſuis, quam vulgus *Gallinam* ſiue *Perdicē Barbaricam*, aut *Guinea*, vocare ſolet. *Fritillariam* appellarunt alij, quòd eius areolæ verſicolores Fritillum quodammodò æmulentur.

Qui latè Narciſſi nomen extendunt, ad id non modò *Tulipam*, ſed *Meleagridem* etiam referunt. quæ Tulipis ſimilior eſt quàm Narciſſis, Lobelio dicitur *Fritillaria*, ſiue *Lilio-Narciſſus* mira pictura artificio variegatus, teſſellatus, niger ſaturéque aut dilutè purpureus.

MELEAGRIS SIVE FRITILLARIA DILVTIOR & minùs ſpecioſa.



Ad Cluſij imitationem duplicem Nos vulgaris Fritillariæ ponimus Iconem: *Saturatiorem* de qua antè, & *dilutiorem* dictam, quam hic pingimus, ac quæ minùs ſpecioſa eſt & tardiùs floret. Eſt enim hic flos vel *præcociſſimus*, vel *præcox*, vel *ſerotinus*.

Seritur in hortis & in Xantonicis, Pictauienſibus, & aliis Galliæ pratis, ſpontè prouenit, ac in Borealibus prouinciis etiam reperitur.

MELEAGRIS SIVE FRITILLARIA Pyrenæa, flore minore.



Cauliculus huic pedalis, gracilis, viridis, ſenis aut ſeptenis *foliis* ſeptus, ex viridi cineraceis, qualia ferè ſunt in aliis Fritillariis. In eius autem ſummo naſcitur *flos*, aliarum Fritillariarum flore minor, ſex foliis conſtans, obſoleti foris coloris, interné verò ex viridi flaueſcentis & ſplendentis: cum plurimis ſaturatè purpuraſcentibus, & teſſellatim diſpoſitis, maculis. Ex vmbilico ſex, breuia prodeunt *ſtamina*, longis pallidis apicibus prædita, triſulco ſtylo è medio illorum procedente, Odor grauis.

MELEAGRIS SIVE FRITILLARIA AQVITAnica, reflexis oris, ſerotina, *Cluſii*.



Flos huic ſex foliis cōſtat, exteriùs omnibus ab imo folij ad extremas oras, obſoletæ purpuræ coloris, ſub quibus nonnihil flaui, diſtinctus: interiùs verò coloris ex viridi palleſcentis præditis, veluti ſericeus pannus viridis, cuius ſubtegmen flauum ſit.

Fritillaria autem à Fritilli ſimilitudine dictæ fuere huius generis Plantæ.

MELEAGRIS SIVE FRITILLARIA FLAVA.



Florem producit hæc ſex quidem foliis conſtantem & nutantem; vt reliqua genera: ſed illorum quædam ſunt flaui coloris rubris maculis diſtincti, alia verò coloris vireſcentis cum medio neruo prominulo. Floruit Nobis Aprili Montbelgardi in S.P. horto.

MELEAGRIS SIVE FRITILLARIA ALBA interne venis purpuraſcentibus diſtincta. *Cluſii*.



Fritillariæ albæ ex pallido purpureo teſſellatæ, meminit in Adverſ. Lobel. atque etiam Fritillariæ floribus albis, fortuitis notulis aſperſis, quæ apud Pictones reperiatur.

Fritillariæ autem vſus Medicus nullus: eaque ob florum tantùm elegantiam & venuſtatem in hortis colitur.

TIGRIS & DRACVNCVLI SPECIES putata.



Virentibus oblongis anguſtis & acuminatis *foliis*, è pullo *radice bulbo* enatis: depictam vidimus: *floréque* luteo, exiguis quamplurimis fortuitis punicantibus notulis variato, è cujus medio ſuave rubens *ſtylus* exoritur.

Omnibus autem Herbariæ rei ſtudioſis, quæ Dodonæi, Lobelij & C. Bauhini eſt querela, in hunc vſque diem incognita eſt planta.

An Dracunculi ſpecies?

LILIVM: Germ. *Lilien oder Gilgen*: Belg. *Lelie*: Gall. *Lis*: Ital. *Giglio*.



Florum deliciæ Lilium ex *radice* bulboſa, *foliis* multis conſtante, *caulem* ſurrigit rectum, cubitalem & ſeſquicubitalem, vel etiam altiorem ſingularem, teretem, cui ab imo ad ſummum adnata *folia*, nullo pediculo. *Flores* in ſcapo ſerie quadam plures, non eodem tempore panduntur, odoris ſuavitate eximiâ, colore lacteo, ſenis pinguibus repandis foliis calathum imitati: in quorum medio *ſtylum* longiuſculum ex albo viridantem, triſulcum circumſtant *ſtamina*, foliis colore & numero paria, quibus apices inſident crocei.

Theophraſtus Lilium vocat *Narciſſum*: pauciſſimis de eo, vt omnibus notum, agit Dioſcorides: Plinius nobilitate Roſæ proximum ait, & affabrè depingit.

LILIVM ALBVM VVLGARE.



Lilium ex Iunonis lacte natum Græculæ perhibent Fabulæ, atque ob id *Iunoniæ Roſæ* obtinuiſſe nomen. *Veneris charma*, quaſi volupe, à quibusdam vocari ac cognominari cecinit Nicander. Sed poſthabitis Veterũ nugis, Florem iſtum nobilitatem ſatis ſuperque illuſtrat candor eximius; odor ſuauiſſimus & formæ elegantia. Quin veritatem ipſam laudum ſuarum præconem habuit. *Diſcite quomodo Lilia agri creſcant, nõ laborant neque nent. Sed dico vobis, ne Salomo quidem cum vniuerſa gloria ſua, ſic amictus fuit, vt vnum ex iſtis.* Matth. 6.

LILIVM ALBVM SYRIACVM RAVVVOLFFII.



Lilia colore potiſſimùm inter ſe differre ſcribit Theophraſtus. Sic duorum generum meminit Dioſcorides, *Albi*, ſcilicet & *Rubri*: ſicut Plinio Lilium triplex, *Album Rubrum*, & *Purpureum*.

Recentiores plura faciũt genera: aliud ſcilicet *cruentum*, aliud *luteum*, quoddam *puniceum*, ac quoddam *candidum & commune*, quod abſolutè *Lilium* dicitur. Eſt & paruulum quoddam, *conuallium Lilium Vernum* dictũ. Eſt & magnum Lilium Perſicum vulgò *Corona Imperialis* nominatum. Iiſque etiam adiunguntur *Hemerocallidis & Martagonum ſpecies variæ*. Quod autem hic pingimus in paludibus, ſtagnis vdiſq; locis prouenire, ſcribit Rauvvolfius.

LILIVM ALBVM CONSTANTINOPOLITANVM, SVLTAN ZAMBACH dictum, *Cluſii*.



Conſtantinopoli, ait Cluſius, miſſæ fuere huius *radices* pro Martagone Conſtantinopolitano, vulgóq; apud Turcas *Sultan Zambach* appellatur. quod *nomen* vel propter floris amœnitatem & decus, vel quòd magno Sultano dicatum fuerit, obtinuiſſe videtur.

De eo ſic tradit in Obſ. Lobelius: Radix inquit illi Lilii cruenti, ſed notulis laba beculiſq; purpurantibus variata, nuper Cõſtantinopoli miſſa. *Folia* Lilij albi noſtratis. *flos* candidus, ac, ſi quid aliud, viſendę venuſtatis: &c.

Verum verò eſt quod ſcribit Theophraſtus: Lilium vnico vt plurimùm cõſtare caule, & rarò duplici; ac deinde ex ſingulis capitellis vnũ vel plura Lilia emergere;

LILIVM RVBENS VEL CROCEVM MAIVS. HEMEROCALLIS. MARTAGON.



Lilium rubens vel croceũ Hemerocallidis & Martagonis nomine donarunt Scriptores varij.

Hemerocallis autem, vt Dioſcorides deſcribit, *folia* & *caulem* Lilio ſimilia habet, viridia veluti Porrum: *flores* in ipſo caule ſunt per ſingulas propagines tres aut quatuor, figura Lilio ſimiles, quum hiare cœperint, colore vehementer pallido. *Radix* magna & bulboſa.

Meminit Hemerocallidis & Plinius, eandémque cum Dioſcoride plantam indigitat: at ab illa diuerſa eſt Hemerocallis cuius Theophraſtus inter frutices coronarios mentionem facit. *Plura in ſequent.*

LILIVM RVBENS VEL CROCEVM MINVS.

Germ. *Rot Gilgen, Gelb Lilien:* Gall. *Lis rouge, Lis Orangé.*



Ad ea quæ paullò antè de Hemerocallide diximus, hic aliquid ex Dodonæo addemus. Hemerocallis ſum, inquit, vox *frutex*, alia *flos* eſt. Hemerocallis frutex, ex genere eſt coronariorum & lignoſorum: de quo Theophraſtus lib. 6. & Plinius lib. 21. cap. 11. Alia verò Hemerocallis flos eſt, quam deſcribit Dioſcorides.

Recentiores plurima conſtituunt genera: à floris colore, loco, magnitudine, &c. ſumptis differentiis: de quibus mox ordine agemus, ſ... que tum magnum *Lilium Perſicum*, quod *Corona Imperialis* vulgò vocatur, tum *Hemerocallidum* & *Martagonum* varias ſpecies annumerant. Quod verò hic pingitur, in paludibus vliginoſiſque locis prouenit.

LILIVM PHOENICEVM DILVTVM.



Hoc nomine varij inſcribunt Authores: Lobelio verò in Iconibus dictum *Martagon Chymiſtarum alterum*, & alibi *Lilium phœniceum dilutum*: C. Bauhino in Phyt. *Lilium* 5. *ſiue phœniceum*.

LILIVM CRVENTVM LATIFOLIVM.



Bulbo nititur omninò tali quali Lilium album: *caule* verò donatur, non vt cætera Lilia craſſo, qui *florē* producit vnicum cruentum, ſex latis foliis conſtantem. In ſummo caule *folia* gerit valde lata, Plantagini ſimilia.

LILIVM BVLBIFERVM MAIVS, AMPLO flore rubro.



Bicubitali interdum aſſurgit *caule*, firmo, craſſo: *foliis* ſepto Liliaceis, ſubacri, in ſummis alis craſſiores *bulbos*, & amplos rubros *flores* geſtans. Floret Iunio, ſemenque perficit Auguſto.

Hæc verò planta, vt & aliæ duæ bulbiferæ de quibus mox, cùm primùm florum gemmas oſtendere incipiunt, à formicis, non ſecus ac Pæoniæ flores antequam explicentur, admodum infeſtari ſolent.

LILIVM BVLBIFERVM INCANVM.



Vix cubitalem excedit altitudinem, *caule* firmo, ſtricto: ex viridi nigricantibus *foliis* prædito, quæ tamen cum ſummo caule incanâ lanugine pubeſcunt. *Flores* igneo rubore non rutilant, vt in ſuperiore, ſed magis pelleſcunt. Adultioris autem *caules* in ſummis alis paruos geſtant *bulbos*. *Radix* luteo ochræ colore infecta. In montanis Auſtriæ & Styriæ pratis ſpontè prouenit. *Cluſius.*

LILIVM BVLBIFERVM REPENS FLORIBVS multo Croco tinctis.



Multùm ſe repentibus bulbis propagat, ac bulbulos fert antequam florem producat: alioqui in magnam creſcit altitudinem, & multa fert Lilia. Copioſum vidimus Montbelgardi in S.P. horto ex bulbulis deciduis ſe multiplicans.

LILIVM CROCEVM FLORE PLENO.



An Geſneri *Lilium rubens ſemiuſferum*? An Cluſij in Pann. *Lilium purpureum*, ſiue *rubrum bulbiferum minus*. *Martagon bulbiferum minus*, & *Martagon bulbiferum præcoſe*? An Lobelij in Obſ. *Lilium flore Martagonis ruſtico*?

LILIVM BVLBIFERVM CRVENTVM anguſtifolium.



Lobelio in Icon dicitur *Martagon cruentum anguſtifolium*, exiguum, ſ is dimiſo caule, nuc eis compoſitos bulbos gerans.

C. Bauhino ſo Phyt. *Lilium oblunum*, ſiue *bulbiferum anguſtifolium*, *Martagon cruentum anguſtifolium quorundam*.

LILIVM FLORE NVTANTE; MARTAGON flore purpuraſcente, ſanguineo guttato.



Hemerocallis ſylueſtris quibuſdam, alijs *Aſphodelus Officinarum*. *Martago* vulgò & *Alchimiſtarum*, *Lilium ſylueſtre*, *Lilium montanum* & *Lilium Saracenicum mas*. Sic ab Authoribus inſcribitur. Eſt etiam huius generis *Maius* & *Minus*, & reperitur vtrumque variis locis in montibus & ſyluis, montibúſque ſyluoſis, præſertim verò in Stiria & Auſtria, ac non procul Francofurto. In hortos etiam tranſlatum ſæpe obſeruauimus, Ferrariæ, Patauij, Geneuæ &c.

LILIVM FLORE NVTANTE MAXIMVM.



Bulbus huic maximus, profunde in terra latitans: *caulus* aliquot cubitorum: *florum* ingẽs numerus, iique minutis maculati: *folia* anguſta, multa, & ex iis nonnulla verticillatim diſpoſita.

Hoc in Alſatiæ Vrbe *Thur*, in cultiſſimo quodam horto obſeruauimus: atque inde Montbelgardum tranſtulimus, vbique iam multos annos colimus.

MARTAGON FLORE MINIATO NVTANTE, ſiue Hemerocallis Chalcedonica aliquibus.



Nouo Vere ſolet emergere: floréq; Iunio, aut paulò ſerius, hoc Hortorum decus: atque ob floris venuſtatem plæriſque Italiæ locis *R. Zoda la Signora* appellatur.


Lobelio in Icon & Hiſt. dicitur *Hemerocallis Chalcedonica purpuro-ſanguinea polyanthos*: *Hemerocallis Byzantina altera*.

MARTAGON PRÆCOX FLORE MINIATO, ſiue Lilium flore nutante rubro, præcox.



Martagonis flore miniato nutante duæ potiſſimum obſeruantur Differentiæ: *Præcox*, quod ex luxuriante *radice* duorum trium ve digitorum edit *caulem*, atque in eo quinos, ſenos denóſue profert *flores*: quod hic pingimus: Et *Serotinum*, de quo mox.

MARTAGON FLORE MINIATO SEROTINVM; ſiue Lilium fl. nutante rubro, ſerotinum.



Præter differentias quæ à tempore ſumuntur aliam adhuc in hoc Lilio obſeruauit Cluſius. Vel enim dilutiores ſunt *flores*, aut, vel ſaturatiores: itaque plantæ quæ dilutiores ferunt *flores*, *caulem* & *folia* viridiora habent iis quibus ſaturatiores ſunt *flores*: ac præterea illæ quibus purpuraſcentes ſunt *radices*, dilutiores proferunt flores, aliæ contra ſaturatiores.

MARTAGON FLORE LVTEO PRÆCOX, SIVE Lilium flore nutante flauo, Præcox.



Colitur in hortis, & in montibus ſpontaneum reperitur: flóſque apertus interdum punctis notatus obſeruatur.

Prouenit Nobis hoc Lilij genus Montbelgardi in S. P. horto, cum octo flaueſcentibus infra recitoratis floribus. Florebat autem Iunij initio.

LILIVM PERSICVM SIVE SVSIANVM.




Radix huic magna & ſquamoſa, *caulis* procerus, *foliis* anguſtis denſè ſi parus, atque in eius ſummo eſt *thyrſus florum* ſeſquiuncialibus circiter pediculis hærentium, numeroſorum, pendulorum terrámque ſpectantium, ſaturâ purpurâ tinctorum, ſex foliis conſtantium, nolas imitantium, &c.

Floret Aprili, eíque ſemen illius cum *Tuſæ* ſemine maturum aut paulò pòſt. Veriſimile autē eſt è Suſa Perſidis vrbe primùm delatum fuiſſe Conſtantinopolin, atque inde in has regiones.

Hoc ita inſcripſit Alphonſus Pancius. *Panaſbio Perſiano pianta belliſſima, ſpecie de Giglio ò Martagon, diuerſa della Corona Imperiale.*

LILIVM ASPHODELI RADICE LVTEVM, SIVE Lilio-Aſphodelus quorumdam flore luteo.



Lobelio & Penæ, *Aſphodelus Liliflorus* & *Lilio-Aſphodelus*, & *Aſphodelus Liliaceus quibuſdam luteo flore eleganti & odorato.* Camerario, *Lilium non bulboſum, ſiue arundinaceum, flore luteo odorato admodum.* An Frutex quem Theophraſtus inter coronarios recenſet *Elium* dictus.

Floret cum Lilio purpureo maiore, & paulo antè, Lilia candida præcedens. In noſtris regionibus peregrinum, at in Hongaria frequens, vnde in noſtros hortos translatum, in quibus vulgò colitur.

LILIVM RADICE ASPHODELI PHOENICEVM.



Aſphodelus liliaceus rubens, Tabernæmontano: *Lilio Aſphodelus phœniceus*. Lobelio: *Lilium rubens arundinaceum Turcarum*. Bellonio: *Lilium non bulboſum, ſiue arundinaceum, flore ſuberoceo.* Camerario.

In multis Germaniæ hortis luxuriat, repente ſua radice valde otioſum.

LILIORVM QVALITATES, VIRES ET VSVS trademus in Appendice.

CORONÆ

CORONA IMPERIALIS; TVSAI: Germ. *Keyſers kroon*: Gall. *Couronne Imperiale*, It. *Corona di Re*.



Multifariam *variat* regia hæc planta *caulium* numero & longitudine, atque eorundem *coma*, quæ non ſemper vnica, aliis pluribus nonnunquã ſupereminentibus. *Variat* in *florum* numero ſiquidem iis quinis, ſenis, denis, vicenis, tricenis, quadragenis, imò & ſeptuagenis, vna eademq; planta onuſta tenetur. *Variat* in colore florum, qui flauus aliàs vel palleſcens eſt, alias rubeus. *Variat* tempore & foliis, alia enim *Præcocior*, quæ ſtatim Martio floret, folióque eſt lato & dilutiùs viridi: floréque pallidiore: alia *Media*, folium cui anguſtius & pallidius, flóſq; dilutior: & alia deniq; ſerotina, foliis atrovirentibus latis, & floribus ſaturè phœniceis.

CORONA IMPERIALIS MONSTROSA.



Ex Perſia Conſtantinopolin delatos fuiſſe Coronæ Imperialis bulbos, atque inde Viennã ſcribit Cluſius: ſicq; ad Nos hanc plantam perueniſſe. Turcis dicitur *Tuſai*, *Tuſſai*, *Tuſchai* & *Tuſchiai*, quæ vocabula *regium Lilium* ſignificant. Ob ſimilitudinem verò *Corona Imperialis* ſeu *regia* nomen obtinuit, & hanc appellationem huc vſque retinuit Herbariorum vulgus.

Floret Aprili atque etiam Martio, ſemen Iunio maturum: ſponte autem prouenientem nullus ex noſtris vidit. Eaque obiectationi oculorum & hortorum ornamento magis quàm nari, bus, culinariis medicinalibuſve vſibus dicata eſt.

GLADIOLVS SIVE XIPHION: Germ. *Schwertel*: Gall. *Glais*, *Glayeul*: Ital. *Gladiolo*, *Monacucio*.



In floribus varietatem habere ſcribit Lobelius: & Narbonenſem Gladiolum vnum habere florum ordinem, Italicum verò duos.

Frequens eſt in ſyluoſis & fruteroſis, ac etiam in pratis & agris, vbi inter ſegetes naſcitur, *Segetalis* ob id dictus. Coliturque etiam in hortis. In pratis pallidiore eſt flore & nonnunquam albo: in aruis verò & locis ſyluoſis fruteroſiſve, ſuaue rubenti vel ſaturatiùs purpuraſcente.

Eius radix, & maximè ea, quæ ſuperior eſt, attrahendi, diſcutiendi & deſiccandi vim habet: *Galenus*. Superiorem cum vino potã Venerem ſtimulare ſcribit Dioſcorides, inferiorem verò ſteriles facere, &c.

IRIS: Germ. *Blaw Gilgen*, *Blaw Schwertel*: Gall. *Flambe*, *Glayeul*: Ital. *Iride*.



Græcum nomen apud Latinos retinuit *Iris*. Quam verò vulgus inter *Iridis* & *Ireos* vocabula diſtinctionẽ facit iuxta vulgarẽ Verſum:

Iris purpureum florem gerit, Ireos album:

ea vaniſſima eſt. Vnde Ruellius: Sunt qui pudenda errore aliam aſſignent Herbam recto, aliam Caſu paterno, vt *Iris* ab *Ireos* tanquã purpureus color diſtingui putetur Herbariis: verùm hæc opinio anilibus nugis annumerãda, nec digna quæ exſibiletur, nedum à pullatis & rudibus explodatur, *Nomen* autem ab eo accepit, quòd ſpecies & colores Arcus cœleſtis floribus repræſentet atque exprimat. Cæterùm hic pingitur *Iris bulboſa latifolia, flore cæruleo & candido.*

IRIS BVLBOSA TOTA VIOLACEA vel cærulea.




In Iride variæ obſeruantur *Differentiæ*: *A natali loco*, vnde alia ſatiua alia ſylueſtris, alia noſtras, Germanica, Veneta, Florẽtina, Thraciea, Macedonica, Africana, Carthaginenſis vel Illyrica dicitur: *A radicum forma*, & vel *rhizotomos* eſt Plinio, vel *Raphanitis*, à raphani ſcilicet ſimilitudine nomẽ adepta. Galeno, Paulo & Ætio *Aſtragalitis* dicta, quòd radix eius cum Aſtragali radice ſimilitudinem habeat *A florum diuerſo colore*, qui non ſolùm in indiuiduo variat, ſed & in ſpecie, ita vt candidos, pallentes, luteos, purpureos, cæruleos, cinereóſve conſpicere detur. Et eandẽ ab earumdem *formâ, magnitudine, virtute* & odore, vt fuſiùs in progreſſu dicetur.

IRIS BVLBOSA VERSICOLOR POLYCLONOS, *Cluſij*.



Athenæus Deipnos. Lib. 15. teſtis eſt Plinium ſcribere Iridis flores, *Lupos* nominari, quòd Lupi rictui labiiſq; ſimiles ſint. Dicitur autem Iris in genere quibuſdam, Virgilij, Palladij & Columellæ *Hyacinthus*, aliis *Lilialis*, aliis *Lilium cœleſte*: & apud Germanos, Belgas, Italos & Hiſpanos *Lily* appellationem ſortita eſt, *Gladioli* verò apud Gallos. Græcis *cœleſtis* atque *admirabilis* dicta eſt: atque inter illos Theophraſto conſeruatrix: Dioſcoridi verò *Illyrica*, non *Myrica*, vt malè legerunt nonnulli, lubrico errore in ſcriptura λ quod geminatum facit μ,

IRIS BVLBOSA EX CÆRVLEO ET ALBO verſicolor, folio anguſto.



Iridis natalitia quod attinet: Natalibus gaudet ea non admodum calidis, vt Africæ, neque admodum frigidis, vt Septentrionis, ſed mediocris temperatis & rigui, vt in eiuſmodi locis valde odoratā & laudatiſſ. nam habent Hiſpani. Vulgarem & tritam nā omnes fermè, teſte Cluſio, habent Prouinciæ, in hortis, vel muris tect[illegible] innaſcentem. Nos Monſpelii obſeruauimus floientem Martio & Aprili: Veronæ, Placentiæ & Lugduni, copioſè ad ſepes ſpontè prouenientem: Geneuæ & Baſileæ in hortis florentem Septembri. Sic in pleriſque omnibus Europæ regionibus naſcitur: eaque etſi minoris nominis, bona tamen cenſenda eſt, & eò magis quantò odoratior fuerit.

IRIS VVLGARIS VIOLACEA VEL PVRPVREA, hortenſis vel ſylueſtris.



Iris vulgaris ſatiua in hortis notiſſima eſt: ſiliquæ ſapore, odoreatque aliis qualitatibus reſpondet ſylueſtris. Sed folia habet minora atque hyeme non apparentia, cum ſatiuæ folia hyemis ſæuitiæ contumaciter reſiſtant. Caulis etiam breuior: & ex eo flores diebus ferè viginti ante ſatiuæ flores erumpunt, coloriſque ſunt magis purpurei. Radix etiam non talem cæſpitem qualem ſatiua conſtituit. Naſcitur autem editis & elatioris locis inter arbuſta. Hiſque notis tantùm hæc ab illa diſtinguitur. Irinum meliorem aptaſſemus, ſi ex emptitiis,

IRIS DALMATICA MINOR, FLORE dilutè purpureo.



Florentina vulgaris vſualis Iris non malè pro Illyrica vſurpatur, & pluris ſit à Mercatoribus quàm Veneta, quia candidior & fragrantior. At tamē ex Illyrica, hodie Sclauonia dicta, Iris Venetias deferri ſolet, quare Veneta Illyrica legitima ab omnibus cenſetur.

Germanica autem Iris, quāuis multùm affinitatis cum Illyrica Florētinaue habeat, ſi formam & temperamentū conſideres, ac licet linguam guſtata adurat non minùs quàm illæ: non tamen perinde dura ac ſolida eſt, neq; etiam adeò odorata. Sic, quod etiam ex Theophraſti & Galeni monumentis habemus, regionum diuerſitas magnam in plantis parit diuerſitatem.

IRIS BVLBOSA LVTEA, CLVSII.



Theophraſto, Plinio & Dioſcoridi ſcriptoribus laudatiſſima Iris in Illyride prouenit, & ibi quidem non [illegible] maritimis, ſed in mediterraneis magiſque ad Septentrionem ſita parte, atque [illegible] & Narona ſylueſtribus. [illegible] xima in Macedonia, eaque longiſſima & candicans & exilis. Tertium locum habet Aphricana, ampliſſima [illegible] omnes, guſtuque amariſſima.

Inter Illyricas verò & Macedonicas optima eſt, iuxta Dioſcoridem, quæ denſam radicem habet & [illegible] obtuſam, & ægrè [illegible] & co[illegible] valde odorata eſt, & guſtu amarior, & odo[illegible] non ſitam redolens, & [illegible] dum teritur ſternutationem mouet.

IRIS DALMATICA MAIOR, FLORE vulgari minùs violaceo.



Spectatæ pulchritudinis & magnitudinis eſt [illegible] Iris quæ Aſiaticæ cærulea, omnium Iridum ampliſſimæ [illegible] plurimùm, ſi non eadem cum ea.

Vt autem in modò d[illegible] pergamus: Iris Illyrica [illegible] Irides omnes primū [illegible] tris eſt: non quidem [illegible] genere vel ſpecie ab [illegible] tat ſed quod cœli ſoli[illegible] lius conuenientiā, præſtantioribus polleat faculta[illegible] bus, vt, Abſynthium quod in Ponto naſcitur, Acorum quod in Colchide & Galatia, [illegible] rum quod in Syria & Cycladibus inſulis, Coſtum quod in Arabia, & alia quamplurima præferuntur aliis, quæ [illegible] dote præſtantiſſima pro[illegible] niunt.


IRIS MAIOR LATIFOLIA, DILVTE COERVLEA, cum inuolucro albo.



Iridis maioris lati[illegible] a Cluſio & ai[illegible] bantur duæ ſtirpes [illegible] in flore venis purpureis [illegible] bus [illegible] centibus, [illegible] ad [illegible] ſolium accedenti[illegible] flores verſicolores, ex albo [illegible] purpureis [illegible] pandis candi[illegible] [illegible] diſſimilis [illegible] purpurea & caule nudo [illegible] paucæ notis al[illegible] ſe diſcretæ, quæ [illegible] at Cluſius [illegible] re difficil[illegible] verè illud Po[illegible]:

Facies non [illegible],
Non diuerſa tamen, qualem
decet eſſe ſororum.


IRIS LVSITANICA VERNA VIOLACEA Lobelij.



Eadem hæc cum Cluſij minore latifolia nona cum venis purpureis.

Vetuſtate autem odoratiores fieri Iridis radices experientiâ habemus, & docet Dioſcorides, quod mirum cibû illâ res cæteræ corrumpantur: At id per ſiccitatem fit, vt rectè ſtatuit Cronemburgius.

IRIS FLORE ALBO: Germ. *Weiß Schwertel*: Belg. *Witlisch*: Gall. *Flambe blanche.*



Qui purpuream vulgarem Iridem rectè norit, is nullo negotio hanc albam aſſequetur, quæ nullam tum in radicibus, tum in foliorum & florum formâ notatu dignam habet differentiam, ab ea tantùm coloris albi ad glaucum accedentis diſcrimine diſtans. Cur verò Florentiam hanc vocarint nonnulli non videmus.

IRIS MAIOR LATIFOLIA LVTEA, FOLIIS florum repandis variegatis.



Huius aliquot varietates recenſet Cluſius. *Nos verò* eam & Baſileæ in hortis vidimus, & Montbelgardi in noſtro habuimus, florentem Maio.

Cæterùm Iris, vt ex Dioſcoridis, Plinij, Pauli, & Meſuæi monumentis habemus, calida & ſicca eſt ordine tertio, acris & tenuium partium, terget, coquit, reſoluit, lenit, aperit obſtructa, ſedat dolores, pituitam craſſam, & mixtam illi bilem, purgat, ac præter hæc ſeroſas humiditates, idque clementer, &c.

IRIS LATIFOLIA MAIOR, SVSIANA VEL Chalcedonica, flore variegato.



Florem huic tribuit Cluſius omnium quos in Iridibus viderit maximum, ex albo & nigro variegatum: *Suſianam* quoque nomen tribuit, quia ex Suſa, Suſianæ Prouinciæ Metropoli, Conſtantinopolim illata fuit.

Inter Iridis autem particulares vſus, quos hic omnes recenſere non eſt noſtri inſtituti, Aquam è purpureis floribus deſtillatam cum ſpeciebus Diatrionſant. & Cinamomo, vt efficaciſſimã in Hydropicis, commendant Geſnerus, Hollerius & alij.

IRIS BIFLORA LVSITANICA, FLORE violaceo, Cluſij.



Naſcitur multis Luſitaniæ locis inquinis & pingui ſolo: & in hortos tranſlata Vere & Autumno floret. vnde illi *Biflora* nomen inditum. Reperiri etiam huius generis flore purpureo ſcribit Cluſius.

Vere & Autumno, vt in Obſ. Lobelius *florem* odoratum violaceum ſingulis ſeſquicubitalibus aut ſeſquicubitalibus ſingulum aut alterum, villoſo candore fimbriatum profert; denſâ breuique *radice* facieque & *folijs* Dalmaticæ ſimilis, &c.

IRIS FLORE VIOLACEO, FOLIO VIRENTE, An Cluſij 15. caule folijs nudo.




Peculiare habet hæc præter cæteras Irides notam, quod nulla folia per hyemẽ amittat: ſed omnia flaceſcunt & exſiccantur, eâque nuda conſpicitur, ac deinde ineunte Vere noua germina profert.

Eam ex Belgio allatam per pluſculos annos Monbelgardi in S P. horto coluimus: florebat autem Aprili.

C. Bauhino in Phyt. dicitur Iris 12. ſiue Hyeme folia amittens.

IRIS HVMILIS LATIFOLIA, COLORIS violacei, ſaxatilis.



Radix eſt craſſa, albâ, rugoſâ, acri; à qua *folia* exeũt aliquot Iridis vulgaris foliis ſimilia, ſemunciam lata, duas tréſve uncias longa. *Caules* breuiſſimi, dodrantales; *flos* violaceus & purpureus, vt in Iride vulgari, ſed paulò minor & inodorus.


Omnium Iridum minimã & rariſſimam vocat Lobelius: *flore*, ſemine & ſiliquâ Xyridis fœtidæ.

CHAMÆIRIS NIVEA AVT CANDIDA.




Plurima hæc, authore Lobelio, oritur in agro Narbonenſi, locis aridis & ſaxoſis, ſecus ſpecum illam quæ ſeſquimilliare Monſpelio diſtat, vbi quà Frontignanum itur in rupium commiſſuris frequens. Colitur & in hortis. Cluſio in Hiſt. poſt. eſt Iridis genus humilius, in Luſitaniæ ſaxoſis & mari & aurâ afflatis locis ſupra Vlyſſiponem proueniens.

IRIS HVMILIS LATIFOLIA MAIOR acaulis, colore ſaturè violaceo. *Cluſii.*



Flores nullo *caule* ſuſtinentur, ſed ſucculentis & infirmis duntaxat *pediculis* innituntur, vt *Croci*, *Colchici* & ſimilium. Iſtius autem generis Iridum duæ, ait Cluſius, habentur *Differentiæ*: *Vna* enim maioribus latioribúſque eſt foliis, ac Iridis maioris foliis latitudine vix cedentibus: *Altera* paulò minoribus & anguſtioribus, tametſi anguſtifoliæ Iridis foliis latiora ſint. Nos Maiorem hîc pingimus.

IRIS HVMILIS LATIFOLIA MINOR acaulis, colore ſaturè violaceo.



Huic breuiora anguſtioráque paululùm ſunt *folia*: *flores* etiam paulò minores: *capita* triangula & mucronata itidem minora, ac *ſemen* etiam minus. In floribus autem ſumma *varietas*: licet ferè omnes fimbriæ villos ſupra ſtamina cæruleos habeant, infra verò luteos. Plurimas ex his *Varietatibus* enumerat Cluſius, ex cuius Scriptis petendas relinquimus.

IRIS HVMILIS LATIFOLIA MINOR elegantiſſima, variè picta.



Nec *radice*, nec *foliis*, nec floris formâ differt à reliquis: florem tantùm colore diuerſum, qui adeò variè pictus, vt teſte Cluſio, difficile ſit eum exactè verbis exprimare. Florem autem cũ reliquis Chamæiridibus oſtentat Aprili: nec in eo vlla odoris gratia: illum verò ſequuntur triangulata *Capita*.


IRIS ANGVSTIFOLIA MINOR, CLVSII quarta.



Radice eſt obliquâ, teretíque, ſub qua craſſæ fibræ albæ: *Folia* anguſta, graminea, in acumen deſinentia: *caulis* ipſis foliis breuior, in cuius ſuprema parte magna *capita* ſeu *ſiliqua*, quales in Xyride ſiue Spatula vulgari ex tenui vagina prodeuntes.


Icon ex planta ſicca depicta fuit, quapropter florum colorem addere non poſſemus. An *Medium Dioſcoridis*? An Aduerſ. *Iris maritima Narbonenſis*? An Hiſtoriæ Lugd. Xyris maritima?

IRIS GRAMINEA CVI PEREVNT QVOTANNIS folia, flore variegato.



Pulchrum quoque ſpectaculum oculis offert, in tanta Iridum varietate, & hæc puſilla, quam *Gramineam* vocamus propter *folia* tenuia, anguſta valde, non rigida, virentia & longa. Odor florum gratus eſt, Nobis Prunorū, Cluſio Armeniaci Mali. Prouenit autem in pratis ad radices montium ſitis, ac colitur etiam in hortis, vt Nos Geneuæ & Montbelgardi in noſtris habuimus, & in aliis obſeruauimus. Floret Maio.

IRIS TENVIFOLIA MAIOR; FLORE cæruleo & ſtriato: *Cluſii.*



Radix huius è compluribus albis fibris conſtat: *folia* cubitum aut ſeſquicubitum longa, ſemunciam lata, quæ attritu oleraceum quid redolent, acuminata: *caulis* foliis longior, teres, in tres aut quatuor ſurculos diuiditur: quorum ſingulis inſident *flores* Chamæiridis florum magnitudine, ſed amœniore elegantiâ. Tria enim folia repanda per extremitatem violacea ſunt, inferius albo & violaceo variegata, pulcherrimiſq; longis, obliquis, violaceis, albidis, & ferrugineis ſtriis picturata; iiſque tria alia bifida ſuprà poſita purpureo-violacea, ligulas purpureas occultantia: reliqua tria violacea ſurriguntur.

Sponte in pratis Viennæ Auſtriæ prouenit, ad paludes.

IRIS ANGVSTIFOLIA MAIOR ALTERA.



In vdis pratenſibus Viennenſi Vrbi vicinis locis ſpōtè etiam prouenit, authore Cluſio, qui ſe nuſquam vidiſſe antequam in Auſtriam proficiſceretur ſcribit. Habuimus tamen *Nos* Montbelgardi in S. P. horto: atq; in Belgij hortis obſeruauit etiam Lobelius, qui de ea ſic tradit. Iridis, inquit, anguſtifoliæ ſylueſtris varietates, Belgarum ſedulitate in noſtris hortis cultæ viſuntur, &c.

IRIS ANGVSTIFOLIA FLORE ALBO.



Radix huius multis fibris donata: *caulis* ſeſquipedalis aut bipedalis: *folia* pedem longa, paruum digitum lata: *flores* albi aſpectu ſuauiſſimi. Florum enim terna repanda folia latiora neruis ſiue venis ſuaue rubentibus iucundè inſignita ſunt, nec nō oris perpolitè breuioribus lineis concoloribus ſtriata: aliis incumbentibus ternis, & totidem anguſtioribus ſurrectis foliis pene candidis.

Eam in penſilibus Adonidis hortis ali ſcribit in Aduerſ. Lobelius.

IRIS TENVIFOLIA MICHELFELDENSIS.



Frequens eſt in paluſtribus Michelfeldēſibus propè Baſileam ſpontanea hæc Iris: *caule* duos cubitos ſuperante: *flore* magno ſatis, cæruleo vel purpuraſcente: *ſiliquâ* magnâ longâ: ac *foliis* cubitalibus, anguſtis, atque etiam quàm Matthioli anguſtioribus.


Floret Maio, atque interdum etiam Iunio, ſi aſperior Hyems præceſſerit. An Cordi Iris tenuifolia in apricis planiſque pratis, & fruticoſis ac humentibus campis naſcens?

IRIS TVBEROSA BELGARVM, FLORE obſcurè rubente.



Iridis ſylueſtris generis eſſe videtur: atque ideirco à forma radicum *Iris tuberoſa* dici poteſt. Stirps eſt peregrina quæ ex Orientis partibus, & vicinis Conſtantinopoli regionibus, in Italiam & in Belgium illata fertur. Hermodactylum eſſe ſuſpicatus eſt Matthiolus, ſed perperàm: nec meliùs alij Lonchitidem priorem eſſe volunt, nullam plantam Lonchitidem propriùs adumbrare exiſtimantes.

IRIS PALVSTRIS LVTEA; ACORVS adulterinus: Ger. *Geel vvaſſirſchvvertel:* **Gal.** *Flambe baſtarde.*



Officinæ perperam *Acorum* appellant, & maiore eum etiã e radicibus eius pro *legitimo Acoro* vtuntur: melius itaque *Pſeudo-Acorũ* nominant plærique.

Naſcitur vbique in paluſtribus aut his conterminis viciniſue locis, cuiuſmodi ſunt rigua prata & fluuiorũ margines. Floret Aprili & Maio, circa Heluetiorum Ebrodunum, ac viâ præſertim quâ Grandiſonem itur in paludibus obuia. Sunt qui in hortos transferant, atque in iis colant.

Abundè autem monſtrat guſtus eius radicem immenſam adſtringendi facultatem obtinere: ac ſic à veri Acori radice diuerſæ omninò eius vires.

SISYRINCHIVM IRIDI BVLBOSÆ AFFINE Maius, coloris cœrulei.



Et hoc, authore Theophraſto, quamuis colore penitus diſcrepet, nec ſquamis conſtet, ad Bulborum tamen genus redigi quodammodò deſiderat, quòd radice orbiculetur.

Huius plantæ duo genera in Hiſpanica peregrinatione obſeruabat Cluſius. *Maius* quod hic pingimus, & *Minus*. Luſitani, ait, *Mozeibas*, quaſi Nuculas, ſiue paruas Nuces, appellãt, quòd pueri illic eius bulbo perinde atque auellanis veſcantur, eũmque in delitiis habeant.

SISYRINCHIVM IRIDI BVLBOSÆ AFFINE, Minus: flore cœruleo.



In Valentino Hiſpaniæ regno obſeruauit Cluſius, qui Incolis *Lirio*, & nonnullis *Maſucas*, dici tradit: an Theophraſti Σισυρίγχιον vel Σισυρίγχιον?

Cæterùm hoc in Siſyrinchio mirum, imas radices creſcere Hyeme: Vere autẽ, cùm apparuerit viola, minui & contrahi, ac tum demum bulbum pingueſcere.

Ad veneris tormina, referente Cluſio, vtile eſt: ſed deuoratâ radice corpus illicò ſaltatione exercendum.

SPATVLA FOETIDA; PLÆRISQVE XYRIS: Ger. *Welſch ſchvvertel, vvantleuſs kraut:* **Gall.** *Glayeul puant.*



Cordo, Cornario, Matthiolo & aliis probatiſſimis Scriptoribus *Xyris Dioſcoridis*, apud Græcos à nouaculæ acie nomen adepta, ea Gladioli ſpecies eſt, quam, tũ ob folij figuram (*Spata* enim gladium ſignificat,) tũ quòd grauem exhalet odorem, Officinæ *Spatulam fœtidam* appellant. Eſſe autem Xiphiorum & Iridum Gentilem, partium plurimarum demõſtrat ſimilitudo, *foliorum*, *florum*, *caulium*, *radicum*: quapropter inter Irides ſylueſtres cõnumerantur: nec quicquam eam à ſatiua diſcriminare videtur præter florum ſaturatiorem purpuram.


XYRIDIS, SPATVLÆ FOETIDÆ DICTÆ, alia Icon.



In Italia, Gallo-Prouincia, Galliæ Narbonenſi & Angliæ ſponté prouenit prope vda prata, & littoreos maris aggeres. In Belgio verò, Germania & aliis Borealibus locis non niſi in hortis habetur. Monſpelij paſſim inter dumeta ſecus vias naſcitur, floremq; Maio, Iunio, Iulio & Augusto, edit, ſemen Autumno maturans.

Cæterùm, etſi cimices oleat hæc planta, eius tamen radicem contra capitis vulnera & fracturas facere ſcribit Dioſcorides, eodémque teſtu telum omne & aculeos citra dolorem educit. Ruſtici huius radicis decocto vel infuſo purgationes moliuntur. Figuræ quæ ex empiricis ſunt, non placent, vt nec Fuchſij & Matthioli Icones.


ACORVS VEL ACORVM, CALAMVS AROMAticus: Ger. *Kalmus:* **Gall.** *Flambe baſtarde:* **It.** *Acoro.*



Quàm nota Seplaſijs *radix* & *antiquum nomen*, tã ignota multis ſæculis extitit totius plantæ facies. Conſtantinopoli attulerant Romanorum Imperatorum Legati quorum munere Viennenſis Vrbis inquilina facta, variis deinde locis communicata fuit, adeò vt nunc vulgatiſſima ſit. Vidit Cluſius Viennæ, Florentiæ Cæſalpinus, Nos verò Pfortzheimiæ & Lutetiæ, ac ipſimet in noſtro horto Ebroduni fœliciter alimus. Gaudet aquis, floréſque [Iuleos] Iunio, Iulio & Auguſto profert. Radix quâ vtimur acris eſt & modicè amara, guſtúque non iniucunda: eadem, iudice Galeno, cõſtat facultatis eam eſſe calidæ & conſiſtentiæ tenuis. *Plura in Appendice.*

GALANGA

GALANGA : Germ. *Galgan*, *Galgan-wurtz*.



Ab Acoro non admodum diſtat radix quæ Officinis Recentioribuſque Medicis vocatur *Galanga*. A Dioſcoride autem & veteribus Græcis de ea penitùs nihil proditum : ac Arabibus etiã non ſatis perſpectam fuiſſe ex eo conſtat, quòd Auicenna & Serapio duo diuerſa capita de ea ſcripſerint. Vocarunt ij *Calangen* aut *Galangen*, vnde Græcas & Latinas appellationes deriuatas fuiſſe exiſtimatur.

Loniceri, Braſſauolæ & Fuchſij. ſtatuentium Galangam *verum & legitimum* eſſe *Dioſcoridis Acorum*, errorem in huius Sciagraphiæ Appẽdice retegimus: Opinionemq; verò Monachorum, dũ ſcribunt Galangam eſſe *Innominatam radicem*, vt à ratione alienam, cum Matthiolo, Garciâ & Hiſt. Lugd. reijcimus.

GALANGÆ ICON, ACOSTÆ.



Galanga vulgò in *Maiorem* & *Minorẽ* diſtinguitur, prout vtriuſque radicem in præcedente Tabella ex Cluſio pingimus *Maior* bicubitum altitudine attollitur, *folijs* Orchidis, mucronatis, caulem amplectentibus: *flore* candido : *ſemine* minuto & neglecto. *Minor* palmos tantùm duos alta eſt, *folijs* Myrteis, *radice* nodoſa, & vltrò ſæpius naſcens.

Peregrina eſt planta quæ radice potiùs ſeritur quàm ſemine, quamquam ſemine ſata etiam proueniat. Maior vberior in Iaua Indiæ prouentus, vbi *Lancuaz* vocant : Minora verò in Chinarum regione, ex qua in Indiam aduehitur, Chinanſibus *Lauandos* dicta. *De vſu in ſequent.*


RADIX S. HELENÆ, PATER NOSTER, Galangæ ſpecies.



Naſcitur cõmuniter locis humidis in Florida : & *Pa er n ſter* & *S. Helena* Monardi dicitur, quòd in portu quodã ita dicto proueniat ; Hiſtoriæ Lugd *Pater noſter*, vel *Radix S. Helenæ*, *Monardis*. Cluſio *Radix S. Helenæ An Cyperi genus ?* Eius puluere balneantes Indi voluptatem corpus fricant.

Cæterùm calida & ſicca eſt tertio gradu *Galangæ* daqua antè : iiſque confert plurimùm quos ſtomachi humiditates, flatus & cruditates vexant, atque ſummum habetur Paronychiarum remedium. Adeò autem apud Malabarenſes vulgaris eſt, vt ea non ſolùm ad medicos morbos vtantur, ſed etiam panes ex ea conficiant, *Atas* dictos, quos in delitiis habent,

DRACKENA RADIX CLVSII : BEZOARDICA radix Tabernæmontani.



Hanc radicem ſecum ex ea peregrinatione qua totum Orbem circumiuit Eques Fr. *Dracke*, ſecum attulit, & amicis donauit : eàque de cauſa Cluſius qui pingit & deſcribit, eam etiam donatoris nomine inſcribit. Tabernæmõtano dicitur *Bezoardica radix*.

DRACKENÆ RADICI AFFINIS CONtrayerua radix.



Hanc à Naucleris ex Orientali India reducibus redemit Cluſius, qui magni apud Indos pretij eſſe audiuit.

Ex Charcis verò prouinciæ Peruana radices *quadam* venenis reſiſtẽtes aduehũtur, Iridis radicibus ſimiles, ſed minores, & ficolnei foli j odore. *Contrayerua* nomen illis dedêre Hiſpani Indias inhabitantes, quod *alexipharmacum* ſignificat: nec abs re, cùm earum puluis ex vino albo ſumptus, aduerſus omne ferè venenum, cuiuſcunque ſit generis, præſentiſſimum habeatur remedium. Ventris etiam animalia pellere traditur *Contrayerua*, &c,

CVRCVMA: SIVE OFFICINARVM TERRA MERITA: Arabibus *Curcum* : Turcis *Sarosk*,



Curcumã ſiue Terrã meritam Officinarũ *Nos* cũ Syluio Ruellio, Amato, Cordo, Dodonæo, Cluſio, Matthiolo, & ex Recentioribus plæriſque alijs, Dioſcoridis Cyperum Indicum eſſe ſtatuimus. Neq; vlla repugnat nota, vt ſcitè demonſtrat Matthiolus. Acoſtæ & nonnullis alijs dicitur *Crocum Indicum*, ſuntq; qui Curcumam radicẽ Chelidonij eſſe cenſent, ſed perperàm.

Duplicẽ eius agnoſcit Differentiam Cordus in Dioſcoridem, *longam* & *rotundã*.

Naſcitur verò in Cananor, in Calecut & Goa : magnaq; eius quãtitas ad Arabes, Perſas & Turcas defertur, quã omnes ex India aduehi fatentur.

Apud Pictores & Chimiſtas in frequenti vſu eſt, & apud Medicos philoſophiæ obtinet,

ZINGIBER: Germ. *Imber*: Gall. *Gingembre, Zingembre*: Ital. *Zenziero*, Arabibus, Perſis & Turcis *Gengibil*.



Gingiber arboris Piperiferæ radicem nō eſſe, quemadmodum nonnullis viſum, rectè ſtatuit Plinius. Eſt enim, authore Dioſcoride, Zingiber ſui generis planta, in Troglodytica Arabia magna ex parte naſcens: cuius radices Cyperi modo paruæ ſunt, candicantes & odoratæ, atq; ſapore Piper imitantur.

Qui plantam in India viderunt, Iridi aquaticæ ſimilem faciunt, ſed foliis magis nigricantibus: radicémque aiunt geniculatis internodiis repere, foliáque eius bis térue anno renaſceſcere.

Naſcitur in multis Indiæ regionibus, ſemine aut radice ſatum: optimúmque eſt quod ex Maluuai defertur, vbi frequentiſſimum & cùm multa cura colitur, aliogui minimè bonum.

ZINZIBERIS SPECIES MECHINVM DICTA: Secacul: Zerumbet: Zedoaria.



Proſtat in Officinis alia radix *Mechinum* hodie, & olim *Secacul* dicta, Zinziberi cognata & ſimillima. aptamẽ ab eo non maturitate quidẽ & improbitate, vt pauci verè ſcripſerunt nōnulli, ſed ſpecie, concretione, perſpicuitate, friſcedine, ſoliditate, acrimonia guſtu, & cal[...] humiditatis experta differens, eoque hunc cariem non patitur, cui, ob adiunctã humiditatẽ obnox[...]

Cæterùm vt ad Zinziberis hiſtoriam redeamus, cùm eruitur Zinziber, intermedium radicis in ſcrobe defoſſo relinqui ſolet, ad plantæ perennitatem; terráque opertum anno ſequenti germinat, & radices alias, ac noua folia, profert. De Zinzibere plura in *Appendice*, vbi etiam de *Zedoaria* & *Zerumbet*.

COSTVS, EIVSQVE SPECIES VARIÆ: Coſtus Arabicus Zingiberi ſimilis.



Coſto perinde atq; Thure Diis ſuis ſupplicabat Antiquitas, quare cum huius ſuperſtitionis gratia, tum vnguentorum deliciarú nque cauſa, eum in prætio habebat.

Planta peregrina eſt, à Veteribus quidem celebrata, ſed ſuis lineamentis non ſatis accuratè ſignata ac deſcripta: vnde vera illius dignotio prſectè nondum recentioribus patuit. Omnes quidem non aliũ radicẽ eſſe pronunciant, eiúſq; fruticẽ nullo eſſe quàm radice pretio: ſed ex quanam ſtirpe, & an ex vna tantùm vel diuerſis, nullus adhuc indubitanter aſſerit.

Si autem Antiquis fides non denegetur, tria agnoſcemus Coſti genera, *Arabicum* quod hic pingimus, *Indicum* & *Syriacum*.

COSTVS INDICVS CLVSII.



Triplex, vt dictum, Coſti genus fecit Antiquitas: eúmque in *Arabicum*, *Indicũ* & *Syriacum* diſtinxère Serapio & Dioſcorides, qui, vt de re nota agens, genera & delectum tantùm delineat. Auicenna *Arabicum* & *Indicum* quidem habet, ſed pro Syriaco *Tertium* amarum eſſe dicit & grauis odoris, quē nominat *Garyophyllata*. Sic ille dulcem aliquem videtur ſtatuere, cuius tamen nec Dioſcorides nec Plinius meminère: ac quem in rerum natura non dari contendunt graues ſcriptores. Aſt haberi volunt Monachi & alij: atq; Officinæ Auicennam & Meſuem ſecutæ duplicẽ faciunt Coſtum, *amarum & dulcem*, ſitéque dulcis ille dicitur, qui minùs tantùm habet amaritudinis; *pótiſſimum eſſe indicium*.

COSTVS DVLCIS OFFICINARVM.



Sic à Tabernæmontano & Camerario inſcribitur, quorum Figuras in vna Tabella hic exprimimus.

Vires autem *Coſti* quod attinet: Coſtus cùm ſubamarus ſit, modicè adſtringit: & quia acet, calefacit & ſiccat mitigat; ſuauiſque odoris eximiſque gratiâ, cor & ſpiritus reficit & exhilarat.

Coſti tandem variæ ſunt *Æquiuocationes*. Sunt enim qui *Zedoariam vulgarem* Coſtum eſſe ſtatuunt. Alij pro Coſto *Ferulæ radices*, venditant: alij grauiore errore, *radices Thapſiæ*. Coſtum etiam nonnullis dicitur *Petaſites*. De Helenio Comageno, Coſto credito, actum antè, eſtque illud Inulæ noſtratis ſpecies.

COSTVS HELENII FACIE OFFICINARVM.



Enulæ in Comagene Orientis regione prouenientis radices quales hic pingimus, pro Coſto à nonnullis diuenduntur, & in Icon. Pl. inſcribuntur *Coſtus Comagenus adulterinus Officinarum*. C. Bauhinus in Phyt. vocat *Coſtum amarum Officinarum*, ſiue *Helenium Comagenum Dioſcoridis*: Cordus *Helenij Comageni radicem*.

Naſcitur autem Coſtus verus in multis Indiæ regionibus, vt in Guzarate & circa Amadabat, vbi eius regionis percelebre[...]

[C]ANNA, SIVE ARVNDO, INDICA, quibuſdam *Flos Cancri.*



Inquilina Orbi noſtro facta hæc planta quo nomine à veteribus donata fuerit ignoratur. Nonnulli hac ætate, quia illius flos nondũ apertus, Cancri vulgò dicti chelas formâ & colore refert, *Florem Cancri* nuncuparunt: alij *Cannam Indicam*, quia ex America primùm delata eſt, & eius ſtolones Cannarum, ſiue Arundinum, modo nodoſi ſunt, appellare maluerunt. Hiſpani & Luſitani *Cuentas* nominant, à numero, quòd ex huius grano Sphærulæ ad numerandas preces idoneæ fieri ſoleant.

In Luſitaniæ quibuſdam Monaſterijs valde frequentem obſeruauit Cluſius, ſub ſtillicidijs ad muros ſatam. *Nos* vero varijs in hortis, Lugduni, Bononiæ, Geneuæ & Baſileæ.

ORCHIS, CYNOSORCHIS, SATYRIVM: Germ. *Knabenkraut*: Gall. *Couillon de chien*: Ital. *Teſticulo di cane.*



Eadem in generis Tribu cum Bulbis Plantæ etiam reponendæ ſunt, quæ à *radicum effigie* Teſticuli: *ab effectu* verò, quod, Satyrorum ritu, pronos ad Venerem reddant, Satyria vocantur. Inter eas autem Satyrijs vnus bulbus, Orchidi gemini: & ſunt quibus trini, *Triorchides* ob id dictę. Omnes tamen viribus affines, & Veneri amicæ, quapropter in Officinis ferè confunduntur: quod tamen promiſcuè non debere fieri notant Matthiolus, Dodonæus & Hiſtoria Lugdunenſis.

Variæ autem recenſentur *Orchidum Differentiæ*, ex quibus Orchidem barbatam fœtidam hîc pingimus, quæ in collibus muſcoſis ſolo pingui naſcitur: Maióque & Iunio floret.

ORCHIS SIVE TRIORCHIS LVTEA oblongioribus folijs.



Lobelio in Obſeruationibus dicitur *Triorchis lutea tertia C. Gemmæ, oblongioribus radicis oliuaribus bulbis*: C. Bauhino in Phyt. *Triorchis lutea radice oblonga fibroſa.*

Aliam verò huius generis Orchidem habet etiam idẽ Lobelius in Obſeruationibus, quam, vt & Hiſtoria Lugdunenſis, *Alteram* inſcribit, ſoliiſq; ait eſſe virentiore quam Tertia hîc picta: ac multùm cum Orchide Fuſia Orientali, de qua paulò pòſt, habere affinitatis.

ORCHIS GALEA ET ALIS FERÈ cinereis.



In duas ſpecies hoc genus quod ad florem attinet diſtinguitur: quarum alia *comam florum* promit *purpuream*, alia *albam*.

An Tragi Satyrium Mas quorundam, primũ & vulgatiſſimum Maio menſe florens?

Cęterùm Orchis & Cynoſorchis eadem herba nominatur, ait Galenus, vtiq; radicis eius quæ bulboſa eſt, & dupla humida eſt & calida. Verùm maior radix multã ſuperfluam & flatuoſam humiditatem habere videtur. Quare etiam pota Venerem excitat: altera verò magis elaborata, ſiccioris cùm ſit temperamenti, non modò Venerem non excitat, ſed etiam in totum cohibet & reprimit. *Plura in ſequentibus.*

ORCHIS STRATEVMATICA MAIOR.



Strateumaticæ, vel *Anthropomorphæ dictæ Orchides*, plurimorum iudicio cæteras pulchritudine vincunt. *Flores* enim *galeatis* homunculis, manibus pedibúſque truncis, ſpeciem habent, intúſq; candidi ſũt, maculis purpureis interſtincti, foris impenſiùs rubẽtes. *Caulis* eminens, ampliſſimúmque in longitudine & latitudine *folium.*

Floret in montium collibus ſyluoſis à Maij initio ad finem vſque.

Orchidem ſtrateumaticam ſiue militarem nuncupant plerique, & nonnulli Baſileæ etiam Gemmæ.

ORCHIS STRATEVMATICA MINOR.



In hac omnia minora: *flos* vero perquenuſtus, *ſed*, ut in præcedente, inodorus.

Militarem minorem inſcribit in Phyt. C. Bauhinus: Tabernamontanus in Icon. & Hiſtoria *Teſticulum ſtrateumaticum minorem.*

Iiſdem locis quibus Maior prouenit.

Addo autem quæ antè de Orchidis viribus & facultatibus ex Galeno dicta, nonnulla adhuc ex Theophraſti, Dioſcoridis & Plinij monumentis addemus. De hoc narrant, aiunt, Maioris radicem, ſi à viris edatur, Mares generare, Minoris verò radicẽ, ſi à fœminis edatur, Fœminam. Illúdque inſuper narratur, adduntque, Mulieres in Theſſalia teneram cum lacte caprino bibendam dare, vt Venerem excitent: aridam verò ad cohibendã: eam vtiq; alteram ab altera, ſi bibatur, [illegible]


Cynoſorchis prior Dodonæi : flore copioſo dilutè purpureo.



Folia habet lata, pinguia, Lilij foliis propemodum ſimilia : *caulem* pedalem aut altiorem, anguloſum, & in ea *flores* copioſos, ſpicatim digeſtos, colore rubenti diluta purpuræ, cucullo aut galeæ patenti ſimiles. *Pro radicibus* præter fibras ſuprà adhærentes, gemini ſunt bulbi, veluti teſticuli, forma aliquantulùm oblongi, quorum vnus plenior & vegetior, alter verò rugoſior.

Cynoſorchin omnium notiſſimum, atque in pratis vbique frequentiſſimum, vocant Aduerſaria. Lobelio in Obſ. & Hiſtoriæ Lugdunenſi dicitur *Serapias Dioſcoridis Cornelij Gemmæ*.

Orchis ornitophora folio maculoſo Lobelij, & Cornel. Gemmæ.



Huius *flores* aui volanti ſimiles plantæ nomen indidere. Plurimæ autem eius accidentales *Differentiæ* : in *floribus*, qui vel purpurei, vel purpuraſcentes, vel albi, & in *foliis*, prægrandibus vel paruis, ouialis figuræ, ex lato in acutum deſinentibus, vel ex acuto in amplum & rotundum. Floret Aprili & Maio.

Radices autem Orchidis, vt in harum Plantarum viribus enarrandis pergamus, cum vino & melle decoctæ, vlcera oris, & quæcunque eius vitia, ſanant : idque maximè præſtant eius quæ odorata eſt radices.

Orchis magna latis foliis, galea fuſca vel nigricante.



Folia habet quatuor aut quinque, magna, Liliacea, palmaria & ſeſquipalmaria, vncias circiter tres lata, ſtriata, arida, & præter hæc duorum foliorum in terra rudimentum. *Caulis* ſtriatus, ſeſquicubitalis, ſuperiora verſus purpuraſcens : in quo *florum* foris atro-purpureorum, internè verò ex rubro candido variatorum thyrſus : *odor* lauis non ingratus; *ſapor* viſcidus inſuauis.

Hanc in Ducatu Wirtembergico obſeruauimus, florentem Maio, non procul ab Vrbe *Dornſtet*.

Orchis quartus Tragi.



Dodum eſt genetum, ſi *florem*, quem alius purpureum prorſus, alius verò ex roſeo candidum, purpureiſque ac ſanguinis maculis notatum, profert, conſideres, Planta eſt omni ex parte ſatis magna, cuius viridia & mollia *folia* Lilium ferè referunt. *Radices* illius, quæ ſucculentæ ſunt & dulces, binis oblongis auricularum onis, aut veteris Galli gallinacei teſticulis, conferri poſſunt. *Tragus*.

Iconem hanc quam ſculptam emimus, Quarto huic Tragi Teſticulo ſatis reſpondere exiſtimamus.

Orchis delphinia maculoſis foliis; flore purpuro-violaceo, *Lobelij*.



Seſſilibus eſt, maculoſis obtuſioribúſque *foliis* : flore purpureo-violaceo: *caule* ſeſquicubitali, maiuſculo, latéque oliuari gemino bulbo. *Cynoſorchin Delphiniam* inſcribit Lobelius in Icon. Plant. C. Bauhino in Phyt. dicitur *Teſticulus 8. morionis foliis ſeſſilibus maculatis*.

Icon noſtra ex emptitiis an conueniat conſiderandum.

Cynoſorchis minimæ ſecundum caulem maculoſis foliis, floribus purpureis.



Hanc ſic inſcribit Lobelius in Icon. Plant. C. Bauhino in Phyt. eſt *Teſticulus 7. morionis minor foliis maculatis*.

Florentem Aprili variis in locis obſeruauimus : Circa Montbelgardum & Beffordiam in pratis & inter dumeta : prope *pont de vaude* Burgundiæ : prope *Maſſeuaux* Abbatiam in Suntgouia, atque alibi.

ORCHIS FOEMINA TOTA PVRPVREA, folio non maculato.



Gemino magno *bulbo* donata eſt, altero, eorum oblongo: *folia* quaterna aut ſena, longa, lata, læuia, ſplendentia: *caulis* dodrantalis & cubitalis, craſſus, in ſummitate purpuraſcens: *flores* confertim multi, purpurei, & interdum albicantes, odore ferè nullo: labello tripartito: medio ſegmento prolixiore, raris punctis purpureis in viridi albicanteue notato, alis foris intusq; purpureis, cum calcari ſatis longo purpuraſcente. Iiſdem cum præcedente locis reperitur.

ORCHIS ORNITOPHORA FLORE HERBACEO.



Foliis prædita eſt quaternis quinis aut ſenis, longis & duas vncias latis: *caule* pedali ferè longo, *floribus* que ex herbaceo ſubuirentibus: ex quibus quod laciniæ ſimile dependet, oblongum eſt & quaſi quadrangulum.

An Lobelij in Aduerſ. *Teſticulus Vulpinus* foliis latiuſculis & toti cauli appreſſis, floribus Papiliones volantes, aliáue paſſim ſe librantes, æmulantibus?


ORCHIS ORNITOPHORA CANDIDA.



In hoc genere duplex *florum varietas* reperitur: *vni* enim labellum albicat, vix tantillum purpurei habens: *alteri* flos totus cum calcari albus, nonnihil ad luteum inclinans. Ludunt ad hæc plurimùm hæc Orchis magnitudine.


Florentem obſeruauimus Aprili in pratis humidis circa Montbeliardum: Geneuæ verò Maio.

ORCHIS MINOR PVRPVREA, ET ALIORVM colorum, cum aliis virentibus.



Radix in teſtes duos rotundos, alterum ſuperiorem, alterum inferiorē, diuiſa, cum fibris aliquot adnatis. *Folia* octo aut vndecim nonnullis, magna, duas vncias aut paulò plùs longa, anguſta. *Caulis* palmum aut ſeſquipalmū altus, altióris interdum. *Flores* ſua eo entes, ſtriati, vna vice ſe pandentes, rubentes, labello latiore quàm in præcedente, fimbriato, ac calcari breuiore, ſaturatioribus punctis puniceis in albo carneóue diſtincti. *Alæ* vnà parte virentes, magis tamen tactis quàm foris, reliquâ rubentes. Singulorum autem florum pedicolis appoſitum folium purpuraſcens. Iiſdem cum præcedente locis reperitur.

ORCHIS MAIOR TOTA PVRPVREA, maculoſo folio.



Orchis maior tota purpurea *folio* maculoſo, quam hic pingimus quæ in re demptis nigris foliorum maculis differat ab ea quam *Maiorem totam purpuream non maculatam* diximus paulò antè conſiderandum.

Fuchſio in Iconibus & Hiſtoria eſt *Orchis Mas anguſtifolia, Schmall Knabenkraut Menle*: An Tragi Cynoſorchis mas, ſiue Teſticulus quadam generum?

ORCHIDIS GENVS PARVVM, FLORE PRORſus purpureo, odoris ſuauiſſimi.



Quintum eſt Teſticuli genus Trago, qui bipartitum facit, at verumq; *folio* Lilij foliis ſimili. *Flores* purpurei prorſus & ſuauiſſimo odore ad Garyophyllæum accedūt. Naſcitur hæc Orchis in aſperis plærumque montibus, ſubter Iuniperos, terrā forti & alba gaudens.

An Cluſij in Hiſtoria poſt. *Orchidis genus elegantiſſimū* ſiue Teſticulum, binis craſſis bulbis præditum, vno ſucci pleno, altero flaccidiore, quod in Orchidibus vulgare eſt: *foliis anguſtis, longis*, &c.

ORCHIS PARVO FLORE RUBRO, SIVE Phœniceo.



Palmo vix maior eſt: *folijs* pluribus non magnis, *caulem* multùm amplexantibus: floribus ſeſcunciam longis, & penè vnciam latis, paruis, rubris, & ferè vnius coloris. An *Teſticulus morio tertius* Dodonæi? An Cluſii in Paon. *Orchis flore rubro elegantiſſimo*? *Orchidem 19 flore elegantiſſimo rubro* inſcribit C. Bauhinus in Phyt. Vidimus Nos Mõtbelgardi in pratis, vertus *Sonchaut* florentem Iunio.

TRAGORCHIS MINOR FLORE FULIGINOSO; Germ. klein Bocks Hödle.



Lobelio in Obſ. & Icon. Plant. dicitur *Tragorchis minor & verior C. Gemma*, ſiue Corioſmites vel Coriophora, flore inſtar Cimicum. *Flos* enim fuliginoſus eſt? eiuſque figura color, & odor Cimicis. *Folium* atque abſimile minori Delphinio Satyriſco: gaudet irriguis, & floret cum Delphinus.

Hiſtoriæ Lugd. dicitur etiam *Tragorchis minor & verior Gemmæ*.

ORCHIS BATAVICA.



Dodrantali aſſurgit *caule*: quem ternæ aut quaterna ambiunt anguſta *folia*: ſummiſque *caulis* breuem ſuſtinet *florum ſpicam*, elegantis intenſiùs rubri coloris, trifido labro propendente.

Rara inuentu eſt, & in macris tantùm aggeribus prouenit, niſi in hortos transferatur, in quibus comam florum latiùs explicat.

ORCHIS MINOR ANGUSTIFOLIA, LATIS ſuprema parte foliis.



Tabernæmontano dicitur Teſticulus 16. *Klein knaben kraut*; nullam autem more ſolito exhibet eius deſcriptionem. At ſi Icon ad plantam facta, notabile eſt Orchidis genus, in eóque à cæteris differens, quòd *folia* ſuperiora iuxta *flores* ſint longa, cùm aliis ſint breuia.

C. Bauhino in Phyt. eſt Orchis 29. Tabernæmont. 36. minor.

ORCHIS PARVIS FLORIBUS; MULTIS punctis notatis: An Cluſii Orchis Pannonica 4.?



Bulbi huic, vt in cæteria, duo alter oblongus, alter verò rotundior, quibus adnaſcuntur fibræ. *Caulis* ſeſquipalmaris, cui circumiecta *folia* quina ſeptenáque, palmum longa, ſeſcunciam lata; quorum aliqua repanda, aliqua verò caulem inuoluentia. *Flores* in ſpicam ſatis breuem confertim digeſti, exigui, calcari herbido breuiſſimo, galeâ ferrugineâ; aliiſque vel totis herbidis, vel ex dimidio purpurantibus, in iis rubro punctatis. *Labellum* ſimile quodammodò animalculo quadrupedi tripartito vel quadripartito, albo, foris penitùs albicãte, intùs creberrimis punctis ſaturatè purpureis notato; apicibus in ſicta luteis. Floret Maio in pratis.

An Camerario hor. *Orchis minor flore guttato ſanguineo*;


ORCHIS ROTUNDUS DALECHAMPII.



Radice, ait, conſtat gemina, teſticulis ſimili, carnoſa, ſuperne ſub. ria; *caule* vnico, ſubrubro, rotundo: *foliis* ad ſummum tribus vel quatuor, latis, venoſis, pallidis, Arundinis inſtar è caulis amplexu ſeſe explicantibus: *flore* puniceo in Capitulis globoſis & aliquantulùm compreſſis: non aliorum generum modo, in thyrſum longum ſe explicante &c.

Cliuoſis frigidorum montium pratis gaudet.

ORCHIS PURPUREA FLORE MAXIMO.



Apud Matthiolum ſine deſcriptione extat in Comm. cum magnis Figuris Lat. & Ital. ſub Titulo *Fiſſi alterius* Icon quædam cum maximo flore: eſtque in eadem Tabella alterius plantæ Icō, cui calcaria longa, quæ fortè ad *Orchidem albam calcari longo referenda.*

Hoc autem Orchidis genus ex Italia Nobis fuit allatum.

ORCHIS FUCIFLORA: GALEA ET ALIS purpuraſcentibus.



Foliorum huius, quæ Plantaginis anguſtifoliæ foliis reſpondent, alia terræ ſternuntur, alia *caulem* ambientia ſurrigunt. In *caule* palmari & dodrantali *flores* rari, calcaris expertes, galeâ & alis purpuraſcentibus, linea viriſcente à ſummo ad imum decurrente: quod labelli loco eſt, amplum exiſtit & pingue foliū, fucum pulchrè exprimēs, colore fuliginoſo, elegantis luteolarum linearum diſcurſu variatum, rictu concauo viridi, ſupra quem in roſtello latent *apices* lutei: *pediculo* incuruo, ventrioſo.

An Fuchſii *Triorchidis alterum genus*, flores obtinēs diuerſis coloribus diſtinctos, purpureo videlicet, candido, viridi & nigricante: inferioréque parte *fuci* plane effigiem exhibens.

ORCHIS MELITTIAS TABERNÆMONTANI.



Sic à Tabernæmontano inſcribitur: ab Hiſtoria Lugd. *Orchis Meliſſias Gemma*: & à Lobelio in Obſer. & Icon. Plant. *Orchis Meliſſias* ſiue *Apis cadauerulum exprimens* C. Bauhino in Phyt. *Orchis* 24. *Fucum referens minor, foliolis ſubuirentibus. Orchis apem referens, ſurgentium altera Dioſcoridis ſecundum quoſdam.*

ORCHIS SIVE TESTICULUS SPHEGODES, hirſuto flore.



Galeam aliſque expandit virentes, in floréque & obſoletiore fuliginoſo colore fucum potius quam apem refert: *Folium* inſi nū hirſutum, pro labello eſt, in quo non lutearum linearum, ut in Fuciflora Orchide diſcurſus viſitur, ſed ſolummodò liuidæ duæ reliquo folio læuiores depreſſiuſculæque, transuerſâ lineolâ coniunctæ, H. maiuſculum Romanorū efformant: atque aliis duobus locis coëuntes inſulam oual figurâ, ligneſam hirſutámque circumſcribunt.

Dodonæo eſt *Orchis ſerapias* 2. *minor*: C. Bauhino in Phyt. *Orchis fucum ferens tertia.*

ORCHIS MYODES GALEA ET ALIS HERBIDIS.



Folia tria, quatuor aut quinque, nonnunquam lata & nonnunquā anguſtiora, longitudine circiter palmari: *Caulis* tenuis, palmaris, bipalmaris & maior: atque in iis *pediculis* ſurrectis, ventrioſi, quibus inſidens *flores* rari, ſine calcari, figurâ quidem Muſcæ corpuſculum effigiantes: & colore rubigineo obſoletóque, & inamœnâ purpuraſcente fuſcedine, *Fucum* exprimentes.

Floret Maio, in pratis Mōtbelgardi ſatis frequens.

ORCHIS MYODES FLORE GRANDIUSCULO.



Lobelio in Obſ. & Icon. Plant. *Orchis myodes altera* C. *Gemma, folio latiore & flore grandiuſculo.* An eidem Lobelio & Penæ in Aduerſ. *Teſticulus vulpinus, foliis Plantaginis* [illegible] *ſ.* [illegible] Hiſtoriæ Lugd. *Orchis Myodes altera Gemma.* Tabernæmontano in Icon. & Hiſt. *Teſticulus muſcarius* 4. C. Bauhino in Phyt. *Orchis* 28. *muſcam referens maior.*

ORCHIS HVMILIS MYODES LVTEA.



Inter ea omnia Orchidum genera quorum *flores* Papilionem, Muſcam vel Fucum aliquo modo referunt, rarius & præcellentius id meritò habetur, cuius flos totus eſt luteus. Eruerunt hoc Pena & Lobelius in Narbonæ æſtuoſis & aridis ſterilibus declivibus, inter Ciſtum marem & Ilicem cocciferam: atque in bethidis Grammaticæ ſylvæ viciois.

ORCHIS PARVA AVTVMNALIS LVTEA.



Duobus aut tribus *foliis* Plantaginis quinquenerviæ ſimilibus, venoſis, glabris, imum *caulem* colore ..., donata eſt: ipſe ve... Iunceus, pedalis atque adjectum dimidium ... thyrſum gerit longum *floſculorum* puſillorum, ex ... bido colore in luteum vergentium, ſuavi Moſchi ferè odore fragrantium, è caule appreſſo veluti calyce prominentium. *Bulbus* cauli imo adhæret unicus, exiguus, à quo fibræ propagantur, quibus utrius aut alter bulbus pendulus adhæreſcit.

An Cluſii in Pann. *Orchis puſilla, pallida, odorata*?

ORCHIS FRISIA HIRSVTA LITTORALIS Lobelij.



Duo, ait Lobelius, habet *folia*, Bifolio ſimilia, paulò minora, quàm Plantago anguſtifolia, hirſuta & tactu aſpera. *Caulis* palmum altus. *Floſculi* multi, ex luteo virides, ut in Hyacintho majore. *Radices* duæ parvæ rotundæ.

Orchidē littoralem Gemmæ vocat Lobelius in Obſ. & Icon. Plant. Tabernamontanus in Icon. & Hiſt. Teſticulum luteum, Orchidem luteam.

ORCHIS SPIRALIS ALBA ODORATA.



Duplici *radice* nititur bulboſâ, oblongâ, villoſâ, fibriſque aliquot donatâ. *Caulis* dodrantalis aut pedalis, teres, *foliolis* acuminatis viridibus, pinguibus, ceu vaginâ, veſtitur. Floſculorum verò odoratorum, albidorum, clauiculatimq; hærentium, thyrſus ita natus, ut ſpirarum inſtar, ſummo verſus circumagatur; Hi internâ parte ex luteo virent, ad latus autem duo foliola candida, veluti alæ hærent. Vtriculi ſuccedunt, ut in reliquis ferè Orchidibus, parvo pulverulento ſemine referti.

Edītis, incultis & aridis locis gaudet: ac Auguſto & Septembri flores promit: Prope Baſileam ad Byrſeck caſtrum frequens admodùm; ne non Montbelgardi ad ſeparum hortum.

ORCHIS RADICE REPENTE, CAMERARII.



Radix huic repens & geniculata: *folia* craſſa, nigra: & *floſculi* albi. Naſcitur ſponte in opacis ſylvis, & in rameotis arborum quæ vetuſtate emarcuerunt. Ad hortos tranſlata durat, ſed colorem requirit magis pallidum, nec tam craſſa manent folia.

Cæterùm Orchidis, potiſſimùm odoratæ, radix ſi in vino coquatur, addito pauco melle, putrida oris ulcera ſanare traditur.

ORCHIS LILIFLORA MINOR SABVLETORVM Zelandiæ.



Ortu & facie compactiliſque ſquammatum ſerie, ſimillima eſt Eriophoro bulbo, fibrillis impacta ſolo, ſubviridibus eminentibus bulbis. *Cauliculus* palmaris: *Flores* quod attinet, non fuere ij annotati à Gulielmo N. mercatore Batavo, qui hanc Deſcriptionem dedit Teutonicè, & provenire ait iuxta maritimos ſabuloſos aggeres Harlemo proximos, in Sylva tertea, vulgò Erdeo boſch, &c. *Lobelius*.

ORC[HI]S ALBA CALCARI LONGO.



Bifolium eſt & nonnunquam trifolium hoc Orchidis genus & odoratiſſ. omnis: reperitúrque in collium & montium ſiccioribus pratis: vt Nos in huiuſmodi locis, in via quâ Monthelgardo Hericourium itur frequens [illegible] obſeruauimus: vt & in montibus valli *Griesbach* imminentibus, vbi Iunio florebat odoratiſſima.

Sunt qui triplicem eius agnoſcant differentiam, *latifoliam, Anguſtifoliam*, & *Tertiam*, in qua minora [illegible].


ORCHIS HERMAPHRODITICA BIFOLIA.



Solo gaudet paluſtri floſque Iulio erumpit, omnino candidus & tener. Hermaphroditica autem dicitur, quoniam inter Cynoſorcheis & Serapias dictas Orchides, quoad radicis potiſſimùm formam, medium quid obtinet.

Lobelio in Obſ. & Hiſtoriæ Lugdunenſ. dicitur *Orchis Hermaphroditica Gemmæ*, ſiue *Orchis p'y.hodes diphilla*.

ORCHIDIS GENUS SATYRIUM CASTRATUM vel Eunuchum dictum.



Lobelio in Obſ. dicitur *Satyrium caſtratum* vel *Eunuchum ex genere Cynoſorchios C. Gemmæ*: Hiſtoriæ Lugdunenſi *Satyrium caſtratum Gemmæ*: Tabernæmontano in Icon. & Hiſt. *Teſticulus 6, caſtratus*: C. Bauhino in Phyt. *Satyrium* 15. cuius radix minimè bulboſa & rotunda eſt, ſed in duas oblongas partes diuiditur.

ORCHIDES, CULICES TRIPHYLLÆ DICTÆ.



In Iconibus Plant. poſita Icon cum hac inſcriptione, *Culices triphylla*. C. Bauhinus in Phyt. vocat Orchidem trifoliam minorem, & Culices minores triphyllas.

Eſt autem Nobis Orchidia genus triphyllum, cui *flores* parui ſpicati purpurei, in *caule* palmari vel pedali; & *radices* quatuor craſſæ, vnciales & ſeſcunciales. Id verò vnde habuerimus non recordamur.

ORCHIDES BATRACHITES, VEL Batrachoides, Cornelij Gemmæ, *Lobelij*.



Ex eorum genere habentur quæ ſexus ſunt ambigui: ita vt Hermaphroditicum Teſticulum non malè appelles: Sunt enim mediæ inter Serapides & Cynoſorcheis, maximè quoad formam radicum.

Hiſtoriæ Lugdun. *Orchis Batrachoides Gemma*: Tabernæmontano *Orchis Batrachoides*: C. Bauhino in Phyt. Orchis 37. ſiue *Hermaphroditica*.

ORCHIS PERPUSILLA FLORE PURPUREO.



Inſignem eſſe *orchidum varietatem* ex antecedentibus ſatis ſupérque patet: obſeruatur autem ea etiam in magnitudine: vndè *magnas, medias & minimas* variis locis reperire datur. Quam porrò hic pingimus Nobis Argentinâ miſit olim D. Aggerius Stirpium inueſtigator diligentiſſimus, cui amnoſ multum Montbelgardi, prope pagum Souchant, obſeruauimus.

SATYRIVM REGIVM, PALMATA.



Orchides & Satyria, quòd viteſ ferè eaſdem poſſideāt in Seplaſiis confundunt: cùm tamen, vel ipſo te Dioſcoride, notis ac facie pluri- mùm inter ſe diſtent.

Orchidum Hiſtoriam & Icones huc vſque propoſui- mus; iam de Satyriis propriè dictis agendum. Duo propo- nit Dioſcorides, quorum ſecundum omiſerunt Gale- nus & poſteriores Græci. Duo habet Plinius, ſed non eadem quæ Dioſcorides. Vixque adhuc hodie ſatis cognita *Dioſcoridis Satyria*. Nec etiam admodum obuiū quod ille per *Satyrium Baſili- cum* intelligat. Ex omnibus autem quæ hodie habentur eius ſpeciebus, *Palmatum non maculatum mas maius* dictum, quod purpuraſcen- tes habet flores, hic pingi- mus.

PALMATA FOEMINA FLORE RVBRO, VEL dilutè purpureo, folio maculato.



Synonyma ſunt *Satyrium Baſilicum*, ſiue *regium*, *Pal- ma Chriſti*, ſiue *Palmata*, & *Orchis Serapias*. *Arabum Bu- zeidan & Auicennæ Digitus citrinus* nonnulli etiam inter quos Matthiolus, huc refe- runt: at reluctantur M[illegible] chi & Hiſtoria Lugdunen[illegible] Nos verò inter contra[illegible] eorum opiniones toto animi fluctuamus.

Palmæ Chriſti & *Palmatæ* nomen fuit plantæ nomen propter ſimilitudinē aliquam cum hominis manu vel di- gitis habet.

Ceterùm differentiæ [illegible] ſunt plurimæ: à ſexu, magnitudine, à foliis & à floribus potiſſimùm deſum- ptæ.

PALMATA MACVLATA FOEMINA ALIA: Palma Chriſti Serapias fœmina, *Lobelij*.



Non in eam altitudinē ex- creſcit in quam iam dictæ ſpecies; radicibus tamen cum iis conuenit. *Flores* purpureo colore præditi ſunt, ſatuiſque punctis no- tati, criſtaſque exigunt ala- rū expertes. Vnicuiq; autem flori appoſitum folium acu- minatum ſaturè purpureum.

Lobelio in Icon. Plant. dicitur *Palma Chriſti Sera- pias fœmina pratenſis*: Do- donæo de ß. *Satyrium baſi- licum alterum*.

PALMATA, SIVE PALMA CHRISTI, ALBA maculoſa.



Hanc *Palmam Chriſti montanam maculatam* in- ſcribit Tabernamontanus in Iconibus & Hiſtoria: *Baſi- licum montanum maculoſum* C. Bauhinus in Phyt.

Locis montoſis prouenit. Præcedentes verò ſecus vias & in dumetis paſſim obſer- uantur: ac in hortos tranſ- latæ lætiſſimè florent.

PALMATA, SIVE SERAPIAS PALVSTRIS latifolia, flore albo ſubpurpuraſcente.



Hiſtoriæ Lugd. dicitur *Cy- noſorchis paluſtris platyphyl- los Gemma*: Tabernæmon- tano in Iconibus & Hiſtoria *Palma Chriſti paluſtris, vvaſ- ſer Hendekens vvurtz*: Lo- belio in obſeru. *Serapias pa- luſtris latifolia*, *Cynoſorchis paluſtris platyphylla*. *folio lap[illegible] flore albo purpuraſcente*.

PALMATA, SIVE PALMA CHRISTI, Floribus albis vel exalbidis.



Folia huic Lilij, dilutè virentia, nulliſque ma- cularum aſpergine nota- ta. *Caulis* palmaris, in cu- ius ſummo faſtigio *flores* ſpi- catim digeſti, albi, vel exalbi- di pallеſcentis coloris, nullis punctis diſtincti, anteriùs morionum hiantibus cucul- lis ſimiles, vtrinque auriti, & latiuſculo pallido labro propendente: poſteriore verò parte Corniculum ha- bentes, vt Conſolida regalis, grauiter odorati. *Radices* geminæ, velut palmæ in bi- nos pluréſue digitos diſtri- butæ.

Habetur etiam & huius generis floribus purpureis. Eſtque vtraque circa Mon- belgardum ſatis frequens.

[illegible] SERAPIAS PALVSTRIS LEPTO- [illegible] olacea, maculata & non maculata.



Lobelio in Obſeru. dicitur *Cynoſorchis paluſtris* altera C. Gemmæ, ferrûs floreos, comâ violaceâ, foliis totidem lævibus & non maculoſis, alias verò maculoſis: Hiſtoriæ Lugd. *Serapias paluſtris* altera leptophylla Gemmæ; C. Bauhino in Phyt. *Satyrium* 3. baſilicum mâſus, Latifolium alterum.

PALMATA ANGVSTO FOLIO VILISSIMA paluſtris.



Lobelio in Obſ. & Icon. Plant. dicitur *Cynoſorchis paluſtris* læui & anguſto folio, leptophylla, omnium viliſſima C. Gemmæ: Hiſtoriæ Lugd. *Cynoſorchis leptophylla Gemmæ*: Tabernæmontano in Iconibus & Hiſtoria *Palma Chriſti* paluſtris: C. Bauhino in Phyt. *Satyrium* 16. paluſtre folio læui.

PALMATA SERAPIAS MONTANA, FOLIO læui, *Lobelij*.



Lobelio in Obſeru. & Icon. Plant. dicitur *Serapias montana*, folio læui. & *Cynoſorchis montana* folio [illegible], C. Gemmæ: Hiſtoriæ Lugd. *Serapias* montana folio læui Gemmæ: Tabernæmontano in Iconibus & Hiſt. *Serapias montana. Berg Knabenkraut*: C. Bauhino in Phyt. Satyrium 11. baſilicum montanum bicubitale.

PALMATA FLORIBVS IMPENSE RVBRIS.



Lobelio in Obſeruat. & Icon. Plant. dicitur *Dracontias folio* & floribus impenſè rubris, C. Gemmæ: Hiſtoriæ Lugd. *Cynoſorchis Dracontias Gemmæ*. Floret circa finem Aprilis, aut Maij menſis initio. Naſcitur autem in humidis & vliginoſis, præſertim vbi nigrior terra eſt.

PALMATA PALVSTRIS NEPHELODES.



Flos illi communis ferè cum cæteris maculoſis: quapropter etiam communem appinximus Satirij deflorescentis formam, vnà cum corniculis, quibus ſemen atomon prorſus includitur.

Cynoſorchin paluſtrem leuphodem vel Nephelodem Gemmæ inſcribit Lobelius in Obſeru. & Icon. *Palmam Chriſti paluſtrem* Tabernæmontanus in Icon. & Hiſt.

PALMATA SIVE CYNOSORCHIS MACRO- caulos, galericulata, C. Gemmæ.



Lobelio in Obſ. dicitur *Cynoſorchis macrocaulos*, vel *conopſea*, ſiue galericulata C. Gemmæ: Hiſtoriæ Lugd. *Cynoſorchis Conopſea*: C. Bauhino in Phyt. *Satyrium* 12. *montanum bicubitale*.

Floret circa medium finémque menſis Maij, atque ad Iunij ferè medium.


PALMATA CARYOPHYLLATA.



Orchis Serapias Caryophyllata femine prægnans. Flos Orchidis Serapiadis caryophyllatæ, Lobelio in Hiſtoria Belg. & Plant. Iconibus: Caſpare Bauhino in 1 hyt. Satyrion 2. baſilicum maximum.


Palmatæ vſum quod attinet, non deſunt qui eius radices febrem quartanam ſugare credant, vt fertque Nicolaus Florentinus, ſe eaſum tantùm vſu Bibliotum quendam ab hac febre liberaſſe.

PALMATA ANGVSTIFOLIA MACVLATA purpurea.



Foliis eſt [illegible] anguſtis, maculatis & non maculatis, quinque vel ſex alternatim per *caulem* prouenientibus, quorum inferiora latiora, ſcuta vncià tamen molè anguſtiora, retroflexa, quatuor vel quinque vncias longa. ſuperiora verò breuiora & valde anguſta. *Caulis* cubitalis, alijs maior, atque interdum etiam minor. *Flores* multi ſpicam breuiorem exprimentes, purpurei. *Radices* pluribus digitis conſtant, Icon eſt ex emptitiis.


PALMATA RVBELLA CVM LONGIS CALCARIBVS, Palma Chriſti, & Palma Chriſti maior, *Matthiolo*.



Duplici nititur *radice* palmata, vigore viciſſitudinario annuatim, pulcherrimâ obſeruatione ſe exerente: Nam ea quæ cauli pabulum ſubminiſtrat: tota flaccida affœtaque apparet: quæ verò ſequenti anno caulem productura, plena ſucculentaque eſt. Plurimis alioquin & interdum ad 24. vnciam longis, digitis præditæ ſunt. *Caulis* cubitalis & ſeſquicubitalis, quem ambiunt *folia* anguſta, infernè longiora, & supernè breuiora. Supremam porrò eius thyrſus occupat peramœnus *floſculorum* rubellorum, calcari prælongo & tenuino prædiforum: quibus in vtriculis ſtriatis ſuccedit *ſemen* puluerulentum ferrugineum.

Prouenit variis locis, circa Montbelgardum frequens, Icon eſt ex emptitiis.

PALMATA MINOR ODORATISSIMA: PALMA Chriſti minor multis: Citrini Auicennæ Digiti.



Folia habet Croci: *Caulem* dodrantalem, inermem, lænem: atque in eius cacumine *florem purpureum*, Amaranthi æmulum, qui tenens odorem quam ſuauiſſimum reddit.

Dodonæo eſt *Satyrium baſilicum minus*, & *Palma Chriſti minor* Matthiolo, qui *Citrinos Auicennæ digitos* eſſe hærentibus Monachis aſteret conuinciatur: Sed minùs modeſtè, vt rectè notant Aduerſarii, cùm ſuam affirmatiuam ſententiam, ne vllâ quidem rationis vmbrâ aſſerat.

Palmam Chriſti minor [illegible] *& Satyrii ſpeciem odoratam, & præſtantiſſimam*, inſcribit Bened. Aret. *Palmam Chriſti minorem* Hiſtoria Lugd. & alij: *Palmam Chriſti fœminam* Tabernamontanus.

PALMATA RVBELLA MINIMA.



Hanc inter Beffordiam & pagum *Danintin* vidimus in pratis: præcedentem verò in Rhætiæ monte Burmio, ac Geneuæ in monte *Salena*.

Cæterùm *Palmæ Chriſti minoris* Matthiolo dictę pulueris, ex aqua ignitum chalybem experta epotus, dyſentericis maximè prodeſſe creditur. Radices authore Auicenna, qui *digitorum citrinorum* genus facit, excalfaciant & ſiccant ſecundo receſſu. Seminis puluis drachmæ pondere ex vino potus, comitialibus ſubuenit, totáque planta & ſingulæ eius partes ad varia alia commendantur, ſuper quibus conſulantur practici.

SATYRIVM ERYTHRONIVM MATTHIOLI.



Satyrij erythronij nomine variæ traduntur Plantæ: *Phallus Hollandicus*, de quo in huius Sciagraphiæ claſſe xi. *Nucis Caciophora medulla*, de qua Claſſe [illegible]. *Tulipæ ſpecies aliquot*, & *Hyacinthus aameterum*, de quibus antè in hac eadem Claſſe: & tandem *Dioſcorides Satyrium erythronium*, quod quale ſit nondum inter Scriptores conuenit. Hic autem dicti Satyrij ex Matthiolo pinguntur *radices*, quæ cortice conſtant tenui & [illegible]ſo, pulpâ verò intus can[illegible] ori non ingratâ, ſapor[illegible] dulcis.

De iis hæc tradun[illegible] ſaria: Oſteni aba[illegible] aiunt, & penè [illegible] excutiebat, Iac. Cortuſ[illegible] [illegible]erns, ſi manibus [illegible] attrectando, totum venere[illegible] ſurgere libidinibus.

OROBANCHE : Germ. *Spyn oder Wind-kraut* : Gall. *Tigne* : Ital. *Orobanche.*



Orobanche dicitur Græcis hæc planta quaſi *Ervi angina*, quòd Orobum ſiue Eruum ſtrangulet. *Necam* etiam, quaſi Necem, appellant nonnulli, quoniam rapiendo Leguminum inter quæ naſcitur alimenta, ea necat : vnde etiam *Lupus* quibuſdam dicitur.

Quod autem rectè monet Theophraſtus, Quædam ſunt perſpicuè multorum communia : ſed quia in quibuſdam maiorem vim habent, horum exiſtimâ ur, veluti *Orobanche* Orobi, *aparine* Lentis Limodorum ſiue potiùs *Hamodorum*, Cumini & Fœnugræci.

Cæterùm ex variis Orobanches ſpeciebus, Nos eam hîc pingimus quæ flore eſt maiore hirſuto purpureo.


OROBANCHE FLORE MINORE, HIRSVTO & purpuraſcente;



Duplex à Veteribus ſtatuitur Orobanche : quarum *vna* cauliculus tantùm eſt ſobtuber, quam deſcribit Dioſcorides : *altera* verò Legumen eſt, aut Leguminum, Eruique præſertim, vitium & peſtis, de qua hîc agimus.

Sunt, *variæ* à Recentioribus recenſentur *ſpecies* : aliæ enim latiores ſunt, aliæ humiles : aliæ albi, aliæ albidi, aliæ flaueſcentis, aliæ fuſci, & aliæ ſubcærulei coloris : nonnullæ aliarum radicibus adnaſcuntur, plurimæ per ſe ſubſiſtunt, & ſolæ inter alias plantas & germina naſcuntur: pleæque autem omnes vnico ſimplicique caule ſunt prædite, interdum ramoſum & multifidum illum habent.

OROBANCHE MINOR PVRPVREIS FLORIBVS, ramoſa.



Hanc variis locis in ſegetibus obſeruauimus, atque etiam in agris Cannabi conſitis.

Vulgaris autem Orobanche prouenit in agris conſitis Auenâ, Piſis, Fabis, Lentibus, & eiuſmodi Leguminibus, quorum eſt vitium. Reperitur etiam in Syluis, & in arenoſis maris littoribus: Maioque & Iunio floret.

Orobanches *vires* & facultates quod attinet : ſiccatæ puluerem ex tepido vino hauſtum, vt præſentiſſimum ad Coli dolores remedium apud Belgas prædicari, ſcribit, Cluſius. Quidam, ait Matthiolus, *Herbam Vaccæ*, & *Herbam Tauri* nuncupant, quòd vaccæ eâ devoratâ ſtatim Taurum adeant.

OROBANCHE MAGNA PVRPVREA, Monſpeſſulana.



Hæc prope Monſpelium floret Aprili in Sylua *Gramont*. Caulis illi digitalis craſſitudinis, altitudinis autē bicubitalis, totus purpuraſcens, cui ſerie quadam ſurſum verſum, appoſita inerunt folia ſatis brevia, amplexicaulia. *Scapum* obſident *flores* purpurei, Orchidis flore non ſimiles, calcaribus breuibus, ſinguli foliolo inſecti. *Radix* nullis teſticulis bulb ſûe donata.

Sunt autem qui Orobanchen *Florem malum*, & *malum Henricum*, & *malam Herbam* nuncupent : ac ſi Thymo adnaſcatur, *Epithymum* appellari vult Matantha : nec deſunt qui *Rapum Geniſtæ* ad Orobanchen referant.

OROBANCHÆ AFFINIS NIDVS AVIS : Germ. & Belg. *Vogels Neſt* : Gall. *Nid d'oiſeau.*



Leimodoris [Hęmodoris] indubitanter adnumerandum cenſet Cluſius hanc plantam : & Lobelio ac Dodonęo, *Orchis abortiua* & *Satyrium abortiuum* dicitur. & Germanis nonnullis *Morgentrehen*, ac quam *Coagulum Plinij* eſſe exiſtimant nonnulli.

Vliginoſis & umbroſis ſyluis naſcitur, Maioque menſe floret. Frequentem vidimus prope Baſileam verſus Auguſtam, circa Tigurum, & in monte *Bar*, qui medio milliari à Montbelgardo diſtat. Florum autem color fuluus eſt aut pallidus.


OROBANCHÆ ET NIDO AVIS AFFINE PSEVdo-Leimodoron Auſtriacum violaceum, Cluſij.



Tota Stirps ſaturo purpurę & planè violaceo, colore prędita eſt, atque floret Iunio.

Lobelio dicitur *Nidus auis* ex ſpeciebus Satyrii abortiui, Orchis abortiua, & Satyrium abortiuum.

Dentaria Aphyllos Minor Tabernæmontani : Germ. *Klein kaal kraut.*



Tenella eſt plantula, ſpithameæ altitudinis, ſucculenta, alba, ſine foliis. *Cauliculus* articulorum quibuſdam veſtigiis diſtinctus videtur: eiuſque ſumma *floſculi* tenelli aliquot occupant, ad Orchidis flores quàm proximè accedentes. *Radix* alba eſt, denticulata. In montibus creſcit Auguſto.

Amblatum Cordi, Sive Aphyllon ad Orobanchen accedens.



Radix huic multi[illegible], & mira Squammarum [illegible]latarum congerie [illegible]ba, molli & ſuccoſ[illegible]. *Caulis* dodrantalis, [illegible] digiti craſſitudine, teres, [illegible]culentus, & fragilis: [illegible] ex longis interuallis [illegible] quædam membr[illegible] foliorum æmulæ p[illegible]dent. Supremam cauliculi partem occupant *flores* plures [illegible]tes, nutantes, & [illegible]orſum ſpectantes, omnes ruf[illegible] vel purpuraſcentes. Iis ſucc[illegible]dunt *Vaſcula* Auellanæ ma[illegible]dine, *ſemine* rotund[illegible] paruo denſiſſimè farct[illegible].

Reperitur in montibus vmbroſis, vbi floret Maio. Aſtringit, refrigerat & abſtergit. *Plura in Appendice.*

Arum : Germ. *Aron, Aronkraut* : Gall. *Pied de veau, Vit de Cinen* : Ital. *Aro.*



Ari folium, inquit Theophraſtus, admodum amplum eſt & latum, cauum & Cucumeraceum : caulis vt etiam flos nullus, &c.

Plinium notant Marcellus & Cordus: ille quòd Arum cum Dracunculo confundat; hic verò, quòd radicem magnam habere ſcribat.

Dioſcorides Arum folia emittit Dracunculi, longiora, & paucioribus maculis diſtincta: caulem dodrantalem, ſubpurpureum, piſtilli ſpecie, à quo croceum ſemen: radicem verò Dracunculi, albam.

Variis autem aliis nominibus donatur Arum: vocatur enim etiam *Aron, Iarus Officinarum, Colubrina, Serpentaria, Pes vituli, Barba Aaronis, Sacerdotis veretrum ſiue mëntula*, &c. *Plura in ſequentibus.*

Arum Byzantinum.



Ari *Differentia* obſeruantur aliquot, ratione loci, ratione folii, & ratione piſtilli. Sic hocce Conſtãtinopolitanum ſiue Byzantinum vocat Cluſius, quòd radices Conſtantinopoli allatæ fuerint. Obſeruatur etiam in foliis differentia: ſunt enim ea maiora vel minora, acutiora vel rotundiora, maculis albis, purpureis nigriſue aſperſa. Sic variat etiam piſtillus, colore vel purpureo, vel ex albo luteo.

In Italia habent tres ſpecies Ari, vnam cum maculis nigris, aliam cum luteis & tertiam ſine maculis. Cum maculis verò nigricantibus in campeſtribus, in vineis, in ſeminis propter ſepes, ac vbiuis fermè viretum, vixdum Hyeme exactâ, folia edit. *Plura in Appendice.*


Arisarum : Germ. *Munch hoden.*



Ex Dioſcoridis ſententia Ariſarum Herbula eſt, cuius radix Oliuæ magnitudinem implet. Ariſarum Aro minus faciunt Galenus & Paulus, eique eandem tribuunt radicem, nec plura illi de Aſaro habent. Eius ſub Aris nomine meminit Plinius, cuius diminutiuum Ariſarum eſſe volunt nonnulli: at quid propriè ſit Veterum Aris, quidùe per illam intelligat Hippocrates, qui de ea primus ſcripſit, nondum ſatis conſtat.

Tametſi autem vnici tantũ Aſari hiſtoriam poſteritati reliquerint Veteres: duo tamen eius genera agnoſcunt Recentiores, *Latifolium* ſcilicet quod hic pingimus, ac cuius *flos* Monachalem cucullum referens, extrema parte fuſci eſt coloris, in cæteris albus, & *Anguſtifolium*, de quo mox.

Arisarum Angustifolium.



Ariſarum *Latifolium* frequens eſſe ſcribit Cluſius in Luſitaniæ ſepibus, ſalebroſ[illegible]que collibus, atque iuxta [illegible] *Anguſtifolium* verò in [illegible]tis & Filicetis Liguriæ [illegible]taneum reperitur: atque Lobelio, in hortis Belg[illegible] Gallicis & Anglicis, col[illegible]

Folia eius longa ſun[illegible]guſta, viridia, ſplendenti[illegible]na aut ſena: poſt qu[illegible] *Cucullus*, longior & [illegible]oatus, retrorſum ip[illegible] & albicans prodit: è c[illegible] oblongus veluti [illegible]lit, ſpithamæ inte[illegible]gitudine, inflexu[illegible] purpuraſcentis, [illegible]teo vireſcentis, [illegible] Fructus racemi [illegible]ſus & albus.

Eſt autem Ariſ[illegible]thore Dioſcoride, [illegible]sis acrimoniæ q[illegible] ad eomas curã [illegible]

SERPENTARIA, DRACVNCVLVS: Germ. Schlangenkraut: Gall. Serpentaire: Ital. *Serpentina.*



Glabes purpuraiſque maculis aſperſus caulis, verſicolori ſpecie corpus anguinum repræſentat, & ſubruſtis eius cauda, draconem intortum: quo factum vt in omnibus Linguis nomen illi à Serpentina figura fuerit inditum.

Theophraſtus pro ſuum more, neglectâ deſcriptione, de viribus tâtùm agit. Plinius cum Aro confundit. Dioſcorides verò in *Maiorē* & *Minorē* diſtinguit, & vtrumq; ſatè deſcribit. At diverſis tantùm vocibus vnam eandemq; rē: quo fit vt Galenus, Paulus, Ætius, Serapio, Oribaſius, Marcellus, Cornarius, Amatus, Matthiolus, & alij Scriptores pleriq; omnes, vnum tantùm Dracunculum apud Dioſcoridem agnoſcant, alterius verò capus pro ſuppoſititio habeant.

DRACVNCVLVS AQVATICVS, VEL PAluſtris.



Vliginoſis hic paluſtribus locis, atq; in paludibus ipſis, ac pigris camporum riuulis, provenire ſolet. Floretque vt pluſimùm Maio. Præcedens verò Dracunculus vmbroſis circa ſepes & macerias gignitur. Vtrumque, Maiorem ſcilicet & Minorem, (ſi Diis placet,) Tridenti & Venetiis vidit Matthiolus. Nos certè vnicum agnouimus, & qualem, exceptis foliis, Dioſcorides in vtroque capite deſcribit.

Vires autem quod attinet, Dracuntium, teſte Galeno, quiddā Aro perſimile obtinet tū foliis tū radice: cæterū illo sū acrius tū amarius: ac proinde calefactoriū magis & tenuiū [illegible] A ſignatura vim [illegible] pētes tribuunt Recentiores [illegible] autem illi omnibus potens aquaticus.

COLOCASIA, FABA ÆGYPTIA, CVLCAS: *Maria di noſtra Signora.*



Dioſcorides Fabam Ægyptiam deſcribens, Theophraſtum ferè ſecutus eſt, & vtrū que interpretatur Plinius. Minimè verò illi ſpinoſa radix, vt vult Theophraſtus. Nos nec flores nec fructus apprimus quis, vt monet Alpinus, Colocaſiam *Culcas* dictam, nemo floribus vel fructibus vſquam præditam vidit, quamvis vtrumque illi tribuat Dioſcorides, & perperàm Matthiolus Iconiſmo addat. Cur igitur *Fabam Ægyptiam* vocarint Veteres, cùm nullas Fabas ferat, haud ſatis conſtat.

Semen multum gignit, atque ad libidinem excitat: de naturalibus & cultoribus vſu poſt ſub ſtea *Faalim*.

HETICH THEVETI: OEtvm Plinii: RAPVM Americanum. Aquam coacervans Planta.



Hetich duo genera reperirit ſcribit Thevetus: alterum quod coctū à Maoneſis, Mali Cydonij inſta: alterum verò quod eadem albeſcit. Vtriuſque folia ſunt Maluacea. Semen verò nullum fert hæc planta, ſed radicibus in taleolas diſcisſis, ac deinuò terræ commiſſis, propagatur.

Sunt autem in Americanō ſolo perfrequentes hæ radices, nec āliud ferè iis in viaticum cibarium venit. Dalechampius *OEtum Plinii* eſſe exiſtimat, de quo ait: Mandunt & OEtum, cui pauca folia minimaque (*magna* Theophraſtus,) radix magna.

Apud Siberoſnationem Americanam invenitur etiam planta, ampliſſima habens folia, in quibus, vt & in radice, copioſiſſimam contineri & aſſervari aquam, ſcribit Bēza.

FAALIM THEVETI, HELENIO SImilis.




Foliis præſertim Helenio ſimilis eſt Herba, cuius feraciſſima *Mombaze* inſula, ac quæ vernaculā Lingua *Faalim* nuncupatur. *Thevetus.*

Venenis ſerpentum omnium, quibus Regio illa abundat, adverſatur, eorumque præſentiſſimum ac præſtantiſſimum eſt remedium.

Cæterū Colocaſiā, de qua paulò ante, apud Ægyptios, haud ſecus ac noſtros Rapis, agros plenos ſpectari, ſcribit Alpinus, eolque & crudam & variis modis apparatam aſitare. In Creta copioſam repertis Bellonius ad rivos, in Luſitania Cluſius, ac coliſtur etiam in hortis.

BATATAS, PLANTA PEREGRINA INDICA, *Camotes, Amotes & Ares* etiam dicta, Cluſij.



Veteribus an cognita fuerit haret Cluſius, ac propterea nullum nomen Græcum vel Latinum addit.

Spontè naſcitur in nono Orbe, & omnibus radix provinciis, vnde primùm in Hiſpaniam delata. Nunc verò in multis Bæticæ locis ſeritur, vel integra, vel in taleolas ſecta: integræ ſcilicet minores radices, maiores in fruſta conciſæ.

Temperatam dicit Monardes, mediæque veluti ſubſtantiæ inter carnes & fructus, ac multi alimenti, ſed flatulentam. Radix admodum vtilis eſt, ac loco ſegetis, eſtatque ab incolis aut cruda, aut cocta: atque etiam nunc Hiſpanis, ob ſaporis gratiam, in deliciis eſt.

IGNAME SIVE INHAME.



Variæ formæ & magnitudinis radices Bătatis affines in Inſula D. Thomæ, & aliis non procul à nouo Orbe diſſitis, ſuapte ſponte oriuntur. Singuli bulbi, teretes, oblongi, Napum vtrinque obtuſum æquant: color pullus illis foris, albidus intus: Sapor gratus valdè, & quaſi Milii delicatioris, aut Fabæ frefæ.

Pedalis & amplioris ſunt longitudinis, brachialis autem craſſitudinis, multiſque exiguis fibris, ac ſcabro & inæquali cortice prædutæ.

RADICVM IGNAME, SIVE INHAME alia Icon.



Aſſis & elixis ve[illegible] lani, tum cibo tum Veneri illicior atque etiam ex Sale, Oleo & Aceto iis ve[illegible].

Radicum ſubſ[illegible] alba eſt, lenta & ſucc[illegible], atque veluti grumoſa. [illegible] non ingrati ſap[illegible] nec guſtum ſeſe[illegible] nerior.

Radices illæ cum [illegible] ois tum Hiſpanis Poſ[illegible] vernaculè dicuntur.

AGES, GVARAGVAX, TVNNA.



Agium ſpecies, vt ex Petri Martyris Hiſtoria habemus, innumeræ ſunt: Sumunturque à foliis & à floribus earum differantiæ.

Species vna dicitur *Guaragoax*, quæ intus foriſque albida: alia *Guaraguei*, colorem habens violaceum foris, at intùs candidum: alia *Zazaneio*, quæ foris rubaſcit, & intùs candida eſt: alia *Squinetes*, quæ intus foriſque albida: alia *Tunna*, quæ vbique violacea: alia *Hobos*, pelle carneque flaueſcens: alia *Atebuneax*, pelle violacea, carne candida: alia *Aniguamar*, foris violacea, intus alba: alia *Guacaracca*, pelle candeſcente, carne violacea.

Colunt in Inſula Cuba, & loco fructuum vtuntur, vt Noſtri Rapis, Napis, Raphanis, Tuberibus, &c.

Figuræ hîc pictæ in Hiſtoria vniuerſali ſub ſequenti Titulo ponuntur, meliùſque fortè illi conueniunt.

MANIHOT, IVCCA ET CASSAVI.



Panis genus habent Indi Occidentales quod *Caſſaui* vulgò appellant. Id ex *Iucca Manihotue* efficitur. Eſt autem Iucca vel Manihot radix Napi craſſitudine, quæ nullum ex ſe ſemen fundit, ſed Cannas tantùm quaſdam nodoſas & ſolidas, cum viridibus foliis, vt Cannabis. *Iuccam* vocant nonnulli, alii *Manihot*.

Non vnum autem eſt Iuccarum genus: ſed alterum altero ſuauius & pretioſius, ex quo Regalis edulium paratur. Et eſt quo veſcuntur nobiles, & aliud quo veſcitur Populus. Tali pane innumeris penè ſeculis vitam ſuſtentarunt Indi, & hodie etiam victitant, qui in illis Regionibus degunt Hiſpani.

ICON

CLASSIS XIX. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE STIRPIVM CLASSIS XX.

DE RAPVNCVLIS, CAMPANVLIS, ET IIS AFFINIBVS.

RAPVNCVLVS, RAPVNCVLVS VVLGARIS: Germ. *klein Rapüntzel*: Gall. *Raiponce*: Ital. *Raponcoli*.



RApunculi an meminerint Veteres, inter Recentiores controuertitur. Veterum *Rapum Syluestre* eſſe exiſtimarunt Ruellius, Cornarius, Fuchſius, Geſnerus & Dodonæus; idque eò indubitantiùs affirmarunt Ruellius & Cornarius, quòd Rapunculo Rapi Syluestris Dioſcoridis & Pliniaçę delineationes omni ex parte conuenire videantur. Aliter verò Matthiolo, Lacunæ & alijs viſum eſt, quicquid dicant Ruellius & Cornarius, Dioſcoridis & Plinii deſcriptioni non reſpondet Rapunculus An Plinii *Iaſione*? An *Siſer* & *Siſarum Columellæ*? An *Auicennæ Pes Locuſtæ*, vt nonnulli volunt, Indicate docti & periti. *Plura in ſequentibus.*

RAPVNCVLI GENVS FOLIO SERRATO rotundiore.



Variæ habentur *Rapunculi ſpecies* & *differentiæ*. Vulgaris *radicem* habet minimi digiti ferè craſſitudine, Napi parui ſimilitudine, albam & dulcem: *Folia* ex oblongo per extremum rotunda, per terram ſpargenti, nonnihil inciſa, hirſuta. *Caulis* cubitalis & ſeſquicubitalis, hirſutos, lacteſcens, foliis veſtitus acutioribus, pediculorum expertibus.

Flores nolas imitantur, per oras laciniati, cærulei, quos *vaſcula* excipiunt oblonga.

Icon noſtra prima, quæ ex emptitiis eſt, non placet, hæc verò pulchram oſtendit varietatem.

De *loco, tempore, vſu* & *viribus* mox agemus.

RAPVNCVLVS MONTANVS, SIVE TRACHElium montanum, flore ex cæruleo albicante.



Rapunculus vulgaris naſcitur in collibus, pratis, ſyluoſis, ſatis inter ſegetes, & arua non ſatis, vbiuis ferè, tam in calidis quàm in frigidis regionibus; ac in hortis etiam ſeritur, vt grandiores det radices ad acetariorum vſum.

Æſtate ſemine prægnat, Hyeme verò tota viret. Florentem verò obſeruauimus Monſpelii Aprili: Patauii & Baſileæ, quà iuxt *Menſes*, Octobri.

RAPVNCVLVS MINIMVS, FOLIO TENVI gramineo.



Radix huic craſſiuſcula; *Cauliculus* tenuis dodrantem vnciarum comoſum gerit *Florem* cæruleum, Rapunculi ſpicati. *Folia* caulem comitantur, ipſo penè longiora, fili inſtar tenuia, numeroſa.

Cæterùm, vt ad Rapunculi vulgaris vſum & facultates redeamus. Radix in caliditate & frigiditate non longè abeſt à temperatis, imò nec in aliis qualitatibus. Eſtur in acetariis cruda aut cocta, ac maximè guſtui placet, & appetentiam excitat. Genevæ, Montbelgardi, aliiſque in locis, Vere & Hyeme, ſi non rigidior ſit, non ſolùm radices in acetariis aſſumuntur, ſed etiam folia.

RAPVNCVLVS SPICATVS SIVE COMOSVS, albus & cœruleus: Folio maculato & non maculato.




Natales eius, inquit Schvvenckfeldius, montosa & aſſioſa prata, convalleſque nemoroſæ. Iunio Spica viget.

Rapuntium maius inſcribunt nonnulli: German. *Groſſ Rapunzel*: Belg. *Grote Raponcelen*: Gall. *Grande Raiponces*. Quibuſdam eſt Rapunculus nemoroſus vel ſylveſtris: aliis Rapunculus alopecuroides.

Eſt huius generis *Mas*, cui maculata folia, & *fœmina*, cui non maculata. Variatque præterea longiore vel breviore ſpicâ: & florum colore, albo, cinereo, & purpureo: atque etiam foliorum formâ & magnitudine.

RAPVNCVLI SPICATI, SIVE COMOSI, alia Icon.



Genevæ albus cum longa ſpica variis in locis prove[...] ut & Montbelgardi inte[...] bem & *Charmontey*, at[...] tiam in Sylva *le Chesa*.

Radix autem, tum [...] tum præcedentis, priùs [...] caulem protrudat, elixa, [...] cum ſale, aceto & oleo [...] rata, cibi appetentiam pa[...] ſtomacho prodeſt, & urin[...] elicit.

RAPVNCVLVS ALPINVS PARVVS Comoſus.



Radice ſquammis veluti compactili, ex veteribus foliis reſidui, ut in Nardo Celtica penè videre eſt, craſſiuſculâ, ſenſim attenuatâ, prædita eſt: *folia* fundente numeroſa, unciam unam aut alteram longa, culmum lata, ad Nardum Celticam accedentia, longis nixa pediculis: inter quæ *cauliculus* ſurgit duûm unciarum, non ſine foliis, quæ tamen anguſtiora: cuius cacumini *flores* inſident cærulei, Raponculi comoſi.

Collectam in Stiriæ montibus, miſit Argentinâ D. Agerius. Quoniam autem nonnulla illi cum montis Baldi Rapunculo communia, eius partes aliquot ſeorſim hic adpingendas curavimus.


RAPVNCVLVS ALPINVS MAGNVS Comoſus, ex Baldo.



Palmaris eſt *caulis*, ad imâ ſquammatus, foliis infimis Bottonariæ Bellidis cæruleæ dictæ ſimilibus, ſuperioribus Bellidis maioris, profundè ſerratis, latioribus quàm inferiora, qualia etiam in ſummo caule, qui comoſus, radiatim crebra flori ſubiiciuntur. Singulares *flores* etiam mainſculi, veram inflatû referentes, imâ parte laxiores, albicantes, ſenſim teruantur in cervicem violaceam, unde longè florem ſupereminens ſtamen tenue nigricans, in tortiles veluti capreolos deſinens, emicat.

Icon noſtra facta eſt ad plantam ſiccam quam adhuc habemus: exiſtimamus autem eſſe Ponæ *Trachelium petræum minus Baldi*.

RAPVNCVLVS FLORE GLOBOSO PVRpureo, & radice longâ.




Cubitali aſſurgit altitudine, *caule* ſatis gracili, parte inferiore purpuraſcente quodammodò, supernâ verò viridi. *Folia* quatuor uncias longa, in ambitu ſerrata, dodrantali pediculo innixa, & quæ infimæ caulis parti adnata reliquis duplò latiora ſũt. Summum caulis faſtigium in ſpicam deſinit florum ex purpura cæruleorum.

Genevæ collegimus, *radicem* autem eruere non potuimus, quia inter ſaxa & locis confragoſis naſcebatur.

An Cluſii Rapunculus alopecuroides orbiculari ferè ſpica?

RAPVNCVLVS CRETICVS PIETRA-*Marola* dictus, flore purpureo.



Cretica planta eſt, nec uſquam alibi ſponte provenit: reperiturque in arvorum marginibus ſecus vias, læto ſolo, & inter parietes. Floret Æſtatis principio.

Vocatur *Petromarola*, quaſi Petræa Lactuca, licet [Honorio Bello teſte,] nihil illi cum Lactucis commune. Aliis, quia Venerem ſtimulare creditur, obſcœno nomine *Petro-cauli* dicitur.

CAMPA-

CAMPANVLA, CERVICARIA: Germ. *Hals kraut:* Gall. *Gands noſtre Dame, Gantelée:* Ital. *Campanula.*



Rapunculis affinitate coniunctæ Campanulæ, quibus flos ab anguſtia paulatim in latitudinem ſe laxans, effigie calathi aut campanæ, apud vulgus Campanularum nomẽ dedit. Sunt autem earum variæ ſpecies, quarum ſeptem hîc proponimus.

Ea autem quam in hacce Tabella pingimus *Campanula* dicitur *maior & aſperior, folio urticæ:* Rapi Sylueſtris genus vocant nonnulli, alij Trachelium maius, Ceruicariam & Vuulariam.

Variat flore candido, dilutè purpureo, vel ad cœruleum inclinante. Reperitur & ſtrigoſior. Paſſim varijs locis ſpontè provenit, ac in hortis etiam habetur.

CAMPANVLA SIVE CERVICARIA MAIOR, læuior, flore albo magno.



Multùm à præcedente differt. *Folia* enim illi glabra ſunt, vixque apparentes habent pilos: & ſerraturæ erunt minores, nec ita inæquales. *Flos* alioqui magnus albus.

Cæterùm refrigerandi adſtringendi & ſiccandi facultate pollet Campanula: ideoque decoctum illius vtilè ad oris exulcerationes, & tonſillarum incipientes inflammationes aliaque eius mala, quæ adſtrictione indigent, confert: atque vtile etiam eſt haud dubiè ad alia quævis vlcera, ob inſignem quam obtinet in exiccando facultatem.

Radix alba tenera in acetariis editur, ieiunio Verno præſertim.

CAMPANVLA ALPINA GLABRA, FLORE dilutiſſimo cœruleo.



Hanc in montium Tyrolenſium verticibus collegit olim Doctor Agerius, à quo habuimus.

CAMPANVLA ſiue CERVICARIA BONONIENſis, paruo flore cæruleo.



Bononienſis inſcribitur, quia Bononiæ copioſè prouenit pereleganŝ hæc planta, quæ etiam haud ita parua eſt: vt pote cuius ſummitas floribus veſtita pedalis eſt, quamplurimis abundans Campanulis.

CAMPANVLA REPENS FLORE MINORE cæruleo.



Refrigerantis, vt reliquæ, & nonnihil adſtringentis, eſt facultatis, ac in acetarijs etiam editur. Geſnero dicitur *Rapum minus ſuis radicibus ſerpens:* Dodonæo *Rapi quartum genus.* Varijs autem in locis copioſè prouenit, ſuoſeptata, ac quod vix eradicari poſſit, plurimùm exoſa.

CAMPANVLA PVLCHRA BVRGVNdica.



Flores hæc habet ex albido cæruleo, partim nutantes, & partim ſurſum vergentes, breui purpuraſcenti pediculo inſidentes, ab eõue pendentes. Nos ex Burgundia allatam per multos annos in S.P. horto Montbelgardi colebamus, vbi Iunio & Iulio menſibus florebat.

CAMPANVLA PARVA, ROTVNDIFOLIA Anguillaræ Cantabrica dicta, flore ſaturatè purpureo.



Variis locis ſpontè prouenientem reperimus, Lugduni, Baſileæ & Geneuæ. Nuſquam verò lætiùs quàm Montbelgardi, in arcis muris atque ... poſitis.

CAMPANVLA FOLIO HEDERACEO, Cantabricæ Anguillaræ ſpecies.



Tenella eſt plantula, ... tenuibus, ... ſeſquipalmaribus ... per quos *folia* ... virore perfuſa, ... Cymbalariæ, ... laciniæ ſunt acutæ. *Floſculus* pediculo, ... longiuſculo, ... virens, gracilis, ... ſummas oras lacinias ... ſulcus, cæteroqui pallidus.


CAMPANVLA LYCHNIDEA FOLIIS Anguſtis, piloſis; flore ex candido purpureo.



Lychnidis ſpeciem appellant Myconus, à foliorum figura, & florum quadam ſimilitudine, quamvis non tam calida ſit ac reliquæ Lychnides à Dioſcoride & Galeno traditæ.


In montibus & locis maximè ſiccis prouenit, floretque Maio.

CAMPANVLA SERPYLLIFOLIA.




Viticulas habet fruticoſas, Serpylli, longas, multas, in varios ramulos tenuiores diuiſas: in quibus *Folia* ex aduerſo coniugatim poſita, Serpylli æmula, inæqualia magnitudinis, crenata, nonnihil piloſa, breuiſſimis pediculis adnexa. Ex ramulorum extremitatibus petioli oriuntur, palmares ferè, foliis nudi, in quibus *flores* bini terniue, deorſum nutantes, Campanularum forma, minimi digiti vngui magnitudine cedentes, coloris cærulei.

CAMPANVLA ANGVSTIFOLIA CÆRVLEA & alba.



Procera eſt ad cubitos duos, *caule* anguloſo, rigido, ex atro virore ſplendente. *Folia* vix culmo latiora, palmo longiora, rigida, leniter denticulata, proximè cauli alternatim adnaſcuntur; èque eorum alis pediculi prodeunt vnum, duos, aut plures *flores* ſuſtinentes, Campanulæ, ſed magis patulos, coloris vt plurimùm cærulei, rariùs albi, cum apicibus concoloribus: ſuccedunt *Capitula* tribus foraminibus pertuſa, ſupra vmbilicum ſeſe tollentibus quinque foliolis. Radix quàm Rapuntio minor, ſed magis fibroſa tortuoſáque.

CAMPANVLÆ ANGVSTIFOLIÆ CÆRVLEÆ & albæ, altera Icon.



Vtramque Horti voluptatis tantùm cauſſa alunt, vt Nos diu in S. P. horto Montbelgardi coluimus, & ipſimet in noſtro habuimus. Spontè autem prouenientes variis locis obſeruauimus: in Alſatia, inter Sultz & Zenne Vrbes, Geneuæ circa montem Saleuæ, nec non in colle la Baſtie, atque alibi.

TRACHELIVM: Germ. *Halskraut*; Gall. *Gantelée, Gands noſtre Dame, Herbe de la luette.*



Trachelium & Ceruicaria dicitur hæc planta ob inſignes dotes quibus tracheliu, ſeu collo ſiue ceruici, proficua eſt: eodemque nomine apud Germanos, Belgas, Gallos & Italos deſignatur.

Eſt autem Trachelium duplex, *maius* ſcilicet & *minus*, quæ duo genera in varias ſpecies ſubdiuiduntur de quibus mox.

Quod hic pingimus eſt *Trachelium maius petræum Ponæ, flore albo*: quod non niſi inter mas aſperrimorum lapidum ſaldis reperit, vbi circa coronæ templum pullulat, nec alibi.

TRACHELIO MAIORI PONÆ SIMILE, ſi non idem.



Verona plantam accepimus, cuius iconem hic damus: quæ, cùm campanulas ferat, *Criſta galli* nomine eas etiam appellauerit Caſparus Bauhinus non videmus. *Nos* quidem tenemus idem eſſe cum Trachelio maiori petræo *Ponæ*, in cuius icone, pro foliorum crenis, malè pinguntur longi pili.

TRACHELIVM ALTISSIMVM HIRSVTVM, aſperius, folijs anguſtis.



Radice craſſâ nitidum & ſubdulci: *cauliſque* erigit bicubitalem vel tricubitalem, craſſiuſculum, hirſutum, *folijs* ornatum anguſtis, longis, ad Echij folia accedentibus, aſperis: *flores* confertim conglomerantur, vt in Trachelio minore, campanulati, ſed minores, cùm tamen planta maior.

Reperimus inter *Sultz* & *Senne* Alſatiæ vrbes florens Iunio.

TRACHELIVM MINVS ALBVM.



Varijs in locis apricis præſertim, in pratis & hortis ſponte prouenit hoc Trachelij genus, ac in hortis etiam colitur. Iunio, Iulio, Septembri & Octobri flores refert: folia verò primo vere in acetarijs eduntur Rapuntij ſapore.

Quod hic Icone exprimimus, id Argentinæ in celeberrimo Meieri horto vidimus, effecitque fortè cultura maiora omnia.

TRACHELIVM RAMOSVM, Floribus plærumque ſingularibus.



Radix huic craſſiuſcula, vnciasque nos longa, paucum fibroſa: *folia* ad radicem multa ex breuibus pediculis, vnciam vnam vel duas longa, mediam lata. *caulis* hirſutus, pedales in ramos diuiſus, qui deſinunt in folia breuia, lata, ex quorum medio oriuntur magnæ campanæ, purpureæ, plærumque ſingulares.

TRACHELIVM TRAGOPOGI FOLIO, Flore purpureo, Fab. Columnæ.



Differt hoc à reliquis Trachelijs florum & foliorum formâ, ac lactis copiâ. Eſui tamen, vt illorum; radix apta eſt.

TRACHELIVM SIVE VIOLA CALATHIANA Gerardi Angli.



Hanc nec nos vidimus, nec vllus habet præter Gerardum, à quo mutuati ſumus.

TRACHELIVM CANDIDVM ANGLICVM Majus.



Folia huic Digitalis. *Flores* Trachelij, ſed maiores & longiores, candidiſſimi: *caulis* binûm ternûmve cubitorum, ſ... *Radix* fibroſa, ... lacteſcens, ... *Semen* Trachelij, ſed maius.

ERINOS, ERINEOS, ECHINOS: Erinos maior, Fab. Columnæ.



Erinus, authore Dioſcoride, naſcitur apud fontes & fluvios: *folijs* Ocymi, ſed minoribus, & parte ſupernâ diviſis: *ſurculis* quinis ſeſquidodrantalibus, *flore* candido: *ſemine* verò nigro & acerbo. Folia & caules lacteo ſucco turgent.

Plinio dicitur *Erineos*, Galeno verò *Echinos*: nec amanuenſium, vt nonnulli exiſtimant, lapſu, ſed Ruellij, Matthioli, Maſſariæ, & Agricolæ iudicio, approbanda lectione.

In viribus aſſignandis cũ Dioſcoride cõcordant Plinius & Galenus: nec ab ijs it Paulus, ſed his eandem proponent plantam, i. ex Dioſcoride: a. ex Galeno, ſibi non cognitam demonſtrat.

ERINOS MINOR FAB. COLVMNÆ.



Erini, Erinei vel Echini nomine variæ apud Scriptores habẽtur Plãtæ. *Tithymalus dulcis*, *Rapunculus ramoſus*, *Epimedium*, *Scrophularia maxima radice*, &c. Quibuſdam *Hydreron*, id eſt, aquaticam Herbam, dici ex Dioſcoride habemus. Secundum alios Erinus eſt Plinij Lactoris. Nec deſunt qui quærant, An *Noli me tangere* ſit Erinus, necne.


Cęterùm Erinon in *Maiorem* & *Minorem* diſtinguunt Recentiores, illûmque, quem iam deſcripſimus, foliorum forma, lactis copia & ſapore, delineationi Erini Antiquorum reſpondẽtia aſſerunt. Reſpondet & natali loco, ſiquidem in locis aqueoſis, fluviorum ripis, & montium radicibus frequentiſſimus eſt.

PYRAMIDALIS SIVE COLVMNARIS: Campanula pyramidalis.



Campanulam maiorem maximamve ſunt, teſte Dodonæo, qui columnarem Plinij eſſe aſſerant, cùm tamẽ herbæ columnaris nomen apud Plinium non reperiatur. Duplex autem habetur vulgò *lævis* & *hirſuta*. Nos hirſutam hic pingimus quæ nobis aliquando in tantam creuit altitudinem, vt facilè lanceam æquaret *caulis* qui hirſutus, medullâ albâ farctus, ac folijs veſtitus inferne & ſuperne hirſutis, acuminatis: ſertantique *flores* longa ſerie Campanulas imitati, Rapunculi vulgaris floribus haud maiores, cærulei, per terna ſæpe nati, ex vno pediculo plures.

MEDIVM DIOSCORIDIS, RAVVVOLFFII.



Inter frutetа ſepeſque, an, in altum exurgit, & violæ Marianæ Dodonæi, perſimilis eſt planta. In folijs tantùm obſeruatu digna differentia, quæ diviſa magis, Cichorij inſtar. Flores etiam magis pandentur, octo foliolis in orbem diſpoſitis conſtantes.

Rauuolfio & Hiſtoriæ Lugd. dicitur *Medium Dioſcoridis verum*, & *Medium Rhazis*. Caſparo Bauhino in Phyt. *Viola Mariana, laciniatis folijs, peregrina*.

In profunda tenebroſa & aſpera valle Libani ... Rauuolfius.

De Medio & Epimedio conſulat lector Appendicem.

VIOLA MARIANA DODONÆI, quibuſdam Medium Dioſcoridis.



Viola Mariana dicitur etiam Tabernæmontano, C. Bauhino, Gerardo, Cluſio, & alijs: Geſnero *Rapi Sylu. genus maximum*: Nonnullis *Rapum Sylu. Dioſcoridis*: alijs eiuſdem *Raphanus Sylu.* Cæſalpino *Rapunculi genus grandius*: ac multis tandem *Medium Dioſcoridis*, ſed perperàm, deſcriptio enim non reſpondet, vt ex eius cum Violæ Marianæ collatione patet.

Violæ autem Marianæ, violacei vel purpurei, vt plurimùm quidem, coloris flores geſtant: Sed tamen etiam albos, interdum cœruleos, nonnunquam cineracei coloris, atq; etiam ex albo & violaceo, vel radiatim, vel maculatim, commixtos. *Plura ad latus ſequens ſit Figura.*

VIOLÆ MARIANÆ DODONÆI alia Icon.



Duas hîc promimus Icones, vt quod vni deerit, altera suppleat.

Naſcitur autem hæc Viola ſponte in ſyluis & montibus, opacíſque pleriſque, vt notat Matthiolus, Germaniæ & Italiæ tractibus: Colitur verò in hortis Nos Baſileæ, Patauii & Bononiæ obſeruauimus, ac ipſimet Geneuæ & Montbelgardi in horto habuimus. Non autem ſimul ſed particulatim flores, Iunio & Auguſto menſibus.

Refrigerantis & nonnihil adſtringentis potentiæ eſſe ſcribit Dodonæus, atque, vt aliorum ſylueſtrium Raporum, aptam eſſe radicem, quæ acetarijs addatur.

AVICVLARIA SYLVII QVIBVSDAM floribus purpureo-violaceis.



Onobrychio eſſe aliquando ſuſpicatus eſt Dodonæus: poſtea verò mutauit ſententiam: Sicque perperàm Lobelius & Hiſtoria Lugdunenſis Onobrychidis Dodonæi nomine exhibuerunt. Meliùs Geſnerus *Auicularam Syluq.* & *Viciam quandam Anonymon* inſcripſit.

Copioſè prouenit inter ſegetes, & Nos ſæpe inter eas Monſpelij, Baſileæ & Geneuæ obſeruauimus, florentem Iunio & Iulio: Montbelgardi habuimus in horto, vbi Nobis eodem tempore floruit.

ALOPECVROS ALPINVS, QVIBVSDAM Echium montanum Dalechampii.




Thyrſum hic triam vnciarum, aut palmarem, ſi montícola ſit planta, gerit; *florum* inter folia emergentium, ex cœruleo palleſcentium, oblongorum, & per oras laciniatorum, e campanulis è medio *ſtaminulis*.

Trachelium thyrſoides, & *Ceruicariam maiorem tenuifoliam* inſcribunt alij, & nonnulli Echium montanum Dalechampij.

Creſcit in altiſſimis Sabaudiæ montibus.


DIGITALIS: Germ. *Fingerhutt*, *Vvaldtſchell*. Gall. *Digitale*, *Doigtier*, *Gantelée*: Ital. *Gantelli*.



Hanc plantam nonnulli ad *Aliſmatis* alterum genus apud Plinium referunt. *Verbaſcis* adiungunt alij, ad quorum ſpeciem *Lychnitim* dictam, quoad caules & folia, magnam habet ſimilitudinem. Si florem verò vel eius facultates ſpectes, Trago videtur ad *Galiopſin* referenda, de qua Dioſcor. lib. 4. cap. 30. Nos *Campanulam* ſiue *Nolam Syluestrem* nuncupamus: nec non cum Fuchſio & alijs *Digitalem*, à florum ſimilitudine, qui Digitale referunt.

In varias autem Species vel Differentias diſtribuitur, ex quibus pingitur hîc *purpurea* dicta, quæ & ſponte varijs locis prouenit, & in hortis colitur.

DIGITALIS LVTEA, FLORE MAIORE, & folio latiore.



Hæc non ſolùm floris colore à purpurea variat, ſed & folijs, quæ in illa Verbaſco ſimilia & anguſtiora, in hac verò latiora, ex viridi nigricantia & lanuginoſa. Luteæ autem huius flores foris intuſque hirſuti ſunt, & colores extrà quidem dilutè lutei, at intùs croceo ſaturatiore ſanguineóque luteo verſicolores.

Sponteneam reperimus inter Montbelgardum & *Maruuliza*: atque in S. P. horto Montbelgardi colimus.


DIGITALIS FERRVGINEA, FOLIO ANguſtiore.



Digitalis giluo flore, aliàs ferrugineo, anguſtiore calatho, & atrouirentibus folijs, Lobelio in Obſ. Digitalis anguſtifolia, flore ferrugineo C. Bauhino in Phyt.

Floruit pulchrè in S. P. horto Montbelgardi Iunio & Iulio, perelegansque eſt planta.


DIGITALIS FLORE MINORE SVBLVTEO, anguſtiore folio.



Varijs locis Spo[...] autem obſeruauimus, & ſotte[...]tem Iunio. Baſileæ [...] te *Mutets*, & in via [...] ex vrbe illuc tenditur, in montibus Geneuæ vicinis & Montbelgardi, in via quâ [...]tur *Dan*.

Cæterùm amara eſt Digitalis herba, ac proinde calida & ſicca, men[...] ciet, vulnera ſanat, cat[...] & emetica eſt, & fe[...] omnia poteſt quæ Gentia[...]


IESMINVM MEXICANVM, FLOS Mexicanus; *Marauigla di Peru.*



His nominibus donatur reperitur elegans & perpenuſta exotica hæc planta, quam etiam *Flaccum Indorum*, & *Flacquetus Indorum*, inſcribunt nonnulli. Hiſtoriæ Lugd. dicitur *Iaſminum rubrum Dalechampij*, *Flos coccineus*. *Mandragoram* apud Theophraſtum vocari ſcribit Cæſalpinus: ſed vires non conueniunt, nec alia. Meliùs ſcorit de hac Planta Camerarius in hort. *Gelſeminū* ſiue *Iaſminum Indicum*, ait, cùm ſub eo nomine ex Indijs fuerit alijs communicatum, ſemper poſtea id retinuit, quamuis ſit ſui generis planta, & pauca habeat cum Gelſeminis communia. Magis propriè *Flos Mexicanus* à loco natali diceretur. *Thaumantia* vocarunt nonnulli ab Hiſpanico vocabulo *Marabillas*.

Satum in S.P. horto Montbelgardi fœliciter prouenit, & plantas aliquot protulit. Valdè autem diſcutiendi facultate præditum creditur, & radix ad drachmas duas intrò ſumpta egregiè aquas ducere.

CAMPANVLA LINIFOLIA LVTEA.



Adſcribi etiam debet huic Claſſi planta hæc, nec abs re Cāpanulis adnumeratur. *Folia* per caules ferè ſeſquipalmares alterno ſitu oblonga anguſtaque, Lini foliorum æmula, læuia. *Caules*, Superiùs in ramos abeūt, qui *flores* geſtant inſignis magnitudinis, vnciâ longiores, croceo colore micantes, calyce in quinque longas ariſtas fiſſo, Lini, ſed magis turbinato. *Radix* longa, craſſa & lignoſa.

CLASSIS XX. FINIS.



ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ


STIRPIVM

CLASSIS XXI.

HERBÆ SILIQVOSÆ, PLÆRÆQVE ACRES, INTER QVAS MVLTÆ CVLINARIÆ.

BRASSICA: Germ. Kœl: Gall. *Choux* Ital. *Cavolo.*

BRASSICA CAPITATA ALBA.



PLantam hortis & culinis familiarem ac per quam olim iurabant Iones, *Braſſicam*, iam dicemus.

Crambe ea à Græcis appellata fuit, quaſi *Corambe*, quòd pupillas oculorum hebetet; vel quaſi *Coraube*, ut pote quæ crapulæ ſatietatiſq; adverſari creditur. *Braſſicam* Latinis dictam vult Varro, quaſi præ ecam, quia eius ſcapus minutatim præſecatur. Sunt qui ita dictam volunt, quaſi *paſſicam*, quòd ex caule minutim præſecetur ut paſſa ſit: vel Ἀ'πὸ τοῦ βρ-ξαι id eſt, à vorando, ut pote quę tota à plebecula eſitur tum cruda, tū coctæ etiam muriā aſſervata.

Album Capitatam hic pingimus viu frequentiſſimam, atq; quę, tum in hórtis tū in agris, variis locis colitur.

BRASSICA ITALICA TENERRIMA, GLOMEROSA, flore albo.



Braſſica Lacuturris Plinij à nōnullis exiſtimatur: Multis dicitur *Braſſica criſpa*, & nōnullis *Braſſica Sabaudica*: Germ. *Krauſ Kölkraut*: Gall. *Chou d'Italie, Chou de Savoye.* Hortorum eſt incola, & frigoris impatiens.

Cæterùm, ut ad Braſſicæ hiſtoriam generalem redeamus quia Braſſicam Cato omnibus anteposuit, propterea, teſte Varrone, nomine *Oleris* intelligunt: ac quoniam præ cæteris grandi validóque turgeſcit *caule*, ſibi illa generis nomen arrogavit. Quin Antiquos *Raphanum Braſſicam* vocaſſe ex eorumdem monumentis habemus.

BRASSICA SABAVDICA RVGOSA.



Braſſicę tum à Veteribus, tum à Recentioribus variæ conſtituūtur *Differentiæ*. Trifariam dividit Theophraſtus: in *Criſpam*, *Lævem* & *Agreſtem*. Tres etiam ſunt Catoni ſpecies, *Criſpa*, *Lævis* & *Crambe* dicta. Plinius eaſdem habet, ſed addit & alias, *Cumanam*, *Aricinam*, *Pompeianam*, *Bruttianam*, *Lacuturrem* & *Tritianam*. Optimè verò omnium Dioſcorides tria ſumma facit genera *Sativum*, *Sylveſtre* & *Marinum*. Sic Antiqui: Species à Neotericis propoſitas mox tradēmus.

Ea autem quam hic pingimus, *Braſſica patula criſpa*, & *Sabauda æſtiva* vulgò inſcribitur: ac à nonnullis *Lacuturris* Plinij eſſe creditur, ab aliis verò eiuſdem *Sabellica*.

BRASSICA MVLTIFLORA: Germ. Bꝛ...: Gall. *Choux fleuris*: Ital. *Cauleſiori*.



Ex Recentioribus *alba*, *nigra*, *criſpa*, *hirſuta*, & *rubra* Braſſicæ, meminit Geſnerus. *Cypria* ſive *Pompeiana* (quę multiflora hæc noſtra,) *Rapicaulis*, *Apiana criſpa*, & *alba Genuenſis* (quæ nobis Braſſica tenuitèr ſecta,) Camerarius. *Alba*, *lata*, *criſpa*, *capitata* & *ſeſſilis*, Lonicerus. *Lævis*, *criſpa*, *crambe* propriè dictæ, & *capitata*, Ryffius. Nobiliſſima duo genera facit Cornetarius: alterum *ſeſſile* & capitatum, alterum *extentis foliis*. Quatuor ſpecies habet Fuchſius: *Lævem*, *criſpam*, *Crambe* dictam, & *ſeſſilem capite parvo*. *Plura ad latus ſequentis Figura.*

Brassica Vvlgaris Alba : Germanis *Grunvveiß koel,*



Procerum admodum fundit hæc caulem, totque folia ſuppeditat quot ad vnum ferculum ſufficiant. Lobelio & Penæ dicitur *Braſſica vulgatiſſima ex pullo albicans*: Matthiolo *Braſſica lævis alba*: Hiſtoriæ Lugd. *Braſſica alba vulgaris, lævis, ſatiua, Theophraſti, Catonis & Plinij*, foliis ex viridi cæſio candicantibus, flore tum luteo tum albo.

Ex Recentioribus adhuc Aduerſaria Braſſicam diſtinguunt in *Capitatam* albam & rubram, Sabaudam, Laciniosam, albam, rubrā & nigram: Marinam: Caulorapam: & Racemoſam ſiue Multifloram.

Præcipuæ verò commendationis apud Italos eſſe ſcribit Matthiolus *Braſſicam criſpam*, *Braſſicam Capitatam & Braſſicam rapoſam*.

Brassica Tophosa Tabernæmont[illegible]o: Germ. *Buchel Koel.*



Braſſicarum in[illegible] *Locum*, *Tempus & C[illegible]lum* quod attinet: Vbique Gentium & Locorum etiam quidem ad eſum [illegible]tur & colitur Braſſi[illegible]. Eas tamen omnes [illegible] non omnibus in [illegible]bus æquè virent: S[illegible]dam hanc, aliæ aliam [illegible]cem poſtulant: Vnde [illegible]dam *Sabauda* dicitur, q[illegible] Sabaudiæ Tractu magis delectetur. Atque in genere frigidis & pluuioſis Braſſicarum poſitio optima. Sal[illegible] verò aquis iuuari Braſſic[illegible] & iis rigatam meliorem [illegible]ri, ex Theophraſti monumentis habemus. Cuicunque autem generi pruinæ plurimùm ſuauitatis conferunt.

Brassica Cavlorapa Sive Rapo-cavlis Germ. *Ruben Koel*: Gall. *Cheurave*, Italis *Torzuti*.



Veteribus incognita creditur, niſi ſit forte Catonis *Rapitius Caulis*, & Plinij *Lacuturris*. Caulis Rapi in modum extuberat, manditurque medulla pingui iura incocta.

Braſſicę ſpecies varias recenſent etiam Dodonæus, Tabernæmontanus Dalechampius: & alij. Sed quis omnes ex omnibus enarret, petantur ex ipſis fontibus.


Brassica Capitata Rvbra : Germ. *Rote Cappes Kraut*: Gall. *Chou cabu rouge.*



Folia albæ quodammodo ſimilia ſunt: at colore magna varietate ludunt. Quædam enim atro-purpurea, quædam atro-virentia, aut etiam dilutiùs virentia: nonnulla quoque cæſio nebulæ aſpectu glauca ſunt. At omnes rubris coſtis ac neruis intertexta. *Flores* lutei ſunt. In caput quoque cogitur: & Hyemem facilè *perfert*. *In Belgio magnus eius prouentus*,

Cyma vel *Cymata*, Plinio & Celſo auctoribus, ſunt Scaporum teneriores delicatioresque, Vere appetante, progerminantes coliculi, qui à prima ſectione *Pracisami*, & à teneritudine *Hapalosiles* dicti ſunt.


Brassica Monospermos Anglica.



Folia eadem fermè quæ Braſſicæ nigræ, ſed craſſiora & lætiore aſpectu, at fimbriis vndulatis, pluſque admodum artificioſis ornata: *Florum* pallentium alborum elegans denſa & vmbelloſa congeries: *Siliquæ* breues & craſſiuſculæ, quibus ſingulis ſingulare ineſt *Semen*: Reperitur in Angliæ maritimis ſcribunt Aduerſaria.

Sic à *Semine*, à *loco*, à *foliorum* cōglomeratione, incisurâ, planitie, læuitate, aſperitate, & vario colore: atque etiam à *capite* criſpo, racemoſo, lacinioſo vel ſeſſili, *cauliumque* variâ formâ & longitudine: nec non *aſperum* colore, variæ Braſſicarum deſumuntur differentiæ: de quibus adhuc plura in ſequentibus.

Brassica Rvbra Vvlgaris : Germ. *Rotes koel*: Gall. *Chou rouge.*




Procerior hæc aliquis, arboreamque interdum acquirit proceritatem ſimilitatemque, atq; Hyemis frigoribus rariſſimè læditur. Copiosè ſeritur paſſim in hortis.

Braſſicæ *laudes & virtutes* ait Plinius, longum eſſet exequi: cùm Chryſippus Medicus priuatim Volumē ei dicauerit, nec parciùs eā celebrauerint Pythagoras & Cato, cuius ſententiā velcō diligentiùs perſequi par eſt, vt noſcatur quâ Medicinā vſus ſit Populus Rom. DC annis.

Catonis autē ſi credimus, omnium Oleribus antecellat *Braſſica*. Secutus, aut[illegible] Galeno, facultatem [illegible] purgatricem: corpus [illegible] ipſius cōmuni ſiccā[illegible] ne, ſiſtit magis quàm ad deiiciendum incitat, &c.

BRASSICA CRISPA LACINIOSA:
Germ. *Krauſer Kœl*: Gall. *Chou creſpé*.



Omnium hæc elegantiſſima fert folia ex longis nutritis pediculis, oblonga, cubitalia & altiora, nativis albidis eleganter picta, atque multiplici eorum divaricatione intertexta: ambituque ſuo multiplicibus circumvolutionibus ſpiris ſinuoſis, plurimum criſpata. An *Theophraſti Criſpa*, quam inter Braſſicas primo loco recenſet.

Magna nobilitate præſtat Braſſica, vt ſcribit Carpanus: nam Cibus eſt & Medicina: nec aliam diutiſſimè novère Romani, tam in externis, quam in internioribus morbis.

BRASSICA LACINIATA ALBA.



Braſſicæ ſemen craſſiuſculè contuſum, & in carnium iure fermefactum potúmque vnà cum ipſo iure, colicis dolore laborantes præſentaneo remedio iuvare ſcribit Matthiolus.

Multi verò, vt ab ebrietate vindicentur Braſſicam aſſumunt, vel antè potationem, vel poſt eam. Sic Sybaritæ, vt inquit Timæus, antequam potarent, Braſſicarum eſu ſe muniebant. Sic, teſte Athenæo; apud Ægyptios ſtatutū erat ante omnem cibum Braſſicam comeſſe, & ad compotationes ita ſeſe præparare: *Nullum enim*, inquit Amphis, *remedium eſt ebrij paratius*.

BRASSICA TENVISSIMÈ LACINIATA,
Apiana dicta: Gall. *Chou a fueille deſchiquetée*.




Ad ea quæ antè de Braſſicę viribus & facultatibus fuere tradita, addenda Fieræ paucis multa comprehendens ſententia. Sic autem canit ille:

Arida Socraticam pareret ni Braſſica bilem,
Iure erat in morbis omnibus illa ſatis.

Sic igitur noxis non caret Braſſica. Eáque Galeno, Simeone Sethi & Dodonæo authoribus, ſuccum togenerat minimè probum, craſſum & melancholicum, exiguique alimenti, viſum hebetat, & ſomnum per tumultuoſa inſomnia interturbat.

BRASSICA THYRSIDIDES BRASSICA RVBRA
Minor.



E rubræ Braſſicæ generé eſt, *floreſque*, *ſiliqua* & *ſemen* ad Braſſicam rubram vulgatiorem accedunt: *Folijs* verò eſt parvis, ex viridi atro rubentibus, ſubinde laciniatis: per quæ paſſim lupina parte nova criſporum foliolorum ſuboles conſurgit, pulchris lemniſcis, ſpectando naturæ luſu, hinc inde exorientibus: nunc brevi tenuiquè nervo appenſis, nunc latiuſculo pettalo hærentibus, atque etiamnum in alia deinceps ſertula ſtuppoſque exorientibus.

Quam verò hic pingimus *Braſſicam* RVBRA EST MINOR, quæ quid cum illa commune habeat, ex Iconis cum deſcriptione collatione patet.

BRASSICA SYLVESTRIS: & ſpinoſa
Germ. *Vvilde Zee Keel*: Gall. *Chou ſauuage*.



Braſſicæ ſylveſtris hiſtoriam paucis perſtringit Dioſcorides. Maritimis, inquit, præruptiſque locis magna ex parte naſcitur. Sativæ ſimilis, ſed candidior hirſutiorque atque amara.

Plinius, vt notat Dalechampius Marinæ & ſylveſtris hiſtoriam confundit. Traditur verò hæcce à Matthiolo, folijs Domeſticę ſimilibus, ſed Hyoſcyami modo hirſutis.

Varias eius ſpecies recenſet Thalius, *Maiorem latifoliam* in montibus apricis & locis cæduis naſcentem: *Sylveſtrem Mediam*, *Sylveſtrem Minorem*, *Sylveſtrem* folio Betæ, & Sylv. folijs membranaceis.

Braſſicæ ſpinoſæ C. Bauhini Iconem hic damus cùm aliam non ſuppetat.

GLASTIFOLIA CICHOROIDES, TVRRITIS.




Quæ nobis eſt Glaſtifolia Cichoroides, à Cluſio Turritis facunda inſcribitur.

An Cordo *Braſſica Sylveſtris virgata*? An Thalio *Braſſica ſylveſtris latifolia*? An C. Bauhino in Phyt. *Braſſica* 10. *ſive ſylveſtris*, *folijs circa radicem Cichorij modo inſectis*? An hiſtoriæ Lugdunenſi *Sinapi album*? An Tabernæmontano Vaccaria?

Sponte provenit in collibus lapidoſis & ſalebroſis; floretque Maio. Circa Baſileam in tapoletis ad Rhenum reperimus, itinere Crentzachiano.

ACHANACA INDORVM BRASSICÆ Folijs: Braſſica Nymphææ Folijs *Caien-a.*



Achanacæ folia biforcata & acuminata ſunt, Braſſicæ amplioris folijs ſimillima, ſed non ita craſſa, & tenuiore coſta. In horum medio fructus naſcitur nuci magnitudine, & coloris lutei, qui apud ipſos magno eſt in pretio. Scapus tibiæ humanis craſſitudine. Herbæ decocto vtuntur Indi ad curādum morbum venereum, cui valde ſunt obnoxij.

De *Caien-a* ſic ſcribit Letius: Vidi, inquit, Braſſicæ genus quod ſylueſtres (Americani) homines vocant *Caien-a*, quo in iuſculis interdum vtuntur: folia ſunt et lata, & penè Nymphææ ſimilia, &c.

PERFOLIATA SILIQVOSA, BRASSICÆ ſylueſtris ſpecies. Napifolia ſiliquoſa.



Seſquicubitalis & altior eſt *caule* tereti, tenui, & in alas diviſo ex foliorum ſinu prodeuntes: *folia* non diviſa oblonga, ſubrotunda, Napi colore glauco, rigidula, ... fragilia: à caule videntur quaſi tranſadigi, ſapore oleraceo, Flores exalbidi, Braſſicæ *ſiliqua* perquàm longa, anguſtia *ſemen* continentes. *Radix* tenuis, alba, guſtu Braſſicæ.

Nonnullis dicitur *perfoliata napifolia*: plurimis verò *Braſſica agreſtis ſpecies.* Ea, quod ſcio, Dodonæus, nec in cibum nec in Medicinas admittitur.

An Glaſtifolia Crchoroides, vt vult Cordus? Perporàm autem Trago dicitur a Dioſcoridis Cotyledon.

RAPVM VEL RAPA, RAPVM SATIVVM: Germ. *Ruben*: Gall. *Raue*: Ital. *Rapa.*




Minimè negligendum, iudice Matthiolo, naturæ in Rapa miraculum. Ex tam paruo ſcilicet ſemine, tribus penè menſibus, centenarum librarum nonnunquam gignit radicem.

Raporum autem tam Veteres tum Recētiores duo ſumma conſtituunt genera, *ſatiuum* & *ſylueſtre*. Et ſatiuum rurſus quod hîc pingimus, diſtinguitur in *oblongum* & *rotundum*, hocq; *marem* aiunt, illud *fœminam*. Eſtq; vtrumque vel *maius* vel *minus*. Ac colore etiam differunt, qui, vel viridis, vel candidus, vel puniceus reperitur: habenturque etiam quæ foris & intus flaveſcunt.

Seritur vtrumque genus in hortis & aruis, Iunio & Iulio menſibus, pro hominum & pecudum alimento.

RAPVM SYLVESTRE: Germ. *Vuild rüben* Gall. *Raue ſauuage*: Ital. *Nabo Syluestre.*




Frequentiſſimum hoc *ſylueſtre Rapum* apud Flandros & Germanos, qui hoc ſerunt quò folia bobus pabulo cedant. Tantóque foliorum numero luxuriat, vt radix non tuberoſa aut raposa ventrioſaue fit, ſed exilis. Alioqui ſatiuo rotundo rubinato Rapo hoc non eſt abſimile: folijs tantùm eius criſpiora & rugoſiora.

Icon noſtra eſt Matthioli, eamq; etiam habent Tabernæmontanus, ac Lobelius & Pena in Aduerſ.

Plantam autem quæ Rapi ſylueſtris deſcriptionem à Dioſcoride propoſitam omni ex parte expleret, ſe nuſquam vidiſſe, apertè profitentur Cæſalpinus, Turnerus & Anguillara: eſtque Pliniana etiam deſcriptio prorſus corrupta.

NAPVS: Græcis Βουνιάς: Germ. *Steckrüben*: Gall. *Naueau & Naues*: Italis *Nauoni & Napo*:




Buniadem non nominauit Theophraſtus, niſi eum per Rapum marem intellexerit. Neque etiam Napum deſcripſit Dioſcorides: vt nec Plinius qui Theophraſti raphanidas napos eſſe putans, nonè quinque eorum facit genera, vnne ſui oblitus duo tantùm, omnia confundens.

Folijs quidem & radice Raphanos referunt Napi: *caule* verò *floribus* & *ſemine* Rapum æmulātur: vnde Cordus Rapis ſcribit eſſe congeneres. Et hinc fortè factum quod Galenus & Paulus inter *rapum* & *napum* nullum ſtatuerint diſcrimen.

Diſtinguitur porrò Napus in ſatiuum, de quo agimus, & ſylueſtrem, de quo mox. Ac ſatiuum rurſus in album, flauum & nigrum diuidunt plurimi.


NAPVS SYLVESTRIS: Germ. *Vuilde Naunen*: Gall. *Naueau ſauuage, Nauette.*



Dicitur *Napus ſylueſtris* Fuchſio, Dodonæo, Lobelio & alijs penè omnibus. *Rapum ſylueſtre* Trago & Schuuenckfeldio. *Nauetta* Ruellio, *Bunias ſylu.* quibuſdam.

Seritur in agris Autumno, floretque Aprili & Maio, quemadmodū in agris Montbelgardenſibus & vicinis copioſiſſimum videas, vt & apud Mediomatrices, alijſq; in locis, quibus nuces ad oleum conficiendum non ſuppetunt. Radix ad cibum non ſolet aſſumi, ſed folia interdum, dum tenella ſunt. Ex ſemine conficitur oleum: eodemque ſemine auiculas caueis incluſas, carduelis, miliarias, frigillas, & id genus ſimiles, aucupes alunt. *Conſulas lector appendicem.*

RAPISTRVM ARMORACIA: Germ. *Hederich* Gall. *Velar, Tortelle, Sauues-blanches*: Ital. *Ramoracia*.



E raporũ ſylveſtrium cenſu eſt *Rapiſtrum*, quod *Eryſimum* inſcribunt nõnulli, alij *Lampſanam*, plurimi *Armoraciam* ſive *Raphanum ſylveſtrem*, & alij *Sinapi Sylveſtre*: ita variant circa hanc plantam Authorum ſententiæ.

Variat *folijs*, aliquando ſinuatis, aliàs non inciſis: *floribus*, albis vel luteis, ac nonnunquam etiam purpureis: & *ſemine* quod interdum rotundum eſt in ſiliquis.

Plurimùm inter ſegetes (Hordeaceas rapaceaſue præſertim) iovitis aratoribus luxuriat, totoſque agros Iunio & Iulio interdum cooperit, ijſdem menſibus floreſcens. *Nos* Rapiſtrum flore luteo hic pingimus.

RAPISTRVM FLORE ALBO STRIATO.




Folia habet Sinapi Erucæſue diviſurâ ſimili, hirſuta, ſapore oleraceo: *caules* ramoſos, hirtos: *flores* albidos, Erucæ maioris, ſtrijs cæruleis variegatos, apicibus luteis: *ſiliquas* pulchras, longitudine ferè digitali, vbi maturuêre nodiſ inſtar caudæ ſcorpionis diſtinctas ſtriatas: in quibus pro nodorum numero *ſemina*: *radix* ſatis tenuis, alba, aliàs ſimplex, aliàs multifida.

Provenit ijſdem cum præcedente locis: floretque eodem cum illa tempore.

Reſiccantem vtrumque, extergentem, nonnihilque digerentẽ facultatem obtinet. Folia & caules in cibum nonnunquam recipiuntur: Semen fervens eſt & acre: vrinam provocat, & Sinapi vſus apud Ruſticos explet.

RAPISTRVM MONOSPERMON.



Radix huic longiuſcula albicans & parum fibroſa: *caules* pedales, rotundi, ramoſi, levitérque hirſuti: *folia* humi ſparſa, craſſa, Rapi folijs ſimilia, leviter ſinuata & ſubhirſuta: *flores* lutei aureiſue, ac vulue in ſpicam digeſti: *ſiliqua* rotundæ: atque in ijs *ſemen* parum oblongiuſculum, rotundum, vnde ei nomen.

Creſcens ſpontè vidimus Manſpel.), necnon Baſileæ in agris quà itur Auguſtam Rauracorum ad rubram Domum.

ALSINE NODOSA DALECHAMPIO.



In agro Monſpelienſi plurima gignitur: *radice* ſimplici, longâ, parum capillatâ, ex candido flaveſcente: *folijs* prope terram multis longiuſculis anguſtis, Alſines folijs haud multùm diſſimilibus: *caulibus* multis pedalibus: *flore* albo, ex quinque folijs compoſito: *ſemine* in nodoſis ſtriatiſque multis globulis, ſeſe ordine conſequentibus, & quaſi veruculâ transfixis, peculiari omninò figurâ.

Hiſtoriæ Lugd. *Alſine nodoſa*. C. Bauhino in Phyt. *Alſine ſemine globoſo*. *An Rapiſtri genus?*

RAPHANVS: Germ. *Rettig*: Gallis *Raiſort*: Ital. *Raphano & Radice*.



Quæ inter Rapum, Rapiſtrũ & Raphanũ eſt affinitas, hunc illis ſubiungi requirit.

Raphanorum genera diſtinguuntur à Theophraſto *folijs, radicibus, coloribus, saporibus, reliquiſque eiuſmodi*. Dioſcorides duo genera facit *Sativum* & *Sylveſtre*, quibus tertium adiungit Amatus *Apium* dictum, ſed perperàm: De ijs enim varijs & Capitibus & Libris agit Dioſcorides: nec Apium montanum aut Sylveſtrem Raphanum appellat, ſed ab alijs ſuiſſe ita vocari tradit.

Genera tria agnovêre Plinius, & eum ſecutus Geſnerus: *Læve, Criſpum* & *Campeſtre*: ſic perperã Raphano tribuentes quæ de Braſſica prodidêre Theophraſtus & Veteres Græci, qui per Raphanũ vocẽ Braſſicam etiã deſignabant. *Plura in ſequentibus*.

RAPHANVS RANVLA CRETENSIVM.




Ex Recentiorum ſententiâ Raphanus alius *Sativus* aliâs hortenſis & domeſticus, tener & delicatus, quo vulgò veſcimur: alter *Sylveſtris*. Et ille rurſus eſt *præcox* vel *ſerotinus*: *parvus* vel *oblongus*: *floribus* albis vel purpuratis: *rotundus* vel *longus*: *albus, niger* vel *ruber*: intermediúſque & *luteus*, & ruber qui fibras rubentes per ſubſtantiam diſcurrentes habet.

Rotundum verò Raphani genus nonnullis id eſſe videtur quod Theophraſtus *Corinthium*, Plinius *Syriacum* vocauit. At prælongus Raphanus Theophraſti radix eſt Cleonæa, Plinio Algidenſis appellata.

Qui autem *Raphanus Ranula* Cretenſibus dicitur, hîc pictus, ad hortenſem vel ſativum noſtrum omninò videtur referendus.

RAPHANVS SYLVESTRIS, ARMORACIA: Germ. *Meerrettich*: Gall. *Raifort ſauvage*: Italis *Ramoracia*.



Sylveſtris Raphani quem Romani *Armoraciam* vocăt, *folia*, ait Dioſcorides, ſativo ſunt ſimilia, ſed magis tamen Lampſanam imitantur: *radix* gracilis, tenera & ſubacris. A Romanis *Armoraciam* dici teſtem Plinium etiam habemus: alij per primæ literæ metaſtaſim *Armoraciam* dixêre, Cordo ſit *Thlaſpi maius*, *Thlaſpi alterum* & *Naſturtium album*. Alijs *Thlaſpi Crateuæ*, *Raphanus minor*, *Raphanus magnus*, *Raphanus maximus*, *Naſturtium*, *Sinapi Perſicum*, *Hydropiper Molybdena Plinij*, *Rapiſtrum*, *Raphanus ruſticus*, *Raphanus ſylveſtris*, *Raphanus medicamentarius* & *Raphanus obſoniorum*. De *locis & viribus* ad latus ſequentis Figuræ.

RAPHANVS AQVATICVS TABERNÆMONTANI, Flore luteo: Germ. *Waſſer Rettich*.



Propter ſaporem Raphani generi aſſignatur hæc planta quæ, vt ex Icone patet, in plerisque omnibus alijs à Raphano vulgari plurimùm diſtat. Raphanus autem Sylveſtris Armoracia dictus, de quo antè, ſponte non [illegible] locis provenit: ac ob [illegible] tum vſum quem in co[illegible] Hyberno tēpore præſ[illegible], copioſus etiam in hortis [illegible] vmbroſis & humidis, habetur. Sponte proventientem obſervavimus prope vrbem *Lutetiam*: atq; in via quâ Mōtbelgardo Helicuriam itur, iuxta agros Cāuabinos. Coli verò in hortis vidimus Patavij, Veronæ, Baſileæ, Geneuæ & Lugduni: ſed ſuo teporatu odoratus eſt.

De Viribus in appendice.

SINAPI VEL SINAPIS: Germ. *Senff*: Gall. *Mouſtarde*: Ital. *Senapa*.



A Theophraſto & Dioſcoride nec deſcribitur nec dividitur Sinapi. Plinius verò trium generum eſſe dicit: vnum gracile: alterum Rapæ folijs ſimile: tertium Erucæ: eámque diviſionem habent etiam Matthiolus & Hiſtoriæ Lugdunenſis.

Ruellius, & ex eo Carolus Stephanus, quem denique ſecutus Geſnerus hort. tria habent genera: *Sylveſtre*, ſpontè vbique naſcens, quod exilius eſt, & *Sativum*, cui numeroſiores & altiores brachiati ramuli, & folia Rapo ſimilia, ſed minora & aſperiora, ac quod ſemine variat, vel ruſeſcente, vel ex toto candicante.

Plura in ſequentibus. Nos *Hortenſe vulgare hic pingimus.*


SINAPI HORTENSE ALBVM: Germ. *Weiſſer Senff*: Gall. Senus *blanc*.



Antè picto *ſiliqua* eſt latiuſcula glabra, *ſemen* rufum, *flos* luteus, *folium* interdùs latum, hirſutum & diſſectum: Hæc verò *ſiliqua* hirſuta, *flos* luteus, *folia* ſupra & infrà pilis ſpinuliſque donata: eiqus *ſemen* flavum vel album, ſed vt plurimùm album, nec ita acre vt Sinapi vulgaris.

Vt autem hîc in Sinapi varijs ſpeciebus proponendis pergamus, *Varia* à varijs ſumſimus *differentia*: à *loco*, à *ſolo*, à *caulibus*, à *floribus*, & è *ſeminibus*: prout illa, colore, hirſutie vel hiſpiditate, acrimonia vel ſuavitate, ſitu, cultu & alijs, variant: quas cùm omnes ex omnibus hoc recenſere non liceat, eas ex ipſis fontibus, vel ex Hiſtoriæ noſtra magna petendas relinquimus.

SINAPI ERYSIMO TRAGI SIMILE, flore luteo, ſemine exiguo fuſco.



Aridis locis iuxta margines & rudera prope Vrbes naſcitur: atq; Sinapi Sylveſtre à Matthiolo, Pena & Lobelio, Dodonæo, Hiſtoriæ Lugdunenſi, & alijs plerîſque omnibus inſcribitur.

Sinapi optimè omnium diſtinguere videtur Renodæus. Is duplex primò ſtatuit, Sativū, de quo mox, & *Sylveſtre*, de quo ait: Sylveſtre vbique ſpontè naſcitur, in locis aridis; ac quandóque etiam humentibus, iuxta margines & rudera. Reliquis minor eſt, *foliaque* gerit minora, laciniosa, ad Burſæ paſtoris folia accedentia, ſed acutiora: *floſculos* emittit luteos quadrifolios: ac *ſemen* in ſiliquis poſtea dat, quod colore variat, exiſtēs vel album vel ruffum.

SINAPI SYLVESTRE MONSPESSVLANVM.



Folium huic latum, *flos* minimus & luteus, *ſiliqua* longiſſima, & per acre *ſemen*.

Renodæus, vt dictum antè, Sinapi diſtinguit in *Sylveſtre* iam deſcriptum, & *Sativum*. Hócque duplex facit, *vnum* ſcilicet, *folia* Rapo effigie ſimilia gerens, ſed paulò minora, & multò aſperiora: *Surculum* verò teretem, hiſpidum, aſperum, bicubitalem & ramulis multis brachiatum: circa quos *floſculi* lutei optimè ſerie diſpoſiti eruṁpunt: quibus *ſiliquæ* ſuccedunt oblongæ, tenues & aſperæ, *ſemen* parvum, rotundum, ex albo flaveſcens guſtu acre includentes. A[illegible] tùm verò quod, no[illegible] lio, quo ad Eruca[illegible] accedit, & *ſem*[illegible] qu[illegible] ex ruſſo [illegible] n eſt [illegible] petiori diſſ[illegible]

Sinapi Genevense sylvestre.



Hoc Genevense nuncupamus, quia Genevæ inter rudera vidimus nec alibi: plurimum autem cum Monſpeſſulano ſiliquâ longiſſimâ iam dicto, videtur habere convenientiæ.

Seritur utrumque domeſticum Sinapi in agris, atque ubicunque oſeritur, & nullo plærumque cultu germinat: terram tamen diligit aratam & maximè congeſtitiam. Sationi verò & uſui inutile eſt ſemen vetus, quod dentibus fractum obaridum eſt, & fulvum vel album: at, Dioſcoride etiam iudice, eligendum quod fractum ſucculentum & viride vel cæſium apparet, utpote quod recens eſt & in vigore conſtitutum.

Sinapi Monſpeſſulanum parvum, ſiliquâ aſperâ hirſutâ, folio Erucæ minoris.



Hoc Autumno menſe inter Monſpelium & montem Eſperon repeximus. Magnum verò in udis foſſulis inter Monſpelium & Thermas Belilucanas obſervavimus.

Cæterùm calidum & ſiccum eſt Sinapi in quarto exceſſu: incidit, attenuat, extrahit, pituitam in ore detentum alicit, tritum & naribus admotum ſternutationes movet, ac ad plurima alia utile eſt, & nomen nobili medicamento; quod Sinapiſmum vocant, ac quod ad munia valde celebratur, dedit. Sed viſui officit & calido capiti, quia, ut annotavit etiam Plinius, vis eius confeſtim in ſublimè fertur. Vtuntur tamen præſertim quibus imbecilli & caliginoſi oculi.

Sinapi echinatum.



Floret hoc in ſegetibus circa Monſpelium Martio & Aprili menſibus, floréſque protrudit luteos, Erucæ floribus ſimiles.

Vt autem in Sinapi uſu enarrando pergamus: vix id in *alimentum* cadit: nonnunquam *medicamentum* eſt, & ſæpe *condimentum*. Cibos enim viſcidos iis admixtum, incidit & attenuat: Hyemiſque præſertim tempora ab illis convenientiſſimè dapibus admiſcetur, quibus torpeſcit ſtomachus, & cibi ingruit faſtidium. Sed quia acerrimum eſt, guſtûmque ferit importunè, non modò terunt cum aceto ad eius mitigãdam fervorem, ſed etiam ad maiorem dulcedinem & ſuavitatẽ muſtum commiſcetur: ſicque gratiſſimũ fit condimentum, à *muſto & ardore*, vulgò *Moſtarda* nominatum.

Sinapi agreſte flore purpureo Fab. Columnæ.



In valle ſupra ædem D. Mariæ veteris inter Rubos, Cynocramben, Leonis dentes, & Ranunculos, oritur nova hæc & elegans planta, nec alibi oriri ſcit, nec in Herbariis ſe hanc vidiſſe meminit Fab. Columna.

Floret Martio, & Aprili menſe perficitur.

C. Bauhino in Phyt. dicitur Eruca 10. ſive Sinapi flore purpureo umbellato.

Sinapi aquaticum Patavinum.



Plantam hanc quòd in aquis & propter aquas inveniatur, & Sinapi referat, Sinapi aquaticum inſcripſimus. *Folia* quidem minutim diſſecta, diviſurâ Chondrillæ à Matthiolo exhibitæ: quæ autem iuxta radicem ſunt, latiora minuſque diſſecta exiſtunt, ac per ſegmentorum oras ſerrata: *radices* parvi ferè digiti craſſitudine, ſeſquipalmum longæ, teneræ, albæ, paucis fibris donatæ: ſapore acri & amaro, quo & folia ſunt prædita.


Patavij ad Portam Linianam in aqua & iuxta aquam obſervavimus. An Dodonæi *Radicula Sylveſtris*?

Sinapi pumilum Alpinum Cluſij.



Folia huic Bellidis: tenellus & gracilis palmaris *cauliculus*: *flores* albi, umbellati, quatuor foliolis conſtantes: *ſiliqua* ſive *corniculũ* Cardamines: *ſemen* exiguum, planum, ruffeſcens: *radix* ſummâ tellure ſerpens.

ERVCA: Germ. *Raüchen*: Belg. *Rœcken*, *Raket* &c.: Gall. *Roquette*: Italis *Ruchetta*, & *Rucula*.



Erucę meminit Theophraſtus inter olera, illíque radicem lignoſam tribuit. Meminit etiã Erucæ Βούζωμον Dioſcorides, ſed non deſcribit. Εὔζωμον verò dictam ſcribit Plinius, ob magnam quæ illi ineſt in condiendis cibis ſuauitatem.

Diſtinguitur autem vulgò Eruca in Satiuam & Syluestrem, quarum varias differentias obſeruauimus mox proponendas.

Eruca ſatiua maior annua, flore albo ſtriato quam hic pingimus Monſpeſſuli, Lugduni, Geneuæ, Baſileę, Montbelgardi, variiſque aliis in locis in hortis colitur, totáque Hyeme in iis viret. Miſcent autem hanc & alias Erucæ ſpecies eum variis Sinapi generibus cõfundunt Matthiolus, Lonicerus & Lacuna.

ERVCA ROMANA, SEV GENTILIS, FOLIO lato, flore albo vel luteo, & ſiliquâ anguſtâ.



An Lobelij & Penę in Aduerſ. *Eruca Maior ſiue Hiſpanica & Gentilis*? An Camerarij Eruca Anglica foliis latis, floribus minutis luteis, & acrum relinquentibus poſt ſe ſemen in ſtrictiſſimis ſiliquis.

Εὔζωμον Græcis dicta eſt, peculiarem quam in intinctibus & iuſculis habet gratiã: Latinis verò *Eruca*, quia deguſtata linguam erodit & vellicat: vel quaſi *Vruca*, quòd vrendi fermè poteſtatem habeat. Sinapi album vocarunt nonnulli, quòd Sinapis vices ſuppleat. Alias Eruca beſtiola eſt quę Græcis *Campe* dicitur.

ERVCA TENVIFOLIA PERENNIS, flore luteo.



Radix huic craſſa, alba ſatis longa: ex qua prodeunt *caules* crebris alis concauti, ſtriati, parum hirſuti: *folia* crebris inciſuris diuiſa: *flores* lutei odorati, eadem ſerie quâ ſatiuæ diſpoſiti: *ſiliqua* longę, anguſtę.

Eſt hęc hortenſis & ſylueſtris, colitur enim fœliciter in hortis: vt *Nos* Montbelgardi in noſtro habuimus, & in S.P. etiam horto, vbi murum occupauit, ſemine deciduo ſe multiplicans: ac paſſim etiam ſponte prouenit circa muros, & in muris ac ruderibus. Hyemem facilè patitur tum ſatiua tum ſpontanea: floréque vtraque Iulio & Auguſto.

ERVCA SYLVESTRIS ANGVSTIFOLIA flore luteo.



Eruca ſylueſtris anguſtifolia, Lobelio in Obſeru. & Icon. Pl. Hiſtoriæ Lugd. & C. Bauhino in Phyt.

Cęterùm Eruca calefacit & ſiccat ordine tertio: lienem extenuat, graue virus alarum tollit, morſibus muris aranei medetur, vrinas mouet, lentigines, nęuos & maculas faciei tollit. Concoctionem præterea iuuat, aluoque eſt accommodata: ac Venerem excitat tum eius ſemen, tum eadem Herba ſi largiùs comedatur. Vnde Poëta:

Venerat Erucas qui cupit eſſe ſalax.

ERVCA MINIMA MONSPESSVLANA, FLORE luteo, ſiliquâ vnciam longâ.



Monſpeſſulanam hanc inſcribimus, quia Monſpelij tantùm vidimus, in muris florentem Iulio.

Ad ea autem quæ antè de Erucæ viribus & facultatibus dicta ſunt, addendum: Folia contuſa palpebris impoſita, viſum acuere credi: Radicem verò aquâ decoctam oſſium fragmenta extrahere: diuerſæque eſſe à Lactuca naturæ, atque idcirco illi ferè in cibis iungi, quò, vt ait Plinius, nimio frigori par feruor immixtus, temperamentum æquet.

ERVCA INODORA: HERBA S. ALBERTI.



Longa, ſimplici & gracili nititur radice: *caulis* tenuis, cubitalis: *folia* dodrantalia ferè Erucæ luteæ ſimili diuiſurâ: *flores* ex luteo pallidi, quatuor foliolis conſtantes: *Siliquæ* graciles, vnciis duas longæ. Nullus verò plantæ odor.

An *Herba S. Alberti* Cæſalpini?


ERVCA PVRPVREA, ALIIS CÆRVLEA.



Flores huic purpurei cæruleive, vel atro purpurei, & nonnunquam albi. Eſt verò vel Maior vel Minor, prout læto ſqualidóve loco naſcitur: ac eadem etiam in maris variat ſæpe magnitudine.

Martio florentem vidimus variis in locis: Circa templum & Caſtellum Beffordienſe: Bizantij in muris: In Piſis in vinetis abundat, & in S. Hippoliti oppidi muris. An Galeni Vella, herba hodie ignota, de qua ait: Vella herba eſt folia quidem minor quàm Eruca, flore violaceo, guſtu calefactoria, ſubmordens &c.

ERVCA SYLVESTRIS REPENS, FLOSCVLO purpureo luteo.



Hæc copiosè prouenit Geneuæ, en plain palais: Lugduni en belle Cour: Baſilæ in via qua itur Neuhauſs, & Montbelgardi, tum ad pontem ac ad fluminis ripas tum etiam in S. P. horto, Hortulano ſuo repetatu odioſa. Quin verò alij aliis in locis reperiantur non dubitamus. Floret Iulio.

ERVCA PALVSTRIS MAIOR.



Radice nititur craſſâ, lignoſâ, asperâ: caulibus donatâ pluribus, magnis, rotundis, mediocriter altis: quibus inſident flores multi exigui candidi, ac quatuor foliolis conſtantes: iiſque decidentibus ſuccedunt ſiliquulæ oblongæ, tenues, Semen acris ſaporis concludentes. Folia magna, acuminata, ſerrata.

PILOSELLA SILIQVOSA, SIVE BVRSÆ paſtoris ſimilis ſiliquoſa.



Reperitur huius generis maior, minor & minima, variatque multùm foliis, caule & radicibus: Floſculi aliquot albi, ordine nullo, Burſæ vulgaris: ſiliquæ longæ, teretes & tenues, ex ſatis longis pedicu-lis. Ad Myagros referendam cenſebat Geſnerus.

Monſpelij vidimus florentem in agris Vere: Geneuæ Martio & Aprili: Bononiæ in muris Palatij, Beffordiæ verò in arce ſupra murum: omnium minimam.

KAKILE SERAPIONIS QVIBVSDAM, ERVCA marina, Raphanulus marinus, alijs.



Quamvis tenuis, longa tamen ſatis, eſt huius radix: numeroſos caules proferens, dodrante altiores. Folia Reſedæ, ſed minora & pinguiora, guſtu acri, ſubſalſo. Flores peculiaribus ſurculis lateralibus inſident, Erucæ aut Braſſicæ poſitu & forma, colore purpureo. Siliqua craſſiuſcula, breuis, bina ſemina ſingulæ concludentes.

Anguillaræ & Lobelio dicitur Cakile Serapionis, vulgò Eruca marina: Hiſtoriæ Lugd. Naſturtium maximum, Eruca marina, & Cakile Serapionis. Tres verò habet Figuras vnius eiuſdemque plantæ.

KAKILE, SIVE ERVCA MARINA latifolia.



Folia huic laciniata ſunt ſed non in partes paruas diuiſa, vt in vulgari: ſunt enim lata, & plerumque tantùm ſinuata.

Monſpelij cùm eſſemus Cakilen vtramque apud mare offendimus, ſiliquas ferentem Auguſto. Geneuæ & Montbelgardi in horto Nobis floruit Martio.

Aquam ex Cakile deſtillatam tepidam quatuor vnciarum pondere hauſtam ad Calicos & Nephriticos cruciatus commendat Myconus.

IRIO SIVE ERYSIMVM: Germ. *Hederich, Eſenkraut*: Gall. *Velar, de la Tortelle*: Ital. *Irione*.



Eryſimũ dicit Dioſcorides *folia* eſſe Erucæ ſylueſtris: *cauliculos* in ſorte modũ ſequacibus & flexilibus: *floribus* luteis: *Siliquas* in cacumine corniculorum figurâ & gracilibus, vt Fœnugræcu, quibus exiguo concluduntur *ſemina* Naſturtio ſimilia, feruido quo guſtu.

Iræret hoc Eryſimum eſt & aliud quod inter legumina recenſent Theophraſtus & Galenus: hocque cum iam deſcriptis turpiter confundit Plinius.

Eryſimi & Irionis Etyma quod attinet, non ſatis id apud Græcos obtinuit vel à multiplici foliorũ ſectione: vel ab vlteris præſtantia, quaſi pretioſum: vel à trahendi, quâ præditum eſt facultate. Irio verò ab irruendo, quòd igneâ vi irruat in guſtum.

ERYSIMVM MATTHIOLI ALTERVM, SILIQVIS paruis, quibuſ'am Dentaria.



Matthioli Eryſimum al. terum hîc pingimus, qu[illegible] Irionis notis omnibus præ[illegible] ditum ait, Camerarius v[illegible] prope mare Venetorum [illegible] bundare. An Veterum [illegible]

Præcedens Icon eſt [illegible] *Eryſimũ floribus lute*[illegible] Veterum Eryſimum [illegible] ſionem eſſe ex ſtri[illegible] belius, Gerardus, & ex Re[illegible] centioribus multi a[illegible]

Naſcitur autem E[illegible] authore Dioſcoride, [illegible] vrbes, dumoſũ areas & [illegible] tos. Obſeruauimus Nos ſæpe iis locis, atque etiam in compitis, ſepulchretis & ruinoſis, cum flore menſe Maio, Geneuæ Lugduni, Baſileæ, Muntbelgardi circa Cancellariam in Caſtello, & Ebrodun prope muros *derriere le lac*.

Facultate igneum & calefaciens eſſe ait Galenus.

BARBAREA, CARPENTARIA, DRABA: Germ. *S. Barbaræ Kraut*: Gall. *Herbe a Charpentier*.



Radix illi alba oblõga, mediocriter craſſa: *caules* dodrantales, ſtriati: *folia* Raphani, ſed minora, atro virore ſplẽdẽtia: *flores* parui lutei: *Siliquæ* multæ, tenues & teretes, in quibus *Semen* exiguum ruffum.

Hanc *Carpentariam* & *Carpentariorum* herbam vocat, teſte Ruellio, Gallicum vulgus. Nonnullis eſt Veterum *Scepa regia*: Fuchſio verò, Trago, Dodonæo, Geſnero, & aliis plurimis *Barbarea* & *S. Barbaræ herba*. Quidam *Syderitim Plinij* eſſe volunt. Diuidit autem Tabernamontanus Barbaream in *Marem* & *Fœminam*.


In campeſtribus, locisque incultis, vliginoſiſque & humidis aruis ſponte naſcitur. Maioque & Iunio menſibus floret. Pariſiis, Bononiæ & Geneuæ ſatis frequens.

LEVCOIVM: Arab. *Cheiri* & *Alcheiri*: Germ. *Veyelen*: Gall. *Violier*: Ital. *Viola*.



Notiſſimum eſt Leucoium, idque, vt notum, nõ deſcribit Dioſcorides, neque tãtũ ei differentias. *Album* eſt, inquit, aut *cæruleum*, aut *purpureum*. At, cum purpurei, lutei aut albi iã ũm meminerit Plinius, Leucoij genera enumerans; cærulei vocem apud Dioſcoridẽ ſuperfluam & aſcititiam eſſe contendunt Hermolaus, Marcellus, Fuchſius & alij docti: Nos verò cum in omnibus Græcis Dioſcoridis codicibus habeatur, eam minimè expungendam cenſemus: vel Tragi exemplo, qui quinque recenſet Leucoij genera, ſolo colore diſcrepantia: *luteum* ſcilicet, *album*, *purpureum*, *roſeum* & *rubrum*. Hîc autem pingitur Leucoium luteum flore ſimplici.

LEVCOIVM LVTEVM PLENO FLORE, VIOLA lutea multiplex, ſiue polyanthos.




Flos huic foliolis denſiſſime ſtipatus & congeſtus, ſuauiſſimi odoris, nullis ſiliquis, nulloque ſemine, abeunte in floris amplitudinem eo ſucco, quem ſiliquarum & ſeminis eſſe oportebat, iiſque nouis atque longiore duratione, ac quod magis arboreſcat, ab eo cui flos ſimplex iam antè poſito diſtat.

Simplex variis in locis ſpõtè in muris prouenit: floretque vulgò Aprili, Maio, Iunio, Iulio & Auguſto menſibus, ac nonnunquam, vt Monſpelij obſeruauimus, tota Hyeme.

Culturâ autem fit polyanthos: Habeturque pleno flore plurimis in hortis: vbi floret Aprili & Maio, & ramulis depactis in terram propagatur.


LEVCOIVM LVTEVM SYLVESTRE, FLORE luteo pleno.



Leucoium hoc Sylueſtre habent Camerarius, Tabernæmontanus, Gerardus, & Cluſius: Lobelio in Obſ eſt Leucoium marinum flore luteo.

Ceterùm Leucoij nomen quamvis Violam albam ſignificet, ſi eius Græcam vocabuli compoſitionẽ ſpectes: attamen apud Scriptores plerosque omnes, omnia Violarum genera, cuiuſcunque ſint coloris, vnicâ hac Leucoij appellatione deſignantur. Nec eſt tamen quod per purpuream hîc intelligas eam, quæ Græcis Ἴον, & Latinis propriè *Viola* dicitur: nam è tribus his de quibus hîc agimus familia eſt, atque tum qualitate, tum facultate, tum forma ſunt contraria.

LEVCOIVM HYEMALE, ET DIV DVRANS,
purpureum & roſeum, ac etiam album.



Purpureo huic *Leucoio* variæ inſunt differentiæ, ob colorem dilutiorem vel ſaturatiorem. Item quòd interdum ſit verſicolor. & quòd Æſtatē vnicam quædam durent plantæ, quædam aliquot annos. Monſpelij habent *Leucoia* mixta ex albo & purpureo, quæ tota Hyeme florēt. Lugduni vidimus variegata, & nonnulla folio laciniato.

Olitorio autem mangonio repetitâque crebriore Leucoij hyemalis purpurei tranſplantatione, eius flores luculentam magnitudinem aſſequuntur, multiplicique foliorum ſeriâ prægnantes, Roſam moſchatam æmulantur, in cæteris â Leucoiô purpureo flore ſimplici non differentia.

LEVCOIVM ÆSTIVVM, FLORE PVRPVREO
& roſeo, ac albo.



Seritur in multis hortis, vti Nos etiam Montbelgardi in S. P. horto habuimus.

De Leucoio autem in genere hæc habet Dioſcorides: Hoc Violarum genus, ait, alij Regium, ſiue Baſilicon; Romani Violam albam, alij Auguſteam, & aliqui Violam matronalem, aut Paſſerinam, aut Polyphusam vocant.

Violam Liguſtriam Romanis dictam fuiſſe, Columellæ fretus teſtimonio, ſcribit Hermolaus Barbarus.

LEVCOIVM HYEMALE, DIV DVRANS, FLORE
albo, folio viridi & liuido, glabro.



Præter differentias quæ à floribus, à duratione, & à tempore deſumuntur: ſunt & aliæ nonnullæ quæ à folijs, & à loco natali hauriuntur, quarum vnam hîc proponimus, quæ Nobis Montbelgardi in S. P. horto floruit Auguſto, per aliquot annos durans, ſed Hyeme in cella adſeruanda.


LEVCOIVM MARITIMVM MAGNVM
latifolium, flore purpureo.



Leucoium marinum maius Clufio, Camerario, Hiſtoriæ Lugd. Penæ & Lobelio, ac plæriſque alijs.

Ad mare mediterraneum prope Monſpelium obſeruauimus, alij alibi. Vidimus & Stutgardiæ in horto Ducis; florens adhuc Octobri;

LEVCOIVM MARITIMVM LATIFOLIVM,
Flore cœruleo purpurante.



His enarratis quæ in genere & in ſpecie ad Leucoij notitiam faciunt, tempeſtiuum eſt de eius viribus & vſu iam tradere.

Luteum Leucoium (quod Arabum eſt Keiri, & cum præpoſito articulo Alkeiri,) præcipui eſt, authore Dioſcoride, in Medicina vſus. Huius flores aridi (recentes meliùs,) decocti ad inſeſſus, ad vteri inflammationes, & ad ducendos menſes faciunt: excepti verò Cerato, rimas in ſede ſanant, & cum melle feruida oris vlcera. Radices cum aceto impoſitæ Lienem reprimunt, & podagricis proſunt. Semen drachmarum duarum pondere cum vino potum, aut cum melle appoſitum, menſes, ſecundas & fœtus ducit. *Plura in ſequentibus.*

LEVCOIVM MARITIMVM MINVS ANGVSTI-
folium.




Sic inſcribunt Authores plurimi: quibuſdam verò eſt Tripolium, alijs Heſperis Theophraſti.

Sponte in plurimis Zelandiæ maritimis naſcitur, nec non in Narbonenſi Galliæ, ac pluribus per Hiſpanias locis maritimis, Julioque & Auguſto floret. In hortos tranſlatum, eodem quo ſatum eſt anno perit.

Eius odor, Plinio & Dodonæo teſtibus, ſub noctem occidente Sole intenditur, qui aliâs per diem exiguus.

LEVCOIVM MARINVM PARVVM, FOLIO virente craſſiuſculo, flore purpuraſcente.



Addemus hic aliquid de Leucoij viribus & facultatibus in genere. Calidum illi temperamentū tribuit Tragus ſuccoque eædem aſſignantur vires quę de ſemine antè traditæ. Aqua per diem bis pota .4. aut 5. cochlearium menſurâ, vitijs hepatis & renum apprimè conducit, & Venerem ſtimulat.

Ex floribus verò lutei Leucoij per inſolationem paratur Oleum vt Chamæmelinum, humoribus reſolvēdis, frigidis doloribus ſedandis, & nervis roborandis idoneum.

LEVCOIVM MARITIMVM CAMERARII, Tripolium Leucoijs affine, quorumdam.



Provenit hoc inter Scyllam & Caribdim circa S. [illegible]gium. *Folia* Plantag[illegible] milia, ſed anguſtiora & [illegible] ſiora: exilit è medio [illegible] palmum altus, in tres [illegible] diviſus. *Flores* Violæ a[illegible] nalis floribus ſimiles: [illegible] alba, aeris, colore R[illegible] craſſa, non odorata, vt [illegible] nulli apud Dioſcoridem [illegible] beri volunt. Folia etiam [illegible] lèdicuntur Plantaginis fol[illegible] ſimilia: quæ enim ſimilitudo?

HESPERIS: Heſperis flore purpureo, albo & vario.




Heſperidi, authore Theophraſto nomen ab eo inditum, quòd nocte plus redoleat quàm interdiu. Quod quia matronali Violæ etiam accidit, Heſperidis etiam appellatione eam donaverunt nonnulli.

Minimè tamen cum Leucoio Dioſcoridis confundēda eſt Heſperis, vt facit Fuchſius: nec cū Hermolai Viola Perſica, vt facit Tragus: nec cum Rapunculo, vt facit Hiſtoria Lugdunenſis.

Varijs locis ſpontè provenit, ſub ſepibus ad Rhenum, in Anglia & alibi in pratis. Vnde minùs conſultè faciunt, qui Damaſcenam, Parthicam exoticámve vocitant. Colitur etiam in hortis.


HESPERIS PANNONICA INODORA, FLORE exalbicante vel purpuraſcente.



Hanc vulgari matronali Violæ adeò ſimilem eſſe ait Cluſius, vt *Cornicula, ſemina, radix & flores* cum illa omninò conveniant, nec exterioreque collatione vllum conſpici poſſit diſcrimen. Solo floris odore, eodem Cluſio iudice, differunt, qui in hac nullam habet gratiam.

Creſcit ad montium radices, & ad vinetorum in collibus ſitorum margines: eodémque tempore cum præcedente floret, Maio nempe, Iunio, & Iulio menſibus, atque nonnunquam in Septembrem vſque.

HESPERIS MATRONALIS VIOLÆ FOLIO, flore viridi, aut albo inelegant.




Provenit hæc Nobis in S. P. horto Montbelgardi, ex ſemine Stutgardia miſſo, floruitque Auguſto & Septembri.

Eſt autem ad vulgarem referenda, quæ floris colore plurimùm variat, modò candido, modò dilutè purpureo, modò rubro, modò viridi, modò albo ineleganti &c.

Notatu autem dignum, Heſperidem purpuream ſeneſcentem interdum mutare colorem, & varium pulcherrimum acquirere ex albo & purpureo ſtriatum.


HESPERIS SYRIACA, SIVE LEVCOIVM Syriacum.



In Syriæ maritimis creſcit, vnde ſemen allatum, ait Cluſius. Vidimus verò Nos varijs in hortis. Pforzhemiæ Marchionatus, apud Gelinigerum, Pharmacopœum inſignem: Baſileæ apud D. D. Fœlicem Platerum, & alibi. Florebat Iulio.

HESPERIS


HESPERIS ALPINA, SIVE MVRALIS, MINOR repens, flore albicante: DRABA.



Eſt *Draba altera. Cluſio*: *Draba alba ſiliquoſa*. C. Bauhino: *Eruca muralis Herbariorum*, Hiſtoriæ Lugdunenſi.

Naſcitur in parietinis montiumq; iuxta ſaxa: Sic Nos prouenientem vidimus in muris Veſonæ, Claromallis & alibi. Lugduni verò & Geneuæ Nobis in horto prouenièbat, Aprili & Maio florens, ac nonnunquam etiam Nouembri & Ianuario.

HESPERIDI ALPINÆ, SIVE MVRARIÆ, affinis DRABA ſucculenta, flore albo.



Penæ & Lobelio dicitur *Arabis ſeu Draba altera*.

In nonnullis Auſtriæ montibus ſponte prouenire ſcribit Cluſius. In hortis verò, vbi ſemel ſata, luxuriat, teſte Lobelio.

HESPERIDI ALPINÆ MVRARIÆVE, SIMILIS DRABA ſurrecta & magna, flore albo.



C. Bauhino in Phyt. eſt *Draba 4. Eryſimi flore & ſiliquis*, An Lobelij & Penæ in Aduerſ. & Icon. Plant. atque etiam Hiſtoriæ Lugd. *Sinapi & Thlaſpi medium?*

Prouenit in montibus Burgundicis inter S. *Hippolytum & Moſcho*.

ALLIARIA, ALLIARIS: Germ. *Leuch, knoblauch kraut*: **Gall.** *l'Herbe aux Aulx*: **Ital.** *Alliaria*.



Nomen procul dubio ab eò habet, quòd folia digitis comminuta Allium redoleant.

Ranam marinam, *Pedem Aſininum*, & *Alliaſtrum* vocant nonnulli. *Thlaſpi* cognatum Lonicero. Minimè enim eſt *Scordium*, vt quidam exiſtimarunt: reclamant enim *folia*, in hac Quercûs, in illa Vrticæ: *Caulis* in hac quadrangulus & ſubruber, in illa rotundus & luteus: atque etiam Allij odor, qui in Alliaria nares magis implet.

Sponte varijs in locis, tum in hortis tum alibi, prouenit, viretq; Februario, floret Martio, & ſiliquas fert Maio.

Excalfacit autem & ſiccat ſecundo ordine ſutenſa, ac ſingulari vi & proprietate putredini aduerſatur, abſtergit & mundificat.

SOLDANELLA MONTANA QVIBVSDAM: Lunaria minor: Viola alpina folius Alati.




Iis nominibus à varijs inſcribitur hæc planta, quæ vel *maiore* eſt folio, vel *minores* foliaque tum ſupernè tum infernè ſaturatius dilutiúſue viventia habet: ac florem etiam nunc ſaturè nunc dilutè purpureum, nec non aliquando niueum.

In arduis montibus & celſis alpibus quæ Salpurgum & Rauiſpurgum ambiunt colligi, tradunt Aduerſaria. In Auſtriæ & Stiriæ alpibus etiam naſci, Cluſius. Nobis verò Montbelgardi in S. P. horto fœliciter prouenit.

Folijs admotis vulnera illicò miſcificèque carne & cicatrice claudi, iiſdemque cuticulâ ſummâ deglubitis, Aſciticique abdomini etiam admotis, aquas educi, aſſerunt nonnulli: Nos non vidimus.

LVNARIA MAIOR: Germ. *Mon Vueyel, Silberblumen*.



Variat Lunaria maior ſiliquâ vel longiore vel rotundiore: & floribus purpureis pulchrè rubentibus, ſubcæruleis, vel albis: iiſdemque odoratis vel inodoris.

Montium autem montanarumque Syluarum eſt incola: in Geneuenſium monte *Salena* abundat. In hortis verò colit, Lugduni, Geneuæ, Bononiæ & Montbelgardi, obſeruauimus, ac Maio & Iunio florere.

Quo verò nomine plantam hanc donarint Veteres, teſte Geſnero, nondum conſtat. Herbarij quidam *Bulbonac*, alij *Bulbonach*, nuncupant: ſed quâ Dialecto aut ſignificatione, ignotum adhuc, vt & cur *Græca Regiana* cognominata ſit. An *Thlaſpi genus*, vt volunt docti nonnulli?

SISYMBRIVM CARDAMINE, NASTVRTIVM aquaticum: Germ. *Brunkreß*, *Waſſerkreß*: Gall. *Creſſon*: Ital. *Creſcione*.




Siſymbrium alterum eſt Dioſcoridi: quod, ipſo teſte, ſunt qui *Cardaminen*, & alij qui *Sion* appellent. Eſt, ait, Herba aquatica quæ iiſdem quibus Sion locis provenit: Cardamine [Naſturtiaria] ideò nõnullis dicta, quod guſtu Cardamum, id eſt, Naſturtium, repræſentet. Folia primùm rotunda prodeunt: augeſcentia verò Erucæ modo finduntur.

Plinio, qui eum Siſymbrio priore Dioſcoridis confundit, dicitur Siſymbrium in riguis natum, Naſturtio ſimile.

Auicennæ eſt *Eruca aqua*, *Apium aqua*, & Pupilla oculi. Perperam verò nonnullis dicitur *Laver*, aliis *Senecio*, & aliis *Vella*: ſoloque nomine priori (Dioſcoridis) Siſymbrio ſimile eſt. *Plura in ſequentibus.*

SISYMBRIVM CARDAMINE, SIVE NASTVRtium aquaticum flore maiore, elatius.



Hanc Plantam propter magnam cum Siſymbrio ſimilitudinẽ, Siſymbriũ & Naſturtium aquaticum vocant Thalio, Camerario, Ge... & aliis eſt *Siſymbrium* ...rum, aliúdve. C. Bau... *Naſturtium aquaticum* ... maiore: Matthiolo, *Sium* ... *gare*, illis Sio dictum.

Variat autem multùm Siſymbrium Cardamine, pro humidioribus aridioribusve naſcitur, quamvis viribus nõ deſerepent: minoribus enim foliis & tenuioribus cauliculis in ſiccis reperitur. *Flores* autem omnibus Siſymbriis albi, cum apicibus luteis. De loco & viribus ad ſequentium Figurarum latera.

SISYMBRII CARDAMINES SPECIES quædam inſipida.




Hanc Patavii in monte Caſtelli collegit C. Bauhinus, & pro *Vella Gallorum* miſit. Nos verò Argentinæ vidimus in horto Meyeri: & ipſimet in S. P. horto Montbelgardi habuimus.

An Cæſalpini *Accipitrina altera*?

Lætiſſimum autem naſcitur Siſymbrium Cardamine dictũ in puteorum parietibus, ac circa piſcinas & ſtagna. In fontibus calidioribus aquę ſupernatat, ac Maio, Iunio & Iulio menſibus flоſculos candidos admodum exiguos proferre obſervatur, totoque virет Hyeme, ac in acetaria aſſumitur. Quemadmodum Genevenſes habent en *plain palais*, Ebrodunenſes ad viam publicam *la Chauſſee* dictam, & alii alibi.

SISYMBRIVM CARDAMINE HIRSVTVM.



Siſymbrium Cardamine alterum Dioſcoridis à Matthiolo propoſitum cum hoc pene in omnibus convenit, ſi non idem. An Thalii Naſturtii aquatici tertia ſpecies? An Gerardi Cardamine latifolia?

Fontium, limpidorum rivulorum, vmbroſorumq; locorum iuxta aquas, ſectatrix eſt hæc plãta: & Vere floret.

Cæterũm Siſymbrium aquaticum excalfacit, author Dioſcoride, & vrinas movet: eſtque, ſi Galeno credimus, tertii ordinis calfacientiũ & exſiccantium, humidum verò & viride ſecundi: Ad hepatis & lienis obſtructiones hydropes & ſcorbutum commendatur, ac in acetariis crudum vulgò editur.

SERIPHIVM GERMANICVM, SIVM SEV Laver: Germ. *Waſſermerck*: Gall. *Berle*.



Seriphium Germanicum dictum quod hic pingimus, Cæſalpino eſt *Accipitrina* vulgi, nonnullis Naſturtium Sylveſtre, & plærìſque *Thaliĉtrũ & Sophia*. *Errat* verò plurimùm Lonicerus, id cum *Semine Sanctonico* confundens.

In veteribus maceriis, locis ruderatis, lapidoſis & arenoſis, aliiſque incultis, exit: & à Iunio in Autumnum vſq; ſed particulatim, floret. Eſt autẽ reſiccantis, frigidiuſculæ & adſtringentis facultatis.

SIVM porrò, ſive LAVER quod attinet, Sium legitimum Dioſcoridis in ſcaturientium fontium rivis, quorum aquæ Hyeme calent, Æſtate verò frigeſcunt, plurimque naſcitur. *Plura in Appendice.*

IBERIS FVCHSII, NASTVRTIVM SYLVESTRE: Germ. *Gauch bluom*, *Wilder kreſſ*: Gall. *Paſſerage ſauvage*.



Galeno & Paulo dicitur *Lepidium*: *Naſturtium agreſte, ſylveſtre & pratenſe* multis: *Cardamine Siſymbrium* & *Sium* nonnullis, quibuſdam *Flos Cuculi*.

Variat potiſſimùm flore, qui nõnunquam ſimplex eſt, vt hic pingimus, & interdum plenus, ſive multiplex. nonnunquam ex candido leniter purpuraſcens, aliquando prorſus albus eſt, & nonnunquam purpureis maculis ſignatus.

IBERIS FVCHSII, SIVE NASTVRTIVM pratenſe, flore pleno.



In multis locis naſcitur *Iberis* Fuchſii dicta planta, ſed incultis: ac præſertim ad vias publicas & circa prata. Baſileæ extra portã S. Albani vidimus ad Birſam, & Genevæ inter pontem *d'Arue* & *Lanci*, in ſepibus. Si verò in hortis colatur, vt Nos Montbelgardi in S.P. horto habuimus, florem exhibet multiplicem, quamvis ſpontanea atiam reperiatur flore pleno.

Verno tempore apparet, & Aprili potiſſimùm menſe, ac circa Æſtatis initia lacteum florem fundit.

IBERIDI FVCHSII AFFINIS TRIFOLIA Cardamine Cluſii.



Hanc invenit Cluſius in ſyluoſis mõtibus & nudo potiùs quam herboſo ſolo, ad Abietum & præaltarum arborum radices.

Ab eo verò inſcribitur *Cardamine alpina t. trifolia*: à Lobelio, Hiſtoria Lugd. & Gerardo *Cardamine trifolia*: à Tabern & C. Bauhino, *Naſturtium alpinum trifolium*.

Cæterùm Germanicarum, Belgicarum & Gallicarũ huius plantæ appellationum rationem reddens Fuchſius, dicit ſic vocatã, *quòd pleroſque infatuet*. Ac addit, commodè etiam poſſe *Naſturtium Sylveſtre* vocari. Sed cùm tãtum ex flore lacteo *Iberida* eſſe concludit, non admodũ conſectuiũ id facere videtur. Et qui hanc cum Vetetum Iberide contulerit, eum falli facilè animadvertet.

MYAGRVM: Germ. *Leindotter*, *Flachs kraut*: Gall. *Cameline*: Ital. *Sevenzina*, *Dorella*.



Myagros, ait *Dioſcorides*, quẽ aliqui *Malampyron* vocant, herba eſt ſurculacea, bicubitalis: *folijs* Rubiæ ſimilibus, pallidis: *ſemen* verò gerit Fœnugræco ſimile, pingue. Eadẽ ferè habet *Plinius*.

Flores, quorum non meminit Dioſcorides, huic puſilli, lutei, quadrifolii: quorum ſingulis ſingula ſuccedunt *pericarpia*, turgidula, oblunga, angloſa: *ſemina* continentia multa oblonga triangula: *Radix* lignoſa & fibroſa: *Caules* tenues, teretes, recti, ſubhirſuti, ramoſi, fungoſâ medullâ farcti.

Diſtinguitur autem vulgò Myagrum in *Sativum* & *Sylveſtre*. *Plura in ſequ.*

MYAGRVM TVRCICVM: Germ. *Turckiſcher Leindotter*.



Turcicum hoc vocant quia rarius eſt: aliàs Sylveſtrẽ Myagrum etiam vocatur. Tenerioribus autem eſt virgulis & minore ſemine quàm præcedens. *Camerarius*.

Cæterùm Nomen ſuum retinuit Myagrum cum apud eundem Camerarium, tum apud Lobelium & Penam in Adverſariis, tum apud Gerardum & pleroſque alios, Tabernamontanus *Myagrion* & *Chamælinum* etiam vocat, nonnulli Pſeudo-Linum, Officinæ Seſamum.

At apud Dioſcoridem dubium putatur Melampyri nomen: ac ei fortè evenit, quod multis aliis nominibus, vt ſcilicet vnum de pluribus dicatur. Melampyrum legendum vult Cornarius.


MIAGRO AFFINIS PLANTA, SILIQVIS longis, & floribus parvis luteis.



Prope *Chaſtnoy* agri Mõtbelgardenſis floret Iulio & Auguſto, ad ripam aquæ prope Molendinum Vidimus etiam in Burgondico pago *Courcharon*, ac in S.P. horto Montbelgardi colimus.

Affatim autem inter ſegetes vbique locorum provenit Myagrum: maximè verò in Alſatia & tractu Rheni, vbi abundat in agris; nec non, vt ex Ruellio habemus, & in variis Galliæ locis. Circa Montbelgardũ Myagro conſitos agros habẽt ad Olaum, & prope *Granges*, Burgundiæ oppidum, quotannis ſemine deciduo ſe renouat. Patavii & Genevæ in hortis coli vidimus, florens Martio & Aprili.

MYAGRON MONOSPERMON, FLORE luteo, & folio inferiore laciniato.




Semen huic in ſingularibus ſurſum ſpectantibus, caulibuſque & ramulis appreſſis, burſulis ſingulare continetur.

Sponte provenientem plantam hanc obſervavimus inter *Dampierre* & *Colombier Savoureux*, ad Dubim fluvium.

Cæterùm Myagrum ad Seſami vires plurimùm accedit, modicèque calefacit & humectat. Semen eius aviculis gratiſſimum eſt: Et fit ex eo Oleum, non ad lumina tantùm lucernarũ, ſed & ad ciborum condimenta vtiliſſimum: ac quod Olivæ Oleo gratius & iucundius eſſe ſcribit Tragus: Sed ille ſibi illud retineat, Nobis hoc multis nominibus præferendum videtur.

Myagro affinis planta alia.



Radix huic lignoſa : *caules* cubitales & bicubitales, hirſuti, fragiles, & in multas alas diuiſi : *folia* Myagri, ſed minora, aſpera & hirſuta: *flores* tenuiſſimi & pallidi : *capitula* exigua & rotunda : *ſemen flauum* vnicum, oleaginoſum &c.

Montbelgardi in S. P. horto floruit Nobis Iunio.

Myagro similis, flore albo.



Numeroſa ſtatim à radice fundit *folia*, glabra, nonnihil laciniata. Inter quæ *caules* ſurgunt medulla farcti, quorum exortum *folia* ambiunt alata, & veluti denticulis laciniata. *Floſculi* faſtigiis candidi, exigui: quæ vaſcula ſequuntur ſubrotunda, acuminata, longo pediculo hærentia, ad Myagrum ſeminibus rotundis accedentia. *Radix* longa, alba & parum fibroſa.

Florens vidimus inter Bononiam & Florentiam.


Sesamvm vel sisamvm : Germ. *Leindotter, Flachsdotter* : Gall. *Ingelene* : Ital. *Seſamo.*



Plantam hic pictam *Seſamum* vocant Dodonæus, Lobelius, Tabernæmontanus, & Alpinus, cui etiam *Sempſen* & *Sempſem*. Hiſtoriæ Lugd. Camerario & aliis, dicitur *Seſamum verum*. At ſi quis loca expendat de Seſamo apud Theophraſtum, Dioſcoridem & Plinium, facilè colliget nullam earum Plantarum quæ pro Seſamo paſſim ab Authoribus accipiuntur, verum eſſe Seſamum.

Sic in Seſami & Myagri explicatione plurimùm cæcutit Matthiolus, hoc pro illo obtrudens. Nec ſatis indicauit Cordus, quid per ſuum *Schvvadem*, quod pro Seſamo vero exhibet, intelligat. Cordi & Tragi Seſamū, Nobis eſt *Myagrū Camelina*. Plātā verò quā hic pingimus, Venetiis & Baſileæ in hortis vidimus.

Telephivm scorpioides.



Telephij nomen obtinent variæ Plantæ : *Colutea Scorpioides* : *Fabaria* ſiue *Faba craſſa* : & *Telephium Scorpioides* dictum, quod hic pingimus, ac quod, Guillandinus etiam iudice, cum Dioſcoridis, & Plinij deſcriptione in omnibus conuenit : cæteris aliò pertinentibus.

Scorpioidis appellationem à ſiliquarum forma obtinuit, id verò ab Italis Herbam amoris cognominari ſcribit Cæſalpinus.

Coli in hortis Lugdani, Geneuæ & Baſileæ obſeruauimus : Spōtaneam verò Monſpelij in agris cultis : floret Aprili, Maio & Iunio.

Id autem in primo ordine calefacere, ac in ſecundo intenſo exſiccare, ſcribit Galenus.

Scorpioides : Germ. *Scorpion kraut* : Gall. *Scorpioides, Aureille de Lieure.*



Scorpioides, inquit *Dioſcorides*, herbula eſt foliis paucis, ſemine caudæ Scorpionis effigie, quæ illita Scorpionis ictibus præſentaneo eſt auxilio. Eadem habet & Plinius. Galenus ordine tertio calefacere ait, ſecūdo verò deſiccare.

Fecit autem breuis illa Antiquorum delineatio, vt alteram atque aliam pro Scorpioide Herbarii exhibeant, *Heliotropium magnum*, *Calendulam*, *Telephium Scorpioides* paulò antè traditum, *Telephium Scorpioides ſiliqua cōpoſita hiſpidâ*, quod hic pingimus, & mox tradendum.

Scorpioides Bupleuri folio inſcribunt Lobelius, Tabernæmontanus & alii : nonnullis verò eſt *Clymenum Dioſcoridis* & *Clymenum alterum Plinij*, aliis *Catanance*.


Scorpioides montanvm.



Radix craſſiuſcula nigra fibroſa : *folia* multa, longa, anguſta, lanuginoſa : *caulis* pugnum altus, & pauca emittens folia: *floſculi* tres vel quatuor cærulei, in exiguum rotundumque *capitulum* congeſti. Rara eſt planta montiumque ſolitudinibus receſſis tantùm familiaris.

Scorpioides verò ſiliqua compoſita hiſpidâ, quod paulò antè tradidimus, nonnullis locis ſpontaneam reperitur, vt Monſpelij prope parietes, vbi Aprili floribus luteolis ornatum conſpicitur. Colitur que etiam in hortis, vt Baſileæ & Patauij, ſæpiuſcule ſeruauimus, ac ipſi que Montbelgardi in S.P. horto habemus.

HYPECOVM: Germ. *Rœmiſch Felryß*: Gall. *Hypecoon.*



Hypecoon, Dioſcoride authore, aliqui *Hypophœon* vocant. Naſcitur in frumento & arvis, foliumque habet Rutæ ſimile, ramos parvos. Eadem habet & Plinius: Galenus verò & Paulus frigefacere ſcribunt tertio ordine, parumque à Papavere abeſſe.

Non autem ſatis notum hodie eſt Veterum Hypecoum, aliis alia pro eo obtrudentibus. Quòd hîc pingimus nonnulli pro Iberidis ſpecie ponunt. Flores & ſemen habet Naſturtij.

Monſpelii vidimus non longè à Balneo quod *Balaruch* cognominatur: & Baſileæ in horto Plateri. Montbelgardi verò in S.P. horto ipſimet habuimus.

DENTARIA, SQVAMATIA: Germ. *Schuppenvvurtzel*: Gall. *Dentaria*: Ital. *Dentaria.*



Dentaria ſive *Squamatia* nomen ab eo obtinuit, quòd eius radix ex pluribus ſquamis dentibusue componatur.

Violam albam appellat Dodonæus propter florum cum eius ſimilitudinem: *Saniculam quinquefoliam* alii *Pentaphyllon* à foliorum v. in pediculo hærentium numero, Cluſius: Dentariam verò, ob dictas rationes, plærique omnes.

Vmbroſa loca amat, & primo Vere ſtatim emergit.

Ex variis autem Dentariæ ſpeciebus, Nos quinquefoliam hîc pingimus, flore ex albo purpuraſcente.

CORALLOIDES VARIÆ, CORALLOIDES Septifolia; Dentaria Heptaphyllos.




Nomen huic foliorum ex eodem pediculo prodeuntium fecit numerus: qui verò quinquefolium inſcribunt, magno lapſu id faciunt.

Variat floris colore, aliàs albo, alias purpuraſcente.

Spontaneam vidimus Baſileæ in monte *Mutetz*, Genevæ in monte Saleuæ, & Montbelgardi in Monte *Bar.* In hortis floret Aprili & Maio.

Nonnullæ plantæ, quia radices habent Corallii æmulas, ideò *Coralloides* & *Alabaſtrites* cognominantur. Sũt autem qui eas ad *Solidagines* & *Symphyta* referant: alii inter *Saxifragas*: alii inter *Saniculas*, alij, ſed temerè, inter *Aconita* recenſent: Nobis in hac controverſia hîc collocare integrum eſto, donec alius aptiorem perquirat locum.

CORALLOIDES, SIVE DENTARIA TRIPHYLlos; Dentaria puſilla quibuſdam.



Huic etiam nomen fecit *foliorum* numerus: *flores* ex herbaceo pallidi ſunt: floretque Aprili, & Maio ſemine prægnans reperitur.

Exit in vmbroſis Styriæ, Auſtriæ, Carinthiæ & Pannoniæ Sylvis: nec modò ad montium radices, ſed etiam circa mediam eorum regionem, vbi prealtarum arborum Sylvæ. *Cluſius.*

BALSAMINA FOEMINA: Germ. *Balſamkraut vveible*: Itall. *Balſamina maggiore.*



Vidimus Eſlingæ & Parisiis in hortis, florentem Iunio: habuimusque etiam Montbelgardi in S.P. horto. Quidam in neutro genere *Balſaminum* vocant. Italis quibuſdam dicitur *Herba di S. Catharina.* Figura non placet.

. ACONITVM LYCOCTONVM DODONÆI Siliquoſum, ad Coralloides fortè referendum.



Eius Icon in pervetuſto manuſcripto Græco Codice reperitur, qui Viennæ Auſtriæ in Bibliotheca à D. Maximiliano SS. Imper. Aug. inſtituta aſſervatur. *Folia* ei ſunt non omninò vt Platani, ſed lata: *caulis* tenuis & lævis: *Siliqua* tenues & oblongæ: *radices* verò non modò cirros, verùm ipſas Squillas marinas, referre videntur.

Nobis videtur effictæ Iconi & deſcriptio ad ſuppoſititiam Iconem conſinuata.

Lysimachia, ſive Salicarnia: Germ. *Geel Weiderich*: Gall. *Corneille, Sousſ d'eau*; Ital. *Lyſimachia*.



Invenit Lyſimachus herbam Lyſimachiam, inquit Plinius, quę ab eo nomen habet, celebrata ab Eraſiſtrato.

Secundum Dioſcoridem *Caules* emittit cubitales, aut etiam altiores, tenues, fruticoſos: à quorum geniculis *folia* prodeunt Salignis ſimilis, guſtu adſtringentia: *flos* eſt luteus aureuſue. [Purpureum illi tribuit Plinius.]

Sic ex Veterum monumentis duo habentur Lyſimachiæ genera, *luteum* ſcilicet & *purpureum*, quæ à Recentioribus itidem agnoſcuntur. Suntque & aliæ Differentiæ, de quibus mox agemus.

Luteam hic pingimus, quæ vel Maius vel Minus.

Lysimachia alia lutea ſpicata.



Lyſymachiam luteam tum Maiorem tum Minorem, & tam hanc quàm præcedentem, variis locis ſpontaneam obſervavimus, florentem Iulio. Geneva *en plain palais*, prope *Arue* flumen: Baſileæ extra portam S. Albar. Montbelgardi prope arcem in foſſis, & alibi. Nulliſi verò ſpecioſiorem quàm Rhodani ſupra Molendinum.

Lysimachia altera lutea Lobelii floribus globoſis luteis.



Lyſimachiam *Lytron* olim etiam dictam ex Dioſcoride habemus. Præter Eryma autem à Lyſimacho rege inventore ductum, ſunt qui Græcam nominis originem [ἀπὸ] τῷ λύειν τὴν μάχην, à dirimenda pugna, deducant: quòd ei vis inſit belluarum animos feroces & mutuos hoſtiles congreſſus placandi. De reliquis eius viribus & facultatibus pòſt.

Lysimachia purpurea Pannonica.



Cluſio in Pann. dicitur *Lyſimachia* 2. & *Lyſimachia minor rubro flore*. C. Bauhino in Phyt. *Lyſimachia* 4. ſive *rubra non ſiliquoſa*.

Cæterùm Lyſimachia, vt ex Dioſcoridis, Plinii & Galeni monumentis habemus, adſtringentem qualitatem prædominantem habet, ob quam & vulnera glutinat, & ſanguinis è naribus eruptiones ſiſtit, ſi nares eâ obturentur, aliaſq; omnes ſanguinis eruptiones cohibet. Quin & pota & per clyſterem infuſa, dyſenterias & ſanguinis rejectiones, & fluxum muliebrem ſanat. Acerrimũ nidorem ſuffita reddit, adeò vt & ſerpentes abigat, & muſcas enecet. Viſque eius tanta, vt, iumentis diſcordantibus, iugo impoſita, aſperitatem cohibeat.

Lysimachia purpurea ſpicata.



Monſpelii & Genevæ abundat, vt & Baſileæ ad Birſam, floretq; Iunio & Iulio. Montbelgardi etiam frequẽs eſt prope *Audincourt*, & in via, quâ itur *Sonchaut*: nec non Rhodani variis locis.


Icon autem noſtra ex emptitiis non placet, meliorem optaſſemus. *An Solidaginis Species?*

Lysimachia ſiliquoſa hirſuta, flore purpureo maiore.




Iuxta ſcrobium, foſſarum, fluviorum, rivulorumq; margines, aliiſque locis humidis, reperitur, & quandoq; etiam in ſiccioribus: quemadmodum Nos in eiuſmodi tum humidioribus tum ſiccioribus locis ſpontaneam reperimus Ferrariæ &, Monſpelii, Baſileæ prope *Muteis*, & Montbelgardi inter Dale & Audincourt. Tota verò Æſtate floret.

LYSIMACHIA SILIQVOSA HIRSVTA, flore purpureo minore.



Bicubitalis ferè eſt, aliàs vix cubitum ſuperans, *caule* rubente, rotundo, ſtatim ferè à radice in ramos plurimùm oppoſitos brachiato. *Folia* hirſuta, oblonga, crenata, modicè in acumen deſinunt. Siliquis verò longis inſidentes floſculi ex rubore pallentes vel albidi. *Radix* multis fibris eſt capillata.

LYSIMACHIA SPECIOSA, QVIBVSDAM ONAGRA dicta.



Frutex eſt, ait Dioſcorides, arboris ſpecie, admodum magnus: *folia* habens Amygdalæ ſimilia, ſed latiora, & ad Lilii folia magis accedentia: *flores* Roſarum ſpecie, magnos: *radicem* albam, longam, quæ ſiccata odorem vini reddit.

Eadem habet & Plinius, qui, vt & Galenus, eandem radici arefactæ odorem tribuit: additq; hic facultate eſſe vini, quo factũ vt plantæ Onagræ &c. inditum fuerit nomẽ.


An autem noſtra hæc *Lyſimachia* Veterum ſit dicta Onagra expendendum. *Anthemand* heroã vocant nonnulli. Vidimus Baſileæ & Montbelgardi propè *Audincourt*, atque etiam in monte *Balon* ſponte prouenientem. Floret Iunio, floſculisque variat, purpureis, albis, cæruleis.

LYSIMACHIA LÆVIS SILIQVOSA, FLORIBVS dilutè purpuraſcentibus.



Læuis nomen meruit, non quòd nullis prorſus pilis ſit obſita: ſed quòd vſque adeò tenuibus, tam in caulibus quàm in foliis, donata ſit, vt oculorum aciem ferè fugiant.

LYSIMACHIA SILIQVOSA SPECIOSA ANguſtifolia, flore purpuraſcente.




Superioribus facie ſimilis eſt, atque in foliis tantùm diuerſitas, quæ in hac Linariæ longitudine & latitudine ſunt paria.

Geneuæ obſeruauimus propè flumen Arue.

An Geſneri *Antoniana*, ſiue Filius ante patrem minor? An Lobel. in Obſ. & Ic. pl. *Chamænerion*?

An aliorum *Epilobium*?


NOLI ME TANGERE: Germ. *Springkraut*: Gall. *Noli me tangere.*



Radix huic fibroſa, *caulis* cubitalis, dilutiſſimè virens & diaphanes: *folia* Cynocrambes, latiora, obtuſiora, in ambitu ſerrata, mollicella: *Flores* ex flauo rubentes ac punctulis rubris ſaturatioribus guttati, in quorum medio exalbida *ſtamina*. His ſuccedunt ſiliquæ, Chelidonii maioris, anguloſæ, quæ matureſcente *ſemine*, leui contactu ſemine excuſſo multa retrorſum incutientes, diſſiliunt, vermiculorumq; inſtar conuoluuntur; vnde *Noli me tangere nomen inditum.*

Spontaneam reperimus florens Iunio, loco humido inter *Balſtaël & Vuallebarg*: colitur autem in hortis. *Plura in Appendice.*

RADICVLA SYLV. SIVE PALVSTRIS: Germ. *Wilder Raettig*: Gall. *Raifort d'eau.*



Locum ſibi etiam in hac Claſſe vendicat planta hîc picta, quamvis ſeriùs tradita. Ea pro diuerſitate loci multùm *foliis* ludit: quædam enim lata & ſerrata tantùm, *caule* vnico, ſubinde rubente, ad cubitos duos vel tres aſſurgente, in ramos diuiſo. *Flores* lutei, minimi, ac multis numeris minores quàm Erucæ ſylueſtris: *ſiliqua* itidem breuiores & craſſiores, teretes. *Radix* vt plurimùm vnica, fibroſa.

Rapiſtrum aquaticum vocant Tabernamontanus, Gerardus, & C. Bauhinus: *Radiculam paluſtrem* nonnulli.

Geneuæ obſeruauimus florentem Maio: Montbelgardi verò Iulio, in pago *Courcelles.*

ISATIS ſiue GLASTVM : Germ. *Weid, Eadich*: Gall. *Gueſde*; *Paſtel* : Ital. *Guado*.



Duo Iſatidis genera traduntur à Dioſcoride, *Glaſtum domeſticum*, & *Glaſtum Sylueſtre*. De Domeſtico inquit; *Iſatis Satiua*, quâ lanarum Infectores vtuntur folium habet Plantagini ſimile, verùm pinguius nigriuſque: caulem altitudine duos cubitos excedentem. *Sylueſtris* iam dictę ſimilis, ſed *folia* habet maiora, ad Lactucæ folia proximè accedentia; *caules* verò teneriores, multifidos, quadantenus rubentes, è quorum cacumine *folliculi* multi dependent, quandam linguarum effigiem referentes, in quibus *ſemen* & *florem* melinum & tenuem.

Sic Satiuæ & Sylueſtris Iſatidis meminêre Scriptores plærique omnes: ſuntque qui *Vitrum* à Germanico vocabulo *Glaſſ* vocent, quod alii perperàm in *Nitrum* conuertunt. Tragos ſatiuam tantùm Iſatim pingit, Sylueſtremque nihil ab ea differre ait, niſi quòd non vbique locorum plantetur. Contrà Tabernamontanus in Icon. & Hiſt. Sylueſtrem tantùm exhibet. Vtramque verò pingunt, nominant & deſcribunt Lobelius & Pena in Aduerſ. Obſ. & Icon. Plant. Iſatin Glaſtum olim Græcis dictam ſcribit Ruellius, nunc verò *Guadum* dici, vel potiùs *Gualdum*, ac à nonnullis S. *Philippi Herbam*, aliis *Indicum*, aliis *Paſtellum*. Ex *Paſtelli* ſiue *Piſtelli* vox apud Plinium Valerianum exſtat Lib. 2. cap. 3. Auicennæ cap. 512. dictos *Nil*, Natantem autem ſpumam, quam Iſatidis dilutum inter coquendum eructat, *Indicum* vocant Infectores. *Plura in ſequentibus.*

ISATIDIS SIVE GLASTI ALIA Icon.



Iſatidis deſcriptiones à Dioſcoride traditas eriones eſſe contendunt cum Cornario nonnulli: Satiuæque cópetere quæ ille Sylueſtri tribuit. Sicque quæ hodie apud Nos Sylueſtris vocatur, Domeſtica eſt Dioſcoridis: & è contra.

Secundum Conſtantini opinionem, duas plantas ſub Iſatidis nomine complectitur Dioſcorides, tantum Sylueſtris aut ſatiuæ appoſitâ differentiâ. Meliúſque ſuo nomine vtramque diſtinxit Plinius: ſatiuam *Glaſtum* vocans, & ſylueſtrem *Iſatim*. Ac, eodem Conſtantino indice, Plinium potiùs imitari debebant Interpretes, quàm nomina confundere, nulláque authoritate vtramque plantam *Glaſtum* vocare. Nos in tanta opinionum diſcrepantia rem in medio relinquimus.

Cæterùm Glaſtum ſeritur in lætis & pinguibus agris, & copioſiſſimum præſertim in Gallia Narbonenſi & in Italia, nec non in Germaniæ Erphordiano agro, magnuſque inde percipitur quæſtus, quòd eo vtantur lanarum Infectores. In hortis etiam coli obſervauimus Patauii in horto publico, & Baſileæ in D. Fœlicis Plateri, ac ipſimet Montbelgardi in S. P. horto habuimus.

Sylueſtre Glaſtum locis incultis & pinguibus prouenit: ac in talibus vidimus, Tubingæ, Baſileæ & in Alſatia. Floretque cum ſatiuo Maio, & Iunio menſibus.

Præter Iſatidis vſum Infectoribus notum, illius folia, teſte Dioſcoride tumores omnes diſcutiunt, cruenta vulnera glutinant, vlcera ſerpentia ſanant, & ſanguinis profluuia ſiſtunt.

ICO-

CLASSIS XXI. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE
S T I R P I V M
CLASSIS XXII.

CAPSVLAS, SEV VASCVLA FERENTES HERBAS CONTINENS.

NASTVRTIVM : Germ. *Kres* , *Garten kres* : Gall. *Creſſon, Creſſon alenois* ; Ital. *Naſturtio* , *Agretto*.



Hoc, tanquam notum, non deſcribunt Authores. Satiuum autē eſſe innuit Theophraſtus, cùm ait: Mēſe Iunio Naſturtiū ſerere aſſolent, exit à ſatu die quinto &c. Et genera illi minimè plura concedit, cùm addit : diuerſitatem generis illi deeſſe omnino volunt. Sic & Dioſcorides vnius tantùm meminit. Plinius duo tradit , ac alterum album, alterum nigrum facit, ſylueſtrem etiam memorans, cui effectum ad omnia maiorem tribuit. Nos *Vulgare* & *Commune* hîc pingimus, de reliquis differentiis in ſequentibus acturi. Id plerumque tota Hyeme viret in hortis , Martioque & Aprili flores promit , qui vel albi vel purpuraſcentes.

NASTVRTIVM CRISPVM.




Recentiores Naſturtium vulgò diſtinguunt in *Sylueſtre* & *hortenſe*. Itáque rurſus hortenſe *aliud* eſt foliis ſimplicibus , quod vel læue eſt & albius, vel ſubhirſutum & minùs album: *aliud* foliis valde diuiſis , & hoc rurſus vel maius vel minus : vel criſpum vel non criſpum.

Criſpum quod hîc pingimus, caulium, florum & ſeminum facie cum Vulgari & Communi conuenit: at folia plurimùm differunt , miris modis laciniata, & criſpis oris fimbriata , ſapore & odore vulgatioris Naſturtij.

Hoc Nobis Mombelgardi in S P. horto creuit, ex ſemine è Belgio allato.

NASTVRTIVM LATIFOLIVM.



Flos, ſiliqua, ſemen ſapor & odor in hoc vt in Vulgari: *radicem* verò habet albam & lignoſam, quàm plurimas rigidas à lateribus fibras emittentem : caulem craſſitudine digitali, cubitalem, & ſtatim à radice in crebros ramos diuiſum , denſeque fruticantem: ac *folia* tandem infima per terram ſparguntur, quinq; vncias longa , ſeſqui vnciam circiter lata, crenata, ſubinde circa pediculum nonnihil ſinuata & auriculata , quanquam hoc rarius : ſuperiora anguſtiora ſunt.

Geneuæ , & Montbelgardi colimus in horto, Nobisque tota Hyeme virebat.

An Geſnero & Tabernæmontano Naſturtium Hiſpanicum ? A nemine deſcriptum ſcimus.

NASTVRTIVM SYLVESTRE NOBIS: Thlaſpi anguſtifolium Fuchſio.




Hoc ſatiuo dodrante eſt maius : cæterà illi facie ſimile , niſi folia, flores , ſiliquæ & reliqua minora eſſent omnia.

Fuchſius Iconibus & Hiſtor à Iconem tantùm proponit ſine deſcriptione, titulo Thlaſpi anguſtifolij. Trago pingenti eſt Thlaſpi genus, deſcribenti verò Naſturtij genus Cæteris plæriſque omnibus Thlaſpi genus.

An Cluſij Alyſſum minimum, vt vult Schvvenckfeldius ? An Bruſſonij Iberidis ſpecies?

Baſileæ copioſum obſeruauimus ad papyracea molendina : Geneuæ ad Noſodochium, vt & prope Beſſordiam, florens Iunio.

NASTVRTIOLVM ALPINVM.



In Rhætiæ monte *Nombre* Naſturtiolum hoc inuenimus, quod ibi Iulio florebat. Vix autem tres uncias erat longum, *radice* lignoſâ paucis fibris donata: *cauiculi* duo aut tres, per quorum ſumma Capſulæ Naſturtij vulgaris, nõ diſsimili ordine poſitæ: *Folia* parua, ſimplicia, anguſta, vncia tenuiora: *floſculi* parui, albi.

Naſturtiũ Κάρδαμον Græcis dicebatur quaſi καρδάμον. Apud Latinos verò, Plinio auctore, nomen à naſiũ tormẽto habet. Galli vocarunt Creſſõ, quia perenni ſobole, ſummis feruoribus, vel etiam brumæ rigoribus, ſpretis creſcit. Et quibuſdam, fortè ab alendo, *Creſſon d'alenois* dictum.

NASTVRTIOLVM ALPINVM TENVISSIME diſſectum: floribus multis, candidis.



In Heluetiis alpibus prouenire ex Geſnero habemus: In Auſtriacis, ex Cluſio, qui Auguſto florens inuenit.

Perſarum obſonium fuit olim Naſturtium. Hos enim, cùm principiò frugalitatem amplecterentur, atq; antequã aucto Imperio in genuſoſe luxus prolaberentur, ad panem quicquam præter Naſturtium adhibuiſſe, negant Xenophon, Strabo & Cicero. Sicque, ait Plinius, frequenti exercitatione ſpoſi, mucoſo narium connectu, quibus malis maximè erant obnoxii, atque etiam profuſione Lini, ſe vindicarunt: Sic hodie etiã ad ciborum condimenta & intinctus vulgò vſurpatur: & venit quoque per Æſtatem cum Lactuca, atque aliis herbis, oleo, aceto & ſale, in mentas.


NASTVRTIVM SYLVESTRE VALENTINVM Cluſij: Naſturtium Peruanum folio Lenticulæ.



Plantam hic pingimus in Valentino regno inuentam, cui palleſcentes flores, & plurima cum Naſturtio vulgari communia. *Peruani* verò *Naſturtij*, Lenticulæ foliis meminit Monardes.

Cæterùm Naſturtii ſemen aderentis, Galeno teſte, & cauſticæ facultatis particeps eſt. Attenuat, mundat, aperit, incidit, prouocat. Aluum turbat, lienem imminuit, partus exanimat, menſes cit, Venerem ſtimulat, ſtomacho aduerſatur, tineas excutit, lepras & impetigines abſterget, ſudorem mouet, facit ad Scorbutum, ſanguinem coagulatum diſſoluit, & ne alicubi coëat vel coaguletur præcauet, ex alto delapſis, aut præcipitatis confert. *Herba idem eff*ectus, ſed minor.


NASTVRTIVM VERRVCOSVM: CORONOPVS Ruellij: Germ. *Wartzen kraſß*: Gall. *Pied de Corneille*.



Ambroſia, & *Ambroſia prima* Matthiolo & Camerario. *Coronopus repens* Ruellio, *Coronopus aruenſis* Tabernæmõtano, *Cornu ceruinum* nonnullis, *Pedis Cornini ſpecies* Dodonæo Gallicu.

Geneuæ & Baſileæ ſponte prouenit, & Montbelgardi circa vrbem, vti etiam in S. P. horto, vbi quotannis ſemine deciduo ſe renouat: Iunio & Iulio floret.


THLASPI: Germ. *Biſem kraut*: Belg. *Bëten kerſe*: Gall. *Cresson sauvage*: Ital. *Thlaſpi*.



Ex *radice* ſatis craſſa & fibroſa, lignoſa, alba, ſubacri, *caules* exſurgunt hirſuti, teretes, rigidi, brachiati: quibus *folia* hinc pediculo adhærentia, longa, ſenſim anguſtiora reddita, ſerrata ſiue crenata: geminâ pinnulâ caulem amplectentia, ſapore cum morſu acri: *floſculi* minuti, albi, multi, vt in Burſa paſtoria diſpoſiti, quatuor foliolis conſtantes, totidem virescentibus et ſubſtinentibus apicibus candidis. *Capſellæ* præmaturo ortu flores occupant, foliaceæ, ſubrotundæ, infractæ, in ſummo fiſſæ, in quibus *ſemen* acre, Sinapi aut Naſturtii.

Thlaſpoſin vocabat Hippocrates: Thlaſpen & Thlaſpion, Galenus: Thlaſpidion ſurrecta diminutiua dixere nonnulli. Sinapi ruſticum, Naſturtiũ rectorũ, & Naſturtium erraticum vocarunt alii.

THLASPI VVLGATIORIS ICON alia.



Ex Dioſcoridis & Plinij mente duplex exiſtit Thlaſpi, *anguſtifolium* ſcilicet, & *latifolium*, quod *Perſicum Sinapi* vocant. Ex Galeno verò colligi ſcribit Cornarius, duplex eſſe prius Thlaſpeos genus, & tertium eſſe quod Dioſcorides & Plinius tertium fecerunt: Apud Recentiores tria notantur. Thlaſpios genera *Maius*, *Minus* & *Medium*, quæ alia hoc nomine donata referuntur, quæ iam recenſebimus.

Cæterùm cultis & incultis omnium ferme regionum locis vberrimè prouenit Thlaſpi: maximè verò in ſterilibus, ſemitis & ſepibus: Maio & Iunio mẽſibus floribus ornatum & ſemine prægnans. In hortis etiam obſeruamus, Baſileæ, Geneuæ & Patauii.

THLASPI CAPSVLIS HIRSVTIS.



Thlaſpi hirſutum, Thlaſpi villoſum, & Thlaſpi piloſum nonnullis. Anguillaræ Thlaſpi Creticum Galeni.

Monbelgardi habuimus in S.P. horto ex ſemine deciduo ſe propagans.

THLASPI CVM SILIQVIS LATIS : FLORIBVS Burſæ paſtoriæ albidis.




Apud Dodonæum Gallicum vocatur *Thlaſpi, Thlaſpidion. Senapi agreſte, Capſella & Scandulaceum*, quibuſdam *Myitu, Bytron, Daſmophon, & Myopteron*. Thlaſpi, verò nomen apud Græcos à fructu obtinuiſſe ait, qui ſcutum aiguum infractum refert.

Thlaſpi Draba & Chamælina folio vocat Lobellius in Obſ. & Icon. Plant. Thlaſpi maius latius Schvvenckfeldius. *Thlaſpi Cardamoides* Cordus, Thlaſpi foliis & ſiliquis latis C. Bauhinus in Phyt.

Prouenit ſponte in agris, et in hortis etiam ſeritur.

THLASPI CRETICVM QVIBVSDAM, FLORE RVbente albo: nonnullis DRYOPHONON Plinij.



Thlaſpi Creticum, Thlaſpi Cappadocicum, & *Thlaſpi Candiæ*, Lobelio, Schvvenckfeldio, & aliis. *Thlaſpi umbellatum Creticum Iberidis folio, Dryophonon Plinij quorundam, & aliorum Draba Dioſcoridis* C. Bauhino. *Thlaſpi Creticum flore purpureo & ſubalbido, amariſſimo folio*, Camerario *Neotericorū Thlaſpi Candia, Plinij Dryophonon quorundam, Draba & Arabis* lapſu facili ex δ.ιυα, Dodonæo Gallico.

Baſileæ, Geneuæ & Stutgardiæ in hortis vidimus Iulio & Auguſto florens, & ſemen proferens.

Inuenitur etiam Thlaſpi Creticum foliis indiuiſis ceu Lini.

THLASPI VMBELLATVM ARVENSE FLORE albo, vel ex albo purpuraſcente:




Duo hic in eadem Tabella pingimus, quorum *Maius* Geneuæ vidimus in agris inter ſegetes, florens Iunio: vt & Montbelgardi vaſtatis in aruis, eunda ex *Arbońens Auditeonre*, circa *la Chaux*, & alibi. Minus verò inter Monſpelium & *Perous* in marginibus agrorum, Maio florens, reperimus. Tabernæmontano & aliis Scriptoribus *Thlaſpi Narbonenſe*.

THLASPI PARVVM VMBELLATVM, flore niueo odorato.



Hic de Thlaſpi *viribus* & *facultatibus* agemus. Semen vt ex Dioſcoride diſcimus, acre eſt & calefacit, bilemque ſurſum ac deorſum purgat, acetabuli menſurā potum, ac per clyſterem infuſum coxendico morbo medetur. Ducit etiam ſanguinem potu & internos abſceſſus rumpit. Menſes mouet & fœtus perdit. Eadem repetunt Plinius, Galenus & Paulus. Paucioribus verò tem declarant ex Recentioribus Fuchſius & Schvvenckfeldius. Semen, inquiunt, quarto gradu calefacit & exſiccat, acre eſt, incidit, attenuat, prouocat & vrit, perinde ac Naſturtium.

THLASPI FOLIIS GLOBVLARIÆ, FLORE coloris lactei.




Maio menſe vidimus cum flore & ſiliquis penè maturis locis lapidoſis propè S. *Vrſanne*.

An Thlaſpi rotundifolium Camerarii & C. Bauhini?


Thlaſpios autem *delectum* quod attinet: præfert Galenus, ad Theriacam præſertim, *Cappadocicum* cæteris: nec ſimpliciter tamen id quod è Cappadocia affertur, ſed quod peculiariter in Sauro naſcitur, diſſimileque eſt Cretico, & paſſim naſcenti.

THLASPI CAPSVLA CORDATA, FLORE exiguo purpureo.



Prouenit Nobis in S P. horto Montbelgardi, ex ſemine Tiguro allato, & florebat Iulio & Auguſto.

THLASPI MARITIMVM QVIBVSDAM, aliis Naſturtium maritimum.



In ſeſquipalmarem & ferè cubitalem plantam fruticat lignoſis, ſatis fragilibus, hirſutis, ſubrubentibus per terram ſparſis, *ramulis*: per quos *folia* vncialia, perangusta, incanè hirſutie obſita, ſapor. Naſturtij: floſculi in extremis ramulis congeſti, albi, ex partibus quibuſdam cyanei, odorati. Naſturtii ſimiles: quę ſuccedunt *Capſellæ* paruę oblongæ, vtrinque acuminatæ, in quibus *ſemen* puſillum ruffum: *radix* maiuſcula, craſſa, alba.


Aprili, Auguſto & Octobri florēte obſeruauimus in maritimis arenoſis ſalſuginibus Monſpelio vicinis. Thlaſpi Narbonenſis, Centunculi anguſtifolij, & Alyſſi Italorum nomine, exhibęnt Tabernamontanus & Hiſtoria Lugd. atq; etiam Pena & Lobelius.

THLASPI MINVS QVIBVSDAM, FLORE luteo: Alyſſon minus multis.




Nuſquam non creſcere ait Cluſius Viennenſi agro, ad aruorum vinetorumque margines, quibus à via publica ſeparantur, quin etiam aliorum locorum ſiccis & gramineis agris. Nos Geneuæ, Lugduni & Montbelgardi iiſdem locis obſeruauimus, florens Aprili & Maio.

THLASPI MONTANVM LVTEVM.



Floret Iunio & Iulio menſibus: variatque foliis, quæ nonnunquam ſiue laciniis reperiuntur, ſæpiuſculè verò in profundas anguſtiſſimas lacinias ad coſtam vſque ſecta.

THLASPI SVBLONGIS CAPSVLIS, INCANVM, flore albo.



Naſcitur plærisque Auſtriæ & Morauiæ locis, ſecus vias, & ad agrorum margines, gramineiſque incultis locis, & floret Iulio. Prouenit Nobis in S.P. horto Montbelgardi.

An Matthioli in poſt. Com. Latinis & Italicis *Thlaſpi tertium*? An Camer. hort. *Thlaſpi 6. incanum fruticoſum Franconia*? An Lobelii & Schvvenckfeldii *Thlaſpi album ſupinum*?

THLASPI SEMPER VIRENS CANdidum.



Ramoſum eſt hoc, cum multis *foliolis* oblongis incanis ſiue candidis: *flores* in vmbellis albi; *ſiliquæ* paruæ, ſubrotundæ.

Prouenit Nobis Montbelgardi in S.P. horto ex ſemine Stutgardia miſſo.

THLASPI FRVTICOSVM ALTERVM Lobelii.



Ieiunè admodum deſcribit Lobelius, nec locum vbi inuenerit annotat. Nos ſiccæ plantæ ramum Nobis eo nomine miſſum, hic pingimus.

THLASPI FRVTICOSVM FOLIO LEVCOII marini minoris. Thlaſpi arboreſcens.



Virga huic numeroſæ, ſpithameæ: crebris Leucoii minoribus *folijs*: *flores* candidi, copioſi, & *ſemen* compreſſum Thlaſpi parui. *Radix* fibroſa & lignoſa.

Reperitur illud in Belgii hortis: Spiræ verò, vbi Cameræ Imperialis, in cultiſſimo cuiuſdam Aſſeſſoris horto, non modò fruticoſum, ſed planè *arboreſcens Thlaſpi* obſeruauimus, folio Linariæ.

THLASPI SPINOSVM, LEVCOIVM ſpinoſum quibuſdam.



Quia rami huic nonnulli in ſpinas longiuſculas, rigidas, mordaces, rectaſque abeunt, ideò ſpinoſi nomen illi inditum.

In præruptis montis Lopi Saxis & cautibus collegimus.

THLASPI FOLIO ALLIARIÆ, FLORE NASturtii aquatici, albo, quadrifolio.



Montbelgardi in S. P. horto Nobis prouenit, ex ſemine Stutgardiâ allato: hyemem perferebat, tota Æſtate florebat, & ſemine deciduo ſe propagabat.


Lobelio in Icon. Plant. & Camerario hort. dicitur *Thlaſpi Pannonicum*, Cluſio *Thlaſpi montanum*, C. Bauhino in Phyt. *Thlaſpi 4. ſiue Glaſti folio*.

THLASPI ALEXANDRINVM CORTVSI.



Hanc plantam à Cortuſo olim accepimus, hoc Titulo: *Thlaſpi Alexandrino bella planta*.

THLASPI HEDERACEVM.



In variis maritimis Angliæ cautibus repit hæc herbula, dodrantalibus & ſpithameis gracilibus *cauliculis*, ſtratis, panicantibus: *folijs* ſinuoſis, hederaceis, carnoſis. *Floſculi* candidi, & *ſemen* exile, in quibus guſtu & habitu Thlaſpi exprimitur.

SCORODOTHLASPI VLYSSIS ALDROANDI.



Semen Bonon à allatum, in horto S P. Montbelgardi conſitum, in eam Nobis excreuit Plantam, cuius Iconem hic damus: floreſque Iulio producit albos, paruos, Burſæ paſtoriæ vulgaris. Noua eſt planta, nec à quoquam, quantùm quidam Nobis conſtat, hactenus prodita.

LVNARIA BISCVTATA; FLORE PARVO luteolo: quibuſdam Thlaſpi clypeatum.



Planta eſt illa quam Lobelius & Pena in Aduerſ. Thlaſpi paruum Hieracifolium, ſiue Lunariam luteam Monſpelienſium, & Leucoium luteum marinũ, & Lunariã nonem altera, vocitant Huic que nullus locus quàm terræ Thlaſpi omnium radicis p[illegible] tatur.

In pratis Monſpelienſibus, aliiſque locis Monſpelio vicinis reperitur: & in ho[illegible] Italicis Leucoium marin[illegible] primùm vocabatur, non [illegible] magnâ ſimilitudine. Montbelgardi in S.P. horto, floret Nobis Maio.

LVNARIA PELTATA MINIMA, FLORE luteolo: quibuſdam Thlaſpi clypeatum minus.



Palmo breuior eſt hæc plantula quam Thlaſpi clypeatum minus vocant Lobelius & C. Bauhinus.

In agro Narbonenſi, Monſpelienſique, locis ſqualidis & ſabuloſis, prope puſillas Anchuſae naſcitur.

ALYSSVM VEL ALYSSOS: LVNARIA LVTEA vel Græca, Lunaria maior quorundam.



Neotericorum & Dioſcoridis Alyſſum dicitur Planta quam hic pingimus, Dodonæo, Gesnero, Cæſalpino, & pictiſque omnibus, nullamque Alyſſo Dioſcoridis meliùs quadrare exiſtimarunt Pena & Lobelius. *Lunaria maioris, Lunaria lutea, & Lunaria ſiliqua lata aſpera* nomine inſcribunt alij.

Patauij, Ferrariæ, & Bononiæ vidimus in hortis, & ipſi mox Lugduni, Geneuæ, & Montbelgardi in noſtris habuimus florẽs Aprili & Maio.

Dicitur autẽ Græcis ἄλυσσον, & ſimiliter Latinis Alyſſum, quòd morſos à cane rabido mirificè iuuet, auctoribus Galeno, Ætio, Paulo, Plinio & Pauſania. Plura ad latus ſeque. Figuræ.

ALYSSVM ANGVILLARÆ: AN THLASPI Græcum Lobelij & Penæ?



De Alyſſo non vnanimiter ſcripſere Veteres. *Dioſcoridi* eſt frutex paruus ſubaſper: *Folia* habens rotunda, circa quę fructus duplicis ſcuti figura, in quibus ſemen eſt, aliquantulò latum. Naſcitur addit, in aſperis & montanis locis.

Plurimis *Rubiam minorem* videtur Alyſſum facere: Ætius *Syderitin Heracleam* Alyſſum appellat: eiuſque opinionem tuetur Paulus: at eam non niſi impropriè Alyſſum dici rectè contendit Cornarius.

Alij ad *Rubiam* referunt, alij ad *Cruciatam*, alij ad *Linagrostem* alij ad *Marrubium*: ſed magno omnes lapſu id facere in Hiſtoria noſtra magna oſtenditur.

Moderatè ſiccat & diſcutit, & aliquantulùm extergit: *Galenus*.

DENTILLARIA RONDELETII.



Stolones multos ſeſquicubitales emittit, ſtriatos, graciles, in alternos ramos crebrò diductos: *Folia* pinnis *caulem* complectuntur, glabra, atrouirentia, feruidi ſaporis, Conyzæ foliis paria, per extremos ramulos mul is numeris minora. *Flores* cacuminibus hærẽt aceruatim cõgeſti, oblõgi, purpurei, calyce hirſuto, *Semina* magna, nigra, acria.


Plũbago Plinij, vulgò Herba S. Antonij dicta, & quibuſdam *Lepidium Æginetæ* pluſimis verò *Dentellar Monſpelienſium & Narbonenſium Molybdena*.

Monſpelij & prope A[illegible] vidimus florentem Septẽbri Lugduni verò & Montbelgardi in horto habuimus.

Herba eſt acris, cuius r[illegible] ad dolorem dentium commendatur.

BVRSA

BVRSA PASTORIA: Germ. *Seckelkraut, Teſchelkraut*: Gall. *Bourſe de Paſteur*: Ital. *Burſa Paſtore.*



Burſam paſtoris & Thlaſpi vnam & eandem eſſe plantam à multis *exiſtimatum*, vt annotarunt Cæſalpinus & Matthiolus. At cùm viribus plurimùm à ſe inuicem diſtant, & Burſæ paſtoris folia per ambitum lacinata, & radicem ſecus procumbentia, quæ de Thlaſpi Dioſcorides & Plinius prodidêre, eorum ſententia planè explodenda videtur.

Nec minùs fœdè labitur Guido qui Polygonum eſſe exiſtimat; & Cornarius, qui Herbam Medicam eſſe credit, quantùm enim differant nemini Stirpium perito.

Sũt autẽ variæ Burſæ paſtoriæ *Differentia* tum à Nobis, tum ab aliis obſeruatæ: ex quibus *Maiorem* hîc pingimus. *Plura in ſequentibus.*

BVRSA PASTORIS PARVA, FOLIO glabro, ſpiſſo.




Burſam paſtoris diſtinguit C. Bauhinus in primam maiorem, folio ſinuato; in ſecundam folio integro & non ſinuato: atque in Burſam paſtoris mediam, & in Burſam paſtoris minorem.

Huic quam hîc pingimus *radix* eſt vnica, ſed in tenuiores ſubdiuiſa: *Folium* primùm ſimplex, rotundum paruum: at alia deinde Burſæ maioris more ſinuatenus lacinata, craſſa, glabra; vix ſextans alta. *cauliculi* ſinguli vel plures, dodrantales ac etiam minores: *Floſculi* multi ſimul, albi: *Siliquæ* rotundiores quàm in vulgari.

Tabernæmontano dicitur *Naſturtium petræum.* Prouenit in muris & ad agrorum margines.

BVRSA PASTORIA MINIMA, OBLONGIS ſiliquis, verna: flore albo vel purpureo.



Paronychiæ vulgaris titulo pingit & deſcribit Dodonæus. Tabernæmontano eſt *Alſine minima.* Camerario *Piloſella ſiliquata omnium minima.*

Floribus, foliis & magnitudine variat. *Flores* enim qui in vulgari & aliis vulgò albi ſunt, in hac nonnunquam purpurei viſuntur. *Folia* nonnunquam integra ſunt, aliàs verò lacinata. Totaq; planta nunc maior, eſt & nunc minor.

Arenoſis agris, ac paſſim ſecus vias, & in ſepibus, variis in locis ſpontè prouenit: Martioque & Aprili floret; Genevæ *in plano palais* frequens.

BVRSA PASTORIA FOLIIS PERFOLIATIS.



Pingit eam Camerarius ſub *Piloſellæ* titulo: Cluſius verò, Tabernæmontanus, Hiſtoria Lugd. & C. Bauhinus inter Thlaſpi genera recenſent: Schwenckfeldio, eſt Burſa paſtoris minor.

Variis locis ſpontè prouenientem obſeruauimus. Floret Aprili & Martio.

Vires Burſæ paſtoriæ quod attinet: Eſt ex refrigerantium, exſiccantium & adſtringentium genere, quo verò in gradu frigida ſit, inter Scriptores non conuenit: Nos eorum opiniones habemus & expendimus in Hiſtoria noſtra magna. Commendatur pluſimùm eius decoctum ad podagram calidam, & faucium pudendorúmque tumores. *Plura ad latus ſequentis Figuræ.*

BVRSÆ PASTORIÆ SVBLONGO LOCVLO affinis planta.



Monſpelij & Baſileæ locis campeſtribus prouenit, : floretque Aprili & Maio.

Trita Burſæ paſtoriæ herba collectionum inflammationes refrigerat, ac eò fluentes humores cohibet, imponitúrque ſacris ignibus, & æſtuanti ſtomacho: ad eadémque valet ſuccus.

Ad Hæmorrhagias ex quacunque parte fiat ſanguis variis applicantur modis, internè & externè. Aqua, Succus, & Decoctum, miráque præſtant. Mirâque ſunt in ea ſententia, vt credant, è naribus aliiſve partibus ac vulneribus emanantem ſanguinem cohiberi, ſi Herba ſaltem geſtata apud hominem cui ſanguis profluit incaluerit. Cæſalpinus Herbã ex aceto terit, & carpo adhibet, vt fluxum ſãguinis ſiſtat, & rigorẽ Tertianæ cõpeſcat.

DRABA SIVE ARABIS: Germ. *Turckiſch Kreſſi*: Gall: *Draue*: Itall. *Draba.*




Naſturtium Babilonium vocant nonnulli. Drabam autem ſuppoſititiã apud Dioſcoridẽ exiſtimat Cornarius, tũ quòd bis in eodem Libro eius fiat mentio, tum quòd nullus alius Scriptor vel Drabes vel Arabis meminerit.

Alij (*Cordus*,) quia Dioſcoridis poſtrema de Draba verba, à Plinio de Dryophono tradantur, Drabam Dioſcoridis cum Dryophono Plinij vnum & idem eſſe exiſtimant, ſed leui coniecturã.

Serapio Naſturtii generibus annumerat. & Naſturtium Orientale appellat. Arabim & Drabam vnius & eiuſdẽ plantæ, mutato tantùm D. in A. nomina eſſe, vt iam antè demonſtratum, cenſent alij.

Icones duas habemus, in quibus cùm aliqua non leuis obſeruetur varietas, vtramquẽ proponimus.

DRABÆ SIVE ARABIS ALIA ICON.



Vix cubitum ſuperas Draba, *caule* rotundo, ſtriato, ex *radice* lignoſa ſurgente, multiplice: quam *folia* alternatim baſi imâ amplectuntur, oblonga, vnciam & ſeſcunciam lata, ſinuata: caulium faſtigia in crebertimos abeunt ſurculos, & ipſos quoq; folioſos: quibus vmbellatim inſident *floſculi* candidi, quibus delapſis *capſula* ſuboriuntur cotenlam imitatæ, ex cono ſtylum exiguum promentes, quę binis ſuis loculis totidem *ſemina* parua ruffa continent.

Circa Viennam, totâque fere inferiore Auſtriâ plantâ hac obſiti ſũt agrorum margines, eaque ſubinde in ipſa arua etiam irrepit. Mõſpelij etiam reperitur ad nonnullorum aruorũ margines: Patauij verò vidimus in horto publico, florentem Maio.

IBERIS: quibuſdam LEPIDIVM: Germ. *Gauchblum, Vvilder Kreß*: Gall. *Paſſerage*: Ital. *Iberide*.



Iberis ſiue Cardamantica, dicta à Dioſcoride lib. 2. c. 147. Folia habet Naſturtij, verè viridiora: ... aut minorem, In incolis ... ĕrtur. *Lepidium* autẽ ... ſgit idem Dioſcorides ... cap. 170. Eandem eſſe H... tum Iberide exiſtimau... lenus, Paulus, Ætius, C... rius & Matthiolus. Nos autem *ſub dubium*, vt va... tem, amplectimur: nec Ga... no, Cordo & Matthiolo. Lepidium idem eſſe cum Iberide cõceſſerimus. Ex Plinio enim, Dioſcoridis fonte cõtenteo, magnum apparet diſcrimen: Iberis enim ..., Lepidium verò cubiti. Iberidi folium Naſturtij, Lepidio folia Lauri, &c. *Plura in ſequentibus.*

LEPIDIVM NON REPENS, AD LEPIDIVM Pauli, de quo mox, accedens.



Eo homine inter Guarinionas noſtras Figuras hanc & ſequentem inuenimus, quæ Lepidium non repens mediocriter videntur exprimere.

Porrò vt in paulò antè dictis pergamus: in noſtram opinionem pedibus it Cæſalpinus, cùm ait: Putat Galenus Iberidem eandem cum Lepidio eſſe: Sed apud Dioſcoridẽ diuerſa eorum mentio reperitur: & Iberidi vires in radicibus; Lepidio in folijs: huiuſque præterea vſus in cibis, Iberidis nequaquam.

Malumus igitur exiſtimare Lepidium Pauli, Plinij, Dioſcoridis & Galeni vnum & idẽ eſſe. Iberidẽ autẽ apud Dioſcoridem, Plinium, Galenũ & alios, eandem eſſe plantam, quæ dicatur etiam Lepidium, ſed diuerſum à modò dicto.

LEPIDII NON REPENTIS ALIA ICON.




Quandoquidem ad veram cuiuſque plantæ laus, non poſſumus ſemper omnia adſcribere quæ ad illam ſpectãt, à propriis & ad eas non nihil accedentibus, locum mutuas à cogimur. Sicque hic adhuc de Iberide.

Secus vias, in muris & iuxta muros, atque ad agrorum margines, ſponte prouenit illa in Italia & in Gallia: In Septentrionalibus verò plagis nonniſi in hortis habetur. Flores eius candidi ſunt, quos Auguſto promit.

Vis autem Iberidis acris & excalfaciens quapropter eius radix Iſchiadicis præſentiſſimum eſt auxilium, lienoſiſq; itidem prodeſt: exiſtimaturque etiam radix appenſa collo, dolore dentium liberare.

LEPIDIVM PAVLI ET PLINII, PIPERITIS: Germ. *Senſkraut*: Gall. *Pourée*: Ital. *Piperella*.




Ex *radice* digitali, repente ſurgit *caulis* ſingularis rectus, gracilis, leuis, fungoſa medulla plenus, bicubitalis & altior. *Folia* Mali Citriç, ſæpiùs maiora, in ambitu crenata, rigida, ex viridi in luteum vergentia, ſapore Sinapios; *floſculi* copioſi, puſilli, albidi, apicibus herbidis.

Sponte prouenit nonnullis locis, vt Monſpelij ad fluuium. In hortis verò copioſa etiam naſcitur hæc planta, ſuo ſeptatu Hortulanis odioſa.

Multùm autem calidæ eſt naturæ, atque ad intinctus, ſinapiſmos, & alis eiuſmodi paratus.

LEPIDII PAVLI, ET PLINII ALIA ICON.



Facilè Nobis perſuademus plantam quam hîc tradimus, hiſque duabus Guarinionis figuris exprimimus, nempe *Piperitim*, eſſe *Lepidium* Plinij, Dioſcoridis, Galeni & Pauli: at diuerſam tamen plantam ab Iberide Dioſcoridis, Plinij & Democratis. vt etiam paulò antè monuimus. Ruellius ad radicem ſiue *Raphanum* retulit. A Cordo vocatur *Lepidium* ſiue *Hiberis maior*, item *Piperina* & *Zinziberina*, ſed cur ille aut Hiberis? *De Iberide & Lepidio plura in Appendice.*

COCHLEARIA; Germ. *Læffelkraut*: Gall. *Herbe aux cuilliers*; Ital. *Cochlearia*.




Cochlearia vel *Cochlearium* Thlaſpis & Naſturtii affinis planta flore candido, quam hîc pingimus, Lacunæ dicitur *Telephium*, & Hadriano Iunio *Britannica Plinij*: ſed perperàm, minimè enim, vt rectè notarunt Lobelius & Geſnerus, vel Telephij vel Britannicæ Plinii deſcriptionibus reſpondet. *Cochlearia* autem nomen aliunde obtinuit, quòd in oblongis foliis extremitas in Cochlearii formam rotundetur.

Nobis Montbelgardi in horto creuit & floruit Martio. Copioſè verò ſpontaneè ad mare Batauum prouenit, vnde etiam *Batauia* dicta.

Calida & ſicca eſt, ac viribus Naſturtii ſapore & qualitate perſimilis: & Storbuto, illi regioni familiari, efficaciter medetur.

PIPER CAPSICVM, Germ. *Calecutiſcher Pfeffer*: Gall. *Poivre d'Eſpagne*: Ital. *Pepe d'India*.



Ex variis multiſque diſſimilibus quæ Piperis nomine exhibentur Plantis, ſupereſt id quod *Capſici*, *Calecutici*, *Siliquaſtri*, *Indici*, *Braſiliani*, & *Americani* nomine traditur, ac quod etiã *Piperitis* vocatur, & *Siliquaſtrũ Plinij*.

Siliquaſtrum, Fuchſii ſententiâ, conuenientiſſimo nomine à Plinio dicta eſt hæc Herba, à magnis oblongis vel rotundis & latis, quas producit, ſiliquis.

Eadem etiam ab eodem Piperitis, quòd ſemen eius guſtatum, Piperis ſaporem & acrimoniam præ ſe ferat, nominatur. Alia tamen eſt ab ea quam vulgò Piperitin appellant. Auicennæ *Zinziber caninum* eſſe exiſtimarunt nonnulli. *Capſicum* verò ab eo fortè dicta, quòd ſemen comeſtum mordeat, à verbo *κάπτω* mordeo.

PIPER CAPSICVM SILIQVA LATIORE & rotundiore.



Piperis Capſici, Indici, Calecutici, &c. dicti variæ ſunt *differentiæ*. Eſt enim vel *maius* vel *minus*: & eſt in ſiliquis, caule, foliis, floribus & ſemine diſcrimen. *Siliquæ* enim vel oblongæ ſunt, vel latæ & rotundiuſculæ, *caulis* vel glaber, vel piloſus, pilíſq; albis præditus: *Folia* vel lata vel anguſta: *fructus* vel rotundior, vel in acuminatam longam appendicem definẽs: eiuſque color, qui vulgò ab initio viridis vel niger, in maturitate croceus vel ſubrubicundus eſt; floſque tandem, qui vulgò albus, vel maior eſt vel minor; vel exalbidus, vel ſaturatâ rubedine cinctus.

Colitur diligẽtiſſimè tũ in Caſtellâ, tum ab Hortulanis, tum à mulieribus, in ædium ſuarum poſitibus hortis. Habuimus & Nos Montbelgardi in S. P. horto.

PIPERIS CAPSICI VARIETAS, SILIQVA PARVA, foliiſque & floribus Solani hortenſis.



Hoc in Braſilia abundàtiore prouenit, multiplicique in vſu eſt, Braſilianum ob id dictum.

Cæterùm valenter excalfacit & deſiccat Capſicum Piper: caliditatiſque & ſiccitatis in tertio gradu, ſecũdum Dodonæum, particeps, aut in quarto, ſecundum Monardem. Eaſdemque cum Pipere vulgari facultates habet: in eo ſolùm, eodem Monarde teſte, ab illo differens, quòd illud multis nummis emitur: hoc verò ſola ſatione acquiritur. At cibos quibus immiſcetur croceo colore tingit, frequẽſque nimiùm eius vſus noxius eſt. quod occul à quadã maleficã vi ſit præditum, quã canes, ſi id comederint, interficit: vt iam olim ſuo Z. Z. canino, quod cum hoc Pipere idem credunt ex Recentioribus nonnulli, vim eandem tribuebat Auicennas.

CLASSIS XXII. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE
STIRPIVM
CLASSIS XXIII.

IN QVA MOLLIENTES ET HOLERACEÆ PLÆRÆQVE.

MALVA : Germ. *Papelen* : Gall. *Mauluе* : Ital. *Malua.* Hiſp. *Maluas.* Malua vulgaris.



MAlua titulo plurimæ apud Botanicos habētur Plantæ. *Althæa* & *Alcea ſpecies varia* : Petaſites, quē nonnulli *Maluam equinam* nuncupant : *Geraniū Maluarum* : & *Anagyris*, Malua terreſtris quibuſdam dicta. Sed de iis Nubis hic non eſt ſermo, ſuo tractantur loco. *Maluæ* autem cuius hiſtoriam hic tradimus, ea eſt de qua ſcribit Theophraſtus. *Annuo caule conſtat nonniſi cocta manditur, & aſſiduè cū Sole circumagitur.* Ac proinde Lucij Columellæ

Moloche, prono ſequitur quæ vertice Solem.

Folia enim Maluarum, quod de minoribus maximè intelligendū, prodigioſo Naturæ miraculo, Solis iter ſequi, incuruaq; eum ad pāgi ad Occaſū, ſatis eſt cognitū.

MALVÆ VVLGARIS ALIA ICON.



DIoſcurides Maluam aliā *Satiuam*, aliā *Syluestrē* facit, ſed, quòd notiſſimę ſint, neutrā deſcribit. Sic *Satiuā* & *Syluestres* etiam meminit Galenus. Plinius *Satiuæ* duo genera agnoſcit, totidemque *Syluestris*: illamq; Gręcis *Malopen* dictā ait, hāc *Malachē.*

Recentiores plurimas recenſent Differētias. Maluam enim aliā *hortenſem* ſiue ſatiuam faciunt, & aliam *Syluestrē*, quæ non in ſyluis, ſed in incultis locis & ſemitis naſcitur, ac quæ *Vulgaris* eſt, de qua hic agitur. *Syluestres* rurſus huius *Maluæ* variç obſeruantur ſpecies, magnitudine, foliis & floribus a ſe inuicē diſtantes. Alia enim rubeas, alia candidas, alia in purpura albicantes, *Roſas* producit: Et has rurſus atq; illas maiores vel minores; ſimplici vel multiplici foliorum textu
conſtantes. Maluæ deinde *folia* alia ſinuata ſunt, alia rotunda & nonnulla criſpa. Et tandem ex Maluis quædam altiùs attolluntur, & quædam pumilæ ſunt, & humi iacent.

MALVA STELLATA.



Pulchræ huic Maluæ ſpeciei *caules* tenues ſunt, cubitales & ramuſi : *folia* priura in tenella planta ſunt ex longis pediculis parua, rotunda, ſerrata, vbi autem adoleuit ſatis magna, in tres partes diuiſa. *Flos* magnus, purpureus, ſtriatus, quinque foliis cordatis conſtans : in cuius medio piſtillus albus ex multis apicibus concinnatus, atque in eo cuſpides tres ſtellam quodammodò exprimentes. Cætera vt in Vulgari.

Argentinæ habebat in horto D. Fridericus Meierus.

MALVÆ SYLVESTRIS PVLCHRA ALIA ſpecies, flore lunato.



Sic pingit Cluſius hāc Maluam, flores illi lunatos cum vnguibus purpureis appingē. Hic verò de *vulgaris Maluæ natalibus agemus.*

Locis incultis & neglectis exit, ſolo tamen fecundo, vbi ſterili, iuxta vias, hui torum ſepimenta, agrorum margines, & locis nonnihil humidibus. Pingui delectatur loc & humido, gaudetque laetamine hortorum.

Floret à Iunio menſe multam Æſtatem profert

De Viribus in ſequentib

Tantùm hic addemus Ma peculiare eſſe, vt Veſparum & Apum ictibus impoſita dolores laxet : & ſolum in quo ſeritur pinguius faciat.

MALVA ROSEA, SIVE HORTENSIS : Germ. *Garten Papeln* : Gall. *Maulue de iardin* : Ital. *Malua maggiore.*



Hęc ſi, vt Roſę, ſuaué odorem naribus conciliaret, non eſt dubium quin de præſtantia & pulchritudine cum ipſis Roſis certare poſſet. Cęterùm arbuſculæ magnitudinem aſſequitur, ſtipite craſſo, ſolido, hirſuto, recto, rarius ramis aliquot brachiato. Folia alternatim longis & lanuginoſis pediculis ex caule oriuntur ſingula, lata, quinque ferè diuiſuris obiter inſecta, in ambitu crenata, ſuprà atrouirentia, infrà albicantia, vtrinque piloſa. Ex foliorū alis flores emicāt ſucceſſiuè plures, Roſę magnitudine & colore, id eſt, rubro aut puniceo, aut ſaturo ſanguineo, aut carneo, aut albo: iique modò ſimplices, modò multiplici foliorum fœturā luxuriantes, medium occupante cono apiculis luteis p xdito.

MALVÆ ROSEÆ, SIVE HORTENSIS, alia Icon.



Flores, vt in hac Maluæ deſcriptione pergimus, inſident calyci geminato, canā lanugine pubeſcente, ſemenque poſt ſe relinquente. *Radix* longa, alba, & lentum mucorem remittens. Huius etiam ſpecies inuenitur folio amplo, *Ficûs*, profundè laciniato.

Cordo dicitur *Malua hortulana*, tata viſa ac quaſi ignota, & *Malua Romana*. Nonnullis *Roſa nobilis*, *Malua peregrina*, *Malua arborea*, Veneta dicta, *Malua Theophraſti & Dioſcoridis*; *Roſa tranſmarina* Autumnalis, Vindemialis & Hyemalis.

Patauii, Bononię & Lugduni in hortis vidimus, & ipſimet Geneuæ & Montbelgardi habuimus, tum ſimplicem tum multiplicem. Florebat autem Iunio & Iulio, ac in Autumnum vſque.

MALVA CRISPA, SIVE LACINIOSA, flore dilutè purpureo.



Criſpa nomē obtinuit hęc, quoniam folia non tantùm laciniata ſunt, verùm etiam crebro flexu reflexuque per oram criſpa.

Colitur in hortis, vt Nos Montbelgardi in S. P. horto habuimus, florentem Iunio & Iulio.

Cæterùm moderatè calida eſt Malua omnis, & tum ob humiditatem, tum etiā ob lentorē facilè ſubducitur, qua de cauſa etiam Maluā cęterorum O erum modo, veteres ſolebant Antiqui, ſubducendæ alui gratiā, vnde Martialis:

Exonerature ventrem mihi Villica Maluas
Attulit &c. Et
Veſcere Lactucis & mollibus vtere Maluis:
Nam faciem durum Phœbe cacantis habes.

MALVA ARBOREA : DENDROMALACHE, Maluæ Indicæ genus.




Stipite adoleſcit craſſo, ligneo, quaternûm aut quinûm cubitorum, perenni. *Folia* ampliſſima, Maluæ repentis modo ſinuata, ſed lanuginoſā Altheæ mollitie. *Flores* ſecundum ſtipitem Maluacei, parui.

Maluam arboream ſe tātę proceritatis Halepi vidiſſe ſcribit Rauvvolffius, vt ſub gratioſa eius vmbra ſæpiuſculè deambularent incolæ. Nos Monſpelii & Baſileæ, ac præſertim Eſlingæ pulchras in hortis vidimus.

Quod autem hic pingimus Maluæ genus Indicum eſſe ſuſpicatur Cluſius Exot. Lib. 2 cap. 15. Vnum porrò adhuc de Malua addemus: eam ſcilicet ad multa admodum eſſe vtilem, vt non immeritò Antiquis *Omnimorbia* dicta ſit.

ALCEA, BISMALVA : Germ. *Sigmars krant* : Gall. *Guimauue* : Ital. *Biſmalua*, *Malua Syluatica.*



ALCEA VULGARIS quam hic pingimus ſeſquicubitales *caules* habet, hirſutos, aſperos, fungoſa medullā farctos. *Folia* Maluæ vulgaris, ſubrecta, maiora, ad pediculū vſque plerumque in tria, quinque aut ſex ſegmenta diuiſa, atrouirentia, hirſuta & ex longis alis, pediculis quadrantalibus hirſutis appendentibus. *flores* rubri ſpecioſi, purpuraſcēte etiam ſæpe colore, è quinque ſtriatis foliis compoſiti: quorum mediū occupat racemulus *apicum* albicantium. *Semina* coniūcta compreſſi caſeoli formā æmulantur, vt vulgaris Maluæ. *Radix* digitalis longa.

Maluam ſylueſtrem, *Maluam Vngaricam*, *Herbam Vngaricam*, & *Herbā Simeonis* nuncupant nonnulli: Anguillara *Cannabin Syluest.* Alceam verò pleriqi omnes.


ALCEA ARBORESCENS GLABRA, HERMIA ſiue *kermia* dicta, flore amplo albo.



Inter Alceæ ſpecies & Differentias quas iam recenſebimus, eſt hęc exotica planta quam curioſiores horti nonnulli habent: ac quam Nobis Lutetiæ olim oſtendit Robinus Hortulanus Regius.

Cluſio eſt *Althæa genus fruticans rarum & elegans*: Camerario *Alcea arboreſcens*, & *Alcea Syriaca*. Imperato, *Fruticoſa Althaa ſpecies*, *Ketmia dicta, qua in Syria colitur ad oculorum oblectationem.* *Alcea* autem *vulgaris*, de qua paulò antè actum, in incultis campeſtribus, agrorum ſcrobiumque marginibus, iuxta vias, ſepes & ſemitas variis locis prouenit: Monſpelii, & Geneuæ, ac etiam Montbelgardi copioſam obſeruauimus.

ALCEA CANNABINA : CANNABIS SYLVESTRIS



Ad hominis altitudinem accedit, *cauliculis* aſperis, rotundis, in plures ramos diuiſis: *folia* Cannabinis ſatis ſimilia, ſed minùs aſpera: *flores* ſinguli vel bini, Alceæ vulgari ſimiles: *ſemina* Maluæ criſpæ: *radix* perpetua, extrà & intùs alba.

Cannabim ſylueſtrē Dioſcoridis inſcribunt Camerarius & C. Bauhinus: aliis dicitur *Cannabina Pentaphylli folio*. Nobis verò nata eſt in S. P. horto Monrbelgardi: floruitque Iulio, & ſemen maturauit Auguſto.

ALCEA TENVIFOLIA CRISPA.



A Vulgari Alcea in eo ſolùm tantù n differt, quòd folium habeat tenuiſſimè in crebras trimas tenues criſpas lacinias diuiſum: In cæteris haud multùm ab illa diſtans. Et fortè tantùm naturæ lpſus.

Lobelio dicitur *Malua querna*, & *Dens Leonis*: Ryſſii in Dioſcor. *alcea altera*, ſegmētis profundioribus laciniata. Camerario hort. *Alcea tenuifolia*, folio criſpo.

In Hercynia ſylua & apud Rhenum frequens eſt. Vidimus etiam prope S. Coſmum in Suntgouia.

ALCEA VILLOSA, FLORE PVRPVRASCENTE.



Huic Alceę *Villoſa* nomen dedit denſus ille tiginſculus & aſper, quo tota planta horret, villus. *Rami* palmares aut dodrantales, teretes, hirti, multi, ex *radice* ſimplici, gracili, palmari, ſtatim exoriuntur. *Folia* parua, plærumque in profundas lacinias ſerratas diſſecta, lanuginoſa. *Flores* purpuraſcentes, è quinque foliolis cōpoſiti, quibus ſuccedit orbiculata *ſeminum* nigricantium placenta.

In vinetis circa Monſpelium, ſicciuribus præſertim, & in collem ſqualidum elatis, frequens eſt.

ALCEA AMPLISSIMO FOLIO PROFVNDE laciniato, glabro : flore purpuraſcente.



Quod antè fieri non potuit, hic Alceę *vires* recenſebimus. Eam Galenus in ſimplicium cenſu prætermiſit: Paulus verò & Dioſcorides cum vino potam dyſenterias & ruſiones ſanare ſcribunt. ac molliò magis radicem. Plinius ad rupta, & conuulſa dyſenterias & aluum ciram ex vino aut aqua etiam exhibet: idque etiam comprobat Tragus. Ad caliginem oculorum celebratur ab Empiricis: ſuntque qui credant radicem Alceæ à collo ſuſpenſam, aciem oculorum ſupra modum acuere, & tueri. Exſiccat & moderatè calida eſt, atque vt ex foliorum & radicis glutinoſo lentore facile eſt conicere, ritè inter emplaſtica medicamenta collocatur.

ALCEA PEREGRINA SOLISEQVA, ALCEA Veneta quibuſdam dicta.



Radice, caulibus, foliis, cæteriſque ferè *omnibus partibus* Alceam vulgarem refert: ſed folia magis piloſa ſunt, floreſque ex luteo herbidi, ac peregrinâ elegantiâ floribus Alceæ vulgaris acceptiores.

Alceā *Bononienſem* nuncupant nonnulli, *Venetam* plurimi, alii *Italicā*: Id verò meritò miratur aduerſaria, cùm nuſpiam in Italia, nedum Venetiis, niſi in hortis, reperiatur. *Alceāque peregrinā Soliſequā* inſcribere maluerūt. Dodonæus & C. Bauhin. *Alceā veſicariā* Matthiolus, ſed perperàm, *Hypecoum*. Sūt qui Gallicè vocent *La gloire du monde*, & Germanicè *Latternblum*.

Montbelgardi in S.P. horto Nobis quotannis prouenit: *Ioon* autem noſtra ex empiritis non placet.

ALCEÆ MALVÆVE INDICÆ FORTÈ genus Cluſij.



Fructum hunc Exotic lib. 2. cap. 15. ex nauigatione in Iauam à Batauis allatum ſcribit Cluſius, pingitque & deſcribit, ac pro Maluæ ſiliqua, ſiue genere aliquo exhibet: *iudicabunt periti*.

ALTHÆA SIVE BISMALVA : Germ. *Ibiſch*, *Heyſwurtz* : Gall. *Guimaune* : Ital. *Maluauiſco*.



Galeno dicitur *Dendromalache* & *Anadendromalache*, arborea ſiue arboreſcens Malua. Palladio *Ibiſcus*, *Ebiſcus* & *Euiſcus*, & nonnullis *Maluauiſcus*, nomine ex Malua & Ibiſco compoſito. Recentioribus verò *Althæa*, *Biſmalua*, *Malua Hiſpanica* & *Malua ſylueſtris*.

Folio Maluę eſt Ibiſcus, inquit *Theophraſtus*, at maiori & pilosiori: *caulibus* mollibus guſtu Maluę: *flore* meliuo & fructu Maluę: & radice fibroſâ albâ. Althææ verò *folia* tribuit *Dioſcorides*, vt Cyclamini, rotunda, lanugine canescentia, *florem* roſeum, *caulem* bicubitalem & *radicem* lentam, intùs albam. Sic verò *Plinius*: E ſylueſtribus Maluis, inquit, cui grãde folium & radices albæ, Althæa vocatur. Nos *Vulgarem hic pongimus*.

ALTHÆA FLORE GRANDI ALCEÆ : An Camerarij Thuringiaca? An Cluſij Pannon. 2. ?



Vires ac *temperamentum* Althææ quod attinet: inter omnia Maluarũ genera *Hibiſcus* inſignes obtinet in morbis curandis facultates, & quæcunque de *Malua* dicuntur, ea duplicitèr de Althæa intelligi debent: vnde etiam *Biſmaluam* dictã volunt. Eſt autẽ temperamento ſuo calida & ſicca.

Radix vino, aut aquâ mulsâ decocta ac pota, medetur vitibusvis internis pectoris & pulmonis vitiis, eroſionibus inteſtinorum &c. atque, vt paucis multa dicamus, vniuerſo corpori confert.

Eadem radix in lacte vel aqua decocta, quouſque in puluerem euadat, & emplaſtri modò impoſita, emollit & maturat: in aceto cocta, & ore retenta, dolori dentium auxiliatur. Folia ſtia Veſparum ictus perſanant.

ALTHÆÆ SPECIES, QVIBVSDAM ARBOREA altera, vel Bryoniæ folio.



Creuit hæc Nobis in S.P. horto Monbelgardi, & ad altitudinem hominis excreuit, *caule* ex viriditate lucente: *ramis* veluti farina aſperſis: ac quibuſdam ex ſuperioribus *foliis* ſubtùs magis candicantibus, quibuſdam longiuſculis, ſiue laciniis.

An Camer. hort. *Althæa arboreſcens* vel potiùs fruticoſa perennis planta, alia ab Hiſpanica Cluſii, &c. ? C. Bauhino in Phyt. dicitur althæa 6. ſiue fruticans, foliis Bryoniæ, perennis.

ALTHÆA PROFVNDE SERRATO, SIVE dentato, folio.



Folio eſt molli, hirſuto, Vulgaris æmulo, pulchrè tamen laciniato, profundè & tenuiter ſerrato: *flore* maiuſculo, rubente, ſtylo apicibus ornato purpureis vel nigricantibus.

Vulgaris autẽ Althæa naſcitur ſponte locis vliginoſis, & pinguibus, humentibus ac paluſtribus pratis, vt & in foſſis: floretque Iunio & Auguſto menſibus. Monſpelii ſpõtaneã vidimus prope mare, Baſileæ verò, Geneuæ atque Montbelgardi in hortis ipſimet colimus.

Cęterùm *Biſmalua* dicitur, ſiue *Viſmalua*, quaſi Malua viſcida: & Althæa à verbo *ἀλθαίνειν*, quod ſignificat mederi, quia plurimis ad medendum pollet viribus & remediis, vnde etiam illi *Medica* impoſitum nomen.


ALTHÆA ARBORESCENS.



In arbuſculæ proceritatem excreſcit, *ſtipitibus* lignoſis, firmis, & cortice tomentoſo veſtitis: *folia* Maluarum minorum magnitudine, aliàs leuiter ſinuata, aliàs, althææ modo, in oblongas lacinias cæſa, candicantia, lanuginoſa, pediculo ſatis longo, villoſo, mixta: *Flores* purpuraſcentes Maluæ vulgaris floribus pares: ac *ſemina* etiam paria.

Quibuſdam in locis feruidiore cœlo (quale in maritimis Gallo-Prouinciæ ad Olbiam) prouentu tãto fruticare ſcribit Lobelius, vt ad ſepes conſtituendas ſatis ſit. Coli verò in hortis ſolet, vt in variis *Nos* vidimus; Lutetiæ, Baſileæ, Pfortzheimii, &c.

ALTHÆA SIDA DICTA QVIBVSDAM.



Radix illi hortenſis Maluę: *caulis* cubitorum duorum: *Flores* Maluæ roſeæ, ſaturatè purpurei: *folia* Abutili de quo mox.

A Lobelio & Pena in Adverſ. & Obſ. inſcribitur *Althæa paluſtris Cytini flore*: & *Sida Theophraſti* propiora planta: at Sidam *Theophraſti* ad Nymphæas referri vult Dodonęus: *iudicent docti*. Quam autem Althęam paluſtrem vocant, malè pingunt tum Lobelius, tum Tabernamontanus in Icon. & Hiſt.

Nobis prouenit in S.P. horto Montbelgardi.

ALTHÆA THEOPHRASTI FLORE LVTEO, quibuſdam *Abutilon*.



Peregrina eſt planta, nec alibi quam in hortis cóſpicua. Habuimos Nos in noſtris Geneuæ & Mõtbelgardi. Floret ſub finem Æſtatis.

Althæã Theophraſti eſſe, & abutilon Auicennæ, plurimorum doctorum calculo cócluditur. Sola fere Hiſtoria Lugd. neq; Theophraſti althæam, neque Auicennæ abutilõ eſſe arbitratur, nulla tamen ratione aliorum opinionem refellens.

Lobellus in Iconibus Plãtarũ ſcribit althæam luteis floribus. At in Obſeruationibus quærit, althæa floribus luteis, an ſit Theophraſti Ibiſcus, & abutilon Auicennæ. Matthiolus althæam flore luteo ſe nunquam vidiſſe liberè profitetur, & tamen pingit.

ABVTILON INDICVM.



Abutilon Indicum poſſ... ad Althæas refert ... ſcribi... Camerarius. *Flore* eſt pal... lido, ſubrotũdo, pedicul... mixo ſubhirſuto, ſicut & ... oella *folia* & *caulis*, ... penes internodia ſobole... rit. Florem excipit *folliculus* ſubniger ſtellatim compactos, *ſemen* quoque conti... ocus nigrum. Exterius ... *inuolucrum* ex viridi flaue... cit *Radix* pallida fibroſa, ... Nobis olim è ſe vidum d... erebebat D. Doldius.

BAMIA, BELMVSCVS HON. BELLI : *Bamia del gran Cairo*.



Folia habet ad Maluæ roſeæ folia plurimùm accedentia: ex quorũ alis *flores* erumpunt lutei: eos ſubſequitur *Siliquâ* ſecundùm caulẽ rectâ ſurrectâ, trium ferè vnciarum longitudine, in turbinẽ faſtigiatâ, hirtis pilis obſitâ, pentagonâ, in qua inter intergerinos parietes totidem internaſcuntur verſus *ſeminum*, Orobo ſimilium.

Alitur in hortis & pẽſilibus vrceis elegans hæc exotica planta: cuius ſemina apud Ægyptios in cibum veniunt, vt apud Nos Piſa, Phaſioli & reliqua Legumina. Fomenti vel Emplaſtri modo folia appoſita inflammationes reſoluunt, dolores mitigant, tumoreſque emolliunt, & ad ſuppurationem ducunt.

Plurimùm verò *Bamiam* æmulatur eorũdẽ Ægyptiorũ *Belmuſcum*, Moſchũ reſipiens.

BAMIÆ AFFINIS SABDARIFFA.




Ad Maluaceas refertur & hæc exotica plãta. Rauuolffus, qui deſcribit, & Arabibus *Lubac Endigi*, id eſt, Phaſioli Indici, dici tradit, exiſtimans eſſe *Trionum* Theophraſti; eodemque nomine inter Icones inſcribit, quod etiã facit Hiſtoria Lugd. in Appendice. Aſt, noſtro iudicio, incognita fuit Veteribus hæc Planta.

Sabdariſſam dixêre Lobelius, Camerarius, Tabernamontanus, eadem Hiſtoria Lugd. & alij. *Alceam Indicam* C. Bauhinus in Phyt.

Baſileæ & Argentinæ vidimus in cultoribus hortis: atque ipſimet Mombelgardi in S.P. horto habuimus, Septembri & Octobri florentem.

BETA : Germ. *Mangelt* : Gall. *Bete, Reparée* : Ital. *Bietola*.



Quod Olus Græci τεῦτλον vel σεῦτλον appellant, & Arabes *Decka* & *Calb*: id Latinis eſt *Beta*: quæ ſibi id nomen aſciuit, quoniam figuram β. Literæ Græcæ, dum ſemine turget, referre videtur, vt pote ſummitatem in cacumine reflexam habens: quod elegãter exprimit Lucij Columellæ Carmen:

Nomine tum Graio, cen litera proxima prima,
Pangitur, &c.

Variæ autem *Betæ* traduntur *Differentiæ*, à varijs locis deſumptæ: Sic apud Plinium *à tempore ſationis* alia *Verna* & alia *Autumnalis*, dicitur: *à loco natali*, alia ſatiua eſt, alia Sylueſtris, alia Sicula, alia Cretica, &c. *A colore*, alia candida alia rubra, & alia flaueſcens. Nos Betam candidam hîc pingimus.

BETA RVBRA, NIGRA DICTA : Germ. *Rott. Mangolt* : Gall. *Bete* ou *Reparée rouge*.




Betæ enaitatis *Differentiam* adhuc vnam addit Plinius, *ab effectu*: Mira, inquit differentia, candidis ſolui aluum, Nigris ſubiberi.

Beta autem quam, ex radicis & foliorum argumento, *Candidam* vocant, *radicem* lignoſam habet, minimi digiti craſſitudine, mediocriter longam, candidam: *folia* dilutiùs virentia, Lapathi, craſſa & ſucculenta, ſapore nitroſ... *Caulis* duos treſue cubitos ... tus, gracilis, ſtriatus, ... alis concauus. *Floſculi* ... leates, exigui, ſtellati, ... quinque foliis conſtan... Semen rotundum, ſulcatum ... criſpa ſuperficie aſperum.

Illi perſimilis *Nigra*, ... hîc pingimus, folia ... breuiora ſunt, & rubent ... atrouirentia.

BETA RVBRA; LVTEA, RVFFA: BETA-RAPA: Rapum rubrum: Beta radice craſſa.



Eſt præterea *Beta* quędam *Rubra* dicta, cui *folia* itidem breuiora & atro-virentia: ſed quæ, præter foliorum diſcrimen, aliud etiam in radice agnoſcit: eáque ventrioſã, Napi inſtar, intus foriſque ſanguineo ſaturo colore infectã. Cui proinde gemina natura Oleris & Bulbi. *Betam rubram*, *Betã rubram vulgatiorem*, & *Betam rubram radice craſſa*, inſcribunt Brunfelſius, Tragus, Lobelius, Camerarius, & alii: *Rapum rubrũ* Sckvvenckfeldius: *Rapum ſatiuum rubrum* Cordus in Dioſc. At Rapum tamen nõ eſſe rectè cõcludit Hiſtoria Lugd. Eam verò Nos eſſe putamus, quã Matthiolus *Roſſã* vocat.

Reperitur & *Lutea*, a iam dicta radice luteã ſolùm differens. *Lutea* dicitur hæc Camerario, *flaua* Geſnero.

BETA CRETICA SEMINE SPINOSO.




Videtur hæc ad Lapathũ vel Spinachiam referenda: quãuis Betæ nomine à pleriſq; omnibus tradatur. Eam Nos in nonnullis hortis obſeruauimus.

Cæterùm paſſim in hortis ſeritur hodie omnis generis Beta: nihilque in culinis Betã hortenſi frequentius.

Conſtat autem ex contrariis facultatibus: Succus enim qui calidus eſt & nitroſus, abſtergit, ventrem ad efluxum prouocat, Stomachũ vellicat, iecoris & lienis obſtructiones reſerat, & naribus inditus ſternutationes excitat. At corpus craſſiorem eſt pallium, flatuoſum, concoctu difficile, parũ nutriens & frigidum, ventremq; ſiſtit: ac proinde cuſtodientibus & pauperum tantùm menſis apponitur. *Plura in Appendice.*

BONVS HENRICVS, TOTA BONA: Germ. *Guter Heinrich*: Gall. *Toute Bonne*: Italis *Herba infarinata*.




Tota bona dicitur hæc plãta ob inſignes eius dotes: eademque etiam ob cauſam *Bonus Henricus*, vt cõtrà perniciosam quandam plantam *Malum Henricum* appellant.

Oxylapathi craſſa *radice* nititur: *caules* multi, tenues, ſtriati, ac partim erecti, partim ſupini: *folia* triangula, Atriplicis, atrouirentia, farinã tenui reſperſa: *floſculi* in thyrſo muſcoſi, herbidi: *ſemẽ* rotundũ, Raphanino ſuppar.

Spontè prouenit in areis, fimetis & ad agrorum margines, florẽs Septẽbri & Octobri. Nullibi verò copioſiorẽ ſpecioſioremue obſeruauimus, quàm in area & iuxta domũ nobilium illorum Dn. *Chabræi* Geneuenſiũ Pento-Conſulis *Tempe*, quę in Pago *Genton* ad Lacum ſita ſunt. *De viribus in Appendice.*

SYMPHONIA PLINII: Germ. *Vvider ſchein*, *Papagey: ſedern*: Gall. *Ialouſie*: Italis *Herba de la marauiglia*.




Radice eſt breui, candidã, ſurculoſã: *caule* vnico, pedali, rubente: *foliis* Bliti, alternatim viridi, rubeo & luteo colore pictis, ſic vt in ſingulis foliis adultis & perfectis, iucũdiſſimo ſpectaculo, Pſittacorum plumas referat. *Semen* profert in exigua ſpica villoſa, cauli ſine pediculo adhærente, flaueſcentibuſque pilis notatã: idque vice *floris* eſt, perinde ac ſi natura tantum venuſtatis & gratiæ picturæ in folia contulerit, vt deinde, veluti picturæ florũ oblita, eos vix inchoatos reliquerit.

An Geſneri *Blitum maculoſum*? An Lobelii Amaranthus tricolor? *Geloſiam* vocat Ruellius nonnulli *Gomphrenam* vel *Crompheonam*.

Colitur in hortis ad acetariorũ vsũ, & oculorũ oblectationẽ. Eſt autẽ alſioſa planta.


SPINACHIA, SIVE SPINACIA: Germ. *Spinet*, *oder Binetſch*: Gall. *Eſpinars*: Ital. *Spinacei*.



Spinachiæ ab inſigni ſeminis ſpiculorum nota inditũ nomen, vel à Mauritano vocabulo *Hiſpanach*, quod Hiſpanicum olus denotat, quia ex Hiſpania primùm allata. Certè, quod mirum, de ea nihil tradidẽre Veteres: nec eorũ hac in parte ſilentii cauſſas rimari admodũ facile.

Hallucinantur autẽ, Conſtãtino & Matthiolo iudicibus, plurimùm Arabes, Cęſalpinus & alii, qui *domeſticum Rumicẽ* eſſe contendunt. Falluntur & ij qui *Plinij Beslapathũ* eſſe exiſtimãt, itidem etiã ii qui Atriplicẽ & Spinachiã eiuſdem generis eſſe credũt. *Seutlomalachen*, id eſt Maluaceã Betã, nuncuparunt nõnulli: ſed meliùs Seutlo-Lapathum dixiſſent: cum media inter Betam & Rumicẽ naturæ eſſe videatur.

SPINACHIA SEMINE NON PVNGENTE: folio maiore & rotundiore.



Obſeruari in Spinachia ſeminibus & foliis diſcrimẽ tum ex hac Icone, tũ ex eius titulo manifeſtũ eſt. Sed Spinachiam prꝗterea *ſexu* & *loco* diſtingui apud nonnullos Scriptores reperimus. Sic eam *Marem* appellat Scaliger cuius ſemen ſpinoſum eſt, *Fœminam* cui ſemen ſine ſpinis. Ac ſic etiam apud Camerariũ & Hiſtoriã Lugd. Spinachiæ duo ſtatuũtur genera, *Satiuũ* & *Syluestre*: & ſatiui rurſus duo, *Mas* & *Fœmina*. Mas quę ſemen gerit, & *Fœmina*, quæ ſeminis infœcunda ſterileſcit.

Paſſim in hortis Martio & Septembri ſeritur, exitque ſeptem à ſatu diebus, nullum reſpuens ſolum.

Numeræ refrigerantium & humectantium claſſis eſt, nihilque ea in culinis frequentius. aluum comeſta emollit laxatque, &c.

Atriplex: Germ. *Molten*, *Milten*: Gall. *Arrouches*, *Bonnes Dames*: Ital. *Atriplice*.



Atriplex vulgò in Sativã & Sylveſtrem diſtinguitur. Eſtq; *Sativa* quam hîc pingimus vel *Alba* vel *Rubra*.

Non rarò hominis ſtaturam adæquat. *Atriplex hortenſis alba*, *caule* imo tereta, ſupremo anguloſo: *Folia* Betæ, minora, ad pediculum quaſi alata, nõnihil in ambitu ſinuata, copioſâ farinâ reſperſa colore ex viridi in luteum languente. *Floſculi* copioſi, ſpiculis conſtãt luteis vel herbidis: quib⁹ ſuccedũt *ſiliquæ* foliaceæ, latæ: in quibus *ſemen* Amarãthi, nigrum, parvum, nitidum, lubricum, amplũ, cõpreſſum. *Radix* recta, palmam longa, aut circiter, fibroſa.

Nec alia *Atriplicis ſativæ rubræ* facies: niſi quod ſanguineo colore tota picta eſt. *Plura in ſequ.*


Atriplicis hortenſis, albæ et rubræ, alia Icon.



Nos ponimus duas *Figuras*, quia ex Fuchſianis ſculptæ erant. Aliàs una bene picta poſſet ſufficere, cùm & Fuchſius & alij *atriplicis hortenſis*, tum *alba* tum *nigra*, unicam tantùm habeant deſcriptionẽ. Sic Hiſtoria Lugdunenſis, quæ albam & rubrã etiam recipit, nec plures, unicam tantùm habet Iconẽ.

Rubicundæ, ex luteo palleſcentis, & ex luteo nigricãtis meminit Tragus: virentis rubræ & albæ, vel pallidè luteæ, Matthiolus & Lonicerus: *Nos* verò duo tantùm eſſe Sativæ Atriplicis ſumma genera, *albam* ſcilicet & *Rubram*, cum Geſnero, Dodonæo, Pena & Lobelio, Gerardo, Caſp. Bauhino, & aliis plæriſque omnibus doctis, concludimus.

Atriplex sylveſtris: Germ. *Scheiſs Melten*: Gall. *Arrouches ſauvages*: Ital. *Reppice, ſalvatico*.



Atriplicis in genere ſumma duo faſtigia faciunt Dioſcorides, Plinius & Galenus, *Hortenſe* ſcilicet & *Sylveſtre*, ſive *Sativum* & *Spontaneum*: Nec meliùs dividi poſſe exiſtimamus: cùm Tertium (*Maritimum*,) quod addit Marantha, ad Sylveſtre & ſpontaneum reduci poſſit.

De Atriplice hortenſi, quæ non niſi ſata provenit, actũ antè: tam de Sylveſtri ſive ſpontanea dicendũ. Ea, præterquamquod folia albidiora ſpectantur, Hortenſi omnibus notis admodum reſpondet, ut cui hæc nota ſit, illa etiam facili negotio innoteſcat.

Atriplicis sylveſtris alia Icon.



Duas, ut hortenſis, hujus Atriplicis habemus à Fuchſio Figuras, ejuſque exemplo utramque ponimus.

Vias autem, ſemitas, ſepes, agrorum margines, urbium mœnia & fimeta, ubiq; fermè occupat Atriplex ſpõtanea & Sylveſtris dicta: ac in hortis etiam provenit: eodémque tempore cum ſativa floret Julio ſcilicet & Auguſto menſibus. Semen Septembri maturatur.


Atriplicis autem nomen ſunt qui ab atro colore deducant. Græcis verò ἀτράφαξυς dictam voluit, quoniam ἀτρὰς αὔξει octavo enim die à ſatu prodit, & confeſtim incrementa proficere cõſpicitur. *Chryſolachanon* vocavit Dioſcorides, id eſt, *aureum Olus*; quòd auri colorem repræſentet.

Atriplex sylveſtris anguſtifolia laciniata minor.



Iam ad varias Sylveſtris Atriplicis Differentias tranſimus. *De Viribus Atriplicis* ſic tradit Dioſcorides: Cocta, inquit, eſtur ut olus, & alvum mollit: Panos verò diſcutit ſive cruda ſive cocta illinatur. Semen cum aqua mulſa potum regium morbum ſanat. Edi ut olus auctor etiam eſt Galenus: Et culinæ potiùs quàm Medicinæ natam eſſe perhibent plærique omnes. Suas tamen habet in *Medicina* laudes: ut potè quæ, ipſo Galeno teſte, in primo receſſu frigida eſt, & humida in ſecundo, inter emollientes herbas meritò numeratur, faciliméque atq; efficaciſſimè alvũ ſubducit. Qualitatis omnis eſt expers, fatua & inſipida, aquaticamque & uliginoſam naturam redolens. Sylveſtri autem frigidior & humidior eſt hortenſis.

Atriplex sylveſtris foliis integris, racemoſa.



Hanc variis locis obſervavimus in Sundcovia, circa ſinus.

Atriplicis virtutibus aliquid de *ejus noxis* ſubjiciemus: Accuſatam ſcribit Plinius à Pythagora tanquam faceret hydropicos, morboſque regios & pallorẽ, & coqueretur difficillimè: ac ne in hortis quidem juxta eam naſci quicquam, niſi languidum, tradit. Sic plurimos ex ea gigni morbos ſcripſêre Dyoniſius & Diocles, ſtomacho incommodam eſſe, & non niſi mutatâ ſæpiùs aqua coquendam.

ATRIPLEX VVLGARIS ANGVSTIFOLIA, cum folliculis.



Obſcurè admodum huic virent folia, vt penè atra ſint, ad Polygoni folia proximè accedentia, latiora, acuminata, & nonnunquam læuiſſimè ſinuata: exceſcit autem ad cubitalem & ſeſquicubitalem altitudinem. *Flos* & *radix* Atriplicis ſylueſtris ſinuatæ: folliculacea autem ſeu *pericarpia*, ac ſæpe etiam rhomboidea, conferta: quæ dehiſcentia *ſemen* oſtentant, ſingula ſingulum, rotundum & compreſſum.


ATRIPLICIS VVLGARIS ANGVSTIFOLIÆ cum folliculis alia Icon.



Cùm foliis ſit Atriplex hęc vulgariter oblongis, anguſtis, non ſinuatis, reperitur etiam aliquando foliis ad principium duabus alis donatis & anguſtioribus, vt hic pingitur.

Prouenit in vineis & ad agrorum margines.

ATRIPLEX MARITIMA.



Humi ſpargit *caules* cubitales numeroſos, ex craſſa ſatis *radice* exortos, totos albicantes: per quos *folia* prodeunt candicantia, ſinuata, Pedis anſerini foliis ſimilia. *Floſculi* per extrema poſtiſſimùm ramulorum racematim congeſti, flores Portulacæ marinæ imitantur.


In maritimis mediterraneis & Adriaticis nuſquam non obuiam reperiri, humi ſtratam, ſcribit Lobelius: Tergeſti ad Salinas in maris littore frequentem Matthiolus.

ATRIPLICIS MARINÆ SPECIES ALIA Valerandi Doutez.



Atriplici marinæ vis eadem quæ cæteris Atriplicibus: ſed propter ſalſedinem quâ referta eſt magis aluum ciet, & magis abſtergit, ſi è carnis iure decocta detur: *Matthiolus*. Si verò fides habenda Camerario, digerit, incidit, attenuat, liquat, à putredine vendicat, aperit, humentem aluum ſiccat, hydropicos iuuat, pingues extenuat, & abradendo purgat.

ATRIPLEX DICTA PES ANSERINVS: Germ. *Genſs fuſs, Seun fuſs*: Gall. *Pied d'Oye*: Ital. *Pede di Oca*.



Folia huic Atriplicis maritimæ, ampla, laciniata, atrouirentia, caput grauantis odore prædita: *floſculi* ramoſi, muſcoſi: *Semen* exiguum, rotundum: *Radix* fibroſa, ligneſcens: *caulis* craſſiuſculus, rectus, cubitalis.

Secus veteres parietes, vias, ſemitas, alibique incultis & deſertis hominibus nonnihil locis, exit: vigetque ac floret vnà cum Atriplicibus reliquis: quemadmodum à Nobis Lugduni, Geneuæ, Muntbelgardi & alibi, ſæpiuſculè obſeruatum.

Planè autem lethalis & peſtifera habetur, præſertim ſi à bubus deuoretur, Fuchſio & Trago auctoribus.


ATRIPLICIS QVÆ PES ANSERINVS dicitur alia Icon.



Tabernæmontano in Icon. & Hiſtoria dicitur Chenopodium, & Pes anſerinus a. Trago Bliti & atriplicis 5. genus, vt præcedens illi eſt quartum. Minimè autē a dicta præcedente differt, niſi in eo quod ramoſior eſt, & magis nigricantia habet folia.

In antiquis aruis & foſſis ſimi reperitur in pagis.

ATRIPLEX FOETIDA ET VVLVARIA: Germ. *Scham kraut, Hunds Molten*: Gall. *Herbe de bouc*.



Verum Atriplicis fœtidæ genus eſſe quam quicquam aliud ſcribit Tragus: malè verò ille & Lonicerus *Bonum Henricum* inſcribunt. *Cynocrambe* aſſinem herbulam vocauit Cæſalpinus. *Atriplicem caninam* Tragus & alij, quia eam ca vrina canum naſci putant. *Garoſmon* nonnulli, quòd Garum, ſiue liquamen piſcium redoleat. *Blitum fœtidum* aliqui. *Caninam* & *Vuluariam*, quia muliebria redolet, Cæſalpinus, Lobelius & Hiſtoria Lugd. *Atriplicem fœtidam, olidam* atque *hircinam* plæraque omnes, à tetro odore.

Iuxta parietes prouenit, & locis ſabuloſis, iiſque præſertim quæ canum lotio ſæpiùs aſperguntur: florens Æſtate media. *Vires & Vſus trademus in Appendice.*

PARIETARIA, HELXINE, PERDICARIA: Germ. *Maur kraut*: Gall. *Parietaire*: Ital. *Parietaria*.



Eam Helxines nomine ſic delineat Dioſcorides. *Cauliculos*, ait, fert tenues aculeatos, rubentes: *folia* Mercuriali, hirſuta: circa *caules* velut exigua *ſemina* aſpera, veſtibus adhærentia. *Flores* ſunt herbidi, pallentes & muſcoſi.

Plinius hanc Dioſcoridis Helxinen cum eiuſdem Parthenio cõfundit. Dicitur autem Græcis *Helxine* quòd veſtimentis obuiis adhæreat. Iiſdemq; Perdicaria, ſiue Perdicium, quòd Perdices eam eſitare ſoleant. Latinis verò *Parietaria* & *Muralium* natalibus. Sunt qui *Vitriariam* & *Vrceolariam* vocent, quòd tergendis vitreolis vaſiſque vitreis perïdonea ſit.

Eſt vel Maior vel Minor, & naſcitur vtraque iuxta muros, parietes, in ſepibus & ruderibus, atque in ipſis muris.

OCIMASTRVM VERRVCARIVM, CIRCÆA quibuſdam: Parietaria III. Helxine rituelis.



Ex *radice* tenui fibroſa fuſca, *caulis* ſurgit ſingularis, teres ſubhirſutus, geniculatus, ex viridi rubeſcens, nitidus: *folia* ex articulis aduerſa, Solani vulgaris, acutiore, ſeu non viventis, per ambitum leuiter ſinuata: *flores* in thyrſulis pulchelli, quadrifolij, colore carneo, biſariè inuoluti antequam pateſcant conditi: ſtaminulis cõculoribus medium occupantibus ſubiectis, hirſutis globulis, poſtmodũ in *lappulas* abituris: quorum ſingulis modò vnũ modò bina *ſemina* oblonga recludũtur.

In ſyluarum opacioribus vliginoſis locis frequens eſt: vt & nõnunquam ad riuos & putridos arborũ truncos: Montbelgardi in ſylua le *Chesney* vbiq; fermè obuium.

CORCHORVS THEOPHRASTI ET PLINII & Melochia Serapionis.



Caulis huic læuis cubitalis: *folia* Cynocrambæ ferè vel Mercurialis, ſed maiora, per ambitum ſerrata, hac etiamque parte ima barbulam vel apophyſin, ligulæ inſtar, tenuem. *Siliqua*, breui pediculo hærens ſingulares, 4. aut 5. vncias longæ, ſtriatæ, ſenſim ad mucronem vſque attenuatæ: *ſemen* claudentes copioſum, cinereum, anguloſum, paruum, guſtu viſcidum. Flores teſte Alpino, parui ſũt, crocei, Leucoio minores.

Creuit Nobis in S.P horto Montbelgardi ex ſemine Baſileâ miſſo, floruitque Septembris initio.

Frequens autem planè ſimilis eſt Albeæ: nihilque Ægyptiis in cibis familiarius: coquunt enim in aqua vel iure carnium &c. *Alpinus. Plura in Appendice.*

MERCVRIALIS: Germ. *Bingel kraut*: Gall. *de la Mercuriale*: Ital. *Mercorella*. MERCVRIALIS MAS.



Quia hanc inueniſſe creditus Mercurius, *Hermobotanes*, & *Hermopoa* apud Græcos nomen obtinuit, & *Mercurialis* apud Latinos. *Linozoſtin* etiam vocarunt Græci: & aliqui *Parthenium*.

Eſt autem vel Satiua vel *Syluestris*, & vtraque *Mas* vel *Fœmina*. Nos verò vulgò receptam ſiue ſatiuam, hic perſequemur: Syluestrem, ſiue Repentem, quæ *Cynocrambe* dicitur, pòſt etiam tradituri.

Reperitur autẽ Mercurialis in hortis oleraceis vineis, aliiſque locis humentioribus ac vmbroſis, ſecus hortorum aruorumque ſepimenta.


Vtraq; porrò Mercurialis, dictante Dioſcoride, Olerum modo comeſta, aluũ mouet: cocta verò in aqua, epoto iure, bilẽ aquãque detrahit, vitioſis purgãte & medicato ſuo ſucco ad multa perquã vtilis.

MERCVRIALIS FOEMINA.



Mercurialẽ Marem à Fœmina nec *radix*, nec *folia*, nec *flores* diſpeſcunt. Vtriq; enim tenera & fibroſa *radix*: anguloſus, ſpithamæus circiter, geniculatus & læuis *caulis*: & *folia* ad Parietariæ folia accedentia, ſed glabra, atro virore ſplendentia, & in ambitu ſerrata. Fœmina autem ex foliorũ alis ſingulæ rectæ emicant, tenues, quas verticillatim, ceu in ſpica, ambiunt *floſculi* glomerati, muſcoſi, qui in quatuor herbida foliola ſeſe explicãtes, *cirrhos apiculorũ* luteolo. Sunt herbidorum oſtentent, nullo ſubſequẽte *ſemine* pereuntes. Mari autem ex iiſdem alis breues pediculi oriuntur, quorũ ſingulis teſticulata burſula, nonnihil cõpreſſa hirſutaque inſidet, gemina *ſemina* ad Aparines ſemina accedẽtia, concludẽs.

CYNOCRAMBE, SIVE MERCVRIALIS REPENS: Germ. *Uvilde Bingelkraut*: Gall. *Mercuriale ſauuage*:



Plurimis fibroſis radiculis perennibus & lentè per terram repit Cynocrambe tam MAS quàm FOEMINA; *caules* ſurriguntur aliquot teretes, concaui, longis internodiis geniculati, pedales, propter terram purpuraſcentes: *Folia* ad articulos bina oppoſita, læuiſſima, lanuginoſe, foliis Mercurialis vulgaris ſimilia, tenera, acuminata, in ambitu ſerrata, pediculis breuibus: Ex foliorum alis *pediculi* exeunt, in *Mari* quidem quẽ hîc pingimus breuiores, 4. vel 5. vncias circiter longi: quibus inſident *floſculi* herbaceo colore præditi, ternis foliolis conſtantes, cum apicibus binis corniculatis extrorſum reflexis: iiſque bine ſuccedunt parua *ſemina*, in vnoquoque pediculo tergemina, *loculis* hirſutis compreſſis incluſa.

CYNOCRAMBE, SIVE MERCVRIALIS repens, aut Cynia, Fœmina.



In Cynocrambe Fœmina ex foliorum alis *pediculi* ſurriguntur tres 4. aut 5. vncias longi, tenues, ſtricti, in quibus floſculi in ſpicam digeſti muſcoſi, externis herbaceis foliolis cõpoſiti, in quib' ſtaminula aliquot herbacea: iiſque nullo ſuccedente *ſemine* intereunt. Totaque herba (vt & in Mari,) ſaporis eſt faſtidioſi & viroſi odoris.

Cynocramben *Marem* & *Fœminam* variis locis obſeruauimus: Geneuæ propè portam Martio & Aprili: Baſileę propè *Moenia* virentem adhuc Octobri: & Montbelgardi in monte *Bar*, florentem Maio. Eoſdem cum Mercuriali vulgari habere natales, iiſdemque pollent viribus. *Plura in Appendice.*

PHYLLON, SIVE FOLIVM: Germ. *Uvelſch Bingel kraut.* Phyllon Arrhenogonon.



Phylli meminit Theophraſtus inter eas plantas quæ ad maris vel fœminę procreationẽ valere creduntur: eaſdemque vires illi, ex Crateua, aſſignat Dioſcorides, ſubſcribente Plinio.

Galenus, Paulus & Poſteriores Græci eius nuſquã meminêre, fortè quòd nullum illius viuum Medicum viderent, & ei quem priores de ipſo tradiderunt, parum fidei haberent: aut quòd illis, non ſecus ac Nobis, incognitum fuerit legitimũ Phyllon.

Dioſcoridis etiam Codicẽ ex eo deprauatum eſſe arguit Matthiolus quòd in pleriſq; à Theophraſto abeat. Eoſq; qui Phyllon à Mercuriali nõ differre volunt, ea vtriuſque naturarum & facultatum conſideratione, toto cœlo errare demonſtrat.


PHYLLON THELIGONON.



Phylli nomine variæ traduntur plantę: quę Nobis eſt *Caryophyllus holoſteus ſemẽtoſus*, ab Agerio. Quæ Nobis eſt *Ophioglosſon*, ab Amato. Quæ Nobis *Ophrys*, ſiue Bifoliũ dicitur, à Geſnero. Quæ Nobis dicitur *Carduus Mariæ*, à nõnullis. Et tandẽ *Phyllon Monſpeſſulanũ* folio incano, Theligonon, quod hîc pingitur, & Arrhegonõ (malè apud Plinium Arrenogonon dictum,) quod paulò antè. Phyllõ Hippocratis Lybicum & Æthiopicum Silphium eſt.

In Phyllo autẽ hoc noſtro Monſpeſſulano, vtrumque ſexum agnoſcunt, Dodonæus, Lobelius, Camerarius, Tabernæmontanus, C. Bauhinus, & alij Scriptores. Præcipuaque *differentia* eſt, quòd *Fœminæ* ſpicati muſcoſiq; ſint flores, velut in Mercuriali Fœmina.


LAPATHVM, RVMEX, LAPATHVM ACVTVM: Germ. *Ampffer*, Gall. *Lapais, Parelle*: Ital. *Lapatio, Rombice.*



De Lapatho, Oxylapatho: & Hippolapatho agemus in Appendice in genere. Quinque autem Lapathi genera facit Dioſcorides: duo verò tantùm Plinius & Theophraſtus, confunditque hic Oxalidem cum Oxylapatho.

Quod hîc pingimus eſt *Lapathum acutum* ſiue Oxylapathũ. Ad cubitum & ſeſquicubiti altitudinem excreſcit: *caule* multis alis concauo, ſtriato, ſubrubẽte: *folia* Betę, longiore, anguſtiore, nõnihil in ambitu criſpe, ac modò acuminata, ſubrotunda, ſapore ſubacido. *Flores* muſcoſi, copioſi, ex fibris compoſiti: iiſque *ſemen* triquetrum ſuccedit membraneis foliis tenuis ex virore rubeſcentibus concluſum. *Radix* dodrantalis, craſſitudine digitali, crocea, ſapore amaro.

LAPATHVM ACVTVM MINIMVM.



Species Lapathi à Recentioribus obſeruatas propoſituris, occurrit Nobis poſt *Oxylapathum vulgare* quod pinximus & deſcripſimus, *Minimum hocce Lapathum.*

Eſtq; hoc illis partibus quidem omnibus ſimillimum: interim tamen peculiare hoc habere videtur, quod ſtatim ferè à *radice* caulis in alas incipit diuidi, in quibus *flores* certis interuallis verticillatim naſcuntur, muſcoſi, ... ceoli, ſingulis ferè verticillis appoſita foliola, ligulæ ... ſtar, quo verticillis tamen ſtrama carent.

Iiſdem locis cum *Vo*... paſſim ſponte prouenit, ... mentibus ſcilicet, in pa... foſſis & hortis, floretque ... trumque appetente Iunio.

LAPATHVM


Lapathum, ſive Oxylapathum, folio obtuſo.



Foliis eſt ſupernè retuſis, brevioribusque & rotundioribus quàm in vulgari Lapatho acuto : ab illo tamen *ſemine, caule, flore, radice* & *facultatibus* vix diſcernendum. Provenit circa rudera & areas, iiſdem locis quibus vulgatiſſimum.

Decoctum Oxylapathi ex vino diebus aliquot potum, aurigine pellit, & cutim priſtino nitori reſtituit. Aqua ex radicibus deſtillata ad puſtulas, alphos, vitiligines, lichenas, omneſque denique cutis, ac præſertim faciei, maculas delendas plurimùm facit: Creduntque ſuperſtitioſi nonnulli lippire nunquam eos qui Lapathi radicem, Lunâ decreſcente effoſſam, ſecum portauerint.

Lapathum ſylveſtre magnum vulgare.



Herba eſt vulgaris nutritiæ locis humidioribus in areis pagorum ad ſtabula frequenter proveniens : nec non & in montibus, iis præſertim locis vbi pecudes diu ſtabulari ſolent, & vbi earum fimo pingueſcit ſolum.

Hippolapathum ſylveſtre Tabernæmontano : *Lapathum vulgatiſſimum*, & *Lapathum Officinarũ*, Schvvenckfeldio. Germanis quibuſdam, inter alia nomina, *Butter ampffer* dicitur, quoniam Ruſtici Butyrum eius foliis involutum, in vrbes venale ferunt.

Vires verò eaſdem cum Oxylapatho habet.

Lapathum maius, vel Rhabarbarum: Germ. *Munch Rhabarbarũ* : Gall. *Rhubarbe des Moines.*



Hominis proceritatem interdum adſequitur : *caule* ſurgens ſtriato, rubente, ſuperiora verſus in numeroſos ſurculos diviſo : *floribus* ſerie longâ per totos ferè ramos muſcoſis : *ſemine* ſubſequente anguloſo, folliculis membraneis circumdato : *folia* pedalia & ſeſquipedalia, lata, acuminata, dura, rigida, rubentia, pediculis rubentibus longis appenſa. *Radix* prolixa, craſſa, multis adnatis fibris donata, intenſè crocea.

Habetur in nonnullis Germaniæ, Galliæ & Italiæ hortis: nec eo deſtituta Helvetia, vt pote quod in Friburgenſis ditionis vrbe *Eſtavai*, in Monialium horto colitur & fœliciter provenit. Folia Martio erumpunt, flores Iunio. *Plura in Appendice.*

Lapathum maximum aquaticum: Germ: *Waſſer ampffer* : Gall. *Grande Parelle des marais.*



Flore eſt & *ſemine* Lapathi acuti: & *folia* etiam ſimilia habet : ſed lætiora ſunt minuſque rugoſa, longitudinis ferè ſeſquicubitalis, cum aliquantulùm criſpatis oris : *caules* ad cubitos duos ſurgunt : *Radix* foris nigra, intùs buxea, atque in multas fibras diducta.

Naſcitur aquoſis, paluſtribus & ſtagnantibus locis, ac foſſis humidioribus.

Radix levit alvum, & Ictericiam diſcutit : Folia verò calidis podagris conferunt.

Lapathum aquaticum minus.



Huic etiam aquæ ſunt natales, aiunt Aduerſaria, ſed nõ niſi limpidæ & fontanæ, trans quas è fundo exerit *cauliculos* teneriuſculos, flaccidos, graciles, non abſque hinc inde filamentis, vt cæteræ aquaticæ, ſtipantibus & pendulis: *folia* ſunt tenuia & mollicella, nec tamen innatantia ritu Potamogetonis, ſed erecta, ex atro viridantia, Lanceolæ, & anguſtiora multò quàm Potamogetonis.

Ad *Vnguenti Martiati* nominum & rerum farraginem confuſiſſimam huius folia, præ cæteris, requiri aiunt Pharmacopœi.

Lapathum folio rotundo, Alpinum, flore muſcoſo copioſiſſimo.




Lapathum rotundifolium & Hippolapathum rotũdum, dicitur vulgò Scriptorib[9] pleriſque omnibus, & nonnullis Pſeudo-Rhabarbarum Recentiorum.

Naſcitur in montibus, locis humidioribus, & iis præſertim ad quæ armenta, ſtationem iſtic Æſtivis menſibus habentia, aquationis gratiâ frequentiſſimè convenire ſolent.

Quidam purgare aiunt, ſi ad duplum Rhabarbari exhibeatur radix.

LAPATHVM ANTHOXANTHVM.



Radice eſt tenui, ſurculoſa, fibrata, dura, lignoſa: *caulibus* duobus aut tribus, anguloſis, palmi altitudine: *folijs* Oxylapathi, oblongis, anguſtis, & *flore* in ſummis ramis aureo, vnde illi nomen.

In foſſis & vliginoſis locis prouenit: circa Norimbergam præſertim frequens.

LAPATHVM MARINVM SINVATVM.



Cauliculos emittit humi procumbentes, & nonnunquam obliquè rectos, dodrantales, in ramulos diuiſos anguloſos atque ſtriatos: quibus *folia* vncialibus ferè pediculis hærent, alternatim poſita, oblonga, duabus inſignibus lacinijs imam partem diuidentibus: In ramulorum ſummo *floſculi* velut in ſpicam congeſti, coloris obſoleti, & ex luteolo virente quodammodò albicantes. *Radix* ruffeſcens, paucis fibris donata. Prope *Aiguesmortes* frequens reperitur.

LAPATHVM PVLCHRVM BONONIENSE ſinuatum.



Ex craſſa *radice* multa *folia*, plæraque duarum vnciarum, è pediculis tenuibus eiuſdem penè longitudinis profert, vnciam lata, profundè vtrinque ſinuata, ſubrotunda. Caulis palmaris, atque in eo calices hiſpidi geniculatim diſpoſiti. *Bononia accepimus.*

LAPATHVM FLVITANS, LONGO SERrato folio.



Eius *radix* geniculata eſt, ſingulisque geniculis fibras emittit, quibus vado inhæret, primis internodijs rubeſcens: *caules* edit multos, rotundos, quinque aut ſex cubitos longos, in aqua fluitantes: *folia* palmum, atque eo ampliùs, longa, anguſta, in ambitu crenata, alternatim per caules naſcentia. In caulium vertice *thyrſus* eminet, eâ prorſus ſpecie, quâ in Potamogetone viſitur.

Naſcitur in vadis amnium pigrorum, vt Araris.

LAPATHVM SANGVINEVM, SIVE SANGVIS Draconis, herba: Germ. *Drackenbluet.*



Facilis eſt huius à Lapathis reliquis diſcretio, ſanguineo quo ſcatet ſucco, & neruis per folia Lapathi minoris, acuminata, crebris diſcurrentibus, variaque implexu ruborem atro-ſanguineum virentibus folijs conciliantibus, quorum ſucco & manus & alutam primùm purpureo, mox in cœruleum degenerante colore, tingit: foliorum pediculis eodem ſucco imbutis. Reliqua effigiatura haud multùm abſimilis Lapatho acuto.

In Septentrionis hortis ſponte prouenit, in calidis plagis rariùs. Habuimus Nos in S P. horto Montbelgardi, florens Iunio, & ſemine deciduo ſe propagans.

Guſtu eſt nitroſiore quàm Oxylapathum: reliqua ſunt cum eodem communia. *Plura in Appendice.*

RHAPONTICVM: Germ. *Rhapontick*: Gall. *Rhapontique*: Ital. *Rapontico*: Arabibus *Raued*, & *Rauend*.



Rhapontici *radix* quam oſtendunt Seplaſiæ, Raphani mediocris craſſitudine eſt, Rhabarbaro grauior & cõpactior: rugoſo ſuſcoque *cortice* obducta: ſecta per tranſuerſū *ſpiras* oſtendens, colore vario, minuſq; rubro quàm Rhabarbarum. Sapor illi ſubamarus & adſtrictorius, odor verò ferè nullus.

A natali ſolo appellationem habet: ſiquidem in ripis *Rha* fluminis ſupra Pontum & Boſphorum Cimmeriū naſcitur: vnde etiam ex Regionibus quæ ſupra Boſphorum ſunt adferri apud Plinium & Dioſcoridem legimus.


Duplex autem eſſe *Rha*, ſiue *Rheum* ex veteribus Græcorū monumentis habemus: *Rha Barbarū*, de quo mox agetur, & *Rha*, ſiue *Rheum Ponticum* quod hic tradimus, *de quo plura in Appendice.*

RHABARBARVM : Germ. *Rhabarbarum* : Gall. *Rhubarbe* ; Ital. *Rhabarbaro*.



Rhabarbarum, prout à nonnullis pingitur, *caulem* habet palmarem, & *folia* duplò longiora, partemque quà illis ſine pediculo congeſtim adhærent anguſtiora, altera verò latiora & deorſum reflexa. Præcipuéque illi inter folia latitante cauli alium tenuiorem innaſci aiunt, in cuius ſummitate *flores* formâ & colore Violam Martiam referentes ; ſed vehementis & inſuauis odoris. *Radix* quæ ſola ad *Nos* peruenit, craſſiſſima eſt, rotunda, coloris exterius ex nigro ruſeſcentis, interius verò ex rubro flaueſcentis, rubentiorum linearum diſcurſu veluti vndulatæ fungoſa, ſed tamen grauis : ſaporis cum leui adſtrictione amaricantis, haud ingrati, liquoremque cui infunditur croceo colore tingens. *Plura in Appendice*.

OXALIS SIVE ACETOSA : Germ. *Sauwrampffer* : Gall. *Ozeille*, *Salette* : Ital. *Azedera*.



Oxylapatha quæ, quoniam acutum haben folium, à Græco vocabulo ὀξὺς id nomen ſortita ſunt huc vſque tradidimus. Sunt verò & aliæ eiuſdem nominis Plantæ, quæ ob acidum ſaporem, à Græco vocabulo ὀξὺς, Oxylapathi etiam appellatione donatæ ſunt, de quibus iam agendum.

Hic igitur de Oxalide Nobis ſermo, quam Ἀναξυρίδα nuncupabant etiam Græci, & quæ Latinorum eſt Acetoſa. *Rumicem* vocabant Romani, quòd, ob ſuccum acidum, non aliter atque *Mammam*, quam *Rumam* Veteres dixêre, à ſitientibus exugi ſoleat.

Eius ſumma duo conſtituuntur faſtigia ſiue genera : *Satiuum* ſcilicet & *Syluestre* : diſtinguunturque viſuntque in varias ſpecies, de quibus ordine dicemus.

OXALIS CRISPA : Germ. *krauſer Ampffer*.




Hæc natali loco, tempore & creſcendi modo à præcedente, ſiue Vulgari, nihil planè variat, quàm quod natura foliis criſpis in hac mirè ludat.

Oxalis autem *vulgaris foliò longo* in præcedente Tabella picta, cubito altiores promit *caules*, ſtriatos, concauos, in alas diuiſos : *folia* Biſtortæ, minora, acuminata, quà pediculo adhærent falcata, pinnatâ ſe, ſucculenta, atrouirentia, ſapore acido : *flores* & *ſemina* Lapathi acuti. *Radix* fibroſa, lutea, ſtrauè ſiccantis & adſtringentis ſaporis.

Vbique in pratis & hortis quolibet anni tempore vigere ſcribit Lobelius : vt & Nos obſeruauimus.

OXALIS TVBEROSA RADICE.



Terram ſuprà Oxalidem pratenſem refert : *folys* paris magnitudinis & figuræ, aliis *caulem* alis ſuis complectentibus, aliis longiore pediculo nixis. *Flos* ſtamineus luteolus, racemoſus. *Radix* tuberoſa, Filipendulæ vel Œnanthes.

Vidimus Heidelbergæ, in horto Sprengeri, florentem Iunio. Oxalidis vero folio ampliſſimo cum geniculis tuberoſis & nodoſis meminere Cluſius & Caſparus Bauhinus.


OXALIS FOLIO ROTVNDIORE REPENS : Gall. *Ozeille franche*, *Ozeille ronde*, & *Ozeilla Romaine*.



Ludit ſubinde hæc *folijs*, modò rotundis, ferè Cochleariæ vel Chelidonii minoris proximis, modò alarum appendicibus donatis : aliàs ſagittæ inſtar mucronatis, pinnatiſque, veluti Spinachiæ foliorū extremū, colore glauco, pinguiuſculis, delicatoque ſapore præditis. *Caules* inanes, cubito longiores. *Floſculi* è fibris componuntur ex luteo rubentibus, vt in aliis, quibus & *ſemen* reſpondet. *Radix* tenuis repens, vt & caules, ſapore minùs acido quàm folia.

Reperitur in hortis pleriſque omnibus, ac prouenit etiam in muris. *De vſu & viribus in ſequentibus*.


OXALIS MINOR ACVLEATA CANDIÆ.



Ramulos complures cubitales & dodrantales humi fuſos, vndatim flexuoſos, graciles & ſtriatos producit, colore propter terram rubente, alioqui viridi. *Folia* pauca, Oxalidis, vetaceinq. pinnis mutila : *Flores* ex interuallis per totam ferè ramorum longitudinem muſcoſi, luteoli : quibus *ſemen* ſuccedit triquetrum purpuraſcens. *Radix* purpurea, gracilis ſumma tellure hæret.

Montbelgardi in S. P. horto colitur, & floret Iunio.

OXALIS PARVA AVRICVLATA REPENS: Germ. *Schaaf Ampffer, klein Ampffer.*




Prolixas lignoſaſque & valde fibroſas habet *radices*, rubentes, huc illuc repentes, ac in plura ſæpe capita diuiſas: quæ *folia* emittunt oblonga, vnciam aut ſemunciam longa, ad imum auriculata, guſtu, reliquarum inſtar, acido. *Floſculi* longos efficiunt racemos, triangulo ſubſequente *ſemine*.

Scriptoribus dicitur vulgò *Oxalis minor, Oxalis minima, Acetoſella, Acetoſa vernacina, Lapathiolum*, & *Acetoſa lanceolata minor*.

Sabuloſis & incultis agris multis in locis prouenit, ſuo ſeptentu odioſa, ac floret Iunio.

Palato gratior eſt quàm Vulgaris, belléque omnis præſtat quæ illa. *Plura in Appendice*

OXALIS AFRICANA ELEGANTISSIMA, floſculis ex luteolo virentibus.



Creuit hæc Nobis M... belgardi in S.P. horto ex ſemine Lutetiâ miſſo, floruitque Iunio.

Viribus & facultatibus ... xalidis in genere enarra... huncdeſtinauimus locum. ... itaque illa frigida & ſicca ... ſecundo ordine: digerit, ... rit & incidit humores ... Ventriculi & recoris ... contemperat, ciborum ... tum excitat, bilioſis & ... tibus febribus aduerſa... Radix Hepatis & Meſaraicarum venarum obſtructiones ... rat: Semen medicamentis cordialibus adhibetur. ... & eorum ſuccus æſtiu... ſibus ciborum multorum ... le ſunt condimentum, ... cieant, & putredinem ... cent.

FAGOTRITICVM: Germ. *Heyden korn, Bockvveitzen:* Gall. *Dragée aux cheuaux, Bled Sarraſin:* Ital. *Fromentone.*



Ob eam quam cum Oxalide habet foliorum & ſeminum ſimilitudinem hunc locum ſibi vendicat. Rubente *caule* ad duos pedes aut altius ſurgit, ſtriato, læui, & in ramos aliquot diuiſo. *Folia* ex longis pediculis rubeſcentibus Hederacea, atrouirentia, ſapore fatuo: ex quorum alis ſingulatim exeunt pediculi, trientales aut quadrantales, tenues, qui *floſculos* in muſcariis ſuſtinent, primùm colore carneo, deinde albo, præditos, quorum ſinguli quinis conſtãt foliolis, apicibus rubentibus. *Semen* triquetrum, nigrâ glumâ obductum, farinam candidiſſimam continet, inſipidam. *Radix* lignoſa, alba, longa, multis fibris donata.

Naſcitur qualicunque ſolo, neque vllum, quantumvis aridum macrumue, reſpuit. *Plura in appendice.*

LVNARIA MAGORVM ARABVM.



Raram hanc plantam, ob eam quam cum creſcente Luna ſimilitudinem habent eius Folia, *Lunariam* dictam ſcribit in Obſ. Lobelius. *Lunaria* verò *Magorum Arabum* vocata fuit, vt ab alijs Lunarijs diſtinguatur. *Lunariam Oxalidis rotundo folio* nuncupat C. Bauhinus in Phyt.

Exeunt Martio tenella *folia* à *radice* lignoſa, flexuoſa, cinerea, Oxalidis rotundifoliæ primùm erumpentis Foliis ſimilia, Thlaſpi Hederacei fere paria. *Flores & ſemina* non vidimus. Martio verò, vt dictum, erumpentem plantam in Allobrogum confinibus inter præcelſum *Mont Sinis* vulgò vocatum montem, & D Ioh. Maurum, vernaculè *S. Iehan de Morienne*, reperimus & collegimus.

CLASSIS XXIII. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ
STIRPIVM
CLASSIS XXIV.

LACTVCACEÆ, INTYBACEÆ, CÆTERÆQVE ID GENVS, quarum flos in pappum abit.

LACTVCA, LACTVCA VVLGARIS SATIVA: Germ. *Laich*: Gall. *Laictue*: Ital. *Lattuca*.




LActuca à lactei ſucci, quem dum abrumpitur fundit, vbertate, nomen obtinuit.

Dioſcorides in *Satiuam* & *Syluestrem* diſtinguit: Theophraſtus eadem ſumma duo faſtigia videtur conſtituere, cùm quandam folio puſillo, caule candidiore, & lacte copioſam eſſe ait, quam *Syluestrem* facit: aliam verò candidam, dulciorem & teneriorem, cuius tres facit ſpecies, *Latiraulem*, *Rotundicaulem* & *Laconicam*.

Laticaulis, *Rotundicaulis* & *Laconica Lactuca* meminit etiam Plinius, ſed plurimas alias addit differentias, à loco & ſatus tempore deſumptas: Sic ille *Cappadocicam* memorat, *Græcam*, *Caprinam*, *Meconem*, *Aſtylida*, & cum amaritudinis exprobratione. *Picrida* [illegible] alias eiusdem *Differentias* obſeruarunt *Recentiores*, vt ex ſequentibus patebit.

LACTVCÆ VVLGARIS SATIVÆ ALIA ICON.



Lactucæ ſpecies variè diſcreuêre Recentiores. A *loco & cultu*, aliam ſatiuam atque aliam ſylueſtrem conſtituentes. A *folio*, quæ longiora ſunt, latiora, plana, criſpa, vel in ambitu ſinuata, vel ad capitis effigiem claudantur, vnde *Capitata* nomen. A *colore*, à cuius diuerſitate, alia alba dicitur, quę frequentior, alia rubra, & alia nigra. Ac tandem à *ſemine* quod in his duabus viltimis nigrum eſt, in cæteris verò omnibus candidum. Quibus & aliud adhuc addi tur Genus, *Romanum* vulgò vocatum.

Caulescentem ſatiuam vulgarem Lactucam, Capitatam, & non Capitatam, duplici Tabellis ex Fuſchſio hic pingimus: *Syluestrem* poſtea ſuo loco tradituri.

LACTVCA ROMANA LONGA DVLCIS.



Folio eſt dulci, oblongo, modicè laciniato, & inferna parte ſecundum coſtam ſpinolis armato, *floſculis* vulgaris lactucæ luteis, paruis: ac *caule* etiam vulgaris lactucæ. In ouatum *caput* exſurgit, ſi in cacumine ligetur; idque teneritus albiuſque euadit, ſi terra circumducatur ad acumen vſque.

Cæſalpino dicitur *Lactuca nigra*: quibuſdam *lactuca fuſca*: Tabernæmontano, Gerardo & Schvvenckfeldio, *Lactuca Intybacea*.

Colitur in hortis copioſè, vt & Vulgaris Capitata & non Capitata: habeturque hæc Romana nonnunquam candidior, alias nigrior: & eſt illi in cibis prima laus. Capitatam cum Pluribus capitibus vidimus Poteritu, in horto D. Ritneri.

LACTVCA LONGO ET VALDE ANGVSTO folio.



Huic lactucæ *folia* à radice ſtatim oriuntur multa, palmum aut ſeſquipalmum longa, vnciam vnam aut alteram lata: ſuperiora verò, vt breuiora, ita anguſtiora, ſpinulis quibuſdam per margines donata, vtraque verò acuminata: *caulis* cubitalis & ſeſquicubitalis, ramuſus: *flores* & *ſemen* cum Lactucis vulgaribus eadem, ſed ſemini color fuſcus.

Hanc nonnullis in hortis, præſertim inter Beffordiam & argenti fodinas in *Gyramegas*, obſeruauimus. Quidam [Caſtor Durantes & alii,] *Lactucam* Gallicam inſcribunt.


LACTVCA CRISPA LACINIATA.



Toto ferè anno ſeri & tranſplantari poſſe Lactucam ſcribit *Creſcentius*: pluri-maque alia de eius *ſatu*, *cultura* & *mangonia*, & ille & alii tradunt: Sed cùm ea & olitoribus & mulierculis vulgò nota ſint, iis recenſendis ſuperſedemus.

Vires quod attinet, Humidum frigidúmque eſt hoc Olus, teſte Galeno: non tamen extremè, ſiquidem, vt ait, edendo non foret, ſed verbi gratia, ſecundum aquæ fontanæ frigiditatem. Et cùm pauciſſimum ſanguinem; eumque vitioſum, generet omne aliud Olus: Lactuca copioſiorem procreat, & minùs vitij habentem. Itaq; ſe plurimū vſū ſcribit Galenus, in iuuentute quidē ad moderandos oris ventriculi æſtus, in declinante verò ætate ad accerſendū ſomnū.


LACTVCA SYLVESTRIS, FOLIO LATO, ſucco viroſo.



Lactucas ſyluestres, iam enarrandas aggredimur. Eſt verò quam hic pingimus minimi digiti craſſitudine *radicem* habet, candidam, paucis fibris capillatam: *caulem* tricubitalē, teretem, læuem inanem & ramoſum: *folia* infima lata, loribo ſatiuo proxima, nigricantia, in ambitu lenibus ſpinulis quaſi ſerrata: ſuperiora verò ſinuata & quà terram ſpectant ſpinulis per coſtæ longitudinem hiſpida: *flores* conferti, Lactucæ, lutei, calyce ſquammato, ſubrubente. *Semen* ex papposo tomento pendulum nigram. *Sculptor Figuram noſtram corrupit.*

In rupibus lapidoſis, ſaxoſiſque locis, naſcitur, ac nonnunquam ex rupium ipſarum rimis. Dicitur quibuſdā *Endiuia*, & plæriſque omnibus *Lactuca ſylueſtris*.

LACTVCA SYLVESTRIS MVRORVM, FOLIO profundè laciniato, & floſculis lactucaceis, luteis.



Prouenit Montbelgardi in muris Caſtelli, & ſyluis vmbroſis florens Iulio: Baſileæ etiam obſeruauimus extra portam lapideam, & Geneuæ in tectis & parietibus.

Multis *Sonchi* genus eſt: aliis *Scariola ſylueſtris ſpecies* aliis *Lactuca ſyluatica floribus luteis*.

LACTVCA EX PERV.

Herbæ cuiuſdam *Lactucifoliæ*, *ex Peru* allatæ, meminit Monardes: eámque ad renum morbos plurimùm commendat: vt & ad dentiū dolores, ſi eius folia denti affecto ſuperimponantur illico ſuccus eorū inſtilletur, aut ſi decoctum in ore qua parte dentes dolent, diutiùs retineatur. *Herbam renalem* appellant. An Hiſtoriæ Lugd. *Lactuca ſylu. pumila*?

LACTVCA CRISPA TENVITER DISSECTA.



Lactucæ ſatiuæ, vt ex Dioſcoridis & Plinii monumentis elicere eſt, refrigerant, ſtomacho gratæ ſunt, ſomnum conciliant, aluum emolliunt, & lac augent: ven… decoctæ magis alunt. E… tum ſemen Veneri refra… tur, ſeminis profluuia & … netis in ſomno imagina… nes comeſcit. Iſta … herba frequentiori cibo … ſitati oculorum offic… cus, authore Mar… tolaceo ſioni & … bus illius, non … bitantibus ſomnū … lias, verùm etiam capitis … lorem mulcet: gargariſ… ex Punici Mali ſucco ad co… lumellæ inflammationem: &…

LACTVCA SYLVESTRIS, SIVE ENDIVEA multis dicta, folio laciniato, dorſo ſpinoſo.




Incondita habet per cau… lem *folia*, Sonchi di… laciniata & ſerrata, ſpīnis ſecundum coſtam auerſa par… donata, amaro lacte prægnantia: *caulis* verò bicubitalis & maior, in principio ſpinoſus: qui in ſummo … multos abit ramulos, qui *flores* ornant parui, lutei, lactucacei, in pappos degenerantes.

Serìs domeſtica quibuſdam *Lactucina Dioſcoridis* ab… Endiuia & Endiuia ſylu… tris, Ruellio, Matthiolo … Dodonæo. Lobelio & … Endiuia vulgatior Offic… rum.

Naſcitur ſecus vias & ag… rum ac pratorum margin… tum & iuxta ſcrobes: rep… ritur & in vineis et hortis inter olera: & facillimè, … ſemel ſata, ſingulis annis … currit.

LACTVCA SYLVATICA PVRPVREA, VE… porpuro-cærulea.



Caulis eſt bicubitali altiore, glabro, tereti, & medulla alba pleno: quem *folia* ex interuallis alternatim veſtiunt, ſinuata, glabra, … nella, ſubtus glauca, ſup… tentia, cæterà vt d… Tabella *Caulis* in ra… quot diuiditur, atque … ſus in alios minores … *res* ſuſtinent Lactuc… ex quinque foliis co… ſed colore hilari … cente, qui in pappu… ſunt, ſemine oblon… li: *radix* pollicaris … que fibroſa.

Sonchus ſyluaticus & … *in florilio Theophraſti* … nemontano: *Sonchus* … *flore Camerario*.

Vidimus Montbelg… monte *Eſlabour* Ger… monte *Thuyri*, & Bau… monte Waſſerfall. Flores Auguſto & Septembri.


CICHORIVM SYLVESTRE ET SATIVVM: Ger. *Wegwart*: Gall. *Cichorée*: Ital. *Cichorea, Tornaſole*.



Radice eſt pollicari, lacte prægnante: quæ tortuoſos ſuos *caules* profert, eodẽ ſucco turgidos, variéque in ramos diuaricatos. *Folia* Dentis Leonis, aliàs integra, aliàs tenuiſſimè diſſecta, criſpa, piloſa. *Flores* ex caulium lateribus & foliorum ſupremorum alis ſucceſſiuè emicant, Dentis Leonis, ſed colore cœruleo, atque interdũ albo. Tota planta amara inſignitèr deprehenditur, *radix, caules, folia & flores*. Per culturam maius ac mitius euadit.

Nos Iconem vnam tantùm apponimus, eamque ex Fuchſianis, videturque ſufficere pro Cichorio ſylueſtri & ſatiuo: non enim ita mutatur culturâ, quin ſimilitudinem magnam retineat cum ſpontaneo. *Plura in Appendice.*

CICHORIVM VERRVCOSVM; VERRVCARIA Ital. *Mazza di Caualiero*.



Paulùm admodũ humo tollit *caules*, graciles, fũgoſos, ramoſos: ad quorũ latera ſeſſilia adnaſcũtur rari *floſculi*, atq; etiã alij ramulorum extremis, lutei: quibus in pappos euaneſcentibus ſuccedunt pericarpia pulcherrima verticillatim radiata, Lupini ſeminis magnitudine in quibus *ſemẽ* copioſum, Lactucę par, non tamen ita compreſſum. *Folia* oblonga, Dentis Leonis, lacintata, multa per terram ſparſa, in ramis pauca. *Radix* longa & fibroſa.

Mira eſt ad tollendas Verrucas huius plantę facultas. Semen ℥ pondere potum, & folia, vel ſemel tantùm in acetariis deuorata, id certò præſtare ſcribit Matthiolus. Nos verò folia illita eas omnino delêre ſępiuſculè obſeruauimus.

CICHORIVM SPINOSVM SIVE Chondrilla ſpinoſa.



Folia huic Cichorij, anguſtiora, virentia, ſinuata, ex eodem puncto plura: *caulis* glaber in ramulos diuiſus rigidiuſculos, incunditos, multifariam diuaricatos, in duras abeuntes ſpinas: *flores* ad ramorum diuaricationes, ipſorumque adeò ſurculorum cacuminibus impoſiti, cærulei, denticulatis folijs cõſtantes: duplò triploue quàm Cichorij vulgaris minores, cui *ſemen* ſimile.

Creuit nobis Montbelgardi in S. P. horto ex ſemine Neapoli miſſo; floruitque Iulio & Auguſto.

CICHORIVM BVLBOSVM VEL STRVMOSVM: Chondrilla puſilla, marina, bulboſa, lutea.



Vt rarum, ita pulchrum eſt hoc Cichorij genus innumeris *fibris* tenuibus longè latéque repentans, quibus appẽſi *bulbi* Auellanæ magnitudine, Alabaſtritis marmoris candore, ſolidi: *folia* ſeſcunciam aut vncias duas, longa, ſemunciâ latiora, leuiter ſinuata, glabra, in obtuſum mucronem deſinentia, craſſiuſcula, rubeſcentia: inter quæ ſurgunt *coliculi* palmares hirſuti, quorum faſtigijs *flores* inſident Hieracij, lutei, in pappum euaneſcentes.

Per arenam ſerpit, ac floret Aprili, prope montem Sethi ad mare. Eius radices ad ſtrumas plurimùm conferunt.

INTYBVS VEL INTYBVM: Germ. *Endiuien, Scariol*: Gall. *Endiue, Scariole*: Ital. *Endiuia*.



Seris, Scariola & Endiuia dicitur etiam Intybum hic pictum.

Radices habet fibroſas, lacte prægnantes: *folia* antequam cauleſcat per terram ſparſa, longa, lata, nonnunquam anguſta, Lactucæ foliis ſimilia, in ambitu ſubinde crenata, ſubamara, quę Hortulanorũ mangonio criſpa aliquando conſpiciuntur & alba: caulis cubitalis & ſeſquicubitalis, lęuis, ſtriatus inanis, multis ramis brachiatus, tortuoſus, vulneratus lac fundens.

Flores ex foliorum [quæ in caule Hederacea ſunt] alis emicant cęrulej, Cychorij ſylueſtris, ac ſemen quoque conſimile.

INTYBVM SATIVVM ANGVSTIFOLIVM.



Ab Intybo, vt annotat apud Dioſcoridem Cornarius, corruptè *Endiuia* deducta eſt: A Seri verò, quâ voce, Plinio teſte, Intyba ſatiua priuatim deſignabant Veteres, deducta *Seriola*, ac poſt demum *Scariola*, quæ Amato atque alijs Intybum eſt ſatiuum anguſtifolium, vt Cornario & etiam alijs Endiuia eſt propriè Intybum ſatiuum latifolium. Eſt verò *Serriola* Lactucę ſylueſt. genus.

Intybi ſatiui quatuor *differentias*, ſiue potiùs *varietates* habet Tabernamontanus: diſtinguens in *Maius, Criſpum, Minus*, & *Minus flore albo*. Cęteri verò plęrique omnes triplex faciunt, *Latifolium, Anguſtifolium & Criſpum*.

INTYBVM SATIVVM CRISPVM.



Intybum Satiuum propter ſolum & culturam *maius & minus* efficitur: *criſpum* verò fit tranſplantatione & mangonio Hortulanorum: nec hoc ab illis aliter eſt diuerſum.

Seritur autem Intybum in hortis, & quod Vere ſatum, celeriter adoleſcit, & ipſa Æſtate floret, ſemina profert, ac deinde interſcit. Iulio verò ſatum in Hyemem reſtat, Septembri aut Octobri terrâ obrutum, colligatis prius foliis niuis inſtar candidum redditur, ac deinde menſibus Hybernis aliorum acetariorum loco, menſis infertur.

SONCHVS, CICERBITA: Germ. *Savvdiſtel*, Gall. *Laicteron, Palais de Lieure*: Ital. *Lattucella, Sencho*.




Græcis dicitur σόγχος ἀπὸ τοῦ σῶν χέειν, id eſt, quòd ſalubrem fundat ſuccum, *Cicerbitam* vocarunt Romani, idque nomen hodie adhuc in Hetruria retinetur.

Sonchi inter ſpinoſa foliata meminit Theophraſtus, ſic Sŏchum ex ſpinoſis plantis eſſe ait Galenus, ſed poſtquam perfectè abſolutus fit. Plinius duo facit genera, *albū & nigrum*, Lactucę ſimilia ambo, niſi ſpinoſa eſſent. Trium verò videtur Dioſcorides meminiſſo: ſylueſtris ſcilicet & magis aculeati, & alterius mollioris & eſculenti, & tertii arborei lato folio.

Nos Sonchum minùs laciniosum ſpinoſiorem ſiue aſperiorem flore luteo, Hieracii, hic pingimus: de reliquiś à nobis obſeruatis differentiis in ſequentibus acturi.


SONCHVS LACINIATVS LÆVIS, SIVE NON ſpinoſus.



Paruâ, fibroſa albaque nititur *radice*: *caule* cubitali, intus concauo, purpuraſcente. *Folia* longa, læuia, ferè glauca, Dentis Leonis diuiſuia, lacte prægnantia, alternatim prodeunt, aliàs pediculo longo, aliàs nullo, ſed laciniæ baſi caulem amplectentia, in circuitu quaſi dentata, ſpinis vel nullis vel mollibus armata. *Flores* folioſi, lutei, ſed foliorum para extrema auerſa parte purpuraſcit. *Semen* paruum; oblongūm & in fuſco rubens.

Sonchum læuem aut *lenem* vocat Cordus: Fuchſio verò eſt *Sonchi alterum genus tenerius eſculentumque ac minus nigrum*, & Apulei *Lactuca Leporina*. Hiſtoriæ Lagdunenſi, *Andryala minor Dalechampii*.

SONCHVS LACINIATVS SPINOSVS, SONCHVS aſper, Cicerbita aſpera.



Huius meminere Scriptores plærique omnes. Sonchum verò laciniatum læuem triplicem facit Tabernamontanus, Sonchum laciniatum læuem latifolium: Sonchum læuem alterum flore luteo: & Sonchum læuem tertium flore luteo; Ineptè verò de his Sonchis à Matthiolo & Schvvenckfeldio ſcriptitatum fuiſſe in Hiſtoria noſtra magna oſtendimus.

Prouenit autem ſponte tum læuis, tum aſper laciniatus Sonchus variis locis: Geneuæ & Montbelgardi paſſim, frequentiſſimè in hortis: [illegible] nõn Baſileæ extra vrbem, inter portas *Stein* & *Eſchen*. Floret vterque in Nouembrem vſque.

SONCHVS REPENS MVLTIS, QVIBVSDAM Hieracium maius.




Flores huic paulò maiores quàm reliquis Sonchis, lutei, hirſuta foliorum atrouirentiam compage coërciti, qui tandem in pappos abeunt.

Inuenitur in paludoſis ſalicetis & harundinetis, iuxta piſcinas & ſtagnantes aquas, Montbelgardi & Geneuæ paſſim in agris frequens, nonnullisque in hortis ſuo reptatu odioſus. Floret autem Iulio.

In Icone noſtra, quæ ex Fuchſianis eſt, radix repens deeſt.

SONCHVS CÆRVLEVS LATIFOLIVS.



Bicubitali & altiori [illegible] Sonchо, ſummus *caulis* hirſutus eſt, thyrſumque geſtat florum Sonchi vulgaris floribus ſimilium, ſed cæruleo colore nitentium, & in pappos celeriter fatiſcentium.

Ex Alſatia habuimus [illegible] in altiſſimis montibus, [illegible] vmbroſis, prouenit, [illegible] que Iulio & Auguſto. [illegible] dem eſſe ſuſpicamur Cluſii *cæruleo* Sonchо.

Sonchvs Dendroides Dalechampii; Lactucæ murorum affinis.



Hic Sonchus, ſi Hiſtoriæ Lugd. credendum, multa habet communia cum eo Sonchi genere, cuius tertio loco meminit Dioſcorides, *iudicabunt docti*. Quin autem cum Lactuca murorum dicta multa etiam habeat cōmunia, nemo, quod credimus, ibit inficias.

Prouenit, ait Dalechāpius, in ſaxoſis frigidorum montium cliuis.

Ceterùm refrigerat vterque Sonchus, authore Dioſcoride, modicè adſtringit, & æſtuanti ſtomacho atque inflammationibus illitus ſuccus ſtomachi roſiones mitigat: Lacque ex eo manans ſedis & vuluę collectionibus opitulatur: *De vſu Culinario ad latus ſequentis Tabellæ.*

Sonchvs Lanatvs Dalechampii, flore aureo Erygerontis.



Tota planta lacteo ſucco turget, Cichorii more, guſtúque amaro prædita eſt, ſed minùs quàm reliqua Cichorea, quorum etiam facultatem obtinet, ſed imbecilliorem.

Prouenit Monſpelii prope *Peraux*, in ſaxoſis & apricis florens Iunio menſe. *Mollaginem* appellant nonnulli, attamen à Plinii Mollugine diuerſa eſt.

Ceterùm Sonchi vulgaris, Hyeme frequens in acetariis vſus eſt: ac radicum præſertim, quæ cùm teneræ ſint & dulcea, menſis expetuntur. Sic de eodem dicebat iam olim Galenus. Viridis & tenera eſtur, proinde vt cætera Olera ſyluestria.

Sonchis Affinis Terracrepola, ſiue Terracrepolum.



Radicem habet Intybo ſimilem, paruam, ſinuatam, candidam: *caules* multos, cubitales, foliatos: & folia Intybo ſimilia, ſed candidiora & minùs inſecta; ſucco lacteo manantia. *Flos* luteus, in pappos euaneſcens.

Syluestre hoc Olus quod Dioſcoridis eſt *Hieracium paruum*, Theophraſti verò & Plinii *Crepis*. *Terracrepolum* vocant Hetruſcę rura. An eiuſdem Theophraſti ἰσοφυλλὸν κυλὸς.

Naſcitur ſpontè in aggeribus terrenis agri Monſpelienſ. ac in ædificiorum muris & collibus ſaxoſis: & colitur etiam in hortis.

Editur crudum hoc olus ex oleo & aceto: & quia dulce eſt & inadſtringens, in pretio habetur.

Chondrille vel Chondrilla: Germ. *Klein Sonenvvirbeel*: Gall. *Laicteron*: Ital *Chondrilla, Terracrepolo*.



Chondrillam ſpeciem Seridis eſſe Scribit Galenus: Dioſcorides verò à nonnullis *Cichorium* & ab aliis *serim* vocari. Eius duo facit genera, quę Plinius inter ſe confundit, vni tribuens quod ille duobus.

Sic hodie adhuc Chondrillacei generis plantas apud Scriptores haud facilè eſt certis nominibus diſtinguere: cùm præſertim Intybaceorum & Chondrillaceorum hiſtoriam nondum accuratè examinarint: eorumque vel nomina & deſcriptiones ſine iconibus: vel Icones ſine deſcriptionibus, propoſuerint.

Chondryllacearum autem plantarum vbiuis fermè locorum ingens ſeſe offert copia, in muris, vineis, apriciſque editis locis: Nos *Chondryllam cæruleā hic pingimus*.

Chondrilla Lvtea.



Tota, quemadmodum etiam in cærulea, lacteo ſucco turget planta: atque in læui & glabro *caule folia* habet ad Sonchum læuem accedentia, multò minora, diuiſurâ ferè Chondrillę cęrulęę, eorum extremis Ciconiam paſſis alis in aëra ſe vibrantem referentibus: ſunt verò etiam in ambitu denticulata, quod notatu dignum, quod hac notâ non florens à cærulea vel alba diſcerni poſſit.

E' foliorum ſinu ramuli exeunt, quorum ſingulis *flos* vnicus inſidet, Sonchi, luteus, in pappos euaneſcens.

Monſpelii in muris floret Martio: totaque Æſtate, in vineis & oliuetis glareoſis obuia eſt.

Chondrilla Viminea.



Pullulant primùm per terram in orbem ſparſa *folia*, Hedypnoidis latiniis, glabra, quæ in caulem ſurgente planta marceſcūt: ipſe verò *caulis* propter terram denſis ſpinulis totus horret, atque ad cubitos duos aut tria aſſurgit, frequentibus ramis vimineis variè diuaricatis fruticoſus, foliis aut nullis aut raris, iiſque graminea tenuitatis. *Flores* extremis ramulis hærent lutei, lactucaceis pares. *Semine* ſuccedente rotundo, ſtriato, oblongo, cinereo, cum tomento villoſo appenſo. *Radix* ſimplex. pollicaris, longa & lacteo ſucco prægnans.

In aruis & ad eorum margines in plurimis regionibus naſcitur. Monſpelii variis locis, Baſileæ apud Rhenum, & alibi, frequens. Floret Æſtate & Autumno.

CHONDRILLIS AFFINIS QVÆDAM LACINIATA: An Camerarii Trinciarella?



Chondrillis vel Hieraciis affinis eſt hæc planta: cui à *radice* craſſa longa prodeunt aliquot capita, ex quibus multa *folia* vocias duas longa, laciniata, quorum pars extrema ſubrotunda, læuia & ſatis craſſa ſpiſſáue. *Caules* iuncei, ramoſi, cubitales, & interdum minores: atque in eorum extremitatibus *flores* ſingulares, maiuſculi, lutei, in pappos deſinentes. Tota verò Herba lacteſcit.

Circa Monſpelium floret Aprili.

CHONDRILLA HIRSVTA FLORE RVBENTE.



Radix illi ſimplex alba, dura, fibris donata & lac fundens: *caules* pedales & cubitales, ſolidi, lactiſulut, tenues, ſtriati, ſingulas bus foliis donati: eorumque ſingulis *flores* inſident ſinguli, monocloni, colore ex albo purpuraſcente, denſe foliis per extremam oram crenatis ſtipati. *Folia* vel à radice ſtatim, vel ab imo caule per terram ſparguntur, in reliquo caule rariora, Hedypnoidis laciniis, vtrinque hirſuta, odore graui. Semina longa, tenuia, cum pappo.

Variis in hortis obſeruauimus: & ipſimet Montbelgardi in S. P. horto habuimus florentem Iulio & Augusto.

CHONDRILLA CRETICA QVORVNDAM: An Camerarii & Geſneri Hieracium Creticum?



Radix Dentis leonis: *caules* ſpinulis horridi, variè nulloque ordine in alas diuiſi: *folia* Lactucę ſylueſtris: *flores* Sonchi: *Semen* pulchrum incuruum, ex radice denticulata in roſtellum deſinens, per maturitatem ſuffum.

Floret Iunio & Iulio, ac nonnunquam etiam Octobri, breuiſque æui planta eſt. Montbelgardi nobis in horto prouenit ſemine ex Creta miſſo.

CHONDRILLA FOLIO NON DISSECTO, caule foliato.



Radice firmatur longâ, craſſâ, lacteo ſucco turgente, in capita aliquot diuiſa: *folia* emittente multa, palmaria & longiora, ſemunciam plùs minùs lata, Plantaginis tenuifoliæ foliis ſimilia, acuminata, glabra, craſſa, Chondrillę cæruleæ inſtar, eiuſdemque penè coloris. *Caules* frequentes, iuncei, dodrantales ſiue pedales, glabri, fungoſi, foliis plærumque nudi, & nonnunquam, vt hac Icone exprimimus, foliati, in binos ramos vt plurimùm diducũtur: eorũque ſingulis flos inſidet vnus magnus, luteus, in pappos euaneſcens, quibus *ſemina* adhærent tenuia, longa, ſtriata & ruffa.

Reperimus circa Curiam Rhætorum, florentem Iunio.

CHONDRILLA FOLIO NON DISSECTO, caule nudo.




A pręcedente ſolo caule foliis nudo differt hęc, quam *Chondrilla Syriaca* nomine à *Valerando Donrez* accepimus.

Chondrilla plurimæ alias *Varietates* in Hiſtoria noſtra magna recenſemus: *Ch. foliis hirſutis, flore vnico magno luteo: Ch. radice candidula, floribus luteis paruis: Ch. Majorem & Minorem, flore Tragopogonis, luteo. Ch. caule hiſpido, nodis multis prædito: Ch. caule cubitali aſpero, floribus pappaceis: Ch. minorem foliis in dorſo rubentibus: Ch. foliis in ambitu ſpinulis armatis &c.*

Cęterùm *eiuſdem eſt Chondrilla cum lactuca temperamenti.* In vino decocta & pota, veneno ſerpentiuo reſiſtit.

Succus, ſi aſſumatur, fluxiones alui ſiſtit. Iſque vt & Gummi circa ramulos proueniens, ſi in vterum iniiciantur, muliebria eliciunt.

LAMPSANA SIVE LAPSANA, PAPILLARIS: Germ. *Hederich*: Gall. *Lampſana*: Ital. *Lampſana*.



Lac fundit amarum vulnerata, ſiue *radice*, quam habet albam & digitalem ſiue *caulibus*, quos ſupra cubitũ erigit hirſutos, rubentes, ramoſos, concauos: ſiue denique *foliis*, quæ *Barbareæ* dictæ inſtar formata habet, ſed mollicella, hirſuta. *Flores* autẽ ſtellati, lutei, Hieracii, ſed parui, qui in pappos illi ſimiliter abeunt.

Ruellio dicitur *Chryſolachanum Plinii*, nonnullis *Napium*, *Napus Sylueſtris*. Geſnero *Sonchis cognatum eſt*. *Gerardo Sonchus ſyluaticus*.

Parietinis, ruderibus, murorum & hortorum marginibus, frequens vbique prouenit.

Reſiccat, abſtergit & digerit: & papillas exulceratas, illis impoſita ſanat; atq; ob hanc peculiarem efficaciam papillaris nomen obtinuit. *Plura in Appendice.*

HIERACIVM SIVE HIERACIA: Germ. *Habichs Kraut*: Gall. *Herbe à l'Eſpervier*. Ital. *Hieracio*.



De Hieracio ex Veterum ſententia, & de eius Nomenclaturis & Æquiuocis, *agimus in genere in Appendice*. Hic verò varias tum à Nobis tum ab aliis, obſeruatas proponemus *Differentias*, & *varietates*.

Pulchrum eſt quod hîc pingimus Hieracium: *radix* non magna cum fibris aliquot craſſiuſculis: *folia* laciniis, formâ & hirſutie ad Cichorium ſylueſtre plurimùm accedunt, quóque altiora eò minora redduntur: *caulis* vnicus, rectus, ſtriatus, cubitalis, hirſutus, foliis alternatim orientibus amictus quæ ſine pediculo latam habent baſim cum alis: flores in cacumine numeroſi, ex pediculis propriis, lutei, in pappos faceſcentes. Floret Maio.

HIERACIVM ERVCÆ FOLIO HIRSVTVM.




Singulari ad altitudinem pedalem aſſurgit *caule*, penniis hirſuto, *folius* veſtito etiam hirſutis, vncialibus atque ſextantalibus, cineracei coloris, laciniis Cichorii Eruçque circumroſis atque folii extremo ferè triquetro. Flos in ſummo caule vaicus aut ſeus majuſculus.

HIERACIVM LVTEVM HIRSVTVM: aliis *Cichorium luteum hirſutum*.



Facie totâ Cichoreo ſylueſtri proximum eſt: & *radices* craſſas habet & longas, fibratas, lac fundentes amarum: Vnde *caules* plures ſurgunt, cubitales & bicubitales, multis alis concaui, canaliculati, rubentes, atque alias admodum hirſuti, aliàs ferè glabri, inanes. *Folia* Cichoraceis ſimilia: *flores* pediculis ſinguli donati, Lampſanę florum formâ, lutei, ex capitulo canaliculato hirſuto in pappos abeuntes. *Semen* minutum, ſtriatum, fuſcum.

HIERACIVM LVTEVM GLABRVM: aliis Cichorium luteum glabrum.



Hoc à pręcedente non niſi glabritie diſtert, vel quòd minus ſit hirſutum: Abundátque vtrumque Geneuæ, Monſpelii & aliis in locis, nec non Baſileæ quà itur *Montem*, & propè fluuium Birſam. Floret Martio, Aprili & Maio, ac nonnunquam etiam Octobri. Icon hęc eſt Lobelii, & ab eo pro Hedypnoide Plinii exhibetur: pręcedens verò eſt ex Fuchſianis.


HIERACII PARVA SPECIES: QVIBVSDAM Hioleris anguſtifolia aſpera.



Exiguâ, ſed craſſiuſculâ donatur radicula, ſucciſa nonnihil, ac ſi præmorſa eſſet, pluribus fibris ornatas *folius* longis & anguſtis, hirſutis, & in terra ſparſis: *caulibus* duobus aut tribus, glabris, à radice prodeuntibus, non multò plùs palmam longis, verſus ſuperiora vt plurimùm in binas alas diuiſis: quarum extremitatibus inſidet *flos* vnicus, luteus, plenus, ſatis magnus, totaque planta eſt amaricantis ſaporis. Tabernæmontano dicitur *Hioſeris* anguſtifolia.

Lucos multùm amat: & frequens etiam in ſolo arenoſo, ac ſeçus vias reperitur.


HIERACIVM PVLCHRVM RAMOSVM, piloſum, flore luteo.



Tota planta piloſa eſt, ac potiſſimùm in extremis ramis, in quibus pili longiores. Eam vidimus Heidelbergæ, in horto Sprengeri, Pharmacopœi & Botanici inſignis, florentem Iunio.

Cęterùm Hieracium vtrumque, dictante Dioſcoride, vim habet refrigerantem & modicè adſtringentem: quare ſtomacho æſtuanti & inflammationibus commodè imponitur. At ſuccus ſi ſorbeatur ſtomachi erſiones mitigat. Eaſdem etiam facultates illi tribuit Plinius. *De viribus ex Neotericorum ſententia in ſequentibus.*

HIERACIVM LATIFOLIVM MONTANVM, folio Conyzæ Monſpeſſulanæ maioris, flore luteo.



Hoc in montibus circa Geneuam obſeruauimus, Iunio & Iulio florens, ac ſemen Auguſto maturans.

Frigidam autem temperaturam, cum Dioſcoride, Hieracijs tribuunt Recentiores Scriptores, atque ob id omnibus ardentibus Febribus & inflammationibus, apprimeque apoſtematibus & pectoris punctorijs doloribus, conducere aiunt: ſi ſcilicet vel ſuccus vel aqua ſeptiuſculè bibantur, aut ſi ex linteolis applicentur, atque ob id *Apoſtematicam* dictam.

Oculorum caligines & maculas diſcutiunt etiam Collyria ex eadem aqua parata: Solentque mulierculæ facies ſuas hac aqua abluere, vt maculas exterant, purumque & immaculatum vultum conſequantur.

HIERACIVM PANNONICVM LATIFOLIVM Cluſii, maculatum & non maculatum.



Tria Hieracii Pannonici genera habet Cluſius, *latifolia* duo, & vnum *anguſtifolium*: ex quibus Nos I. latifolium hic pingimus, quod ad Piloſellam maiorem, ſiue Pulmonariam luteam pluri-mùm accedit: foliaque habet quina aut ſena humi ſtrata, per ambitum nonnihil ſinuoſa, interdum etiam laciniata, mollia, hirſuta, nigricantibus maculis ſæpiſſimè reſpecta, interdum minimè. Flos illi Hedypnoidis flori ſimilis, ſed pallidior.

Inuenitur, ait Cluſius, in plæriſque Hungariæ, Auſtriæ ſuperioris, atque Morauiæ montibus gramineis & ſimul apricis locis, ac ſiccioribus pratis. Floret Maio.

HIERACIVM ALPINVM HIRSVTO FOLIO, flore Hieracii, luteo: *Cluſii.*



Cluſio eſt *Hieracium 5. alpinum Pannonicum*. Inuenitur in herboſis alpium iugis, vbi floret Iulio & Augusto. In hortis verò floret Maio, & ſemen perficit Iunio.

Gaſparo Bauhino in Phyt. *Hieracium 5. montanum hirſutie incanum*. Camerario hort. *Hieracium 5. Pannonicum*. Gerardo *Hieracium 5. Pannonicum Cluſii*. Tabernæmontano *Hieracium latifolium montanum*.

HIERACIVM STELLATVM.




Ad cubitalem altitudinem aſſurgit, tenuibus, ramoſis & hirtis *coliculis*: *folia* primùm erumpentis Hedypnoidis, nonnihil ſinuoſa, hirſuta: *flores* ſimplices, parui, Lampſanæ, lutei: quibus ſuccedunt *ſeminum* ſtellæ radiatæ, hirſutæ, quæ poſtmodum falcis in modum incuruantur. Tota planta lac fundit.

A Lobelio & aliis inſcribitur Hieracium Narbonenſe ſiliqua falcata. Huic verò affinis Italis *Ragadiolus*, *Ragaggiolo* Hetruriæ dictus, qui aſſumitur in cibis crudus, vt Cichorium.

Abundat locis pinguibus circa Monſpelium & circa Bononiam.

HIERACIVM CAPITVLIS CARDVI BENEDICTI; maximum, *Bugloſſum Echioides* quibuſdam.



Multifida *radice* nititur, craſſitudine digitali, alba, lac amarum fundente: *caulis* bicubitalis radicis craſſitiem æquat ſtriatus, rubens, denſiſſimis ſpinis armatus, rigidis, ſed facilè caulem relinquentibus, horrens, ſuccum itidem lacteum è vulnere fundens: & ramis compluribus brachiatus: *folia* Bugloſſæ ſinuoſa, longa, ſpinis tenacibus horrida: *flores* Hieracii, crocantes, in pappum facesſcentes, è calice thorulis hiſpidis canaliculato.

Annua eſt planta, ſe ipſam ſeminans: floretque Iunio & Iulio, vt Montbelgardi, Baſileæ, Heidelbergæ & alibi, in noſtris & aliorum hortis, obſeruauimus.

HIERACIVM ASPERVM, FLORE TVSSILAGINIS.



Huic cum præcedente multa communia. Thalio, Tabernæmontano, Gerardo, & Gaſparo Bauhino *Cichorium luteum*, & *Cichorium ſylueſtre flore luteo*. Trago *Cichorea* 3. & 4. flore luteo.

Montbelgardi, variiſque aliis in locis, paſſim prouenit, in agrorum & vinetorum marginibus: florens Iulio, Auguſto, Septembri & Octobri menſibus.

HIERACIVM MINVS PRÆMORSA RADICE, Siue Hieracium minus Fuſchſii.



Radix huic fibrata, imâ parte præmorſa nigricat, pec cętera candicans, lacte turgida: *flores* verò habet luteos & fiſtuloſos. Variat inſigniter laciniatum magnitudine & diuerſitate. Tabernęmontano & multis aliis eſt *Hieracium minus Dioſcoridis*. An Anguillarę *Lactuca Leporina Apulei?*

Frequentiſſimè prouenire circa Boheam: vt & Genèuæ in pratis circa *Arue* flumium. Floret Iunio, Iulio & Augusto.

HIERACIVM RECTVM RIGIDVM, QVIbuſdam Hieracium Sabaudum.



Ad cubitos duos aſſurgit *caulibus* hirſutis, rigidis, rubentibus, qui in ſummitate in aliquot ſurculos ſeceſſunt, quorum ſinguli ſingulos ſuſtinent *flores* luteos, Hieracij vulgaris: *folia* pręomnibus Hieracij folijs rigida, rigidis denticulis ſinuata, hirſuta, atrouirentia, alternatim poſita: *radix* duts, longis fibris donata.

HIERACII SABAVDI VARIETAS.



Multùm variat Hieracium Sabaudum dictum, non tantùm caulibus cubito interdum altioribus, ſed & folijs, in quibus etiam diſcrimen magnum, vel luſus, quemadmodum ex Iconibus hic exhibitis apparet.

HIERADIS SABAVDI VARIETAS ALIA.



Hieracium Sabaudum *Erucum Matthioli* eſſe exiſtimabat Guilandinus [quem ſecuti Lacuna, Lonicerus & alij,] ac apud Galenum *Militarem*, & apud Plinium *Lactaridem* dici. At, ſi Co unnę & Lobelio credendum, non eſt *Erucum* quę a Matthiolo pingitur mutila, ſine floribus, planta, ac quam nemo, niſi ab eodem depictam, vidit; ſed potiùs, impudentiuſculum Commentatoris commentum: *iudicabunt docti*.

HIERACIVM MACROCAVLON ET MACROrhiſon: flore Hedypnoidis luteo.



Tabernęmontano dicitur *Hieracium Intybaceum*. Gaſparo Bauhino *Hieracium Dentis leonis folio, radice oblonga*. Gerardo *Hypochæris, Porcellia*. & *Hieracium longius radicatum*. An *Apargia Theophraſti?* Cur verò Tabernæmontano *Hieracium vnicaule* dicatur neſcimus, quandoquidem in deſcriptione ramoſum faciat, & Figura etiam id indicet.

Geneuæ in muris, Monſpelij autem in pratis, obſeruauimus, florens Majo.

HIERACIVM FLOREM INCLINANS: ſiue Hieracium flore nutante.



Hieracium facie Hedypnoidis Lobelio. *Hieracium minimum Cluſij*. & *Hieracium minus capitulo inclinante* Gaſparo Bauhino. Tabernęmontano & Gerardo *Hyoſeris maſcula*.

Monſpelij, Baſileę & Montbelgardi vidimus, Martio florens & Aprili.

HIERACIVM MONTANVM MAIVS latifolium.



Sic inſcribunt Authores plerique omnes: Nec ſcimus cur *Chondrillam Hiſpanicam flore purpureo* vocet Gerardus, cùm Tabernæmontani lenae vratur, qui plantam Germanicam facit, & flores luteos illi tribuit.

Folia habet longa, lata, criſpa, ex albo incana, rigidâ lanugine obducta, &c. & eſt Hercyniæ ſummorum montium incola.

HIERACIVM LATIFOLIVM GLABRVM.




Iiſdem quibus præcedens gaudet natalibus, & vt illud floret Majo. *Radix* autem illi minor eſt, & *folia* anguſtiora & paulò breuiora; ſuntque inferiora etiam longiore prędita pediculo, cætera pediculo carent & caulem amplectuntur; omnia verò tenera ſunt & mollia. *Caulis* abit in quinque, ſex aut ſeptem ſtaminula, quibus ſingulis *flos* inſidet vnicus, luteus, præcedentis floribus par, ſed paulò minor. Totaque planta amara eſt.

HIERACIVM LATIFOLIVM PRÆMORSA radice, caule ſingulari, Piloſellæ maiori affine.



Radix huic fibrata & præmorſa, folia palmaria circiter & vnciam lata: ſed alia longiora, alia breuiora, atque alia rurſus breuiſſimis & vix conſpicuis pilis in margine donata, aliis manifeſtis. *Caulis* vnicus, aphyllos, multos in cacumine congeſtos luteos *flores* ſuſtinens, qui tandem in floccos abeunt, atque ad ſingulas diuiſiones foliolum tenue anguſtum. Syluas amat.

HIERACIVM MONTANVM LACINIATO folio lanuginoſo, *Cluſii*.



Tabernæmontano dicitur *Hieracium montanum anguſtifolium, folijs Cichoraceis*: Cluſio Pannon. & hiſp. poſt. *Hieracium montanum laciniato folio*: C. Bauhino in Phyt. *Hieracium 13. laciniato lanuginoſo folio*.

Creſcere in *Leytemberg* & florêre Iunio obſeruauit Cluſius. Nos in altis Lotharingię montibus reperimus.

HIERACIVM NARBONENSE ROTVNdifolium, caule aphyllo.



Statim à *radice* oblatis pediculis *folia* fundit octona aut dena, plus minùs, rotunda, in ambitu crenata, ſed innoxijs apiculis, veluti aculeis, donata, læuia, ſapore manifeſto deſtituta: à quorū ſinu *cauliculi* iuncei bini exeunt, palmâ vix longiores, nudi quales in Dente leonis: quorum ſumma *florem* ſuſtinent luteum, minorem quam dictæ plantæ, ſed in elegantem pallidulum pappum facſcentem. Semen exiguum, longum, ſubrufum, ſtriatum.

HIERACIVM NARBONENSE, CAVLE aphyllo, folio ſinuato hirſuto.



Radice nititur foris fuſca intùs alba, & fibras multas demittente: *folia* palmaria & longiora, ſemiſſem lata: ſinuata, hirſuta: *cauliculi* pedales, ſeſquipedales & cubitales, tenues, ſtriati, non ramoſi hirſuti, inanes: *flos* Dentis leonis, hirſuto calyce.

Geneuæ & Montbelgardi prouenit paſſim in pratis, florens Maio, Iunio, & Iulio.

HIERACIVM PARVVM HIRTVM, CAVLE aphyllo, criſpum vbi ſiccatum.



Simplicem pedali altitudine caulem tollit, tactu aſperum & ſingularem: cuius cacumini flos impoſitus vnicus luteus, in pappos euaneſcens: folia ex radice gracili complura, per terram ſparſa, denſa, rigidaque lanugine ſpinulas quodammodò imitata, hirta & incana, ſeſcunciam aut vncias duas longa, ſatis lata, diuiſione Erucæ purpureæ Nobis dictæ, eaque ſiccata criſpa videntur. Radix craſſa.

Siccam Monſpelio accepimus.

HEDYPNOIS SIVE DENS LEONIS: Ger. Pfaffenrörlin, Pfaffenblatt: Belg. Pappencruys: Gall. Dent de Lion.



Varia huic plantæ ab Authoribus tribuũtur nomina. Hedypnoim Plinij inſcribunt nõnulli, alij Aphacam Theophraſti, de qua in Appẽdice, Hieraciũ minus, Condrillæ ſpeciem, & Cichorij ſylu. ſpeciem aliqui, alij Dioſcoridis Sonchitem, alij Vrinariam; officinæ Taraxacon; alij Heliotropium: alij à floreſcendi tempore, florem Martij, alij à colore florem vitellinum [Eierblumen:] alij, quia raſis capitibus ſimiles ſunt ſcaporum cacumina, Caput monachi [Münchkopf & pfaffenblatt:] alij à foliorum forma Dentē leonis: & tandem alij, quòd forma & lacteo ſucco ad ſylueſtres lactucas pertinere videatur, Lactucam erraticam.

Prouenit in hortis, in cãpis, prope ſepes & in ruinoſis ædificiorum muris: nec non in vineis, pratis & viridarijs.

AVRICVLA MVRIS, PILOSELLA: Germ. Nagelkraut; Meußöhrlin: Belg. Nagelcruyt, Muysoor: Gall. Piloſella.



Haud facilè quemquam latet Piloſella, humi decũbens, & repentibus ſurculis hirſutis nouam ſobolē per demiſſas fibras ſubinde propagans: folia pilis obſita, murinis auribus ſimilia, ſuprà virẽtia, infrà incana; flores Dentis leonis, minores, lutei, ſiue aurei, extimis oris purpuraſcentibus, calice hirſuto fuſco, ac in pappos euolantes: radices numeroſæ, tenues, ſed humi pertinaciter hærentes.

Naſcitur extenuato & arido ſolo, in collibus & incultis locis, agrorum herbidis limitib⁹, ac paſſim ſecus vias. Maióq; & Iunio menſibus potiſſimùm floret.

Miſũ autem notiſſimę huius Herbæ non meminiſſe Veteres, nec nomen vllum ei indidiſſe. Recẽtiores Piloſellã vocant, à copioſis pilis, quib⁹ tum cauliculi tũ folia veſtiũtur.

HIERACIVM MONTANVM ANGVSTIfolium, folio oblongo non diſſecto: 6. Cluſij.



Variat hoc folijs interdum non diſſectis, & interdum folijs nonnihil in lateribus laciniatis; atque flore luteo magis minúsue rutilante: ſed omnium, lanceæ lacteo ſucco plenæ ſunt, & amariuſculi guſtus.

Montes amat, & floret Maio. In omnibus illis mõtibus à Calemberg Danubio imminenti ad Alpes excurrentibus naſci perhibet Cluſius: Nos verò in varijs Alſatię montibus obſeruauimus.


HEDYPNOIS MONSPESSVLANA, SIVE Dens leonis Monſpeſſulanus.



Ex radice craſſiuſcula cauliculus ſurgit palmaris, qui cultura etiam cubitalis & bicubitalis euadit, craſſiuſculus, concauus, paulò ſuprà radicem in ramos tres, quatuor aut quinque diuiſus, quorũ vnuſquiſque florem geſtit vnicum magnum odoratum Hedypnoidis vulgaris, extinſecè ſubeſcentem cæteroqui luteum, ac tandem in pappos euaneſcentem. Prouenit Monſpelij in pratis, muris & locis ſiccis: floretque Aprili & Majo menſibus, vt & Autumno.

Cæterùm Dens leonis adſtringit, roborat atq; abſtergit, frigidæ eſt temperaturæ, eaq; omnia efficaciter præſtat quæ Hieraciũ, cuius vires antè enarratæ: eius teneriora & candida germina in acetarijs edũtur, aut juſculis induuntur. Plura in Appẽdice.

PILOSELLA MINOR FOLIO ANGVSTIORE minùs piloſo, repens.



Inſigniter repit & hęc folijs per terram ſparſis, anguſtioribus, minoribus, tam infrà quàm ſuprà glabris, ſi raros quoſdam pilos in aduerſo folio ſitos excipias, quorum inferiora ſubrotunda, ſuperiora longiora: caules proceriores, interdũ cubito altiores, non ſine folijs, in aliquot pediculos circa faſtigium diuaricati: vbi flores duo, tres, quatuor, lutei, vt alterius, ſed minores.

Camerario hort. Lactucella ſylueſtris repens, ambigens inter Hieracium & ſylu. lactucam, amara. C. Bauhino in Phyt. Lactuca 14. Lactucella ſylueſtris Camerarij.

Paſſim in ſyluis prouenit; florens Majo & Iunio.

HIERACIVM MONTANVM MAIVS latifolium.



Sic inſcribunt Authores pleriquе omnes: Nec ſcimus cur *Chondrillam Hiſpanicam flore purpureo* vocet Gerardus, cùm Tabernæmontani Icone vtatur, qui plantam Germanicam facit, & flores luteos illi tribuit.

Folia habet longa, lata, criſpa, ex albo incana, rigidâ lanugine obducta, &c. & eſt Hercyniæ ſummorum montium incola.

HIERACIVM LATIFOLIVM GLABRVM.



Iiſdem quibus præcedens gaudet natalibus, & vt illud floret Majo. *Radix* autem illi minor eſt, & *folia* anguſtiora & paulò breuiora: ſuntque inferiora etiam longiore prædita pediculo, cætera pediculo carent & caulem amplectuntur: omnia verò tenera lævi & mollia. *Caulis* abit in quinque, ſex aut ſeptem ſtaminula, quibus ſingulis *flos* inſidet vnicus, luteus, præcedentis floribus par, ſed paulò minor. Totaque planta amara eſt.

HIERACIVM LATIFOLIVM PRÆMORSA radice, caule ſingulari, Piloſellæ maiori affine.



Radix huic fibrata & præmorſa, folia palmaria circiter & vncium lata: ſed alia longiora, alia breuiora, atque alia rurſus breuiſſimis & vix conſpicuis pilis in margine donata, alia manifeſtis. *Caulis* vnicus, aphyllos, multos in cacumine congeſtos luteos *flores* ſuſtinens, qui tandem in floccos abeunt, atque ad ſingulas diuiſiones foliolum tenue anguſtum. Syluas amat.

HIERACIVM MONTANVM LACINIATO folio lanuginoſo, *Cluſii.*



Tabernæmontano dicitur *Hieracium montanum anguſtifolium, folijs Cichoraceis*: Cluſio Pannon. & hiſt. poſt. *Hieracium montanum laciniato folio*: C. Bauhino in Phyt. *Hieracium* 13. *Laciniato lanuginoſo folio.*

Creſcere in *Leytemberg* & florere Iunio obſeruauit Cluſius. Nos in altis Lotharingiæ montibus reperimus.

HIERACIVM NARBONENSE ROTVNdifolium, caule aphyllo.



Statim à *radice* alatis pediculis *folia* fundit octona aut dena, plus minùs, rotunda, in ambitu crenata, ſed innoxijs apiculis, veluti aculeis, donata, læuia, ſapore manifeſto deſtituta: à quorũ ſinu *cauliculi* iuncei bini exeunt, palmâ vix longiores, nodi quales in Dente Leonis: quorum ſumma *florem* ſuſtinent luteum, minorem quàm dictæ plantæ, ſed in elegantem pallidulum pappum faceſcentem. Semen exiguum, longum, ſubrufum, ſtriatum.

HIERACIVM NARBONENSE, CAVLE aphyllo, folio ſinuato hirſuto.



Radice nititur foris fuſca intùs alba, & fibras multas demittente: *folia* palmaria & longiora, ſemiuncia lata, ſinuata, hirſuta: *cauliculi* pedales, ſeſquipedales & cubitales, tenues, ſtriati, non ramoſi hirſuti, inanes: *flos* Dentis leonis, hirſuto calyce.

Geneuæ & Montbelgardi prouenit paſſim in pratis, florens Maio, Iunio, & Iulio.

HIERACIVM PARVVM HIRTVM, CAVLE aphyllo, criſpum vbi ſiccatum.



Simplicem pedali altitudine *caulem* tollit, tactu aſperum & ſingularem: cuius cacumini *flos* impoſitus vnicus luteus, in pappos euaneſcens: *folia* ex *radice* gracili complura, per terram ſparſa, denſa, rigidaque lanugine ſpinulas quodammodò imitata, hirta & incana, ſeſcunciam aut vncias duas longa, ſatis lata, diuiſione Erucæ purpureæ Nobis dictæ, eaque ſiccata criſpa videntur. *Radix* craſſa.

Siccam *Monſpelio* accepimus.

HIERACIVM MONTANVM ANGVSTIfolium, folio oblongo non diſſecto: 6. *Cluſij*.



Variat hoc folijs interdum non diſſectis, & interdum folijs nonnihil in lateribus laciniatis: atque flore luteo magis minúſve rutilante, [illegible] lacteo ſucco [illegible] & amaruſculo guſtu.

Montes amat, & floret Maio. In omnibus illis môtibus à *Calemberg* Danubio imminenti ad Alpes excurrentibus naſci perhibet Cluſius: Nos verò in varijs Alſatię montibus obſeruauimus.

HEDYPNOIS SIVE DENS LEONIS: Ger. *Pfaffenroerlin*, *Pfaffenblatt*: Belg. *Pappencruyt*: Gall. *Dent de Lion*.



Varia huic plantæ ab Authoribus tribuũtur nomina. Hedypnoim Plinij inſcribunt nõnulli, alij *Aphacam Theophraſti*, de qua in Appẽdice, *Hieraciũ minus*, *Condrillæ ſpeciem*, & *Cichorij ſylu. ſpeciem* aliqui, alij *Dioſcoridis Sonchiten*, alij *Vrinariam*; officinæ *Taraxacon*: alij *Heliotropium*: alij à *florendi tempore*, *florem Martij*, alij à colore *florem vitellinum* [Eierblumen:] alij, quia raſis capitibus ſimilia ſunt ſcaporum cacumina, *Caput monachi* [Münchkopf & pfaffenblatt:] alij à foliorum forma *Dentē leonis*: & tandem alij, quòd forma & lacteo ſucco ad ſyluaticas lactucas pertinere videatur, *Lactucam agreſtem*.

Prouenit in hortis, in cãpis, prope ſepes & in ruinoſis ædificiorum muris: nec non in vineis, pratis & viridarijs.

HEDYPNOIS MONSPESSVLANA, SIVE Dens leonis Monſpeſſulanus.



Ex *radice* craſſiuſcula *cauliculus* ſurgit palmaris, qui caluitura etiam cubitalis & bicubitalis euadit, craſſiuſculus, concauus, paulò ſupra radicem in ramos tres, [illegible] aut quinque diuiſus, quorũ vnuſquiſque *florem* gerit [illegible] magnum [illegible] Hedypnoidis vulgaris [illegible] [illegible] ſuccum [illegible] & tandem in pappos euaneſcentem. Prouenit Monſp[illegible] [illegible] & locis [illegible] [illegible] A Maio [illegible] [illegible] & Augusto.

[illegible]

AVRICVLA MVRIS, PILOSELLA: Germ. *Nagelkraut*, *Meuſzöhrlin*: Belg. *Nagelcruyt*, *Muyſoor*: Gall. *Piloſelle*.



Haud facilè [illegible] latet Piloſella, humi decũbens, & repentibus [illegible] herbacis nouam ſobolē per demiſſas fibras ſubinde propagans: *folia* pilis obſita, [illegible] ſu[illegible] pra [illegible] flores Dentis leonis, [illegible] lutei, [illegible] [illegible] purpur[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Naſcitur [illegible] [illegible]

[illegible] loſellā vocant, à copi[illegible]

PILOSELLA MAIOR [illegible] [illegible]



[illegible] [illegible] ima [illegible] fre- [illegible] alijs [illegible] ecialia- [illegible] tiungur, [illegible] ante pa- [illegible] ulò tamen [illegible] is in vmbi- [illegible] uteo, qui in [illegible] t. Repe[illegible] apud Maro,


INTYBVM SATIVVM CRISPVM.



Intybum Satiuum propter ſolum & culturam *maius & minus* efficitur: *criſpum* verò fit tranſplantatione & mangonio Hortulanorum: nec hoc ab illis aliter eſt depictum.

Seritur autem Intybum in hortis, & quod Vere ſatum, celeriter adoleſcit, & ipſa Æſtate florens, ſemina profert, ac deinde interiit. Iulio verò ſatum in Hyemem reſtat, Septembri aut Octobri terrâ obrutum, colligatis prius foliis muris inſtar candidam redditur, ac deinde menſibus Hybernis aliorum recetariorum loco, menſis infertur.

SONCHVS, CICERBITA: Germ. *Savvdiſtel*, Gall. *Laſteron, Palais de Lieure*: Ital. *Lattucella, Sonche.*




Græcis dicitus Σόγχος ἀπὸ τοῦ σῶν χέειν, id eſt, quòd ſalubrem fundat ſuccum, *Cicerbitam* vocarunt Romani, idque nomen hodie adhuc in Hetruria retinetur.

Sonchi inter ſpinoſa foliata meminit Theophraſtus, ſic Sõchum ex ſpinoſis plantis eſſe ait Galenus, ſed poſtquam perfectè abſolutus ſit. Plinius duo facit genera, *album & nigrum*, Lactucę ſimilis ambo, niſi ſpinoſa eſſent. Trium verò videtur Dioſcorides meminiſſe: ſylueſtris ſcilicet & magis aculeati, & alterius mollioris & eſculenti, & tertii arborei lato folio.

Nos Sonchum minùs laciniofum ſpinoſiorem ſiue aſperiorem flore luteo, Hieracii, hic pingimus: de reliquis à nobis obſeruatis differentiis in ſequentibus actum.


SONCHVS LACINIATVS LÆVIS, SIVE NON ſpinoſus.



Parua, fibroſa albaque nititur *radice*: *caule* cubitali, intus concauo, purpuraſcente. *Folia* longa, læuia, ferè glauca, Dentis Leonis diuiſura, lacte prægnantia, alternatim prodeunt, aliàs pediculo longo, aliàs nullo, ſed latiore baſi caulem amplectentia, in circuitu quaſi dentata, ſpinis vel nullis vel mollibus armata. *Flores* folioſi, lutei, ſed foliorum pars extrema auerſa parte purpuraſcit. *Semen* paruum, oblongum & in fuſco rubens.

Sonchum læuem aut *lenem* vocat Cordus: Fuchſio verò eſt *Sonchi alterum genus tenerius eſculentumque ac minus nigrum*, & Apulei *Lactuca Leporina*. Hiſtoriæ Lugdunenſi, *Andryala minor Dalechampii.*

SONCHVS LACINIATVS SPINOSVS, SONCHVS aſper, Cicerbita aſpera.



Huius meminere Scriptores plærique omnes. Sonchum verò laciniatum læuem triplicem facit Tabernamontanus, Sonchum laciniatum læuem latifolium: Sonchum lænem alterum flore luteo: & Sonchum lænem tertium flore luteo. Ineptè verò de his Sonchis à Matthiolo & Schvvenckfeldio ſcriptitatum fuiſſe in Hiſtoria noſtra magna oſtendimus.

Prouenit autem ſponte tum læuis, tum aſper laciniatus Sonchus variis locis Geneuæ & Montbelgardi paſſim, at frequentiſſimè in hortis: nec nõn Baſileæ extra vrbem, inter portas *Stein* & *Eſchen*. Floret vterque in Nouembrem vſque.

SONCHVS REPENS MVLTIS; QVIBVSDAM Hieracium maius.



Flores huic paulò maiores quàm reliquis Sonchis, lutei, hirſuta foliorum atronitentium compage coërciti, qui tandem in pappos abeunt.

Inuenitur in paludoſis ſalicetis & harundinetis, iuxta piſcinas & ſtagnantes aquas, Montbelgardi & Geneuæ paſſim in agris frequens, nonnullisque in hortis ſuo reptatu odioſus. Floret autem Iulio.

In Icone noſtra, quæ ex Fuchſianis eſt, radix repens deeſt.

SONCHVS CÆRVLEVS LATIFOLIVS.



Bicubitali & altiori huic Soncho, ſummus *caulis* hirſutus eſt, thyrſumque geſtat florum Sonchi vulgaris floribus ſimilium, ſed cæruleo colore nitentium, & in pappos celeriter fatiſceſcentium.

Ex Alſatia habuimus vbi in altiſſimis montibus, locis vmbroſis, prouenit, floretque Iulio & Auguſto. Eundem eſſe ſuſpicamur Cluſii *cæruleo* Soncho.

Sonchvs Dendroides Dalechampii; Lactucæ murorum affinis.



Hic Sonchus, ſi Hiſtoriæ Lugd. credendum, multa habet communia cum eo Sonchi genere, cuius tertio loco meminit Dioſcorides, *iudicabunt docti*. Quin autem cum Lactuca murorum dicta multa etiam habeat communia, nemo, quod credimus, ibit inficias.

Prouenit, ait Dalechāpius, in ſaxoſis frigidorum montium cliuis.

Cęterùm refrigerat vterque ſonchus, authore Dioſcoride, modicè adſtringit, & æſtuanti ſtomacho atque inflammationibus illitus ſuccus ſtomachi roſiones mitigat: Lácque ex eo manans ſedis & vuluę collectionibus opitulatur: *De vſu Culinario ad latus ſequentis Tabellæ.*

Sonchvs Lanatvs Dalechampii, flore aureo Erygerontis.



Tota planta lacteo ſucco turget, Cichorii more, guſtúque amaro prædita eſt, ſed minùs quàm reliqua Cichorea, quorum etiam ſiccaltatem obtinet, ſed imbecilliorem.

Prouenit Monſpelii prope *Peraux*, in ſaxoſis & apricis florens Iunio menſe. *Mollugineam* appellant nonnulli, attamen à Plinii Mollugine diuerſa eſt.

Cęterùm Sonchi vulgaris, Hyeme frequens in acetariis vſus eſt: ac radicum præſertim, quæ cùm teneræ ſint ac dulces, menſis expetuntur. Sic de eodem dicebat iam olim Galenus. Viridis & tenerestur, proinde vt cætera Olera ſylueſtria.

Sonchis Affinis Terracrepola, ſiue Terracrepolum.



Radicem habet Intybo ſimilem, paruam, ſiauſtam, candidam. *caules* multos, cubitales, foliatos: & folia Intybo ſimilia, ſed candidiora & minùs inſecta; ſucco lacteo manantia. *Flos* luteus, in pappos euaneſcens.

Sylueſtre hoc Olus quod Dioſcoridis eſt *Hieracium paruum*, Theophraſti verò & Plinii *Crepis*. *Terracrepolum* vocant Hetruriæ rures. An eiuſdem Theophraſti ϛιτφυλλὰ ξυλος.

Naſcitur ſponte in aggeribus terrenis agri Monſpelienſ. ac in ædificiorum muris & collibus ſaxoſis: & colitur etiam in hortis.

Editur crudum hoc olus ex oleo & aceto: & quia dulce eſt & ſubadſtringens, in pretio habetur.

Chondrille vel Chondrilla: Germ. *Klein Sonnenwirbel*: Gall. *Laicteron*: Ital *Chondrilla, Terracrepolo.*



Chondrillam ſpeciem Seridis eſſe Scribit Galenus: Dioſcorides verò à nonnullis *Cichorium* & ab aliis *serim* vocari. Eius duo facit genera, quę Plinius inter ſe confundit, vni tribuens quod illa duobus.

Sic hodie ſilue Chondrillacei generis plantas apud Scriptores haud facilè eſt certis nominibus diſtinguere: cùm præſertim Intybaceorum & Chondrillaceorum hiſtoriam nondum accuratè examinârint: eorumque vel nomina & deſcriptiones ſine iconibus: vel Icones ſine deſcriptionibus, propoſuerint.

Chondryllacearum autem plantarum vbiuis fermè locorum ingens ſeſe offert copia, in muris, vineis, apricisque editis locis: Nos *Chondryllam cæruleā hic pingemus.*

Chondrilla Lvtea.



Tota, quemadmodum etiam in cærulea, lacteo ſucco turget planta: atque in læui & glabro *caule folia* habet ad Sonchum leuem accedentia, multò minora, diuiſurâ ferè Chondrillę cęrulęę, eorum extremis Ciconiam paſſis alis in aëra ſe vibrantem referentibus: ſunt verò etiam in ambitu denticulata, quod notatu dignum, quod hac notâ non florens à cærulea vel alba diſcerni poſſit.

E foliorum ſinu ramuli exeunt, quorum ſingulis *flos* vnicus inſidet, Sonchi, luteus, in pappos euaneſcens.

Monſpelii in muris floret Martio: totaque Æſtate, in vinetis & olinetis glareoſis obuia eſt.

Chondrilla Viminea.



Pullulant primùm per terram in orbem ſparſa *folia*, Hedypnoidis laciniis, glabra, quæ in caulem ſurgente planta marceſcũt: ipſe verò *caulis* propter terram denſis ſpinulis totus horret, atque ad cubitos duos aut tres aſſurgit, frequentibus ramis vimineis variè diuaricatis fruticoſus, foliis aut nullis aut raris, iiſque gramineæ tenuitatis. *Flores* extremis ramulis hærent lutei, lactucaceis pares. *Semine* ſuccedente rotundo, ſtriato, oblongo, cinereo, cum tomento villulo appenſo. *Radix* ſimplex, pollicaris, longa & lacteo ſucco prægnans.

In aruis & ad earum margines in plurimis regionibus naſcitur. Monſpelii variis locis, Baſileæ apud Rhenum, & alibi, frequens. Floret Æſtate & Autumno.

R 4

Chondrillis affinis quædam laciniata: An Camerarii Trinciatella?



Chondrillis vel Hieraciis affinis eſt hæc planta: cui à *radice* craſſa longa prodeunt aliquot capita, ex quibus multa *folia* vncias duas longa, laciniata, quorum pars extrema ſubrotunda, læuia & ſatis craſſa ſpiſſáue. *Caules* iuncei, ramoſi, cubitales, & interdum minores: atque in eorum extremitatibus *flores* ſingulares, maiuſculi, lutei, in pappos deſinentes. Tota verò Herba lacteſcit.

Circa Monſpelium floret Aprili.

Chondrilla hirſuta flore rubente.



Radix illi ſimplex alba, dura, fibris donata & lac fundens: *caules* pedales & cubitales, ſolidi, lactiſſui, tenues, ſtriati, ſingularibus foliis donati: eorumque ſingulis *flores* inſident ſinguli, monocloni, colore ex *albo* purpuraſcente, denſè foliis per extremam oram crenatis ſtipati. *Folia* vel à radice ſtatim, vel ab imo caule per terram ſparguntur, in reliquo caule rariora, Hedypnoidis laciniis, vtrinque hirſuta, odore graui. *Semina* longa, tenuia, cum pappo.

Variis in hortis obſeruauimus: & ipſimet Montbelgardi in S.P. horto habuimus, florentem Iulio & Auguſto.

Chondrilla critica quorundam: An Camerarii & Geſneri Hieracium Creticum?



Radix Dentis leonis: *caules* ſpinulis horridi, variè nulloque ordine in alas diuiſi: *folia* Lactucę ſylueſtris: *flores* Sonchi: *Semen* pulchrum incuruum, ex radice denticulata in roſtellum deſinens, per maturitatem ruffum.

Floret Iunio & Iulio, ac nonnunquam etiam Octobri, breuiſque æui planta eſt. Montbelgardi nobis in horto prouenit ſemine ex Creta miſſo.

Chondrilla folio non diſſecto, caule foliato.



Radice firmatur longâ, craſſâ, lacteo ſucco turgente, in capita aliquot diuiſa: *folia* emittente multa, palmaria & longiora, ſemunciam plùs minùs lata, Plantaginis tenuifoliæ foliis ſimilia, acuminata, glabra, craſſa, Chondrillæ cœruleæ inſtar, eiuſdemque penè coloris. *Caules* frequentes, iuncei, dodrantales ſiue pedales, glabri, fungoſi, foliis plerumque nudi, & nonnunquam, vt hac Icone exprimimus, foliati, in binos ramos vt plurimùm diducuntur: eorũque ſingulis flos inſidet vnus magnus, luteus, in pappos euaneſcens, quibus *ſemina* adhærent tenuia, longa, ſtriata & ruffa.

Reperimus circa Curiam Rhætorum, florentem Iunio.

Chondrilla folio non diſſecto, caule nudo.




A præcedente ſolo caule foliis nudo differt hæc, quam *Chondrilla Syriaca* nomine à *Valerando Dourez* accepimus.

Chondrillæ plurimæ aliàs *Varietates* in Hyſtoria noſtra magna recenſemus: *Ch. folio hirſuto, flore vnico magno luteo: Ch. radice candida, floribus luteis paruis: Ch. Majorem & Minorem, flore Tragopogonis, luteo. Ch. caule hiſpido, nodis multis prædito: Ch. caule cubitali aſpero, floribus purpureis: Ch. minorem foliis in dorſo rubentibus: Ch. foliis in ambitu ſpinulis armatis &c.*

Cæterùm *eiuſdem eſt* Chondrilla *cum lactuca temperamenti*. In vino decocta & pota, veneno ſerpẽtino reſiſtit.

Succus, ſi aſſumatur, fluxiones alui ſiſtit. Iſque vt & Gummi circa ramulos proueniens, ſi in vterum iniiciantur, muliebria eliciunt.

Lampſana ſiue Lapſana, Papillaris: Germ. *Hederich*: Gall. *Lampſana*: Ital. *Lampſana*.



Lac fundit amarum vulnerata, ſiue *radice*, quam habet album & digitalem ſiue *caulibus*, quos ſupra cubitũ erigit hirſutos, rubentes, ramoſos, concauos: ſiue denique *foliis*, quæ *Barbareæ* dictæ inſtar formam habet, ſed molliuſcula, hirſuta. *Flores* antè ſtellati lutei, Hieracii, ſed parui, qui in pappos illi ſimiliter abeunt.

Ruellio dicitur *Chryſolachanum Plinii*, nonnullis *Napium*, *Napus Sylueſtris*. Geſnero *Sonchus cognatum olus*. *Gerardo Sonchus ſyluaticus*.

Parietinis, ruderibus, agrorum & hortorum marginibus, frequens vbique prouenit.

Reſiccat, abſtergit & digerit: & papillas exulceratas, illis impoſita ſanat: atq; ob hanc peculiarem efficaciam papillaris nomen obtinuit. *Plura in Appendice.*

HIERACIVM SIVE HIERACIA: Germ. *Habichs Kraut*; Gall. *Herbe à l'Eſperuier*. Ital. *Hieracio*.



De Hieracio ex Veterum ſententia, & de eius Nomenclaturis & Æquiuocis, *agimus in genere in Appendice*. Hic verò varias tum à Nobis tum ab aliis, obſeruatas proponemus *Differentias*, & *varietates*.

Pulchrum eſt quod hîc pingimus Hieracium: *radix* non magna cum fibris aliquot craſſiuſculis: *folia* laciniis, formâ & hirſutie ad Cichorium ſylueſtre plurimùm accedunt, quóque altiora eò minora redduntur: *caulis* viriens, teretus, ſtriatus, cubitalis, hirtus, foliis alternatim orientibus amictus quæ ſine pediculo latam habent baſim cum alis: *flores* in cacumine numeroſi, ex pediculis propriis, lutei, in pappos faceſcentes. Floret Maio.

HIERACIVM ERVCÆ FOLIO HIRSVTVM.



Singulari ad altitudinem pedalem aſſurgit *caule*, penitùs hirſuto, *foliis* veſtito crebris hirſutis, vncialibus aut ſexuncialibus cineracei coloris, laciniis Cichorii Erucéque circumcinctis atque foliis extremo ferè triquetro. Flos in ſummo caule vnicus aureus majuſculus.

HIERACIVM LVTEVM HIRSVTVM: aliis *Cichorium luteum hirſutum*.



Facie totâ Cichoreo ſylueſtri proximum eſt: & *radices* craſſas habet & longas, fibratas, lac fundentes amarum: Vnde *caules* plures ſurgunt, cubitales & bicubitales, multis aliis concaui, canaliculati, rubentes, atque aliis admodum hirſuti, aliis ferè glabri, inanes. *Folia* Cichoraceis ſimilia: *floret* pediculis ſinguli donati, Lampſanæ florum formâ, lutei, ex capitulo canaliculato hirſuto in pappos abeuntes. *Semen* minutum, ſtriatum, fuſcum.

HIERACIVM LVTEVM GLABRVM: aliis Cichorium luteum glabrum.



Hoc à præcedente non aliâ glabritie differt, vel quòd minùs ſit hirſutum: Abundátque vtrumque Geneuæ, Monſpelii & aliis in locis, nec non Baſileæ quà itur *Montets*, & prope fluuium Birſam. Floret Martio, Aprili & Maio, & non nunquam etiam Octobri. Icon hæc eſt Lobelii, & ab eo pro Hedypnoide Plinii exhibetur: præcedens verò eſt è Fuchſianis.

HIERACII PARVA SPECIES: QVIBVSDAM Hioſeris anguſtifolia aſpera.



Exiguâ, ſed craſſiuſcula donatur radicula, ſuccisa nonnihil, ac ſi præmorſa eſſet, pluribus fibris ornata: *foliis* longis & anguſtis, hirſutis, & in terra ſparſis: *cauliculis* duobus aut tribus, glabris, à radice prodeuntibus, non multò plùs palmam longis, verſus ſuperiora vt plurimùm in binas alas diuiſis: quarum extremitatibus inſidet *flos* vnicus, luteus, plenus, ſatis magnus, totaque planta eſt amaricantis ſaporis. Tabernæmontano dicitur *Hioſeris* anguſtifolia.

Lucos multùm amat: & frequens etiam in ſolo arenoſo, ac ſecus vias reperitur;


HIERACIVM PVLCHRVM RAMOSVM; piloſum, flore luteo.



Tota planta piloſa eſt, ac potiſſimùm in extremis ramis, in quibus pili longiores. Eam vidimus Heidelbergæ in horto Sprengeri, Pharmacopœi & Botanici inſignis, florentem Iunio.

Cæterùm Hieracium vtrúmque, dictante Dioſcoride, vim habet refrigerantem & modicè adſtringentem, quare ſtomacho æſtuanti & inflammationibus commodè imponitur. At ſuccus ſi ſorbeatur ſtomachi roſiones mitigat. Eaſdem etiam facultates illi tribuit Plinius. *De viribus ex Neotericorum ſententia in ſequentibus.*

HIERACIVM LATIFOLIVM MONTANVM, folio Conyzæ Monſpeſſulanæ maioris, flore luteo.



Hoc in montibus circa Geneuam obſeruauimus, Iunio & Iulio florens, ac ſemen Auguſto maturans.

Frigidam autem temperaturam, cum Dioſcoride, Hieraciis tribuunt Recentiores Scriptores, atque ob id omnibus ardentibus Febribus & inflammationibus, apprimèque apoſtematibus & pectoris punctoriis doloribus, conducere aiunt: ſcilicet vel ſuccus vel aqua ſæpiuſculè bibantur, aut ſi ex linteolis applicentur, atque ob id Apoſtematicam dictam.

Oculorum caligines & maculas diſcutiunt etiam Collyria ex eadem aqua parata: Solentque mulierculæ facies ſuas hac aqua abluere, vt maculas exterant, parumque & immaculatum vultum conſequantur.

HIERACIVM PANNONICVM LATIFOLIVM Cluſii, maculatum & non maculatum.



Tria Hieracii Pannonici genera habet Cluſius, *latifolia* duo, & vnum *anguſtifolium*: ex quibus Nos latifolium hic pingimus, quod ad Piloſellam maiorem, ſiue Pulmonariam luteam plurimùm accedit: foliaque habet quina aut ſena humi ſtrata, per ambitum nonnihil ſinuoſa, interdum etiam laciniata, mollia, hirſuta, nigricantibus maculis ſæpiſſimè infecta, interdum minimè. Flos illi Hedypnoidis flori ſimilis, ſed pallidior.

Inuenitur, ait Cluſius, in plæriſque Hungariæ, Auſtriæ ſuperioris, atque Morauiæ montibus gramineis & ſimul apricis locis, ac ſiccioribus pratis. Floret Maio.

HIERACIVM ALPINVM HIRSVTO FOLIO, flore Hieracii, luteo: *Cluſii.*



Cluſio eſt *Hieracium 5. alpinum Pannonicum.* Inuenitur in herboſis alpium iugis, vbi floret Iulio & Auguſto. In hortis verò floret Maio, & ſemen perficit Iunio.

Gaſparo Bauhino in Phyt. *Hieracium 5. montanum hirſutie incanum.* Camerario hort. *Hieracium 5. Pannonicum.* Gerardo *Hieracium 5. Pannonicum Cluſii.* Tabernæmontano *Hieracium latifolium montanum.*

HIERACIVM STELLATVM.



Ad cubitalem altitudinem aſſurgit, tenuibus, ramoſis & hirtis *coliculis*: *folia* primùm erumpentia Hedypnoidis, nonnihil ſinuoſa, hirſuta: *flores* ſimplices, parui, Lampſanæ, lutei: quibus ſuccedunt *ſeminum* ſtellæ radiatæ, hirſutæ, quæ poſtmodum falcis in modum incuruantur. Tota planta lac fundit.

A Lobelio & aliis inſcribitur Hieracium Narbonenſe ſiliqua falcata. Huic verò affinis [illegible] *Ragadiolus, Ragaggiola* He[illegible]dictus, qui aſſumitur in cibis crudus, vt Cichorium.

Abundat locis pinguibus circa Monſpelium & circa Bononiam.

HIERACIVM CAPITVLIS CARDVI BENEDICTI, maximum, *Bugloſſum Echioides* quibuſdam.



Multifida *radice* nititur, craſſitudine digitali, alba, lac amarum fundente: *caulis* bicubitalis radicis craſſitiem æquat ſtriatus, rubens, denſis ſimul ſpinis armatus, rigidis, ſed facilè caulem relinquentibus, horrens, ſuccum itidem lacteum è vulnere fundens: & ramis compluribus brachiatus: *folia* Bugloſſi, ſinuoſa, longa, ſpinis minacibus horrida: *flores* Hieracii, crocei, in pappum faceſcentes, è calice ſpinulis hiſpidis canaliculato.

Annua eſt planta, ſe ipſam ſeminans: floretque Iunio & Iulio, vt Montbelgardi, Baſileæ, Heidelbergæ & alibi, in noſtris & aliorum hortis, obſeruauimus.

HIERACIVM ASPERVM, FLORE TVSSILAGINIS.




Huic cum præcedente multa communia. Thalio, Tabernæmontano, Gerardo, & Gaſparo Bauhino *Cichorium luteum*, & *Cichorium ſylueſtre flore luteo*: Trago *Cichorea* 3. & 4. flore luteo.

Montbelgardi, variiſque aliis in locis, paſſim prouenit, in agrorum & vinetorum marginibus: florens Iulio, Auguſto, Septembri & Octobri menſibus.

HIERACIVM

HIERACIVM MINVS PRÆMORSA RADICE, Siue Hieracium minus Fuchſii.



Radix huic fibrata, imâ parte præmorſâ nigricat, per cętera candicans, lacte turgida: *flores* verò habet luteos & fiſtuloſos. Variat inſigniter laciniarum magnitudine & diuerſitate. Tabernęmontano & multis aliis eſt *Hieracium minus Dioſcoridis*. An Anguillarę *Lactuca Leporina Apulei*?

Frequentiſſimè prouenit circa Baſileam: vt & Geneuæ in pratis circa *Arua* fluuium. Floret Iunio, Iulio & Auguſto.

HIERACIVM RECTVM RIGIDVM, quibuſdam Hieracium Sabaudum.



Ad cubitos duos aſſurgit *caulibus* hirſutis, rigidis, rubentibus, qui in ſummitate in aliquot ſurculos faceſſunt, quorum ſinguli ſingulos ſuſtinent *flores* luteos, Hieracij vulgaris: *folia* prę omnibus Hieracij folija rigida, rigidis denticulis ſinuata, hirſuta, atrouirentia, alternatim poſita: *radix* dura, longis fibris donata.

HIERACII SABAVDI VARIETAS.



Multùm variat Hieracium Sabaudum dictum, non tantùm caulibus crebro interdum albicantibus, ſed & foliis, in quibus etiam diſcrimen magnum, vel luſus, quemadmodum ex iconibus hic exhibitis apparet.

HIERADII SABAVDI VARIETAS ALIA.



Hieracium Sabaudum *Erucam Matthioli* eſſe exiſtimabat Guilandinus [quem ſecuti Lacuna, Lonicerus & alij,] ac apud Galenum *Militarem*, & apud Plinium *Lactaridem* dici. At, ſi Cl. Lacunæ & Lobelio credendum, non eſt *Eruca* quę a Matthiolo pingitur mutila, ſine floribus, planta, ne quam nemo, niſi ab eodem depictam, vidit; ſed potiùs, impudentioſculum Commentatoris commentum; *iudicabunt docti.*

HIERACIVM MACROCAVLON ET MACRORhiſon: flore Hedypnoidis luteo.



Tabernęmontano dicitur *Hieracium Intybaceum*. Gaſparo Bauhino *Hieracium Dentis leonis folio, radice oblonga*. Gerardo *Hypocharis, Porcellia*, & *Hieracium longius radicatum*. An *Apargia Theophraſti*? Cur verò Tabernæmontano *Hieracium vnicaule* dicatur neſcimus, quandoquidem in deſcriptione ramoſum faciat, & Figura etiam id indicet.

Geneuæ in muris, Monſpelij autem in pratis, obſeruauimus, florens Majo.

HIERACIVM FLORVM INCLINANS: ſiue Hieracium flore nutante.



Hieracium facie Hedypnoidis Lobelio. *Hieracium minimum Cluſij*, & *Hieracium minus capitulo inclinante* Gaſparo Bauhino Tabernęmontano & Gerardo *Hyoſeris maſcula*.

Monſpelij, Baſileę & Montbelgardi vidimus, Martio florens & Aprili.

HIERACIVM MONTANVM MAIVS latifolium.



Sic inſcribunt Authores plęrique omnes: Nec ſcimus cur *Chondrillam Hiſpanicam flore purpureo* vocet Gerardus, cùm Tabernęmontani Icone vtatur, quę plantam Germanicam facit, & flores luteos illi tribuit.

Folia habet longa, lata, criſpa, ex albo incana, rigidâ lanugine obducta, &c. & eſt Hercyniæ ſummorum montium incola.

HIERACIVM LATIFOLIVM GLABRVM.



Iiſdem quibus præcedens gaudet natalibus, & vt illud floret Majo. *Radix* autem illi minor eſt, & *folia* anguſtiora & paulò breuiora: ſuntque inferiora etiam longiore prędita pediculo, cætera pediculo carent & caulem amplectuntur: omnia verò tenera ſunt & mollia. *Caulis* abit in quinque, ſex aut ſeptem ſtaminula, quibus ſingulis *flos* inſidet vnicus, luteus, pręcedentis floribus par, ſed paulò minor. Totaque planta amara eſt.

HIERACIVM LATIFOLIVM PRÆMORSA radice, caule ſingulari, Piloſellæ maiori affine.



Radix huic fibrata & pręmorſa, folia palmaria circiter & vncias lata: ſed alia longiora, alia breuiora, atque alia rurſus breuiſſimis & vix conſpicuis pilis in margine donata, alia manifeſtis. *Caulis* vnicus, aphyllos, multos in cacumine congeſtos luteos *flores* ſuſtinens, qui tandem in floccos abeunt, atque ad ſingulas diuiſiones foliolum tenue anguſtum. Syluas amat.

HIERACIVM MONTANVM LACINIATO folio lanuginoſo, *Cluſii*.



Tabernæmontano dicitur *Hieracium montanum anguſtifolium, folio Cichoraceo*: Cluſio ſanonu. & huſ. pòſt. *Hieracium montanum laciniato folio*: C. Bauhino in Phyt. *Hieracium 13. laciniato lanuginoſo folio*.

Creſcere in *Leytemberg* & florere Iunio obſeruauit Cluſius. Nos in altis Lotharingię montibus reperimus.

HIERACIVM NARBONENSE ROTVNDIFOLIUM, caule aphyllo.



Statim à *radice* alatis pediculis *folia* fundit octona aut dena, plus minùs, rotundis, in ambitu crenatis, ſed innoxijs apiculis, veluti aculeis, donata, læuia, ſapore manifeſto deſtituta: à quorũ ſinu *cauliculi* iuncei bini exeunt, palmâ vix longiores, nudi quales in Dente leonis: quorum ſumma *florem* ſuſtinent luteum, minorem quam dictæ plantæ, ſed in elegantem pallidulum pappum faceſcentem. Semen exiguum, longum, ſubrufum, ſtriatum.

HIERACIVM NARBONENSE, CAVLE aphyllo, folio ſinuato hirſuto.



Radice nititur foris fuſcâ intùs alba, & fibras multas demittiente: *folia* palmaria & longiora, ſemiunciam lata ſinuata, hirſuta: *cauliculi* pedales, ſeſquipedales & cubitales, tenues, ſtriati, non ramoſi hirſuti, inanes: *flos* Dentis leonis, hirſuto calyce.

Geneuæ & Montbelgardi prouenit paſſim in pratis, florens Maio, Iunio, & Iulio.


HIERACIVM PARVVM HIRTVM, CAVLE aphyllo, criſpum vbi ſiccatum.



Simplicem pedali altitudine *caulem* tollit, tactu aſperum & ſingularem: cuius cacumini *flos* impoſitus vnicus luteus, in pappos euaneſcens: *folia* ex *radice* gracili complura, per terram ſparſa, denſa, rigidaque lanugine ſpinulas quodammodò imitata, hirta & incana, ſeſcunciam aut vncias duas longa, ſatis lata, diuiſione Erucæ purpureæ Nobis dictæ, eaque ſiccata criſpa videntur. *Radix* craſſa.

Siccam Monſpelio accepimus.

HIERACIVM MONTANVM ANGVSTIfolium, folio oblongo non diſſecto: 6. *Cluſii.*



Variat hoc folijs interdum non diſſectis, & interdum folijs nonnihil in lateribus laciniatis: atque flore ſuteo magis minúſue rutilante: ſed omnia ſemper lacteo ſucco plena ſunt, & amariuſculi guſtus.

Montes amat, & floret Maio. In omnibus illis montibus à *Calemberg* Danubio imminente ad Alpes excurrentibus naſci perhibet Cluſius: Nos verò in varijs Alſatiæ montibus obſeruauimus.

HEDYPNOIS SIVE DENS LEONIS: Ger. *Pfaffenröhrlen, Pfaffenblatt*: Belg. *Pappencruyt*: Gall. *Dent de Lion.*



Varia huic plantæ ab Authoribus tribuuntur nomina. Hedypnoim Plinij inſcribunt nõnulli, alij *Aphacam Theophraſti*, de qua in Appẽdice, *Hieraciũ minus*, *Condrillæ ſpeciem*, & *Cichorij ſylu. ſpeciem* aliqui, alij *Dioſcoridis Sonchiten*, alij *Vrinariam*; officinæ *Taraxacon*; alij *Heliotropium*; alij à florendi tempore, *florem Martij*, alij à colore *florem vitellinum* [Eierblumen:] alij, quia raſis capitibus ſimilia ſunt ſcaporum cacumina, *Caput monachi* [Münchkopf & pfaffenblatt:] alij à foliorum forma *Dentẽ leonis*: & tandem alij, quòd forma & lacteo ſucco ad ſylueſtres lactucas pertinere videatur, *Lactucam erraticam.*

Prouenit in hortis, in cãpis, prope ſepes & in ruinoſis ædificiorum muris: nec non in vineis, pratis & viridarijs.

HEDYPNOIS MONSPESSVLANA, SIVE Dens leonis Monſpeſſulanus.



Ex *radice* craſſiuſcula *cauliculus* ſurgit palmaris, qui cultura etiam cubitalis & bicubitalis euadit, craſſiuſculus, concauus, paulò ſupra radicem in ramos tres, quatuor aut quinque diuiſus: quorũ vnuſquiſque *florem* gerit vnicum magnum odoratum Hedypnoidis vulgaris, extrinſecè rubeſcentem, cæteroqui luteum, ac tandem in pappus euaneſcentem. Prouenit Monſpelij in pratis, muris & locis ſiccis: floretque Aprili & Majo menſibus, vt & Autumno.

Cæterũm Dens leonis adſtringit, roborat atq; abſtergit, frigidæ eſt temperaturæ, eaq; omnia efficacius præſtat quæ Hieraciũ. cuius vt teres antè coarctatæ ius teneriora & candida germina in acetarijs edũtur, aut juſculis induntur. *Plura in Appẽdice.*

AVRICVLA MVRIS, PILOSELLA: Germ. *Nagelkraut, Meuſsöhrlein*: Belg. *Nagelcruyt, Muyſoor*: Gall. *Piloſella.*



Haud facilè quemquam latet Piloſella, humi decũbens, & repentibus *ſurculis* hirſutis nouam ſobolẽ per demiſſas fibras ſubinde propagans: *folia* pilis obſita, murinis auribus ſimilia, ſuprà virẽtia, infrà incana; *flores* Dentis leonis, minores, lutei, ſiue aurei, extimis oris purpuraſcentibus, calice hirſuto fuſco, ac in pappos euolantes: *radices* numeroſæ, tenues, ſed humi pertinaciter hærentes.

Naſcuntur extenuato & arido ſolo, in collibus & incultis locis, agrorum herbidis limitib⁹, ac paſſim ſecus vias. Maiõq; & Iunio menſibus potiſſimum floret.

Mirũ autem notiſſimę huius Herbæ non meminiſſe Veteres, nec nomen vllum ei indidiſſe. Recẽtiores *Piloſellã* vocant, à copioſis pilis, quib⁹ tum cauliculi tũ folia veſtiuntur.

PILOSELLA MINOR FOLIO ANGVSTIORE minùs piloſo, repens.



Inſigniter repit & hęc *foliis* per terram ſparſis, anguſtioribus, minoribus, tam infrà quàm ſuprà glabris, ſi raros quoſdam pilos in auerſo folio ſitos excipias, quorum inferiora ſubrotunda, ſuperiora longiora: *caules* proceriores, interdũ cubito altiores, non ſine folijs, in aliquot pediculos circa faſtigium diuaricati: vbi *flores* duo, tres, quatuor, lutei, vt alterius, ſed minores.

Camerario hort. *Lactucella ſylueſtris repens, ambigens inter Hieracium & ſylu. lactucam, amara.* C. Bauhino in Phyt. *Lactuca 14. Lactucella ſylueſtris Camerarii.*

Paſſim in ſyluis prouenit; florens Majo & Iunio.

PILOSELLA HIRSVTIOR ET ELATIOR non repens.



Fibroſa eſt illi *radix* atque lacteo ſucco turgens: *caulis* valdè hirſutus: vt hirſuta etiam ſunt *folia* eorumque nonnulla anguſtiora, alia latiora, & nõnulla longiora alia breuiora: flores hirſutis pedicellis inſidentes cernuntur, Hieracij lutei, cum calyce ſtriato lanugine nigrâ obſito.

C. Bauhino in Phyt. eſt *Piloſella 3. ſiue major, erecta.* An Hort. Luſ. *Piloſella major altera?*

Prouenit in muris circa Montbelgardam, & in ſylvis Baſileæ propinquis.

PILOSELLA SIVE AVRICVLA MVRIS HISpanica; quibuſdam Hieracium Pannonicum.



Speciosam hanc plantam quæ è genere Pulmonariæ Gallorum eſſe videtur, obſeruauimus Stutgardię in S. P. horto, & in horto admirabilis Fontis Bollenſis, nec vſquam alibi.

Radice eſt fibroſâ, purpuraſcente, amarâ, ſucco lacteo manante: *Clematia* ex ſe ea Piloſellę Fuchſij inſtar emittit. *Folia* etiam Piloſellę foliis proxima. *Caules* cubitales & ſeſquicubitales, pilis nigris horrentes, in quorum extremitatibus flores ſaturatè crocei.

PILOSELLA MAIOR QVIBVSDAM, ALIIS Pulmonaria flore luteo.



Huic *radix* geniculata, rubra fibrataque, lac manans ſapore amarum: à qua caulis ſurgit lacte ſimiliter, vt & folia, prægnans, cubitalis, tenuis, hirſutus: in cujus alis ſummitatem verſus ortis, *flores* inſident lutei, Hieracij qui in pappos marcidi faceſſunt. *Folia* à radice ſtatim exoriuntur, ſinnoſa, ſupernè virentia, & hirſuta, infernè denſiore lanugine caneſcentia, maculis pulchris interdum notata, ſapore amaro & nitroſo, pediculis ſubrubentibus, villoſis, longis quibuſdam, alijs breuioribus.

Naſcitur in vmbroſis nemoribus, & nonnunquam in antiquis muris in perpetua vmbra ſitis, ac floret Iunio. *Plura ad latus ſequ. Figuræ.*

PILOSELLÆ MAIORIS, SIVE PVLMONARIÆ ſpecies magis laciniata.



Tabernęmontano in Hiſtoria & Iconibus dicitur *Pulmonaria Gallica fœmina:* præcedens verò Pulmonaria Gallica ſiue aurea, & Pulmonaria Gallica mas: Sed iam deſcriptione non meminit foliorum maculatorum, vt nec Tragus, qui Solidaginem Sarracenicam & Auriculam muris majorem inſcribit.

Rob. Conſtantino & Amato dicitur *Pulmonaria*: Lobelio *Pulmonaria Gallorum flore Hieracij*, Geſnero de hort. *Pulmonariâ Gallorum Lactucarum generi cognata, Stopa regia vlandis*, & in Cat. *Hyoſeris Plinij*. C. Bauhino in Phyt. *Pulmonaria 1. ſiue Gallorum folio piloſiſſimo, Hieracij flore Theophraſti & Plinij nonnullorum Corchorus.*

PILOSELLÆ MAIORIS, SIVE PVLMONARIÆ, luteæ laciniatæ ſpecies minor.



Radix huic craſſa adeò, multiſque craſſiuſculis fibris donata, vt nonniſi lacerata euelli poſſit: *caulis* infernâ parte rubentes, rotundi, caui, & in multos ramos diuiſi: quorum extremis *flores* inſident ſingulares, ſatis magni, lutei & papposi. *Folia* vncias ſeptem longa, cætera qualia hic pinguntur.

In muro portis Clereuallę vrbis obſeruauimus, nec vſquam alibi.

PILOSELLÆ MAIORIS, SIVE PVLMONARIÆ, luteæ ſpecies anguſtifolia.




Præcedentibus nititur *radice* magis curtâ, & longioribus fibris donatâ: *folio* verò eſt longo, vt prior, ſed anguſtiori, piloſo, lanuginoſo, latè diſſecto, nec profundè laciniato, non duntaxat à radice orto, ſed & caulem ad ſummum vſque amplexo, in ſummitate ad alarum exortum integro, non laciniato. *Caulis & flos* prioribus reſpondent.

PILOSELLA, SIVE PVLMONARIA LVTEA, anguſtiori folio, valde piloſa.



Hic Piloſellæ *vires & facultates* in genere placet adſcribere. Tota planta vehementer adſtringit, glutinat, cohibet, refrigerat & ſiccat: dyſenterias, alui profluuia, cœliacas affectiones, enterocelas, ramices, vuluę relaxationes, & alios eiuſmodi affectus quibus adſtrictione & exſiccatione opus, potu, fotu vel gargariſatu, aliouè quocunque modo exhibita vel admota, ſanat. Additur in vulneratiis potionibus, vnguentis & emplaſtris. Succus foliorum non ſolùm recentia vulnera glutinat, ſed vlcera quoque contumacia, oris præſertim & pudendorum, ſanat: ſuccus etiam decoctumue aerem ferri vel chalybis ſæpe merſum reddat. Hanc verò depaſcentes oues tantâ alui adſtrictione afficiuntur, vt emoriantur.

SENECIO, SIVE ERIGERON: Germ. *Creutzwurtz: Grindkraut*: Belg. *Cruyſkruyt*: Gall. *SeneZon. Seneſſon*,



Erigeron inter Intybacea recenſet Theophraſtus: Plinius herbam eſſe ait Trixaginis ſpecie & mollitie, cauliculis ſubrotundis. Id verò diligentiſſimè deſcripſit Dioſcorides, his verbis: Senecio, inquit, *cauliculo* eſt cubitali, ſubrubicundo: *foliolis* crebris & Erucæ modo per extremitates diuiſis, ſed minoribus multò; *floribus* in luteum vergentibus, qui quidem citò dehiſcunt, ac defloreſcentes in pappos abeunt. *Radix* eſt ſuperuacua. Naſcitur potiùs in maceriis & circum oppida.

Inde autem Erigerontis nomen apud Græcos obtinuit hæc planta, quòd veris flores, capillorum ritu, caneſcant: eandemque ob canitiem dictas etiam Latinis *ſenecio*. Figura ex emptitiis non placet.

SENECIO FOLIO NON LACINIATO.



Herba eſt cubitali altitudine, radicibus tenuibus, candidis, lignoſis dulcibus. *caule* aliquantiſper piloſo, rotundo, cauo, medulla lanuginoſa farcto: in quo folia ſunt exigua, piloſa, in ambitu ſerrata, craſſa, aliquantulùm viridia, inferne rubeſcentia, quę quandoque, colore vinoſo mirum in modum tinguntur. In caulis ſummitate flores ſunt lutei, in pappos protinus abeuntes.

Naſcitur iiſdem quibus vulgaris antè picta locis: in maceriis ſcilicet, parietibus & circum oppida, ac nonnunquam etiam in hortis, floretque Vere & Autumno.

SENECIO CÆRVLEVS, CONYZA CÆRVLEA, Flos tinctorius Tragi, & Dentellaria quorundam.



Variis iis nominibus inſcribunt Authores hanc plantam, quæ in Ericetis vliginoſis & iuniperorum collibus prouenire ſolet florens Iulio.

Cæterùm refrigerantem & modicè diſcutientē vim Senecioni tribuit Galenus. Authore verò Dioſcoride refrigerat: pappique & folia, ſi per ſe vel ex vino illinantur, teſtium & ſedis inflammationes ſanant. Hanc plantam ſuppurationes accelerare tradit Fouſius: folia in aceto acria teipſo Cæſalpinus. At ſuperſtitioſa planè ſunt quæ Plinius ad dentium dolorem de ea ſcribit. *De ſynonymis in Appendice*.

ASTER ATTICVS, INGVINALIS: Germ. *Scharten-kraut, Sternkraut*: Belg. *Sterncruyt*: Gall. *Petite Eſpargoutte*,



De Aſtere Attico ita tradit Dioſcorides, Virgultum eſt lignoſum, ait, florem habens in cacumine purpureum aut luteum, Anthemidis capituli modo diuiſum per ambitum inciſum: quæ verò cauliculum circumdant folia oblonga ſunt ac hirſuta.

Huius cauliculus eſt foliis oblongis duobus aut tribus: in cuius cacumine capitula ſtellæ modo radiata.

Eius autem variæ obſeruantur Differentiæ, à florum colore, à foliorum forma, & à loco natali aliquâ petitæ. Nos vulgarem hîc pingimus flore purpureo & albo, de reliquis in ſequentibus acturi.

Naſcitur in aſperis & incultis collibus & conuallibus variis in locis, & floret Auguſto.

ASTER ATTICVS MONSPELIENSIS, purpureus, anguſtioribus foliis.



Cognatus eſt vulgari Attico Aſteri, *caulibus* rectis cubitalibus, teretibus, hirſutis: per quos *folia* crebra, glabra, neruoſa, Linariæ foliis in gratitudine & forma reſpondentia: *flores* in frequentibus pediculis, aliis palmaribus, aliis vncialibus, vmbellam mentiuntur, Aſteris Fuchſiani [ſic ab eo dicti] ſimiles, paulò tamen minores, violacei in ambitu foliis, diſco luteo, qui in pappos reſoluuntur. Reperitur Monſpelii apud Mare.

ASTER ATTICVS LVTEVS, SVPINVS, ſpinoſus.



Cauliculis multis ab vna *radice* prodeuntibus donatus eſt, humi magna ex parte diffuſis, ſtriatis & hirſutis: *folijs* numeroſis, ſuperiori penè ſimilibus ſed viridioribus: ſinguli verò *ramus* durum & folioſum ſuſtinent cauliculum, in quo *flos* luteus externæ rotunditatis, Buphtalmi aut Chryſanthemi æmulus: quo euaneſcente calyculi in adeò dura & lignoſa *capitula* euadunt, vt vngue vix frangi poſſint, atque *ſemen*, quod in ijs continetur, & firmiter inhæret, eximi.

In Germaniæ, Italiæ Galliæ & Bohemiæ aſperis & incultis reperitur locis, in ſyluis, in collibus, nec non etiam in pratis: florens Iunio, Iulio & Auguſto.


ASTER PVRPVREVS MONTANVS.



Flos huic maior quàm vulgaris purpurei Aſteris, cætera illi in omnibus ſimilis. In Auſtriacarum alpium iugis floret Iulio.

Cæterùm foliorum in *Aſteris Attici* flore numerus, poſitura & forma, quibus ſtellæ modo radiatur, cognominem ſtellis, vulgare alioquin & in ſepibus naſcentem herbam, fecerunt. Vſus deinde Medicorumque ætas, vtilem inguinibus cognitam, in Græcis *Bubonion*, in Latinis *Inguinalem*. *Atticus* autem *Aſter*, quod ibi frequentius quàm alibi prouenire crederetur, appellatur. *Buphthalmum* etiam quidam vocarunt hanc plantam, quaſi *Bouis oculum*, quòd totus eius flos animalis illius oculum referre videatur.

ASTER MONTANVS, FLORE LVTEO MAGNO, quibuſdam OCVLVS CHRISTI.



Sic inſcribit Hiſtoria Lugdun. Quibuſdam verò dicitur *Aſter luteus montanus hirſutus*. In ſabuloſis tumulis & aridis qui Lugduno Viennam itur obſeruauimus.

Aſteris autem, ſiue *ſtellaria*, nomine variæ donantur Plantæ: *Aſterjula*, *Bubonium*, *Coronopus*, *Alchymilla*, *Carduus noſtras ſtellatus*, *Conyza marina*, *Conyza media*, *Chamæmelum exanthemũ*, *Chryſanthemum*, *Tripolium*, *Eryngium*, *Vua lupina*, *Marrubiũ album*, *Cannabis*, *Spõdylium*, *Imperatoria* & *Parietaria*. *Quin & Capita Papaueris* Aſteriſcos Græcis appellari, teſtis eſt Hermula[a].

Facta autem noſtra Icon ad plantam ſiccam, quapropter eius flores minùs patuli.

ASTER ANGVSTIFOLIVS LVTEVS.



Pulchrum eſt hoc Aſteris genus, *caule* gracili, rigidulo, *folijs* anguſtis, glabris, acuminatis, neruoſis, viridibus, ſine pediculis villis densè ſtipatos cuius ſurculis ſinguli impoſiti *flores* maiuſculi, lutei, Caltha vel Britannicæ Lugdunenſium: calyce ſquammato, ex viridi incano, hirſuto.

In vmbroſis montium vrbi Viennæ vicinorum pratis, atque in ipſis etiam collibus herboſis, prouenit, & floret Iulio & Auguſto.

ASTERI MONTANO HIRSVTO, MAGNO flore, ſiue Oculo Chriſti, ſimilis, ſi non idem.



Claſio eſt Conyza 3. Floret Iunio, ac in locis ſiccis & aridis, herbiferis tamen, naſcitur.

Cæterùm, vt apud Dioſcoridem legimus, exæſtuãti ſtomacho, oculorum & inguinum inflammationibus, ſedique procidux, illitu auxiliatur Aſter Atticus. Idque quod in flore purpuraſcit ex aqua potum anginâ laborantibus, ac plerisque Comitialibus auxiliari creditur. Flos ſi recens inguinum inflammationi adhibeatur, prodeſt: ſi verò aridus ſiniſtrâ laborantis manu decerpatur, & inguini adalligetur dolore liberat. Sed ſuperſtitioſum hoc, & alia, quæ ſtudio prætermittimus. Addit Plinius bibi ad ſerpentes, & in nonnullis alijs à Dioſcoride euariat.

ASTERI MONTANO PVRPVREO SIMILIS, ad Globulariam accedens.



Radice eſt nigrâ, craſſâ pro puſillæ herbæ proportione: *cauliculus* quatuor vnciarum folijs alternis veſtitus, latiuſculis, in obtuſam extremitatem deſinentibus: *flos* ſummo caule inſidet vaicus, ſtaminulis multis glomeratus, ſimilis Globulariæ, quæ aphyllanthes dicitur. *Folia* accedunt ad folia Aſteris montani purpurei, ſed anguſtiora & delicatiora, nec ita hirſuta. Argentinâ accepimus, ex D. Agerij ſiccis plantis.

ASTER III. PANNONICVS CLVSII: quibuſdam Britannica Conyzoides.



Caulibus eſt villoſis, teretibus, dodrante altioribus; per quos alternatim naſcuntur *folia* nullis ſubnixa pediculis, ſaligna circumſcriptione, venoſa, pilis obſita, ſemunciam circiter lata, vncias verò duas aut tres longa, leuiter in acumen deſinentia. *Flos* ſummo inſidet cauli, Calthæ par, luteus: *radix* fibroſa admodum. Naſcitur in ſaltubus, & floret Auguſto.

CONYZA, PVLICARIA: Ger. *Geelmüntz, Durvvurtz*: Gall. *Herbe aux Puces*: Ital. *Conyza, Pulicaria.*



Conyza, authore *Theophraſto*, alia *Mas* eſt, alia *Fœmina*. Et eſt quidem fœmina tenuiore & conſtrictiore folio, atque in totum minor. Mas verò maiore & pinguiore, & flore habens ſplendidiorem, & odorem grauem, qui in fœmina acrior. Cæterùm fructifera vtraque. Eadem habet & *Plinius*, qui ſua ex Theophraſto mutuatus. Triplicem verò faciunt Conyzam *Dioſcorides & Galenus*, *Maiorem*, *Minorem*, & *Mediam*.

Variæ autem aliæ, vt ex ſequentibus patebit à Recentioribus obſeruatæ *Conyzæ Differentiæ*. Nos maiorem Monſpelienſem dictã hîc pingimus. Sed ipſoq quę ex Eucaſianis, nō plures, integrae enim nōr ¹ deſūt quę flores & ſerraturæ in foliis,

CONYZÆ MAIORIS GENVS, Bacchatis quibuſdam.



Radices huic lignoſæ, fragiles, non altè depactę, odoratę & amarę: *caules* tres quatuorue cubitos alti, atro purpurei. cana lanugine hirſuti. *Folia* Verbaſci nigri, minora, leuiter crenata, odorata, ſapore acri & nonnihil amaro *flores* confertis grauiter olentes, lutei, papposi è calyculis ſquarroſis, mollibus, viridi rubroque verſicoloribus.

Naſcitur ſponte plęriſque cęduis montanis ſyluis, in muris & ſecus vias, floret Autumno.

Conyzam maiorem ſiue *marem* inſcribunt Lonicerus, Fuchſius, Dodonęus & alij plæriq.: *Baccharem* verò Monſpelienſium Lacuna, Camerarius, Lobelius, Hiſtoria Lugd. & alij. *Plura in Appendice.*


CONYZA MEDIA MONSPELIENSIS: QVIbuſdam Aſteris Attici genus.



caule eſt pedali & plus quam cubitali, ſtriato glabro, duro, *foliis* alternatim poſitis amicto: iiſque duris, rigidis, neruoſis, glabris, pediculo diſtinctis ſemunciam latis tres vncias, plus minus, longis cacuminatis. *Flores* Chryſanthemi, conſpicuę magnitudinis, lutei, è capitulo ſquarroſo, ſinguli ſingulorum ſure lorum extremis inſidentes: quibus ſuccedit papposa lanugo, *Radix* longa fibrata.

Florentem vidimus Iulio inter *l'Aumancourt* & *Dampierre*, locis ſiccis ad ſepes vt & iuxta vites montis *la Cluan*, in Comitatu Montbelgardenſi.

CONYZÆ MEDIÆ MONSPESSVLLANÆ affinis multiflora.




Folia huic glabra, rigida; per caulem admodum crebra & in extremitate lata: *flores* lutei, quàmplurimi, velut vmbellam repręſentantes, minores: Nos ad duodecim vſq; ſupputauimus in planta quam hîc pingimus, quę ſiccá Nobis miſſa fuit,

CONYZA MEDIA MATTHIOLI, FLORE luteo, humidis locis prouenienſ.



Trago dicitur Conyza maior ſeu Mas Lobelio & Penę in Aduerſ. Conyza media Dioſcoridis lineamētis affabrè congruens: alij aliter inſcribunt. Prouenit locis humidis & graminoſis, cuiuſmodi ſunt fluminum margines, ſiue exſiccatæ paludes, & ſicciora prata ac nonnunquam etiam ad ſepes.

Conyzæ mediæ minor ſpecies, flore vix radiato.



Vbiuis ferè prouenit locis lacuſtribus & humentibus aruis: frequentiſſima verò Baſileæ & Montbelgardi, ac præſertim Rhtoduni, inter lacum & mœnia, & iuxta fluuij brachium *la vieille Toile* dictum.

A Trago *Conyza fœmina Theophraſti*? Lobelio & Penæ in Aduerſ. dicitur *Conyza minima*. Monſpelij vocant Herbam S. Rochi.

Conyzæ mediæ ſpecies, foliis Virgæ aureæ.



Hanc Spiræ in horto Cl. & inſignis loriſcoul. Tenguadel, Cameræ Imperialis Aſſeſſoris, obſeruauimus, & collegimus, florentem Iunio. Videtur autem Conyzę mediæ ſpecies quædam.

Conyzis affinis herba Vulneraria, Solidago Sarracenica tertia Trago dicta.



In planta ſicca quam Spira accepimus, obſeruauimus *caulem* teretem villoſum *folia* rotundis pionis amplecti, nullis nixa pediculis, acuminata, vnciam aut palmum longa, latitudinis citeiter ſemuncialis, & nonnihil hirſuta. Summum caulis faſtigium in plures abit pediculos, quorum ſinguli florem geſtant aureum, in pappos degenerantem.

Conyza helenitis mellita incana Lobelii.



Caulem emittit ſeſquipedalem, tomentoſum, incanũ, ex *radice* fibroſa, Baccharis vulgaris radiei non abſimili: *folia oblonga*, Digitalis foliis affinia, inferiùs exalbida ſeu cinericea, ſuperiùs purpurovirentis, foliatſi Rhapontici inſtar: *flores* lutei, aliarum Conyzarum floribus ſimiles, mellis virginei odore, & ſapore acriuſculo.

Naſcitur in ſyluis quibuſdam Arteſiæ, vnde propter raritatem in hortos tranſlata fuit.

Conyza helenitis piloſa, eiuſdem Lobelii.



Foliis, radice & floribus proximè ad præcedentem accedit. In eo verò ab illa differt, quòd caules & folia admodum aſpera & piloſa habeat.

C. Bauhino in Phyt. dicitur Conyza 10. ſiue alpina piloſiſſima. Adeò enim eſt piloſa, vt quibuſdam *Piloſa alpina* dicatur.

Conyza minor vera.



Tam hæc *maiorem* refert, vt qui illam norit, & hanc etiam oblatam norit: odore ſimili, ſed vegetiore. Minor tantùm eſt, & cubitum ferè alta, vt plurimùm erecta, quod in altera non temerè videas, ramoſa. *Folia* multò tenuiora, anguſtiora, breuiora, ſubhirſuta, viſcida: *flores* iijdem, eodemque ſpicato ordine, minores numeroſiores.

C. Bauhino in Phyt. *Conyza fœmina Theophraſti & minor Dioſcoridis*. Lob. & Hiſtoriæ Lugd. *Conyza minor vera*. Dodonæo l. *Conyza præter Maiorem, Mediam & Minimam, alia minor, in odoratior*.

Sponte prouenit Monſpelij & Baſileæ: & floret Septembri.


Conyza Striæ quibusdam.



Plures ex eadem *radice* profert *cauliculos*, pedem aut amplius altos; quorum nonnulli ſunt ſurrecti, potiſſima verò pars humi procumbit, nouaſque fibras agens ſubinde alios cubitales producit. Longiuſculs habet *folia*, pinguia, ſubhirſuta, ſatis grauis odoris, cui tamen ſuavitas quædam admixta ſit; alioqui *floribus* & cæteris notis à maiore non valde diſſimilis.

Circa Tripolim Syriæ obſervauit Rauvvolffius deſcriptionis author.

Conyza montana Myconi, folio Hyſſopi vulgaris villoſo.



Myconus peritus Medicus, & rei herbariæ ſtudioſus plãtam hic pictam à foliorum florumq; formâ odore & ſapore Conyzæ ſpeciem eſſe iudicauit, & à natalibus *montanam* cognominavit.

Naſcitur enim in ſaxoſis, præruptis & montoſis, ac præſertim inter ſaxorum rimas, floret Auguſto maximè.

Conyza capite nutante.



Radices huic fibroſæ, Hellebori nigri: *caules* plures cubitales, hirſuti, qui in ramulos varios finduntur: *folia* longa, latis lata, Conyzæ, rariùs ſerrata: *flores* lutei, nutabundi. In montibus apricis prope Baſileam & alibi reperitur.

An *Hydropiper alterum Dalechampÿ* Hiſtoriæ Lugdunenſis?

Conyzę autem nomine varias alias donari plantas (*Alisma alpinum, Ambroſiam, Herbam terribilem, Atriplicem fœtidam, Origanum, Thymbram, Perſicariam, Pſyllium, Rutam Sylu. & Cicutam*,) in Hiſtoria noſtra magna oſtendimus.

Conyza marina.



Prolixas ſub terra agit *radices*, non ſine fibris, in tuberoſum veluti bulbũ tandem deſinentes. *Caules* ſtatim compluſculi, dodrantales circiter, emergunt, hirſuti, *foliis* amicti frequentibus, duarum triumve unciarum longitudine; vix culmum latis, rigidis, neruo vnico per longum donatis. Caulis ſuperiùs diviſus *flores* geſtat Conyzæ maioris, luteos, in pappos evaneſcẽtes.

In Galliæ Narbonenſis maritimis copioſè proveniũ.

Conyzæ marinæ affinis Chondrilla alia Rauvvolffij.



Conyzæ marinę ſimilis planè eſt *radice & floribus*: *folia* tamen latiora piloſioraque, & magis cinerea, ſunt, perinde vt Holoſtij Monſpelienſis. Chondrillæ Dioſcoridis genus aliud eſſe cenſet Rauvvolffius, & lapidoſis agris circa Alepum naſci tradit.

Conyza alpina flore Chryſanthemi: Iacobæa latifolia altera quorundam.



Hic Conyzæ temperamentum, vires & facultates adſcribemus.

Calidam & ſiccam temperaturam obtinet; decocta & calidè pota menſes ſuppreſſos, fœtus mortuos & ſecundinas efficaciter trahit, regiũ morbum diſcutit, & iecoris obſtructiones reſerat. Ex aceto decocta & pota eos qui comitiali morbo conciderunt excitat. Suffitu, verò ſubſtratũque ſerpentes fugat, culices abigit, & pulices necat, vnde etiam Pulicariæ obtinuit nomen: conciſa & applicata ſerpentium venenum extrahit.

IACOBÆA, S. IACOBI FLOS: Germ. *S. Iacobsblumen*: Gall. *Herbe ou fleur de S. Iaques*: Ital. *Carduncella maggiore.*



Lænus ſolum vactarium cubitorum altitudinem aſſequitur, *caule* recto, rubente, ſtriato: *folia* alternatim poſita, Senecionis, maiora, leni adſtrictione prædita: *flores* plures iuncti, Senecionis, maiores, lutei, vmbilico concolori, in pappos tandem abeuntes: *radix* alba fibroſa.

Varijs locis paſſim abundat. Vidimus Monſpelii florentem Aprili & Maio: Baſileæ, quà itur *Monsets*, & ad fluvium *Birſ* Octobri: Genevæ & Mombelgardi varijs locis.


IACOBÆÆ, SIVE FLORIS S. IACOBI, alia Icon.



Duas Figuras ex Fuchſio proponimus, non vt ſpecie differentes, ſed tantùm vt variantes.

Flos autem S. Iacobi non ſolum eandem formam, ſed eaſdem etiam cum Senecione vires & facultates obtinet, vt pro illo rite vſurpari poſſit: in primis autem vulneribus, inflammationibus & fiſtulis medetur.

IACOBÆA LATIFOLIA.



Caulem habet tricubitalem, teretem, rubentem, medullâ albâ farctum, in ramos alternatim inſtar diviſum: quorum extremis *flores* magni, lutei, ſtellati, ceu vulgaris, & tandem in pappoſum tomentum evaneſcentes: *at folia*, vt ex Icone patet, plurimùm differunt: *radix* obliqua multis fibris capillata.

In Sundeovia florentem Auguſto obſervavimus, ad ripam fluvioli.

IACOBÆA PANNONICA LATIFOLIA, flore Buphtalmi.



Sic inſcribit C. Bauhinus in Phyt. Cluſio verò Pann. eſt Iacobæa latifolia Pannonica ſerta.

Provenit in Auſtriacis Stiriacisque alpibus. Floretque Iunio & Iulio: & in hortos tranſlata Maio.

IACOBÆA PANNONICA FOLIO NON laciniato.



Naſcitur in plurimis Pannoniæ & Auſtriæ inferioris montoſis & ceduis ſylvis. Floretque Iunij initio: & ſub ejuſdem extremum finem ſemen maturum eſt. *Cluſius.*


IACOBÆA MARINA, SIVE CINERARIA, flore Iacobææ melino, in pappos abeunte.



Chryſanthemum marinum & *Arthemiſia marina* dicitur Lobelio & Fuchſio Tabernæmontano, atq; alijs plurimis, *Iacobæa marina* & *Cineraria*. *Cineraria* autem vulgò dicitur à ſubalbido cinereo quodam colore, quem refert. *Arthemiſiam albam* vocat Alpinus, ac *Achaovam* Ægyptiis dici ſcribit, magnique apud illos eſſe vſus ad renum & veſicæ calculos, viſcerumque affectus.

Folio illi Quercus ſimilis, in cæteris vultus Iacobææ conſimilis cognomen illi reddidit, natalis locus maritimus differentiam adjunxit.


CHRYSANTHEMVM ALPINVM IVDEBERGENSE Iacobææ affine, *Cluſij*.



Multa habet ſecundum *radicem* longiuſcula *folia*, Abſynthio vmbellifero dicto ſimilia, craſſa, pollicari longitudine in lacinias aliquot diuiſa, viridia, & amari ſaporis: *caules* aliquot palmares, tortoribus, & tenuiter diſſectis foliis ornati, in quibus veluti vmbellæ denûm aut duodenûm *florum*, Iacobææ vulgaris floribus haud abſimilium, & eiuſdem odoris: *radix* craſſiuſcula eſt multiſque fibris capillata.

Prouenit in Iudenburg & aliis quibuſdam Stiriæ iugis. *Cluſius*.


CHRYSANTHEMVM ALPINVM ET SCHERIAnum Iacobææ affine, *eiuſdem Cluſij*.



Numeroſa proximè *radicem* naſcuntur *folia*, Abrotani maioris foliis reſpondentia, ſed dilutiore viriditate nitentia, & odore ſi terantur haud ingrato, ſapore verò amaricante minimè grato. Ex his *caules* exeunt pedales, minoribus foliis onuſti, in aliquot interdum *ramulos* diuiſi: qui ſingulos aut geminos ſuſtinent *flores*, Chamæmeli vulgaris floribus maiores, Inodoros, omninò luteos. *Radix* fibroſa & nigricans eſt.

Inuenitur, inquit *Cluſius*, in celſis Alpium Stiriæ iugis, & floret Auguſto.

TRAGOPOGON: Germ. *Bocksbart Gauchbrot*: Gall. *Barbe de bouc*: Ital. *Barba de becco*.



In pratis obuius Tragopogon, *radice* eſt lacte turgente, dulci, minimi digiti craſſitudine, longâ, *caule* cubitali, foliis ab imo ad ſummum veſtitus, ferè porraceis, carinatis, caulem amplectentibus: ex quorum ſinu rami pronaſcuntur: quorum ſummitati inſident *flores* magni, denſo foliorum radiatorum agmine ſtipati, lutei, qui in pappos abeunt, *ſemine* appoſo duas vncias longo, tereti, ſtriato, aſpero, per maturitatem nigricante.

Vbique fermè prouenit in pratis, quemadmodum Patauij, Lugduni, Monſpelij, Geneuæ, Baſileæ, & alibi obſeruauimus, Martio, Aprili, Maio, & nonnunquam Auguſto florentem.

TRAGOPOGONIS SIVE GERONTOPOGONIS alia Icon.



In Tragopogone variæ obſeruantur *differentiæ*, à magnitudine, loco, florum colore, & foliorum formâ, vt ex ſequentibus patebit, potiſſimùm deſumptæ. Præcipua autem in florum colore eſt, qui vel luteus eſt, vel ſubalbidus, vel purpureus, vel puniceus.

Gerontopogon verò, id eſt, ſenis presbyteriúe barba, Tragopogoni tota ferè ſimilis eſt, niſi quod lacte manat, & *radice* amarâ eſt, non dulci. Minimè tamen inde multiplicandæ Figuræ, vt faciunt Hiſtoria Lugd. & alij.

Nec nos ſecundam hanc curaſſemus pingendam, ſi Fuchſiana, quam primo loco exhibuimus, placuiſſet.

TRAGOPOGON FOLIO LACINIATO, FLORE luteo vel pallido.



Hanc Barbæ hirci ſpeciem, Patauij, Bononiæ & Baſileæ vidimus, florentem Iunio & Iulio, Anguillarę dicitur *Aſterum Theophraſti*, & *Herba di Venere*.

Herbam verò quam *Herbam liſſam* vocant Patauini, & *Saſſificam* vel *Saſſefricam* Hetruriæ rura, Nos à Tragopogono minimè diſtinguendam putamus. *Petra herbam* dixère nonnulli, quòd aſperis locis, quaſi è mediis ſaxis videatur erumpere. Tragopogona verò vocari in *Trago piſce* partem ſub gula eius nigricantem author eſt Athenęus.

Cæterùm notandum in Tragopogone præterrim, ſpecierum omnium flores ad Orientem ſemper conuerti.

TRAGOPOGON FOLIO GRAMINEO FLORE albo & luteo cum tantilla purpura.




Prouenit locis incultis humidis, Iunioque & Iulio floret.

Falsâ autē oſtēdūt pro verâ *Hirci barba* Officinę. Caulis enim & folij lęuigatâ glabritie placet vera, illa mordaci lanugine tangētem vellicat: vera ſolū inſtar Croci gracileſcit, in illa ſatis ampla latitudine protenditur: vera rurſus à calyce promiſſa barba dependet, illi verò imberbis eſt.

Cęterùm iecori, ſtomacho, renibus & thoraci auxilio eſt Tragopogon. Aqua ex herba & radice deſtillata aduerſus Apoſtemata & dolores laterum pręſtantiſſimum eſt remedium. Herba acetarijs commiſcetur, vt & radix quę cruda vel cocta eſa, calculum expellere dicitur, & vrinę ſtillicidio mederi.

TRAGOPOGON HISPANICVS, SIVE *Eſcorzonera*, aut *Scorzonera*.



Pedali longitudine eſt *radix*, craſſitudine pollicari, lacte dulciſſimo, non ſine aliqua adſtrictione, ore gratâ: *caulis* ſeſquicubitalis, multis alis concavus, inanis, lanugine quadam raſili obſitus, quâ eadem naſcendo pubeſcunt *folia*, latiore baſi caulē ampleĉtentia, longa, Tragopogonis, ſeſquiunciam lata vel anguſtiora, in perquam lōgum anguſtiſſimum mucronem deſinentia: *flores* inſident extremis ramulis ſinguli, Tragopogonis, lutei, ex calycibus ſquammarum cōpactilibus, levibus: ſemē Tragopogonis papposum.

Tragopogoni cōgener eſt Herba hæc quam Hiſpani *Scurzonerā* ſive *Scorzonerā*, vocant, quòd à vipera demorſis, quę illis Scurzo dicitur, præſentaneo remedio auxilietur. *Plura in ſequentibus*.

TRAGOPOGONIS SPECIES, SCORZONERA humilis anguſtifolia, *Cluſij*.



Hęc à precedente *foliorum* anguſtiâ potiſſimùm differt, *flos* autem, vt & precedenties eſt flavo vel luteo. Floret Aprili & Maio, ſemen Iunij initio maturèſcit.

Scorzoneram floribus ſimplicibus & pleanis in multis Germanię locis haberi, eamque ſola ſoli & climatis ratione ab Hiſpanica differre, teſtem habemus Camerarium: Sic Cluſius in nonnullis ſylvoſis vliginoſis Pannoniæ montibus ſponte naſci ſcribit: Obſervavimus verò Nos in variis curioſibus hortis, Patavij, Lugduni, Spiræ & alibi. Has verò noſtrates eiſdem cum decantata illa Hiſpanica præditam eſſe viribus haud eſt veriſimile.

TRAGOPOGON SPICATVS TENVIFOLIVS, Hiſtoriæ Lugdunenſis.



Radice, *folijs* & *caule* geniculato ſimilis eſt reliquis Tragopogonis generibus: gracilior tantùm eſt *caulis*, *radix* tenuis & *folium* anguſtius: ſed *flore* potiſſimùm ab aliis diſcrepat, qui luteus eſt, & ſpicatim coacervatus.

Quanta ſit *Scorzonera efficacia* contra Scorzonis, viperæ, & aliorum venenatorum animaliū ictus ex Matthiolo in Hiſtoria noſtra magna tradimus, vt & vtendi modum. Datur etiam Aqua deſtillata ad Febres peſtilentes & malignas. provocat enim ſudorem mirificè, vbi natura hunc motum tentat: miſceturque eadem Epithematibus Cordi conferentibus.

De Tragopogone ex Veterum monumentis in Appendice.

TRAGOPOGONIS SPECIES, SCORZONERA humilis latifolia, *Cluſij*.



Hanc Cluſius in monte Badenſibus thermis imminenti, viciniſque aliis locis, obſervavit in Auſtria.

Scorzoneram Tragopogonem peregrinum facit Geſnerus: atque in Tarraconenſi Hiſpania, Mauri cuiuſdam induſtriâ primùm cognitam fuiſſe, eandemque cum ea exiſtimari, qua olim curatum Ptolemęum prodidit Cardanus.

Dicebatur primò *Hiſpanica* vt ſcribit Thalius, deinde Scorzoneræ nomen ei acceſſit. Differentias autem pro foliorum & florum ratione evidentes obtinet: eſtque quędam ſubdulci, altera amarâ radice, quæ antidotariâ vi magis pendeta.

TRAGOPOGONIS SPECIES, SCORZONERA maior anguſtifolia, ſubcæruleo flore.



Hęc precedenti ſuppar eſt, *folia* tantùm habet longiora & anguſtiora, ac *flores* paulò minora, ex cæruleo purpuraſcentes. Eam habet Cluſius inter ſuas Pannonicas.

Tota autem *Scorzonera* planta magni eſt vſus ad varios morbos depellendos: præſentaneoque remedio adverſus viperarum cęterorúmque venenatorum animalium morſus ictuſve, ac peſtiferos quoſcunque morbos, tam è foliis quàm è radice ſuccus deſumitur, præbetúrque potandus. Vtilis etiam repoſita, Conſervæ modo, ad capitis dolores, vertigines, Comitiales inſultus, & Cardiacos affectus. *Plura ad latus ſequentis Figuræ.*

VIRGA AVREA: Germ. *Gülden Rute*, *Gülden Wundkraut*: Gall. *Verge d'Or*: Ital. *Virga aurea*.



Virgæ aureæ hæc Planta nomen inde accepit, quòd ramuli floribus graviditer auriculatam virgam referant. Sunt qui Leucographin Plinij autumant: ab aliis verò ad Solidagines & Conſolidas, ob vires refertur. *Herbam Paganam* & *Iudaicam* vocarunt nonnulli, *Solidaginem* vero *Sarracenicam* Fuchſius & Geſnerus, quod tamen minimè auſus eſt facere Matthiolus: nec immeritò, cùm hæ duæ plantæ non parum differant.

Vulgaris latifolia quam hîc pingimus, variis locis ſpontè provenit, in aggeribus iuxta vias, & locis lapidoſis.

VIRGA AVREA LATIFOLIA SERRATA, quibuſdam Solidago Sarracenica.



Triplò latiora huic quã Vulgari *folia*, ac etiam longiora, cæterò qui ſimilia, perinde vt *caulis ramique*: ut *flores* lutei, pappoſi, non ſecundum ramulos ſpicati, ſed ſummis extremiſque, vmbellam quaſi effigiantibus hærent.

Reperimus varijs locis: in monte *Roſsberg* prope Mulſmunſter, & in Baſileenſium monte *Münchenſtein*. Floret eodem cum Vulgari tempore, Septembri & Octobri.

VIRGA AVREA ANGVSTIFOLIA SERRATA, quibuſdam etiam Solidago Sarrac. dicta.



Trago, Dodonæo & Fuchſio dictus *Herba fortis*, quibuſdã *Herba ferrea*, ac quibuſdam etiam *Filago* & *Cortuſilago*, ſeu potiùs, vt anno at Fuchſius *Cortophylax*. *Conſolidam* verò & *Solidaginem Sarracenicam*, ſiue Tarticam vocarunt alij Virgam auream in genere, quòd eã Turcæ ad conjungenda vulnerum labra plurimùm vtantur.

Habet enim Virga aurea temperaturam ſiccam, & ad ſananda vulnera eaſdem facultates quas Sanicula: & licèt, vt annotat Tragus, aliæ præſtantiores ſint, primas tamen inter vulnerarias herbas tenet.


VIRGÆ AVREÆ ANGVSTIFOLIÆ AFFINIS *Lingua auis* Dalechampij.



Duos aut tres cubitos altus eſt *caulis*, cauus, ſtriatus: per quem ex longis interuallis alternata *folia*, Solidaginis Sarracenicæ foliis non multùm abſimilia, ſine pediculis adnata, palmum aut ſeſquipalmum longa, ſemunciam circiter lata, in ambitu ſerrata, in acutũ mucronem deſinentia, & ſubtus veluti tomento obſita: Supremus *caulis* in ſurculos crebros diducitur, atque hi rurſum in pediculos, in quibus *flores* lutei Solidaginis Sarracenicæ.

Malè, noſtro iudicio, Dalechampius inter Raponculos reponit: meliúſque alij ad Conyzas referunt.

ALISMA SIVE DAMASONIVM: DORBA & virga aurea Monſpelienſium.



Habetur huius generis major & minor Monſpelij in ripa fluminis prope Caſtelnouſ, florentque Majo, Iunio, Iulio & Auguſto. In hortis vidimus etiam Patauij, Ferrariæ & Tiguri: coluimus verò in S. P. horto Montbelgardi, vbi floreb at Auguſto.

Ad Virgam ſiue Conſolidã auream proximè accedit, & *Doria* (Narbonenſium) vulgò vocatur ab aureo colore. Errant verò plurimùm qui *Doriam* nuncupant, quaſi Doriæ cuidam duci, ejus repertæ, laus eſſet tribuenda. *An Theophraſti Panax Chironium. De Aliſmate & Damaſonio* ex Veterum ſententia in *appendice*.

TRIPOLIVM: Arab. Germ. & Belg. *Turbith*: Gall. *Marguerite bleüe*: Ital. *Tripolio*.



Tripolium vocant hodiè quidam herbam maritimam, cubitalem & ſeſquicubitalem *radice* fibroſã hærentem. *Folia* ad Limonij majoris folia accedunt, ſtrictiora, longitudine ferè paria, neruis, rectis Plantaginis donata, glabra, nullo ordine per ramos creſcentia: *caulis* faſtigium ramoſum *flores* gerit ſurculorum extremis hærentes, cæruleos purpureóſve, qui in pappos euaneſcunt.

Ejus flos, authore Dioſcoride, ter die colorem mutare perhibetur: ita vt manè candidus, meridie purpureus, & veſperi puniceus cõſpiciatur.

Duplex autem vulgò ſtatuitur Tripolium, *Maius*, quod hic pingimus, & *Minus*, de quo mox.


TRIPOLIVM MINVS.



Naſcitur Tripolium, ait adhuc Dioſcorides, locis maritimis què vnda alluit, recedenſque deſtituit. Ac talibus quidem in Belgij maritimis noſtrum reperitur, vt in Zelandiæ inſulis: neque videlicet in mari, neque in ſicco, ſed locis quæ æſtuans mare allidit, recedens, refluens, retróque commeans deſerit. Hoc etiam, teſte Lobelio, ſcatent Narbonica, Anglica & Veneta littora, & fluminum crepidines quas refluxus & maris æſtus inundant, vbi fermè nulla alia Herba compaſcet.

Radix, quæ guſtu acris, calida eſt in tertio exceſſu: *Plura in Appendice*.

EVPATORIVM ADVLTERINVM, EVPATORIVM Avicennæ: Germ. *Hertsklee*: Belg. *Herts claueren*: Gall. *Eupatoire baſtard*: Ital. *Terzola*.



Hepaticam, *Hepatorium* & *Eupatorium*, ita diſtinguunt rei Herbariæ Scriptores, vt Hepatica ſit Lichen, Hepatorium vulgare Eupatorium, verum autem Eupatorium Agrimonia. Et hæc tria, quod hepari roborando & ſanando conveniant, Eupatoria ſæpe & rectè dicuntur.


Lichenis, vt & Agrimoniæ, hiſtoriam alibi tradimus: hic verò de *Hepatorio*, *Eupatorio vulgari*, *Eupatorio mare*, *Eupatorio Avicennæ*, *Eupatorio aquatico*, *Eupatorio cannabino*, Cannabina aquatica, *Eupatorio adulterino* ſive *Pſeudo-Eupatorio* dicto, Nobis ſermo. Trago dicitur *Herba S. Kunigundis*. Officinis Belgii perperam *Eupatorium Græcorum*.

Aquarum ripas accolit, inſigni proceritate, duûm, trium, aut plurium cubitorum altitudine gliſcens: *caule* recto, tereti, tomentoſo, & in viridi purpurante, medulla alba pleno, gratum & aromaticum odorem, cùm inciditur, ſpirante, multis alis concavo. *Folia* per intervalla diſponuntur, Cannabina, ſerrata, piloſa, oblonga, acuminata, plura ex eodem ceu geniculo exeuntia. Flores in muſcariis glomerati, meris ferè ſtamonlis conſtantes, ex albo purpuraſcentes, in pappos tandem faceſcentes. Radix fibroſa, alba, ſaporis, vt & folia, amari.

Circa ſcrobium, rivulorum, ac ſtagnantium aquarum margines, fluviorum ripas, aliiſque vliginoſis, atque in veteribus & humentibus muris, naſcitur. At quamvis aquoſa amet, & vicina aquis loca: minimè tamen rigari omninò poſtulat. Iulio & Auguſto floret ac viget: eſtque reſtibilis radix, ſed folia cauleſque hyeme intercidunt. Vbique ferè eſt obvia.

Herba eſt viribus inſignis, quamvis de ea ſiluerint Antiqui. Amaricantis eſt guſtus, at odoris tamen non minùs ſuavis quàm Agrimonia odorata, cui viribus proximè accedit, ac nonnullis in affectibus excellentior eſt. Obeſæque nimis naris fuerunt, teſte Lobelio, qui fœtêre eam dictitarunt. Calida & ſicca eſt in ſecundo ordine, calefacit, tenuat, abſtergit, incidit, aperit, in Hepatis & viſcerum affectibus apprimè vtilis. Vſum particularem norunt Practici & Seplaſiæ.

EVPATORIVM ADVLTERINVM FOEMINA, Verbeſina, Cannabina aquatica.



Variis nominibus plantam hanc donarunt Scriptores. Sic *Eupatorium Avicennæ* vocarunt nonnulli, alii *Hepatorium aquatile*, alij *Pſeudo-Eupatorium fœminam*, alij *Cannabinam aquaticam*, alij *Verbenam ſupinam*, alij *Eupatorium Conyzoides* 1. & *Eupatorium Conyzoides* 2. alij *Chryſanthemum aquaticum*, alij *Virgam auream aquaticam*, alij *Stellariam aquaticam*, alij *Conſolidam aquaticam* &c. Magno verò errore *Hydropiper* eſſe iudicavit Ruellius.

Reperitur eius varietas duplex: flore enim eſt pulchro, & vel minùs pulchro, ſed in vtraque luteus eſt.

Loca humidia & paluſtribus ac in foſſis provenit, nec non & intra fluviorum quorundam patentes alueos. In Anglia, Belgio & Germania frequens. Plurimâ vero Æſtatis parte floret ac viget, ſemenque demum perficit.

Temperamentum & vires quod attinet, amara eſt, ac proinde calida & ſicca. Serpentes & venenoſa animalia pellit, velut & Conyza. Vulneribus, intrò præſertim ſumpta, confert: poteſtque etiam depaſcentibus, ac longè lateque ſerpentibus vlceribus, adhiberi.

CLASSIS XXIV. FINIS.

ICO-

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE
STIRPIVM
CLASSIS XXV.

CAPITATÆ NON SPINOSÆ, VT SCABIOSÆ, IACEÆ, & ſimiles: & SPINOSA, vt CARDVI: &c.

SCABIOSA, PSORA: Germ. *Scabioſen*: Gall. *Scabieuſe*: Ital. & Hiſp. *Scabioſa*.



VTram Scabioſæ meminerunt Veteres necne nondum ſatis conſtat.

Pluribus autẽ Plantis Scabioſæ (non ſecus ac Plorę Æneij) poteſt accommodari Nomenciatio, vt *Iacea*, *Morſus Diaboli*, ac alijs facie & viribus affinibus, de quibus in progreſſu. Ac magna etiam *Scabioſarum varietas*, vt ex ſequentibus patebit.


Vulgatiſſima autem *hac* inter ſata proveniens, quæ radicem habet longam rectam: *caules* duos cubitos altos, admodum hirſutos, inanes: *folia* ex geniculis adverſa, cana à lanugine pubeſcentia, formâ Valerianæ maioris, aliàs profundiùs laciniata, aliàs minùs, ſapore ſubacri: *flores* cœruleos ex conſertis geniculis quadripartitis congeſtos.

SCABIOSA MAIOR FOLIO NON laciniato.



De Scabioſis hiſce noſtris proculdubio loquitur Cæſalpinus, quando ait: Aliæ folio ſciſſo conſtant aliæ integro: quæ verò ſciſſa ſerunt folia in arvis potiſſimùm Æſtate inter ſtipulas naſcuntur ex meſſe relictas: *caule* cubitali aut ampliore, *ramis* ad latera ſparſis: paucis *folijs* ſubhirſutis vtrinque diviſis, &c. Cacominibus ramulorum *Capitulum* inſidet, in latitudinem fuſum, *floſculis* ad cæruleum vergentibus: ſeminibus acervatis, ſubhirſutis: *radice* ſingulari. Tota planta admodum amara eſt & ſubadſtringens: putaturque *Altiy* [illegible] eſſe, cuius vſtæ fumo arborum Erucæ moriuntur.

SCABIOSÆ MAIORIS LATIFOLIÆ, ICON adhuc alia.



Hanc etiam Scabioſæ varietatem inter plantas noſtras ſiccas adiecevamus, cui lata ſũt admodum ac brevia folia: in quibus, vt & in nonnullis alijs, baud contemnenda occurrit diverſitas.

Maiorem autem Scabioſã, tum laciniato *folio*, tum minimè laciniato, inter ſegetes, in campeſtribus & in pratis paſſim vbivis fermè repertu ſatis notum eſt. Genevæ, Lugduni, Baſileę & Montbelgardi dictis locis abundat, floretque Maio, Iunio, Iulio & Auguſto, citiùs tardiùs, deinde ſemen profert.

Maior portò huic, ſecundum quoſdam, à ſcabio herbæ habita *Scabioſa* nomen induit, quod vulgatæ conveniat: vel iuxta alios, quoniam Scabiei medetur, quod omnibus.

SCABIOSA MAIOR CVM PVLCHRO SEMINE: Scabioſa maior ſtellata Salmanticenſis, *Cluſij*.



Folia habet vulgaris Scabioſæ folijs ſimilia, laciniata videlicet, altè inciſa, mollia, lanugine pubeſcentia: *caules* nodoſos, rotundos, totidem cubitales: è quorum geniculis folia exeunt inter ſe oppoſita. Summis ramis *Capitula* inſident, è multis calyculis membranaceis & paleaceis compoſita, ſingulareſque *flores* continent candicantes: quibus decidnis in medio quaſi ſingulorum cauliculorum vmbilico, exigua quædam ſtella ſubnigra conſpicitur, quatuor, quinque, aut ſex interdum radiolis conſtans: paulatim verò hi calyculi excreſcentes expanduntur, donec *ſemen*, quod hirſutum & craſſum, matureſcere incipiat:


SCABIOSA MAXIMA DVMETORVM.



Inter dumeta atque in humidis montium pratis provenire ſolet, quemadmodum Baſileæ in monte *Monsett*, & in mõtoſis circa Tigurum locis obſervavimus. Floret Octobri, & tota Succiſæ ſimilis eſt; flores tantùm maiores ſunt & magis biantes.

Cæterùm *calidam & ſiccam temperaturam* obtinent omnia Scabioſarum genera: cordique, hepati & viſceribus omnibus peramica ſunt, ut pote quorum ſucco unciarum trium pondere, cum Mithridatij vel Theriacæ ℈ii: poto, febres exitiales & peſtiferæ abiguntur. Illitus idem umores cutis fœditates abſtergit, & omnis generis Scabiei utiliſſimus eſt. *Plura in Appendice.*

SCABIOSA MINOR VVLGARIS.



In pratis & campeſtribus, in agris non cultis, & ad agrorum margines, ſecus itinera, & in collibus terrenis provenit, varijſq; anni temporibus, pro loci expoſitione, floret, Maio, Iunio, Iulio & Auguſto.

Plurimæ huius obſervantur Differentiæ vel Varietates: alteri enim tenuiſſimè diſſecta ſunt folia, alteri non item, & quædam folia habet penitus non diſſecta. Flores etiam alteri cœrulei: alteri ex cœruleo purpurei, & alteri candidi quam *Fœminam* vocant. Ac variat etiam magnitudine.

SCABIOSA PARVA ODORATA, FLORVM folijs maculis infectis.



Pulcherrima, & oculis naribuſque pergrata hæc Scabioſa, lignoſam longamque *radicem* habet, ex qua *folia* exeunt diverſa: nam in imo vel ſunt ſylveſtri Erucæ, aut Coronopo ſimilia, ſed minora atque hirſuta: in *caule* verò Scabioſæ vulgaris laciniato folio ſimilia. Flores, ut in alijs Scabioſis purpurei ſunt, vel ex cœruleo purpurei, Ocymo exotico ſimiles, folijs maculis infectis fimbriatiſque: ijdemque, quod in alijs Scabioſis non obſervatur, bene odorati ſunt.

Montes amat, & Æſtate floret, necnon etiam Hyeme in calidioribus locis: ac reperitur etiam integrifolia.

SCABIOSA CVM PVLCHRO SEMINE MINOR ſive Scabioſa ſtellata minor.



Simplice, lignoſâ & albicante *radice* figitur, paucis, & ijs quidem exiguis, fibris capillatâ: *caulis* dodrantalis, concavus, hirſutus: *folia* tenuiter diſſecta, pilis obſita: & quæ *Capitulis* ſubijciuntur radiorum modo diſpoſita. *Semen* tomentoſum, calatho membranaceo coronatum, unguis ferè magnitudine, pellucidum, ſtriatum; in cuius medio ſtella parva quinquepartita: ex ſeminis autem ſinu capillamenta quædam nigricantula prominent.

Solâ magnitudine à Scabioſa maiore cum pulchro ſemine antè traditâ differt.

In maritimis Adriatici reperimus.

SCABIOSA MARITIMA PARVA.



Longiuſculam agit *radicem* ſatis craſſam, multorum capitum: pro quorum numero *caules* emergunt dodrantales, &, ſi accedat cultus, etiam cubitales: *folia* tenuia & veluti graminea. *Capitula* pro plantulæ modo magna, floſculis magnis purpurantibus referta, foliolis dicta capitula obvallantibus: *ſemen* ferè quale in Scabioſa maiore ſemine pulchro.

Semine ex Italia miſſo Nobis provenit Muntbelgardi in S.P. horto.

SCABIOSA PROLIFERA, CLVSII.



Habetur tantùm in cultioribus hortis, *floribuſque* eſt ex purpureo ſubcæruleis in caput congeſtis, ad cuius latera in orbem funduntur longiuſculi *petioli*, è quibus dependent alij minores flores, maioribus colore ſimiles, & his interdum etiam tertij, imperfecti. Primis floribus ſuccedunt ſemina, qualia Scabioſæ vulgari. *Radix* infuſca, & multis fibris prædita, ſed non vivax.

SCABIOSA RVBRA PEREGRINA, QVIBVSdam Indica.



Planta hæc licet vna ſit & ſingularis, & Scabioſæ minori vulgari ſimilis, plures tamen *foliorum* figurâ differentes ſpecies, vt alia, induit. Quippe ima quæ propter radicem ſunt, reliquis latiora, quædam crenata, quædam laciniata, ſed minùs profundis, diuiſa, longo pediculo hærẽt, veluti repanda. Quę ſequuntur ſuperiora verſus, altiùs ſecta, profundioribúſque laciniis diuiſa, quaſi in plura alia ſubdiuiduntur. Sunt inter hæc quædam adhuc profundiùs & minutiùs ſecta. Suprema, vel paucis aliquot inciſuris, vel nullis planè, cõſtant, & per ambitum tota æqualia ſunt, anguſta, & breuioribus pediculis donata. Ima folia cum caule modicè hirſuta ſunt.


SCABIOSA GLABRA, FOLIIS RIGIDIS, viridibus.



In inſignem adoleſcit magnitudinem, rigidis, ſtriatiſque *caulibus*, per quos *foliorũ* eſt ſitus aduerſus, veluti ex geniculis: multa tamen eu ſunt, ſeſquipalmaria, quę iam dodrantalia, longis hærentia pediculis, durant, eximiuè vnciarum latitudine, ſegmẽtis paucis longéque diſſitis inferiore parte diuiſa: vltimo ſegmento quod mucronẽ conſtituit, trium vnciarum longitudine, aut minore: rigida ea ſunt, viridantia, & vtrinque glabra. Surculis autem peculiaribus, palmũ aut dodrantem longis, hærent *flores* ex maiuſculis capitulis ſquarroſis albicantibus, hirſutis. *Semen* longum hirſutum.

Tabernæmontano in Hiſt. eſt *Scabioſa montana peregrina*, & *Scabioſa Narbonenſis*.

SCABIOSA MONTANA CALIDARVM REgionum, maior, *Lobelij*.



Colles amat plagæ temperatioris, vt Pedemontij, & Narbonæ. *Folio* autem eſt anguſtiore, albidiore & parum hirſuto, leuiúſque ad imum caulem lacerato. *Flores* ſcabioſæ paruæ aut laceæ. *Capitulis* ſquammatum compactis, vbi *Semen* Trifolij Aſphaltitidis, pullum, copioſũ, inuolucris membraneis, [illegible] concinnitate effictis, anguſtias plicatorum fornicum puſillorum cohibentibus.

SCABIOSA V. CLVSII, BELLIDI AFFINIS.



Ramos per terram reptantes ſpargit, ſubinde demiſſis fibris radices agentes: alioqui *radicem* primariam lignoſam craſſiuſculam habet. *Folia* Globulariæ ſimilia ſaturatè virent, glabra, per extremum integra, verùm fiſſa & cordata, ex pediculo lõgiuſculo, ſapore amaro. *Pediculi* breues, aliquando ſatis longi, inter folia ſurgentes, *florem* geſtant cæruleum, glomeratum, globulariæ, cui nec ita diſſimile *ſemen*.

Naſcitur, referente Cluſio, in omnibus Pannoniæ & Auſtriæ montibus aſperis inter ſaxa. necnon in nonnullis circa Neapolim Auſtriæ graminibus inculriſque agris, & floret Maio.

SCABIOSA LATIFOLIA RVBRO FLORE.



Cubitales huic ſunt *caules*, rotundi, nodoſi, concaui, nõnihil hirſuti. In ſingulis autem geniculis bina *folia* ex aduerſo naſcuntur, non multifida, vt aliarum ſcabioſarũ, ſed lata, in ambitu tamē crenata, ex breui petiolo pendẽtia, colore ex viridi diluciore prædita, amari & acris ſaporis. Ex alarũ ſinu rami etiam prodeunt foliati, qui ex lateribus pediculos [illegible] *floribus* vulgaris Scabioſę ornatos, coloris rubeſcẽtis, nullius odoris; deinde *ſemina* ſimul cõgeſta, anguloſa, hirſuta, ſtellatâ corona inſignita. Radix lõga, nigricãs, minimi digiti craſſitudinem æquat.

Prouenit in omnibus ferè cæduis ſyluis iuxta ſepes locíſque vmbroſis per vniuerſam Pannoniam Auſtriámq; infra Onaſum. Floret Maio & Iunio, quo tempore ſemen que etiam matureſcit, *Cluſius*.

SCABIOSA FRVTICOSA, FOLIO NON diſſecto, peregrina.



Adnexis pediculis longiuſculis *caulem* amplexis *folia* ordine per caulem naſcuntur, oblonga, acuminata, in medio latiora, incana, Plantaginea, niſi alius eſſet neruorum decurſus. *Caulis* teres, arboreſcens, piloſus, albidus, *florẽ* ſuſtinet purpuraſcentẽ, glomeratum. *Semen* pulchrum, album, ſublongum, craſſiuſculum, deſinens in latam pelliculam, vt Scabioſa magna cum pulchra ſemine. Creuit Nobis Montbelgardi in 6. P. horto.

Lobelio in Obſeru. dicitur Scabioſa peregrina raræ eleganteæ, nullidum hactenus Literis prodita: In Icon. Plant Scabioſa peregrina: C. Bauhino in Phyt. Scabioſa 17. ſiue folio non diſſecto, ſtellata.

SCABIOSA GRAMINEA ARGENTEA.



Per *caulem* lanuginoſum, denſè geniculatum, bina oriuntur ex adverſo poſita *folia*, colore argenteo, & tenera hirſutie, Holoſtei Monſpelienſis, ſed longiora, anguſtiora, acutiora, Gramineis reſpondentia, vnico neruo ſecundum longitudinem donata. Summum caulis cacumen obſidet Scabioſæ *Capitulum*, mediocri magnitudine, argenteo villo tomentoſum, numeroſis circumcirca acuminatis foliolis ſtipatum.

In montibus Euganeis collegimos, florentem Iunio, Zwingerus & Paſchalis Gallus in monte Vicentino *Summano* dicto: frequens verò reperitur in Suriæ fodinis ferreis.

SCABIOSA MONTANA OMNIVM MINIMA.



Seſquipalmares pedaléſue paucos edit *cauliculos* ſimi in imo ſæpiùs donatos anguſtioribus, inter Seſamoidem & Scabioſam minorem. *Floſculi* ſunt dilutè purpurei cum ſquammoſis *Capitulis*. Prouenit in montibus circa cetis & incultis.

An Verbena parua ſpecies? Scabioſam montanam minorem, & Scabioſam omnium minimam, inſcribunt Aduerſaria, Hiſtoria Lugd. & alij pleriique omnes.

SCABIOSA GLOBVLARIS QVAM cuinam vocant.



Duram lignoſámque habet *radicem* albicantem, fibratam, in plura interdum capita diviſam: *caules* promit multos palmares, nonnunquam cubitales, ramoſos, interdum ſimplices, graciles, hirſutos. Et in his *folia* piloſa exigua, ſemunciam aut vnciam longa, mollia, criſpa (Lobelio aliquantùm ſerrata,) quæ verò circa radices ſunt, duabus vnciis longiora ſunt. *Sapor* his nullus euidens. *Flores* extremis hærent ramulis, Aphyllanti Anguillaræ glomerati, ſtaminulis contenti cæruleis, parui. In marginibus agrorum prouenit, floréſque Iunio, lætióque locis Septentrionalibus adoleſcit quàm calidis.

APHYLLANTHES ANGVILLARÆ; SIVE GLObularia Bellidi affinis.



A *floris* pulcherrimi glomerati figurâ *Globularia* dicitur quidam. *Caulis* autem is ſtaminulis tenuis denſè farctis i... cacumini *caulis* palmaris, ſeſquipalmaris, & nonnunquam etiam cubitalis, rotundi, ... ti, ſubeſcentes ... *folijs* veſti... multis, interdum vnico, n... terdum ab eadē radice m... tiplices. Alia per terram ſp... guntur folia, foliis Bell... proxima, ſolidiora, gl... neruoſa, guſtu amara. *Ra...* lignoſa, dura, fibris do... rubra, exteriùs interius...

Bellis montana in ...naſcens, Cæſalp. *Bellidis* ... *cærulea* nomine inſcribunt Lobelius, Tabernæmontanus, C. Bauhinus & alij. Variis locis obſeruauimus, in graminetis campis, florentem Æſtate.

SVCCISA, SIVE MORSVS DIABOLI: Germ. *Teuffels abbiſs*: Gal. *Mors du Diable*: It. *Morſo di Diauolo*.



Quā *radici*, minimi ferè digiti craſſitudine, fibræ longæ albæque circumnaſcuntur, ea præciſa ſeu præmorſa apparet. ſaporéque eſt mixto, acri & amaro. *Folia* oblonga, acuminata, Scabioſæ: quanquam non diſſecta, ſed vel integra, vel paulùm quid, præſertim quæ ſuperiorem obtinent locum, ſerrata: magis ſuprà quàm infrà virentia, & hic quidem pilis, illic nullis, prædita, extremis marginibus coloris cuiuſdam veſtigio tincta, bina ex adverſo per caulem, ignauiore ſapore quàm radix. *Caulis* cubito altior, rectus & in alas diuiſus. *Flores* cærulei aut purpureo violacei, Scabioſæ.

In pratis & viis publicis vbiuis fermè occurrit & florent Æſtate. *Plura in Appēdice*.

DORONICVM: Germ. *Wolfsbeer*, *Dolvvrts*: Gall. *Herbe de la Tore*: & Hiſp. *Contecha*.



Doronicum *ſit ne* Veterum *Aconitum pardalianches* ... nabo Pauli, aut Rivulo ... ... necne, acrſſes inter Scriptores cōtrouerſitur. Harum autem Opinionum ſectatores vel expendere vacat. Fit id in Hiſt... ſtra magnos, quam... & Serapiphiæ A... contulere pote...

Doronici autem variæ duntur ſpecies, radicum craſſitudine & longitudine foliorum aſperitate & ...tate, aliiſue nonnullis ſe differentes.

Quod autem hic pingimus DORONICVM ... *ſubrotundo ferrato* ... *flore* ... Prouenit autem ... Auſtriacarum Stiriacarum alpium iugis inter ſaxa floret Iunio.

DORONICVM FOLIO LATO, FLORE magno.



Doronicum *caulem* habet cubitalem, rotundum, ſtriatum, viridem, intùs concauum. *Capitulum* in ſummo caule magnū, ex multis *foſculis* luteis concauis, & quinque crenis diuiſis cōgeſtum, quod ab aliis longiuſculis, & in extremo crenatis, aurique fulgore ſplendentibus foliis ambitur, non inodorum. *Semen* ſtriatum, vireſcens, ac leniſſimo flatu cum ſuo pappo facilè euaneſcens. *Folia* circa radicem longo pediculo apeuſa, orbiculata ferè, ſerrata: quæ verò caulem ambiunt longiora ſapiorisque acris & amari. *Radix* ex viriditate candicans, minimum digitum craſſa, geniculata & quaſi ſquamata, internodiiſq; diſtincta, ſed nodis ſurſum tendentibus, non infernè: ex inferiore geniculorum parte longas agens fibras albas, ſatis craſſas.


DORONICVM MAXIMVM, FOLIIS HYOSCIAmi Peruani modo caulem amplectentibus.



Cluſio, qui fusè deſcribit, eſt Doronicum Auſtriacum maximum. Secundum riuos è montibus labentes in montibus vmbroſis reperitur, & floret Iunio. In hortis verò cultum, flores dat Maio: habent enim in cultiores hortis, Romæ, Florentiæ, Baſileæ & Lugduni obſeruauimus.

Cæterùm Doronici *vſus & facultates* quod attinet: ad corporis, & præſertim ventris, inflationes commēdantur eius radices. Illæ, authore Matthiolo, Lumbricos necāt & expellunt, inteſtinorū obſtructiones reſerant, vrinam prouocant, venenis aduerſantur, faciuntq; contra ſyncopen & cordis palpitationem: ac quamuis canibus pernicioſæ tradantur, eas tamen impunè deuorari teſtes habemus Geſnerum & Lobelium.


DORONICVM FOLIO FERE PLANTAGINIS oblongo. Doronicum *Graffey* dictum.



Hoc pingit & deſcribit Lobelius, vocatque Doronicum minus Officinarum: & frequens in Belgicis & Angliæ hortis eſſe tradit.

Doronici verò *Graffey* nomine oſtendit Nobis Baſileæ induſtrius Pharmacopœus *Ioh. Hertzman* plantam in ollis prouenientem, cuius radicem viridem, ex alpibus Rhæticis acceperat. Sunt qui aduerſus Vertiginem comedi voluit: at nauſeoſus, quamuis dulcis ſapor, ſubuertendo ventriculum, Vertigini occaſionem potiùs præbere videtur.

DORONICVM FOLIO LONGO HIRSVTO & Doronicum folio longo ſerrato.



Doronicum folio lōgo hirſuto, quod hic ex Cluſio pingimus, ob eruatis is in Auſtriacis Stiriacisq; iugis, florens Iulio, ac nonnunquam etiam Auguſto, ſubindeq; ſemen eodem menſe maturans. Nuſquam verò maiori copiā creſcere nis, quam in ſummo Ercheri iugo, inter ſaxa, tenui nigráque terrā leuiter tecta. Reperimus vero Nos in montibus Rhæticis *Doronicum folio longo ſerrato* cum floribus eodem modo. Mollicella autem lanugine, & colore ex viridi flaueſcente, eſt Doronico vulgari cōueniunt quidem eius *folia*: at eorum alia eſt figura, vtpote longa, oſtium lata, & in ambitu ſerrata.

DORONICVM GERMANICVM, FOLIIS SEMper ex aduerſo naſcentibus, villoſis.



Terna aut quaterna, authore Cluſio, ſummā telluri fundit *folia*, Plantaginis latifoliæ ferè æqualia, neruis diſtincta, mollia, viridia, nonnihil villoſa, inferiore candidiora & ſignatura, bina ſemper ex aduerſo naſcentia. *Caulem* habet ferè cubitalem, nudum, intūdum, hirſutū: in cuius ſummo calix hirſutus, ex quo magnus emergit orbis mollis *floſculis* luteis cōſtans. Illum verò *Orbem* ambiunt quindena aut plura *folia*, Doronico latifolio ſimilia, latiuſcula, & per extremum crenata, coloris flaui elegantis. *Semen* floribus ſuccedēs, vt in Doronici generibus, in pappum euaneſcit. *Radix* minimi digiti craſſitudinem æquat, nodis diſtincta & fibroſa.

Reperitur in pratis ad radices montium ſitis, atq; in ca[illegible] ſylvis ad Mœnū amnem infra Francofurtum ſitis ſatis frequens. Flores Maio.


DORONICO AFFINE ALISMA MATTHIOLI; ſeu potiùs Plantago montana.



Fallitur Matthiolus exiſtimans hanc plātam omnibus notis *Aliſma Matthioli* repræſentare, ita vt non dubitet aſſerere eam eſſe legitimum *Aliſma*. Eiuſdem quidem effigiem exhibet, ſi flos non eſſet luteus, nec montes inhabitaret ſed aquoſos, vt de ſuo Aliſmate tradit Dioſcorides, amaret tractus.

Tabernæmontanus dicitur *Damaſonium*, Lobeli cō *Chryſanthemum latifolium*: Geſnero & aliis, *Aliſma ſeu ò alpinum*, *ſiue Plantago*, *ſiue Doronicum*, &c. Cluſio *Doronicum Pannonicum* 6.

TVSSILAGO ALPINA, FOLIO LONGO, FLORE Doronici, vel Calthæ alpinæ.



Hellebori fibras imitatur quodāmodò Tuſſilaginis huius alpinæ *radix*. *Folia* craſſa, quædam palmo lōgiora, parte inferiore hirſuta per margines ſerrata, multóque breuiora & latiora adoleſcenti quàm adultæ plantæ. *Caulis* interdum cubitalis, cuius ſummum cacumē ornat *flos* Doronici, vel Calthæ aut Plantaginis alpinæ. Iſque vt plurimùm eſt vnicus, aliquando verò duo obſeruantur. Florentē vidimus Iulio in monte *Thuiri* prope Geneuam. Abit autem floſculus in pappos.

CONSOLIDA AVREA NEMORVM; LIMONII folio: quorundam Aliſma montanum.



Folia eſt, inquiunt in Aduerſ. Pena & Lobelius, nigræ Betæ, aut potiùs Limonij, uiridis virentibus, carnoſis, aliquantulùm hirſutis, craſſis, venoſis, Doricæ ſimilibus, binos aut ternos pedales Doronici cauliculos āplexis: *floribus* verò radiatis, Doronici aut Calendulæ, & concoloribus, ſcitè pectinatim confertis, & commiſſis foliolis, antequam pandantur, eleganti ſpectaculo: *radice que* multis filamentis albidis ſparſā in terram ſummam, Bellidis modo.

In Aurelianenſis Galliæ ſyluoſis denſiſſimis reperitur: & floret Iunio ac Iulio.

CYANVS: CYANVS SEGETVM: Ger. *Kornblumen*: Gall. *Blaueole*, *Bluet*, *Aubifoin*: Ital. *Fior campeſt.*



De Cyano flore, non lapide, Nobis ſermo eſt. Is igitur lignoſam habet multiſque fibris capillatam *radicem*, vnde *caules* ſurgunt cubitum aut ſeſquicubitum alti, angulosi, cani, lanugine incani, in ramos diuiſi. *Folia* infima acutis laciniis ſinuata, Scabioſæ aut Dentis leonis more; alia verò longa, culmum lata per longitudinem neruoſa, cæſia, albicantiáque. *Flores* ex capitulis ſquamatim compactis ſe explicant, corniculis laciniatis cōſtantes, colore communiter cæruleo, & *vt nomen loquitur, cyaneo*: aliàs albo, aliàs puniceo. *Semē* Capitulis florem ſuſtinentibus innaſcitur, oblongum, nitidum, pappo criſtatum. *Sapor* totius plantæ aliquatenus nauſeoſus, *odor* verò nullus.

CYANI, CYANI SEGETVM; FLORIS FRVmenti, ſiue Battiſeculæ alia Icon.



Planta hæc à colore floris cyaneo Cyanus dicitur. Florem frumenti nuncupant plæræque Nationes; quia importuno luxu ſegetes ac præter cæteras Secale paſſim propemodū, frigidis potiſſimùm terris, enecet. *Battiſeculam*, *Blaptiſeculam* & *Baptiſeculā*, inſcribunt alij, quoniā meſſoribus & ſecantibus officiat, retuſā in eius occurſu falce.

Secundū quoſdam eſt Sirenchium Theophraſti: plerisque eſt Dioſcoridis Lichnis coronaria, quam athanaton vocat. Meminit verò eius expreſſis verbis Plinius, cùm ait In nomine & Cyanus colos, floret poſt Roſam, & præcedit Amaranthum.


Sunt qui Intybaceo generi adſcribunt, ſed quæ conuenientia? Meliùs ad Scabioſarum genera refert Tragus. *Plura in ſequentibus.*

CYANVS SEGETVM PLENO FLORE; Cyanus multiplex.



Cyani diuerſitates multæ obſeruantur, in *magnitudine*, *floribus*, *foliis*, *radice* & *ſemine*, atque etiam pro *loci* in quo prouenit ratione. Sic alius *hortenſis* eſt, alius *arvēſis* ſiue erraticus: *alius* magnus *alius* paruus: *alius*, vt dictum antè, cyaneus ſiue cæruleus, *alius* albus, *alius* purpureus, &c. atqui *alius* rurſus flore ſimplici, *alius* flore pleno, quē hîc pingimus. Huius duas Icones habet Lobelius, tres verò Tabernæmontanus; Sed cui bono, cùm in ſolo floris colore ſit diuerſitas, quam minimè poteſt Sculptor exprimere. Præcedentes duas quæ ſunt *Cyani flore ſimplici*, iam ſculptas emimus: eſtque prior, cui latiora folia, *Cyani* fortè *domeſtici*, poſterior verò, cui tenuiora, *ſpontanei* in agris prouenientis.

CYANVS ALPINVS RADICE PERPETVA,



Numeroſis fibris & mediocriter craſſis, in vnam radicē coëuntibus, viuacem & perēnem, ingrato ſapore figit rurſus. *Caules* lanugine multâ villoſi, angulosi: quibus adnaſcuntur *folia* Lichnidis coronariæ, longiora, latiora, lanuginoſa, mollia, alia latiuſculis ad proximum vſque folium ſemper cum caule continuata. *Capitula* ſquāmata *flores* ſuſtinent Cyani vulgaris, ſed longè maiores, fimbriatos, & è cæruleo purpureos, nonnunquam & albos, corniculis exterius vncialibus purpuraſcētibus, quo etiam colore prædita ſunt *ſtamina*, apicibus tamen cinereis.

Tragus *Verbaſculum* inſcribit: Tabernæmontanus *Cyanum montanum*, *Cyanum maiorem* Scriptores plurimi,

Cyanus pulchro ſemine, centaurii minoris: flore purpuraſcente, &c.



Proficit hic, vt reliqui, cultâ: ſpontaneus vix palmaris, atque vtplurimùm ſingularis, in hoc verò bicubitalis, & multis ramis brachiatus. Montbelgardi Nobis prouenit in S. P. horto: ſpontaneum verò in agri Narbonenſis & Hetruriæ collibus vidit Lobelius. Illi, Tabernæmontano & aliis, dicitur *Chondrilla vera*, *Chondrilla Hiſpanica*, & *Chondrilla purpuraſcens*. Tota autem planta ſaporis eſt amaricantis.

Cyanus peramarus, repens, folio lauendulæ: flore laceæ, obſoletè purpureo.



Subter Seſeli pratenſis ramulos, variis agri Monſpelliani locis, latitantem reperiri tradunt Aduerſaria.

Hic autem, vt & ad ſequentis Tabellæ latus, Cyanorum adſcribemus *Vires & Facultates*.

Frigidæ eſt temperaturæ Cyanus: adſtringendóque ſiccando & repellendo, refrigerant flores: eos cum ſeminibus coctos, ad aranearū & ſcorpionum morſus commendat Matthiolus. Præcipitatis ab alto & ſanguinem ſpuentibus propinantur iidē flores ex aqua Plantaginis. Suffitu eorum vtuntur mulieres ad præfocationes vteri: puluere verò nonnulli ad morbum regium. *Plura in ſequentibus.*

Cyanus linifolius repens.



Apud Tragum Aqua Baptiſecculæ deſtillata rubentibus oculis inſtillatur, & ex linteis appoſita eorum inflammationibus prodeſt. Ad putrida vlcera valet florum Cyani contuſorum ſuccus inſtillatus, aut puluis aridorum inſperſus: Prodéſtque idem ſuccus ad aphtas & putrida oris vlcera, collutione. Floribus adhuc conciliatur color elegās ſaccharo, cuius deinde vſus omni vacat periculo. Idémque ſi probe cū aqua tundantur, quæ per ſeſſum deinde linteum tranſmittatur, ſi cū aquâ Amygdalarū extrahatur ecchylima, pulchro cœruleo colore id placebit: magiſque ſi in paſtillis candidis inferatur mēſæ, adſperſis vtis Coriandri, ſine ſale.

Serratula Tabernæmont. Germ. *Scharten kraut*, *Ferberſcharten*, Ital. *Cerretta*, *Serretta*.



Caule recto, rigido, ſtriato, glabro, rubente, ad cubitos duos attollitur, iſque circa ſummitatem in ramos multos findītur. *Folia* aliàs integra, Betonicæ paria, aliàs Scabioſæ inſtar laciniata: vtraq; atrouirentia, hirſuta, arguto ſpinularum minimum agmine ſerrata. *Capitula* crebra extremis ſurculis inſident, oblonga, ſquarroſa, atrouirentia: à quibus *flores* emicant, Laceæ nigræ, purpurei ſiue carnei coloris. *Radices* è fibris paruis cōponūtur.

A foliis minutim circūquaq; ſerratis nomen habet. Et in nemoroſis ac decliuibus pratis ſyluis contiguis nuſquā non occurrit. Eſtque calida & ſicca in 2. gradu: ad vulnera & vlcera vtilis: rupticiſque, aut ex alto delapſis ex vino potanda datur.

Xeranthemum.



Ob ſiccitatem & ſqualiditatem florum etiam recentium *Xeranthemi* huic plantæ inditum nomen.

Anguloſo eſt *caule*, incano, lanuginoſo, palmari & altiori, in ramos diuaricato: per quem *folia* alternatim diſpoſita, denſo tomento candeſcē vndiq; obſita, vncias duas aut tres longa, culmum lata. Singulorum ramulorum extremis ſingula hærent *Capitula* oblonga, ex ſquamis candicantibus lucidis & nitidis in acumen deſinentibus, cum ſtria rubente, contexta. *Flos* ſtellatus, ſqualidus, foliis conſtans acuminatis, rubentibus, cum *ſtaminibus* numeroſis, rigidis, albis, hirſutis: inter quę latent *ſemina* lata mollia. *Radix* ſingularis lignea.

Xeranthemum aliud, ſiue Ptarmatica quorumdam.



Ptarmicæ Auſtriacæ nomine hoc tradit Cluſius. *Ptarmica autem* nomen illi impoſuit, non quòd ſternutamenta moueat: ſed quòd reliquis notis cum Dioſcoridis Ptarmica conueniat. Tenues enim habet *virgas: folia* Oleæ incana, molliora tamen, & Anthemidis ferè *florem*. *Auſtriacam* autem cognominauit, quia primùm in Auſtria, infra Aniſum flamē, præſertim verò circa Viennam, Auſtriæ metropolim, ſpontè prouenientem inueniebat.

Vidimus Nos in Sabaudiæ montibus, & Montbelgardi in S. P. horto coluimus: vbi florebat Iulio. A quibuſdam vocatur *Cyanus Hieroſolymitanus*.

XERANTHEMI SPECIES QVIBVSDAM.



Cauliculus huic minùs diuiſus quàm in præcedente, palmaris & ſeſquipalmaris. *Folia* maiora, Oleæ, magiſque incana, minimè ſerrata. *Capitula* habitiora, niuidis argenteis ſquammis, guſtu inſipido minimè amaro.

Iaceam Oleæ folio inſcribunt nonnulli. Lobelio in Obſeru. & Icon. Plant. dicitur *Puſilla incana Iacea altera folio Oleæ, Ptarmicæ ſpecies*. C. Bauhino in Phyt. *Iacea* 15. *ſiue Oleæ folio*.

CATANANCE DALECHAMPII, FLORE Cyani, folio Coronopi.



Seſamoides minus Matthioli inſcribunt nonnulli: Geſnero de coll. Stirp. dicitur *Coronopus quadam flore cæruleo*: alij, vt in Phyt. notat C. Bauhinus, *Chondrillis* adnumerant, alij ad *Catanancen* referunt. Florentem obſeruauimus Nos Iunio, Iulio & Auguſto menſibus, Baſileæ in horto D. Plateri: ſpontaneam verò inter Nemauſum & Monſpelium, necnon prope pontem S. Spiritus: In Narbonenſis agri & Longobardiæ ſqualidis, atque etiã herbidis collibus, Hiſtoriæ Lugdunenſis Author.

Quàm verè autẽ Matthiolus in prior. Comm. ſcripſerit ſe in notis Seſamoidis nullã habere cognitionem, tam falsò in poſter. repertã eſſe ait hanc plantam notis omnibus perquã bellè Seſamoidi minori Dioſcoridis adſtipulantibus.

CATANANCI AFFINE SESAMOIDES paruum, flore magis completo Camerarij.



Hanc plantam ad Intybacea referendam exiſtimat Camerarius, quòd *radix* non ſucco lacte turgeat, & multis tamque rei herbariæ peritis hæc ſententia arrideat. *Flores* Cichorio figurâ reſpondent, & alij ſimplici foliorum textura conſtant, alij denſiùs ſtipantur, colore eleganti cæruleo, *ſtamina* in medio lutea habentes: è quibus relinquitur *ſemen* ſubnigrum, anguſtum, puſillum, ſquammatis Capitulis inclulum. An verò purgandi vim obtineat, non audet aſſerere. nec quemquam experientiâ cognouiſſe arbitratur. Vnum tamen illud ſtatuit, in parua quantitate exhibitum nihil efficere.

IACEA, IACEA NIGRA: Germ. *Schwartz Flekenblum*. Gall. *Iacea, Iacea noire*: Ital. *Lombruna*.




Iaceæ ſylueſtres herbæ, flores habent violacei coloris, vnde *nomen* forſan illis impoſitum: *IA* enim Græcis violæ ſunt. Scaliger alicubi *Getiam* pro *Iacea* ſcribit, tanquam à *Geo* facto nomine, nimirum quòd cognominata in hoc genere nigra, radices vt *Geum Platearum*, odoratiſſimas habeat.

Varias porrò Iaceæ ſpecies enarraturi, initium à *Iacea* hic picta faciemus, quæ *Nigra* inſcribitur, vt à tricolori viola diſcernatur, quæ etiã Iacea appellatur.

In pratis ac locis herboſis neglectis & incultis, tum iuxta ſepimenta agrorum ac pratorum frequenter naſcitur. Potéſtque inter vitioſiores cenſeri: ab ea ſiquidem boues & iumenta abſtinent, nec fœnũ cui admixta paſcuntur. Floret Iunio & Iulio.

IACEA CVM SQVAMIS CILII INSTAR piloſis.



Finditur in ramos graciles, anguloſos, ſtriatos, aliquantùm hirſutos, *foliis* amictos vncialibus & ſeſcuncialibus, ſemunciámque vt circiter latis, duris ſubhirſutis. *Flores* tingit purpura ſaturatior, ſtaminecos, Iaceæ vulgari ſimiles è capitulo parũ, toto nigricante, cuius Squammæ ſingulæ pilos breues geminatim *circumcirca*, cilij inſtar, poſſident. Creſcit in montanis Auſtriæ & Pannoniæ pratis: floréſque Iulio & Auguſto.

Eidem Cluſio in Pannon. eſt *Iacea montana hirſuto capite*.

IACEA MONTANA CVM SQVAMMIS pennatis, ſiue capite villoſo.




Huius generis duplicem facit Cluſius: *elatiorem* & *humiliorem*: atque vtramque in Auſtriæ & Pannoniæ montanis pratis prouenire ait Iulio & Auguſto florere.

An Thalio Cyanus [illegible] montanus inter maximus, ex Iaceæ genere?

Iaceæ montanæ ſquamoſæ maioris, ſemine in montanis Pannoniæ Auſtriæ pratis prouenientis, nec non etiam Iaceæ montanæ ſquammoſæ minoris ſemine albicante, eoſdem natales agnoſcentis, meminit in Pannon. Cluſius: eáſque Iunio & Auguſto florere ſcribit, ſed hanc maturiùs.

IACEA MONSPESSVLANA, CVI IN Squamis fibræ nigræ.



Spontanea palmum vix ſuperat, & interdum acaulis eſt: culturâ verò in cubitalem altitudinem profilit, multis ex radice [illegible] produ-ctis caulibus, [illegible], hirſutis, [illegible] ſungoſis, multū ramoſis. Folia pumila per terram ſparguntur, Cyani foliorum æmula, incanâ lanugine [illegible], laciniata [illegible] nigra: reliqua per ramos ſumitatem poſita naſcuntur, [illegible] oblongis, [illegible], acuminatis, pubeſcentia, mediocris magnitudinis, mollicella, ſquamis longiuſculis compacta. Flos albus vel purpureus, ſtamineus in pappos abiens: In marginibus ſatorum frequens occurrit, & floret Vere.


IACEÆ GENVS STOEBE SALMANTICA, FOLIIS mollibus lanuginoſis, caule infirmo.



Folia omnia habet mollia & lanuginoſa, Erucæ inſtar laciniata; caulem infirmum, [illegible] in terram procumbentem. Flores ſummis ramis innaſcuntur, barbulis exterioribus Cyani æmulis, purpureis quibus intermixti villi quidam lutei medium florem occupantibus: ſemen Cyani ſemini ſimile: radix digitalis, albicans, & minimè viuax.

Naſcitur abundè Salmanticenſi agro, in arvorum & vinetorum marginibus: ac floret Iunio.

IACEA MONTANA PVMILA, capite magno ſtrobili.



Nobis oblata fuit Monſpelij, allata ex monte Ceti. Camerario dicitur *Iacea pumila ſiue nana*. & [illegible] Narbonenſium Hiſtoriæ Lugd. *Iacea montana in apricis & glareoſis montium locis, Aprili florent.* An Theophraſti *Chamæleon non aculeatum*.

Cæterùm, vt de Iaceæ facultatibus aliquid dicamus, calida & ſicca eſt Iacea; ſed non adeò vt Succiſa; Gargarizata oris, faucium & Laryngum vlcera, & quævis vitia emendat: atque etiam ſauciatis puluere, decocto, & alio, quocunque modo confert.


IACEA CAPITVLO SQVAMMATO ARGENTEO, quorundam Scabioſa ſquammata argentea.



Lignoſa radice firmata, cauliculos emittit cubitales, & bicubitales, ſtriatos, ſubhirſutos, multis alis cõcauos. Folia multiplici [illegible] diſſecta ſubnigra tenuia. Extrem ramulo, [illegible] innaſcuntur turbinata, continentia [illegible] ſquammarum & candicantium ſcandulis imbricata.

In Salmaticenſi agro, ad aruorum & vinetorum margines, frequens occurrit, & floret Iunio.

IACEA MONTANA NORBONENSIS.



Radix huic gracilis, palmaris. & parum ſiorata: *cauliculi* dodrantales & pedales. *Folia* Iaceæ luteæ & Chamæleonis læuis Theophraſti, altera parte incana, parum hirta. Flores Iaceæ vulgaris, aut Cluſij, ſed minores. Vidimus in cautibus, & collibus Monſpelienſis agri ad Caſtrum nouum.

Lobelio in Obſeru. & Icon. Plant, atque etiam Hiſtoriæ Lugdun. dicitur *Iacea montana Narbonenſis*. i C. Bauhino in Phyt. Iacea 14. montana,


IACEA LATIFOLIA, SPINOSIS PVLCHRIS capitulis, flore purpureo.



Malè ramis brachiata eſt, cubitalibus, ſtriatis, anguloſis ſubhirſutis, tactu aſperis, atque interdum concauis. Folia infima pedalia circiter, palmari latitudine, in profunda [illegible] latas, ſinuatas lacinias diuiſa, hirſuta, aſpera: ſuperiora verò per ramos paſſim multò ſunt minora, Hieracij foliorum diuiſura & magnitudine, vſque ad ipſum Capitulum crebra. Cæterùm, Capitula extremis ramis hærentia, turbinata ſunt, & Iaceæ vulgaris Capitulis parta. Flores purpurei, staminei, tandem in pappos faceſſunt. Semina oblonga Cnico aliquatenus ſimilia, multò minora, variegata. radix craſſioſcula.

Vidimus Argentinæ in horto Frid. Meieri florentem Iunio An Cluſij in Pannon. *Iacea mõtana echinato capite*

IACEA MVSCHATA.



Radix lignoſa, lenta: *caule* rotundus, pedalis: *folia* longa, mollia, tomentoſa, laciniis longis diuiſa, albu vel cinerea. *Capitula* formâ & colore Iaceæ ſecundæ (quæ Centaurium murale dicitur.) Tota planta ſatis ſuaui odore prædita eſt, & ſaporis amareſcentis cum adſtrictione quadam: Sic deſcribit Tabernæmontanus.

Iacea purpurea Hiſpanica moſchata in Hiſtoria noſtra magna meminimus: vt & *Iacea tenuifolia cum Capitulis ſpinoſis purpureis*: conſulat *Lector*, hæc non capit omnia. Prouenit hęc in mōtibus & collibus ſabuloſis.

IACEA SPINOSA FLORE LVTEO, QVIBVSDAM Centaurij collini ſpecies.



Rigido & re[illegible] ſurgit *caule*, bicubitali, [illegible], angulofo, glabro, & [illegible] concauo. *Folia* [illegible] longa, vnam, plus minùs [illegible], in profundas lacinias [illegible] ſecta, rigida, dura, tactu aſpera. *Capitula* extremis ramulorum hærent, Iuglandis ferè magnitudine, ſquammis loricata, ex viridi flaueſcentibus, atque nonnunquam inermibus, vt plurimùm verò in ſpinam mordacem, longiuſculam & nigricantem deſinentibus. *Florum ſtamina* in orbem explicantur: coloris lutei. Radix minimum digitū craſſa & fibroſa.

Iaceam maiorem luteam inſcribunt plurimi. Monſpelij vidimus ad ſemitam quæ itur Peraux. Floret Iunio & Iulio.

STOEBE ET PHLEOS: STOEBE SALMANT. I. Cluſij, ſiue Iacea intybacea.



Caules cubitales, ſtriati, ſubhirſuti, fungoſâ medullâ farcti, valdè ramoſi: per quos ramóſque conſpiciuntur *folia* Cichorii, laciniata, & ſerrata, nigricantia, hirſuta, duas tréſve vncias longa, vix calmum lata. *Capitula* ſummis ramis hærent, Centaurii capitulis paria, turbinatione, glabris, nitidis, politis, albicantibus, & per extremum rubentibus, ſquammis imbricata, è quibus *florum* emicant ſtamina purpurea; quibus marceſcentibus *pappus* dehiſcente apparet pediculo.

Stœbe maior Tabernæmontano, qui in incultis & ſecus vias inter Vormaciam & Franckenthal obſeruauit. *Iacea maior foliis Cichorij Stœbe dicta*, C Bauhino in Phyt.

STOEBE CAPITATA ROSMARINI FOLIO Ponæ: ſiue *Chamæpytis hortenſis Cretica, Bellis*



C. Bauhino in Phyt. dicitur *Iacea fruticans Pini folio*. Hanc & præcedentem Geneuæ & Monsbelgardi in hortis colimus.

Cæterùm Stoeben Dioſcoridis tempore omnibus vulgò cognitam fuiſſe, illud maximo argumēto eſt, quòd eam nullis penitus notis repræſentarit. Sed vulgatis notitiæ eſſe tantùm dixerit. Stoeben, ait Theophraſtus, *Stibem* aliqui, alij *Phleum* appellant,: inter eas eſt quæ iuxta Spinam (aculeum) folium habent: &c.


Theophraſtum ſecutus eſt Plinius, ſed malè intellectum: perperam enim folium aculeatum cum Græcis dicit. aculeum non in folio habet Stoebe, ſed in caule. *Plura in Appendice.*

CENTAVRIVM MAIVS; Germ. *Reupontick*: Gall. *Rhepontice*: Ital. *Centaurea maggiore*.



Centaurii maioris nomine variæ donantur Plantæ: *Scabioſa alpina maxima*: *Iaceæ ſpecies aliquot paulò antè traditæ*, *Matricaria*, *Enula*, *Lyſimachia ſpicata*, *Matriſylua*, *Aquilegia*, *Hyoſcyamus*, & *Gentiana*. *Rhaponticum Officinarū* dici concedunt quidē Cornarius, Tragus & Cordus; ſed impropriè tantùm, & ſolummodò quia in veri Rhapontici penuria, illi ſubſtitui ſolet Centaurium maius. Abſque ambagibus contrà, & ſine controuerſia vlla, *Rhaponticum Officinarū* eſſe concludunt Amatus, Geſnerus, Tabernæmontanus, Matthiolus, C. Bauhinus & permulti alij. Magnus porrò Theophraſti lapſus qui perperā *Fel terræ* vocauit, quum hoc nomen minori Cētaurio potiùs, ob inſignem eius amaritudinem conueniat. Plura in ſequentibus.

CENTAVRII MAIORIS VVLGARIS, iuglandis folio, alia Icon.



Caule eſt recto, hominis proceritatem aſſequente, in ramos circa ſummitatem diuiſo. *Folia* Spithamam lōga, tres aut quatuor vncias lata, in alæ formam diſpoſita, per ambitū ſerrata neruoſa, glabra, ſaturatè virentia: at primùm prodeuntia nullam diſſectionem agnoſcunt. *Capitula* ſurculorū extremis inſident, ſquarroſa: è quibus emicāt *flores* ſtaminibus purpureis contexti, in pappos euaneſcentes: *ſemen* nitidū, oblongum. *Radix* rubens, craſſiuſcula, longa, recta. Figuræ noſtræ ex empiricis, in quibus inſignis apparet varietas, minimè in omnibus placent.

Centaurium hoc maius Iuglandis folio ſeritur in hortis, vt in variis obſeruauimus, Geneuæ, Lugduni Pariſiis, Gallia Rhetorum, &c.

STOEBE

CENTAVROIDES FOLIO GLABRO, FLORE flaueſcente.



Cubitalis & ſeſquicubitalis eſt planta, *caule* glabro, ramoſo, tereti: *folia* dodrantalia & lõgiora, glabra, glauca, in multa ſegmẽta ad coſtam vſq; diuiſa: quę quidẽ ſegmẽta aliàs oppoſito ſitu reſpondẽt, aliàs vero minimè, craſſiuſcula, neruo biſſido per longũ exporrecto, in ambitu raris dẽticulis crenata, aliàs integra, ſapore oleraceo. Singulis potiſſimũ ramulis ſingula inſidẽt capitula, Oliuę magnitudine, ſed formâ conicâ, ſplendentia, imbricata, tam accuratâ ſquãmularum commiſſurâ contexta, vt læuia eſſe videãtur, nec vllâ aſperitate moleſta, è quibus emicãt *flores* ſtaminei, dilutâ flauedine imbuti.

In monte Baldo frequens reperitur: habeturq; etiam in hortis, vt Nos Monsbelgardi in S. P. horto colimus, florens Auguſto.

CENTAVRIVM COLLINVM GESNERI.



Magna huic cũ Centaurio maiore ſimilitudo. Geſnero dicitur *Centaurij maioris ſpecies collina, folijs diſſectis*: Lobelio & Penæ in Aduerſ. *Iacea nigra maior laciniosa, vulgari ab inſcito Matthiolo ſuppoſita*. Quibuſdã *Scabioſa maior montana*. An Tragi *Scabioſa tertia*? An Dodonæi Aphyllantes 3. folijs magis inciſis? Hiſtoriæ Lugd. pag. 1066. *Scabioſa Matthioli maior*: Item pag. 1108. *Scabioſa montana Dalechampij*: vtrobique deſcribitur & depingitur eadem planta, quod nõ obſeruauit ſeuerus Cẽſor.

Baſileę in *vvaſſerfall*, *Kertzach* & *Leyrach* obſeruauimus flore purpureo & albo: Montbelgardi abundat iuxta vites, & eſt potiùs aruorum quàm peatorum, coliturque etiam in hortis.

CENTAVRIVM MAIVS LATIFOLIVM, FOLIO lato ſiue non diſſecto.



Hoc *caule, floribus, ſemine* & *radice*, ad Centaurium maius Iuglandis folio accedit: ſed *folio* eſt Lapathi modo longo, lato, ſimplici atq; indiuiſo, per ambitum tamen ſerrato. Atque id credit eſſe Dodonæus cuius mentio fit in Libro de Centaurij maioris viribus, qui Galeno adſcribitur: vbi duæ Centaurij maioris ſpecies recenſentur, *Maior* & *Minor*: dicitúrq; Maior folijs eſſe Lapathi.

Supra Olyſſiponem, lapidoſis iuxta Tagum collibus reperit Cluſius: qui in Belgio & vicinis locis omninò peregrinum ait. quãuis vulgare folijs diſſectis in omnibus fermè hortis cõſpiciatur.


CENTAVRIVM MAIVS ALTERVM, FOLIO Lapathi, anguſto.



Folia huic anguſtiora multò, ſicuti Lapathi parua, auerſâ parte incana: *caulis* rectus, capite faſtigiatus ſquãmulis loricato, ac ſtaminibus purpureis, *Cynaræ* aut *Cardui* concoloribus, pleno. *Semen* Cnici ſylueſtris, compreſſum. *Radix* Centaurij maioris, ſed paulò fungoſior.

Centaurij laudes longũ eſſet exequi, inquit Ruellius; cùm Galenus ipſe priuatum volumen ei dicauerit, per ſingula hominis membra digeſtum: Vnde etiam Humelbergius: Mirum eſt, ait, tã diu latuiſſe Medicos, & adhuc etiam ignorari, quęnã planta ſit *Centaurea maior*, ipſoſq; pro hac longè aliâ & diuerſâ herba vſos fuiſſe. Nihil aliud eſt quàm Rheuponticum &c. *Nos de Rha Pontico alibi Plura*.

CENTAVRIVM MAIVS ENVLÆ FOLIO SVBtùs hirſuto & incano.




Centaurij magni radix, vt in huius plantæ viribus enarrandis pergamus, quemadmodum contrarias in guſtu qualitates poſſidet, ita, id etiã atteſtante Galeno, in vſu cõtrarius effectus præſtat.

Confert eadẽ radix, pronunciante Dioſcoride, ruptis, conuulſis, pleuriticis, ſpirandi difficultati, tuſſi antiquæ, ſanguinem ſpuentibus, Similiter etiam ad tormina & vteri dolores: ducit menſes & fœtus, & vulneribus idonea eſt, ea committens & glutinans, Quin & carnes dum coquuntur inter ſe cõmittit, ſi quis ipſam cõtuſam ſimul coquat.

Eadem illi tribuit etiam Plinius, alia plurima addẽs. Quæ autem *radix*, præſtat etiam *ſuccus*.

CENTAVRII MAIORIS SPECIES TENVIFOLIA.



Centaurij maioris ſpeciem facimus *capitulorũ* argumẽto. *Radicẽ* habet minimi digiti craſſitudine, dodrantalẽ, ſapore Cyani nauſeoſo: *folia* Scabioſę ſquãmatę argenteę, tenuiter diſſecta, albidiora, ſapore amaro prędita. *Caules* ipſius, duorum aut trium interdum cubitorum altitudine, in multos ramos fiſſi, folijs etiam tenuioribus Abſynthij Pōtici veſtiti. *Flores* Cyani formâ, ſtaminei, minores, purpurantes, è Capitulis emicant turgidulis turbinatiſque, Scabioſæ ſquãmatæ argenteæ. *Semen* paruum, oblõga, ruffa, quaternis coſtulis ſtriatum, quibus pili adhærent.

Circa Baſileã, Monſpeliũ, Mõtbelgardũ & Briſacũ obſeruauimus in muris & locis aſperis, florẽs Iulio & Auguſto. *Iaceam albã* inſcribunt Tabern. Hiſtor. Lugd. & alij.

CIRSIVM: Germ. *Vvelſch Ochſenzung*: Gall. *Cirſion*: Ital. *Bugloſſa*.



De Cirſio egimus in genere in Appendice; *Conſulat L. ctor.* Cirſij autem nomine variæ donantur Plantæ: *Carduus pratenſis Tragi*, *Carduum bulboſum Monſpelienſium*, *Bugloſſa maior & minor*, *Hieracium*, *Erinum & alia*.

Quod verò in hac Tabella exhibetur *Cirſium eſt tomentoſum*, multas habens *radices* candidas, Pæoniæ vulgaris more ab vno capite pendentes. *Folia* cubito longiora, mollia, incanâ lanugine infrà ſupráque obducta, per ambitũ laciniata, ſpinisque minoribus obſita. *Caulis* craſſus, lanuginoſus, in ramos diuiſus. *Flores* ſingulis pediculis inſidẽt ſinguli, coccinei, Cirſij vulgaris, è capitulo ſquamoſo emicãtes, qui in pappos abeuntes *ſemen* relinquunt paruum album.

CIRSIVM MAXIMVM BVLBOSA RADICE, Cluſij.



Radix huic multis craſ... fibris. Aſphodelinos ... ferè referentibus, firma ... *Caulis* cubitalis, ſtriatus, t... mentaceâ lanug... *folia* magna ... plena, viridia ... rata, mollibúſq... ia. *Capita* in ſummo caule magna, in flammeos purpureo colore nitentes *flores* expanſa, maturitate in pappum reſoluuntur.

Naſcitur in montanis pratis, & ad piſcinarum vdos margines, inter ſalices Amerinas & harundines: floret itéque Iulio.

Ad Cirſij genera refert Cluſius etiam hoc Cardui molle genus, atque *Cirſium maximum, incano folio & bulboſâ radice*, inſcribit. An Cæſalpini Cirſium alterum?

CIRSIVM MONSPELIANVM: FOLIO LONGO glabro; Matthioli.



Cirſium Matthioli dicitur Geſnero, Hiſtoriæ Lugd. Lobelio. Camerario & Caſparo Bauhino. Hanc enim plantam pro Cirſio pingit Matthiolus, Piſis à Luca Ghino acceptam, qui in vliginoſis locis naſci ſcribebat. Nos Mõſpelij obſeruauimus iuxta Molendinum, loco paludoſo. Lobelius verò prope piſtrinum Oliuatum, & pone Molas farinarias, in locis vadoſis Lani amnis Monſpelienſi, & pratenſibus littoreis, à Gramuntio loco in Meridiẽ deuexis, plurimam haberi refert: notiſſimámque eſſe illic ſtudioſis, quamuis alibi, Italiæ Galliæue parum nota ſit aut frequens.

CIRSIVM ANGLICVM.



Sic à Lobelio in Iconibus & ab Hiſtoria Lugdun. inſcribitur. Videtur autem ſpinam albam adumbrare ſpithamæo *caule*, & *folijs* Cirſij. *Flos* ſingularis, Cardui bulboſi. *Radix* Bellidis, Hellebori nigri modo fibroſa. Prouenit in pratis in Villa vernaculâ linguâ *Arton* dictâ, guſtu adſtringente præditô, & moderatè calidô. Deſcriptio hæc Lobelij eſt & nimis ſuccincta. Examinandum autem quorũm *Britannicum* Cluſij *Cirſium*, de quo mox, ab hoc differat.

CIRSIVM FOLIIS NON LACINIATIS; virore Braſſicæ, & macrocaulos.



Sic inſcribit Dodonæus, id ita deſcribens: Ex Carduorum, ait, & Spinarum numero etiam *Cirſium* eſt. *Folia* eius oblonga, lactucæ quaſi ſimilia, verùm acuminata, & per circumferentias aculeata. *Caules* recti, bicubitales, in duas alas diſcreti: in quorum ſingulis *Capitulum* eminet ſpinoſum ac hiſpidum, quod poſt floris vigorẽ deorſum reflexum nutat, tandémque in papposam lanuginem reſoluitur. Flos purpureo rubet colore. *Semen* læue reſplendet aliorum multorum Carduorum inſtar &c. *Radix* ea autem eſt ſatis craſſa, fibroſa & viuace. Floret Iunio.

Cluſius vocat *Cirſium montanum*, vt pote quod in Pannoniæ montanis quibuſdam ſyluis obſeruauit.

CIRSIVM PANNONICVM PRATENSE CLVSII; folio non laciniato.



Statim à *radice* multis ... græcantibus & denſis fibris prædita, *folia* promit circiter tres vncias longa, ... ſenſim in mucronem d... tia, latiore verò circa pediculum baſi, ſubhirta, & crebris ſpinulis per circumferentiã prædita. Ex eorum med... *caulis* emicat pedalis, tenuis, firmus, lanugine quadam obſitus, per quem ſparſa ſunt folia iam dictis minora, Vnum in ſummo plerumque ferens *caput*, nonnunquam alterum & tertium ... quod & *flos*, & *ſemen*, ad vulgaris Cirſij omninò accedit.

Naſcitur, ait Cluſius, inter arbores in decliui... quorundã Pannoniæ ... montanis pratis quæ ... dum Danubium ex ... multò abundantius ... Iunio, & inde ... men profert.

CIRSIVM BRITANNICVM REPENS, FLORE ex rubro purpuraſcente, Cluſij.



Planta eſt caule ſingulari, cubitali aut altiore. Folia per eadem alterna, longa, in ambitu ſpinulas minimè pungẽtes habentia quorum ſuprema pars virent, prona albicãt, & pronã lanugine obducuntur. In ſummo caule capitulũ reliquorum Carduorum capitulis ſimile. Flos magnus ex rubro purpuraſcẽs. Radix nigricans & obtuſa.

Prouenit in pratis ad radices montis Ingleborow, totius Angliæ celſiſſimi, in comitatu Eboracenſi, floretq; Iulio & Auguſto. An verò Cirſia à nobis deſcripta Cluſij, Veterum facultatibus reſpondeãt, ignorare Nos cum Cluſio fatemur, & iudicium de iis ferre difficile; nam neq; Dioſcorides ſuo Cirſio vllas vires tribuit niſi quas ex Ang ea deſcripſit.

CARDVVS: Germ. Diſtell: Gall. Chardon: Ital. Cardo.
CARDVVS PRATENSIS.




Capitatarum plantarũ maximum numerum facit Carduorum familia, quam Natura peculiari curâ muniuit multiplici modo Quippe hic caulis, illic foliũ ſpinis horret: illic florem ac ſemen, & in plæriſque pappum in caulium ſummis, & e capitibus, emicãtẽ, nihilominus mordacibus ſpinis munitũ videas.

Ex variis autem Carduorũ differentiis, de quibus ad latus ſequentis figuræ in genere agemus, quæ hîc pingitur pratenſis vulgò vocatur quòd in nonnullis pratis naſcatur: & quoniam folia eius in cibis, vt reliqua olera, mandantur, Braſſica graminea.

Trago ἄγρια ἄκανθα Dioſcoridis & Plinij eſſe videtur. An Limonia Theophraſti? An Cirſium Dodonæi?

CARDVVS BVLBOSVS MONSPELIENSIS, Acanthus ſylueſtris quorumdam folijs laciniatis.



Etſi vnius tantùm Cardui, ac breuiter quidem, meminerit Dioſcorides: Theophraſto tamen, Plinio, aliis tum Antiquis, tum Neotericis, probatis Scriptoribus, plura traduntur Cardui genera. Sunt enim Cardui vel ſylueſtres vel ſatiui, ſylueſtriúmque diuerſa ſunt genera, ac ſatiuorum quoque multiplex eſt genus. Nos autem primùm de iis agemus qui Natura cultrice ſponte proueniunt.

Pratenſe Tragi in præcedenti Tabella pictum dedimus. Hoc verò in pratis circa Monſpelium locis vdis frequens eſt, inter Narciſſos & Ariſtolochias, floreng Majo.


CARDVVS ARROPHYLLOS DALECHAMPIJ.



Folia huic ex interuallis ſingula, longiuſcula, anguſta, paucis & mollibus ſpinulis aſpera: caulis teres, pedem altus: atque in eius ſummo 4. aut 5. capitula ſubalbida, minimè aculeata. Flos purpureus: Semen paruum, oblongum, lanuginoſum.

Arzophyllos dictus fuit Dalechampio hic Carduus, quòd caulis raris folijs veſtiatur. Dolendum autem Dalechampiũ non addidiſſe locum vbi eum obſeruarit.

CARDVVS MOLLIS LAPATHI FOLIO.



Pedali aſſurgit caule, vtcunque craſſo, ſtriato, nonnihil lanugine inoto. Folia Lapathi, vel boni Henrici. Flos ex cæruleo purpuraſcens: ſemen lanugine inuolutum, Cyani ſemini non valde diſſimile, ſed paulo maius, candicans. Radix nigra, aliquot tenuibus fibris prædita, dura & viuax, è lateribus propagines ſpargens.

In montibus Auſtriacis inter ſaxa naſci ſcribit Cluſius, & florere menſe Iulio.

CARDVVS MONTANVS, FOLIIS HELENIJ non ſpinoſus, capite rubro, Cluſij.



Frequens in mõtibus Hermundurorum, circa Vrbes metallicas prouenit: nec multùm differt à Carduo molli latifolio eiuſdem Cluſii.

Eodem cum noſtro Titulo inſcribit Camerarius hort. vocatque etiam carduũ mollem. Cluſio in Pannon. & Hiſt. poſter. dicitur Cardui mollioris genus elegans, præaltum & radice ſerpente; Cardui montani mollis, humilis & anguſtifolij, meminit etiã ibidem idem Cluſius Iulio & Auguſto in ſummis Schneealbẽ iugis florẽtẽ tradens.

CARDVVS MARIANVS, SIVE LACTEVS
Germ. *Vnſer Frauu Diſtel, Weiſs Vueg diſtel.*



Gallis dicitur *Chardon de noſtre Dame*: Ital. *Cardo Mariano*. In illo autem vndulato maculatum lacteorum viteſcent ſtrique diſcurſu variata *folia*, lata longáq; conſpiciuntur, ſinuata, & ſæuis aculeis horrentia, nitida. *Caulis* digitalis, ſtriatus, lanugine villoſá incanus, duos aut tres cubitos altus, in ramos diuiditur plures. *Echini* intractabiles, rigidiſſimis acutiſſimiſque ſpinis armati, Scolymi mediocris magnitudine calloſá, dulci & veſcá ſquammarum cartilagine, *florum* purpuraſcentium *flammea* explicant, quibus *ſemē* ſuccedit Carthami. *Radix* longa & craſſa eſculenta. *Plura ad latus ſequ. Figura.*

CARDVI MARIANI: Gallis *Chardon de noſtre Dame*, & Italis *Cardo Mariana* dicti, alia Icon.



Frequens hic ſecus vias, non longè à Monſpe lio: floret Vere.

Paſſim vero variis locis prouenit, *radicem* vulgaris Cardui, demto paulo ... Germaniæ, Baſileæ & Montbel... frequentem vidimus in hortis, tum locis incultis. Floret altero à quo enatum eſt anno, ſemenque iſtecum maturitatē conſequitur, quo maturo perit, vt pleriq; Cardui, quibus non diuturnior vita quam ad ſeminis vſque perfectionem.

Spinam albam, *Acanthium Leucon* & *Bedeguar* Arabum vocant Tragus, Fuchſius, Camerarius, Dodonæus, &c. Sed magno errore, vt annotat Cordus: Nec melius Amato dicitur *Chamæleo albus*, & Lonicero *Scolymus ſylueſtris*.

CARDVVS MOLLIS, FOLIO LACINIATO, CAPITE ſquammato, & flore coloris purpurei.



Inuenitur, inquit Cluſius, tota illa montium catena, quæ à Calēberg & Danubio, cui imminet, ad Alpes vſque extenditur, & deinde per Leytenberg, rurſúmque per Prellenberg & Hamburge berg, ad duos ſupra Poſonium milliaribus, reflectitur: Floretque Maio, & ſemen Iunio ac Iulio perficit.

Cæterùm hæc recenſentur Carduo Mariano, de quo antè, dotes: Radix excalefacit, abſtergit, aperit, prouocat & attenuat. Eius decoctum datur vtiliter potandum ad iecinoris & vaſorum infarctus & remorantes vrinas: confértque hydropicis, ictericis & nephriticis. Folia tenera, demptis ſpinis, oleribus veſcis non incommodè addi, teſtatur Dodonæus.

CARDVVS MONSTROSVS.



De Carduo hoc mōnſtroſæ formæ, Cornucopiæ præſentante, quam F. Imperatus Hiſt. ſuæ nat. lib. cap. t. exhibet, & exiſtimat fuiſſe *Oncryzon* Theophraſti, quid dicamus nunc non habemus. Optaremus Imperatum diligentiùs deſcripſiſſe, & cum Ono pyxo Theophraſti contuliſſe: locúmque vbi inuenerit annotaſſe, quò Poſteri eò facilius veritatem indagare potuiſſent.

CARDVVS NVTANS.



Humilis eſt, *caule* pedem vnum aut alterum alto, in varios ſciſſos ramos ſubbiti... tus, & membranis ſpinoſis per longum alatos. *Folia* parua, aſpera, crebrè, ſed non profundè, laciniata, ſpinoſa & hirſuta, per extrema ramorum ſine ſpinis tomento tecta, rotunda. Suum verò gerit vnuſquiſque ramus *Echinum* magnū, Cardui Mariani Echino ſimilem, deorſum nutantem, ſquammis aculeatis compactum. *Floſculi* copioſi, purpurei, atque interdū albi, latè ſe explicant. *Radix* rubeſcēs vel nigricās.

Floret Auguſto, abundans Montbelgardi, circa muros & foſſas vrbis: nec non in agris, vt inter *Audincourt* & *Arbonbans*.

CARDVVS CAPITE TOMENTOSO, FLORE verſicolore, violaceo & albo.



Cluſio & Camerario ... *Carduus Eriocephalus* ... belio *Carduus Eriocap...* Dodonæo, *Carduus tomen...* & *Corona fratrum* Helue... *rum*.

An *Carduus* ... *chene lanugine obd...* ... chiolo in Dioſc.?

An Cæſalpino ... *aliud* in agrorum ... paſſim naſcens, ... nus?

An Monachis in Me... *dus genus caule cære...* *Corona fratrum* dicitur...

An Rauvolfio, Carduus tomentoſus circa Maſſiliam, Leucacanthæ non diſſimilis...

Sponté variis in locis ... uenit tum incultis, tum ... in hortis: floretque I... Auguſto & Septembri.

CARDVVS LANCEOLATVS, SIVE ſylueſtris Dodonæi.



Spinoſum caulem eſt bicubitalem & tricubitalem, villo candido obueſtitum, anguloſum, purpurantem, membranis ſpinoſis ſecundum longitudinem alatum, ſpiculoſum, rigidum: quem alterno ſitu ornant *folia*, palmum vnũ aut duos longa, infra ſupraque hirſuta, profundè crebris cæſuris diuiſa: quorum ſingula ſegmenta in aculeum infeſtum faceſſentia, lancearum mucronem imitantur. *Echinus* oblongus, ad Lappæ innocentiam ferè accedit, rigidioribus tamẽ vtrinque aculeis, nec reflexo mucrone aduncis, ſed ſectis, lanugine alba intertextis: *florum* cincinnos è capite profert purpuraſcentes, quos *pappi* excipiunt, quibus *ſemen* nitidum, longum appenſum.

Monbelgardi abũdat circa caſtri hortũ & vrbis foſſas, intrà & extra: floret Iulio, Auguſto & Septembri.

CARDVVS LANCEOLATVS FEROCIOR.



Calidarum hic Regionum eſt, vt Galliæ Narbonenſis & conſimilium. *Folia* eâ ipsâ ferè diuiſurâ quâ lanceolatus antè pictus, ſed multò rigidiora, ac penitùs aduersâ parte, atque per ambitum, ſpinulis denſè obſita. Auersâ verò quâ neruus rigidus, ſeu coſta, in ſupremo in ſpinam faſtigiens, lanugine quadã obſita ſunt, ſed modicâ. *Caulis* etiã craſſior eſt firmiórque, ſicut Cardui capite tomentoſo.

At quæ in ſummo ſunt capita, terna plùs minùs, quę & ipſa lanceolati capitibus maiora ſunt, ita ſpinarum obſeptu horrent, vt eas temerè contrectare tutum non ſit. Nos Lutetiã habuimus.

CARDVVS LANCEOLATVS PARVVS.



Ad Carduum lanceolatum ferociorem accedit hic plurimũm: ſed omnibus partibus minor eſt, ſi ſpeciatim ſingulas eius particulas perpendas, minimèque etiam ita ferox eſt.

Huic & præcedentibus duobus *Lanceolati* nomen acquiſiuêre folia, quorum ſingula ſegmenta in aculeum infeſtum faceſſentia, lancearum mucrones imitantur.

CARDVVS CAVLE CRISPO.



Caulis huic ſeſquicubitalis, digitum craſſus, ſubhirſutus, viridans, membranis laciniatis ſpinoſis, criſpo inæqualiter vndulatis per longitudinem adnatis, denſo, fiſtuloſo, multis alis concauo. *Folia* ſinuata, dodrantalia, atrouirentia, hiſpida, crebris mordacibus aculeis pungentia. *Flores* ex ſtaminibus purpureis conflati, in pappos abeunt: iiſque ſubeſt capitulũ, Auellanæ magnitudine, ſpinis mollioribus obſitum. *Radix* ſeſquipalmaris, crebertimis fibris donata.

Polyacanthum vel *Polyacanthum Theophraſti*, nuncupant Tabern. & Hiſtoriæ Lugdun.

Abundat circa Caſtrum & in horto S. P. Montbelgardi.

CARDVVS LÆVICAVLIS.



Geſnero, Tabernæmontano & horto Luſitano eſt *Carduus aruenſis*: nonnullis *Carduus ſegetalis* & *Carduus arenarius* Tragus *Carduũ ſyluestrem* inſcribit. An *Onopyxus alter* Hiſtoriæ Lugd.? An *Spina tenuitus Theophraſto*, Anguillaræ & Lobelio.?

In multis Germaniæ & Galliæ locis prouenit Iulióque & Auguſto floret. Montbelgardi paſſim abundat, in agris & vineis, ac etiam in hortis, in vrbe & extra vrbe.

Cæterùm vniuerſa Carduorum tam deſcriptorum genera, quæ agricolis & meſſoribus ſubinde impedimento ſunt, Nos vitia frugum eſſe iudicamus, de quibus in hunc modum Virgilius:

Carduus & ſpinis ſurgit Paliurus acutis.

CARDVVS, SCOLYMVS, CYNARA: Germ. *Strobildorn*: Gall. *Artichaut*: Ital. *Cardo, Carciofſo.*



Triuialis eſt notitiæ Carduus quem *Scolymon* Græci vocarunt, Latini *Cinaram*. Duo autem Scolymi habentur genera, *Satiuum*, & *ſpontè naſcens*, de quo poſtea. Ac rurſus in Satiui genere, alius *ſpinoſus* eſt & aculeatus, alius *non ſpinoſus*.

Spinoſus folia gerit non ſpinoſi, magis diuiſa, magiſque laciniata, tenuibus circumdata ſpinis: *Caulem* quoque non ſpinoſo ſimilem, ſtriatũ ſubalbicantémque, in cuius ſummitate echinatum, aculeatũmque extuberat *caput*, *flore* hyacinthino, & ſemine Cnici minore. *Radice* verò nititur craſſa, firma, non inſuaui. Sic *ſpinoſus* à *non ſpinoſo* non differt niſi ſpinis aculeiſue quibus hic caret.

SCOLYMI SATIVI, SIVE CINARÆ, alia Icon.



Præter præcipua duo ſatiui Scolymi antè propoſita genera enarrātur & alia. Sic enim diſtinguit apud Matthiolum C. Bauhinus: Scolymus ſatiuus, ait, duplex eſt, *aculeatus & non aculeatus*. Et rurſus *capitis figura*, nunc oblonga, nunc rotunda. Hi quoque rurſus *maximus, mediocris & paruus*: ac eius *ſquamæ* in aculeum deſinunt breuem, nunc *infirmum*, nunc *robuſtū*, nunc *penè nullū*. Color quoque eius nunc *ſubrubens*, nunc *viridis*.

Obſeruauimus & Nosalias in *caule, folijs, ſquamis*, & *capitibus* differentias, quas, vt Naturæ luſus ſtudiò prætermittimus.

Sic à *Scolymo* differt *Scolymus*. Scolymum verò à Cinara in eo differre volunt nonnulli: quòd *Scolymus* Carduus ſit ſylueſtris, *Cinara* verò ſatiua.

CARDVVS, SIVE SCOLYMVS MAXIMVS, non ſpinoſus: Cinara maxima Lobelij.



Cynaram cultā & mangonio repetit ſinul nis. ... Ætemat ... allianus Ba... us Palladius, vt ſp... ... apicant Carduorum ape... ... umina cū it ... ... tur ... ... uſulæ ... App... ... Ca... ... mu ... ſe in principiò tertij gradus, & ſiccum in ſecūdo, tradunt Galenus & Æ... ius. Radicem ex vino coctam ſi bibatur, vrinario grauē olēo eiicere: alarūmque hircos, & totius corporis grauēolentiam ad miraculum ſanare; aiunt Dioſcorides, Plinius, Galenus, Oribaſius & Aetius. In delicijs verò genere ſed frequens eſt Scolymus, vt ſi ſecūdo hoc, niſi tempora anni neget, nulla opipara vel adiecialis fiat cœna.

De Scolymo & Cinara plura in Appendice.

CARDVVS, SIVS SCOLYMVS SYLVESTRIS: *Scolymus* Dioſcoridis: *Agriocinara* Cretenſium.



Hortenſi Scolymo perſimilis eſt, *caule* procero, & hominis interdum altitudinem aſſequente. *Folia* ampliſſima cæterū à ſatiui. *Capita* ſatiui capitibus magnitudine cedunt. *Flos* ſanguineus cōſimilis, purpureus. *Semē* Cnici. *Spinæ* autē huic vndequaque longiores & pungentiores: totúſque fructus ſpinis acutiſſimis horret.

Abundat multis in locis circa Monſpelium, in lætis agris, ſecus vias.

Agriocinaram vocat Bellonius in Epiſt. ad Cluſium: & nunquam non ſpinoſum eſſe ait. *Cinarā ſylueſtrem & Scolymum ſylu.* nūcupant pictiq; alij. An Braſſauolę *Acantha leuce*, ſiue *Spina alba*, vel *Bedegar*? *Plura in Appendice.*


CARDVVS ACANTHVS, BRANCA VRSINA: Germ. *Berenklauw*: Gall. *Branche orſine*: Ital. *Branca orſina*.



Quamuis magna ſit ... *Acanthum*, *Acanthium*, ... *thion* & *Acantham* ... omnium affinitas, diuerſa tamen eſt nomen ſignificatio. Per *Acanthum* enim, vel *Acantham* intelligitur vulgo *Branca vrſina* ſpinulam denotat *Acanthium*. Aliud verò eſt Acāth a, *Spina* ſcilicet *Ægyptia* ſiue Arabica: & aliud *Acantha leuce*, ſiue Spina alba, de quibus omnibus ordine dicemus.

Branca vrſina, quam hic pingimus, *folia* humi ſtrata, profundè laciniata, mollia, ... viore ſplendentia, piloſa. Inter hæc ſurgit *caulis* ... duū o triūmve pedū, rectus, qui à medio ad ſummum ... faſtigium ... ſtylum gerit ... *rum* candidorum: *ſemen* ... oblongis continetur per capita. *Radix* longè latéq; vagatur, foris nigra, intùs alba.

ACANTHVS SYLVESTRIS, SIVE BRANCA vrſina ſpinoſa.



Acanthi duo genera fecit Dioſcorides, *ſatiuum* & *ſylueſtre*. Sic duo etiam habet Plinius: *lęue* & *aculeatum*; hócque ſetum eſſe, exertis minora minitari, ac Olitoris officium reſpuere, ſcribit Ruellius: vrbanum verò læue eſſe & glabrum, cultúque & ſatu lætari.

Vrbanus ſiue ſatiuus Acanthus, authore Dioſcoride, naſcitur in hortis & petroſis ac humētibus locis. Vidimus Nos Monſpelii, Lugduni, Lutetiæ, Bononię, Baſil. Geneuæ & Montbelgardi, frequētē tum in hortis, tum in humentibus pratis: ac florentem Aprili, Maio & Iunio. Creuit verò Nobis Sylueſtris in horto, ſemine ex Creta miſſo. De Branca vrſina plura habebis Lector in Appendice.

CARDVVS ACANTHOIDES, FLORE DILVTE purpuraſcente.



Folia huic minora quàm Mariæ carduo, ac per ambitum magis ſpinoſa, multiſ ... lacteis maculis aſperſa, ſed cano tomento, inferna præſertim, obſita, ex ſolijs mediocriter profundis. *Caulis* duorum cubitorū, quaternis aliorum ſpinoſatum verſu pinnatus. *Capitula* parua, ſublonga extrema ramorum plura ſimul congeſta, nec penè ... diſt oſta. *Flores* dilutè purpurei ſunt, quos pappi albicantes excipiunt.

Cæterùm in calidi & frigidi medio poſita ſunt Acanthi ſatiui *folia*, nonnihilque humida: & emollientem, ac leuiter digerentem, vel Maluæ facultatem obtinent, vnde etiam enematis ... ... illæ, incoquuntur.

Acantha leuce, ſive Spina alba: Germ. *Wegweiß diſtel*: Gall. *Eſpine blanche*, Ital. *Spina bianca*.



Non parua inter Authores oritur contentio, quænam in moleſtarum genere, quas plurimas genuit Natura, *Spina alba* legitima, notis omnibus adſtipulantibus appellari poſſit. Sic prout alii alias herbas oſtentant, & quiſque eam veram exiſtimat. *Carduum Mariæ*: & varia alia Carduorum genera, *Roſam ſylu*. *Caryophyllorum*, *Oxiacantham*, *Leucacantham*, &c. In manifeſto verò inter alios verſantur errore qui *Leucacantham* cum *Acantha leuce* confundunt: Galenúſque, qui de iis tanquam de vna planta aliquando ſcripſerat, diuerſas tandem ſub litera L. facit.

Quam hic pingimus inſcribunt nonnulli *Spinam albam cum echinato capite*.

Spina alba ſylveſtris Fuchſio.



Trea altitudine, cubitum altum profert caulem, ſtriatum tomentoſum, membranis ſinuatis & valde ſpinoſis obtectum. Ex iis prodeunt folia circiter ... biſalis, ſinuata, ſpinis horrentia, vtrinque villoſa & candida. Capita extremis ramorum hærentia florem explicã purpureum, in pappos abeuntem. Semen Cnici, ſed minus, verſicolor & amaricans. *Radix* tenera, alba, ſubdulcis.

Acanthium vocant Scriptores plurimi, *Onopordũ* alij, *Acanthium* ... *Hortus* Loſ. *Carduum pornar* ... Ioh. Agricola, *Carduum viarum vulgatiorem & carduum vulgarem ſpinoſiſſimũ*, Lobelius.

Naſcitur in vtraque Germania ſecus vias, atque à Iunio in Auguſtum vſque floret.

Echinopus: Germ. *Welſch diſtel*: *Roemiſche diſtel*, Gall. *Chardon eſtranger*. Echinopus maior.



Echinopi *differentia* obſeruantur variæ: in *foliis*, quę vel anguſtiora vel latiora: in *floribus*, qui vel albi vel cærulei: & in *magnitudine*, vnde Maior alius, alius Minor.

Maior quam hic pingimus *caulem* habet cubitalem vel bicubitalẽ, ac digiti craſſũ, purpuraſcente lanugina obductum, ſtriatum, tactu pinguem, & manſu dulcem. *Folia* à lata baſi oblõga, tota glutinoſa, profũdè laciniata, ſupernè atrovirentia, vtrinque piloſa, multis tamen numerũ magis infernè quàm ſupernè: in caulibus extremis eo ſingulis *Capitula* exactè globoſa naſcuntur: *floſculis* ex albo cæruleis. *Radix* mediocris craſſitudinis.

Naſcitur ſpontè in ſaxoſis, & fluuiis imminentibus collibus, ac colitur etiã in hortis. *Plura in Appendice.*

Echinopus minor.



Digito minor eſt *radix*, ..., in plura capita fiſſa, ex quorum vnoquoque *caulis* vnus pullulat, dodrantalis & longior, lanugina denſa totus albicans: ex quo prodeunt crebra alternata *folia*, tenuiſſimè ad coſtam vſque inciſa, ſpinoſa, infrà molli, candidáque lanugine pubeſcentia, ſupernè viridãtia. Summo caulis cacumini ſphæricum inſidet *Capitulum*, minus quàm Echinopi maioris, *floſculis* Cyanei coloris glomeratum.

Vidimus inter Monſpeliũ & *Perotum*: & Montbelgardi in S. P. horto colimus. Floret Iulio, Auguſto & Septembri.

An Theophraſti *Rutrum*, vel *Rutrum*? Camerario dicitur Sphærocephalus annuus flore cæruleo,

Acanthium, Acanthium Illyricum, quibuſdam *Onoperdon* dictum,




Acanthium, ait Dioſcorides, *folia* gerit ſpinæ albæ ſimilia, in ſummis cacuminibus aculeata. *Sic ille, nec plura.* Vnde quæ ſit Spina vel Spinula illa *Acanthium* dicta, haud facile eſt intelligere.

Carduum autem hic pictũ, *Acanthium Illyricum* vocant nonnulli. Magnam habet cũ Spina alba ſylu. Fuchſij ſimilitudinem. *Folia* tomento cãdicantia ſimiliter obducta, profundiùs ſecta, tota ſpinis armata. *Caulis* mẽbranis aculeatis alatus, ſex ſeptẽmue cubitorum altitudine. In ramorũ extremis flores gerit purpurantes, iam dicti Cardui, ex echino etiam ſimili. *An Plinij Onoperdon?*

Argẽtinæ vidimus & Lugduni, ac ipſimet Montbelgardi in S.P. horto colimus.

Carduus benedictus: Germ. & Belg. *Cardobenedict*: Gall. *Chardon benit*: Ital. *Cardo benedetto*.



Succoſa & gracili *radice* altitur; *folia* laciniata, Sonchi aut Dentis leonis diuiſura, ſpinulis pũgẽtibus armata, hirſuta. *Caulis* digitalis, multis alis cõcauus, ſupinus partim & partim erectus, ſubpurpurens, ſtriatus, villoſus. *Flores* parui, lutei, ſpinis rubentibus ramoſis, quas multa lanugo intercedit, obuallati: iiſque ſubſunt ſquãmata cõformia *Capitula*, in quibus *ſemẽ* continetur oblongũ, ſubluteum, floccis appẽſum. Tota planta inſigni amarore prædita eſt.

In Lẽno mediterranei maris Inſula, locis campeſtribus nullã adhibitã curã frequentẽ prouenire ſcribit Bellonius. Nos verò nuſquam ſpontaneũ reperimus: At in hortis, præſertim apud Germanos & Belgas, ſtudioſè coliſtur, ac Iulio & Auguſto floret. *Plura in Appendice.*

CHAMÆLEON NIGER, Germ. *Schwartz Eberwurtz*: Gall. *Chardonnerette* : Ital. *Chamæleone nero*.



Minimè hic agimus de *Chamæleone lacerto*, quem Ægyptus, Africa & India paſſim & quotidie videns: ſed de eius nominis Planta, cuius Etymon, & alia quæ non capiunt huius loci anguſtiæ, in *Appendice* tradimus.

Chamæleonis porrò duo genera vnanimitèr agnoſcũt Theophraſtus, Plinius, Dioſcorides & Recentiores, *Nigrum* ſcilicet & *Candidum*. Chamæleonis autem vox abſolutè poſita, album & nigrum denotat.

Chamæleonem nigrum, quem hic proponimus, ſic pingit Marantha, huicque pulchrè reſpondere omnes notas quas Chamæleoni nigro aſſignat Dioſcorides, aſſerunt eum eodem Marantha Anguillara, Sarracenus & alij.

CHAMÆLEON ALBVS, Germ. *Weiſs Eberwurtz*: Gall. *Chameleon blanc, Carline*: Ital. *Chamæleone bianco*.



Icon eſt Tragi, qui *Chamæleonem album ex* [illegible] ſcribit. Sic etiam [illegible] Lonicerus. Cordo [illegible] *Chamæleon albus*: Cluſio *Carlina minor*. An Monachorum C[illegible] genus *Cerenu Fratrum*: Sic dictum, quia caput magnum ſtat tanquam *Pater*; capitula verò tanquam *Filyciοs & Fratres*, certo quodam modum ſtant, circumdantes ipſum *Patrem*.

Creſcit in aſperis & petroſis Pannoniæ montibus, vt & in herboſis collibus ac ſiccioribus pratis: nec non in Angliæ & Gallo-Belgij ſatorum marginibus. Vidimus Nos Montbelgardi prope pontem *Vaujaucourt*, florentem Iulio: in Burgundia verò prope *Vaucluſe & Chaſſalois*, inter montium conualles, florens Septembri.

DIPSACVS, CARDVVS FVLLONVM: Germ. *Kartendiſtel*: Gall. *Chardon à carder* : Ital. *Cardo*.



Duplex vulgò ſtatuitur Dipſacus, ſiue Fullonũ Carduus: *Satiuus & Syluestris*.

Satiuus, quem hic pingimus, duorum aut trium cubitorum aſſequitur altitudinem: *caule* pollicari, recto, rigido, multis alis concauo, ſtriato, & ſpinulis quibuſdã horrente. *Folia* bina oppoſita ita cõtinua inuicem ſunt, vt ea caulis tranſadigat, & concauum labrum excipiendæ aquæ aptum efficiant, ampla, longa, non minùs caule horrida. *Capitula* pugnum implentia, oblonga, vectnatis hamulis rigidiſſimis deorſum ſpectantibus pinnacia: ac inter illos *floſculi* emicant tubuli inſtar ex albo purpuraſcentes. *Radix* læuis candida. *Plura in ſequentibus*.

DIPSACVS, SIVE CARDVVS FVLLONVM ſyluestris.



Vt Satiuo Dipſaco congener eſt ſyluestris: ita non pauris cum eo conuenit notis. Par ſcilicet *caulis* ſpinoſi altitudine & ramorum diuaricatione. Foliorum etiam non diſpar amplitudo & labri æmolus cotus, eáque ſpinis minacibus vndequaque armata. Echini ſpinis vt longioribus quàm ſatiuus horrent: ita & minoribus minúſque rigidis, nec aduncis. Ex eorum verò ſinu *flores* emicant purpuraſcentes. *Radix & ſemen* Satiuo ſimilia.

Vbique ferè prouenit, ad foſſas & in aquoſis Lugduni, Geneuæ, Baſileæ, &c. *Floret Autumno*.

DIPSACVS, SIVE CARDVVS FVLLONVM, folio laciniato.



Differt hoc à iam dictis floris colore albo, radicis craſſitudine, & quòd folia illi ſint valde ampla, longa, latáque & profundè laciniata. Copioſè prouenit in Alſatia inter Horburgum & Colmariam, atque etiam inter Rufach & Colmariam.

Satiuus verò, de quo antè, in compluribus Italiæ locis ſeritur, præſertímque in agro Bononienſi, ſingulari à Cultoribus adhibità diligentiâ. Rhodunenſes Mãgones magnâ etiam copiâ ſerunt in ſuburbio *la plame* dicto. Floret autem Iunio & Iulio, Autumno verò colligũtur echinata Capitula. De Dipſaci vſu, nomine & *Æquiuocis* in *Appendice*.

VIRGA PASTORIS VVLGARIS.



Totâ facie Dipſacum refert, quatuor vel quinque cubitos alta: *caule* digitali, glabro, ſtriato, concauo, in multos ramos brachiato, & mordacibus ſpinulis armato. *Folia* gemina ad genicula exeũtur, oppoſita, minimè caulẽ amplectentia, ſed petiolo breui appenſa, infimáque parte auriculis binis donata, ſerrata, ſpinisquà terram ſpectat per neruos diſpoſitis armata. *Capitula* Dipſaci capitulis minora. *Flores* paruuli, cũ piloſis & molliculis ſpinis, ſecus quàm in Dipſaco.

Variis locis ſpontè exit, florens Auguſto: Baſileæ in viis ad vineas, Monſpelij in prato vrbi vicino, & alibi. An Dipſaci ſylu. ſpecies, vt quibuſdam placet? An Plumbago Plinij, vt vult Hiſtoria Lugdunenſis?

CAR-

CARLINA; CAROLINA: Germ. *Eberwurtz*: Belg. & Gall. *Carline*: Ital. *Carlina*.



Carlina vel Cardopatium, ſiue Geloeras, nonnullis Herbarijs genus eſt Cardui *Eberwurtz*. Eius differentiæ quædam ſunt à *magnitudine*, & floris *colore*, in alijs albo, alijs purpureo: ac tandem à *caule*, quo aliæ carent, aliæ præditæ ſunt: *Sic illo*. Alij in *Hortenſem* & *Sylueſtrem* diſtinguunt.

Spinam albam à nonnullis Carlinam exiſtimari, & ſexu in *marem* & *fœminam* diſtingui ſcribit Apollo.

Naſcitur in montibus altis, locis deſertis, ac ſecus vias, Iulio ſue & Auguſto floret.

Caulifera apud Germanos frequentior: Copioſam verò reperimus Nos prope Blaumontium, vnde in hortum S. P. Montbelg. tranſtulimus. *Plura in ſequentibus*.

CARLINA SYLVESTRIS QVIBVSDAM; ALLIS Atractylis: Germ. & Belg. *Drey Diſtel*.



Non ineptè, ait Dodonæus, Carlina ſylueſtris inſcribitur; nam flore Carlinã æmulatur, nec folijs valde diſſimilis. *Atractylidem* & *Carthamum* ſiue *Cnicum Sylueſtrem* vocarunt Tragus & Lonicerus. *Atractylidem mediam* vt & *Atractylidem vulgarem* Geſnerus; *Colum ruſticam* & *Fuſum agreſtem* nonnulli: *Theophraſti* ... Cluſius, Lobelius, Cæſalpinus, Dodonæus & Hiſtoria Lugd.

Hanc plantam vidimus Baſileæ extra muros ad portam *Steinen*, florentem Auguſto: ac copioſam etiam Montbelgardi, in colle iuxta S. P. hortum & alijs locis: *Sech...* cur à nonnullis vocetur *in Appendice* declarabimus.

CARDVVS CARLINA MINOR SYLVESTRIS Cluſij, flore luteo.



Nuſquam hanc inueniebat Cluſius, quam in aridis petroſiſque & deſertis circa Salmanticenſem vrbem locis, vbi Auguſto florebat.

Carlina Sylueſtris Varietas Lobelio: *Carlina parua* Cluſi. Camerario: *Carlina ſylueſtris minor* Dodonæo, Ponæ in Baldo, & Tabernæmontano.

Cæterùm nomen obtinuit *Carlina* à Carolo magno primo eius nominis Romanorum Imperatore, cuius exercitus à peſte, Angeli monitu, olim præſeruatus & liberatus huius radice fertur. *Carlinam* quaſi *Cardinam* ſeu: *Cardinam* dici volunt alij.

De Carlinâ plura in Appendice.

ATRACTYLIS VETERVM, ATRACTYLIS VERA flore luteo.




Ex radice parua, non nihil obliqua, *caulis* promitur ſingularis, firmus, ſubhirſutus, medullâ candidâ farctus; *folijs* alternatis veſtitus, atrouirentibus, neruoſis, in profundas & acutas lacinias diſſectis, nullo donatis pediculo. Supremus caulis in alas aliquot receſſit, quarum extrema occupant *capita* foljoſis longis mordacibus ſquammis compacta. Flores flammei, lutei in pappos reſoluuntur.

Lugduni frequens eſt & ſpontanea, & circa Geneuam; Germanis verò & Belgis hortenſis. Serò autem floret & ſemen maturat.

Atractylidis nomen inde habuit, quòd eâ antiquæ mulieres pro fuſo vterentur; ἄτρακτος enim fuſum ſignificat. *Plura in Appendice.*

SPINA LVTEA, SCOLYMVS THEOPHRASTI, Eryngium luteum Monſpelienſium.



Iis nominibus à Scriptoribus traditur. vocaturque etiam Eryngiũ Vegetij; vnde etiam Angu... Eryngium Vegetij eadem eſt plãta cum Scolymo Theophraſti.

Lutea ſiue citrina dicitur, quia flores qui inter folia comoſa reſident, aureo colore fulgent. Paſſim circa Monſpelium prouenit, Veréque floret, ac interdum etiam Æſtate & Autumno: Montbelgardi in S. P. horto Nobis ex ſemine prouenit: In Creta verò, teſte Bellonio, vbique ſpontè prouenit, & vocatur *Aſcolembres*:

Vidimus Rauennæ & Anconæ in foro venalem: germinantis enim antequam caulescat, radice & folijs vtuntur, tum crudis tum coctis.

HACVB SIVE SILYBVM QVIBVSDAM.



Primo Vere Aſparagos protrudit, quos incolæ ſecant, noſtratiúmque in modum coquunt ac comedunt. Tota planta Carlinæ noſtrati apprimè ſimilis eſt. Maior tamen eâ, altioréque erigit *ſcapum*; cui in ſummo *Capitula* inſident ſpinoſa; ex quibus *floſculi* emicant rubelli.

Rauvvolfio deſcriptionis authori, dicitur *Hacub Serapionis* & *Silybum Dioſcoridis*.

Circa Halepum prouenit, locis arid is & aſperis. Radix infuſa potaque nauſeam parit & vomitum.

CNICVS; CNECVS; CARTHAMVS: Ger. *Wild Saffran*: Gall. *Saffran baſtard*: Ital. *Saffrano Sarraſineſco.*



Tereti ſurgit *caule* ſingulariſque Carthamus, qui ſuperiùs in ramos diuiditur. *Folia* per caulem ramóſque, indigeſta, neruoſa, glabra, breuibus ſpinulis per ambitum donata, ſeſcunciam aut duas vncias longa, vnciam ferè lata, in acumen deſinentia, anguſtâ ceruice ramis adhærent. Ramorum extremis inſident *Capita*, inter folia, ſquammata: à quibus *flores* explicantur ſtamineo ſaturo croceo rubore tincti. *Semen* pappo adhæret oblongum, album, medullâ dulci albâ.

Differentiæ nullæ à Dioſcoride annotantur, niſi quod ait ſemine conſtare interdum candido, interdum ruffo. Meliùs verò in *Syluestrem* & *Domeſticum* diſtinguunt Theophraſtus, Plinius & Meſue.

CNICVS, SIVE CARTHAMVS, FLORE cæruleo.



Huius meminêre Camerarius, Tabernæmontanus & Lobelius, tom. 1. Obſeruat. in Icon. Plant. Tum etiam habet Cluſius qui ſuſè deſcribit. Flos autem in illo luteus eſt, vt præcedentis; ſed ... ſtaminibus cærulei coloris conſtat. Circa Cordubam in ſegetibus inuenit Cluſius: Nos verò Montbelgardi in S. P. horto habuimus, eodem tempore cum altero florentem.

Vulgaris ſiue *luteus* varijs locis in hortis & agris ſeritur, vt fuſiùs in *Appendice* declarabimus; ibidem de eius *loco*, *tempore*, *ſatu*, *cultu*, *temperamento*, *viribus* & *varijs appellationibus* pluribus actum.

ERYNGIVM: Germ. *Brackendiſtel, Manſtreuw*: Gall. *Panicaut, Chardon à cent teſtes*: Ital. *Eringio.*



Eryngium vulgare quod hîc pingimus, *radice* perquàm magna nititur, minimi digiti craſſitudine, candidâ: *caulis* ſtriatus, albicans, cubitum aut ſeſquicubitum longus, medullâ fungoſâ albâ plenus, in crebros ramos circa ſummum diuiditur. *Folia* lata, ferè glauca, rigida, ſæuis ſpinis vndique minantur, profundè laciniata, eorúmque laciniæ conſimiliter ſubdiuiduntur. *Echinis* exhertimi, virgæ paſtoris æquales ferè, inter mordaces ſpinas *flores* proferunt albicantes, apicibus concoloribus donatos, quibus ſubiecta in orbem folia ſtriata, longiuſcula, mucrone & marginibus ſpinoſis. *Flora in ſequentibus.*

ERYNGIVM CÆRVLEVM.



Eryngium hoc cæruleum à vulgari nobiſcum diſtinguunt ſolo floris colore Matthiolus, Anguillara, Caſtor & Geſnerus de hort.

An Eidem in Append. Eryngium impropriè vocatum *Roſa Hierichuntis*?

Lobelio in Aduerſ. dicitur Eryngium montanum cæruleum, non recipiendum pro Dioſcorideo.

Cæſalpino Eryngium aliud cacuminibus cæruleis, quod in monte Auerno Apennini *Spinam S. Franciſci* vocant; Camerario hort. Eryngium totum cæruleum in montibus Allobrogum: Ad Hiſtor. Matthioli Germ. Eryngij aliud genus cæruleo flore, in Auerno Apennini tractu proueniens.

Vidimus *Nos* in varijs hortis, Argentinæ, Eſlingæ, Stutgardiæ, & alibi.

ERYNGIVM PVSILLVM PLANVM MVTONI.



De hoc ſic ſcribit Lobelius: Rarò, inquit, ruri vel in hortis apud Belgas viſitur, *folijs* quàm Dipſacus longè minoribus & anguſtioribus; *cauiculis* dodrantalibus & pedalibus, anfractuoſis & diuaricatis: in quorum ſummo & ſecundum longitudinem, *flores* minores quàm campeſtris Eryngij. *Radix* Craſſitudo aut Aſparagi.

Creditur porrò Eryngium ex rei natura nomen contraxiſſe: ab eructatu ſcilicet quē Græci ἐρύγγειν dicūt: quia ſi qua forſan capella caulem ſurculúmve Eryngij præciderit atque deglutierit, totus ſtatim grex, relicto paſcendi ſtudio, velut attonitus ſubſiſtit, donec Eryngium ructu Capra reiecerit, vel paſtor ex eius ore abſtulerit.

ERYNGIVM PLANVM LATIFOLIVM; CAPITVLO rotundo paruo: & flore albicante.



Frequens hoc naſcitur in pratis ad Danubium ſupra & infra Viennam ſitis, vbi Iulio floret Spontaneum etiam habent Sileſiaci montes, & in hortos illatum facilè etiā prouenit. Vt Nos Montbelgardi in S. P. horto etiam vidimus florens Auguſto & Septembri: vetuſtate autem flores in cæruleum declinant.

Vires & facultates Eryngij quod attinet; calefacit eius radix, ſed mediocriter tenuium, meatus diducit, menſes & vrinas mouet, arenulas ex renibus & veſica pellit, & Veneris ſtagnantes prouocat. Quæ autem ſint eius *Differentiæ*, & *varietates*, tum ex antè dictis tum ex mox dicendis patet.

De varijs appellationibus in *Appendice*.

ERYNGIVM ALPINVM PERVENVSTVM.



Plurimum eſt capitum *radix*, pollicaris, & terram verſus contuſa. *Folia* prima plùs quàm cubitalibus nixa pediculis, Calthæ paluſtris, eodem modo propter pediculum falcata, ſed mucrone acutiore, per ambitum ſerrata: alia per caules ad ramorum diuaricationem laciniata, & profundè inciſa cærulea, potiſſimùm ſuprema, quemadmodum caulis ipſe cum ramis. *Echinus* magnus, oblongus, denſiſſimo crebertimorum aristarum ſúmque cæruleorum fulcrorum echinum ſuperantium vallo obſepti.

Abundare obſeruauimus in monte *Thuiri* propè Geneuam, vbi floret Iulio. Satum Montbelgardi in S. Reborum fœliciter prouenit.

ERYNGIVM MARINVM.



Radices huic longiſſimæ, circumquaque profundè ſpargentes, ſapore aromatico. *Folia* nihil aut perparum laciniata, ſe èro vnda, latiora tamen vtcunque quàm longiora, craſſa nec ſpiſſa, albicantia vel glauca, vti tota planta, mordacibus rigidis ſpiculis armata. *Caulis* cubitalis, valde ramoſus. *Capita* verò extremis ramulorum inter pungentia folia ſedent, *flores* prominentia albidos, *Semina* duo incluſa, quæ, cùm ſpinis vndique ſint obſeſſa, vix impunè exemi poſſunt.

Hoc Venera littora vndique refecta ſpectantur. Nec tantùm in calidiorum Regionum, ſed etiam in Septentrionalium & frigidiorum maritimis frequens ſponte naſcitur. Habetur etiam in hortis.


CARDVVS STELLATVS, SIVE CALCITRAPA; Germ. Vvallen-diſtel: Gall. *Chauſſetrappe*: Ital. *Calcatreppole.*



Cubitum & ſeſquicubitum altus eſt; *caulis* anguloſus, ſubhirſutus, alis multis nonnaunt. *Folia* ſatis mollia, pedem aliquando longa, aliquantùm incana, profundè in lacinias rotundiores diſſecta. *Capitula* extremis hærentia ramulis glabra, Cyani capitulis æqualia, ſingulis ſquammis in vnciales & ſeſeunciales rigidas & mordaces ſpinas deſinentibus, vt radiatam ſtellam imitari videantur. *Florum* ſtamina purpurea, raritis alba. *Semen* lubricum, paruum oblongum. *Radix* pedem longa, digitum craſſa, mollis, ſuccoſa & albeſcens.

Calcitrapa nomen obtinuit, quia non manibus, ſed calcibus atteritur. De loco, tempore & viribus in *Appendice.*

LEVCACANTHA VETERVM, CARDVVS, vel ſpina Solſtitialis.



Spinam vel *Carduum Solſtitialem* nuncupant vulgò plantam hanc Botanici, & nonnulli Leucacantham. Ea autem in frequentes ramos diuaricata eſt: *caule* gracili, bicubitali, albido tomento vndique obſito, membraniſque paſſim ſecundum longitudinem apteris alato. *Folia* ad Cyani folia accedunt, albicantia, hirſuta. *Capitula* Cyani etiam capitulis æqualia, longis, rigidis, luteis ſpinis, è ſingularum ſquammarum mucrone natis, infeſta. *Florum* ſtamina lutea, quæ tandem in pappos euaneſcunt. *Radix* longa & lignoſa. Monſpelij abundat ſponte & floret Autumno. *Plura in Appendice.*

ACARNA.



Differt *Acorna* ab *Acarna*: *Acarna* ſiquidem, vt Heſychius ait, *δαφνὴ εἶδος*, laurus eſt: ſed *Acorna* *ἀκανθώδης φυτόν*, id eſt ſpinoſa ſtirps. Videtur verò Theophraſto Acarnæ genus quoddam eſſe Atractylidis. Acarnæ ſpina pro folio eſt, inquit, Cneco ſimilis vrbano, culnta tantùm a tuſſo, pingui ſucco.

Acarna Theophraſti, vt ſcribit Anguillara, in Illyria inuenitur, & copioſè in Inſula *de Leſena* prouenit, ſpinis luteolis, in cæteris tota alba, tamia pluribus, floribus luteolis ex paruis echinis, ſemine ſimili Cnico, coloris cineraſcentis, & eſt annua planta. Nos qualem à Val. Dourez habuimus, hîc pingimus.

ACARNÆ SIMILIS CHAMÆLEON Salmanticenſis Cluſij: Germ. *Spaniſch Eberwurtz.*



Ortu, folio, & tota facie Acarnæ admodum affinem eſſe hanc plantam dicit Hiſtoria Lugdunenſis. Salmanticenſi verò agro admodum frequentem eſſe Cluſius: ac florem Iulio edere, ſemen verò Auguſto maturare.

Dodonæo Lat. dicitur *Chamæleon niger Salmanticenſis*: Tabernæmontano in Icon. & Hiſtoria *Chamæleon Hiſpanicus Cluſij.*

ACARNÆ AFFINIS LEO FEROX.



Hunc totius Acanacei generis facilè phœnicem, *Leonem ferocem* dixere Nuperi, à ſpiculis & infeſtiſſimis ſpinis: Nihil enim aliud è foliis altiùs diuiſis & capitulorum quàm ſpicula & vepres, vnciam & ſeſcunciam longas, videas. *Cauliculus* vix palmum æquat: *flos* Cnici ſylueſtris, pallidus, ſpinis & aculeis ſæuientibus horridiſque cinctus. Lobelius.

Leo & Carduus ferox dicitur Lobelio, Tabernæmontano planta eſt rara & vix nota in Italiæ aridis quibuſdam collibus, ab Apennino non admodùm diſſitis, proueniens.

ACARNÆ SIMILIS CARDVVS POLYACANTHVS; *Leon di cardi Maſchio* Caſabonæ.



Pulcher eſt hic Carduus, ac bicubitalis circiter: cu[illegible] tum *caulem* rotundu[illegible] [illegible] & læuem, tum [illegible], [illegible] *folia*, quæ supernè [illegible] viroreſplend[illegible], [illegible] verò tomento [illegible] candicante obſita, morda[illegible] armant flaueſcentes *ſpinæ* [illegible] quæ ex interuallis [illegible] aut quaternæ, rarius que ſingulares, ex neruis in eas deſinentibus exporriguntur. *Semen* paruum, oblõgum, lucidum, nigricans: *Capita*, vt & caulis, rami & folia rigidis ſpinis obſita Montbelgardi in S.P. horto Nobis ex ſemine prouenit.

CARDVNCELLVS MONTIS LVPI.



Statim è *radice* ſimplice complura naſcuntur *folia*, duas vncias aut palmum longa, rigidula, in lacinias ſpinoſas, ſemunciales, longiuſculè diſtantes, diuiſa, Cardui [illegible] foliis ſimilia *Caulis* vt plurimùm nullus, aliquando ſeſquipalmaris, foliis paucis minoribus veſtitus, breui lanugine ſubhirſutus, caput grande in cacumine [illegible] oblongum, rigidis, neruoſis ſpinoſiſq; ſoliis obſitum, quibus *ſquamma* oblongæ & innocentes [illegible], *pappum* continentes, quem *flos* purpureus marceſcens relinquit.

ECHINOMELOCACTOS LOBELIJ: MELOcarduus echinatus Hiſtoriæ Lugd.



Carduum hunc Indicum [illegible] mus Baſileæ apud C. Bauhinum. De eo verò hæc tradunt Lobelius & Pena in Aduerſ. Miræ raritatis & venuſtatis, inquiunt, eſt Carduus, quem ſponte è luxu noui Orbis Inſulæ nec duæ, ac præſertim ea quæ D. Margarethæ ſacra eſt, vnde reducem Nauclesi Angli attulerunt. Videtur autem hic quaſi quidam Naturæ [illegible] ex Pepone, Melone & Carduo coaluiſſe, : eóque Nos *Echinomelocactum*, ſiue Melo-carduum echinatum ſignatâ magis quàm receptâ Nomenclaturâ, vocauimus, &c.

CARDVI PARVI GENVS.



Pulchellus eſt hic Carduus, longiuſculâ, ſed gracili, *radice* nixus, à qua *caules* ſurgunt aliquot, tenues, palmares & altiores, in ramos diuiſi, per quos *foliola* vncialia, culmum lata, ſpinulis per margines donata, ſubhirſuta. *Capitula* extremis ramulorum hærentia, inter reticulatos pinnatorum foliolũ cancellos concluſa, Cyani capitulis ſimilia, ſed minora.

Eſt autem hic Carduus, prout à Nobis viſus, haud multò maior ipſa Icone. Habuimus inter Valerandi Dourez plantas.


NANA, ANANAS, YAYAMA. Icon Acoſtæ.



Quibuſdam locis, vt [illegible] rum Indicarum perhibent Scriptores, naſcuntur hi fructus ſponte: at quibus cultura acceſſit, longè ſunt [illegible] ſuauiores, & culturis beneficium abundè compenſant. Primò autem virides ſunt, maturatione demum aureum colorem acquirunt, cum [illegible] dica quadam rubedine [illegible] tùs tamen perpetuò [illegible] ſunt, & ſectioni facili[illegible] peruij: odoris fragrantiſſimi & ſaporis qualis mali Perſici bene maturi, ac delicato guſtu fructus alios omnes longè ſuperantes. Quidam Melonis ſunt magnitudine. E[illegible] autem, referente Maffæo, Planta humilis [illegible] è ramis veluti Pinea nucamenta dependent, præmollia, &c. [illegible] *viſu ad latus ſequentis [illegible] pollis*

EIVSDEM

EIVSDEM EXOTICI FRVCTVS
Icon Linſchottani.



Creſcit humi, ait Linſch. incumbens herbæ aſperæ & expanſæ, Azenar, ſeu Semper vino Hiſpanico, haud abſimilis, quoad folia. Vulgaris eſt per vniuerſam Indiam, & magnæ apud Incolas exiſtimationis Minimè autem inter Scriptores conueuit, vtrū calidus ſit vel frigidus. & an crudus ſalubris ſit ac gratus, necne; fauces excoriare perhibent plærique, & calidum atque humidum eſſe: atque etiam ſi medius ſecetur, & partes denuò coniungantur, vnius quo diei aut noctis ſpatio cultellus in eo relinquatur, inuenitur abſumptam totam eam partem quæ in vulnere hæſit. Saccharo conditus aſſeruatur.

ANANAS SYLVESTRIS FOLIO ALOES,
fructu cupreſſino.




Altius hic aſſurgit, *brachiimque* habet haſtæ magnitudine, leuem admodum, craſſam ſatis, ac ſpinis horridam. *Folia* etiam ſpinoſis cuſpidibus prædita, & per ambitum mollibus ſpinis ſepta. atque ad Aloes folia accedentia: *flos* flaueſcit, *fructus* Cupreſſinos ſtrobilis æmulus.

Arabes, authore Acoſtâ, qui fusè deſcribit, *Queura* vocant, Perſæ *Ananaſa* & *Angali*.

Capitum autem teneriora folia edunt, Carduuſque ſapiunt. Succum verò commendant Arabes ad iecoris & renum calores, purulentaſque vrinas & Diabeten.

AIZOI AQVATICI FACIE EXOTICA
planta: Ananas.



Cluſius eandem hanc Iconem ex Lobelio aſſumpſit, vt & Nos, ac illi hæc adſcribit: Qui ex Iaua anno 1599. redibant Nauclerii *Ananas* fructum Saccharo conditum reportabant, & eius plantæ germinis virentis admixta, quorum Iconem hic ſubiiciendam curabam: eratque is fructus ſuauis, &c. Folia antè videram ex Guinea delata, Aizoi aquatici foliis non valde diſſimilia, minus tamen craſſa & in ambitu ſerrata ſiue dentata.

CARDVVS EX MADAGASCAR INDIÆ.



Non fructus eſt, inquit Cluſius, ſed elegantiſſimi cuiuſdam Cardui caput, lectum in magno illo Inſulæ Madagaſcar ſinu, in quo Hollandi, primâ ſua Nauigatione, & aquam & alia ad victum neceſſaria comparabant, aliquot diebus iſtic hærentes, antequam Iauam pergerent. Vnicum porrò huius Cardui caput repertum in ligneis capſis à Naucleris relatis; nullúmque illi nomen additum, ſed ſcheda tantùm indicans in iam dicto ſinu lectum fuiſſe.


De *Tetralice*, *Crocodilio*, *Carduo Colochierni* dicto, & *Lincoſti Herba*; quæ ad hanc Claſſem pertinent agemus in Appendice.

CLASSIS XXV. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ
STIRPIVM
CLASSIS XXVI.

CORYMBOIDES VEL CORYMBIFERÆ, ET MINVTIORA CAPITA ferentes, aliæque nonnihil ſimiles.

OTHONNA: TAGETES INDICVS: FLOS Aphricanus: Germ. *Indianiſch Nägelin*: Belg. *Thunis bloemen*; Gal. *Fleur de Rome*; It. *Garofano Indiano*.



STriatos producit *caules*, dodrantales circiter, intus fungoſos, alis aliquot concauos. *Folia* Tanaceto ſimilia, pinnata, ex quinque aut 8 coniugationibus, impari extremo, eorumq; odor vitiosus & grauis. *Flores* extremis ramis hærent, ſingulares, ex calyce turgido oblongo, ſimplice foliorum ordine radiati, colore ex flauo ferrugineo, holoſericeam telam imitante. Medium obtinent *ſtamina* numeroſa, ſtaneutia, quibus appenduntur *ſemina* tenuia, oblonga, nigra. *Radix* breuis, fibroſa.

Cùm porrò Tagetis aliquot obſeruentur Differentiæ à magnitudine, flore & loco deſumptæ, Nos *Minorē flore ſimplici* hic pingimus.

OTHONNA, TAGETES, FLOS AFRICANVS; Tagetes maximus flore ſimplici.



FLos huic ſimplici contentus foliorum agmine, ſed multis numeris maior, ex luteo palleſcens, ac aliquo minùs amœnus quàm minoris ſimplicis. In foliis & alijs partibus haud magna diuerſitas.

Trago dicitur *Caryophyllus Indicus maximus*: Cæſalpino *Flos Indus vulgò, Othonna Dioſcoridis & Plinij*. Tabernæmontano & Gerardo *Flos Africanus maior flore ſimplici*.

In Africa plæriſque locis ſponte prouenit Tagetes, atque inde primùm allatus, cùm Imperator Carolus V, celebri illa apud Tunetum potitus eſt victoria, *Africani & Tunetani* cognomen obtinuit. Hodie verò in plærisque omnibus culturibus hortis habetur.

OTHONNA, TAGETES; FLOS AFRICANVS, flore maximo multiplici.



Humanam proceritatem aliquando ſuperat, *caule* ſecto rigidóque: *flores* lutei pallidi, innumeris ſtipati foliis, tantâ amplitudine vt vulam manus contegant.

Othonna maior polyanthos Lobelio: *Caryophyllus Indicus flore multiplici* Geſnero; *Flos Africanus maior polyanthos* Tabernæmontano. *Tanacetum Africanum maius flore pleno* C. Bauhino.

Seritur in hortis, & habetur etiam in fictilibus & arculis, ſpectaculi gratiâ. Nobis Montbelgardi in S. D. horto creuit ad humanis proceritatem.

Cæterùm excalefacit & ſiccat Tagetes, abſtergit & aperit: venenoſæ deleteriæque facultatis haud prorſus expers. Plura in Appendice.

CHRYSANTHEMVM, CALTHA, CALENDVLA, Ger. *Ringelblumen*; Gall. *Soucy*: It. *Fior di ogni meſe*.



Calthā nobilitauit aureus ſplendor *florum*: ij enim auro ſaturatiùs ruffeſcit, Chryſanthemi ſegetum formâ: non tamen, vt illud è ſquammoſo Capitulo, ſed è calyce [illegible] fido hirſuto, prodeuntes [illegible] rati, diſco luteo vel fuſco [illegible] *mine* relicto [illegible] ci, granulis quodam [illegible] aſperato. *Caules* tenues [illegible] nihil anguloſi, hirſuti, [illegible] ctu viſcidi. *Folia* ling[illegible] mâ ſine pediculis, ob[illegible] pinguia, hirſuta, incana, [illegible] primùm herbaceo, & [illegible] pòſt calidiuſculo. *Radix* [illegible] goſa.

Eius autem vari[illegible] *Differentiæ*: ex quibus [illegible] pingitur quæ vulgatior [illegible] flore ſimplici.

CALTHA VEL CALENDVLA FLORE PLENO.



Nandum conſtat, et etiam enontauit Turnus, quo nomine *Caltha* à Græcis fuerit appellata: difficile enim eſt reperire ex profeſſo factam aliquam de ea mentionem, tametſi apud Dioſcoridem in capite de Chryſanthemo nonnulli legant, *Chryſanthemum, aut Caltha, nonnulli Buphthalmos, &c. Indicabunt Dicti.*

Calendula dicitur Latinis, & *Fior di ogni meſe* Italis, quoniam ſingulis menſium Calendis florere conſpicitur. Germanica appellatio ab intorto & in circulum acto ſemine deſumpta eſt. Gallica ab eo quòd ad ſolem circulariter nutat. *Monachi* verò *caput* vocarunt nonnulli à forma quam habet capitulum quod flore decidente relinquitur.

CALTHA, SIVE CALENDVLA PROLIFERA.



Flos interdum alios paris in ambitu matre minores, è pediculis orientes longioribus hirſutis. Iſque interdum maximus eſt, plenus, volam manus ferè implens, & ſub eo rudimenta parua aliorum florum.

Cæterùm Caltham *Leontopodium* eſſe voluit Manardus, *Herbam paralyſeos* Matthæus Syluaticus; *Clymenū Dioſcoridis* F. Columna: *Chryſanthemum & Buphthalmum eiuſdem Dioſcorides* Dalechampius in Plinium: *Scorpiuron* nonnulli. Sed cognomines, & eos etiam qui Heliotropium nuncupant, in magno errore verſari in Hiſtoria noſtra magna oſtendimus: Tolerabilius ab aliquibus dicitur *Sponſa & amica Solis*, utpote quæ cum eo expergiſcitur, & crepuſculis ſopita occubat.

CALTHA, SIVE CALENDVLA MINIMA.



Coliculos emittit unciales aut breuiores, tenues: quorum ſingulis *floſculus* inſidet Calthæ, exiguus, luteus, ex calyce folioſo viridi. *Folia* Linariæ, anguſta, ſemunciam longa. *Radix* ſimplex, tenuis, coliculo longitudine par.

Natales Calthæ quod attinet, prouenit ea paſſim ſpontè Monſpelij in agris & hortis, toto anno florens, ac etiam Hyeme. Parmæ, Patauij, Lugduni, Baſileæ, Geneuæ, & alibi obſeruauimus abundare in hortis, *flore ſimplici & pleno*, & florere Iunio, Iulio, Auguſto, Septembri & Octobri. *Proliferam* Montbelgardi habuimus in S. P. horto.

De viribus in Appendice.

CHRYSANTHEMVM VETERVM: CHRYSANthemum maius, folio valde laciniato.



Chryſanthemum, aut Caltha, nonnullis Buphthalmus, ait Dioſcorides, tenuis quædam herba eſt, ſed fruticis ſpecie, quæ lęues profert *caules*, *folia* multifida; flores melinos vehementer ſplendentes, velut oculum in orbem circumactum, quare ita nominata eſt. Naſcitur circa ciuitates. *Sic ille.*

Chryſanthemi autem nomine variæ donantur Plantæ. *Anthemiſia, Iacobæa marina, Chamæmelon inodorum, Chamæmelum aureum peregrinum, Chryſocoma, Heliochryſon. Ranunculus dulcis*, &c. Multorum autem doctorum iudicio *Chryſanthemū*, quod ab aureo florum colore ſic nuncuparunt Græci, noſtra eſt *Caltha* vel *Calendula*,

CHRYSANTHEMVM CRETICVM.



Antè pictum noſtrū Chryſanthemum, cuius *Icon* ex Fuchſiana eſt, nec admodum placet, vidimus varijs in hortis Tiguri apud Geſnerum, Tubingæ apud Fuchſium, & Patauij in horto publico.

Lacuna dicitur *Chryſanthemum & Caltha*: Tabernęmōtano & Hiſtoriæ Lugd. *Chryſanthemum Matthioli*: Anguillaræ *Chryſanthemum in Italia, ac præſertim in Hetruria; & in horto Patauino, notiſſimum.*

Hoc verò ſemine è Creta miſſo natum, à Cluſio pingitur & Creticum inſcribitur. An Hon. Belli Chryſanthemum *peruſtum*, quod à ruſticis editur.

CHRYSANTHEMVM FOLIO LATO SERRATO.



Hocce ex Patauino horto habuimus. Cæterùm ex antè traditis Dioſcoridis verbis, & eo quod Plinius eadem de Buphthalmo tradit, quæ de Chryſanthemo ſeu Calthe ille habet: non deſunt qui credant *Buphthalmum* & *Chryſanthemum* vnam & eandem eſſe plantam. At manifeſtis notis magnum inter illas plantas deprehenditur diſcrimen. idque optimè animaduertit Dioſcorides, qui diuerſis libris, diuerſiſque capitibus, de ijs ſpeciatim agit. Chryſanthemum Matthioli, quod nulli reclamante notâ, cum Dioſcoridis Chryſanthemo conueniat, inſcribimus Nos *Chryſanthemum ſegetum*,


CHRYSANTHEMVM FOLIO MINVS SECTO, glauco: Chryſanthemo ſegetum affine.



Plurimùm cum Chryſanthemo ſegetum cõuenit hocce, vt ex eorũ inter ſe inuicẽ collatione facilè apparet. *Flos* enim ſquammato calyci viridanti inſidet aureus, Chryſanthemi, diſco granulato concolori: *radix*, *caulis*, *ſapor*, idem: *Folia* verò glauco Cerinthes aut Glaſti colore, et longa, pinguia, læuia, atque haud multùm laciniata. *Figura* noſtra, quæ ex Fuchſianis eſt, minimè in omnibus placet.

Segetes frigidiorum tractuum Galliæ, Germaniæ, Angliæ & Belgij hoc ſequens, ſtatim per meſſes Cererem oriente, in regionibus æſtiuis ſatis. Quidã etiam in hortis habent, vt Tubingæ olim Fuchſius.

CHRISANTHEMVM PARVVM, SIVE BELLIS lutea parua latifolia.



Perſimilis eſt Bellidi maiori, cuius *folia* habet, vt: verum etiam longa, ſerrata, eodẽ ordine per *caulem* diſpoſita, qui ſingularis, pedalis, ſubhirſutus: ſummóque vertice *florem* gerit vnicum, paulò iam dictæ Bellidis minorem, radiatis in orbem foliis ſaturatè croceis, vmbonem ſtamineum eiuſdem coloris coronantibus, quę obuerſâ parte ſuffulciũt *folia* pallidè virentia, ſubhirſuta. *Radix* breuis, gracilis, multifida.

Ex Italia Nobis miſſa fuit hæc planta, quam, quouſq; commodior illi inueniatur locus, hic ponimus.

CRITHMVM MARINVM, III. MATTHIOLO: Chryſanthemum littoreum quorumdam.



Suffrutex eſt marinus, ſtatim ab ipſa *radice* multos emittens ſtolones, ſubito altiores, rectos, robuſtos, teretes, rubentes: per quos *folia* denſiſſima, vnciã longiora, anguſta, craſſa, tereta, glabra, acri, ſalſuginoſo aromaticóq; ſapore prędita. ſtolonum ſcapi in folioſos ramuſculos finduntur, quorum ſingulis inſidet *flos* maiuſculus, luteus, in pappos euaneſcens.

Tabernæmontano dicitur *Aſter Atticus marinus*: Camerario in Epitome Vittaria.

Florens vidimus Monſpelij apud Lacus ſalſos & mare, florens Auguſto: Bononię in horto S. Saluat. & Pforſhemiæ in horto D. Gerenningeri.

HERBA MAXIMA, SOL INDIANVS: Germ. *Sonnenblum*: Gall. *Tourneſol*: Ital. *Pianta maſſima*.



Caule eſt ſingulari, brachij craſſitudine, in aut 12. pedũ in noſtris hortis altitudine, vicenũ verò & quatuor in in ſolo Hiſpano. Incondita per hunc *folia*, Cacaliæ formâ, non item magnitudine, quippe ſpithamam aut ſeſquiſpithamam longa, haud multò anguſtiora, acuminata, aſpera, hirſuta, in ambitu ſerrata, pediculis longis hęrentia. Summum caulis faſtigiũ *florem* ſuſtinet vorcum nonabundum, orbiculatum, Heleni facie, ſed tam amplum vt facilè pedem in diametro habeat, foliis auri colore luteo micantibus, medium obſidentibus: *diſco* plano, lato, aphyllo, innumerorum ſeminum latorum, fuſcorum alborumúe oblongorum, compreſſorũ, fœcunditate fa[illegible], Radix fibroſa, nec tantum promittere auſa germen.

HERBÆ MAXIMÆ, SOLISVE INDIANI, alia Icon.



Eſt huius generis quædam ſpecies minor, ſed quæ florũ magnitudine paruitatem cõpenſat. In Italia namq; 24. flores in vna planta, & plures in Hiſpania, ſunt qui obſeruarint, Nos decẽ in Germania vidimus. Variat præterea magnitudine foliorum & caulis altitudine, imò & florum colore, qui interdum albus, & eorũdem etiam magnitudine & ſeminum numero, ſiquidem tantæ amplitudinis aliquando flos obſeruatus, vt ſemina 2362. contineret.

Sic ſatis ex dictis conſtat quàm iuſte Herbæ maximæ nomen plantæ huic fuerit inditum. De eius aliis appellationibus, natalibus & viribus in Appendice.

HELENIVM, ENVLA CAMPANA: Ger, *Alant*, *Alantvvrtz*: Gall. *Aulne*: Ital. *Enola*.



Inſigniter grandeſcit Helenium, ad trium quatuorúe cubitorum proceritatẽ: *caule* recto, canaliculato, villoſo, ſubrubente, aliquot alis effecto. *Folia* nullis interuenientibus pediculis cauli adnaſcuntur, Verbaſci latioris, incana, lanuginoſa, per ambitum crenata. *Flores* odorati, ſed obſcurè, Buphtalmi effigie, ſed multis numeris maiores, aureo fulgore comãtes, quibus ſquarroſum ſubeſt latius *Capitulum*, *Semen* cõtinens gracile & oblongum. *Radix* notandæ craſſitiei, foris fuſca, intùs alba, ſapore aromatico, acrimoniã cum nonnulla amarore admixta. *Plura* *Appendices* conſulat Lector.


HERBA MALVCANA ACOSTÆ.



Caulis huic duos 3. 4. aut 5. cubitos longus, tenuis, tener, concauus, ac, niſi pergulis ſuſtineatur, humi ſerpit, multos ramos ſpargens, qui ſubtrahendo *radices* agentes, breui temporis ſpatio magnum locum occupant. *Folia* magnitudine & formâ ad Sambuci folia proximè accedũt: *flores* ad Chamæmelinos, & vt hi, crocei ſunt.

Toto anno viret & luxuriat: ac diligenter in omnibus Indiæ prouinciis, & præſertim in Malucа, diligenter colitur, magnóque in pretio habetur, quòd vlcerũ & vulnerum omnium præſentaneũ & certiſſimum ſit remedium.

BELLIS: Germ. *Maſſlieben*, *Zeitloſen*: Gall. *Marguerite*, *Paſquette*; Ital. *Margaritte*.



Diſtinguitur vulgò Bellis in *Hortenſem* & *Campeſtrem* ſiue *ſpontaneam*: & vtraque rurſus in *Maiorem* & *Minorem*: Súntque, vt ex ſequentibus patebit, variæ aliæ Bellidis *Differentiæ*.

Minor ſylueſtris ſpontaneá quam hîc tradimus, prouenit paſſim in pratis, & paluſtribus compluribus locis: Vernis, floret menſibus, & nonnunquam etiam Autumnalibus. Accedit autem ea plurimùm in plæriſque omnibus ad Hortenſem de qua mox. Nec placet noſtra Icon, ex Fuchſianis & empiricis: malè enim picta folia, & malè pictæ radices: nec illi caulem erant adpingendi. Meliorem fortè in *Appendice* proponemus, vbi *de Bellide in genere*.

BELLIS HORTENSIS; SIVE FLORE multiplicato.



Crebris eſt in orbem fuſis *foliis*, Piloſellæ, pinguiuſculis, nonnihil crenatis, aliàs integris, hirſutis, ſapore adſtringente: inter quæ *pediculi* oriuntur palmares, tenues, ſubrubẽtes, hirſuti: qui *flores* ſuſtinent albos purpuraſcentéſve, medio luteos, Anthemidis modo. Aliàs verò numeroſa foliorum luxuries vmbilicum obumbrat: colore vel albo vel rubro, vel in ambitu rubro in medio albo, vel alternatim, vel viridi, quâ denique fors tulit, temerè verſicolore varietate ſociorum commendabilis.

BELLIS HORTENSIS, FLORE MVLTIPLICATO; ſiue prolifera.



Non contenta Bellis hortenſis fibroſæ radicis repta ſe propagaſſe, è flore ad margines nouam ſobolem, haud aliter atque in Caltha prolifera, ſufficit: ſed matre vt par eſt, minorem.

Candidi floſculi, ait Tragus, qui multiplices culturâ euadunt, niſi citiùs carpantur, ex ſe alios generant, ita vt ex vno capitulo, ſeu, vt ita loquar, primi floris cerebro, quatuor aut quinque alij erumpant, quâ in re naturæ fœlicitas & mira vis Nobis commendatur.

Abundat autem Bellis vulgò in hortis: Vernis & Autumnalibus menſibus floret.

BELLIS SYLVATICA MINOR.



Radix huic etiã fibroſa, ſed craſſior quam in vulgari minore Bellide. *Folia* maiora, oblonga, per extremum rotunda, & in ambitu nonnihil ſerrata, hirſuta, ſubinde et ã ſubrubentia, longo pediculo donata. *Cauliculi* ex radice nudi aliquot exeunt, dodrantales aut pedales, ac etiam maiores. *florem* ſinguli vnicum ſuſtinentes, Bellidis maioris, ſed paulò minorem, foliis radiatis albis, diſco luteo.

Bellidem mediam inſcribũt Tabernamõtanus, Lobelius, Cluſius, & C. Bauhinus.

Cæterùm *Bellidis minoris vires & temperamentum* quod attinet, calidam & ſiccam facit Fuchſius, frigidã & humidam Dodonæus, temperatam quoad frigus & ſiccitatẽ Tragus. *Plura ad latus ſequentis Figura.*

BELLIS MONTANA MINOR.




Seſquicubitali eſt *caule*, eóque ſimplice & indiuiduo: *folia* terram proximè multa ſemuncialia, per extremũ ſubrotunda, ſerrata, longis pediculis nixa: alia verò per caulem alternata, gramineа, vnciarum circiter duarum longitudine, ſubinde crenata. *Flos* ſummo cacumini inſidet vnicus, maiuſculus, Bellidis pratenſi maior, albus, diſco luteo, capitulo ex ſquammis nigricantibus compacto.

In montibus prouenit, ſqualidis & incultis locis.

Vulnerariam autem herbã eſſe Bellium apud omnes in confeſſo eſt: eſtque potiſſimũ in capitis vulneribus vtilis. Succus etiam herbæ vtiliter à vulneratis bibitur, & inde illi inditum Conſolidæ nomen. Folia recipiuntur inter olera.

Bellis maior : Germ. *Genſeblum*.



Fibroſa *radice* reptat, *caules* emittens plures, dodrantales & altiores, quadratos, nonnunquam in alas diuiſos. *Folia* oblonga, pinguia ſerrata, ſubacri ſapore. Flores Buphthalmi aut Pyrethri, vmbilico luteo, folijs in ambitu albis, odore nullo excellēte: foliolis calycem habent fimbriam nigricantem.

Bellidem maiorem & Bellium maius inſcribunt Dodonæus, Lobelius, Tabernamontanus, Cæſalpinus & reliqui plærique omnes.

Plurimis locis abundat in pratis, & floret potiſſimùm Iunio & Iulio, totáque interdum Hyeme viret.


Bellidis maioris alia icon.



Bellidis maioris Icones noſtræ ex emptitijs ſunt, & melius pingi potuiſſent. Cæterùm temperatam habere in calidiate & ſiccitate tradit Tabernamōtanus. Pota, vel emplaſtri modo applicata, vulneribus & rupturis plurimùm eſt vtilis: & , ſi Lobelio credimus, eadem poteſt quę Bellides, eodem modo vſurpata, Menſe Februario ab Italis editur in acetarijs.

Bellidem minorem, Conſolidam minorem Officinarū, & Primulam Veris Tragi, inſcribit Lobelius in Aduerſarijs.

Anthemis, ſiue Chamæmelum : Ger. *Chamillen, Camomillen* : Gall. *Camomille* : Ital. *Camomilla*.



Anthemidum genera multa eſſe dicit Theophraſtus. Sic multa etiam habet Dioſcorides: ſed tria illi præcipua, *Leucanthemon* quod flore albo eſt: Eranthemon, id eſt Vere florēs, & *Chamæmelū*, ſic dictum quia Pomi odore eſt.

Multas etiam *Differentias* conſtituūt Recentiores. *Vulgare* autē Nos hic pingimus *Chamæmelum*, paſſim in ſegetib. proueniens, quod pro Dioſcoridis & Galeni Leucanthemo Anthemide recipit Matthiolus. Anthemida eſſe Vulgo & Officinis notam ſcribit Cornarius. Et Nos Dioſcoridis deſcriptioni, quā ad verbum ſecutus Plinius, reſpondere arbitramur.

Chamæmelum Romanum, Chamæmelum odoratiſſimum repens, flore ſimplici.



Vulgare Chamæmelū antè pictum tenui fibroſaque, nec altè defixa, nititur *radice*. *Caules* tenues, dodrantales, recti, *foliis* veſtiuntur Cotulæ tenuioribus, odore exiguo, ſed ſuaui. *Flores* in ambitu albi, quorum folia vmbonem apicellis luteis conſtantem radiati circumſtant.

Hoc verò non Vulgare recto aſſurgit *caule*, ſed in terram proclíuos multos fundit *radix coliculos*, paulò breuiores: *foliis* veſtitos habitioribus, vegetiori amabili odore præditis. *Flores* non multùm abſimiles Chamæmeli vulgaris floribus, radiatis albis foliolis vmbonem luteum coronantibus.

Abundat circa Tiberim nō longè à Roma: vt & in herbidis aridis miliari vno ab vrbe Londino. Alibi in hortis colitur.

Chamæmelum Romanum ſiue nobile flore multiplici.




Eadē huic odoris fragrantia quę iam dicto nobili Chamæmelo, nec foliorum forma aut creſcēdi modus multùm diſſimilis. Verùm *flores* qui ibi ſimplices albi vmbonem luteum poſſident, hic multiplici foliorum fœturā vmbonē occupante luxuriāt.

Circa Aureliam ſpontè naſci fertur: in ſtructioribus hortis aliàs familiaris, in principali Montbelgardenſi noſtra curā etiam abundans.

Secus paluillos, thoros & ambulacra inſeritur: ſitq; ex huius floribus & ſucco ſyrupus ad hydropem & vtrumque Icterum optimus: ac vſus præcedentis idem.

Chamæmelum aureum peregrinum, capitulo ſine foliis.



Chamæmelum Chryſanthemū Dodonæo Gal. Chryſanthemum luteum Tabernæmontano. Chryſanthemum nudum odoratum Gerardo. Lobelio & Penæ, ac etiam Hiſtoriæ Lugd. Anthemis Chryſanthemos. De hac planta ſic ſcribunt Aduerſaria: Chryſanthemos Anthemis dicta, aiunt, vmbellis aureiſve bullis, folij facie odore & ſapore, Romanæ Chamomillæ eſt, ſed magnitudine vincitur, nullíſq; foliolis radiatim cingitur eius vmbo prominulus; vſus non diſpar.

Spontè non prouenit, ſed magnā diligentiā in Germaniæ, Belgij & Angliæ hortis colitur.

CHAMÆMELO AFFINE BVPHTALMVM ITALICVM Segetum, altiſſimum.



Simplicibus eſt *caulibus*, per quos folia diſſeminata, Chamæmeli lutei quorumdam, ſeu Buphtalmi Matthioli, aſpera vuſcula. *Flos* in faſtigio vnicus, tam dictâ Buphtalmi flori æqualis, radiato in orbem ſimplice foliorum candidorum agmine conſtans, *vmbilico* luteo. Pforzhemij vidimus cum flora Maio & Iunio menſibus. Tam altè autem in Italia aſſurgit, vt ſegetes etiam ſuperet. Differt verò à Cotula Fœtida, ne quis fallatur.

CHAMÆMELVM CHRYSANTHEMVM QVORVMdam: Buphtalmum multis.



Caulibus cubitalibus & maioribus, teretibus & incanâ lanugine obductis, pluribus propter terram ſubeuntibus, ex lignoſa *radice* obliquè exortis, ramoſis, *folia* adnaſcuntur iiſdem lanuginoſa, Millefolij, denticulata pinatâ, multo minora, odore Chamæmeli. In ſing. loru ramorū faſtigio *Flos* vnicus Chryſanthemi. Calyce eius inſidet in ceno, & Chryſanthemi inſtar ſquamoſo.

In aruis, inter Auenæ & Tritici ſegetes naſcitur, eaſdemque eſt vitium. Sponte etiam ſecus vias & ad margines ſatorum prouenit: ac colitur etiam in hortis. Iiſdem pollet facultatibus quibus odorata Chamomilla.

CHAMÆMELVM PVRPVREVM.




Folijs, ramis & capitulis reliquis Chamæmeli generibus grandius & amplius eſt hoc Chamæmeli genus, & foliorum quæ capitula ambiunt orbe purpureo decorum: *floſque* priuſquam dehiſcat, cortiſoſo compactilique inuolucro coërcetur. In aſperis locis prouenit.

Rara eſt hæc planta & pauciſſimis nota, *Anthemis Eranthemos* Hiſtoriæ Lugd. dicta: C. Bauhinus in Phyt. *Adonidem* 3. nominat.

Cæterùm Geſneri, Tabernæmontani, & alterum doctorum iudicio, *Chamæmelum noſtrum vulgare*, quod Chamomillam, *Camomillam* & *Camamillam* vocant Officinæ, *verum Veterum eſſe Chamæmelum* odor & vires eædem oſtendunt.

CHAMÆMELVM INODORVM, SIVE COTVLA non fœtida.



Radice eſt ſatis craſſâ, multis adnatis fibris capillatâ, foliorum & florum facie Cotulæ fœtidæ admodum ſimile, vt ab ea ſolo narium iudicio diſcerni poſſit.

Varijs locis prouenit inter ſegetes, Majóque & Octobri floret, odore imbecillo aut nullo, vnde *Chamomillam fatuam* vocant nonnulli: Fuchſius Buphtalmum eſſe aſſerebat, ſed magno errore, vt rectè notat Dodonæus.

Vires & facultates eædem quæ *Chamæmeli vulgaris*, cuius *radices folia* & *herba* moderatè excalefaciunt, digerunt, rarefaciunt, laxant, flatus diſcutiunt, & ad varios affectus inſignes præſtant vſus: vt norunt Practici & Seplaſiæ.

CHAMÆMELVM FOETIDVM, SIVE COTVLA fœtida.




Si fœcundum nacta ſolum fuerit *fœtida* officinarum *Cotula*, parum abeſt quin ad duos cubitos ſe porrigat, *ramis* multis alis crebris concauis: in quibus *folia* Chamæmeli, teouiter inciſa, odore abominabili; *flores* Chamæmeli vulgaris, albi, radiati. *Radix* fibroſa, digitalis craſſitudinis.

Varijs locis paſſim abundè prouenit, & floret Maio & Iunio, atque etiam Octobri. Baſileæ ad fluuium *Birſe*, vt & qua itur *Krentzach*, nec non intra & extra vrbem, inter portam cinerea m & portam lapideam

Cynam, *Cottam*, & *Cotam* inſcripſit Lacuna, *Cynoboranem* & *Cynanthemin* nonnulli, *Cotulam fœtidam* plerique omnes. Errant verò qui *Plinij Parthenium* eſſe cenſent.

CHAMÆMELVM FOETIDVM MAXIMVM, SIVE Cotula fœtida maxima.



Cotulæ fœtidæ maximæ *caules ramique* ſtriati ſunt & ſubrubentes, lanuginéque alba veſtiti, vt & *folia* quæ candicantia & minutijs diſſecta: *flores* candidi, eorum foliolis vmbilicum luteum ambientibus.

Cæterùm calidam & ſiccam eſſe Cotulam fœtidam odor ſapórque demonſtrant. Tuſa emplaſtri modo vulneribus impoſita, illa glutinat & perſanat. In ſuffocationibus vteri odorata & ſuffitu, vel fotu & inſeſſu, remedio eſt. Sed illius odor capiti obeſt. Eam verò Apibus ſummè aduerſari norunt Appiarij & Mulierculæ Apiarij: itaque cùm alueària caſtranda ſunt, vel ſæuientium Apium cohibendi ſunt impetus, eam ſecum geſtant, vaue manus fricant.

Nobis abſentibus Figura falſa hîc fuit appoſita.

BVPHTALMVM : Germ. *Rinds aug :* Gall. *Oeil de bœuf :* Ital. *Occhio de bue.*



Buphtalmon, authore Dioſcoride, teneros emittit *cauliculos*, & quodammodò tenues: *folia* Fœniculi, *Flores* melinos, maiores quàm Anthemidis, oculorum ſimilitudine, vnde & herba nomen traxit. In campeſtribus & circa oppida naſcitur. *Sic illa*, à quo non multùm euariant Plinius & Galenus.

Buphtalmi autem nomine variæ danātur Plantæ, *Chryſocheme*, *Chamæmelum inodorum*, *Chamæmelum fœtidum*, *Chamæmelū Chryſanthemū*, *Elleborus tenuifolius*, *Bellis maior*, *Caltha*, & duæ proximè ſequentes: ea quibus ea quæ hîc pingitur à Tabernamontano & Gerardo, pro vero & legitimo Veterum habetur millefolio: vulgò verò *Buphtalmum tenuifoliū millefolij folio*, inſcribitur.

BVPHTALMO TENVIFOLIO SIMILE CHRYſanthemum Valentinianum Cluſij.




Valentiæ regno ad aruorum margines, iuxta ſemitas, repertum eruebat Cluſius, nuſquam alibi ipſi obſeruatum. Florebat [illegible] Martio.

Plurimùm autem à Narbonenſis Prouinciæ Buphtalmo differt, de quo hæc tradit Lobelius. Buphtalmum tenuifolium Narbonenſium, ſtrigoſis Gallo Prouinciæ & Narbonenſis Galliæ prouenit: *floribus* radiatis luteis, Buphtalmi: & *folia* Anthemidis vulgaris, ſiue Cotulæ non fœtidæ, minutis, nonnihil incanis: *radix* [illegible] æquat, *cauliculi* pedales &c.

Buphtalmi flores, authore Dioſcoride, cum Tritico triti, œdemata & duritias diſcutiunt. Cæterà exigui vſus eſt hæc planta.

FLOS ADONIDIS : Germ. *Adoniſt Roſslein :* Gall. *Fleur d'Adonis ;* Ital. *Fior di Adone.*



Eſt radice digito minimo tenuiore, albâ, rectâ: *caules* ſurgunt pluribus alis donati, ſtriati, tubulo anguſto perforati. *Folia* Nigellæ citrinæ glabra, ſubacri guſto. Flores in extremis ramulis Chamæmeli. Semina tanquam in racemulum congeſta, denſè farcta, acuminata.

Papaueris erratici ſpeciem facit Turnerus: *Eranthemū* eſſe volunt alij: negat verò Turnerus, atque cum eo Lobelius in Aduerſ. *qui cum doctis plurimis Anemonem eſſe* aſſerit. Dodonæo Gall. & Tabernæmōtano dicitur *Chamæmelum purpureum*: Gerardo *Cotula fœtida*: Horto Luſitano *Adonium purpureū*; *Plura in ſequentibus.*

FLORIS ADONIDIS, SIVE ADONIJ alia Icon.



Eximiæ pulcritudinis florem iſtum, vulgò *Adonidis*, vel *Adonium* vocatum, non eſſe Eranthemum ſed Anemones ſpeciem, oſtendunt, flores punicei, intenſo cruore ſaturati, & aliquantùm nigricando lucidi. *Folia*, *Caules*, *Rampulli* & *Radices* Cotulæ, aut Anemones Mōſpelienſis, & ſemen in puſillis oblongis, Ranunculi longioribus faſtigiolis, Aſparagi primùm pullulantis, vt ſignāter monuit Dioſcorides in *Anemone*, tota guſtu, ſubacri &c.

Nos duas *Icones* ponimus ex emptitiis quia iſ ſculptæ erant, licèt exiguum ſit inter illas diſcrimen. Melior pluſ Tertia mox apponenda.

FLORIS ADONIDIS ICON ADHVC ALIA.



Spontè frequentiſſima eſt, ait Cluſius naſcitur inter ſegetes, non mudò in Gallia Narbonenſi; ſed etiam per vniuerſam Hiſpaniam, ac etiam in Auſtria & Morauia. Vidimus Nos in agris florentem Aprili inter Monſpeliū & Nemauſum, Baſileæ florentem Maio in ſegetibus, quā itme Dornacum. In hortis verò coluimus Lugduni, Genæuæ & Montbelgardi.

Adonium calidum & ſiccum in ſecundo gradu facit Tabernamontanus: Camerarius commendat ad calculum: & nullius in Medicina eſſe vſus tradit Dodonæus, & voluptatis tantùm gratiâ in hortis coli.

PARTHENIVM, MATRICARIA : Germ. *Metram, Mutterkraut :* Gall. *Matricaire :* Ital. *Matricaria.*



Eſt aliquod Parthenium *Helxine* dictum, de quo minimè hîc agitur. Quæ autem plāta hodie *Parthenium Veterū* repreſentet, lis eſt inter Authores: quidam enim Dioſcoridis *Chamæmelum nobile* id eſſe aſſerunt, alij *Cotulam fœtidam*, alij *Athanaſiam Tanacetum dictam*, alij *Mercurialem* & alij *Arthemiſiam*, *Lappaream* Plinius: plurimi verò *Matricariam* vulgarem quam Nos hîc pingimus.

Perquàm fibroſâ *radice* nititur: caules ſurrigens cubitum vnum aut alterum altos, ſtriatos, medullâ fungoſâ refertos, & in multiſ alas diffuſos. *Folia* Artemiſiæ, multis laciniis diuiſa, ex viridi luteola, odore graui, ſapore amaro. *Flores* in medio melini, foliis exterioribus candidis, Chamæmeli modo,

MATRI-

MATRICARIA FLORE PLENO.



Matricariæ vulgari per omnia ſimilis eſt, *flore* excepto, qui in hac confertiſſimis foliis multiplex.

Seritur hæc in hortis, quemadmodum in S. P. horto Mōtbelgardi noſtrâ curâ copioſa habetur. Flores authore Camerario, ardi terræ mandari, ſemine iam maturo, plantas plurimas ferunt, Frequentior verò præcedens flore ſimplici, quam *Vulgarē* vocant: ea enim non ſolùm variis in hortis prouenit: ſed naſcitur etiam in ſepibus, ſecus veteres muros, & locis gaudet ruderatis. Floret Iunio & tota Æſtate.

MATRICARIA ODORATA TABERNÆMONTANI: Ger. *Wolrieckend Mettram*, *Spaniſch Megdblum.*



Huius meminit Tabernamontanus; apud quem tamen præter figuram & nomina nihil habetur. *Artemiſiam tenuifoliam odoratam* vocat, & *Matricariam Hiſpanicam*, ac Medicis & Herbariis *Argentinam* dici ait.

Excalefacit tertio ordine, ſiccat verò ſecundo: abſtergit, expurgat, aperit, & quæcunque amara poſſunt, fœliciter præſtat. Adverſus uterinos affectus non parum confert, menſes remorantes ciet, ſecundos & mortuos educit fœtus, eius decocto epoto, vel in balneo incocta, vel etiam cataplaſmatis modo pubi impoſita. Facit & ad ſuffocationes vteri.

PARTHENIVM INODORVM; SIVE Achaouan Ægyptiorum.



Herba eſt Chamæmelo proxima, quæ tamen non adeò alta extollitur, ſed parum ſuprà latiùs expanditur: *foliis* Parthenij, minoribus ac denſioribus, *floribúſque* Chamæmeli florum æmulis. Herba ſaporis odoriſque expers percipitur, ſed flores odorē grauem perobſcurúmque ſpirant.

Ægyptij porrò, quibus & hæc planta patria eſt, Alpino authore, florum foliorúmque decocto vtuntur in Ictero & viſcerum obſtructionibus.

PARTHENIVM ΣΜΙΚΡΟΦΥΛΛΟΝ MYCONI;



Herba hæc ſeſquipalmaris eſt altitudine: *radice* paruâ, lignoſâ, candidâ, partim fibratâ: ex qua *cauliculi* exſurgunt aliquot rotundi, ruffeſcentes: in quibus, infimâ præſertim & terræ proximâ parte, *folia* ſunt tenuia, fœniculacea, foliis Abrotoni ſimilia, vt nuum omnino magis ſimile non ſit. In ſummis cauliculis vmbellæ; & in his floſculi multi, albi, compacti, quales in vulgari Millefolio cernuntur. Plantæ ſapor amarus eſt & odor grauis, vt in vulgari Parthenio ſiue Matricaria.

TANECETVM, ATHANASIA: Germ. *Rheinfarn*, *Wurmſot*: Gall. *Tanaſée*: Ital. *Tanaceto.*



Tanaceti cùm nonnullæ, vt ex ſequentibus patebit, ſint *Differentiæ*, Nos *vulgare* hîc pingimus. Id autem in ſatis magnam adoleſcit pro ceritatem, duorum cubitorum & altius *caulibus* teretibus, nō nihil ſtriatis & hirſutis, medullâ albâ fungoſâ plenis: *folia* ex viridi in flauum vergentia pennata, per ambitum crenata, coſtæ mediæ adnexa, odore vehementia, ſapore amaro. Summos *caules* occupant corymbi latei, Chamæcypariſſi minores, è ſolis ceu *ſtaminulis* compoſiti, quæ in ſemen tandem abeunt, per maturitatem nigreſcens; radix longè lateque repit.

Spontè variis locis prouenit, ſecus vias, in aggeribus ſecus agrorum margines, & hortorum ſepimenta, ac in ipſis etiam hortis.


TANACETVM CRISPVM; SIVE CRISTATVM, flore luteo, Anglicum.



Cui Tanacetum vulgare notum, ei magis obuia *criſpi Tanaceti* cognitio quàm herba. Eſt quippe hoc rarius, quoad reliqua vulgari iam deſcripto ſimile, ſed foliis elegantiſſimis, crebriùs inciſurâ diuiſis, ſegmentis frequenti argutiùs crenatorum marginum flexu reflexúque criſpis, criſtas caſtrenſes imitatur, odore grauiore, ſapore amaro.

Cabillonij & Lutetiæ vidimus in hortis: ac ipſimet etiam habuimus, tum Montbelgardi in S. P. horto: tum Rhodanni, in eo qui amplis D. d'Orges ædibus, iuxta forum, adiacet, ac quem per annos aliquot inibi coluimus. Floret Iulio & Auguſto.

TANACETVM ALBVM, MONTANVM, inodorum.



Radix huic craſſa, nigra, fibroſa, cui cõplures fibræ adnatæ: *caules* cubitum & ſeſquicubitũ alti, hirſuti, ſtriati, alis concaui. *Folia* Tanaceti, pinnata, inferné hirſuta, ſupernè glabra, atrouirentia, odore nullo, ſapore adſtringente. *Flores* Bellidis maioris, ſtellati, candidi, vmbone flauo.

Tanacetum inodorũ inſcribunt vulgò Botanici. Tabernæmõtano & Camerario dicitur *Tanacetum Leucanthemum*: Hiſtoriæ Lugd. *Athanaſia Leucanthemos*, quam quidam *Vehnam* (*Athnam* alij) albam *Auicennæ* eſſe volunt.

Prouenit in editis ſyluis & montibus humilioribus, Pannoniæ & Auſtriæ præſertim. Maióq; floret & Iunio.

TANACETI ALBI MONTANI INODORI, alia Icon.



Quum Figura ex Fuchſianis antè picta non placeret, aliam ex Cluſio hîc ſubijcimus: cuius Tanacetum inodorum idem cum noſtro ſtatuimus.

Cæterùm Tanaceti temperamentum & vires quod attinet, in ſecundo ordine calidum eſt & ſiccum, lumbricos pellit, ventris dolores ſedat, ſudores elicit vrinam prouocat, dolores veſicæ lenit. Succus cum Oleo roſaceo ſpina ante acceſſionem illitus, febrium rigores tollere fertur; rimáſque & fiſſuras pedum & manuum ad miraculum curat idem ſuccus. Reliquas radicis, foliorũ & florum eximias vires ex Hiſtoria noſtra magna petendas relinquimus.

CHAMÆCYPARISSVS, SANTOLINA: Ger. *Cypreſkraut*: Gal. *Cypres*, *Garderobe*: Ital. *Santolina.*



Non iniuriâ inter ſuffrutices quis hanc connumerarit: Ex *radice* enim lignoſa virgulta cubito altiora emittit, lignoſa, tenera, lanugine incana: in quibus *folia* vncialis circiter longitudinis, cana, minutim denticulata, odore medicamentoſo, & cũ quadam ſuauitate graui, ſaporéque partim acri partim amaro. Singulis verò ramulis ſinguli inſident *flores* Tanaceti, lutei.

Cypariſſum *Santolinam* vocant Recentiores, & *Abrotanum fœminam* Scriptores plurimi: Abrotanum tamen fœminam eſſe negant nonnulli, ac præſertim Anguillara. *Vnguentariæ* nomine donarunt alij.

CYPARISSI SIVE SANTOLINÆ alia Icon.



Duplicem facit Cypariſſum Dodonæus in Hiſtor. Gall. *quintuplicem* verò in Hiſtor. Lat. *Triplicem* Lobelius. *duplicem* Cluſius. *Duplicem* etiam Nos obſeruauimus: præter enim iam propoſitam, aliam vidimus, cui minora folia, ſed maioris denticulis incisa. Et hæc quam hîc pingimus, odore minùs graui eſt prædita.

Nemanſenſibus vinetis & patentibus campis, aliiſque Gallo-Prouinciæ maritimis locis fruticat plurima: Maio & Iunio florens. Satiuam verò vidimus Monſpelij, Patauij, Ferrariæ, Bononiæ, Baſileæ, Lugduni & Geneuæ.

Santolinæ ſemen, authore Dodonæo, guſtu eſt amarum, ſiccúmque & calidum tertio ordine.

MILLEFOLIVM: Germ. *Garben*; *Schafrip*: Gall. *Millefeuille*; Ital. *Mille foglio.*



A foliorum pluralitate & multiplici diuiſura, *Millefolij* nomen aſſumunt multæ Stirpes, *Achyllea*, *Sideritis* & aliæ. *Stratiotes* verò ſiue *Militaris* nomen ab eo habet Millefolium, quòd inflicta vulnera ſanet, ac proinde Militibus maximè ſit vtile.

Stratiotes autem millefolia diſtinguitur vulgò in *Aquaticam*, de qua ſuo loco, & *Terreſtrem*, quàm hîc pingimus.

Hæc, ita deſcribente Dioſcoride, puſillus eſt frutex, palmi circiter altitudine, habẽs *folia* pulli pennis ſimilia. Sũt autem foliorum exortus breues admodum, & crebris diuiſi. *Surculos* in cacumine gerit exiguos, in quibus *vmbella*, in modum Anethi. *Flores* parui candidique.

MILLEFOLIVM ALPINVM INCANVM, flore ſpecioſo.



Palmaris eſt plãtula, *radicula* ſimplici, ruffa, ac penè nigrã: è qua *folia* prodeũt duas aut tres vncias longa, tenuiter pinnata, tomentoſa, longiuſculis aut ferè vncialibus pediculis hærentia. *Cauliculi* tomentoſis item prædictis ſimilia quoq; hærent *folia*, ſed aliquantò minora, breuioribúſq; pediculis donata. Eorum verò ſummitatibus *flores* inſident quinque aut ſex, ſquammati, corymbati: ſquãmæq; fuſcis venis inſignitæ, in illis conſpicuæ, florẽ ſpecioſiorem reddunt.

In Valeſiæ montibus legimus aliquando: præcedens autem & vulgare, eodẽ Dioſcoride authore, naſcitur in agris ſubaſperis, ac præſertim ſecus vias. Eſt porrò id flore albo vel ſubpurpureo, floréſque à Iunio in Septembrem vſq; Et eſt *Album* in pratis & agris plùs quàm notiſſimũ: aliud verò ſubrũ paſſim inter ſegetes, ac iuxta arnorum, pratorum & hortorum margines reperitur.

MILLE

MILLEFOLIVM TOMENTOSVM LVTEVM Monſpeſſulanum vel Narbonenſe.



Dodrantalis eſt herba, radice craſſâ, durâ, repente, cum fibris Hellebori æqualibus. *Caules* verò emittit plures, rectos, ſatis robuſtos, in quorum cacumine denſæ micant *florum* vmbellæ, Millefolij vulgaris teretiſtis, aureo tum foliorum, tum vmbilici colore fulgentes. *Folia* per caliculos tomentoſos, Millefolij ſtratiotis, ſed multò minora, minutiúſque incîſa, incano villo pubeſcentia.

Hoc inter Nemauſum & Valentiam obſeruauimus, floret Iunio. Gerardo dicitur *Stœchas citrina*.

MILLEFOLIVM ALPINVM, CVI AFFINIS Iua moſchata montana Rhæticum.



Alpinum Millefolium mihi in ſiue ſtratiote minus eſt, paulò paluſtri longiùs, *foliis* conſimilibus: ſed vmbellâ in *caulis* faſtigio minore. cuius tamen *flores* ſingulares quadruplò quintuplóue maiores, folijs in ambitu radiatis, magnis, albis, apicibus in medio luteis, ex *Capitulo* ſquamoſo, nigricante, fimbriato. Planta eſt aliquantulùm hirſuta.

In peregrinatione noſtra Rhætica inuenimus in monte prope Vreſen. An Clusij Pannonicum?

MILLEFOLIVM CRETICVM.



Hoc Baſileæ vidimus florens Nouembri, in horto D. Zuingeri, in quo creuerat ſemine ex Creta per inſignem Botanicum Honorium Bellum miſſo.

Millefolij vires & facultates quod attinet: Eximij, authore Dioſcoride, vſus eſt ad profluentem vndecunque ſanguinem, vlceráque tum vetera tum recentia, atque etiam fiſtulas. Idem etiam tradunt Galenus & Recentiores: quod verò Millefolio, ſanguis è naribus elicitur, id aſſ tactu contingit. Adſtringens itaque exiccatoria & vulneraria eſt herba. Radicem & folia commanducata dolorem dentium mulcere aiunt.

ACHILLEA MILLEFOLIA ODORATA: Germ. *Edelgarb*, *Reinfahrn*: Gall. & Ital. *Achillea*.



Millefolio terreſtri cognata eſt *Achillea*, *virgis* fruticans aliquando ceciubitalibus, & nonnunquam palmaribus ſtriatis. *Folia* Millefolij vulgaris, ſed latiora, breuiora, multifida. *Vmbellas* fert corymborum Millefolij iam dicti, foliolis candidis medium orbem aureum cingentibus. *Radix* lignoſa.

Solum in arvo edito amat pingue & læuem, eiuſmodi in Italiæ Romano & Thuſco agro. Reperimus inter Nemauſum & Valentiam florentem Iunio, vt & inter Baſileam & *Hagenot* ac Mömpelgardi & Geneuæ in horto habuimus toto anno virentem. Vires autem eædem, quæ Millefolij. *Plura in Appendice*.

AGERATVM, HERBA IVLIA; Germ. *Kunigundkraut*. Gall. *Ageratum*: Ital. *Herba Giulia*.



Hoc quia verum & genuinum Dioſcoridis Ageratum vulgò inſcribitur, eius deſcriptionem hic adponemus.

Ageratum, inquit, fruticoſa eſt herba, ſimplex, humilis, palmi altitudine aſſurgens: Origano maximè ſimilis. Vmbellam gerit, in qua flos bullis aureis emicat, Helichryſo minor. Nomen ei inditum eſt, quoniam diutiſſimè flos in ſua coloris ſpecie conſeruatur.

Naſcitur in montibus, copioſè circa Monſpelium: ac ſeritur à quibuſdam in hortis, odoris cauſſa, Iulióque & Auguſto flores. Calidam autem & ſiccam eſſe ex odore & ſapore amaro arguitur vnde etiam *Dioſcorides*, vis decocti eius fetuida &c. *Plura in ſequentibus*.

AGERATVM PVRPVREVM DALECHAMPII.



Radice eſt breui, capillata, ſubflauâ: folijs paruis, numeroſis circa radicem ſparſis, Agerati folijs ſimilibus: cauliculis plurimis per ſaxi crepidines pendulis, ſaxúmque aulæorum inſtar ornantibus & contegentibus: *floribus* violæ, purpureis, copioſiſſimis, ac ſuauiſſimè olentibus: & *ſemine* eandem minuto, in oblõgis veſculis.

Copioſam obſeruauimus in montibus *Saleua* & *Thoiri* Geneuæ vicinis. Quidam *Moſchatellinam* vocant.

Dioſcoridis autem Ageratum, *Eupatorium Meſues* inſcribunt Authores plerique omnes. *Herba Iulia* denominationem habet à Iulio menſe, quo florere incipit. *Plura in Appendice*.


AGERATVM FERVLACEVM EIVSDEM Dalechampij.



Herba eſt cubitalis, *caulibus* ſatis robuſtis, ſtriatis: quos *folia* ornant tenuiter, Chamæmeli modo, diſſecta, quæ quò magis ſuperiora verſus tendunt, eò ſunt minora, minutiúſque inciſa, inferiora nimirum palmo ſunt longiora, Ferulaceis proxima. *Caulis* faſtigium in pediculos frequentes abit, atque in ijs incompoſiti *flores* vmbellam mentiuntur, Iacobææ floribus ſimiles, ſed minores, tandem in pappos faceſcentes. *Radix* longiuſcula, mediocris craſſitudinis, fibrata.

Parum frequens eſt, teſte Lobelio, niſi in celſioribus Calcaris & Horti Dei Narbonenſium montium iugis, vbi Iulio & Auguſto floret.

HERBA DE LA ROTTA.



Fundit ex *radice caulas* dodrante minores, glabros, per quos *folia* alternatim poſita cernuntur, *Agerati* folijs ſimilia, vnciam longa, anguſta, in ambitu ſerrata, glabra, guſtu aromatico & amaro, Tanaceti ferè. Coliculorum *faſtigia* in vmbellas quodammodò abeunt *flosculorum* Millefolij alpini floribus minorum, folijs albis apices circumſtantibus, ex capitulis quæ *ſquammis* nigris lineis pictæ componitur.

In Pedemontio & alibi dicitur *Herba rotta*. & abundat in Pedemontij valle *di Lanzo*, & in *valle S. Fidei Pataunerum*.

Lac concretum & ſanguinem diſſoluit, atque ad pleuriticos abſceſſus, & multa alia, commendatur.

MENTHA CORYMBIFERA, GRÆCA, ROMANA, Sarracenica, ſiue Coſtus hortenſis.




Obliquas agit *radices*, Menthæ radicibus pares, teretes, à quibus *fibræ* demittuntur multæ. *Caules* cubitales & ſeſquicubitales, ſtriati, hirſuti, ramoſi, & herbaceo colore palleſcentes *Folia* Lepidij, eiuſdem cum caulibus coloris, ſerrata, ſatiùs laciniata, odore intenſo Agerati, ſapore vehementer amaro; Summis ramis inſident *corymbi* aurei, Tanaceti,

Menthæ Græcæ, Romanæ, vel Sarracenicæ nominibus donata hæc Mentha à reliquis Menthis toto genere diuerſa eſt, ideoque ab illis ſeparanda fuit.

Hortenſis eſt, & paſſim in hortis colitur, Ianuarióque, Februario, vel Martio in calidioribus locis floret.

MENTHÆ SARRACENICÆ SPECIES, FLORE Anthemidis.



In Pyrenæis montibus locis frigidis maximè prouenit iuxta fluenta: vix alibi; floretque Iulio & Auguſto menſibus. Eam carnium iuribus incoquunt, ad ſaporis gratiam.

Calida autem & ſicca exiſtimatur in ſecundo ordine Mentha corymbifera: & *auctore Matthiolo*, excalefacit, ſiccat, aperit, attenuat, roborat, abſtergit, prouocat, veteri affectibus auxiliatur & hydropicis medetur: ſoffitu ſerpentes fugat, & tota ſubſtantia eorum venenis reſiſtit. Semen, non ſecus ac Santolinæ, lumbricos expellit, & ventris tineas. *Plura in Appendice.*

PTARMICA: PYRETHRVM SYLVESTRE: Germ. *Wilder Bertram*: Gall. *Herbe à eſternuer*: Ital. *Ptarmica.*



Ptarmica, ait Dioſcorides, frutex eſt paruus, habens ſurculos paruos (tenues,) multos & teretes, Abrotono ſimiles. circa quos *folia* ſunt oblonga, Oleagineis proxima, multáque: ac in cacumine *capitulum*, vt Anthemidis, paruum, rotundum, acri odore ſternutamenta ciens, vnde etiam *nomen* accepit.

Valent folia cum floribus illita ad delenda ſub oculis ſugillata, flores autem ſternutamenta efficaciſſimè monent. Naſcitur in montoſis ſaxoſiſque locis: *Sic ille*. Naſci verò prætereà circa agrorum & pratorum margines locis vmbroſis; ac etiam in hortos transferri, à Neotericis obſeruatum. Flores Æſtate. *Plura in Appendice.*

DRACVNCVLVS HORTENSIS, SEV TARCHON: Germ. *Dragancel*: Gall. *Targon*: Ital. *Dragoncello.*



Fruticoſa promit dodrantum cubitorum & ampliora *virgulta*, dura, gracilia, nonnihil anguloſa, inenodatis ramis diuiſa: *folijs* primordijs tibus toduis, ubi verò adoleuit, folijs onuſta Lini folijs æqualibus, atrouirentibus, ſplendidis, omnis diuiſionis ignaris, ſapore acri, ſubdulci tamen, & aromatico. *Corymbi* eo ordine per ſummos *ramos* quo in Abrotano: apiculis *florum* vix conſpicuis, quos *ſemen* excipit acroſum. *Radix* longa, craſſa ſatis & perennis.

In hortis colitur, præſertim verò & copioſiſſimè Londini & in Italia, ac ſæpius ramuliſquàm ſemine ſeritur, totáque Æſtate viget.

Valentes excalefacit atque ſiccat, incidit, digerit, aperit & prouocat. *Plura in Appendice.*

HELICHRYSVS, HELICHRYSON, ET HELEIOCHRYſus, Germ. & Gall. *Helichryſon:* Ital. *Helichryſo.*



De Veterum Helichryſo, & varijs quæ eo nomine circumferentur Plantis, agemus in Appendice.

Pro vero autem Dioſcoridis Helichryſo exhibetur hodie planta quam hic pingimus. *Caulibus* eſt rectis, robuſtis, cubitalibus, per quos & ramos ſunt *folia Abrotoni*, denſiſſima vbi primùm erumpit, tenuiſſimè diſſecta, breuia, hirſuta, nonnihil albicantia. Flores ſummis hærent ramulis, lutei, Chamæmeli florum effigie, odoris vehementis. *Radix* dura & lignoſa.

Aſperis, incultis & deſertis locis, macilentis conuallibus, & ſurculoſis collibus, copioſè naſcitur in calidioribus regionibus, ac coluitur etiam in hortis. Floret Auguſto.

HELICHRYSVS TRAGI, FOLIIS LINARIÆ, corymbis luteis, ſemine nigro.




Hanc plantam *Linariam tertiam* facit Tragus: *quartam* Lonicerus. *Linoſyrin Nuperorum* Lobelius in obſ. *Oſyridem Auſtriacam* Cluſius: *Oſyridem pur. vreocæruleam* Gerardus. Linariam aureum quidam.

Arenoſis, humectis & incultis locis, ac apricis agrorum limitibus, naſci ſcribit Tragus. Prouenit & in hortis, vt Nos varijs in locis obſeruauimus, & Montbelgardi in S. P. hortum ariam colimus. Flores Auguſto & Septembri.

Huic vt & præcedenti eaſdem adſcribunt vires & facultates cum ijs quas ſuo Helichryſo tribuebant Veteres, de quibus in Appendice.

STOECHADES CITRINÆ VARIÆ: STOECHAS citrina Germanica, latiore folio.



Ad Elichryſa & Amaranthos referuntur ac pertinent Stoechades citrinæ, à Stoechade propriè ſic dicta, quam huius Sciagraphiæ libro 28. proponemus, plurimùm differentes.

Ea quam hic pingimus, *virgas* habet dodrantales cubitaleſue, canâ lanugine veſtitas, nunc ſingulares nunc plures: per quas *folia* tomentoſa, incana, vncialia, circa radicem præſertim, lata: extremis ramulorum auri fulgore reſplendent conglomerati ſquammulis compactiles *corymbi*. *Radix* longa, lignoſa, fibrata.

In regionibus quæ Rheno adiacent prouenit locis ſiccis, aſperis & ſabuloſis: Iunióque & Iulio floret.

STOECHAS CITRINA, FLORIS ET MAGNITVdine & colore ſpecioſa.



Tomento penitus eſt obſita & incana. Folia, quæ etiam incana, craſſa ſunt, & latiora quam in Narbonenſi de qua mox, vnciam ſcilicet vnam vel duas lata. Caulium non ramoſorum, cubitalium, ſummum faſtigium tenent *Corymbi* multi, hilaritèr micantes, velut aurum prouocantes, maiores multò quàm Stoechadis citrinæ Germanicæ vel Narbonenſis, Ciceris penè magnitudine.

Stoechadem ex Creta miſſam, comas grandiores habentem, inſcribit Camerarius C. Bauhino in ſ hri & apud Matthiolum, dicitur Helichryſon 3. Orientale, flore flauo ſplendentéque. Plantam Baſileæ vidimus ex Creta miſſam.

STOECHAS CITRINA TENVIFOLIA NARBOnenſis, flore luteo, palleſcentéue.



Matthiolo, Geſnero, Dodonæo, Lacunæ, Caſtori & Hiſtoriæ Lugdunenſi dicitur ſimpliciter *Stoechas citrina*, Fuchſio, Lacunæ & Lonicero, *Amaranthus luteus*: nonnullis *Chryſocome*: Lobelio in Aduerſ. & Obſeru. *Stoechas Citrina noſtras, Amaranthus luteus, linaria aurea, & Tineariæ, Helichryſum* Amato, Camerario & alijs. *Dioſcoridis Helichryſum*, & *Galeni Amaranthum*, Syluio. Hallucinari verò eos qui legitimum *Dioſcoridis Helichryſum* eſſe exiſtimant, ſcribunt Matthiolus, Lobelius & Rob. Conſtantinus.

Pauciorem habet Germania; ſpecioſa verò & odoratiſſima in Hiſpaniæ aridis & petroſis prouenit, ac in Gallia Narbonenſi plurima. Floret Maio.

STOECHAS CITRINA TENVIFOLIA ALTERA, ſiue Italica.



Planta eſt ramoſa, folijs Stoechadis citrinæ Narbonenſis ſimilibus, ſed tenuioribus: cui in ſingularum virgarum ſummitate vmbella parua corymbifera aurea diuiſáque. *Radix* tenuis & fibroſa.

Helichryſum alium à nonnullis dicitur: Matthiolo verò & Hiſtoriæ Lugd. *Helichryſum Creticum*.

Naſcitur in Creta, nec non inter Neapolim & Puteolos.

STOECHADI CITRINÆ AFFINIS, CAPITVLIS paruis, raris, ſquammoſis.



Citrinæ Stoechadis Narbonenſis inſtar fruticat: *virga* tamen breuiores, tomento candidæ: quas *folia* veſtiunt citrinæ Stoechadis, inoffenſa margin um æquabilitate, tomento villoſo ſubtùs obſita. *Capitula* ſingulorum ramulorum extremis impoſita, aut ſingularia, aut bina, aut etiam terna, ſemunciâ breuiora, ſquammata. *Flores* coloris ſordidi & obſoleti, non aurei; quorum *apices* medij in pappos degenerant. Eſtque huius Plantæ idem ferè odor qui dictæ Stoechadis.

Monſpelij obſeruauimus incunte Veterio muris An Lobelij Stoechas citrina altera? An Camerarij apud Matthiolum Stoechad a citrinæ ſpecies inodora? An Tabernæmontani Amaranthus luteus?

STOECHADI CITRINÆ AFFINIS CAPITVLIS longioribus.



Pedalibus, ac interdum etiam cubitalibus, lignoſis fruticat *virgis*, in multos ramos diductis, albo villoſis. *Folia* Stoechadis Arabicæ, infernè lanuginoſa, incana, supernè ferè nigricantia Singulorum verò ramorum faſtigio, inſidet modò vnum, modò bina, modò terna, *capitula*, vnciam longa, teretia, *ſquammis* pul... ſcandulata, ... ſufficentia, *pappoſum ſemen* ... ipſis longius complexa.

Stoechadem citrinam alteram inodoram vocat Lobelius: *Amaranthum luteum* Tabernæmontanus, ſed mala eius figura, quam grauiori adhuc ipſu ſub falſo titulo ponit Gerardus.

STOECHADI CITRINÆ AFFINE D. BERN. Paludani Ialoux.



Hoc nomine herbæ cuiuſdam Summitates & Floſculorum Capitula Nobis miſſa, ad Stoechadis citrinæ, vel potiùs Gnaphalij recti ſquammata Capitula accedentia: quæ tamen non citrina ſunt, ſed cinericia, vt Gnaphalij dicti; ſed breuiora, & pilis albis conſita Ex ijs autem floſculorum folia candidiſſima emicant: atque iis etiam foliola quædam hærent, Serpilli folijs minora ſubrotundaque auerſâ parte incanâ lanugine oblitâ, & oppoſitâ obſcurè virentia. D. Bernh. Paludanus *Ialoux* nuncupabat.

GNAPHALIVM, CENTVNCVLVS: Ger. *Rhurkraut*: Gal. *Herbe à cotton, Herbe a la diſſenterie*: It. *Gnaphalio*.



Radice firmatur craſſâ, longâ, lignoſâ, paucis admodùm fibris donatâ, nigrâ: quæ *caules* emittit complures, dodrantales, craſſiuſculos, piloſos, candidos; in quibus denſo ordine ſtipata *folia*, oblonga, ſemuncialia, per extremum nonnihil rotunda, quæ concerpta in floccos xylinę lanę penitùs abeunt, Olei in lucernis bibula. In ramorum faſtigijs *Capitula* in vmbellæ fere formam digeſta, craſſiuſcula, candida, villoſa, in medio lutea: in quibus *ſemen* longiuſculum, album, in arcus formam incuruum.

Gnaphalium, & *Gnaphalium legitimum Dioſcoridis* inſcribit inter alios Cluſius: *marinum* verò ſiue *maritimum*, plærique omnes, quòd eo marina candicent littora.


GNAPHALIVM GERMANICVM FVCHSII. *Herba impia Plinij* quibuſdam.



Seſquipalmæ altitudinem vix ſuperat: *caulibus* pluribus donatum, partim rectis, partim in terram repandis, ramoſis, canâ lanugine obſitis. quâ etiam pubeſcunt *folia*, Lauendulæ folijs paria, ſapore citra morſum ſiccante. *Flores* tum in extremis ramulis, tum in angulis, in quibus ramorum diuaricationes efformantur, ſeſſiles, ex luteo palleſcentes, conferti: *radix* lignoſa, alba, fibroſa.

Lugduni, Geneuæ, Patauij & Montbelgardi vidimus in agris, in locis ſabuloſis & apricis aggeribus aliàs vulgò abundat *Adulterinum* vocat Bellonius, qui *Maritimum* tantùm pro legitimo admittit. *Herbam* verò *Impiam* Plinii eſſe plurimorum conſenſu ſtatuitur, *Plura in Appendice*.

GNAPHALIVM MINIMVM LOBELII, *Allerminſte Ruercruyt*.



Hoc Gnaphalium ſequentibus verbis tradidit in Obſ. Lobelius: *Gnaphalium minimum*, ait, palmi eſt altitudine, *floſculis* Abrotoni maris, & folijs albicantibus ac tomentoſis Vtinam autem natales in quibus collegit annotaſſet. C. Bauhinus in Phyt. dicitur *Gnaphalium 5. ſiue minim.* Nos quale hoc ſit, veritatem fateamur, adhuc ignoramus, nec id vſque intuiti ſumus: ſi Lob... *Natales* in quibus eo... anno aſſei, cultiores... bat æ ſtudioſi id inueſtigare potuiſſent.

GNAPH...


GNAPHALIVM RECTVM; GNAPHALIVM maximum virgatum, *C. Bauhini.*



Huic *caulis* rectus & rigidus, dodrantem altus, tereti canáque lanugine pubeſcēs, aſphodelóque ſacius *folia*, magis tamen auerſâ quàm aduerſâ parte, quæ in caule crebra, ordine nullo, naſcuntur, vncias quatuor circiter longa, vix culmum lata, vt plurimùm carinata. Ex eorum verò alis, ſecundùm caulem, ab eius medio ad ſummum vſque. *Capitula* oblonga, ſquammata, plura ſimul iuncta, ex viridi nigricantia & nitida quæ in puſilla *flamina* ex viridi flaueſcentia, dehiſcunt. Radix ſubeſt parua & nigra.

Reperimus in montibus inter Beffordiam & Maſmünſter: abundátque etiam inter Montbelgardum & Pontem *Vaniaucourt*: & floret Auguſto.

GNAPHALIVM AD STOECHADEM accedens.



Radix huius ſpectatur parua, fibroſa, & nonnihil lignoſa *folia* Gnaphalij, duas tréſue vncias longa, culmum vnum vel duos lata, tomentoſa, incana, mollia. *Caules* villoſi, albi: recti, interdum ramoſi, dodrantales & cubitales, quorum faſtigijs duntaxat *flores* hærent, & *Capitula* ad Stoechadem citrinam accedentia.

Monſpelij vidimus, ac in montibus circa *Eſperon*, floreſcit Autumno.

An *Chryſocome altera* Cluſij? An Lobelij in Icon. *Chryſocome & Heliochryſos ſylueſtris*.


GNAPHALIVM VNICO CAVLICVLO.



Vnico aſſurgit *cauliculo*, aliquot ramulis in diuerſa ſe contorquentibus prædito, quos hinc inde ſepiunt laciniſcula, mollia, & incana *folia*: ad ramulorum verò internodia, inter foliorum congeriem, naſcuntur quina ſena, aut plura, *Capitella* ſimul congeſta, ex flauo caneſcentia, multâ lanugine plana. Radix tenuis, ſed *Semina* deciduo nouæ plantæ ſingulis annis renaſcuntur.

In ſiccioribus agris, præſertim demeſſis ſegetibus, oritur: Cluſius.

GNAPHALIVM ALPINVM PVLCHRVM.



Caulibus eſt palmaribus, dodrantalibus, & etiam altioribus, tomentoſis: quos *folia* veſtiunt oblonga, anguſta, villoſa, trium quatuóre vnciarum longitudine, & ſemi latitudine. Summum faſtigium *flores* gerit ſatis magnos, corymbatos, papposos, ex ſtaminibus luteis atque ſplendentibus conſiſtentes, ſimul mollis lanugine intertextos, in medio ſedientium ſtellam quampiam laram imitantium, radiatorum. *Folia* propter terram multa ſuperioribus haud multùm abſimilia. Radix nigra, ſatis craſſa & fibroſa.

An verum *Dioſcoridis Leontopodium*, vt vult Matthiolus?

Abundat in montibus circa Geneuam, Iulióque floret & Auguſto.

GNAPHALII ALPINI PVLCHRVM ALIVD Genus.



Pingit hoc Lobelius in Icon. Plant hac inſcriptione, *Leontopodium*: ſiue Pes *Leoninus*. Leontopodium autem hoc & præcedens Gnaphaliû inſcripſere Harbarij, propter villoſam foliorum & florum effigiem ceu pedi annexum aliquantùm referentem.

Gnaphalij *Etymon* quod attinet: ſic nominatum ait Galenus, quòd folijs eius mollibus ἀντὶ γναφάλων, hoc eſt, pro tomentis, vti poſſimus. Sic folia Dictamni tomentitia & Gnaphalodea etiam dicuntur à Dioſcoride.

GNAPHALIO ALPINO AFFINE LEONTOPODIUM paruum, Lobelij.



Singulari eſt, ait, dodrantalique *cauliculo*. *Folijs* Gnaphalij montani, densâ lanugine incanis: *floſculis* in ſummo caule, etiam Gnaphalij montani, luteo pallentibus: exili lignoſâque *radice*. *Et hæc* Lobelius in Obſ. pag. 256. de ſuo Leontopodio paruo, cuius Iconem eodem Titulo in Icon. Plant. pag. 484. habet, vt & Tabernæmontanus in Icon. & Hiſtoria, vbi Germanicè *Kleinen löuuen fuſs vocat*. C. Bauhino in Phyt. dicitur *Gnaphalium* 21. *ſiue alpinum minus*.

De Gnaphalij vſu & viribus agemus in *Appendice*.


GNAPHALIVM VMBELLATVM MINIMVM.



Via vncialem magnitudinem ſuperat hæc plantula. Itaque alias vnica eſt & ſimplex, aliâs in plures veluti ocellos diuiſa: ex *folijs* conſtantes candicantibus, hirſutis, inter quæ oculus conſpicitur, minimi digiti vnguem ferè latus, aſperiuſculus, ex flauo viteſcens. *Cauliculos* etiam foliola veſtiunt, prædictis minora, hic malè ſculpta, vt & ocellus. *Radix* ex mesia fibris conſtat, ligneæ duritiei, oblsis, contortis, ipsâ plantulâ longioribus.

In montis Ceti arenoſis & maritimis ſabuletis Maio florentem collegimus.

GNAPHALIVM AMERICANVM, SIVE EXOTICVM.



Ad cubiti altitudinem aſſurgit hoc, procerū que etiam nonnunquam ſuperſ̃ [illegible]. Pfortzheimiæ primū vidimus in cultiſſimo Höchſtetteri horto, cum copioſo flore Nouembri. Nobis verò Montbelgardi in S.P. horto, floruit Iulio & Augusto menſibus: Americani autem appellationem ab eo obtinuit, quòd ex America in noſtras regiones primùm fuerit delatum. C. Bauhino in Phyt. dicitur *Gnaphalium Americanum* Cluſij: apud Matthiolum verò *Gnaphalium latifolium peregrinum*, &c.

PILOSELLA GNAPHALII GENVS: PILOSELLA minor.



Humi circumcirca fundit *folia* oblonga, per extremū rotunda, incanâ lanugine infernâ parte obſita: inter quæ ſurgunt *caules* palmares aut dodrantales, atque etiam cubitales, tomentoſi, candicantes; *folijs* veſtiti longis, anguſtis. In eorum cacumine glomerati pendēt *flores* multi, iam maiores & ſpecioſiores, iam minores & minùs pulchri, atque etiam nunc candidi nunc magis minúſue purpurantes, in medio apicibus multis, quibus ſuccreſcunt longi pappi. *Radices* fibroſæ reptant.

Eſt autem Piloſella alia *maior* alia *minor*: alia *noſtras* alia *exotica*: & eſt in *foliorum longitudine*, &c, vt antè dictum, in *florum* colore *differentia*.

PILOSELLA MAIOR.



De Piloſella quam hic tradimus nihil à Veteribus habemus. Hallucinantur verò haud dubiè, Matthiolo & Lacunâ indicibus, qui credunt eam herbam eſſe *Holoſteum* quam Piloſellam Herbarioſum vulgus appellat. Maximo etiam in errore, indice Fuchſio, verſantur ij qui pro ea *Auriculam* Muris obtrudunt: ſiquidem huic flores cærulei, qui in illa albi, purpurei vel carnei. Falluntur etiam, Ruellio indice, qui *Elatinem* eſſe exiſtimant, reclamantibus apertè notalibus.

Melius ad Gnaphalij genus referunt, & *Gnaphalium montanum* appellitant *alij* inter quos Dodonæus, Lobelius, Tabernæmontanus, C. Bauhinus & Hiſtoria Lugdunenſis.

PILOSELLA PHLOMODIS EXOTICA.



Piloſellam maximam Syriacam inſcribit Lobelius: Piloſellam maiorem Syriacam Tabernamontanus: Piloſellam 4 ſiue Syriacam nondum viſam C. Bauhinus in Phyt.

Vulgaris autem tum maior tum minor Piloſella noſtras, montanis & herboſis collibus, atque cæduis & apertis ſyluis, arenoſiſque tumulis naſcitur. Geneuæ vidimus in monte Saleuæ, & in valle Griesbachiana, Maiorem & Minorem, flore albo & purpureo, florentem Maio.

Eius nullus in Medicina vſus, tametſi naturâ valde ſit exſiccans & adſtringens.

BACCHARIS DIOSCORIDIS RAVVVOLFFIO.



Peregrina & hæc quoque planta, ad Libanum à Rauvvolfio obſeruata, cubit[illegible] *folijs* lanuginoſis donat[illegible] baſi folijs ſimilibus [illegible] & *caulem*, vt in Ta[illegible] Hyoſciamo Peruvia[illegible] donati, amplexanti[illegible] ma occupant *floſculi* [illegible] purpuraſcentes, den[illegible] ti, vt in Amarantho [illegible] aut Auricula muris F[illegible] *Radicula* odorata, Helleb[illegible] nigri radicibus ſimilis.

Sic deſcribit Rauvvol[illegible] ſed circa hanc plan[illegible] bata deprehendit[illegible] enim Dioſcoridis Bac[illegible] abſolutè pronunci[illegible] an ſit Dioſcoridis Bac[illegible] dubitat.

An Gnaphalij montani [illegible] nus, vt Cluſio videtur?

ABSYNTHIVM: Germ. *Elſs, Eltz, Wermuth*: Gall. *Abſynthe, Aluine*: Ital. *Aſſenzo, Aſſentio, Medico*.



Licèt Abſynthium herba ſit, Dioſcoride referente, vulgò nota, in eius tamen recenſendis & deſcribendis ſpeciebus vix duo conſentiunt. Relictis autem breuitatis gratia, & in peculiarem Tractatum relegatis, Opinionū varietatibus, dicimus tres eſſe Abſynthij differentias: Abſynthium vulgare, Abſynthiū Ponticum, & Abſynthium Seriphium, de quibus ſpeciatim in ſequentibus.

Abſynthium tenuius minus, & *Vulgare montanum* dictum quod hic pingimus, naſcitur in mōtibus pluribus in locis: & tam *radices* quā *cauliculos*, necnon *folia* & *floribus vulgatiſſimo maiori Abſynthio*, de quo mox, prorſus eſt ſimile, ſed exilius, minùs amarum, & minùs abominabili odore.

ABSYNTHIVM VVLGARE MAIVS, & ABSYNTHIUM inſipidum: Ital. *Aſſenzo bas lerdo*.



Vulgatiſſimo Abſynthio *caules* plures, lignoſi, incani, multis ramis fruticoſi, cubitales & ſeſquicubitales, atque interdum altiores. *Folia* Artemiſiæ foliis paria, minutiùs diſſecta, mollicella, tota incana, magis tamen pronâ quàm ſupinâ parte, odore aromatico, tetro & guſtu amaro. Corymbi longa ſerie vbertim in ramis vndique fuluo colore emicant, *ſemine* ſuccedente minuto. *Radix* craſſiuſcula, lignoſa, aromaticā gratia, ſine omni amarore totum os perfundens.

Abſynthium ruſticum vocat Cordus. Eſt & quoddam *Abſynthium inſipidum*, vulgari in omnibus ſimile, excepto quòd omni ſapore & odore deſtituatur. *De natalibus in ſequ.*

ABSYNTHIVM ARBORESCENS LOBELII: Ger. *Baum Vermuth*: Ital. *Aſſenzo de Comuſco*.



Vulgari non ita folio & flore diſſimile eſt, ſed fruticis arborei habitu, Abrotoni modo, hominis proceritatem adipiſcitur: candidiore & minore paulò *folio*, ſemper virente, *guſtu* amaro aromatico, odore non ingrato.

Camerario apud Matth. dicitur Abſynthiū arboreſcens, inodorum, dulce. Dodonæo Lat. Abrotonum fœmina arboreſcens.

Haberi id præſertim in Belgio ſcribit Lobelius. *Inſipidum* verò, *inodorum & farnū* Veteribus incognitum in nonnullis hortis reperitur. Vulgare porrò prouenit ferè vbique, & ſeritur, & per ſe quoque in hortis naſcitur, ac ſaxoſa & inculta præſertim amat. *Plura in Appendice.*

ABSYNTHIVM MARINVM, SIVE SERIPHIVM Abſynthium maritimum latifolium.



Denſis *ramis* cubitalibus & altioribus fruticat, iiſque lignoſis, albicantibus, & magno foliorum agmine ſtipatis: *folia* verò tota incana lanugine pubeſcunt, modò integra & Oleæ foliorum æmula, delicata: modò in duas, tres aut quatuor lacinias diuiſa, odore Arthemiſiæ, nec ingrato ſapore. *Corymbi* lutei, minores quàm Abſynthij vulgaris: *ſemen* minutum: *radix* lignoſa. *Arthemiſiam marinam* vocant Lobelius, Tabernamontanus & alij.

Hoc variis in hortis vidimus Pariſiis, Lutetiæ, Eſlingæ, & alibi. Prouenit autem ſponte, authore Matthiolo, in quàm plurimis tam Tyrrheni quàm Adriatici pelagi littoribus, præſertimq; Apuleienſibus & Tergeſtinis.

ABSYNTHIVM SERIPHIVM TENVIFOLIVM, ſiue marinum Narbonenſe.



Multis fruticat virgultis, cubitalibus, ligneſcentibus, incanis: per quæ *folia* ſunt crebra, tenuiſſimè diſſecta, ſubcandida, ſapore ſalſuginoſo cum amaritudine, at primùm pullulantia ſubcæſia ſunt & viridia. Semine verò tandem minuto grauidum euadit.

Exit hoc circa littora Maris mediterranei in pleriſq; Europæ prouinciis, at præſertim in Gallia Narbonenſi, graueolentius autem eſt, ac minùs candicat, quàm *Seriphium Miſnicum* aut *Belgicum*.

Cæterùm *marinum Abſynthium* vulgò *Abſynthium Seriphium* inſcribitur: à Seripho ſcilicet Inſula, in qua copioſiſſimum naſcitur: vnde non placet *Seriphium* ſimpliciter à nonnullis dici.

ABSYNTHIVM AVSTRIACVM TENVIFOLIVM.




Huius *caulis* pedalem altitudinem plærumq; æquat, & nonnunquam cubitalē attingit, firmus, caneſcens, multis tenuibus foliis, quæ eum cōfusè ambiunt, præditus: in multos ramulos ſuperiore parte abiens, & *floſculorum* propendētium *corymbis* plenus. Radix fibroſa eſt. Totáque planta amara valde, elegans & rara.

Creſcit, ait Cluſius deſcriptionis author, in collibus & apertis quibuſdam locis vrbi Viennenſi vicinis.

Tabernæmontano in Icon. & Hiſt. dicitur *Abſynthium Nabathæum Auicennæ*. An Anguillaræ *Abſynthium marinum*? An Bellonij in Obſ. *Varijs capitibus Abſynthium Seriphium*.

ABSYNTHIVM SVPINVM VEL REPENS: quibuſdam Chamæmelum Chryſanthemum.




Simplice & ſingulari eſt *caule*, ferè cubitali, tereti, glabro: per quem ex interuallis *folia* naſcuntur, Chamæmeli nobilis foliis ſimilia, tenuiterq́ incisa. Paulò ſupra medium caulem, ſummo tenus, alternatim pullulant *flores*, corymbis Abrotoni ſimiles: inferiores quidem ſemuncialibus & longioribus pediculis nixi, ſuperiores verò breuiſſimis hærent, & veluti cauli apprimuntur. *Radix* lignoſa, tortuoſa multifida, fibroſa.

Chamæmelum Chryſanthemum vocabat Fuchſius. *Abſynthium* verò *repens* & *ſupinum* dixere Geſnerus, Tabernæmontanus, & Lobelius.

Reperitur in quibuſdā frigidis Heluetiorum montibus, in quibus præ cœli rigore attolli nequit.


ABSYNTHIVM VALLESIANVM TENVIFOLIVM candidum, ſiue *Herba alba*.



De hoc ſic ſcribit Dodonæus. Ex ſpuriis, inquit, Abſynthijs, *Herba alba* ab Heluetiis appellata vel prima occurrit. Tota hæc mollis, ac veluti lanuginoſa atque albida eſt, & Seriphio ſiue marino Abſynthio aſſimilis, ſed candidior, odore & ſapore quoq; id referens, ſed tamen aliquantò ſuauior, ad Cephalotæ odorem accedens. In Valeſia prope Seduenum in collibus naſci ſcribit Geſnerus, &c.

Abſynthium Seriphium ſummum appellari poſſe deſignare videntur, eodem Geſnero iudice, color albus & vis aliquantò minor quàm maritimi, ſimilis alioqui odore & ſapore.


ABSYNTHIVM PONTICVM VVLGARE: Germ. *Pontiſcher Wermuth*: Ital. *Aſſenzo Pontico*.



Numeroſas ſpargit *radices* paruas, & crebris fibris intertextas, lignoſas, ſapore aromatico præditas. *Caules* verò ex eadem radice plures erigit, cubitales & ſeſquicubitales, teretes, glabros, vireſcentes, aut ex nitore rubeſcentes canoſ: étéſue ab imo ad ſummum vſque ramoſos. *Folia* non minùs tenuiter inciſa quàm Abrotoni, ſed breuioribus concinnioribuſq; ſegmentis, breui lanugine pubeſcunt, potiſſimùm inferna parte, quæ etiam magis caneſcit quam ſuperior, *odore* ſuaui, *ſapore* ſubamaro. *Corymbi* quàm in vulgari Abſynthio minores, meliori, foliis vehementiorem odorem ſpirant.


Duplex huius genus facit Cluſius, *Vnum* planè incanū: & *Alterum* quod rubeſcentes habet cauliculos.

ABSYNTHII PONTICI VVLGARIS ALIA Icon.



Falluntur qui *Vulgare Abſynthium*, aliud à *Romano* & *Pontico* exiſtimant: Vulgare enim Romanum eſt ſic olim dictum, quòd fuerit Plebi Romanæ ſacrum, & quòd in agro Romano antiquiſſimis ſedibus paſſim inueniatur; Ponticum verò à Ponto, in quo plurimum naſci traditur, Sed cur à loco Romanum vel Ponticum dicitur, cum non ſ ā variis aliis in locis habeatur? In Hungariæ, Bohemiæ & Auſtriæ variis locis, in ſaxoſis, ſalebroſis graminoſiſq; agris prouenire ſcribunt Matthiolus & Cluſius. Tubingæ etiam ſpontaneum vidimus non longè à fluuio Nicro: nec non & circa Spiram et Wormaciam. In Anglia, Belgio & Gallia hortenſe eſt; Lugduni & Geneuæ vocant *du pen fort*.

ABSYNTHIVM ÆGYPTIVM: Ital. *Aſſenzo d'Egitto*.



Tota herba villoſa & incana, *Chamæcypariſſi* modo ſapore amaro, & *ſemini contra vermes* Officinarum ferè ſimili, odore ferè aromatico. Nos ex ſicca planta hic pingimus. Sic verò deſcribit Matthiolus: Humilis eſt plāta, alii, in Ægypto prouenieñs, *foliis* minutis, Abrotoni fœminæ ferè ſimilibus: *ſurculis* compluribus, gracilibus, breuibus ac folioſis: minuto *ſemine*, guſtúq; amaro, non tamen vehementer: cęterū aliis omnibus prædita eſt qualitatibus, quibus & Italicum. Sic ille: Hoc verò Abſynthium ex Abſynthiorum Claſſe reiiciunt Ruccardus & alii.

Pontici autē dicti Abſynthij duas Icones antè poſuimus, non vt diuerſarū plātarū, ſed quia iam ſculptas tales antiquitùs noſtras inuenimus.

ABSYNTHIVM VMBELLIFERVM: Mutellina quibuſdā: Gal. *Mutelline blanche*, *Herbe de l'Apoſtume*.



Mutellinæ nomine inter ſiccas noſtras plantas Abſynthij genus inuenimus, *radice* nixum, craſsā: *caules* exurgunt plures, palmares, & paulò maiores per quos, vt & in ipſorum faſtigiis *corymbi* conſpiciuntur rariores, ſatis magni, &, ni fallimur, lutei. *Folia* trouta. Abſynthij Seriphij diuiſura, candidiſſima, hirſuta: ſapore amaro, ingrato.

Lobelius in Obſ. dicitur *Abſynthium vmbelliferum alterum Italicum, nondum Literis proditum*; Camerario hortu: *Abſynthium paruum & incanum* Geſnero humile & Cluſio pumilum dictum. Cluſius in Pannon. & Hiſtoria poſt. vocat *Pumilum* Abſynthij genus, vix palmi altitudinē ſuperans, &c.

ABSYNTHIVM ALBIS FLORIBVS, CAPItulis ſquarroſis.



Rarum hoc abſynthij genus. ſuo æuo nullidum Scriptori memoratũ ſcribit Lobelius. Mediam verò inter *Abſynthium* & *Matricariam* naturam obtinere Camerarius: cui,vt & aliis nonnullis,dicitur *Abſynthium albũ*, vel *flore albo*.

Eſt autem plantula ſemunciialis aut dodrantalis : *caule* incano , albo, per quem *folia* vncialia , laciniſcula, incano tomento obducta,in lacinias Abſynthij vulgaris in morem diuiſa,profundè laciniata, at minora multò, obſeruantur. In ſummo *flores* in vmbellę formam digeſti,pulchri, magni 7.vel 8.pediculis mediocribus hærentes , radiatis albis foliis conſtantes . cũ apicibus multis, capitulis ſquarroſis ſubnixi. Radix craſſa & perennis atque fibroſa.

ABSYNTHIVM MONTANVM FLORE Chamæmeli.



E *radice* lignoſa, parua,nigra ſimo a, incanã, lanuginoſã tenuia emittit *folia*,inciſuris profundè diuiſa, media inter marinum Abſynthium & Abrotonũ mare, in orbe ma diſpoſita. Vere *caules* adit plures ſupinos,paucis tenuiſ foliis hærentibus. Æſtate verò *flores* ſingulos, ſingulis caulibus in ſummo hærẽtes,Abrotoni fœmine modo, ſed florum Chamæmeli formã. Sapore & odore *Abſynthium vulgare Ponticum* refert , vnde etiam Abſynthij nomẽ potiùs obtinuit, quàm *Abrotoni fœmina* , cui ſimilior.

In excelſo monte, D M. Virginis appellato,oritur rara hæc planta: in rimis ſaxorum nec alibi.

SEMEN LVMBRICORVM, SEMEN SANTONICVM: Germ. *Wurmkraut* : Gal. *Barbotine* : Ital. *Semenzana*.



Pro planta *Semen Lumbricorum* dictum ferente variè à varijs obtruduntur plantę. A quibuſdã ſcilicet *Abſynthium Seriphium* ſiue marinum: ab aliis *Abſynthium Santonicum*, vel potius *Xantonicum* , cui nomen fecit Xantonum in Gallia Tractus,in quo plurima oritur. Ab alijs *Abſynthium ipſum*, vt à Lacuna. Habet & Matthiolus ſuam peculiarem,*quam hic pingimus*. Sic Penæ , cuius ſententiam non reijcimus, Semen Lumbricorum Offic. trium Abſynthiorum nullum videtur.

Tota plãta Abſynthio vulgari ſimilis eſt,ſed minor minuſque candicans,ſeminibus non adeò minutis,floribus exiguis.

LVMBRICORVM SEMEN , SIVE ABSYNthium Santonicum Rauvvolfij.



Abſynthium Santonicũ, ait, prouenit circa Bethlehem & abundat in Terra Sancta, foliis paruis, cinereis, noſtrati Abſynthio mediocriter accedentibus : *ramulis* multis tenuibus , cum copioſo *ſemine* paruo. flaueſcente , grauis odoris, ac ſaporis amariſſimi, & cum ſalſugine acris. *Sic ille* cuius figuram cęteris omnibus ab aliis traditis præfert Camerarius.

Variis autem aliis nominibus donatur hoc Semen: vocatur enim Semen ſimpliciter,Semen Zedoariæ,Semen contra vermes, Semen Zinę, Sementina,& Semen Sanctũ, ſed corruptà voce, cùm Santonicum dicendum fuiſſet.

ARTEMISIA : Germ. *Beyfuſs* : Gall. *Armoiſe* , *Herbe de S. Iean* : Ital. *Artemeſia*.



Perenni & fruticoſæ huic herbæ *radix* digitalis,ſerpẽs, plurimis fibris capillaris , lignoſa,ſapore ſubdulci & aromatico. *Caules* duos aut tres cubitos alti, fractu contumaces, canaliculati, ſubhirſuti, colore vt plurimũ rubeſcentes, ramis verò cano aut viridi,alia multis concaui. *Folia* ſuaueolentia,ſapore dulciuſculo & ſubacri , alternatim caulibus & ramis adhærent, inferiùs incana , ſuperiùs viridantia,in acutiora ſegmenta quàm Abſynthij vulgaris diuiſa.*Corymbi* odorati, incani, villoſi, fibrillas luteas oſtentant.

Eſt autem Artemiſia alia *alba* alia *rubra*: & alia *tenuifolia*, de qua mox : alia vulgaris & latifolia , quam hic pingimus , & quæ vniuerſæ Europæ familiaris.

ARTEMISIA TENVIFOLIA, SIVE LEPTOphyllos : quibuſdam *Abrotanum ſylueſtre*.



Radix huic multifida , lignoſa,perennis: *Caules* tubẽtes ſtriati,rigidi, atq; in cęteris ad Artemiſię vulgaris caules accedẽtes. Folia albicãtia, piloſa, Abſynthij Seriphij diuiſurà, odore ad Abrotonum accedẽtia. *Corymbi* rubentes, ſpicatim in ramulis crebri, Abrotoni forma & colore. Solet q; ad ramulorum diuaricationes muſcoſum ſeu ſtramineum excrementum ferre.

Artemiſiæ tenuifoliæ tres variationes recenſet Cluſius, eam verò quam hic pingimus ad Ambroſiam alteram Matthioli referunt plurimi.

Obſeruauimus variis in locis,Baſileæ ad Rhenum , quà itur Krenisach : Monſpelij paſſim in ſepibus & agrorum marginibus,atque alibi. Floret Autumno. *De Artemiſiis plura in Appendice.*

ABROTONVM: Germ. *Stabvvurtz*: Gall. *Auron*, *Auronne*: Ital. *Abroteno* & *Abrotano*.



Crebris ex *radice* lignoſa fruteſcit *ſarmentis*, tres quatuórue cubitos altis, duris, fragilibus, medullâ alba plenis, ſubrubeotibus, ſtriatis, ramoſis. *Folia* per alas multa, tenuiter diſſecta, ſeniculaceis paulò latiora, caneſcentia, odore vehementi, ſapore amaro & acri atque inferiora quidem multifida, Chamæmeli modo, ſuperiora verò vno atque altero ſegmento diuiduntur, & perſæpe nihil quàm vnicum tenue amentum ſunt. *Flores* ſecundum ramulos conferti Corymbos Abſynthij æmulantur, colore luteolo præditi. Variátque pro anni tempora & culturâ hæc planta. *Plura in ſequ.*

ABROTONI ALIA ADHVC ICON.



Paſſim in hortis & in campeſtribus naſcitur Abrotonum, floréque Auguſto, & Septembri ſemen profert. Nos in varijs hortis vidimus, Patauij, Tiguri, Geneuæ & Montbelgardi: Campeſtre verò in Gallia Narbonenſi plurimum, in Germania verò infrequens eſt.

Abrotonum porrò calidum & ſiccum eſt in ordine tertio, viquue pollet digerendi & rarefaciendi. Summitates, in vino vel aqua decoctæ, ad pectoris, renū, veſicæ & matricis vitia commendantur, & quæ ſuis internos dolores ſedant. Aqua deſtillata ad eadem confert & muliebria mundificat, ſi illâ colluantur.

AMBROSIA: Germ. *Ambroſien*: Belg. *Ambroſie*: Gall. *Ambroſie*; Ital. *Ambroſia*.



Plantam quam hic pingimus Tiguri in Geſneri horto primùm vidimus, ac ipſimet Montbelgardi in S. P. horto coluimus, vbi florebat Autumno. Ambroſiam ſatiuam atque hortenſem nuncupant Lobelius & alij. Ambroſiam & Ambroſianam nonnulli: eſſe verò legitimam Dioſcoridis Ambroſiā exiſtimat Cæſalpinus: de qua ſic ille tradit. *Ambroſia*, ait, puſillus eſt frutex, ramoſus, trium palmorum altitudine. folijs Rutæ, circa imū caulem exiguis. *Cauliculi ſeminibus* perinde quaſi racemulis graudi, qui nunquam *florem* pariunt, odore vinoſo, ſuaui: radice tenui ſeſquipedali. Vis eius reprimere, repellere & adſtringere. *Plura in Appendice*.


ABROTONI VVLGARIS ALIA ICON.



Abrotonum, vt teſtatur Nicandri interpres, inde nomen ſibi vſurpauit, quòd conſpectu teneriuſ, molle & delicatū appareat: *ἀπὸ τοῦ τὸ ἁβρὸν καὶ ἁπαλὸν φαίνεσθαι*; vnde Habrotanum dici volunt Grammatici.

Differentiæ eius *à loco*, *à ſapore* & *à magnitudine* præſertim ſumuntur: vnde aliud *Vrbanum* conſtituitur, & aliud *Agreſte*: aliud *Mas*, quod *minus* eſt, & gracilius, ſarmentoſiúſque Dioſcoridi dicitur, & aliud *Fœmina*, quod *maius*, & eodem Dioſcoride authore, arboris ſpecie fruticare dicitur. Plinius aliud *campeſtre*, aliud *montanum* facit: intelligitque per hoc *Marem* ait, & per illud *Fœminam*.

ABROTONVM CVM PVLCHRIS CORYMBIS.




Hoc prædictis humilius eſt, foliáque habet Maioris Abrotoni ſimilitudine diſſecta, ſed minùs candida & odoratiora, quam *Santolinam* referunt. *Corymbi* è ramis copioſi ad ſummum vſque luteo ſplendent colore: *ſemen* admodum ſcatens eſt: *Radix* vt aliorum.

Belgis horteníe eſſe ſcribit Lobelius, qui *Abrotoni odorati* nomine pingit. C. Bauhino in Phyt. dicitur *Abrotonum* 10. Siue *Mas anguſtifolium minus*. Dodonæus vel *Abrotonum Siculum Dioſcoridis* extra dubium pronunciat, ac *tertium* nominat.

Cæterùm ſagittas, ſpinas, ferrum & alia corpori infixa, extrahit Abrotonum, ſi Cataplaſmatis modò applicetur. *Plura in Appendice*.

MOSCHATELLINA CORDI, FOLIIS FVMARIÆ bulboſæ: floſculis herbacei coloris.



Hæc quia Moſchum ſpirat flores & folia, *Moſchatellinæ* appellationē obtinuit: Germaniſque *Biſemkraut* dicitur, à Moſcho: non autem *Beſemkraut*, à ſcopis, vt voluêre nonnulli.

Denticulatam inſcribunt aliqui, à radicis formā: *Acabaſtretta* alij, ob radicis ferè pellucidæ ac niteutis ſplendorem Alabaſtrō ſimilem. *Fumaria bulboſa minima* quibuſdam: Lobelio in Aduerſ. Ranunculus minimus Septentrionalium muſcoſo flore.

Ad fontium ſcaturigines, riuulos prata irigantes, & in vmbroſis ſepibus, prouenire ſcribit Dalechampius. Floret Martio & cum perit. I Geneuenſium colle ſe Baſi perſequens.

RVTA: Ger. *Rauten*: Belg. *Ruyten*: Gal. *Rue*: Ital. *Ruta*: Hiſp. *Ruda*, *Aruda*.



Diſtinguitur vulgò Ruta in *Satiuam* ſiue domeſticam & *Syluestrem*, & vtramque in *Maiorem* & *Minorem*, referuntque etiam ad Syluestres *Harmala* dicta.

Iure autem inter frutices Rutam reponunt Rutæ ligneis densè intricantes *ramis*, cubitos duos altitudine maioréſque, quos alæ diuidunt frequentes: *Folia* viroſi odoris, perindeque ingrati ſaporis, ſubcærulea, terna ſæpe vel plura, Trifolij fruticantis. *Flores* in extremis ramulis ſtellati & lutei, ac Leucoij ſimiles ſed minores: atque ab eorum occaſu *Capitulum* emergit, quadrangulare vt plurimùm, tótque ſeptis & loculis quot angulis diuiſum, in quibus *ſemen* paruum nigrum, in rotundo modicè oblongum.


RVTA SYLVESTRIS: RVTA SYLVESTRIS Maior.



Rutæ ſatiuæ minimè plures ſtatuuntur *Differentiæ*: Cordus autem in *latifoliam* & *anguſtifoliam* diſtinguit: hancque ſibi per omnia reſpondere tradit, præterquàm quòd multò minoribus conſtet omnibus partibus.

At *ſylueſtris* vulgò agnoſcuntur ſpecies duæ, *Maior* & *Minor*. Maióque quam hîc pingimus, vt minora multò tenuioráque habet folia quàm hortenſis: ita maiora quàm altera ſylueſtris: & maiora et à no illi capitula flores excipientia, nec vt illius quadrangula. Viroſo autem & acerrimo, eſt vt ac odore, teneriſque partibus neutra impunè admouetur.

RVTA SYLVESTRIS MINOR.




Cubito altiorem emittit *caulem*, cuius ſcapus in ſurculos crebros breues diuiditur, confertis floribus herbaceis onuſtos: quos delapſos ſequuntur *capitula* tetracocca, ſed multò minora quàm præcedentis. *Folia* ſpecie craſſa, tenuiſſimè diſſecta. Fetior & virus ſylueſtris maioris Rutæ.

Ruta ſylueſtris multis in locis prouenit Monſpelij, ſed maximè prope *Caſtelneuf* inter ſaxa, & floret Æſtate. Habuimus verò *Nos* in hortis Lugduni & Geneuæ, pulchrè adhuc virentem Nouembri & Ianuario.

Satiua hortorum inquilina eſt, & vbique in ijs colitur, floretque Æſtate & Autumno. *De Viribus in Appendice.*

RVTA QVÆ DICI SOLET HARMALA; Arabibus *Harmel*.



De ea hæc tradit Dioſcorides. Vocant etiamnum, ait, ſylueſtrem Rutam quod in Cappadocia & Galatia Aſiatica *Moly* dicitur, quoniam cum Moly quandam ſeruat ſimilitudinem: ſiquidem *radice* nigra eſt, flore verò candido. *Folia* huic longiora ac tenuiora quàm alterius Rutæ. Sunt qui hanc Rutam *Harmala* vocent, Syri *Beſaſa*. In collibus & læto fœcundóque ſolo prouenit, &c.

Harmala dicitur vulgò Scriptoribus, & Rutæ tertiũ genus apud Dioſcoridem. Arenoſis circa Alexandriam Ægypti locis naſci tradit Bellonius: Plurimam Cluſius in Caſtella noua circa Madritium prouenire, & inibi Iulio & Auguſto florere. Colitur & in hortis.

FVMARIA, CAPNVS, FVMVS TERRÆ: Germ. *Erdrauch*: Gall. *Fumeterre*: Ital. *Fumaria*.



Fumaria, ait Dioſcorides, fruticoſa herbula eſt, prætenera, Coriandro ſimilis, folijs candidioribus vndique numeroſis, cineraces coloris: flore purpureo: Sic ille, de ſemine nihil tradens, quod minutum & rotundum floribus in longa & diffuſa ſpica ſuccedit.

Fumariam autem quamuis flore tantùm purpureo depingat, candido tamen citra inuenitur, eáque melior & præſtantior à nonnullis exiſtimatur. Nec hanc ignorauit Dioſcorides, ſi Matthæo credendũ: ſed fortè quia eandem eſſe putabat cum purpurea, noluit diſtinguere: De natalibus, differentijs & viribus in ſequentibus.

FVMARIA MINOR SIVE TENVIFOLIA ſurrecta.



Ex tenuibus ſurrectis *radicibus* producit *caules* palmares vel dodrantales, ac minores. *Folia* minora ac tenuiùs diſſecta quàm in cæteris Fumarijs. *Flores* in ſpicã breuem denſámque compacti, atque ob colorum varietatem viſu pulcherrimi.

Fumariam tenuifoliam & *Capnon tenuifolium* inſcribunt vulgò Herbarij: Camerarius *Fumariam Hiſpanicam*, elegantiſſimè variegato ex rubro, albo, viridi & luteo coloribus, floſculo.

Inueniri in plęriſque Hiſpaniæ regionibus, in aruorũ marginibus, ac iuxta vias & ſemitas, ſcribit *Cluſius*. Nos in Galliæ Narbonenſis vętijs locis obſeruauimus.

FVMARIA QVÆ SPLIT DICITVR.



Numeroſos teneros & delicatos profert *caules* dodrãtales: per quos *folia* ſpectantur Adianthi, ſed minora multò, mollicella, glauca, potiſſimùm parte inferiore, ſapore inſigniter acri: *Flores* lutei vel albi *cornicula* relinquunt Fumariæ bulboſæ, ſed minora, *ſemine* plena nigro, nitido. *Radix* craſſiuſcula, nigricans.

Vix niſi in montibus prouenit hæc Dioſcoridi & Arabibus ignota Fumariæ ſpecies vnde etiam *Fumaria montana* vulgò inſcribitur, In Illyria prouenit in collinis cultis agris, vnde *Split Illyrica* appellationem obtinuit. Colitur etiam in hortis, vt Nos in S. P. horto Montbelgardi habuimus.

An Galeni Fumaria corydalis.

FVMARIA CVM CAPREOLIS.



Tenui eſt *radice*, ſed ſatis longâ. *Ramuli* tenelli claviculatum beneficio proximis circumuoluti eriguntur: *Folijs* veſtiti glaucis, teneris, integris, tenuiſſimiſque pediculis hærentibus. *Flores* albicantes.

Variat folijs latioribus vel anguſtioribus; floribúſque vel albis vel dilutè rubentibus. *Capnon Plinij* eſſe autumant nonnulli.

Prouenit circa ſepes, ſaticeta, agrorum margines, & veteres muros: eodémque quo aliæ tempore floret.

Vulgaris autem Fumaria, antè primo loco tradita, multis in locis ſponte prouenit: in vineis, agris, hortis, & iuxta vias: floréſque Vere & Autumno.

FVMARIA BVLBOSA, RADICE CAVA, MAIOR flore viridi.



Fumaria bulboſa, *Radix caua* etiam inſcribitur quoniam illi radix caua, lata & ſeſſilis: fibris autem aliquot donata eſt, colore intùs foriſque buxeo, ſapore amaro: atque interdum nucis magnitudinem æquat, aliàs verò pugno maximo maior eſt: Ac præter eam differentiam quæ in radicis magnitudine obſeruatur, eſt etiam in folijs aliqua, quæ in hac latiora. Eſt item in florum colore, qui in hac viridis. *Radicis cauæ flore viride* titulo pingit in Iconibus Plant. Lobelius.

FVMARIA BVLBOSA, SIVE RADIX CAVA minor, flore purpuraſcente & albo.



Abundat hæc circa Montbelgardum, & in S. P. horto, floretque Februario, Martio & Aprili menſibus.

Officinas perperàm hanc pro Ariſtolochia rotunda vſas notius eſt quàm referri aut refelli debeat. Ex Scriptoribus Ariſtolochiam rotundam eſſe crediderè Brunfelſius, Apollinaris, Cornarius, & Georgius Pictor. Meritò verò negarunt Cordus in Dioſc. Tragus, Fuchſius, Matthiolus, Turnerus, Lonicerus, Lobelius, Guillandinus, Tabernæmontanus, &c. Bauhinus.

FVMARIA BVLBOSA, RADICE SOLIDA, calcari & folio criſtato.



Radice hæc ſolida eſt, non cauâ, Auellanæ magnitudine, interdum maiore, non tam altè defixâ, vt ea quæ radice cauâ, foris buxea, intùs ſubalba, amara, eíque fibræ capillares adnatæ. Planta palmaris eſt atque interdum pedalis: Flores purpurei ſunt.

Chelidoniam phragmitem vocat Hiſtoria Lugd. quã Actium ait *Capnium*: Plinium verò *Capnum phragmitem nũcupare*, vt & *Pedes Gallinaceos*, propter folliculum gallinaceis calcaribus ſimilem.

Ariſtolochia vulgaris ſpecies ſolida Geſnero & Trago. *Radix caua ſpecies plena, firma & ſolida* Dodonæo Gall.

Natales & vires Fumariæ in genere traduntur in Appendice.

MELANTHIVM, GITH, NIGELLA: Germ. *Schwartz Coriander*: Gall. *Nielle, Barbue*: Ital. *Melanthio.*



Melanthiũ, ſeu Gith, Nigella in Officinis dictum, ſtirps eſt ſurculis tenuibus in binûm dodrantum altitudinẽ, aut etiam ampliùs, aſſurgẽs, *folijs* Senecionis at multò tenuioribus: *Capitula* in cacumina paruo, ceu Papaueris, oblongo, intus ſeptis diſſepimentis quibuſdam prædito, intra quæ *ſemen* latet nigrum acre & odoratum. Sic deſcribit Dioſcorides.

Variæ autem dantur Melanthij differentiæ, à natali loco, capite vel calyce, floribus & ſeminibus, vt ex ſequentibus patebit, deſcriptis.

Nos Melanthium capite & flore maiore hic pingimus, quod Geneuę, Montbelgardi & Baſileæ ſpõtaneum in hortis obſeruauimus, florens Maio,

MELANTHIVM CALYCE ET FLORE MINORE: Semine nigro & luteo.




Folia ſtriuſculè diuiſa, & medium percurrente neruo, ſtriatis pedalibus *caulibus* hærent. Flores in ramorum extremis ſingulares, ex albo pallentes, minores quam cæteri, è quinque foliis compoſiti, multis apicibus medium occupantibus, capitulum quinque eminentibus, præcedentis, quod Damaſcenum Melanthium vocât, Capitulo minus, quinque aut ſex corniculis prædictum: *Semine* refertum anguloſo luteo, vel nigro odorato.

Hoc in hortis facillimè prouenit, floretque Auguſto & Septembri.

Melanthium vulgare Sativum, & *Nigella ſativa* ſiue *Hortenſis*, dicitur plæriſque omnibus.


MELANTHIVM CAPITE MINORE, FLORE multiplicato, ſiue pleno.



Ex *radice* exili, ſimplice, *caulis* ſurgit ſingularis, cubitalis & ſeſquicubitalis, teres, ſtriatus, hirſutus, inanis, in alas diuiſus. *Folia* alternatim oriuntur, longis, carinatis pediculis appenſa, colore ex viridi in luteum vergente, diuiſurâ multò latiore quàm in vulgari Melanthio, hirſuta. *Flores* ex albo herbacei coloris, multiplici foliorum ſtipatu pleni, apicibus multis heruidis.

Melanthium citrinum multiflorum Tabernæmontano: *Nigella citrina flore pleno*, plæriſque aliis. Colitur in hortis: Iulióque floret & Auguſto.

MELANTHIVM SYLVESTRE SIVE ARVENSE.



Palmare eſt hoc aut dodrantale, atque ad Damaſcenum Melânthium plurimùm accedit. *Caules* modò ſimplices, modò à *radice* ſtatim, quæ lignoſa, ramoſi & ſtriati. *Folia* Anethina, vel potiùs Damaſcenæ Nigellæ. *Flores* ſtellati, quinque foliis conſtantes, coloris cærulei, vel pallentis, nullis tenuibus barbulis, vt Damaſcenum, donati. Iis ſuccedunt *Capitula* Aquilegiæ, cum quinis corniculis. *Semen* nigrum, exigui odoris.

Prouenit in agris & floret Septembri.

Cæterùm potenter calefacit ſiccâtque Melânthium, lumbricos inteſtinis, flatus diſſipat, menſes mouet. Tritum ſemen olfactum deſtillatione laborantes iuuat. *Plura in Appendice*.

CONSOLIDA REGALIS: Germ. *Ritter ſporen*; Gall. *Pied d'alouette*; Ital. *Sperone di Caualiero*.



Conſolidam regalem flore minore hic pingimus, quæ ſpontanea cùm ſit, nullóque mangonio lætiore exculta, tota ſtrigoſior euadit, nec temerè dodrantalem magnitudinem, quam ſui ſuæ ſpontis eſt, excedit: nec adeò foliorum vel numero, vel latitudine luxuriat. Magis etiam ſqualidus *flos*, & minor, neglectionem teſtatur, coloriſque eſt cærulei: In reliquis ab ea quæ maiore eſt flore, de qua mox, haud eſt diuerſa.

Paſſim inter ſegetes ſponte naſcitur. *Flos* à nonnullis ſimpliciter vocatur; ab aliis *Flos regius*; à Cordo *Calcatrippa*: & à nonnullis *Calcar equitis*, *Ritter Sporn*, quòd formâ calcar referre videtur.

CONSOLIDA REGALIS ERECTIOR, PVRPVREO, ſiue violaceo, flore maiore.



Conſolida regalis, ſiue flos regius maior flore purpureo, vt teſtantur Camerarius & C. Bauhinus, hoc habet peculiare, quod folium corniculo annexum, ſi pandatur, A. I. A. I. A. literas inſcriptas oſtendat: vnde Cæſalpino *Hyacinthus Poetarum* habetur; de quo Ouidius in Metamorphoſi:

Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit, & AI. AI.

Flos habet inſcriptum, funeſtáque littera ducta eſt.

Et Theocritus.


Nunc Hyacinthe ſonet tua littera, ſcilicet AI. AI.

CONSOLIDA REGALIS ERECTIOR, FLORE purpureo, ſiue violaceo, pleno.



Seſquicubitalibus *caulibus* adoleſcit, erectis, tantillùm hirſutis. *Folia* verò circumſcriptio tota paulò duabus vnciis maior, ſegmentis ſiſſi crebris, breuibus, anguſtis. *Flores* ordine ſeſquipalmari digeſti, pediculis hærent ſemuncialibus, hirſutis, buccinum antequàm aperiantur effigiantes, qui explicati multiplici conſpiciuntur foliorum fœtura pleni, colore purpureo-violaceo hilariori, *apicibus* medium obſidentibus, *calcari* longo. Sequitur *Corniculum* hirſutum plerumque ſine ſemine.

CONSOLIDA REGALIS MAXIMA VILLOSA, flore magno candido.



Caulis eſt longo, craſſo, contorto, admodum villoſo: *Folia* palmum longa, piloſa, multifida. *Pediculi* per totum ferè caulem ramóſque ſurſum reflexi, palmares & minores, alis ſuis ſemper breuioribus, villoſis, non ſine oblongis quibuſdam veluti foliorum ligulis. *Flos* vnicuique pediculo inſidet vnicus, magnus, candidus: cuius calcar, & folia extima, foris tomentoſa ſunt, & virore quodam prædita. Corniculáque itidem quæ ſuccedunt, denſiſſimo villo ſunt obſita. Vnde hanc nacti ſimus non recordamur.

CONSOLIDA REGALIS PEREGRINA, FLORE ſtrigoſæ aruenſis, cæruleo.



Non habetur hæc niſi in hortis, vt nec quatuor præcedentes.

Cæterùm Aquam ex Conſolida regali deſtillatam, inflammationibus omnibus, tam potam quàm impoſitā, prodeſſe ſcribit Tragus. *Flores* continuo intuitu viſum corroborant, vnde quidam in eũ vſum prædictorũ florum faſciculos in conclauibus ſuſpendere ſolent. Totius plantæ ſuccus putridorum vlcerum vermiculos profligat. Eadémque potionibus vulnerarijs, teſte Matthiolo, adhibetur, quòd conſolidet & glutinet: vnde etiam *Conſolida nomen* eſt adepta. Inter Coronarias autem vulgò recenſetur.

CONSOLIDA REGALIS MINOR, FLORE pleno, albo & cæruleo.



Præter recenſitas Conſolidæ regalis ſpecies, habuimus Montbelgardi in S. P. horto & alias: vt pote *Conſolidā regalē* minorem, flore ſimplici, bicolore, cæruleo & albo. *Conſolidam regalem* minorē, flore pleno, cæruleo & albo, quàm hic pingimus: *Conſolidam regalem* flore maiore, dilutè purpureo, labello ſtriato. *Conſolidam regalem* ramoſiorem flore maiore cæruleo & albo: atque tandem *Conſolidam regalem* erectiorem, flore incarnato pleno.

Conſeruam è floribus Conſolidæ regalis parari ſcribit Tabernamontanus, eámque, Auellanæ magnitudine ſumptam, ad tormina infantium commendari.

DELPHINIVM VETERVM, HERBA SIVE FLOS D. Otiliæ quibuſdam.

Delphinium [vt Dioſcorides prodidiſſe fertur] ramos ab vna *radice* duorum dodrantũm longitudine profert: circa quos *folia* ſunt tenuia, candida, prælonga, inciſuris diuiſa. Delphinorum figurā, vnde & nomen inuenit. *Florem* fert violæ [albæ addunt quidam] ſimilem, purpureo colore. *Semen* in ſiliquis habet Milio æquale. Naſcitur in aſperis locis. Eſt & alterum Delphinium, quod *Hyacinthum* aliqui, Romani verò *Buccinum* vocant, iam dicto ſimile, ſed folijs ramulíſque gracilioribus.

Cùm autem Delphinium nec à Galeno, nec ab Oribaſio, nec à Paulo, nec à Plinio, nec ab alijs tum Græcis tum Latinis deſcribatur vſquam: multis, præſertim verò Cordo & Matthiolo, eius Caput, quod apud Dioſcoridem habetur, ſpurium & aſcititium exiſtimatur. Lobelius tamen aliud ſentit: perquirendum ſuadens num Authores illi Claſſici, alio fortè nomine de eo ſcripſerint necne. Nec parum placet Nobis eius ſententia: cùm in tanto rerum obſcuritate, & opinionum diuerſitate, vix quicquam certi liceat ſtatuere.

Delphinium ad Mauritanorum *Senam* refert Marcellus, alij ad plantam quæ *Filius ante patrem* Herbarijs dicitur. Quibuſdam eſt *Antora*, alij eum *Lychnide*, alij eum *Linaria* conferunt: Cratoni verò ea eſt planta quam *Noli me tangere* vocant nonnulli. An *Conſolida regalis*, vt autumant nonnulli?

FINIS CLASSIS XXVI.

ICO.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ

STIRPIVM

CLASSIS XXVII.

PLANTAS CONTINENS VMBELLIFERAS.

MARATHRVM SIVE FOENICVLVM: Germ. *Fenchel*: Gall. *Fenouil*: Ital. *Fenocchio*.




Fœniculum inter olera & ſuffrutices ferulaceos recenſet *Theophraſtus*: eique caulẽ nervoſum, ac ſemen nudum & ſuave olens attribuit. *Dioſcorides* verò tanquam notiſſimum, non deſcribit: *Plinius* Theophraſtum imitatus, Ferulacei generis eſſe tradit, Thapſiæque perquàm ſimile facit.

Eſt autem Fœniculum aliud hortenſe & domeſticũ, aliud ſylveſtre: aliud maius, aliud minus. Obſeruatũrque prætereà, vt ex ſequentibus patebit, in guſtu & ſapore, florum colore, & ſeminũ tum forma tum colore, adhuc alia differentia.

Vulgare minus, acriore & nigriori ſemine hic pingimus, quod ſaxoſis Meridionalibus locis paſſim provenit.

FOENICVLVM DVLCE, MAIORE ET ALBO ſemine.



Vulgari Fœniculo radix eſt digitalis, atque etiam maior: recta, alba ſapore cum quadam dulcedine aromatico: *caulis* tres aut quatuor cubitos altus eſt, rectus, ſtriatus, geniculatus, teres, fungoſâ albâ medullâ farctus, crebris alis concavus. *Pediculis*, ceu vagina, *caulem & ramos* complectuntur, quibus *folia* inſident in longiſſima tenuiſſima filamenta diſſecta, atrovirentia, ſapore dulci, odore ſuavi, *Vmbella florum* latæ luteæ, odoratæ; *ſemen* oblongum Aniſi, nigricans, gracilius, ſapore acri.

Quod verò hîc pingimus, *radicibus, foliis, caulibus & flore*, à vulgari parum diſtat. At *Semina* illi ſunt maiora, ſtriata, albida, dulcia, & minùs acria. Vtriuſque ſemen exhibet Icon.

FOENICVLVM ROTVNDVM FLORE ALBO.



Radice nititur fibroſâ, exili: *caule* minori & breviori: *foliis* latioribus ac etiam brevioribus quàm vulgaris Fœniculi. *Vmbella alba*, rotunda, primo anno flores & ſemen teres, quod minùs quã vulgare Fœniculum ſublongum & rotundum. Hyemem facilè perfert, & ſi Autumno ſemen terræ mandatur, procerior & efficacior evadet.

A vulgari ſapore & odore non differt, ſed humilius eſt, vmbella candida, ſemẽque vulgari minus.

Hortenſe eſt, vt & præcedens; quod *Fœniculum Italicum*, & *Fœniculum Florentinum* vulgò inſcribitur, atque etiam *Romanum*, ob dulcedinem quam in illis locis, ex diligenti culturâ, ſolet acquirere.

FOENICVLVM MAGNVM, HIPPOMARATHRVM, Et Chaa, Herba Iaponiæ.




Hippomarathrum, (ſcribit Bellus in Epiſt. ad Cluſium,) *folia* tenuia, Fœniculo quodãmodò ſimilia, profert: *caulem* læuem, duos aut tres cubitos longum, minimi digiti craſſitudine, geniculatum: *florem* luteum: *ſemina* magna, Cachry ſimilia: *radix* verò oritur ſimplex, magna, odorata.

Huius ſemen vulgaritèr à mulieribus coquitur in lixivio ad capillos aureo colore tingendos.

Ad Fœniculum reducit C. Bauh. in Pin. *Chaa* herbam in Iaponia, è cuius pulvere, authore Linſchottano, decoctum pretioſum parant, & hoſpitibus dignioribus propinant.

De Fœniculo plura in Appendice.

FOENICVLVM TORTVOSVM MONSPELIENſium, Seſeli Maſſilienſe multis.



Fœniculum tortuoſum vocant Monſpelij herbam cubitalem, ac interdum maiorem: *caule* ſtriato, medullâ alba pleno, mox à radice in varios contortos, ramos, firmos, diuiſo, craſſiuſculo, breuibus interuallis intercepto. *Folia* Fœniculacea, non ita tenuia, breuiora, rariora, duriora, colore ferè Anethi. *Vmbella florum* paruæ quinque foliolis albis (purpuraſcentibus Cluſio.) conſtant. *Semina* alba, ſtriata [Apij Cluſio.] *Radix* longa, alba, craſſiuſcula, aromatica, vt & tota planta.

Seſeli Maſſilienſe inſcribunt multi; *Selinum peregrinum* Cluſius. Monſpelij autem paſſim copioſè prouenit.

FOENICVLO SIMILE MILLEFOLIVM AQVAticum vmbelliferum.




Folia ſparſa, latè virenti Fœniculaceis perquàm ſimilia, ac cæterâ non diſſimilia, odore grato, ſapore nullo inſigni. Flores gerit in ſcapo vmbellatos. *Radices* ad Hellebori albi radices quodammodò accedant, fibroſæ, albæ, crebræ ex vno capite dependentes, palmo longiores; capite.

An *Millefolium Stratiotes*, vt ſtatuit Schvvenkfeldius? An *legitimum Dioſcoridis Myriophyllum*, vt ſtatuere videtur Matthiolus?

Paluſtre eſt in Sileſia variiſque aliis in locis atque aquis non fluitantibus familiare. Vidimos *Nos* circa foſſas Baſ. duæ menſe Aprili.

ANETHVM: Germ. *Dyllen* vel *Tillen*: Belg. *Dille*: Gall. *Aneth*: Ital. *Aneto*.



Fœniculo perſimile eſt *Anethum*, *caule* fiſtuloſo, ſtriato: *foliis* tenuiſſimè in capillaria filamenta diſſectis odoratis, ſed minùs quàm Fœniculum gratis. *Flores* in vmbella lutei, quibus *ſemina* ſuccedunt Fœniculacea, latiora, ſapore acri, ac minùs etiam grato quàm Fœniculi.

Græcis dicitur Ἄνηθον, quòd citò excrescat vel quia ἀναιθώ, quòd appetentiam cibi excitet.

Seritur vulgò in hortis, & ſemel ſatum quotannis ſemine decidvo ſe propagat, reſtibili fœcunditate: omnémque cæli ſtatum patitur, ſed tepidiore lætatur. *Plura in Appendice*.

ANETHO SIMILIS PLANTA, GINgidium verum Dioſcoridis.



Hanc plantam *Gingidium verum Dioſcoridis* inſcribit Ravvolfius: ac in monte Libano Syriæ, locis præruptis, prouenire ſcribit. Plantula eſt, ait, Gingidio noſtrati perquàm ſimilis, *radice* paruâ albicante: *foliis* Fœniculaceis, tenuioribus quàm in Paſtinaca eratica, guſtûque amarioribus. *Vmbella*, in medio Capitulum cæruleum habenti, ſubſunt *folia* tenuia, vt Melanthio. *Semina*, rotunda, in vnum quaſi Capitulum confertim coacta. *Sic ille*: Nobis ex ſemine à Ravvolfio miſſo Montbelgardi in S. P. horto creuit planta quam hîc pingimus.

PANACES ASCLEPIVM: Germ. *Heylvvurtz*: Gall. *Panaces*; Ital. *Panace Aſclepio*.



Panaces Aſclepium, vt memoriæ prodidit Dioſcorides, *caulem* de terra emittit tenuem, cubitalem, geniculis diſtinctum: circum quem *folia* ſunt ſimilia Fœniculo, ſed maiora & hirſutiora, odorata: & in ſummo *vmbella*, in qua *flores* aurum referentes, acres, odorati. *Radix* eſt parua & tenuis. Vim flores & ſemina habent aduerſus vlcera, tubercula & phagedænas, ſi trita cum melle imponantur: contra ſerpentes cum vino bibuntur, & cum oleo illinuntur.

Folia Thapſiæ ſimilia faciunt Theophraſtus & Plinius: nec tamē in eo à Dioſcoride variāt, cùm teſte Marcello, Fœniculi folio ſit Thapſia. *Nos* Guilandini Panaces Aſclepium hic pingimus quod flore albo, & folio Carotæ, eſſe aiat.

PANACES ASCLEPIVM ALTERVM Dalechampij.




Pro Panace Aſclepio Dioſcoridis Anguillara & Matthiolus plantam exhibent foliis Ferulæ, flore luteo, quam in Candia *Seſeli*, in Sicilia verò *Peucedanum*, appellari aiunt.

Panaces verò *Aſclepium alterum Dalechampij*, in aſperis locis & tumulis prope Monſpelium, prouenire ſcribit Hiſtoria Lugdunenſis, *radice* Apij, candidâ, tenui, acri, odoratâ: *folio* tamen Apij, aut Coriandri, potius quàm Fœniculi, hirſuto: *flore* luteo in vmbellis circinatæ rotunditatis.

De Panace Chironio & Panace Heracleo in Appendice.

Mevm: Germ. *Beervourtz, Hertswurtz*: Gall. *Meum, Meu*: Ital. *Meo* & *Finochiello*.



Meum quod *Athamanticũ* vocant, ait Dioſcorides, in Macedonia & Hiſpaniæ pluſimum naſcitur: *caule* & *folijs* Anetho ſimile, craſſius tamen Anetho, ad cubitos duos inſurgẽt. ſparſis *radicibus* tenuibus obliquis & rectis, longis, odoratis, linguam calefacientibus.

Duo genera facit Plinius: *nobilius*, quod Athamanticũ, vel ab Athamãte inuentore, vel quia laudatiſſimum in Athamante vocant: & *alterum*, quod minùs iuſſum.

An verò quod hic pingitur *Vulgare Meum*, legitimum ſit *Dioſcoridis Meum*, etiam ne e iuſdem *Meum* in noſtris regionibus proueniet, ambigitur: dubitat Matthiolus aſſeriter verò Luſitanus, & Anguillarã, Lobelius & alijs quorum Sententiæ Nos ſubſcribimus. *Iudicent docti*.

Mevm alterum Italicum quibusdam.

Meum ſpurium Italicum alterum.



De *Meo vulgari* & *vero* ſic tradit in Adu. Lobelius: Mei veri, inquit, plurimas ſæpiſſimè vidi plantas, in Germaniæ Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæque locis alpinis: *Radix* eſt odore ſuaui Spicæ vel Angelicæ: *caulis* & *folia* Anethi, *vmbella* candida, Iunio & Iulio florens: *ſemen* Hippomarathri, odoratum, &c.

De Spurio verò quod hic pingimus, ſic in Obſeru. ſcribit: *Spurium Meum* alterum Italicum *Meo vulgari* non abſimile eſt: ſed *folia caules* & *vmbella*, omnia craſſiora & habitiora: *Radix* item maior foris pulla, Peucedani facie & concretione, teter & iniucunda etiam odoris, cum ſaporis. *Quæ ex Lobelio declarasse ſufficiat*.

Mevm Dauci Cretici facie.



Meum hic depictum quod in Allobrogum & Sequanorum mõtibus frigidiſſimis & altiſſimis naſcitur ſunt qui pro genuino habeant. *Radix* illi dimidio pede longior, foris nigra Dauci Cretici modo, intùs candida, brachiata, odorata. *Cauiculi* multi, ac inſtar Fœniculi neruoſi, tres, aut ad ſummum quatuor, digitos alti. *Folia* breuia, capillacea, Fœniculo ſimilia. *Flos* candidus, vmbellis denſis. *ſemen* minutiſſimum, amarum, & ſuauiter olens. *H. ſt. Lugd.*

Ex antè dictis de *Mei vulgaris natalibus* conſtat: Quin Lobeliũ etiam imitatus Dodonæus naſci id refert pluribus in Italiæ, Hiſpaniæ, Galliæ & Germaniæ locis, quod à *Nobis* etiam obſeruatum, *Plura in Appendice*.


Selinvm montanvm pvmilvm Clusii, foliis Fœniculi aut Peucedani, flore albo, ſemine Selini.



Notis ternis adſcriptis aliquid de *radice* addendum. Ea ſupernã parte in craſſum caput exuberat, multiſque villis (qui foliorum ſuperiorum annis fibræ ſunt,) hirſuta, breuis, quaſique in orbem conuoluta eſt intùs fungoſa & alba, exteriùs fuſca & rugoſa, inferiore parte bifida plerumque, & in raras fibras deſinens.

Selini genus hoc exile & pumilũ, inueni in ueniture quibuſdam ſiccorum deſertorũque arenarium tamen, agrorum marginibus, & in nudis gramineis montibus inferioris Auſtriæ & Pannoniæ, flore q; Mei; initio, ac biennalis eſſe creditur, vti pleræque ſunt vmbelliferæ.

Saxifraga Matthioli et Italorum.



Hanc Græcis *Saxiphragon* & *Saxiphragon*, et Ital. *Saſſifraga* d, dici tradit Matthiolus. Italiæque, ac præſertim Hetruriæ, eſſe notam, atque è duriſſimis erumpere ſaxis: foliis capillaribus, Epithymo non diſſimilibus. Et tandem experi ad renũ & veſicæ calculos, vt & ad rem [illegible] vernas.

Cum ille eandem eſſe ſuſpicamur *Saxifragiam Ferulaceam Italorum* Lobelij, de qua ille talia ſcribit: Quidã, ait, Hetri Italici glebane Saxifragiam bicubitalem, foliis Ferulaceis aut Fœniculi, minùs aut minimè geniculatis, tenuioribus, & obſcurè virentibus; floribus vmbellatis, albidis, *Mei*, cuius videtur ſpecies. Radices albicant, Paſtinacæ ſapore.

Saxifragia mvltifido folio, Pannonica Clusij.



Multò minor Peucedanũ, at, eſt *ſaxifraga Pannonica*, & breuioribus *folijs* præditæ, capũ foliorum ferè æmulis: Inter ea verò exeunt *cauliculi* pedales, graciles geniculati, aliquot ex genis foliis exornati ſummo faſtigio candidorum *floſculorum vmbellam* ſuſtinentes *Radix* Peucedani radici non multùm abſimilis ſed breuior, nigrior, ſaltuãmque etiam multa hirſuta capitis ſupernã parte producens, è quibus folia & cauſes emergunt.

Inuenta hæc à Cluſio deſcriptionis authore in multis Hungariæ & Auſtriæ inferioris locis in montium ſcilicet acclinitatibus petroſo & ſalebroſo ſolo. Floret Iulio. C. Bauhino dicitur *Daucus ſ. montanus multifido breuiq; folio*.

Saxifragiæ tenuifoliæ affinis, quibuſdam Caucalis.



Hanc Anguillara Caucalin vocat, ac naſci in Peloponneſo multiſq; alijs locis, in ſaxis, prodit: *folijs* Fœniculi, *caule* cubitali, *vmbellâ* albâ, *ſemine* Ammi: comedi, odoremq; habere Petroſelini, & ab incolis ἀγριοσέλινον, id eſt, *Apium ſylueſtre*, vocari.

Caucalim nuncupat etiam Lobelius: *Caucalin Pena* Hiſtoria Lugd. *Caucalim Anglicam* Tabernemontanus: *Caucalim* 12. *folio Peucedani* C. Bauhinus in Pin. & Phyt. An *Apulorum Pietra ſindula*?

Apium, quod Petroſelinum Dalechampij exiſtimatur.



Radix huic longiuſcula & craſſa, foris nigra, carnem intus albet, capite comato, ſapore amaro: à qua [illegible] naſcuntur *caules* plures, anguſti, ſtriati, pedales, & interdum dodrantales palmares, *folijs* amictis Dauco glauco *folio* ſimilibus. Caulium *ſcapus* tripartitus vt plurimùm vmbellas gerit *floſculorum* albicantium. *Semen* Petroſelini vulgaris.

In ſaxoſis tumulis prope Gratianopolin naſci teſtatur Hiſtoria Lugdunenſis.

Pyrethrum: Germ. *Bertram*: Gall. *Pyrethre*; Ital. *Pyretro*: Arab. *Machartaraha*.




Ab igneæ qualitatis impreſſione, quã manſa radix in guſtatorio organo relinquit, nomen toti plantæ apud *Græcos* datum: *Latini* à Saliuæ copia, quam in ore detenta elicit, *Herbam ſaliuarem* nominant.

Herba eſt, authore Dioſcoride quæ *caulem* & *folia* velut Daucus ſylueſtris & Fœniculum prodeat: *vmbellam* verò velut Anethũ rotæ ſimilem. Radix eſt digiti magni craſſitudine, guſtũ feruidiſſima, quæ pituitã attrahit: &c.

Plantas porrò Pyrethri nomine donatas in Hiſtoria noſtra magna receſemus: Ptarmicam, Saxifragiam, Tanacetum, Valerianam ſylueſtrẽ, Dracunculum hortenſem, & hîc pictas.

Pyrethum Geſneri.



Radice, ait, nititur longâ, ſimplici, modicè fibrata, pallida, digiti craſſitudine, feruidi & vrentis guſtûs. *Folia* Anetho ſimilia prodeũt: *caulis* Fœniculaceus: *flos* in vmbella circinatæ rotunditatis. Verũ verò ſit verũ Dioſcor. Pyrethrũ meritò dubitatur.

Refertur quidem vulgare Pyrethrum inter Plantas Europæorum Tractuum indigenas: attamen in calid oribus & Orientalibus vberius & lætius prouenit: eſtq; Italiæ & Hiſpaniæ præ cæteris familiare.

Eſt autem radix Pyrethri feruidiſſima, & ad quartum caloris exceſſum aſcendens, Pituitam in ore *detenta* proijcit copioſè: *ſtimulo* dentium dolori à cauſa frigida prodeſt, vt & omnibus affectibus, qui à pituita in capite congeſta proficiſcuntur.

Cyminum ſiue Cuminum Germ. *Kymmel, Kymmich*: Gall. *Cumin*; Italicè *Comino*.



Cuminum ſiue Cyminum & ſeminis & plantæ cuiuſdã Fœniculo ſimilis nomen eſt: cuius duo vulgò agnoſcũtur genera, *Hortenſe* ſiue *ſatiuũ*, quod hîc pingimus, & *Syluestre*, de quo mox.

Satiuum, herba eſt parua, pedalis: tenuibus & in plures anguſtas partes ſectis *folijs*: *floribus* candidis: *ſemine* in vmbella oblongo, vtrinque acuminato, anguloſo, cartilagineo, ſubflauo, ſubacri, ſubamaro, & cum grauitate ſuauiter odorato. *Radice* verò oblonga & tenui.

Duo rurſus eius genera: *alterum ſubnigrum* & acrimoniæ vehementioris, *alterum* verò *candicans* & *ſubdulce*. *Plura in ſeq. & in Appendice.*

Cuminum Syluestre: Cuminum Sylueſtre primum Dioſcoridis.



Syueſtre Cuminum in ſimplicium cenſu prætereuntes Galenus, Ætius & Paulus: Plinius prætendit eſſe [illegible] quaternis aut quinis foliis veluti ſerratis, & ad omnia ferè efficacius.

Dioſcorides duorum meminit, quorum vnum ſatiuo ſimile facit, & ſemen Nigellæ ferre, ait alterum verò capita in ſummo habere quinque aut ſex, rotunda, mollia, in quibus ſemen acetoſum guſtanti acrius quàm ſatiuum: naſciq; in locis [illegible].

Hoc omnium ferè [illegible] culo, hic pin[illegible] *Cuminum ſylueſtre*. *Cuminum ſylueſtre 1 Dioſcoridis*, ab Herbarijs inſcribi ſolet. De [illegible] *in Appendice*. *Commin fort* & *Commin doulx* vocat Dalechampius.

AMI, AMMI, AMIVM, ET AMMIVM: Ger. *Ammy, Ammey*: Gal. *Ammi*: Ital. *Ammi, Ammio.*



Ammi, ait Dioſcorides, alij Æthiopicum, alij regiũ, Cuminum appellant: alij alterius naturæ Æthyopicum Cuminum, & alterius Ammi, eſſe pro ſiderunt. Vulgò notum eſt, ſemen exile, multò minus Cumino, & Origani ſapore, &c.

Sic *Ruellius*: Eſt Cumino ſimillimum quod Græci vocant Ammi, & quod nonnulli Æthiopicum Cuminum eſſe exiſtimant, &c.

Differentias quod attinet: ſumuntur illæ à *loco*, à *magnitudine*, ab *odore*, &c. Vnde aliud Satiuum, aliud Spontaneum dicitur: aliud *Maius* & vulgare, cuius ſcilicet folia, cauſes, vmbellæ, ſemina, & in genere omnia, maiora; quod hic pingimus. Aliud *Minus* & tenuifolium, quod non adeò frequens: aliud odore Origani, aliud odoratiſſimum, &c.

AMMI ODORE ORIGANI: AMMI CRETICVM ſiue Candiacum.



Caules huic ramoſi, ſtriati, geniculati: *folia* infima quidem latiuſcula & multifida, ſuperiora verò multò tenuiùs diſſecta. odore, ſi terantur, admodum aromatico, Origani, ac ſapore non diſſimili. *Vmbella* frequenteq; *floſculorum* minutiſſimorũ, albicantium. *Semen* Aniſi facie, ſed minus, inſigniter aromaticum. *Radix* craſſiuſcula.

Cumini Satiui nomine deſcribit Cæſalpinus, Turnerus verò id intelligit per *Ammeos alterum genus nuper in Italia inuentum*. Plæriſque verò Scriptoribus eſt *Ammi Creticum ſeu Candiacum*, *Ammi Creticum aromaticum*, *Ammi ex Syria aut Creta*. Ammi Lacunæ, Caſtori & Camerario.

In noſtris Regionibus ſatũ Nos deludit, teſte Lobelio.

AMMI SEMINE TENVISSIMO ET ODORA- tiſſimo.



Herba eſt pedalis, & interdum bipedalis: *caule* tereti, fragili, fœniculaceo, medullâ albâ pleno. *Folia* primùm lõga, profundè vndiq; incisa; & ſuperiora quidẽ fœniculaceis aut anethinis ſimilia, paulò tamen tenuiora: extrem s ramulorum hærent *vmbellæ* paruæ; inæquales, *floſculis* albis contextæ: *Semẽ* minimum, odoratiſſimum, calidi & acris guſtus: *radix* parua, gracilis & lignoſa.

Hæc Cretica multò eſt minus, ac odor quoque paulò infirmior: differũtque etiã folia. Id verò Lugduni, Geneuæ, Baſileæ & Montbelgardi copioſum in hortis habuimus. Floret Auguſto, & interdum Nouembri, ac ſemine deciduo ſe propagat. *De veribus in Appendice.*


BVNION ET PSEVDOBVNION: BVNIVM Dalechampij.



Bunion, ait Dioſcorides; *caulem* producit quadrangularem, prolixum, craſſitudine digitali: *folia* verò ſimilia Apio, ſed multò tenuiora, ad Coriandri folia accedentia: *florem* Anethi: *ſemen* odoratum, Hyoſciami ſemine minus. Ciet id vrinas, excalfacit, & vrinas euocat. Illi autem Pſeudo Bunion eſt paruus frutex palmi altitudine in Creta. folia ramuloſq; ſe habens Bunio ſimilia.

Cæterùm Bunij nomẽ retinuere Nationes pleræq; omnes Græci, Latini, Germani, Angli, & alij. Ignotũmq; hodie vtrumque Bunium, tum verum tum falſum, ſunt (Cordatius) qui exiſtiment: Bunium tamẽ quod hic pingimus, Dioſcoridis, Plinij & Galeni verum Buniũ eſſe vult Hiſtoria Lugd. *Indicabunt Docti.*

BVLBOCASTANVM: Germ. *Klein Erdnuſſ.* Belg. *Klein Erdnoten*: Sabaudis *Fauerottes.*



Bulbocaſtanum vocarunt Geſnerus, Dodonæus, Tabernam. Caſtor & Gerardus: *Apium & Chamabalanum* Turnerus: *Bunium* Dodonæus Gall. Laguna. & Geſnerus: *Caſtaneam terræ & Caſtaneam porcinam* nonnulli: *Nuculam terreſtrem Septentrionalium* Lobelius: *Oenanthes ſpeciem* Cortuſus, Caſtor, Matthiolus: *Bulbinẽ* aliqui; *Thraſi* alij: & magno lapſu Gupylus. Andernacus & Matthiolus Balanocaſtanon.

Aliud autem Bulbocaſtanum Maius eſt, aliud Minus, Dalechampius ſexu diſtinguit: & *Marem* vnum vocat, quod alij Dioſcoridis Bunium inſcribunt, aliud Fœminam, quod Nos Oenanthen aquaticam cognominamus. *Plura in Append.*

SESELI: SESELI MASSILIENSE: Germ. *Gemein Seſel, Roſs Kummel*: Gall. *Sermentain, Cumin large.*



Caule eſt Ferulaceo, cubitali geniculato, duro. *Folia* veluti Fœniculi, ſed ampliora, latiora, craſſiora. *Floſculi* in vmbellis albicantes: *Semina* oblonga, lõgioráque & latiora quàm fœniculi, atque admodum acria. Sic deſcribunt nonnulli, alij aliter: ex Dioſcoride verò addimus, *radicem* eſſe longam & odoratam.

Seſeli *Maſſilioticum* ſiue *Maſſilienſe* inſcribitur vulgò, & quibuſdam *Siler montanum*.

In omnibus ferè Tridentinis montibus legi apud Matthiolum legitur: ſed id meritò negant Pena & Lobelius. Veriùs ille circa Maſſiliam abundare ait: abundat & circa Monſpelium locis aſperis, & varijs in hortis colimus. *Plura in Appendice.*

VISNAGA.




Seſquicubitalis circiter eſt planta, *radice* tam adnatis fibris: *caule* Anethi, ſtriato, glabro, geniculato: *folio* Paſtinacæ erraticæ, læui: *vmbella* florum candentibus, *ſemen* paruum, Apij Officinarum, acre.

Lugduni & Geneuæ, ac præſertim Montbelgardi, copioſam habuimus in hortis, vbi Iulio & Auguſto florebat, & ſemine turgebat Autumno.

Legitimum eſſe *Gingidium*, vel Gingidij alterum genus, exiſtimarunt Dodonæus & Anguillara: ſed Caſtori & Matthiolo non arridet eorũ opinio, vt nec Nobis, qui Matthiolo ipſi & Caſtori, *maiorem Paſtinacam Sylu.* eſſe ſtatuentibus, ſubſcribere non poſſumus. Erantque etiam plurimùm qui *Staudeum* Matthioli *Gingidium* eſſe volunt.

VISNAGÆ SIVE BISNAGÆ ALIA ICON.



Icones noſtræ ſunt ex emptitijs, nec in omnibus placent. Vltima penitus apud Fuchſium pro *Caucali* Maſſilienſi ſic Viſnaga, pro vero Seſeli Monſpelienſi ponunt etiam Dodonæus Gall. & Lonicerus: ſed quo merito nos non docti. Dicitur vulgò Viſnaga & Biſnaga, ac *biſnagenem* etiam nuncupari author eſt Camerarius. *Leptodium* in Syria dici, & à nonnullis *Biſacutum*, teſtes habemus Dioſcoridem & Dodonæum.

Paſtinacam viribus referre contendit Matthiolus, alij Gingidij facultates illi tribuunt: tam verè autem illi conueniunt, quam vere Gingidium dicitur. *Vmbellæ pediculi*, qui palmo longiores ſunt, duri & rigidiuſculi, pro dentiſcalpijs, ob ſuaueolentiam, præcipuè in Hiſpania, multis in vſum veniunt.

PEVCEDANVM: Germ. *Haarſtrang, Seuvfenchel*: Gall. *Peucedane*: Ital. *Peucedano*.



Peucedanum, ita deſcribente Dioſcoride, *caulem* profert tenuem, gracilem, Fœniculo ſimilem: *comam* verò habet circa radicem copioſam ac denſam *florem* luteum: *radicem* nigram, graui odore, craſſam, liquoris plenam. Gignitur in montibus opacis, &c.

Peucedanum in Arcadia naſci ſcribit Theophraſtus, Plinius vbi laudatiſſimum haberi, cæterà in deſcribendo Peucedano aſſignandiſque eius viribus cum Dioſcoride concordat Plinius.

Fert autem, *Pinus*, quæ Græcis πίτυς dicitur, *Peucedani* nomen: non congener congeneri, aut ſimilis ſimili, planta: ſed ſpecioſa & procera arbor, parem folio tantùm ſibi humiliorem fruticem veluti adoptauit.

PEVCEDANVM MAIVS ITALICVM.



Diſtinguitur vulgò Peucedanum in *Minus*, ſiue *Germanicum*, & *Maius* ſiue *Italicum*. Illud quod in præcedente Tabella pingitur, eſt *Peucedanum* Tragi, Fuchſij, Cornarij & Tabernæmõtani, qui etiam *Caudam porcinam* vocat. Peucedanum nominat etiam Lobelius & Fœniculum primum C. Bauhino verò in Pin. *Phyt.* & apud Matth. dicitur *Peucedanum Germanicum*.

Quod exhibet hæc Tabella *Peucedanum poſterius*, *Peucedanum maius*, *Peucedanum Italicum* & *Peucedanum maius Italicum*, à varijs inſcribitur: & à nõnullis *Libanotis nigra*.

Cæterùm in vmbroſis & opacis, tum hortenſibus tum alijs prouenit locis, Iulioque floret & Auguſto. *Plura in Appendice*.

LIBANOTIS.



Libanõtidum duo genera facit *Theophraſtus*, infrugiferum vnum, alterum fructiferum: Confuſè de Libanotidibus agit *Plinius*, ac incerto intellectu, vt eas à Conyzis & Roſmarino apud eum diſtinguere minimè ſit facile. *Dioſcorides* quadruplex Libanotis: 1. folio Fœniculi, ſemine & radice candidis: 2. folio ſimilis, ſemine & radice nigris: 3. folio ſimilis, ſed abſque caule, flore & ſemine: ac 4. tandem quæ folio eſt Lactucæ. Galeno tres ſunt Libanotides, vna ſterilis & duæ fructum ferentes. Nos ex varijs diuerſi admodum generis Plantis, quæ Libanotidis nomine donantur, *Cachryophoron* dictam *floribus luteis*, hic pingimus, à Nobis varijs in hortis obſeruatum, Baſileæ, Patauij, & alibi.

LIBANOTIS QVIBVSDAM FLORE LVTEO, ſemine Ferulæ.




Hanc exiſtimat Dodonæus eſſe *Panaces Aſclepium Dioſcoridis*: Lobelio verò, Anguillaræ & alijs eſt *Panax Aſclepium Ferulæ facie*. In Candia & Sicilia frequens habetur, ac Nobis etiam, ex ſemine inde miſſo, ſæpius fœliciter Montbelgardi in S. P. horto prouenit.

Cùm autem Plantæ 27. & plures in Libanotidum cenſum referantur, quænam ex illis pro veterum Libanotidibus admitti poſſint, inde quodam Nos iam pigmenta in Hiſtoria opere magno expendimus.

Omnes porrò Libanotides, Galeno teſte, & radice, eiuſdem ſunt facultatis, abſtergentis ſcilicet, digerentis & incidentis. *Plura in ſeq. & in Appendice*.

LIBANOTIS THEOPHRASTI QVORVMDAM, Seſeli Æthiopicum Matthiolo, Ceruaria nigra.



Radicem nigræ Ceruariæ habet, craſſam, valdè longam, & comatam, verùm albicãtẽ: *caulem* nodoſum, duorum aut trium cubitorum: *folia* ſingularia, quintuplò & decuplò maiora quam Ceruariæ nigræ, ſubrotunda, ſerrata, glabra inferiùs penè glauca, ſuperiùs viridantia. *Vmbellæ* latæ, *flores* albi: *ſemen* gemellum, octo angulis donatum, cum quadam amaritudine.

Libanotidem Theophraſti fecit Dodonæus Gal. Latinus verò *Seſeleos Æthiopici* titulum illi facit. Pro legitimo *Seſeli Æthiopico* depinxêre Fuchſius, Tragus, & quandoque Matthiolus: pro *Elaphoboſco Dioſcoridis* Lonicerus. Nos plantam hanc reperimus florentem Iunio inter ſaxa. In hortis floret Iunio.

LIBANOTIDI THEOPHRASTI QVORVMDAM valde ſimilis Coſtus amarus, ſemine criſpo.



Hanc in monte Sumano collectam ex Italia accepimus, *Coſti amari* inſcriptione. Libanotidi Theophraſti dictæ ac modò traditæ, valde erat ſimilis. *Folia* tantùm maiora & minùs ſerrata, magis ample *vmbella*, & *ſemine* oblongo, criſpo, nonnihil amareſcentia, cum acrimonia.

Cæterùm, vt de Libanotidis Etymo aliquid dicamus, Libanotis dicta quia Thus oleat, apud omnes ferè Græcos & Latinos in cõfeſſo eſt, vnde Plinius lib. 19. cap. 12. Libanotis odorem Thuris reddit, inquit, & inde ei nomen: λίβανος enim Græcis Thus eſt. Aliud Etymon quærit Apuleius: ab eo ſcilicet, quòd ante cognitum noſtro Orbi Thus, huius herbæ ſuffitu pro Thure Gentes vterentur; ſed id parum veriſimile.

LIBANOTIS THEOPHRASTI QVORVMDAM, folio minùs rotundo.



Hanc Libanotidis Theophraſti dictæ varietatem obſeruauimus Heidelbergæ in horto Sprengeri: *caule* ampliſſimo, cubitali, tripartito, & tripartitis deinde brachijs. In terna quoque plærumque foliola deſinentibus, ſubrotunda, ſerrata, ac quorum extimum interdum poſtremum trifidũ eſt: infernâ autem parte ea magis candicant.

Libanotidem coronariam Dioſcoridis Nos *Roſmarinũ* inſcribimus, & aliò referimus: multúmque cum Marcello miramur, cur Libanotidis nomine donatus ſit, cùm nihil fermè Libanotidi ſimile commune habeat, vt facile ex vtriuſque Hiſtoria eſt intelligere, quæ tota & vndique diuerſa.

LIBANOTIS ALTERA QVORVMDAM, ALIIS Ceruaria nigra: Germ. ***Schwartz Hirtz, Hirtzwurtzel.***



Radices huic digitales, capite Meiſoſiaς capillato, altiùs humo depactæ, foris nigrantes, intùs albæ, lentam mucaginem vulneratæ manantes, ſapore aromatico, ſeſſnaceo, grato. *Folia* tum à radice tum à caule oriuntur, longis appenſa pediculis, aliquateous Petroſelini Macedonici effigie & diuiſurâ, rigidiore, glabra, glauci ferè coloris, crenata, ſapore remiſſiore quàm radix. *Caules* ferulacei, ſtriati, duos aut tres cubitos alti, & in alas diuiſi: *Vmbellas* ſuſtinẽt ampliſſimas *floſculorum* albicantium, qui ex foliolis quinis conſtant, & priùs quam dehiſcant purpuraſcũt. *Semen* latiuſculum ad Paſtinacæ latifoliæ ſemen accedens. *Plantam* exprimit ſequ. *Figura*.

LIBANOTIS THEOPHRASTI MINOR, LOBELIO: Panacis ſpecies nonnullis.



Folijs eſt exilioribus multò, ac Saxifragæ Venetæ proximis: *Caulis* bicubitalis & procerior: *Semen* Anethi, candidum: *Flores* in vmbellis albi: *Radix* aromatica, grati & iucundi odoris.

Tabernæmontano dicitur *Libanotis Panacea*, Thalio *Libanotis alba minor*; Lobelio *Libanotis Theophraſti minor*. An eadem cum *Ceruaria nigra*, ſiue Libanotide altera quorumdam paulò antè tradita? Eam Nos varijs locis obſeruauimus: Baſileæ, in monte Mutetz, & in monte prope Krentzach, florentem Autumno. Geneuæ, in monte Saleuæ: Montbelgardi à *la Chaux*, iuxta vineas, ac etiam inter *Rampach* & *S. Germain*.

VALDE BONÆ NOMINE MISSA LIBANOTIDIS ſecundæ quorumdam, ſpecies.



Tota hæc planta accedit ad *Ceruariam nigram*: verùm *foliorum* color viret magis, nec ita glaucus eſt. In *folijs* etiam pauciores coniugationes, ſed ea multò maiora ſunt, amara, & acria nonnihil. *Flos* luteus ex vmbellis minoribus quàm in Libanotide iam nominata, iſque maſticatus odorem reddit aliquantulùm viroſum & aromaticum. Siccam aliquando Argentinâ accepimus, *Vulgaris* Bononienſium & *Valdebona* nigræ nomine. Semen à Nobis ſatum tertio demum anno caulem produxit: Iunióque & Iulio ſemina maturauit.

Reperitur in Apennini montis radicibus, vnde habuimus: ac floret Iunio.

FERVLA, FERVLAGO, NARTHECIVM: Germ. *Ferulkraut*: Gall. *Ferule*: Ital. *Ferola*.



Ferulaceum genus, vt iam olim annotauit Theophraſtus, in plures ſpargitur ſpecies: ſed hic de Ferula propriè ſic dicta ſermo eſt. Nomen autem eius alij à *feriendo*, alij à feriendo, ac pluſimi, quòd ſcapi eius fruticibus ſint pedamenti loco, & ſenibus ſcipionis, à ferendo ducunt: quemadmodum etiã *Νάρθηξ* apud Græcos virgultum, bacillum aut thyrſum ſignificat.

Nos ex varijs Ferulacei generis ſpeciebus eam hic proponimus; quæ *Narthecium Theophraſti*, & *Ferulago* Gazæ nuncupatur: ac quam ait Hiſtoria Lugdunenſis Fœniculi alſe *caule* & *folio flore* luteo, *ſemine* oblongo, & *radice* candidâ, fibratâ, ſubacri, dodrantali, ac, pro plantæ magnitudine, exiguâ.

FERVLA FOLIO FOENICVLI, SEMINE LATIORE & rotundiore.



Duæ vulgò ſtatuuntur huius nominis plantæ, quæ cultura tantùm, ſtaturâ, elegantiâ & ſucci copiâ, diſtare videntur: vt ſalices nactæ fuerint cultu etiam arduum, magiſque excoctum, ſubaque & feruidius ſolum.

Alij in *Ferulam Marem* & *Ferulam Fœminam* diſtinguunt: iiſque Fœminæ inſcribitur *Ferula folio glauco* de qua mox, & à nonnullis ea quam ſub præcedenti titulo propoſuimus: Mas verò ea quam hic pingimus. Ad quinque aut ſex cubitos excreſcit, *caule* craſſo, fungoſâ medullâ pleno, ramoſo: *folia* ampliſſima, Fœniculaceâ, aut Ferulæ glaucæ ſimilia. Vmbellæ latæ *florum* luteorum, quibus delapſis *ſemen* ſuperuenit magnum, foliaceum. Radix vulnerata lachrymam fundit lacteam.

FERVLÆ FACIE THAPSIA, SIVE TVRBITH Gallorum, & Officinarum Turbith cineritium.



Radicis cortex fuſco foris eſt colore intùs verò pallente, ſuccóque ſcatet eo lacteo & gummeo. *Caulis* Peucedani, & gracilior quam Ferulæ. *Folia* Fœniculo latiora & breuiora. In *vmbellis ſemen* Ferulæ minoris, oblongum, anguſtius, & montani Sileris. Sic deſcribit *Lobelius*, qui *Thapſiam Aquitanicam* nominat, & *Thapſiam veram* in *Aquitania Vaſconum*. *Thapſiam* dici addens non ſolùm, vt placuit Dioſcoridi, à *Thapſo inſula*, quæ vna è Sporadibus eſt: ſed etiam propter flammeum calorem quem corpori admota inducit. Cæterùm valdequàm ſimilem eſſe *Thapſiæ*, habitu toto & viribus, tametſi purgandi vi illâ ſit præſtantior: eiúſque radice vti pleraſque omnes Septentrionales Officinas, &c.

FERVLA FOLIO GLAVCO, SEMINE LATO OBlongóque: Quibuſdam Thapſia Ferulacea.



Mirum quàm grandeſcat huius *radix*: *caulis* humanã proceritatem multùm excedit. *Folia* magna, Ferulacea, coloris glauci, potiſſimùm ſubtùs, ſuccum lacteum manantia odore graui & ſapore acri. *Flos vmbella* ſub'uiridis: *ſemen* magnum, compreſſum, ſtriatum, nigrum.

An *Ferula fœmina* Caſalpini? An *Roſmarinum Ferulaceum fertile Dioſcoridis Lobelio*? An *Thapſia* [illegible] Cordo in Hiſt.?

Vidimus hanc varijs in hortis ſemen maturantem ſolio, Patauij, Lugduni & alibi. Radicem autem ad tantam molem excreuiſſe, vt LXX. libras ponderarit, ſcribit Felix Platerus, Nos non vidimus. *De Ferulis plura in Appendice.*


FERVLA GALBANIFERA ET GALBANVM.



Galbaniferam Ferulam ſic deſcribit Lobelius: Oritur, inquit, in hortis noſtris peruganſta hæc planta, *ſemine* copioſo, lato, foliaceo, aromatico. Totâ facie Ferulam refert: *folia* exilia, *flo culi* item in vmbellis hilarioribus: *radix* craſſa ſucco prægnans. Quænam autem ſit hæc Lobelij planta nondum perſpectum habemus.

Eſt autem *Galbanum*, authore Dioſcoride, ſuccus naſcentis in Syria Ferulæ, &c. Vnde etiam Plinius: dat & Galbanum Syria, in Amano monte è Ferula. Sic Ferulaceæ plantæ liquorem eſſe, qui eodem nomine hodie in Officinis notus ſit & in vſu, notum vel mediocriter in re Medica exercitati. *De eo plura non capiunt huius loci anguſtia.*


THAPSIA, SIVE TVRBITH GARGANICVM, ſemine latiſſimo.



Thapſiæ etymon antè annotatum. Totâ autem naturâ Ferulæ ſimilis eſt, graciliore tamen *caule*: *folia* Fœniculo ſimilia; *vmbellæ* in vmbella propagine Anetho ſimiles, in quibus *flos* melinus. Semen quale Ferulæ, latiuſculum, ſed aliquantò minus. *Radix* foris nigra, intùs candida, longa, acris, craſſiore libro veſtita.

Plantarum quæ Thapſiæ nomine circumferuntur cenſum in Hiſtoriam magnã retulimus, hic verò eas recenſere non vacat. Hanc ſaltem exhibemus, quæ ſemine eſt latiſſimo & *Turbith Garganicum*, tum à viribus Turbith ſimilibus, tum à natalibus, Gargano Apuliæ monte, nuncupari ſolet. *Plura in Appendice.*

DAVCVS, DAVCVS CRETICVS : Ger. *Mohrenkummel* : Gall. *Panet ſauuage* : Ital. & Hiſp. *Dauco.*



Daucus, vt refert Dioſcorides, ab aliquibus *Dircæum* vocatur. At Creticus *folijs* eſt Fœniculi ſimilitudine, ſed minoribus atq; tenuioribus *caule* dodrantali, *vmbella* Coriandri, *floribus* candidis: atque inter hos *ſemine* acri, albo, hirſuto, ac ſuaui in mandendo odoris. *Radix* eſt digitali craſſitudine & dodrantis altitudine. *Alterum* verò genus eſt Apio ſylueſtri ſimile, eroma oleos, acre, odoratum feruentiſq; guſtus. *Probatiſſimum* eſt Creticū. *Tertium* p ætetica genus eſt floribus Coriandri, albis, capite & ſemine Anethi &c. *hæc diſtinguit ille.* Duos autem tantū ii Daucos habet Plinius; *Creticum*, qui illi etiam probatiſſimus, & *alterum* in ſpecie quibuſcunq; prouenientem.

DAVCI CRETICI HISTORIÆ CONTINVATIO : Caruifolia.




Figura noſtra Fuchſieos ante poſita, quia minus bona eſſet, animus fuit hîc illi aliā meliorem ſubſtituere: verūm cūm Nobis defuerit Sculptoris induſtria, aliam huiuſce familiæ hîc appingimus, quā in Comitatus Montbelgardēſis variijs locis in dumetis Autumno florentem obſeruauimus, & CARVIFOLIAM inſcripſimus. Floſculi autem illi ſuperiū petia albi ſunt, auri a verò rubentes.

Creticum porro dictū *Daucum* alunt præruptæ altiſſimorum montium rupes: vt Saleuæ & Thuiri apud Geneuenſes: *Vuaſſerfall* apud Baſilienſes, & ſimilium. Vnde etiam *Daucum montanum* vocant nonnulli. In hortis viret Martio, flores Maio, & ſemine turget Iunio.

DAVCVS III. FOLIO CORIANDRI, flore luteo.



Folia huic ſunt Coriandri, ſed minora & aliquantulūm craſſa: *caulis* ſeſquicubitalis, *flores* in vmbella lutei, *ſemen* Cumini.

Vere manducant radices & folia, quæ aromatici guſtus ſunt.

Cæterūm *Dauci nomen* variè apud Scriptores ſibi vendicarunt Plantæ: *Mutellinas Meum vulgare, Caroto, Viſnaga, Seſeli, Lappula, Caucalis, Anthriſcum, Hippuris*, *Daucus Selenoides Cordi*, *Daucus Caryophyllum* eiuſdem, *Daucus Cyanopus* & *Daucus ionophyllos* etiam eiuſdem: & aliæ quę folio, caule, ſemine vel flora variant: *Paſtinacam autem* ſylueſtrem, Daucum iam olim nuncupatam fuiſſe teſtem habemus Galenum 2. de alim.

DAVCVS PRATENSIS DALECHAMPII, FOLIO Millefolij pratenſis.



Naſcitur *radicibus* multis ſeu idis rotundis, ab ima caulis parte in diuerſa ſparſis, breuibus, dulcibus, odoratis. Folijs Myriophyllo pratenſi ſimilibus, mollibus, lętè virentibus: *caulis* Fœniculi, cubitali, in ramos duos vel tres diuaricato: atq; vmbellā initiò nonnihil rubeſcentē, poſtea albā amarā, ſubeſti odoratā. Naſcitur in muſcoſis pratis & floret Maio.

Dauci vires quod attinet ſ Omnium ſemen excalefaciendi vim habet: potum menſes, partus, & vrinas pellit, torminibus liberat, veteremque tuſſim mitigat. Subuenit & a Phalangio demorſis, in vino potum, & impoſitum œdemata diſcutit. *Dioſcor.*

DAVCVS GLAVCO FOLIO; SIMILIS FOENICULO tortuoſo: Fœniculum petræum Tabernæm.



Plantam hanc nonnulli ad Peucedanū, alij ad Libanotides referunt. Prouenit locis ſaxoſis, in montibus altis & rupibus. Copioſè verò habetur Montbelgardi locis herbidis circa paſcibulum: florétque Iunio, Iulio & Auguſto, & ſemen maturat Septēbri.

Iiſdem cum Fœniculo viribus præditus eſt hic Daucus: calidúſque eſt in ſecundo gradu, ſiccus in primo: calculum pellit & vrinas mouet.

De Dauci vſu & viribus hęc inter alia apud Galenum habentur. Sylueſtris, ait, eſt ſi minùs aptus eſt quàm ſatiuus, ſed in omnibus vehementior. Satiuus autem edi quidē poteſt, ſed debilior eſt.

MVTELLINA SIVE MVTRINA ? MEVM alpinum quorundam.



Staphylini ſylueſtris *folia* habet, minora tamen, minutiúſque inciſa, trium circiter digitorum longitudine, totáque glabra. *Caulis* breuis, atque vncias tantùm aliquot altus, *vmbellam* gerans purpuraſcentem. *Radix* propter terram capillata, ſatis longa & craſſa, exteriùs nigricans, odoris & ſaporis Mei vulgaris.

Mutellina dicitur vulgò in alpibus Rhæticis, vbi florentem collegimus Iunio. *Vires & facultates* eædē quę Dauci Cretici. Eáque coloſtrię & recoctam ſuam condiunt Glaruenſes & Valeſiani lactarij. Ex eius pabulo plurimum & optimum Lac Vaccæ colligunt, vt ex Mei pabulo in Apulia.

Paſtinaca; veterum Staphylinos: Ger. *Paſtenêy*: Gall. *Paſtenades*; Ital. *Paſtinaca*.



Ex eo nomen inueniſſe videtur Paſtinaca, quòd paſtionē referat, & tanquam habeat: Græci *Staphylinum* vocarūt. Eſt autem Paſtinacæ duplex genus: *ſatiuum* ſcilicet & *agreſte*; atque *agreſtis* rurſus multiplex diuiſio. Satiuum verò, Paſtinaca, nulla adiectâ notâ, vocabulo vulgò intelligitur, Daucum, iuxta Ceſalpini opinionē, vocant Theophraſtus: Dioſcorides verò, Galenus & alij Dauci appellationem erraticæ Paſtinacæ meliùs conuenire ſtatuunt: erraticámque Paſtinacam & Daucum vocas & eiuſdem eſſe generis. *Nos* litem ſub iudice relinquimus.

Paſtinacæ ſatiuæ, icon altera Fuchſij.



Paſtinacæ ſatiuæ duas Figuras habet Fuchſius, quas *Nos* etiam hic proponimus. Cæterùm Paſtinacæ ſatiuæ nomine variæ donantur Plantæ: à Lobelio *Siſer*, à Trago *Siſarum*, ab alijs *Silaum*, *Carui*, *Piſanga*, *Althæa*, &c. ſed minùs propriè. Vulgò verò Paſtinacæ ſatiuæ, & Staphylini ſatiui, dicuntur Carotæ albæ, luteæ, rubræ & nigræ. *Secacul Arabum* quibuſdam, quod genus eſt Rapunculorum, inſcribitur à quibuſdam *Paſtinaca Syriaca*, Fallitur verò plurimùm Oliuerius de Serres, Betam rapaceam concludens eſſe Paſtinacæ ſpeciem.

Paſtinacæ ſatiuæ, ſiue Carotæ; effigies melior,



Si caulescere permittitur Paſtinaca *Carota* dicta, *caulē* erigit duorum aut etiam cubitorum, hirſutum, ſtriatum, concauum, ramoſum: ad cuius diuaricationes *folia* dodrantalia, in alas veluti diuiſa, ſingulas quadam Apij egſtis à diſſectas, hirſutas, odore & ſapore ſuaui ſatis. *Flores* in vmbellis latiuſculis, puſilli, ſubrubentes. *Radicis* autem potiſſimùm cura, quę pedem lōga, craſſa, friabilis, lutea aut rubra, ſucculenta, ſapore dulci & aromatico.

Paſtinacam ſatiuā & *Daucum domeſticum* vocant nonnulli, & *Carotam* plurimi. Variat autem ſolùm radicis colore, quæ vel alba, vel pallidè lutea, vel lutea, vel atrorubens eſt.

Paſtinaca ſylveſtris, ſiue Staphylinus Græcorum.



In promptu eſt Paſtinacæ ſylueſtris faciē ex ſatiua noſſe. *Radix* minor & acrior; *caules* altitudine pares, ſeſquicubitales, ſtriati, hirſuti, in alas diuiſi. *Folia* minutiùs ſimiliter diſſecta, attonſa tenuis, hirſuta. *Flores* etiam in vmbella conſimiles. Delapſis verò floribus ſuccedunt *ſemina* breuia, ſtriata, hirſuta: ac tum conuoluta vmbella, cauitatem, ceu auiculæ nidulum, in medio deformat.

Diſtinguunt nonnulli in *Marem* & *Fœminam* atq; illi flosculum in vmbella mediū, rubeſcere aiunt, huic minimè.

Prouenit in aruis ſaxoſo & gracili loco: ac in hortis etiam ſpontè naſcitur. *Plura tum de hac tum de ſatiua in Appendice.*

Paſtinaca Syriaca Rauvvolffij; Secacul Arabum & Mautorum quorundam.



Radice nititur exteriùs cinereā, intùs candidā, læui, tenerā, digitum craſſā, ſeſquidigitum longā: ex qua fibrarum loco, *aculei* ceu *verrucæ* prominent, ſapore dulci, Carotarum ſimili, quibus *caule*, *folijs* ac *vmbellā* (floſculis exceptis qui penitùs flaui ſunt,) haud abſimilis hæc Paſtinaca.

Rapunculorum ſpeciem eſſe, Germanis *Gierlen* dictam, tradit Rauvvolfius deſcriptionis author: atque inter ſegetes, iuxtáq; ſepes & hortos vrbis Halepi, locis potiſſimùm apricis, prouenire. & dulcem eſſe addens & ſaporis grati.

Paſtinaca marina: quibuſdam Secacul, & Crithmum ſpinoſum.



Huic *radix* craſſa, tenera, alba, guſtui gratiſſima, dulcis & rugoſa, vt Paſtinacæ ſatiuæ Germanicæ & latifoliæ. *Folia* craſſa, duos ferè palmos longa, ſpinoſa, crebris crenis incisa, ſapore aromatico, cum quadam ſalſugine. *Caulis* cubitalis, in multos diuiſus ramos, quibus inſidēt *vmbellæ* ſpinoſæ, *floribus* paruis albis donatæ.

Plantam hanc *Paſtinacam marinam* vocant Monſpelienſes, quidam *Hippophaes Dioſcoridis*, alij *Tribulū marinū*, *Angallare Secacul*, *Secacul legitimū* Apollo. *Crithmū ſpinoſum* Tabern. & alij.

Vidimus Mōſpelij ad maritæ florentem Auguſto, vt & Venetijs ad litus maris: ac in horto etiam habuimus. Vires eędem quæ Crithmi vulgaris.

Paſti-

PASTINACA SATIVA LATIFOLIA, GERMANICA, luteo flore.



Culinis notiſſimæ Paſtinacæ huius radices in Germania, ſingulares, longæ, minus craſſæ, albæ, in medio neruo duro donatæ, magis grato quàm Siſarum ſapore. ab his *caulis* ſurgit bicubitalis & procerior, ſtriatus, inanis, multis alis concauus. *Folia* ad Pimpinellæ maioris folia accedunt, ſed multis numeris maiora ſunt, hirſuta, ſapore grato & aromatico. *Flores* in ampla *umbella* lutei. *Semé* latum, foliaceum, duplex, cōpreſſum, & Angelicæ vulgò dictæ ſemini ſimile.

Locos amat pratenſes, ac ſeritur etiam in hortis, vt Nos Lugduni, Geneuæ & Montbelgardi in noſtris habuimus. Floret Iulio aut Augusto. *Plura ad latus ſequentis Figura.*

PASTINACÆ SATIVÆ LATIFOLIÆ Germanicæ, alia Icon.



Hanc Paſtinacam Antiquorum *Siſer* eſſe volunt plurimi, vt etiam Fuchſius Figurā primo loco poſitam Siſeri ſatiui titulo exhibuit. Tabernæmontanus verò *Elaphoboſcum ſatiuum* inſcripſit. Lacuna verò & Lonicerus cum *Caruo* confundunt.

Radix porrò huius, vulgaris Paſtinacæ radice amarior eſt atque odoratior, etiam aliquid ampliùs habens, ac guſtu gratior: quapropter oſtiatimque à multis fertur, & auidiſſimè in cibis expetitur: vnde etiam Tiberium Principem ſingulis annis ſib. afferri voluiſſe, authorem habemus Plinium. Sed qui illius Hyeme colligunt radices, caueant à *Cicuta* vel *Cicutaria*.

PASTINACA GERMANICA SYLVESTRIS, quibuſdam, *Elaphoboſcum.*



Hæc non aliter quàm cultura à ſatiua differt: formā partium omnium eadem, ſed coarctiore, ſaporéque tetriore.

Matthiolus, & cum in ſtatus Lacuna, ſolā Iconem, pro legitimo *Elaphoboſco* proponunt: ſic *Elaphoboſcum* etiam nuncupant Dodonæus Gall. & Caſtor, *erraticum* Tabernæmontanus: *Paſtinacam* Bauſalſius: *Sylueſtrem* Tragus, Anguill. Cordus, Geſnerus, Thalius & Camerarius: *Spondylium* Gerardus.

Paſſim prouenit inter ſylueſtres plantas, in agrorum & vinearum collibus, herboſis locis & ſiccis pratis. Floretque Iulio & Auguſto.

CAROS, CARVS, CARVM ET CAREVM: Germ. *Felds kommel*: Gall. *Carui, Cumin, Siſot*: Ital. *Caro.*



Carum Genti ſuæ nomina appellatū ſcribit Plinius, à Cariæ ſcilicet regione, in qua laudatiſſimū prouenit.

Planta eſt Paſtinacæ ſylueſtri non abſimilis, ait Matthiolus: *caulibus* ab vna radice pluribus, quadrangulis, cubitalibus: vmbella floribus candidis refertā: *ſemine* Aniſo longiore, anguloſo & ſubtùs nigricante: radiceq; longā: Officinis vulgò *Caruum* dicitur, &c. *Hæc ille.* Naſcitur in collibus, montibus, herboſis campis & lætis pratis, atque à Maio menſe in Auguſtum vſque flores & ſemen profert. apud Germanos, Bohemos & Hungaros præſertim frequens: atque illorum culinis, vt Plinij vtamur verbis, principale. De viribus in Appendice.

ANTRISCVS PLINII QVIBVSDAM.



Antriſcum pingit Hiſtoria Lugdunenſis, & ſic deſcribit: *Antriſcum*, ait, plantam eſſe hic pictam contendunt Herbarij quidam, quorum ſententiæ nec refragor nec ſuffragor: gignitur in pratorū marginibus, & ad riuorum præterfluentium alueos: *radice* Fœniculi, intùs albā, odoratā, acri: *folijs* Apij, per oras obliquè diſſectis, in ſingulis pediculis ferè ſemper quinis: *caule* cubitali, & interdum proceriore, anguloſo: *flore* in vmbella candido: *ſemine* oblongo, gemino, apicibus duobus exilibus præfixis, ſpeci & odorato.

ANTRISCI ALIA ICON.



Duas Antriſci Icones ex noſtris ampetitijs proponimus, vt quod vni deeſſe videbitur, ex altera habeatur.

Planta autem quam hic pro *Antriſco* pingimus, paſſim iuxta ſepes prouenit, Maióque Iulio & Auguſto floret: Lugduni, Geneuæ, Baſileæ & Mōtbelgardi frequens. *Caucalidem* inſcribunt nonnulli, *Cerefolium ſylueſtre* & *Oenanthe folium* Tabernæmontanus, *Dauci ſepiarium* Geſnerus, *Apium ſylueſtre* Gerardus. *Chærophyllon* 2. *ſylueſtre* & *Dauci ſylu. genus* C. Bauhinus in Pin. in Phyt. verò *Caucalidem ſ,*

SCANDIX VETERVM, SCANDIX QVIBVSdam flore candido, &c.



Differt *Scandix* à *Sandice*, quòd Scandix *herba* eſt, Sãdix verò *metallica*. Tantùm autem reperitur apud Theophraſtum *Scandicis* mentio, inter eas plantas quarũ caules humi procumbunt. Plinius inter olera ſylueſtria recenſet. Dioſcorides ſylueſtre olus eſt, ſubacre, amarum, atque eſculentum.

Quænam verò hodie Scandix ſit lis eſt inter Authores: tribuitur enim Scandicis nomen varijs Pectinis Veneris ſpeciebus mox tradendis, vt & Tragopogo, Hardi, Viſnagæ, & alijs Herbis præſertim verò pro Scandice traditur ea quàm hîc pingimus.

Calefacit & ſiccat in ſecũdo ordine intenſo, crudáque & cocta editur.

PECTEN VENERIS: Germ. *Venus Strell*, Gall. *Pigne de Venus*: Ital. *Pettine de Venere*.




Vulgare Veneris pecten ex *radice* exigua & dulci, *caules* producit rectos, dodrantales, hirſutos, iuxta terram tuberoſos, ſuperiùs verò virentes ſtriatos, in ramos diuiſos. *Folia* longis pediculis appenſa, Coriandri diuiſurâ, & ſapore nauſeoſo prædita. *Flores* ad Myrrhidis flores quam proximè accedunt, vmbellatimque ſunt diſpoſiti, & coloris albi: quibus ſuccedit *ſemen* longum, in mucronem extenuatum, roſtelliſque, aut potiùs, vt vult Dodonæus, craſſis magniſque acubus ſimile: vnde etiam *Acus paſtoris*, *Acula*, aut *Acicula* nomen obtinuiſſe creditur. Scãdicem *Veterum* eſſe exiſtimarunt plurimi, ſed perperàm: reclamant enim inter alia facultates.

PECTEN VENERIS TENVISSIME' DISSECTIS folijs, Auſtriacus Caſabonæ.




Ex *radice* tenui parum fibroſa, *caulis* vnus, (vel plures.) tenuis exit. *Folia* ad radicem ex longiuſculo pediculo tenuiſſima, Mei ferè diuiſurâ. Extremis caulibus hærent in minima vmbella *floſculi*, qui poſt ſe radiata relinquunt *corniculà*, Pectinis Veneris, vnciam circiter lõga, at breuiora & tenuiora quàm in illa quina plærumque vbi parvæ plantæ: vbi verò maiores, plura.

PECTEN VENERIS FOLIO TENVIORE, & paucioribus roſtris.



Hæc palmaris eſt, *radice* parua alba, fibroſa, ex qua *cauliculi* terni quaterniue procumbentes prodeunt, per ea quos *folia* Scandici vulgari ſimilia, ſed tenuiora: *vmbella* etiam minores. Floribus ſuccedunt *ſemina* oblonga, acubus ſimilia, non tot vt in Pectine Veneris vulgari, vbi communiter octo obſeruantur, ſed bina, terna, quaternáue, atque illis inde minora.

PECTEN VENERIS CRETICVS.



Folia huius ſuperiora Scandicis vulgaris modo ſunt diſſecta: inferiora verò nigriora, leuiter hirſuta & minùs profundè incìſa. *Caulis* cubitalis, anguloſus, ſtriatus ſubhirſutus: *vmbella* parua, flores albi: & ſemen roſtratum, rotunda & pluribus roſtris ſimul iunctis: Cuilibet verò roſtro apices duo quaſi aculei rigidi præfiguntur.

Creſcit in Pecten Veneris vulgaris in arvis pingui lætóque ſolo, ac inter ipſas ſegetes prouenire ſolet: Maióque & Iunio flores.

Radix tuſa omnia corpori infixa extrahit, idque natura ſeminum aculeis, oſtendiſſe creditur.

PERCHEPIER ANGLORVM QVIBVSDAM, Scandix minor Tabernæm.



Qui *Percepier* Anglorum probè perſpectum habent, vt Lobelius in Aduerſ. Cerefolio & Scandici id ſimile eſſe ſciunt, iiſque viribus maximè ſecundum. Figura ei Cerefolij nuper nati figuræ proxima: ſed herbula ſemper eſt, nũquam ſpithamâ altior, totóque anno ſponte erũpit, arido præſertim & trito ſolo luxurians, ſine caule, floſculis herbaceis, &c.

In agris & arvis ſpontaneũ primo Vere prorumpit, &, vt dictum, Cerefolij virtutibus & facultatibus eſt præditum.

Vehementer & repentè vrinas ciet: editur inter olera, muriâ conditum ſeruatur, & elicitur ex eo Aqua ſtillatitia magni vſus.

CHÆREPHYLLON, CEREFOLIVM: Germ. *Kerffelkraut*: Belg. *Kervel*: Gall. *du Cerfeuil*: Ital. *Cerefoglio*.



Radice eſt nitente, albâ, minimi digiti craſſitudine: à qua *caules* plures exurgũt ramoſi, ſtriati, rotundi. *Folia* Apij hortenſis foliis ſimilia, ſed argutiùs diuiſa nec ita longè, auerſâ parte hirſuta. *flores* in *vmbella* rara parui albi, quinque foliis cordatis, totidémque ſtaminibus albidis, conſtantes; *ſemen* oblongum, tenue, ſapore dulci & aromatico.

Paſſim in hortis colitur, & Vere ſatum celeriter in caulem aſſurgit. Auguſto ſatum per totam Hyemem viret.

Temperatè excalfacit & modicè deſiccat. Comeſtum vrinam promouet & obſtructiones ſoluit: tuſum verò & foris impoſitum tumores diſcutit & ſanguinis grumos concretos reſoluit. *Plura in Appendice.*

MYRRHIS: Germ. *Wilder Körbel*: Gall. *Cicutaire* & *Perſil d'aſne*: Ital. *Myrrade*.



Myrrhis, quantùm ex Dioſcoridis, Plinij & Galeni ſcriptis licet elicere, *Myrrha* etiam dicta eſt, & ab aliquibus *Smyrrhiza*: *radicem* quæ habet oblongam, teneram, rotundam, odoratam, dulcem & cibo non inſuauem. *Caule* verò *folijs* & *floribus* Cicutariæ ſimillima eſt, minor tantùm & exilior, ob id etiam *Cicutaria* à nonnullis dicta. Perperam verò de *Geranio*, de *Cerefolio* & de *Angelica*, ab aliquibus dici in Hiſtoria noſtra in qua oſtendimus: Nos ex varijs, quæ traduntur Myrrhidis ſpeciebus eam hîc pingimus quæ ſemine eſt magno longo ſulcato. Spontè prouenit nonnullis in pratis vulgóque colitur in hortis, vbi floret Maio. *Plura in Appendice.*

GINGIDIVM: Germ. *Strich Körffelkraut*: Gall. *Gingidium*: Ital. *Gingidio*.



Gingidium ait Dioſcorides à nonnullis *Lepidium* dici naſci autem plurimum in Cilicia & Syria. Herbulam porrò eſſe Paſtinacæ ſyluestri ſimilem, ſed tenuiorem & amariorem: radicemque habere paruam, ſubalbidam, amaram. Edi crudum & coctum, ac tendem ſtomacho eſſe commodum, & ciere vrinas.

Plurimum in Syria gigni & edi tradunt etiam Plinius & Galenus. Quod verò *Paſtinaca* ſimile faciunt Dioſcorides & Plinius: at contrà Scandici Galenus & Paulus, parum id ad Herbæ huius haud ſatis notæ cognitionẽ confert, cùm nihil commune habeant hæc duo ſimplicia. De *Gingidio* plura in Appendice, vbi etiam Iconem habebit Lector.

VMBELLIFERA ALSATICA MAGNA, VMBELLÂ PARVÂ SUBLUTEA.



Indicîo quod ſcimus, Herbarijs eſt hæc planta, quam inter *Colmariam* & *Sultz* inter dumeta reperimus. Proceritate hominem æquabat, *caule* rubente, ſtriato, geniculato, inani, firmo ſatis, & in ramos diuiſo: ad cuius ſingulos nodos pediculi æqualem, ceu vaginas, amplectentes oriuntur, longi è harum vnum, ex quorum alis alij breuiores prodeũt: *folia* ſuſtinentes Apij petræi modò diſſecta, ſapore amaricante & aromatico prædita. *Vmbella* pro plantæ ratione parua, Apij vmbellis pares, ex *floribus* conſtatur luteolis. *Semen* gemellum, Anethino ſimile, foliaceum, latum, ſtriatum, ſaporis aromatici, acris & amari. *Radix* lignoſa, rugis acta & aromatica.

LAPPVLA CANARIA: Germ. *Acker Kletten*: Gall. *Eſpece de Glaitteron*: Ital. *Pedocchi di cane*.



Lappa vulgaris, cùm Maioris tum Minoris hiſtoriam pòſt ſuo loco trademus: ob magnam verò quam *Canaria* cum Gingidio & Caucalide habet conuenientiam, eius hîc meminimus. Solâ porrò humilitate à cæteris eiuſdẽ nominis differt: *Canariæ* appellationem ſortita eò quod canibus adhæreat.

Radix illi eſt alba, tenuis, & ſubdulcis: *cauliculus* pedalis vel maior, in ramos aliquot diuiſus, partim rectos, partim procumbentes, ſtriatos, hiſpidos, purpureſcentes, geniculatos, multiſque alis concauos. *Folia* Paſtinacæ tenuifoliæ, hirſuta. In *vmbella* verò *flores* albi, quibus ſuccedunt lappulæ, ſtriatæ, hiſpidæ. Hanc vt & ſequentes varijs in locis obſeruauimus, inter ſegetes. & ad agrorum margines. Florent Maio & Iunio.

LAPPVLA CANARIA LATIFOLIA, SIVE Caucalis.



Radix huic ſimplex, alba, lignoſcens: *caulis* cubitalis, ramoſus, ſtriatus, tactu aſper: *folia* pulchra, palmum circiter longa, perquàm hirta, profundè ſerrata, eorũque quaterna ſunt aut quinque coniugationes, impari ſemper alam claudente: *Vmbella florum* purpuraſcentium diuiſa eſt, & *ſurculo* inſidet peculiari, & palmo longiori. *Lappulæ* magnæ, oblongæ, horridæ, nigricantes.

Exhibetur apud Hiſtoriam Lugdunenſem pro *Lappa boaria Plinij*: à Lobelio verò in Aduerſ. pro *Caucalide altera purpuraſcente*. Copioſa prouenit in agro Narbonenſi, præſertim circa Monſpelium & Nemauſum, inter ſegetes.

LAPPVLÆ CANARIÆ, SPECIES ALIA: CAVcalis maritima quibuſdam.



Radix huic gracilis, longa, alba: *caules* vix palmares molli canſcunt lanugine, internodijs grauiſſimis diſtincti: è quibus exeunt *rami* caule longiores, nudi, *Lappas* in vmbella geſtantes, luteas, Caucalidis albæ agrenſis. *Folia* mollia, villoſa, luteola, Pectinis Veneris diſſectionibus.

In arenoſo quodam maritimi Tractus Narbonenſis & finitimis Sabuletis obſeruauimus, raráque eſt admodum.

CHAMÆMELVM FOETIDVM MARINVM.



Heterogenea ferè ſunt quæ hic & in proximè ſequenti Tabella pinguntur, & ad præcedentem Claſſem pertinent: ſed Nobis abſentibus facta mutatio.

Cæterùm huic Chamæmelo ab hortenſi Chamæmelo haud multùm diſſimilis habitus. Verùm non modò *caules* ramique ſtriati & ſubrubentes, lanugine albida ſunt veſtiti: ſed etiam *folia* quæ minutim diſſecta, propemodum candicantia. *Flores* æquales, ſtellatis candidiſque, in ambitu radiatis, foliolis, vmbilicum luteum ambientibus.

Collegimus in maritimis Narbonenſibus.

CHAMÆMELVM MARINVM ALIVD.



Complures humi ſpargit *coliculos*, palmares aut dodrantales, ſimplices: per quos ordine aſcendunt folia, quã Chamæmeli vulgaris latiora, breuiora, craſſiora, nec adeò tenuiter inciſa, amara & ſubacria, odore ferè Chamæmeli. *Flores* ſingulis geniculis inſident ſinguli, Chamæmeli floribus ſimiles, cãdidi, radiati, ſed maiores, eundem ferè odorem halantes. *Radices* ſatis profundæ, nigricantes, multis fibris donatæ. Floret Aprili, Auguſto & Septembri.

Lobelio in Adu. dicitur *Parthenium marinum minimum*.

CAVCALIS: Germ. *Wild Peterlin*: Gallis *Perſil ſauuage*: Ital. *Petroſello ſaluatico*.



Caucalidem *cauliculum* eſſe dodrantalem atque ſubhirſutum tradit Dioſcorides. *Folia* verò habere Fœniculo ſimilia, cum multis incisuris hirſuta: & in ſummo *Vmbellam* albam odoratam, licet, Oleum modo, quandam aut coctum edi. Olera autem vrinam.

Eius Plinius libro 21. cap. 15. meminit inter Herbas ſpontè naſcentes, quibus plæræque Gentium vtantur in cibis. Libro verò 22. cap. 22. eius delineationem & virtutes recenſet.

Caucalidem ſimiliter inter Olera recenſet Theophraſtus: ſed quæ Herba quondam Olus, aut quæ Cauliculus, vt ait Dioſcorides, ſit Caucalis, ex eius Scriptis haud facile eſt addiſcere.

CAVCALIS HISPANICA, SEMINE RVGOSO.



Huius meminit Cluſius Hiſtoriæ lib. 6. cap. 24. his verbis: A prima [*Caucalide maiore*,] inquit, non valde differt ea, quæ ſemine ex Hiſpania allato nata eſt mihi aliquando, cùm apud Belgas, ac etiam cùm Viennæ Auſtriæ degerem. *Cauliculos* etiam habebat ſtriatos & aſperos: *vmbellas* verò candidorum *fluſculorũ* minores, & quaſi in orbiculare caput coactas: *Semen* etiam craſſiuſculum, valde ſtriatum, nõ hiſpidum.

Caucalidem peregrinam inſcribunt nonnulli. Aliàs *vulgò non noſcitur Caucalis* vt annotat Marcellus: præſertimque in noualibus, antequam nouâ aratione renouentur.

CAVCALIS SYRIACA, FOLIO BAVCIÆ, SEMINE maximo, flore albo.



Gingidium 2. inſcribit Dodonæus Lat. in fol. *Gingidi foliis Baucia* Syriacum Lobelius in Obſ. Gingidium 1. Tabernamontanus.

Sic dantur à loco *Caucalidum differentiæ*: dantur & à magnitudine, à foliorum longitudine & craſſitudine; à ſeminis figurâ & magnitudine: atque tandem à floris colore, qui vulgò vel albi ſunt vel purpuraſcẽtes. Caucalidis porrò nomine vulgò donantur omnes *Lappulæ canariæ ſpecies* & ſecernendæ omnium ſenſum opinione, quæ *Pimpinellam* Caucalidem eſſe affirmant. An Rauvvolfij Spondylium ex Syria?

Potuit dici Caucalis, Lobelio authore à ſeminum effigie, quæ vaſcula oblonga & ſemiſphærica imitantur. Cæterùm Dauco Caucalidẽ ſapore & viribus ſimilem eſſe habemus ex Galeni monumentis.

CAVCALIS MINOR PVLCHRO SEMINE: Tordylium & Seſeli Creticum multis.



Tenuem ligneſcentẽ albã *radicem* demittit: *caulis* pedalis vel maior, ſtriatus hirſutus. *Folia* per conjugationes longo pediculo annexa, ſubrotunda, ſerrata, aſpera & piloſa, minora quàm ſequẽtia: quibus penitus etiam ſimilia ſunt ea quæ ramorum diuaricationi adnaſcuntur, vtcunque minora. *Flores* in *vmbellam* digeſti candidi. *Semina* pulchra, haud multùm hirſuta, fimbriâ candidâ criſpâ vel granulatâ illa ambiente.

Caucalidem inſcribunt Bellonius, Geſnerus, Bellus & alij: *Tordylion* & *Gordylion* Dodonæus Gall, idem Geſnerus & Hiſtoria Lugd. *Seſeli Creticum* Lacuna, Lobelius, Caſtor, Tabernamontanus & Gerardus: *Mium* Camerarius.

CAVCALIS MAIOR, SEMINE MINVS PVLchro, hirſuto.



Duorum ferè cubitorum altitudinem *caulis* aſſequitur, hirſutus, ſtriatus, manis, in ramos diuiſus. *Folia* oblonga, ſerrata, hirſuta, alia longiora, alia breuiora. *Vmbellæ* paruæ. & *flores* quoque parui, albi, exterois floſculis foliola quædam maiora tripartita habentibus. *Semina* peltata, Caucalidis Syriacæ, ſed multò minora, hirſuta, vt bone rubente, fimbriâ albâ, ſapore aromatico.

Tordylium maius, & *Seſeli Creticum maius*, inſcribunt Lobelius, Hiſtoria Lugd. Camerarius, & alij.

Colitur in hortis & floret Iunio: vidimus & nos Spontaneum prope Cormon in itinere Geneuâ Lugdunum.

CAVCALIS MAIOR CLVSIO, FLORE EX ALBO purpuraſcente: An Tordylij genus?



Hanc etiam Caucalidem ad Tordyliorum genus referendam exiſtimauit Cluſius, cui in horto Iunio floruit, & ſemen Iulio et Auguſto maturum produxit.

Minor autem Caucalis ſemine pulchro, antè tradita, Monſpelij ſpontè prouenit, ac varijs in locis in hortis colitur: vt nos Geneuæ & Montbelgardi in noſtris habuimus florentem Iulio.

Omnium verò minimam Caucalidem vidimus propè Nemauſum, in hiulcis ſaxorum rimis: totáque planta cum radice & caule vnciam non ſuperabat.

De Tordylio plura in Appendice.

CORIANDRVM, CORIANNVM, COLIANDRVM: Germ. *Coriander*: Gall. *Coriandre*: Ital. *Coriandolo*.



Quamuis *Coriandrum* inter Syluestria non inueniri dicat Plinius, & vnius tantùm Coriandri meminerit Dioſcorides, atque Coriannum inter ea quibus minimè plura genera ſunt recenſeat Theophraſtus: imò etiam ſatiuum tantùm Coriandrum reperiri aſſeueret Brunfelſius, & Syluestre Cæſalpino alijſque ex Recentioribus fuerit incompertum. *Satiuum* tamen & *Syluestre* proponit Nicandri Scholiaſtes: & Nobiliores innotuerunt Coriandri genera, de quibus mox ordine dicemus.

Vulgare, ſatiuum & *abſolutè dictum* hic pingimus, quod *maius* etiam vocant. Habetur id vbique in hortis, Maióque, Iunio & Iulio menſibus in illis floret.


CORIANDRI ALIA ICON: CORIANDRVM *teſticulatum* C. Bauhini.



Ima huius folia minutiùs ſunt inciſa, Seménque habitius, quam *Maioris & Communis* dicti, cuius iuxta Lobelij Iconem, plantulam hic pingimus.

Radix autem, tenui, candidâ, ſimplici ac pauciſſimis fibris donata, *radiculas* prædi- rum eſt *vulgare Coriandrum*. *Caulis* bicubitalis, & maior, gracilis, ſtriatus, ſolidus. *Folia* primùm Anisi aut Petroſelini, pòſt verò ad Chamæmelina accedunt, Cimicum fœdo odore. *Vmbella florum* ex purpureo candicantium Petroſelini vmbellis pares. Semen exactè rotundum, ſtriatum, diſſepimentis intrinſecus diſtinctum, alioqui vacuum, odore & ſapore grauiſſimo, aromatico.

CORIANDRVM SYLVESTRE.



Radix illi ſingularis eſt, tenuis & non altius demiſſa. *Caules* multos edit, quinque angulis conſtantes, ſolidos, geniculatos, ramulis incerto ordine è geniculis prodeuntibus. *Folia* vulgaris Coriandri folijs ſimilia, ſed minora. *Vmbella* veluti in altero Coriandro, floribus ex purpureo candicantibus refertæ, quibus diſcuſſis *Semen* oritur rotundum, id peculiare habẽs, quod in ſingulis pediculis duplex ſit, atque vnum alteri iunctum. Odor totius plãtæ gratior quàm ſatiui Coriandri, & caput magis tentans.

Naſcitur in locis quadantenus ſiccis, atque in limitibus & marginibus agrorum.

De Coriandro plura in Appendice.

APIVM; SIVE PETROSELINVM MACEDONICVM: Germ. *Stein Eppich*: Gal. *Perſil de Macedoine.*



Foliis eſt quàm Apij hortenſis maioribus, firmioribus, nitidis, atrouirentibus, ſaporiſque ignauioris: *Caules* ſtriati, incanâ pubeſcunt lanugine: *Vmbella* candida: *Semen* ſtriatum, hortenſis & & ſatiui Apij ferè par, tomento obductum albicante.

De eo ſic Dioſcorides: Apium, inquit, quod Petroſelinum dicitur, prouenit in Macedonia, præruptis eo locis, Semine Ammeos, at odoratiore, acri & aromaticŏ te. Petroſelinum vocat hoc genus Apij ſcribit etiam Plinius. *Petroſelinum* verò ab omnibus laudatum, *Macedonicum* eſſe tradit Galenus.

Petroſelinum Macedonicum eum imitati nuncupãt Scriptores plærique omnes: *Apiũ Macedonicum* nonnulli. Habetur porrò & colitur perpluribus in hortis.

OREOSELINVM, SIVE APIVM MONTANVM Apium montanum Dalechampij.



Oreoſelinum Theophraſtus & Plinius tradunt *folio* alio Cicutæ ſimili, *radice* tenui, & *caule* Anethi, ſed minori tamen. Aliter deſcribit Dioſcorides, à tenui *radice* ſingularem dicẽs prodire *caulem*, circa quem *ramuli* ſint & *capitula* Papaueri ſimilia: in quibus *ſemen* oblongum, tenue, acre, odoratum, Cumino ſimile: de *folijs* nihil addit.

Veterum verò *montanum Apium* hodie incognitum eſſe contendunt Lacuna & Matthiolus. Nos plurimũ etiam hic picto *Dalechampij montano Apio*, conuenire Apij montani notæ à Veteribus traditæ.

Prouenit id in aſperis, ſaxoſis, lapidoſis & apricis: ac nonnunquam etiam ex ipſis ſaxorum rimis emicat. Floribus qui candidi ſunt, ornatur Iulio.

APIVM MONTANVM NIGRVM: Germ. *Berg-Peterlin*: Polychreſtum Cordi: Germ. *Vielgutt.*



Folia eſt per terram repandit, Apij hortenſis, nigrioribus, duriòribus, modicè acribus & amaris, odoris nonnihil aromatici & quaſi viroſi, pediculo membraneo purpuraſcente *caulem* amplexis procerum, multiplicem, non multùm craſſum, ſolidum, ſtriatum, nonnihil rubentem, ramoſum. *Vmbellæ florum* albent, ſemina quæ poſt ſe relinquunt longè ſolijs acriora, compreſſa, lata & ferè orbiculata. *Radix* inſignitèr craſſa, mollis, ſupernâ parte capillata, intùs fœtiſque albida, acris & amaricantis ſaporis, ſuccum è vulnera remittens lactelcẽtem, viridum, reſinoſum.

Montoſos & arenoſos tractus amat: vt Nos Baſileæ, Geneuæ, Lugduni & alibi, in eiuſmodi locis frequens obſeruauimus.

APIVM PETRÆVM, SIVE MONTANVM ALBVM: An Cordi *Daucus anguloſi caulis?*




Folia huic dodrantalia, pulchrè in alas oppoſitas diuiſa, quæ rurſus in oppoſita ſegmẽta ſubdiuiduntur. *Caulis* fœniculaceus, cubitalis, medullâ plenus. *Vmbella* patulæ ex *floribus* paruis contextæ. *Semina* Apij hortenſis, longiuſcula, hirſuta, ſtriata, cum amarore, aromatica. *Radix* craſſiuſcula, alba, comata.

Varijs in locis in petrarũ rimis obſeruauimus, Badæ Heluetiorum: in Baſileenſiũ monte *Waſſerfall*, & alibi.

Cæterùm Apij montani radix calida & ſicca eſt tertiq receſſu: extenuat aperit, incidit, vrinas mouet, calculos diſſoluit, menſes prouocat, iecinoris & lienis obſtructiones ſoluit, & regio morbo auxiliatur: multoſq; alios vſus præſtat, vnde illi *Polychriſti* nomen.

APIVM SYLVESTRE DALECHAMPIJ, FOLIO perquàm tenui.



Apium ſylueſtre, cuius meminêre Theophraſtus & Dioſcorides ſic à Dalechampio pingitur. Dicuntque *radice* eſſe gracili, longâ, candidâ, odoratâ: *folio* Apij hortenſis perquàm tenui: *caule* palmum alto: *flore* puſillo, albo, in exiguis vmbelis, quas herbacei cortice, glumis ſpicatum non diſsimiles, ſuſtinent, & ſubtùs ambiunt: *Semine* minutulo. In aſperis collibus prouenit.

Plurimùm autem ob hoc ſylueſtri Dalechampij Apio, diſtat ſylueſtre Dodonæi Apium, de quo mox. *De Hipposelino ſiue Equapio Veterum, alijſque ad Apij hiſtoriã ſpectantibus conſulatur Appendix.*

APIVM SYLVESTRE DODONÆI: Germ. *Wilder Eppich*: Gall. *Perſil, ou Ache ſauuage.*



Duûm triûmue cubitorum ſunt *caules*, ſtriati, anguloſi, glabri, ramoſi, inanes, imâ parte ex fuſco rubentes: ex quorum geniculis rubentibus oriuntur pediculi dodrantales & cubitales, caulium ritu ſtriati, anguloſi & concaui: *folia* ſuſtinentes *Carota*, glabra, valdè inciſa, atrouirentia, lacteum amarum humorem ſi rumpantur reddentia. *Vmbellam* verò gerit *floſculorum* Petroſelini, albidorum. *Semen* rotundũ, planum, Anethi ſemini ſimile. Radices compluresa, candidæ, digiti minimi craſſitudine.

Lobellus in Icon & Hortus Luſ. pingunt *Thyſſelini* Plinij titulo: *Olſenichium* verò vocant Cordus & Thalius. An Phellandrium Plinij?

Iuxta lacus, atque vliginoſis & humidis locis prouenit, & floret Iulio.

SISON, SINON ET SINNON: SIVE OFFICINARUM Amomum.



Caulem producit gracilẽ, teretem, medulloſum, cubitalem & altiorem: cuius *folia* oblonga pinnata, tenera, circumcirca crenata, aliquando & laciniata. Flores in vmbella parui, candidi: *Semine* ſubſequente perpuſillo, fuſco, ſtriato, guſtu acriuſculo, aromatico. *Radix* gracilis fibroſa.

Petroſelini Macedonici veri titulo pinxit & delineauit Dodonæus. *Petroſelinũ Macedonicum Dioſcoridis* vocat etiam Lonicerus, *Amomum Officinarum* nonnulli: *Siſon* & *Sinon Dioſcoridis* Cordus, Anguillara, Geſnerus, Taber. Camerarius & alij, in quorum ſententiam & Nos pedimus imus.

Semen affertur ex Orientalibus: Naſcitur tamen etiã apud Nos in locis humectis, atque in nonnullis hortis colitur.

PIMPINELLA: Germ. *Bibernell*: Belg. *Beuernell*: Gall. *Pimpinelle*: Itall. *Pimpinella*.



Pimpinella ſiue *Pipinella*, *Bipennula* & *Pampinellæ* etiã vocatæ, quæ à Veteribus indictæ exiſtimantur, à foliorum ordinibus pennatim ſiue pinnatim digeſtis nominatæ ſunt.

Pimpinellæ autem nomine variæ donantur Plantæ, *Caucalis*, *Poterium*, *Anagallis*, *Sideritis*, *Tragium*, & præſertim *Saxifraga* & *Sanguiſorba*.

Eſt autem Pimpinella Saxifraga dicta tripiex, *Maior*, *Media* & *Minor*: Nos Maiorem hic pingimus, cui radix alba digitum craſſa & ſaporis feruidi: *caules* tres cubitos alti, inanes, ſtriati, anguloſi, geniculati, *Folia* Siſ odorati vmbeluſeri, atrouirentia, ſplendentia: *Floſculi* in vmbella candidi: *Semen* pullum, ſtriatum, acre, oblongum & aromaticum. Prouenit in pratis apricis.

PIMPINELLA SAXIFRAGIA HIRCINA MEDIA.



Duorum generum *folia* habet: inferiora quidem ad minorem Saxifragiam accedentia, ſuperiora verò maioris folijs ſimiliora, oblonga, in acumen deſinentia, profundè crenata. *Radix* prolixa, mediocriter craſſa: *caulis* ſtriatus, cubitalis, *alis* aliquot brachiatus: *vmbellæ* albæ mauuſculæ.

Icon quæ ex noſtris emptitijs eſt non in omnibus placet, vt nec præcedens.

Pimpinellæ autem Saxifragiæ maioris, quam illa exhibet, variæ obſeruantur differentiæ. Folia enim quæ in omnibus quidem ſerrata & ordine diſpoſita ſunt, nonnunquam atrouirentia ſunt & ſplendentia, aliàs minimè: ac flores etiam qui vulgò ſunt candidi, nonnunquã ex purpura rubeſcunt.

PIMPINELLA SAXIFRAGIA HIRCINA MINOR, folijs Sanguiſorbæ.



Dodrantalis aut cubitalis eſt *caulis*, rigido, ſolido, in ramos diuiſo: In quibus pauca, eaque tenuiſſima, *folia*: reliqua enim ex radice ſtatim nata, & numero plura & latiora ſunt, in ambitu ſerrata, rigida, glabra, ſapore acri. *Flores* vmbellati, Saxifragæ maioris, candidi, minores. *Radix* longa, rugoſa, ſimplex, quàm maioris minor & ſaporis magis vegeti.

Aſperis & ſaxoſis locis delectatur Copioſáque prouenit Baſileæ, quà ad S. Iacobum itur, Montbelgar di circa vrbem, in colle verſus patibulum, & alibi.

Hircinæ porrò dictæ hæ Saxifragæ Pimpinellæ, eò quòd hirci odorem emittant. Minimè autem Tragi ſunt, id enim hircum non olet.

PIMPINELLA SAXIFRAGIA HIRCINA MINIMA: Pimpinella criſpa Tragi.



Radice, caule, flore, ſemine, odore & ſapore, planè ſimilis eſt iam dictæ, vno ſolùm hoc nomine ab ea differens, quod *folia* habet minutiſſimè diſſecta ac ſerrata: ita quidem vt à *Caro* diſcerni, ac *Pimpinella* eſſe, vix credi poſſit, niſi guſtatà radice.

Iiſdem locis quibus Minor prouenit: in ſaxoſis, videlicet montibus, ac præcipuè in rupium fiſſuris veteribúſque muris & ruderibus. Iiſdem cum illa pollet viribus.

Pimpinellam minorem inſcribunt Fuchſius, Turnerus, & Camerarius: *Pimpinellam Saxifragam minorem* idem Camer. & Hiſtoria Lugd. *Saxifragam minorem*, idem adhuc Camer. & Geſnerus: *Daucum Selinoidem* Cordus: Pimpinellam criſpam Tragus. *De Pimpinella Saxifragæ plura in Appendice*.

PIMPINELLA SANGUISORBA MAIOR: Germ. *Groſs Welſch Pimpernell*: Gall. *Grande Pimpinelle*.



Toto vultu hæc cum Pimpinella Sanguiſorba minore, de qua mox, conuenit: verùm folia quæ nouena, aut vndena, ad vnam coſtam alligantur, plus quam duplò ſunt maiora, Betonicæ ſoliorum æmula, profundè ſerrata, glabra, odore & ſapore eodem cum minore. *Caules* ſpeſsè ex radicibus fibroſis bicubitales & altiores aſſurgunt, *Floſculi* ex *Capitulo* oblongo in vmbellam prodeunt, ſanguinei, ſpadicei, quadrifolij, cum *apicibus* concoloribus.

Pimpinellam Italorum & *Gallorum*, ac *Germanorum Sanguiſorbam*, vocat Cluſius. Pinguia autem lutoſa palustria loca amat, ac in aridioribus etiam prouenit: Iunióque & Iulio floret.

Pimpinella sangviſorba minor: Germ. *Klein Welſch Pimpernel*: Gall. *Petite Pimpinelle*.




Cluſio dicitur *Pimpinella minor Italorum & Gallorum*, & *ſanguiſorba Germanorum*: ac nonnullis Pimpinella hirſuta minor.

Inuenitur in limitibus agrorum aridioribus atq; aſperioribus; incultiſque agris & campis apricis, necnõ in petroſis aſperis editis locis. Colitur etiam in hortis, & ſemine deciduo ſe propagat; floreus Maio.

Ferrariæ, Patauij, Lugduni & Baſileæ in cultioribus hortis habetur: Baſileæ ad fluuium *Birſo*, & in pratis, ſpontanea: ſolétque fermè vbique in locis opacis affatim citra cultum erumpere. *De vſu & viribus in Appendice.*

Smyrnium: Germ. *Smyrnen*, *Myrren Kraut*: Gall. *Smyrnium*: Ital. *Smyrnio*.



Hiſan aitore perfuſa producit *folia* nit dãque, pedem longa, longo pixa pediculo, quæ in oppoſitas ex certis interuallis alas diuiduntur, atque hæ rurſus in alias, altruiculè inciſa, ca... ſatis: hæcq; quidem ſtatim à radice prouenientium: nam quæ ramorum diuaricationibus ſubſunt, immane quantùm ab hac forma diſcedant, circinatæ ferè rotunditatis, Perfoliatæ foliorum modo, à *caule ramiſque* tranſfoſſa, ſeſcunciam aut vncias duas lata, & interdum gemina, alterum alteri impoſitum. *Vmbellis* eſt Anethi aut Perfoliatæ, *floribus* albicantibus. Semen fuſcum, ſubrutundum. *Radix* odorata, acris, mollis & ſuccoſa. *Plura in Appendice.*

Macerone: Germ. *Groſs Eppich*: Gall. *Grand Perſil, Macero*: Ital. *Macerone*.



Radice nititur craſſa, foris & intus alba, odorata, acri & ſubamara. *Caules* aciò edit cubitales, farctos, ramoſos, ſtriatos, nonnihil rubentes: *folia* Apij paluſtris, ampliora, circumcirca. *Flores* in umbella è quinque aut ſex foliolis ex albo areſcentibus, totidémque apicibus concoloribus, compoſiti. *Semen* craſſum, nigrum, angulosum.

Naſcitur in cœmeterijs, ac in hortis paſſim prope maceries, vmbroſo & pingui ſolo.

Eadem præſtat quæ Apium: crudáque & cocta eduntur eius folia, caules & radices. *Plura in Appendice.*

Silphium ſive laſerpitium, maspetum, Magydaris, Altith & Aniuden, Laſer, Aſa fœtida.




Silphium, Theophraſto, Dioſcoride & Plinio tradentibus, naſcitur in Syria, Armenia, Media & Lybia. *Radix* multa & craſſa: *caulis* Ferulę ſimilis: *Folia* Apio ſimilia: *ſemen* latum & foliaceum. Quidam caulem *Silphium*, radicem Megydarim, & folia *Maſpeta* vocauerunt.

Eſt verò *Aniudea* Arabibus, & apud Serapionem, folium arboris *Aſſa*, & Gummi eius *Altith* dicitur, & radix *Maharatk*.

Nos hic Silphium ſiue Laſerpitium pingimus, quod in Maſſilienſi regione reperitur, atq; ex ea efferri ſolet, quodque Veterum Laſerpitio melius congruere, quam vllam aliam ex multis, quas vidit Feralis, exiſtimauit Rondeletius. Id autem vidimus Pariſijs in horto Robini.

Laſerpitio maſſilienſi ſimilis anguſtifolia planta.



Hanc in eodem horto, vidimus, nec vſquam alibi: de eáque Scriptorum nullũ ſcimus mentionem feciſſe.

Cùm autem ex confuſa admodum & obſcura apud Veteres Silphij hiſtoria, quænã ſit hodie planta quæ propriè *Laſerpitium* dici poſſit, perdifficile ſit decernere, *Ligusticum vulgare* Silphium eſſe voluêre nonnulli, *Angelicam* alij fecêre Laſerpitium Gallicum: alijs *Imperatoria* dicitur Laſerpitium Ceſalpinum, ab alijs Macerone pro Laſerpitio habetur: ſed verſantur omnes in magno errore. Maſſilioticum Penæ & Lobelij Laſerpitium præcedente Tabellâ exhibuimus.

Efficaciſſimus porrò, ait Dioſcorides, eſt Silphij liquor, mox folia, & poſtremò caulis. *Plura in Appendice.*

Imperatoria: Germ. *Meiſterwurtz*: Gall. *Otruche & Imperatoire*: Ital. *Imperatoria*.



Pollicari craſſitudine eſt *radix*, rugoſa, & lateralibus fibris, quibus ſe propagat, donata, ſummâ tellure obliquè acta, carne albâ, aromaticâ, ac vehementer acri. *Folia* terna plurimùm iuncta, Macerones, acumea, rigida: quorum ſingula rurſum in tria ſegmenta ſerrata, aliàs leuiùs aliàs profundiùs, diuiduntur. *Caules* cubiti & ſeſquicubiti altitudinẽ aſſequuntur, ſtriati, inanes, in alas diuiſi: *Vmbella florum alborum* Myrrhidis, lata: *Semen* Anethi ferè candidum, plenum, latiuſculum.

Spontè varijs montoſis, Italiæ & Auſtriæ præſertim, locis prouenit: & vulgò in hortis colitur, ac floret Iunio, viuace, Hyeméque ſtatim ferente radice.

IMPERATORIA ALPINA: IMPERATORIA minor quorundam.



Omnibus ſuis partibus præcedente minor eſt: cætera illi ſimilis, ſed acriori guſtu & magis viente, ac ſic facultatibus omnibus illâ ſuperior. *Imperatoriam matrem* nuncupant nonnulli.

Cæterùm *Imperatoria* ob raras & præſtantes facultates quibus prædita eſt, ſic nomen nacta fuit: eamque appellationem retineat plærique omnes. *Aſtrantiam* inſcribunt Brunfelſius, Geſnerus & Dodonæus Lat. *Magiſtrantiam* Camerarius & alij *Aſtrantiam*, *Aſtericum*, *Aſtrutium*, *Oſtricium* & *Oſtrutium* nonnullis *Struthium* Cordus: *Oſtrutium* Dodonæus Gall. & Lonicerus.

Radix excalefacit tertio exceſſu, & ſiccat ſecundo: flatus ventriculi & inteſtinorum diſſipat; &c. *Plura in Appen.*


ANGELICA: Germ. *Bruſtwurtz*, *Engelwurtz*: Belg. *Angelyka*: Gall. *Angelique*: Ital. *Angelica*.



Planta eſt bicubitalis, & interdum altior: *caule* geniculato, ſtriato, palleſcente, cauo. Ferulaceo & multis alis donato: *Folia* edit ampliſſima, mollia, vireſcentia, in ambitu crenata, formâ, vt fere ſulit, variâ, ſemper tamẽ oblõga, ſed multo gibbo inæqualia, modò contigua modò diſſecta. *Flores* in vmbellis albicantes: *ſemina* ſubflaua, plana, lata & membranoſa. *Radix* craſſa & longa, plures in ramos diuiſa, cuticula in cinereo rubeſcente, pulpâ verò albâ, guſtu acri & amaro, ac aromatico ſuauiſſimo odore. Ex ea verò *liquor* ſæpe oleoſus exudat, pinguis, atq; odoris eiuſdem, quem & folia ipſa & ſurculi exhalant.

Diſtinguitur autem Angelica in *Satiuam* & *Syluestrem*, & vtramq; in *Maiorẽ* & *Minorẽ*.

ANGELICA OFFICINARVM.



Plurimis tenuibus longiſſimiſq; conſtat fibris, ab vno capite, Hellebori albi modo.

Iiſdem porrò in locis prouenit *Domeſtica* & *Satiua Angelica* in quibus *Syluestris*, celſóſq; amat montes & gelida iuga. In hortis ſi colatur, vt Nos varijs in locis, *Florentia*, *Lugduni*, *Geneuæ* & *Baſileæ*, coli obſeruauimus, atque ipſimet *Montbelgardi* in S. P. horto habuimus, foliis prodit primùm Petroſelinaceis, ac altero aut tertio demum anno caulem emittit. Floret Iunio & Iulio.

Angelicam, *Angelicam ſatiuam*, *Angelicam hortenſem*, *Angelicam maiorem*, & *Angelicam odoratam*, inſcribunt vulgò Herbarij.

ANGELICA SYLVESTRIS VVLGATIOR.



Cum ſatiua Angelica notas multas communes habet Syluestris: adeò vt ex illa nõ ſit cognitu difficilis, minora tantùm in hac omnia. Sed ſapor non minùs vegetus, ſed tamẽ minùs ſuauis, odor autem æquè vehemens. Minimè porrò eſt *Libanotis*, vt ſtatuit Cordus in Diſpẽſatorio.

Cæterùm à natalitiis diſtinguitur in montanam, ſylueſtrem & aquaticam.

Locis autem omnis Syluestris Angelica gaudet frigidis, vliginoſis & pratenſibus. Baſileæ abundat in montibus *Montais* & *Vvaſſerfall*: Geneuæ vitra Rhodanum: Norimbergæ circa vrbem in paluſtribus, ac in hortorum locis vmbroſis, etiam prope. Flores Auguſto,

ANGELICA SYLVESTRIS REPENS: ET Angelica ſylueſtris hirſuta, inodora.



Caulis huic tenuis, ſtriatus, rubens, fiſtuloſus, aliis concauus: *radix* tenuis & fibroſa, longè latéque repens. *Folia* Angelicæ ſed minora & atrouirentia *Vmbella* etiam Angelicæ, ſed minor. Semina oblonga, ſtriata, bina ſimul iuncta.

Hanc in Hortis vidimus Patauij, Lugduni & Geneuæ florentem Iunio: Baſileæ ad fluuium *Birſa*, & alibi.

Sylueſtris verò hirſutæ Angelicæ quæ ex Luſatia pro *Podagraria* miſſa fuit meminit C. Bauhinus: ea porrò, vt & repens, minimè odorata eſt.

Calefacientem, & deſiccandi vim in tertio ordine Angelicæ aſſignant Botanici: aperit, ea ennat, diſcutit, atque vnicè venenis aduerſatur: &c.

ARCHANGELICA: Germ. *Norvvegiſch & Pomeriſch Angelick*.



Folijs ſatiua eſt moltò maioribus, atrouirentibus, latis, humi fuſis, auerſa parte glaucis, & primo pullulatu rubris. *Caulis* multis aliis auncatus, proceritatis humanæ, initio rubens. In lata *vmbella flores* luteoli, & *ſemen* foliaceũ, Angelicæ ſatiuæ maius & rotundius. *Radix* aliè depaſta, parum odorata. Ex Noruegia Belgio inquilinam factã aſſerunt: *Sic Lobelius*.

Angelicam Scandianam & *Archangelicam Noruegicam* inſcribunt etiam nonnulli, Archãgelicam Lobelius, Dodonæus Clusius, Caſtor Hiſtoria Lugd. & Camerarius, *Angelicã maximam* Schwẽckfeldius. *De Angelica plura in Append. &c.*

LIGVSTICVM SIVE LIBYSTICVM.



Liguſticum, *Dioſcoride* ita referente, plurimum in Liguria naſcitur, vnde & nomen traxit: in monte ſcilicet Apennino dicto Alpibus contermino. Ipſum incolæ Panaces haud abs re appellant, quoniam & radice & caule Heracleotico Panaci ſimile eſt, par & viribus præditum. Gaudet in altiſſimis aſperisque montibus ac vmbroſis: maximè verò circa foueas & ſcrobes. *Sic Plinius*: Liguſticum, inquit, in Liguriæ montibus ſeruntur *Panacem* aliqui vocant. Galenus vnius literæ mutatione Libyſticum appellauit.

Quod verò hic pingimus *Liguſticum* inſcribitur à nonnullis *Liguſticum foliis Angelicæ*, Matthiolo dicitur *Liguſticum alterum*.

LIGVSTICVM ALTERVM BELGARVM, FOLIIS ferè Abſynthij, *Lobelij*.



Caulem cubitalem aut ſeſquicubitalẽ ambiunt *folia* rutacea, ſiue potiùs ad Abſynthij fruticis folia accedentia. Vmbellæ Smyrnij Cretici vmbellis pares. Semen rotundum & nonnihil aromaticũ.

Non inelegans hæc planta in amœniſſimis Taurinis collibus ad Padi fluenta à Lobelio primùm reperta fuit, & deinde a cultoribus hortis haberi atque ali cœpit.

Eſt præterea Liguſticum aliquod maius dictum, quod aliqui *Imperatoriam* maiorem flore luteo inſcribunt.

LIGVSTICVM RAVVVOLFII, FOLIIS Aquilegiæ.



Hanc ſuè deſcribit C. Bauhinus in Phyt. atque tum ibi, tam in Prodromo, Libanotidem latifoliã Aquilegiæ folio, vel formâ, inſcribit.

Sic verò ſuum Liguſticum deſcribit Dioſcorides. *Caulem* ait, profert tenuem, seu Anethi, geniculatum circa quem folia ſunt Meliloti, at teneriora & odorata, prope verticem graciliora, pluribúſque inciſuris. In cacumine *vmbella*, è qua *ſemen* dependet nigrum, ſolidum, oblongum, Fœniculo proximum, guſtanti acre & aromaticè olens. *Radix* eſt candida, Heracleotici Panacis ſimilis & odorata. Seminis, addit, & radicis excalefactoria vis & concoquens.

LEVISTICVM OFFICINARVM, LIGVSTICVM: Gall. *Leueſche*: Hippoſelinum quibuſdam.



Caulem habet hominis altitudinem excedentem, craſſum, geniculatum, cauum, ſtriatum *Folia* Apij paluſtris, pedalia & ampliora, in alas diuiſa. *Rami* vmbellas gerunt amplas *florum* luteorum. *Semen* oblongiuſculum compreſſum. *Radix* craſſa & rugoſa.

Loca amat pinguia & humentia, ac floret Æſtate. Nos vidimus in hortis, & nuſquam alibi.

Hæcque eſt illa planta quã Ruellius *Leuiſticum Officinarum* vocat & *Liguſticum Antiquorum* eſſe non abſque ratione negat.

Leuiſticum etiam vocarunt Brunfelſius, Cordus, Tragus & alij, qui magno errore cum Dioſcoridis & Galeni Liguſtico confundunt.


SISER, SISAR, SISARVM: Germ. *Gerlin*, *Gierlin*: Gall. *Fſcheruis*, *Giroles*: Italis *Siſaro*.



Siſari Veterũ nomẽclaturã variè à varijs donãtur hodie Plantæ: *Paſtinaca tenui folia* Caruta propriè dicta: *Paſtinaca ſylueſtris Græcorum*: *Paſtinaca ſylueſtris Germanica*: *Paſtinaca ſatiua latifolia Germanica*: *Rapunculus*: ac tandem ea quam hic pingimus.

Siſer, tanquam notum, non deſcribit Dioſcorides. Dicit tantùm notum eſſe: & radicem coctam ori gratam eſſe ac ſtomacho commodã, vrinámque ciere, & appetentiam ad cibum prouocare: quibus addit Galenus eam ſecundo ordine calefacere. Plinius duplex Siſer facit, cùm ait: *Siſer erraticum ſatiuo ſimile eſt*, &c.

SISARI ALIA ICON MELIOR.



Icon præcedens eſt ex noſtris emptitijs, hæc autem melior.

Radices ex vno capite plures pendulæ glandulosæ, tenues & fragiles, rugoſæ, cortice tenui pallidóque obductæ, pulpâ candidâ, digitali craſſitudine, pedales quædam, aliæ minores, dulci, grato & nonnihil aromatico ſapore. *Caulis* ſurgit ſeſquicubitum altus, ſingularis, geniculatus, ſtriatus. *Folia* pinnatim diſpoſita, Beneim, minora, teneriora, acuminata, per ambitum denticulis crenata. *Florum ſuauéolentium vmbella* albicant: *Semen* vt Petroſelinum producentes.

Colitur vulgò in hortis, & radicibus potiùs ſeritur quã ſemine. *Plura in Appendice.*

Spondylivm ſive sphondylivm. Spondyliū maius: Panax Heracleum quibuſdam.



Spōdylium ex Dioſcoridis ſententia, ſi ita habet Platano quadantenus ſimilis, atque ad Panacis foliorum figurā accedentia. *caules* verò cubitales Fœniculaceos: *semen* in cacumine ad Seleli accedens, verùm latius, candidius & grauis odoris: *flores* albos: & *radicem* itidem candidam, Raphani ſimilitudine. Naſcitur in paluſtribus & aquoſis.

Pro *ſpondylio* autem Veterū nonnulli exhibent Angelicam, alij *Brancam vrſinam*, de qua mox. Atque cùm loci ratione, magnitudine, & foliorum formā variet Spondylium, quod hic pingimus *ſpondylij maioris* appellationem obtinuit, & a nonnullis *Panax Heracleum* inſcribitur.

Spondylivm ſive sphondylivm alpinvm glabrum, C. Bauhini.




Radice eſt craſſā, āque alb. *caule* bicubitali, geniculatos: *folia* ficulnea, glabella per marginem crenata: *cauli* in ſummo *vmbella floſculorum* candidorum inſidet. *Semen* ſubrotundum, planum, cuius ſummitati *apex* inſigitur.

In Baſileenſium monte Vvaſſerfall ſolùm vidit C. Bauhinus deſcriptionis author, qui Spondylij alpini parui, & Spondylij carpi eriam meminit.

Cæterùm, Dioſcoride & Plinio authoribus, acrem & ſiccandi vim habet Spondylij ſemen. Potum pituitoſa per aluum educit, ac medetur etiam hepaticis, orthopnoicis, comitialibúſque & regijs morbis. Radix ad eadem prodeſt, &c.

Silavs vel silavm qvibvsdam.



Silai, quantùm Nobis conſtat, ſolus meminit Plinius, qui lib. 26. cap. 8. Silaum naſci tradit glareoſis & perennibus riuis, cubitalem, Apij ſimilitudine. Coqui verò, vt Olus acidum, magnā vtilitate veſicæ.

Cubitalis vel ſeſquicubitalis eſt planta, *caule* glabro, ſtriato, alis concauo. Flores vmbellati, albicantes, quos *ſemina* excipiunt bina iuncta, gibba, ſtriata, ſapore aromatico, vinoſo. *Folia* ampla, minutim diſſecta, incisurā ferè Sileris montani, ſapore acri. *Radix* longa, digitali craſſitudine, foris fuſca, intùs alba, penes terram comoſa, in plura capita diuiſa, ſapore aromatico prædita.

Prouenit in pratis, locis humidis, ac in hortis etiam colitur, Iunióque & Iulio floret.

Silao similis saxifragia Anglorvm.



Ab eximia lapidū frangēdo calculo dote *Saxifragam* inſcripſerunt Angli plantam hanc vdis familiarem: *foliis* Fœniculi latioribus, pratenſis Seſeli minoribus: *radice* verò odorā, foris nigrā, intùs albā, Peucedani facie. *Flores* illi in vmbellis candidi, *Semen* Fœniculi, *caulis* cubitalis & ſeſquicubitalis.

Lobelius deſcriptionis author vocat *Saxifragiam Anglorum*, Seſeli pratenſis Monſpelienſium facie. Hiſtoria Lugd. dicitur *ſaxifraga vmbellifera Anglorum*.

Calida eſt in tertio gradu & ſicca in ſecundo: vimque habet aperiendi, attenuandi, diſcutiendi & reſoluendi, quas eaſdem facultates poſſidet & Silaum.


Anthriſcvs qvorvndam, semine aspero, hiſpido.



Caule eſt ſeſquicubitali, hirſuto, aſpero, geniculato: *folia* Anthriſci vulgaris, hirſuta: *vmbella* paruæ albicant: Semen Coriandrio par, & Lappulæ canarię inſtar echinatum, aſperum, ſtriatū, duplex, nigricans, & nōnihil amarum. *Radix* alba, odorata & aromatica, Paſtinacæ ſylueſtris modo. Montbelgardi abundat in ſepibus & iuxta *la Crose*, florens Iulio, & ſemina producens Auguſto.

An Cordi Dracoides maius? An Cæſalpini Gingidium? Geſnerus hort. vocat Dauci genus paruum aſperiuſculum, circa ſepes & muros naſcens, inutile.

Pisi exotici pvlchrvm genvs.



Heterogenea ſunt, & in Appendicem reſeruabantur, quæ ſub finem huius paginæ, & in proximè ſequenti, habentur. Sed repleudæ erat hic hiatus eui occaſionem dederat noſtra à Typographis abſentia. Idque monendum duximus, ne Nobis vitio vertatur hæc Metaſtaſis.

PISVM AMERICANVM COCCINEVM, VEL Nigrum, ABRVS quibuſdam.



Americanum Piſum coccineum noſtrati eſt minus, granorum Pæoniæ fœminæ in morem ex rotundo oblongum, nitidum, mirificè durum: cortice tectum vel penitùs nigro vel bicolori, ita vt germinis regio nigreſcet, reliquum verò vel minio vel atro ſplendeat, vel triſtiori ſpadiceo colore ſit tinctum: medulla ſubſtantiâ duta, bifidâ, flaueſcente, & ſaporis leguminoſi. Habemus etiam tota nigra: & alia quæ coloris ſpadicei ſunt, nigrâ tantùm maculâ notati.


PISI AMERICANI COCCINEI ALIA ICON, Cluſij.



Geſnero *Piſa ex nouo Orbe allata*: Lobelio in Obſ. & Icon. *Coccineum Americanum Piſum*: Cæſalpino *Santali rubri ſemina*: Alpino *Phaſiolus ruber*, *Abrus* vocatus: Camerario horti, *Phaſiolus Indicus*, *vulgo Pamba Indica vocatus*, *Giogi & Abrus* quoque miſſus: Hiſtoriæ Lugd. *Piſum Americanum Indicum*: C. Bauhino in Pin. *Piſum Indicum coccineum*, *Fabarum genus quod Ægyptijs Abrus*.


Aſſerante Alpino, Phaſiolorum guſtum habent, iiſque in ius elixis, veſci conſueuerunt Ægyptij.

PISVM GVINEÆ ALBVM, CICERES INDICI.



Ex his alia Ciceribus & Piſis noſtratibus paria, alia maiora, omnia ex rotundo nonnihil oblonga, læui nitidáque ſuperficie, vel coloris, flaueſcente, niſi quod germen album, zonulaque modò obliqua modò recta, atque nunc latior & nunc anguſtior, dilutiùs flaueſcit. Sapor idem qui noſtratibus Piſis, quemadmodum & conſiſtentia.


PISORVM INDICORVM ATQVE EXOTICORVM ſpecies variæ.



Piſum Americanum coccineum de quo antè dicit Proſper Alpinus fructû eſſe arboris fruticoſæ, ſermentoſæ, Volubilis (*Lablab*) modo ſerpentis, ac altiùs ſe extollentis, latiùſque ſe expandentis, *ſilua*. Tamarindi folijs planè ſimilibus, ſed longè minoribus, ad Solem ſe mouentibus, & Occidente eo ſe claudentibus: *floribus* verò Phaſeoli floribus proximis. Eâ namque in *Siliquis Semina* producere parua, rotunda, rubra, dura, & quæ Corallia planè æmulentur.


Sed impropriè *Arborem* vocat plantam, quam Volubilis modo ſerpere ſcribit, & tamen ſe conuoluentem pingit.

PHASEOLVS BRASILIANVS, SIVE AMERICAnus.



In vniuerſa Inſula Madagaſcar, atque etiam in China, teſ. teſte Linſchottano, Phaſeolorum quoddam genus creſcit, quod Malayenſibus *Conduri* appellatur, & Ioannis *Saga*, Latiniſque *Abrus*. Perelegantes autem ſunt ij, parui, rotundi, & nigrâ maculâ inſigniti. Vtuntur ijs, ait, tantùm ad pondera, non ad cibum: ſunt enim ſaporis perquam amari, ac creduntur etiam venenati.

PHASEOLI BRASILIANI SIVE AMERICANI alia Icon.



Eiuſmodi grana exotica, vt & Piſa coccinea dicta, ſæpiùs plantauimus Montbelgardi in S. P. horto: ſed non germinarunt, & ſequenti anno ea reperimus integra. Nec mirum, cùm inuictæ admodum ſint duritiei. Vnde etiam ob eorum elegantem formam & colorem, ſerico filo traiecta, interiectis paruis vnionibus, è collo monilis inſtar, ſuſpenduntur, & armillarum loco in brachijs geſtantur.

Cæterùm quæ habet hæc Pagina, CLASSIS ſunt XVII. illócque, vt ad locum proprium, erant referenda.

SION, APIVM AQVATICVM: Germ. *Waſſer Eppich*: Gall. *Ache d'eau, Berle:* Ital. *Creſcione.*



Sion aquaticum, referente Dioſcoride, inuenitur in aquis, *frutex* puſillus, rectus & pinguis, qui *folia* habet lata, &c.

Vmbelliferum dictum hic pingimus, quod *Sion Dioſcoridis* eſſe exiſtimant plærique omnes. Eius *radix* demiſſarum fibrarum longiuſculis comis conſtat: *folia* Paſtinacæ Germanicæ folijs ſimilia, ſed minùs rugoſa, longo, anguſto, glabro & ſtriato pediculo pinnatim appenſa, alijs minoribus in caule exiſtentibus. *Caules* Fœniculacei ſunt, ſtriati, inanes, ramoſi. *Flores* minuti, vmbellati, candidi, Petroſelini, ſubiectis ad vmbellæ baſin foliolis aliquot anguſtis. *Semẽ* paruum, odoratum, acre.

SIVM MEDIVM: Germ. *Waſſer Peterlin.*



Vmbelliferi Sij duplex genus agnoſcit Cæſalpinus: alterum caule infirmo, alterũ verò caule craſſio: et & *Creſcionem* atque *Herbam candelam* nuncupat.

Tabernæmontanus Sij in genere quatuor ſpecies facit, atque Vmbelliferum noſtrum primum & minus nominat, eiúſque Dioſcoridem & Plinium meminiſſe ſcribit. Nobis tria ſunt Sij genera, *Vmbelliferum* id, *Medium*, quod hic pingimus, & *Maximum*, de quo mox.

Caulibus autem, *folijs*, *floribus* & *ſeminibus* vmbellifero Sio ſimile eſt *Sium* hoc *Medium*: ſingulis tamẽ maioribus, & odore minùs grato. De huius & præcedentis loco & viribus in ſequentibus.

SIVM MAXIMVM LATIFOLIVM. Germ. *Groſs Waſſer Paſtnach.*



Radicibus, *folijs*, *caulibus*, *floribus*, & *ſeminibus* ſimile eſt *Medio*, niſi duplo eſſet maius, & bituminoſus odor vehementior deprehenderetur.

Hoc inter Vuormaciam & Oppenheimium reperimus, in loco *Alt Rhein* dicto, vbi Rheni aqua regurgitat. *Medium* dictum in varijs, ad quieſcentes itidem aquas, ſtagna & foſſas, locis obſeruauimus. *Vmbelliferum* verò, Monſpelij (vbi *Berlam* vocant.) & Patauij in aquis: Geneuæ inter *Pontem d'Arue* & *Lanci*: ac Montbelgardi in foſſis vrbis.

Cæterùm diſcotit Sium omne, vrinas ciet, menſes ducit, calculoſque confringit & expellit. *Plura in Appendice.*

CICVTA AQVATICA GESNERI.



Varijs attribuitur plantis Sij Nomenclatura; Sij dictis ſpeciebus, *Oenanthe aquatica*: *Phellandrio*. *Anagallidi aquaticæ alteri Tragi*, *Mentæ verticillatæ*, & *Cicutæ aquaticæ Geſneri* quam hic pingimus.

Radix pollicari craſſitudine ſenſim tenuatur, fibris compluribus capillata. *Caulis* cubitalis & bicubitalis, craſſus, ſtriatus, glaber, geniculatus, inanis. *Folia* longis pediculis appenſa, Sileris montani diuiſura, ſed ſegmentis longioribus & acutioribus, per ambitum ſerrata. Flores candidi, Petroſelini, in vmbellam laxioſem digeſti.

Circa paludes, & in paludum marginibus, ac in perennibus riuulis, ſponte oritur.

CICVTA: CICVTA VVLGARIS: Germ. *Schirling:* Gall. *Cigue, Coiue:* Ital. *Cicuta.*



Myrrhidi tam ſimilis eſt, vt legentibus plærumque damnoſa ſit parilitas, non ſatis accuratè eas diſtinguẽtibus: non enim alia *radix* eſt, non alius *caulis*: non aliud *folium*: *vmbella florum* illi ſimiliter albicat: & *ſemẽ* Aniſo par, ſtriatum, obſcurè virans.

Sic *Myrrhidi*, caule & folijs, ſimilem eſſe *Cicutam* apud Dioſcoridem & Pliniũ etiam legimus. At diſtat hæc ab illa, viroſo ſuo potiſſimũ odore, quo pernicıem teſtatur.

Circa pagos & oppida paſſim abundat, locis vmbroſis & pinguibus: ac prope foſſas aggeréſque agrorum & pratorum ſepimenta. Floret autem Iulio, & ſemine prægnãs conſpicitur Auguſto.

CICVTARIA VVLGARIS: Germ. *Wilder Körffel, Kerbel Kern:* Gal. *Perſil d'aſne.*



Radice eſt craſſã, longã, alba, multis adnatis donatã, ac ſapore acri & aromatico. *Caules* Cubitales, inanes, hirſuti, nonnihil rubicantes, canulati: *folia* Cicutæ [illegible] proxima, ſed latiora, [illegible] dentata & odorata. Flores in vmbellis candidi, [illegible] Chærefolij vel Anethi.

Abundat paſſim in pratis arboribus conſitis, & floret Maio. Legitimam Myrrhida eſſe cenſent ex [illegible] plurimi. Cæterùm [illegible] modò dicta [illegible] interdum Hieme vi[illegible] et, folijs ſupra terram euanidis. *De ea plura in Appendice.*

Cicutaria apii folio.



Illi pro plantæ ratione exigua eſt *radix*, alba: *caulis* bicubitalis, ferè minimi digiti craſſitudine, longis interuodiis diſtinctus, inanis, ſtriatus ex viridi rubens: non tamen vt Cicutæ maculoſus. *Folia & Flores* Cicutæ, odore tamen nullo. *Semen* gemellum, Cicutæ par, canulatum.

Luxuriat abunde in nonnullis ulterioris hortis, cum Petroſelino, cuius vitium exiſtimatur.

Cicutaria latifolia hirsuta.



Hanc variis in locis obſeruauimus. Geneuæ, Tigeri & alibi: atque in Solodurenſium montium ſummis iugis ſæpe obuiam habuimus.

An *Criptiſpermon* Cordi, in Hiſt.? An Lobelio in Aduerſ. *Myrrhis altera*? An Cæſalpini *Selinum Plinij, herba in riuulis naſcens*? An Eiuſdem *Cicutaria alba alpina*? *Meum Siliſinum folio Cicutæ* non inepte vocabat Camerarius; *Seſeli aquaticum* Geſnerus.

Cicutaria odorata et bulbosa: Auſtriacis *Peperlin* dicta.



Hanc prope Enſhemium Alſatiæ verſus Mulhauſiam repertam, Montbelgardum tranſtulimus, vbi in S. P. horto Nobis creuit, quotannis caulelceos & periens, ac ſemina deciduo ſe propagans. Flores Iunio.

Bulbo caſtaneam conitophyllon vocat Camerarius: *Cicutariam Pannonicam* Cluſius, qui fusè deſcribit, ac ait nouo Vere radices cum nouellis ſuis foliis in Viennenſi foro venales repertas, & cum oleo, aceto & ſale primis menſis comedi, Hungarisque ob id *Magiaro ſalata* dici.

Cicutaria maxima foetida.



Caule eſt humana proceritatis, craſſitie quatuor digitorum: foliis, *ſemine & radice* Seſeli Peloponenſis longè maioribus: atque à Cliniois muliaribus celebratur ad varias deiectiones ciendas. Sic de ea Cluſius, cui eſt Thapſia I.

Lobelio in Obſeru. & Icon. eſt *Cicutaria maxima Graueolens*: quæritque ille, An ſit Thapſia Salmanticenſium vulgò *Canaheia* dicta, an non potiùs Cicutaria maxima fœtida.

Phellandrium Plinii quibusdam: alijs Cicutaria aquatica.



Aquas amat, extra quas extat *caule* bicubitali & altiore, pollicariſque imò & brachialis nonnunquam craſſitudinis, ſtriato, inani, geniculis diſtincto, atque in ramos varios diuiſo. *Folia* dodrantalis, plùs minùs, diuiſionis Chærefolij: propemodùm glabra. *Vmbella* in ramis, pro plantæ proportione, paruæ, *flosculorum* alborum, aliis exiguis in medio ſpicibus, obſcurè rubentibus: *Semina* pecena, oblonga, ſtriata, nullâ hirſutie vel aſperitate donata. Ex geniculis infimis demittit ſubinde capillares, longas & numeroſas fibras, quibus in imo *radicatur*.

Locis gaudet paluſtribus, atque in foſſis & ſcrobibus paſſim occurrit: Iunioq; & Iulio durat. *Plura in Appendice*.

Thapsia carotæ facie: Gall. *Turbith gris*; Ital. *Thaſſie*.



Hanc Carotæ facie Thapſiam, vt aut Thapſiam eſſe exiſtimarunt officinæ: at quamuis radice illi ſit aſſimilis, ſoliorum tamen facie differt, quæ in Thapſia vera Ferulæ facie ſunt, longéque à Dioſcorides deſcriptione abeſt.

C. Bauhino in Hiſt. eſt *Thapſia* 2. *Carotæ folio*, dubitátque (vti & Lobelius) an ſit *Ferula ſagapenifera*: Huius autem radice pro Turbith quoſdam vti ſcribit. *Thapſiam*, *Thapſiam veram*, & *Turbith montis Gargani* taſcribunt alij.

Nobis prouenit Montbelgardi in S. P. horto.

THAPSIA LATIFOLIA FLORE LVTEO, SEMINE lato, Cluſij: ſimilis Seſeli Peloponnenſi Lobelij.



Hanc Thapſiam I. inſcribit Cluſius, qui ſecundæ, tertiæ & quartæ, etiam meminit: primamque hanc quam pinguem, collibus gaudere ait petroſis: & in multis Luſitaniæ & Hiſpaniæ editioribus incultis locis reperiri.

Floret Auguſto: Qui verò pro Turbith eâ vtuntur, magno errore id faciunt.

THAPSIA QVORVNDAM CICVTÆ FOLIO; alijs *Seſeli Peloponneſiacum*.



Cubitali & altiore, Ferulaceo, tereti totus [illegible], multiſque ramis brachiato eſt *caule*. *Folia* Cicutæ foliis quodammodo ſimilia, craſſiuſcula, birſuta, aſpera, ſerrata, per alas oppoſitas ſubiecta. *Vmbella* lata, lutea. *Semen* magnum, [illegible], ex rotundo oblongum. *Radix* ſeſquipalmaris, craſſa, ſolida, exteriùs nigricans, intùs alba, guſtu amaro, acri & aromatico, verſus terram capillata.

Prouenit in montibus circa Nemauſum, & floret menſe Maio.

SESELI, SIVE SILER MONTANVM: Ger. *Walde Kummel*: Gall. *Sermontain*; Ital. *Siler montano*.



Humanam ſuperat altitudinem Sileris montani *caulis*. Caulem verò ramóſque, ceu vagina laxiore, ampleƈtuntur *foliorum pediculi* palmares aut ſeſquipalmares. Ipſa verò *folia* in alas oppoſitas diuiduntur: ſegmenta extrema terna ferè ſunt, Cytiſi Tragi foliis ſimilia, oblonga, latiuſcula, mucrone leuiter obtuſo. Vmbellæ albæ amplæ. *Semen* magnum cum fimbria foliacea ſtriatum, oblongum, ſapore acri & ſubamaro. Radix magna, comâ [illegible] caulem ornat, rugoſa, digitali craſſitudine.

Abundantèr in plurimis montibus, locis præſertim vliginoſis, crebri. Floret Iunio & Iulio ſemen maturat. Plura ad ſequentium Figurarum latera.


SESELI ÆTHYOPICVM FRVTICOSVM, FOLIO Periclymeni.



Ramis aliquot cubitalibus & altioribus fruticat, rigidis, lignoſis, nigricante cortice inteƈtis, in multos ramulos diduƈtis. *Folia* per ramos ſublonga Periclymeni, anguſtiora, leuiter acuminata, breuiora quàm Laureolæ, gl bra, ſapore & odore [illegible], ſed multò mitiore gratioréque. *Vmbella* pulchræ Fœniculaceæ, *Semen*, dilapſis flaueſcentibus *floribus*, gerunt oblongum canaliculatum, magnitudine ſeminum Fœniculi.

Bellonius author eſt ſemper virère apud Salonem ſponte illic naſcens. Vbi verò prouenit in ſaxoſis & maritimis Galliæ Narbonenſis variis locis habetis, Iulióque & Auguſto florère, teſtes habemus Dodonæum & Lobelium.

SESELI PELOPONNENSE MATTHIOLI, SIVE Cicutaria quorundam.



Plantam hanc ſic deſcribit Lobelius; Vniuerſa planta, inquit, ſimul ac tantillùm tangitur virus exhalat. Radice craſſa & totâ facie *Myrrhidis* odoratæ [illegible] quadantenus exprimit, ſed folia latiora, longiora & nigriora. Semen etiam breuius. *Caulis* alta brachiatus, ſeſquicubitum & [illegible]

Seſeli Peloponnenſe inſcribunt Matthiolus Lacuna & Lonicerus; ſed quis quæſo plantæ huius viroſum odorem cum Seſeli Peloponnenſi [illegible] conuenire crediderit?

Vidimus Tiguri in horto Geſneri.

SESELI ALPINVM, SIVE MONTANVM I. Cluſio, folio ſplendente, floſculis albis.



Folia habet ampla, humi ſparſa, & in multas alas diuiſa, ſupernè viridia & ſplendentia, inferiùs verò parte minimè, Ferulæ odore, & ſapore acri. *Caulis* ſeſquicubitalis, craſſus, ſtriatus, intùs fungoſus nodoſus ramos ex ſingulis geniculis profert. Extremi rami in magnas *floſculorum* albicantium *Vmbellas* deſinunt, odoris ferè Sambucini. Floribus ſuccedit *Semen* gemellum, ſtriatum flaueſcens, atomatici & feruidi guſtus. *Radix* craſſa & [illegible].

Creſcit in alpium [illegible] paſcua floréſque Iunio, & ſemen Auguſto maturat.

Cæterùm Sileris montani ſemen excalefacit & ſiccat ordine tertio, vrinas & menſes ducit, coƈtionem promouet, & flatus diſcutit. Vires eaſdem radix, ſed inertiùs acit.

SESELI

Seſeli II. montanum Pannonicum Cluſij.



Hanc noſtram plantam ad Cluſij Seſeli II. montanum Pannonicum referri poſſe exiſtimamus. Sic autem ille deſcribit: Brachialis, aut, interdum maiore nititur radice, craſſo, rugoſo nigróque cortice tecta. Ea autem ſummo capite in multa villoſa capita exuberat, vnde exeunt magnæ & ſatis amplæ foliorum alæ, aliquot folijs per ambitũ ſerratis & nõnihil inciſis, vni coſtæ inhærentibus, ſed ex aduerſo naſcentibus, conſtãtes: inter quæ ſeſquicubitalis emergit *caulis*, ſtriatus, pollicaris craſſitudinis geniculatus, in aliquot ramos diuiſus: quem ad ſingulos nodos ambiunt minores foliorum alæ. Summũ autem *caulem* atq; extremos ramos exornant vmbellæ palleſcentiũ *florum*, quibus ſuccedunt *ſemina* Seſeleos montani ſeminibus ſimilia.

Oenanthe, Filipendula: Germ. *Rot Steinbrech*: Gall. *Filipendule*: Ital. *Filipendola*.



Multarum rerum æquiuocum eſt *Oenanthe*: nunc enim *Labruſcæ florem* denotat: nũc *vitis domeſticæ* ſiue *ſemperuiræ* ſiue *ſyluestris*: nunc Lilium conuallium & interdum Filipendulam, de qua hic ſermo.

Oenanthe autem, Dioſcoride & Plinio authoribus *folia* habet Paſtinacæ; *flores* albos: *caulem* crebrum palmi altitudine: ſemen velut Atriplex: *radicem magnam*, multa rotunda capita habentem. Naſcitur in petris.

Eam Nos varijs locis obſeruauimus, in aſperis, montoſis, aridis & petroſis: ac coli etiam in hortis Patauij, Lugduni & alibi vidimus. Iunio autem ac Iulio in flore eſt.

Oenanthe, ſiue Filipendula, Monſpeſſulana, folio Apij.



Periode vt Oenanthi vulgatiori, ſeu Filipendulæ, ita & huic glandulinæ *radices*, è longis filis pendulæ, (vnde illis nomen,) latius quàm aliis propagantur, tunicâ nigricante conteċtæ, intus albæ ſapor grato & dulci. *Folia* ludunt pluri... quidem germinatione lata: mox Petroſelini vulgaris & eandem Peucedani effigiem induentia. *Caules* plures exſiſt, anguloſi, ſtriati, cubitales & ſeſquicubitales, multis alis concaui. Flores in vmbella muſcoſi, admodum minuti, ex albo purpuraſcentes. *Semina* dicti Petroſelini, ſed longiora & velut capitulum habentia.

Vidimus prope Monſpelium florentem Iun.

Oenanthe ſiue Filipendula Staphylini folio, caule pulcrè ſtriato.



Vmbella huic denſiſſimis albicantibus muſcariis ... pata. Miſſa autem Nobis fuit ex horto Patauino. An Taberamontani *Oenanthe tenuifolia*? Hiſtoria Lugd. vocat *Oenanthen Matthioli ſecundam*.

Cæterùm Filipendulam, ac præcipuè eius radicem, calidam & ſiccam, atque aperientem & abſtergentem, eſſe manifeſtum eſt, vrinámque & calculos pellere. *Semen, caules & folia*, authore Dioſcoride, bibantur in vino ad ſecundas eiiciendas: eſtque etiam cum vino ad vrinæ ſtillicidia ... regium morbum vtilis radix. Quidam qualitatibus ad Pæoniam proximè accedere ſcripſere.

Oenanthe ſiue Filipendula aquatica: Germ. *Waſſer Steinbrech*.



Bulbilli oblonges ex tenuibus pendent filis plures. *caulis* cubiti & ſeſquicubiti altitudine, ſtriatus, concauus, ramoſus, geniculatus. *Folia* inferiora parciùs ſecta, reliqua longioribus & tenuioribus ſegmentis ceſa. *Vmbella* paruæ, albæ: *Semen* oblongum, in duas veluti cuſpides diuiſum.

Aquas amat, atque ad foſſas & riuulos prouenit, & in humidioribus pratis.

Vt autem odore & ſapore Sium refert, ſic a ... etiam & temperamento: Calida enim & ſicca eſt, ac vrinas ciet.

Oenanthe Hiſpanica Myconi.



Oenanthes generum numerum etiam auxit doctus Myconus Medicus Barcelonenſis, hacce ex Hiſpania miſſâ, quæ antè minimè innotuerat.

Hæc in montibus & petroſis nata *folia* propè radicem per terram ſpargit, minuta, inciſa, læuia, ad Coriandri folia accedentia, è longis pediculis pendentia. *Caules* cubitales ab imo rubeſcentes, paucis geniculis cincti, teretes, læues, ferè ſtriati, & aliquantulùm caui. In quorum ſummo *flores* velut in vmbella pendent candidi, ex quinque foliolis conſtantes, in medio muſcoſi; quibus percunctibus in vaſculis ſeu ſiliquis *ſemen* maureſcit. *Hiſtoria Lugd.*

OENANTHE SVCCO VIROSO, CICVTÆ facie, Lobẹ ij.



Radices huic in Aſphodeli bulbos multipartitæ, & quaſi brachiatæ ſunt, nullius fibræ vinculo aut intertexta: tenerior, guſtu acres & ingratos, ſuccóque lacteo & viroſo prægnantes, proinde ſunt *Caules* bicubitales, *folia* Rutæ pratenſis, virore tetri, Cicutæ facie & colore. Vmbellæ etiam Cicutæ, cui affinem autumant, qui maleficio parem caperror ſe aſſerunt.

Prouenit in Borealium plagarum riuulis, luculentiſque & eiguis locis.

CRITMVM SIVE CRITHMVM: Ger. *Meer Fenckel*: Gal. *Baſſille, Fenouil marin*: Ital *Finochio marino.*



Crithmum, authore Dioſcoride, herba eſt fruticoſa, vndique folioſa, cubitali ferè altitudine, naſcens in petroſis & maritimis locis: *foliis* referta pinguibus & ſubalbicantibus, Portulacæ foliis ſimilibus, latioribus tamen & longioribus, & in guſtu ſalſuginoſis. *Flores* habet albos: *fructum* verò velut Libanotidis, mollem, odoratum, rotundum, qui ſiccatus diſparatur, & *ſemen* intùs velut Triticum. *Radices* craſſitudine digitali, tres aut quatuor, odoratæ, iucundæ.

Naſcitur maritimis ſaxoſiſque locis, vniuerſóque circum Italiam littore frequens viſitur: vnde etiam in hortos tranſlatum Monſpelij, Lugduni, & alibi, vidimus. *Pinxa in Appendice.*

CRITHMVM MATTHIOLI VMBELLIFERVM: Crithmum terreſtre: Ger. *Sichelkraut, acker Bacillen.*



Obtinſum tepta in *radicum* eſt: ſunt enim ea longiſſimæ, & vel minima fibra relicta redimitæ, ſatis craſſæ, albæ. *Folia* in tria, quatuor, plura pauciorave, ſegmenta diuiduntur, ſemunciam lata, lõga, circumquaque ſerrata. *Caulis* Fœniculaceus, ſtriatus, factus, nodoſus, valde ramoſus. *Vmbella* ſatis magnæ *floſculis* minimis albis coaractæ. *Semen* gracile, ſublongum, acre & odoratum.

Hoc cum *Crithmo Veterum* nihil ſimilitudinis habere ſcribit Lobelius, ſed malè *Eryngium* appellat.


Prouenit in agris. Iunióque & Iulio floret. Prope Baſileam inter D. Iohannis portam & Pagũ Hunnigen frequens admodum. Calefacit, ſiccat, aperit & digerit.

PERFOLIATA: Germ. *Durchwachs*; Galſ. *Perce-fueille*: Ital. *Perfogliata.*



Pollicari ferè craſſitudine *radicem* habet vnicam, albam, paucis fibris capillatam, ſapore Rapunculi. *Caulem* cubitum aut ſeſquicubitum altum, læuis, teres, ſtriatus, geniculatus, concauus, in multas alas diuiſus, odore aromatico nares feriens cùm rumpitur. *Folia* ex rotundo ſubloga, glauca, læuia, glabra, trãſadigit caulis vel *ramos*. Extremi ramuli in *pediculos* aliquot ſatiſcunt, folia tria, aut 5. acuminata parua ſuſtinentes: inter quæ emicant *floſculi* puſilli vmbellati, ſuis ſingulis pediculis innixi, lutei, Alchimillæ: ipſiſque *ſemen* ſuccedit oblongum, altera parte acutius, *pullum*. Floret Iulio & Auguſto. *Plura in ſequẽt.* De reliquis Sìſileos ſpeciebus actum antè in hac eadem Claſſe.

PERFOLIATA LONGIORIBVS FOLIIS.



Annua huic, vt *Vulgari præcedenti* vita. *Caules* non ſurrigit, ſed per humum ſparſos edit, ramoſos, cubitales, crebros, ceu genicalis intercepros, *Folia* transſdigeotes, quę dictæ *Vulgaris* longiora modicè acuminata, quinis ſeptenisúe per longum currentibus venis donata. Flores lutei, Auriculæ leporis ſimiles. *Radix* tenuis, gracilis, cum multis adoscis

Nonnullis locis in aruis, inter ſegetes, ac etiam in pratis & iuxta agrorum margines, ſponte naſcuntur Perfoliatæ: Seruntúrque etiam in hortis, & florent Auguſto.

PERFOLIATA ALPINA MAGNA LONGIFOLIA.



Maior maioribúſque foliis donata eſt alpina Perfoliata, iis verò oblongis, palmaribus & amplioribus, quæ etiam *caulis* traijcit, at pinnarum duntaxat alis caulem complexa. *Flos* paruus luteus, foliis rotundis obuallatus. *Semen* oblongum, ſtriatum, maius quàm Perfoliatæ vulgaris *Radices* craſſæ, perennes. Floret Iunio.

Cæterùm modicè calida eſt Perfoliata, & paulò ampliùs ſicca, nõnihilq; amaricans & adſtringens. Folia in vino cocta, aut in pulueretn trita, rupteis ex alto delapſis, atque ad ramices puerorum, commendantur.

PERFOLIATA MINOR FOLIIS GRAMINEIS.



Craſſiuſculam habet *radicem*, & terram verſus ramoſam, ex qua *caules* pullulant plures, palmares, pedales & cubitales, teretes, ſtriati: per quos *folia* acuta, baſi latiore caulem complexa, vnciam vnam aut alteram longa, ſemunciam circiter lata; alia verò graminea palmo etiam longiora, culmum lata. *Vmbellæ* inæqualibus conſtant muſcarijs *floſculorum* luteorum, foliorum rotundorum vallo munitorum.

BVPLEVRVM, BVPRESTIS, AVRICVLA LEPORIS: Auricula leporis rigidior.



Auriculæ Leporis differentias aliquot propoſituri, eam hîc pingimus, cuius folium maius, craſſius, rigidius & neruoſius eſt: ac quod ſic deſcribit Dalechãpius. Folio, inquit, conſpicitur longo, rigido, latiuſculo, in medio ſuperne in anguſtum deſinente, ferè lanceolato, multis ſtrijs quaſi diſtincto, nonnihil concauo & inflexo, vnde illi *Auriculæ Leporinæ* nomen. *Caule* procero, geniculato, in ramulos ſuperiore parte diuiſo. *Vmbellis* in ſummitate puſillis, ſparſis, luteolis floribus: ſemine Aniſi vel Anethi oblongo.

Bupleurum alterum latifolium inſcribunt Dodonæus, Lobelius & alij. *Nos de Bupleuro & Bupreſti in Appendice.*

AVRICVLA LEPORIS VMBELLA LVTEA.




Radix parua eſt, rugoſa, ſubnigra, fibrata, ſapore acri. *Caulis* tenuis, teres, læuis, ſtriatus, crebris geniculis donatus, intùs inanis, altitudine cubiti vnius, aut duorum, ramis multis concauus, colore ſubrubente interdum, aliàs viridi. *Folia*, præſertim quæ in caulibus exiſtunt, longiuſcula, ſtricta, neruis ſecundum longitudinem pluribus donata. *Flores* Fœniculi, lutei, in *Vmbella* minùs lutea: quibus ſemen ſuccedit Petroſelini acre.

Bupleurum anguſtifolium inſcribunt Authores plerique.

Prouenit copioſè in collibus plurimis, & floret Iulio & Auguſto. Baſileæ abundat circa Molendinum & Birſã, & circa montem Kreutznach, & Monthelgardi prope *Arbenans*.

AVRICVLÆ LEPORIS AFFINIS ODONTITIS lutea Valerandi & Dalechampij.



Durâ, lignoſâ & albicante ſimplici *radice* nititur: à qua ſtatim *cauliculi* aliquot ſurgunt dodrantales, aut paulò maiores, Bupleuri ſimiles, in multos ramos diducti. *Folia* incondita, Linariæ. *Floſculi* lutei, Perfoliatæ, vallo foliorum oblongorum acutorúmque circumdati. *Semen* Polygoni Tragi ferè ſimile.

Locis humidis gaudet, & Monſpelij in accliuibus circa *Caſtelneuf* abundat.

Eius autem decocto ſi quis os colluat, dentium cruciatus ſedari ſcripſit Dalechampius.

AVRICVLA LEPORIS MINIMA.



Pedalis aut cubitalis eſt plantula, quæ ex *radicula* candida, dura, lignoſáque, fibris aliquot exiguis prædita, *cauliculos* ſurrigit graciles, teretes, in alios ramulos ab imo ad ſummum brachiatos, atque in paruas veluti *vmbellas* deſinentes, quæ exiguis *foliolis*, tenuibus & rigidiuſculis conſtant: & in eorum medio, *Semina* prominent in breuiſſimis pediculis, tria vel quatuor, ſtriata, ad Petroſelinum vulgare accedentia. Alas verò ſingulas ſingulum ab ima parte acuminatum, ac quatuor neruis per longitudinem donatum, inueſtit *folium*. *Florem* non vidimus.

Reperimus aliquando Baſileæ inter Byrſam & Syluam quâ Auguſtam itur.

NARDVS INDICA: Germ. *Indianiſcher Nardus*; Gall. *Aſpic d'outre mer*: Ital. *Spico Nardo*.



Nardi Indicæ nomen particula duntaxat Plantæ hodie obtinet, quæ & *Spica* ob figuram dici meretur. Eſt autem nihil aliud, quàm *comatum* radicis *caput*, ex marcidorum foliorum neruoſis filamentis conuolutis congeſtum, colore rufeſcente, ſapore amaro, acríque & aromatico odore, ac Spicæ Celticæ validiori. Adhæret hæc *coma* radici digitalis craſſitudinis, ſaturatiùs rufæ, ſolidæ, ſed fragili. Eſtque vbi *folia* quoque nondum in neruos diuulſa, albicantia inueniantur. *Cauliculi* concaui, ſtriati, pluréſque ex eadem radice capillatæ ſpicæ exortæ ſubinde conſpiciuntur. *Nos vulgarem Indicam Nardum* hîc pingimus. de qua *pluribus in Appendice*.

Nardvs celtica: Germ. *Celtiſcher Nardus*: Gall. *Nardus Gauloys*: Ital. *Nardo Celtico*.



Celtica Nardus, vt annotat Dioſcorides, naſcitur in Liguriæ alpibus, ſed & in Iſtria prouenit. Eſt verò puſillus breuiſque frutex, qui cum radicibus in manuales faſciculos colligitur, *folijs* oblongis ſubflauis, *flore* luteo. Caulium & radicum duntaxat vſus eſt, & odoris ſuauitas.

Aliungiam etiam vocari ait idem Dioſcorides: Plinius dici *Salianicam* exiſtimāt docti plærique quamuis alter videatur Commentatori Senenſi *Spicam Romanam*, *Spicam Celticam*, *Nardum*que *Celticam* & *Gallicam* nominant Officinæ.

Copioſè prouenit in Alpibus Germaniam ab Italia diſpeſcentibus: montoſiſque gaudet Genuenſibus & Liguriç Alpibus ſterilibus. Floſet Aug. *Plura in Appendice*.

Nardvs sive salivnca neapolitana: Nardus montana.



Radix huic pro plantæ magnitudine craſſa admodum rugoſa, flaueſcens, fibris capillata, & in *nodos* articulata. Ex corum verò lateribus *folia* prodeunt oblonga, anguſta, Plantagini vtcunque ſimilia, inferne arcta, ſuperne latiora, ſapore autē & odore tota planta Valerianam refert.

Cum Folio odorato & Malobathro vnum & idem aliſ exiſtimant nonnulli, ſed eos in errore verſari ex eo conſtat, quòd illa Indiæ peculiaria ſint.

Nardum autem *montanā*, *Thylacitin* & *Neris* dictum, in Cilicia & Syria naſci ſcribit Dioſcorides, *folijs* & *cauliculis* Eryngio ſimilibus, nigriſque & odoratis radicibus Valet ad eadem ad quæ Celtica. Galenus, Paulus & Ætius.

Phv: valeriana, nardvs sylvestris: Germ. *Baldrian*: Gall. *Valeriane*: Ital. *Valeriana*.



Verum *Valeriana maior* quam hic pingimus, primum & nobiliſſimum ſit *Veterum Phu*, necne, dubitarunt Anguillara & Camerarius in horto: eſſéque negat apertè Fab. Columna, Valerianam ſylueſtrem eſſe concludens, Affirmatiuam contrà tuentur cæteri plærique omnes docti.

Bicubitales & altiores tollit *caules*, fiſtuloſos, geniculatos, alis donatos. *Folia* alia integra, alia Centaurij minoris modo profundè diſſecta, nullo eximio odore aut ſapore. *Flores* in *vmbella* ſuaueolentes, ex albo purpuraſcentes. *Semen* cum lanugine quadam papposa auolat. *Radix* digitum craſſa, albicans, multis fibris donata, ſapore & odore aromatico.

Reperitur in altis ſyluoſis montibus, & colitur in hortis.

Valeriana minima nardifolia.



Paruæ huius Herbæ fragrantis odoris ſunt *radices*, Nardi Celticæ, tenues, ex obliquo capite hirſuto, ex quo *folia* emergunt varialia, oblonga, ad Plantaginis, vel potiùs Nardi Celticæ folia accedentia: inter quæ attollitur *cauliculus* vnicus, tenuis, palmaris circiter.

An Tabern. *Phu minus Apulum*? An Cluſio in Hiſt. *Valeriana ſylu. alpina ſaxatilis*?

Cæterùm *Phu* ſiue Valerianæ, radix calida & ſicca ſecundo gradu eſt: aperit, extenuat, concoquit & prouocat: hauſta flatus pellit, & auxiliatur lateris compunctionibus. Præſtat quoque aduerſus ſtranguriam, & aſthma Additur in potionibus internorum vulnerum; Antidotiſque, vt Theriacæ & Mithridatio admiſcetur.

Valeriana rvbra latifolia.



Digitali circiter *radice* nititur, & ferè lignoſa: è qua *caules* ſurgunt ſeſquicubitales alti, teretes, læues, cæſij, fiſtuloſi: ad quorum ſingula *genicula*. *folia* bina aduerſa, ex lata baſi caulem amplexantia, in acumen deſinentia, lacinijs quibuſdam ſubinde donata, pinguia & glauca, ſaporis ſubacris. *Flores* in muſcarijs dependent, perquàm conferti, amœni, purpuraſcentes, corniculum calcaris inſtar protendentes. *Semen* papposum.

Prouenit Nobis Montbelgardi in S. P. horto: Iunióque & Iulio floruit. Lobelius inſcripſit *Ocimaſtrum Valerianthon*: à Dodonæo Gall. pingitur pro *Polemonio*, C. Bauhino in Phyt. dicitur *Lychnis rubra*.

Valeriana rvbra angvstifolia.



Valerianæ rubræ latifoliæ ſimilis eſt, præſertim quoad *flores* calcari donatos, ſuaue rubentes, atque in pappum abeuntes. *Caulis* quoque aſſimilis; at quæ per eum conſpiciuntur *folia* plurimùm differunt, ſunt quippe palmi ferè longitudine, latitudine verò culmi

Hanc reperimus Nanceij Sabaudorum in colle extra portam quâ itur Geneuam, florentem Iulio.

C. Bauhinus in Phyt. dicitur etiam *Lychnis rubra*.

VALERIANA BVLBOSA.



Planta hæc *Valeriana bulboſa* à Nobis dicta, à nemine, quod ſciamus, huc vſque propoſita fuit. Prima emittit *folia* Hyoſciami albi æmula, ſed paulò minora. At ſequẽtia profundè diſſecta. *Flores* quales Valerianæ maioris. Radix ſingularis, bulboſa, Nardum ſpirans. Eſtque tùm forma tum odore Nardo montano ſimillima: vnde etiam aliqui inter Nardi ſpecies referunt.

Incola eſt montium Liguriæ.

VALERIANA TVBEROSA.



Hæc ſimiliter, pariter à iiſdem Nobis conſtet, quàm ab Imperato, propoſita fuit. *Folia* producit, aſſiquè ſimillima Valerianæ minoris folijs, ſed craſſiora. *Flores* albos, rubros minores, aliquantulum odoratos. *Radices* tuberoſæ odorem referunt Nardi.

Naſcitur in montibus Liguriæ.

VALERIANA ALPINA.



Radice longâ odoratâ ſubdulci, ſcopulorum rimis ſe infigit, altè impacta. *Caules* profert aliquot craſſiuſculos, geniculatos, ſapore ruſticolo, acriuſculo, nonnihil rubentes. *Folia* verò inferiora Hederacea, ſinuata, nonnunquam alis duabus aucta, pediculis longis appenſa: ſuperiora autem oblonga, mucronata, laciniata, & multiplici nonnunquam diuiſurâ ad coſtam vſque inciſa. *Floſculi* in vmbellam digeſti, plurimi minuti, purpuraſcentes.

Hanc Geneuę vidimus in monte *Saleue* ſitentem Iunio: ac reperimus etiam in noſtro per Hercyniam ſyluam tranſitu.

VALERIANA MINOR, PRATENSIS VEL aquatica.



Vt in reliquis Valerianæ *Dioſcoridis* enarrandis pergimus: paries iam propoſitas eſt quę iam *Syluestris* dicitur, eaque vel magna eſt vel parua, & vtraque vel Pratenſis vel Aquatica. Nos *Minorem* hic pingimus.

Radice tenui ſerpit, quæque terram ſtringit, ea geniculis demiſſis fibris radicatur, ſapore amaro. *Caulis* dodrãtalis, angulofus, ſtriatus, cauus, geniculis aliquot interceptus. *Flores* in vmbellis ex candido rubeſcunt. *Folia* alia integra, ſubrotunda, parua, pediculo longo: alia bina oppoſita, pediculorũ expertia, ima parte laciniata, & quaſi pinnata, ſuperiore integra & oblonga, ſapore nonnihil amaro. In Maiore maiora omnia.

VALERIANA SYLV. MAGNA AQVATICA.



Radix ex pluribus compoſita eſt fibris albis, gustu aromaticis, reptatu ſubinde ſeſe propagantibus. *Caules* ad humanam altitudinem exſurgunt, recti, fiſtuloſi, longis internodiis intercepti, ſtriati, modicè hirſuti. *Folia* Valerianæ ſatiuæ, magis pinnata, ſaturatiũ que virentia, nonnihil auctâ parte hirſuta. *Flores* in vmbella ſatiuæ ſimiles, quinquefolij, ex albo purpuraſcentes, qui tandem in pappus abeunt.

Prouenit paſſim humectis locis, & circa aquas, floretque Iulio & Augusto: & ſurgit interdum ad mirandam altitudinem: nullibi verò altiorem vidimus quàm Ebroduni ſupra Mulendinum. Naſcitur etiam in lucis & caduis ſyluis, ſed in tantam proceritatem non emergit.

VALERIANA PEREGRINA SEV INDICA.



Radice oritur tenui, breui, candida, & multis fibris capillaris, aromaticique ſaporis. Caulis ferè repandus, dodrantalis, læuis concauos, teres & ſubrubens. *Folia* in alterum diuaricationibus bina ex aduerſo ſita, ad Plantaginis latifoliæ folia accedentia, tenera & pinguia, ſapore aromatico, ſuperioribuſque minoribus & denticulis circuitis. *Flores* quaſi in vmbella, inodori, ſuauerubentes, Ocymaſtri Valerianthos, ſed ſine calcaris quibus delapſis ſuccedunt *vaſcula* oblonga, ſungoſa, in quibus ſemen longiuſculum.

Prouenit Nobis Montbelgardi ex ſemine Florentiâ miſſo: floruitque Iulio & Augusto.

VALERIANA GRÆCA QVORVMDAM.



Pixidatâ, tenui, fibroſâ, albicante & euidenter amarâ radice proſerpit: caules tectos ſurrigens bicubitales, teneres, inanes, aliquantulũ anguloſos & piloſos: quibus adnati pediculi ſeſquipalmares & pedales, folia Valerianæ ſylueſtris, minimè denticata: atro-virentibus infrà ſubhirſutis pinnatim vtrinque pulchrâ ſerie ſtipati. In caulis & ramorum faſtigio flores confertim multi emicãt, campanularum ſpecie: non continui tamen, verùm è quinque foliolis compoſiti, odoris fœtidi, colorîſque vt plurimùm cærulei, & interdum albi: è quorum medio, præter tricipitem ſtilum violaceum productiorem ſtamina quoque concoloria cum apicibus croceis prodire ſolent.

Dodonæo Gall. & Lat. dicitur *Phu peregrinum*. Lobelio in Aduerſ. Obſ. & Icon. *Valeriana peregrina Belgarum & Herbariorum*. Tabernæmontano & Gerardo *Valeriana Græca*: C. Bauhino in Phyt. *Valeriana peregrina, flore cæruleo, & varius albo*.

Vidimus in Rhætiæ ſyluis ſponte prouenientem: aliàs in Galliæ, Belgij & Angliæ hortis familiaris eſt, & plurima Æſtatis parte floret. Nullius tamen eſt vſus, niſi quòd Hortorum exornat margines.

CARPESIVM.

Meminit Carpeſij Galenus 7. ſimplicium medicam. His verbis; Carpeſium ait, ſimile eſt vocato *Phu*, hoc eſt Valerianæ, non guſtu tantùm ſed & facultatibus; at validius eſt. Eius duo genera reperiuntur, vnum quod *Laerticum*, alterum quod Ponticum nominatur, &c.

Galeni Carpeſium illud Auicennam *Cubebas* facere, author eſt Dodonæus: & Matthæus Syluaticus apud Serapionem & Arabes *Cubebas* nihil aliud eſſe quàm Carpeſium Galeni. Geſnero exiſtimatur *Carpeſium Galeni* nihil aliud eſſe quàm *Phu petræum*, quod Nos *Valerianam alpinam* inſcribimus.

Puſillos Caryophyllorum ſurculos Carpeſium eſſe exiſtimarent Scaliger & Cæſalpinus, niſi in Ponto & Pamphylia naſci prodidiſſet idem Galenus.

Sic quid hoc tempore ſit *Galeni Carpeſium* arduum admodum explicatu, vt ſcitè annotarunt Matthiolus & Braſſauolus: quandoquidem præſertim Galenus 2. de compoſ. Medicamentorum ſec. loc. *Carpeſium* pro *Aſaro* conijci iubet. Quintus verò apud eundem Galenum Carpeſio vtitur in Cinamomi penuria, ac tandem ipſe Galenus pro *Phu* medicamentis impoſuerit.

FINIS CLASSIS XXVII.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE

STIRPIVM

CLASSIS XXVIII.

VERTICILLATÆ, ET FLORES GALEATOS FERENTES: IISQVE AFFINES PLÆRAQVE AROMATICÆ.

MENTHA: Germ. *Muntz*: Gall. *Menthe*: Ital. *Mentha*: Arab. *Naharaha*.



De Menthę *Differentiis* atque Etymologia in Appendice in genere. Hic verò de Menthis ſpeciatim acturi, à *Mentha criſpa verticillata*, quam hîc pingimus, ordiemur.

Illi, vt & reliquis ſpeciebus, repatrix exiſtit *radix*, necnon quadrati *caules*: illi verò in hacce cubitos ſuperant duos, atque rigidi ſunt, tecti, propter terram ſubpurpaſcentes, hirſuti, & multis alis concaui. *Folia* ex caulium & ramorum geniculis naſcuntur odorata, virentia, ſubrotunda, rugoſa, criſpa, per ambitum ſerrata, glabra, aut minimùm hirſuta. *Flores* ex foliorum alis verticillatim exeuntur, Pulegii, in cæſiu cum languentes.

Omnibus ferè hortis nota eſt.

MENTHA VERTICILLATA MINOR, ACVTA, non criſpa, odore Ocymi.



A reliquis Menthæ ſpeciebus communicum ſuauiſſimi odoris Ocymi ſa ori que Meliſſæ diſcrimen hanc facilè diſpeſcit. Aliàs *radicis* multiplex repentus ſibi eum aliis communis eſt: proinde vt & *caulis* quadrati, hirſuti, cubitales, ramoſi. *Folia* autem primùm Ocymo medio ſimilia, nonnihil hirſuta, deinde acutiora, euadunt, ex geniculis aduerſa: *Flores* ex illorum alis verticillati, & diluriore purpurâ tincti, emergunt.

Vires eædem quæ præcedétis. Tenuium eſt partium, excalefacit & exſiccat ſecundo ordine. Attenuat, digerit, reſoluit, aperit incidit, prouocat. Flatus & lubricos pellit, vomitum compeſcit, &c.

MENTHA ARVENSIS VERTICILLATA HIRSVTA Germ. *Wild Poley*, *Veld Muntz*.



Menthæ aruenſi nomen fecêre *natales* quoniam aruis frequentiſſimè innaſcitur, repando ſe longiùs propagans, *caulibus* quadratis, albiſ lanugine villoſis, ramoſis. *Folia* aduerſa, Clinopodii Matthioli, per ambitum leuiter ſerrata, lanuginoſa, odore grato. Calaminthæ, ſapore acriuſculo non inſuaui. *Flores* verticillati, Menthæ Siſymbricæ, minores, diluidè rubentes, & in albidum propemodum pallescentes. *Radix* repens admodum.

Menthaſtrum vocant nonnulli, alij *Pulegium ſylueſtre*, & alij *Calaminthum aruenſem*.

MENTHA SPICATA ROTVNDIFOLIA CRISPA,



Radices huic repando ſe propagant: *Caules* quadrati, hirſuti, infimâ parte ſubrubentes. *Folia* è geniculis aduerſa, criſpa, rugoſa, vix hirſuta ſerrata, ad verticillatam odore & ſapore accedentia. At *Florum* poſitus multùm diuerſus, ſiquidem ij in ſpicas vnciales & ſextantales digeſti ſunt: ſingulorum tamē floſculorū vultus aut color minimè alius.

Hortenſis ferè eſt, floréſque Auguſto & Septembri.

Ad dolores capitis ſæpe recurrentes ſunt qui lintea tripl cata aut quadruplicata in huius Menthæ aqua madefaciunt, & temporibus applicant.

MENTHASTRVM SPICATVM CVLTVM, FOLIO rotundiore, rugoſo.



In hortis colitur, odioſo reptatu tandem Hortulanis parum gratum. *Caulibus* pluribus quàm Menthæ criſpæ ſpicatæ, nigrioribus hirſutis, & mollioribus quàm Menthæ Criſpæ verticillatæ *Flores* ſpicatim digeſti, minimi, albi, odoris grati.

Siſymbrium hortenſe vocant nonnulli, alij *Siſymbrium Mentham aquaticam*.

Eſt & huius generis *Mentum*.

MENTHASTRVM SPICATVM CVLTVM, FOLIO criſpo rotundiore.



Perinde vt cæteris *radix* huic repeat: *caules* quadrati, hirſuti, ſubrubentes *Folia* aduerſa, ſubrotunda, ſerrata, tomentoſa, colorum varietate in eadem planta mirè ludentia: modò tota candida, modò ex albo in herbidum languentia: aliàs dimidiâ parte alba, alterâ viridia aliàs vtroque hoc colore variè maculoſa, odoris minùs grati quàm vulgare Menthaſtrum, ſapore leuius criſpæ, acri non ingrato *Flores* ſpicati albicant, odore ſuaui non vehemente.

Hoc in cultioribus hortis habetur: Nobiſque Montbelgardi in I. P. horto fælix extat proventus.

MENTHASTRVM FOLIO RVGOSO ROTVNDIORE, ſpontaneum, flore ſpicato.



Caules huic cubitales, quadrangulares, hirſuti *Folia* ex interuallo in contrarijs lateribus, alterno & cruciformi ordine, poſita, crenata, rugoſa, & lanuginoſa pube obducta *Flores* numeroſi, ſpicati, in candido rubentes: quibus exiguum nigrúmque ſemen ſuccedit *Radix* multis capillamentis fibrata & perennis. Saporem verò habet tota planta amarum, acrem & adſtringentem: atque odorem grauem, & ſatiuâ Menthâ multò iniucundiorem.

Sponte prouenientem in multis locis vidimus: Baſileæ prope S. Iacobum ad flumen. Geneuæ paſſim *au Plain palais*: Monſpelij ſecundum aquas: Montbelgardi in via quâ itur ad Molendinum.

MENTHA SPICATA, FOLIO LONGIORE, acuto, glabro, nigriori.




Non ſecus ac aliæ Menthæ *radicum* longo reptatu, fibris ſubinde demiſſis, ſe propagat. *Caules* bicubitales, ſubrubentes, quadrati ex quorum nodis per certa interualla gemini aduerſi *rami* exeunt, ita vt inferioris ſemper cum ſuperiore cruciformis ſit poſitus qualis & *foliorum* tam in caulibus quàm in ramis eſt alternatio Sunt ea verò oblonga, acuta, atrouirentia, minimùm hirſuta, per ambitum ſerrata. *Florum* autem puſillorum, exalbidorum, punctis rubentibus guttatorum, verticilli longiuſculâ ſerie ſpicam effigiant.

Mentham Romanam inſcribunt nonnulli, *Sarracenicā* alij *Cardiacam* alij, *Crucigeram* Gerardus.

Geneuæ, Patauij, Baſileæ, multiſque alijs in locis abundat in hortis.

MENTHASTRVM SPICATVM: Germ. *Wilde Müntz* Gall. *Menthe Cheualine*: Ital. *Menta Siluatica*.



Duos cubitos altum eſt, *radicibus* geniculatis, reptantibus, fibratis. *Caules* quadrati, toti hirſuti: quorum geniculis appoſita *folia* oblonga, acuminata, per ambitum ſerrata, molli lanugine, inferiori præſertim parte, canèſcentia, odore ſatis grato *Flores* ex rubore in album palleſcunt.

Varijs locis paſſim abundat circa riuos; nullibi verò magis quàm Montbelgardi circa vrbem, & Ebroduni in viâ quâ itur à *Granſon*.

Attenuat, aperit & incidit; ſubſtratum vel accenſum ſerpentes fugat. Succus inſtillatur vermiculoſis auribus, & tum potus, tum illitus nocturnas pollutiones inhibet, &c.

MENTHASTRVM, TVBEROSA RADICE,



Cubitales habet *caules*, quadrangulos, rectos, frequentibus nodis cinctos, ſubhirſutos. *Folia* longiuſcula, rugoſa, ſingulos nodos æquali, ſed oppoſito, ſitu ambientia. Summi rami cum extimo *caule* in molles, caneſcentes, exilium foliorum *ſpicas* deſinunt, & ſuper ea verticillorum circa [illegible] naſcuntur *caliculi*, è quibus prodeunt *floſculi* candidi, Cattariæ Menthæ florum æmuli, quibus ſuccedit *ſemen* exile, nigrum. [illegible] ſucculenta, Raphano ferè æqualis, foris aliquantulùm fuſca, in multos hinc inde ad latera quaſi paruos Nepotes exuberans, ac fibris pigre[illegible] longiuſculis donata & perennis.

M... b... SISYMBRIUM: ...matique. It. Sisymbro.



Ex radice repitrice crebriſq; fibris d...ata, caules aliquot emergunt quadrati, hirſuti, ... concaui, aut fungoſa medulla farcti, multis ... donati. Folia ex articulis Menthæ criſpæ verticillatæ paria, minimè tamen criſpa quanquam perinde vt illa per ambitum ſerrata, in obtuſum mucronem deſinentia, odore vehementi Pulegij, colore ex nigro rubente. Flores verticillati, dilutè purpurâ rubentes, quadrifidum calathum imitantur, ſtaminulis emicantibus exalbidis apices rubellos ſuſtinentibus.

Humidioris ſoli amaſia eſt, alguoſúmque ac humentium alumna. Lætiſſimam naſci vt Plinius, in puteorum parietibus, atque piſcinas & ſtagna. Dioſcorides ſolo inculto prouenire perhibet & 4. cauſ. 7. Theoph. illi cultū neceſſe.

Mentha aqvatica hirsvtior, sive Sisymbrium hirſutius.



Non ſolùm caules quadrati & folia, ſed etiam florum calyces denſâ lanugine pubeſcunt, adeò vt caneſcant. Folia vncialis & ſeſcuncialia, ſubrotunda, per ambitum obiter ſerrata: e quorum ſinu prodeuntes pediculi flores ſuſtinent conglomeratos, verius quàm ſpicatos.

Cæterùm Sisymbrium, ſiue Mentha aquatica, tenuium eſt partium, digerentis, excalefacientis & exſiccantis facultatis. Mouet vrinas & calculos pellit, ſi cum vino bibatur: vomitiones, ſingultus, tormina & ſtomachi diſſolutiones cohibet. Folia in capitis dolore fronti & temporibus illinuntur, illitaque contra veſparum & apum ictus proſunt, ac lentiginem & cutis à Sole nigritiem exterunt.

Menthastri aqvatici genvs hirsvtum, ſpicâ latiore.



Quadratos promit caules, duûm vel trium cubitorum altitudine, hirſutos. Folia Menthæ ſpicatæ folio æmula, oblonga, ſerrata, lanugine multâ ſubtùs caneſcentia, ſapore acri & feruido, odore Siſymbrij. Caulium ſcapos trifariam partitos, totidémque gerit velut ſpicas latiuſculas (non anguſtas, vt in Menthis & Menthaſtris ſpicatis,) atque vnciâ non multò longiores: in quibus flores ſubpurpurei, quinquepartiti, ex calycibus hirſutis, ſtriatis, rubentibus, in apices quinque fiſſis. Radix repit...

Reperimus in Iencerey, pago duobus milliaribus à Montbelgardo diſtante, ad ripam Rauij, florens Septembris principio.


Menthastrvm montanvm.



Cubitali aut altiore aſſurgit caulis, quadrangulo, medullâ pleno, multis nodis conſtante, ex quibus bini ſemper ex aduerſo oriuntur ramuli, ſimiliter quadranguli: circa quorum extremas partes oblongæ, oriuntur ſpicæ florum grati odoris, exalbidorum, Menthæ ſyluestris floribus ſimilium. Folia aduerſa inter ſe pediculis caulem & ramos ad ſingulos nodos ambiunt, Menthaſtri foliis ſimilia, ſed viridia, nec vt illa albicantia, vt odoris & ſaporis eiuſdem. Radix dura & lignoſa ex lateribus propagines ſpargit, vt reliquæ congeneres plantæ.

Reperit Cluſius ſponte ad Auſtriacarum alpium radices prouenientem, & florens Auguſto.

Mentha cattaria, ſiue nepeta: Ger. Kaltz Muntz: Gall. Herbe au chat: Ital. Gattaria.



Ex lignoſa radice caulem ſurrigit bicubitalem & tricubitalem, quadratum, hirſutum, propter terram ſubrubentem, alioqui incanum, articulatum, multis alis concauum, iiſque binis ſemper aduerſis: quo etiam ordine (licèt nō pari ſemper numero) folia ferè ad geniſula emicãt, grauiter odorata, Meliſſæ paria, in ambitu ſerrata, acuminata, canâ lanugine pubeſcẽtia, ſapore feruido. Flores verticillatim nodos ambiũt, Meliſſæ, exalbidi, labio rubris punctis guttato. Apices è rictu promicant pulli, ſtaminulis albicantibus inſidentes.

Humidum & uliginoſum ſolum amat: naſciturque circa margines hortorum, ſecus aggeres, ſcrobes ac vias.

Mentha cattaria hispanica, sive Nepeta peregrina.



Multis ſectis aſſurgit caulibus, quadratis, cannaliculatis, fungoſâ medullâ farctis, glabris, cubitum & altius, mollis alis concauis, in ramos ſibi oppoſitos diuiſis. Folia Menthaſtri vel Nepetæ vulgaris, ſed longiora, pollice latiora, glabra, ſupernè atro-virentia, infernè candicantia, rugoſa, in ambitu ſerrata, odore graui. Ad genicula ex aduerſo naſcuntur ex pediculis duobus flores verticillis crebris ſpicam quodammodo æmulantes, colore carneo, intúſque punctis ſaturatè rubentibus guttati. Semina bina aut terna oblonga roſſa, ſapor foliorum ingratus.

MENTHÆ CATTARIÆ HISPANICÆ ALIA adhuc icon: anguſtioribus folijs.



Hæc à præcedente haud multùm variat, & ferè tantùm folijs quæ anguſtiora ſunt.

Dicta autem *Mentha Cattaria* à peramœni ſpectaculi argumento: vixdum enim conſpectã vbi olfactarit Catus, amplexatúſque & diſſuauiatus fuerit: laſciuiendóque illi, iam accedẽdo iam retrocedendo, ſaliẽ vti ſique pedibus affixerit, pòſt miras multaſque geſticulationes, vniuerſam eam auidè ligurit.

Calefacit ea admodum, ait Matthiolus, ſiccat, attenuat, penetrat, promouet, & omnes habet facultates quas *Calamintha*, cuius etiam loco vſurpari poteſt. Eximia prærogatiua ad conceptus facilitandos, & prolificum vterum reddendum, valẽre ſcribit Lobelius.


CALAMINTHA: Germ. *Wilder Poley*; Gall. *Calament*, *Pouliot ſauuage*: Ital. *Calamento*.



A natalibus potiſſimùm, odore, floribúſque & foliorum magnitudine, deſumuntur vulgò *Calamintha differentiæ*. *Vulgaris* autem *Calamintha flore magno*, quam hîc pingimus, per caules ramóſque quadratos *folia* naſcuntur ex aduerſo ſita, vnciã aut ſeſcunciam longa, ſerrata, piloſa, odore ſatis grato. A medio ad ſummum vſque ramorum ex foliorum alis *pediculi* duo in plures minores diſſecantur, quibus *flores* inſident, è ea yculis barbatis ſtriatíſque, hiantes, colore purpuraſcente, atque iucundo odore prædita.

Montes amat, atque in ipſis vmbroſos ſaxoſóſque cliuos; vnde etiam in hortos transfertur, in quibus fœliciter adoleſcit & ſeipſam facillimè ſerit. Floret Æſtate.

CALAMINTHA MONTANA, FLORE MAGNO ex calyce magno.



Folia aduerſa, ſemuncialibus *pediculis* orta, ſeſcunciali longitudine, paulo minùs lata, ſubhirſuta, profundè in ambitu ſerrata: è quorum vniuſcuiúſque ſinu pediculus exit vnus ſemuncialis, ternos quaternóſue peculiaribus *pedicellis* geſtans *flores*, patulo hiatu purpuraſcentes, vnciali ſupra fimbriatũ, ſtriatum, longum calycem, longitudine prominentes. *Radix* multò longior quam in vulgari.

Non obuium hoc Calamentum niſi in Narbonenſis Seranæ vmbroſis ſaxoſiſque cliuibus, atque in Romano & Pariſino agro. In hortis floret Iunio. *De Calamintha plura in ſequ. & in Appẽdice.*

CALAMINTHA FLORE MINORE, odore Pulegij.




Altè conſurgit rigidis quadratis *caulibus*, in frequentes alas diuiſis, hirſutis, ſubrubentibus. *Folia* ex interuallis oppoſita, raris crenis inciſa hirſuta, odore graui Pulegij, ſapore acri, & ungeti. *Flores* verticillatim coaceruantur, parui, purpuraſcentes, pediculis longiuſculis hærentes.

Reperitur in agris, vbi ſeges demeſſa, vel cùm tegulæ eſcunt: atque alibi, locis apricis & Soli expoſitis, quibus gaudet: floretque Æſtiuis Menſibus.

Vt autem de Calaminthæ æquiuoco aliquid dicamus, ſciendum, quod notatas Tragus, *Calamintha*, *Nepetha*, *Meliſſa*, *Mentha* & *Balſamita* ſpecies & nomina Veteres ſolitos fuiſſe confundere.

CALAMINTHA FOLIO ET FLORE paruo incano.



Caules hirſuti, cubitum excedentes cum ramulis oppoſitis: in ſummitate *floſculi* hiantes, grauis odoris, breuis longiuſculis pediculis inſidentes. *Folia* Maioranæ, ſed minora, potiſſimùm verſus ſuperiora, vix crenata, aut rariùs, penè incana, ac valde (inferiore potiſſimùm parte) hirſuta.

Cæterùm tenuis eſt eſſentiæ Calamintha, Galeno authore, tertióque ordine calida & ſicca: incidit, abſtergit &c. eſtque Montana reliquis efficacior.

Calaminthæ infuſum & decoctum ad tingendos capillos commendat Bayrus.

ZATARENDI HERBA,



Herba parua quam Ægyptij *Zatarendi* vocant, quod ex India illuc comportetur, Alpino authore, folijs eſt craſſis, rotundis, albis, ſucco plenis, & valde odoratis. Addidítque idem Alpinus, eius apud illos obſonij eſſe loco, maximóque in vſu ad tuſſes & ſpirandi difficultatem, atque ad prouocandas tum vrinas tum menſtruas purgationes.

MEL IOB:

MELISSA; APIASTRVM. Germ. *Meliſſenkraut*: Gall. *Meliſſe*: Ital. *Meliſſa*.



Caulibus adoleſcit cubitalibus & altioribus, quadratis, læuibus ferè & nudis, in plures alas ex aduerſo ſitas, diuiſis, ſolidis, duris. *Folia* è geniculis, obtuſa, oppoſita, pediculis vncialibus appenſa, Calaminthæ nonnihil, cum ſplendore atro-virentia, breui lanugine hirſuta, per ambitum ſerrata, odore Citri. Ex eorum verò alis verticillati *flores* emicant, albidi, vel ex albo rubentes. *Radix* obliquè per terram acta, lignoſa, multifida, teres, fibroſa, & perennis.

Colitur vulgò & paſſim in hortis, & floret Æſtate. In ſyluis tamen, montibus, ac aliis neglectis locis, ſponte etiam naſcitur.

MELISSA ADVLTERINA QVORVNDAM; amplis foliis, &c.



Fibroſa, ſubacri, & amara *radice* nititur. *Caulis* quadratis, hirſutis, geniculatis, molli medulla farcti. *Folia* Galeopſis, oblonga, rugoſa, hirſuta, è geniculis cauta oppoſita, in ambitu ſerrata, odore paulùm graui: ex quorum alis *flores* emicant purpureo-candidi, vel carneo colore præditi.

Hanc *Meliſſa Meliſſophylli Apiaſtri*, appellationibus donatam apud Scriptores reperimus: Cluſius *Lamium Pannonicum* inſcribit.

Paſſim autem variis locis prouenientem obſeruauimus: Baſileæ in monte *Monterz*, Geneuæ in colle *la Baſſe*, Lugduni *au bois de la bonne Allemande*, Montbelgardi in colle *la chau*, & alibi.

MELISSÆ ADVLTERINÆ ALIA ICON.



Meliſſa alia hortenſis eſt, alia ſyluestris atque in neglectis locis prouenieſ, alia Vulgaris, iam antè tradita, & alia Peregrina, de qua mox: alia flore albo, alia rubro, & alia carneo: alia nigrioribus & hirſutioribus foliis: alia vera, alia verò adulterina, cuius Nos alteram Iconem hîc exhibemus, at quam Dodonæū miramur pro vera admittere, at è contra Vulgarem & domeſticam adulterinam eſſe ſtatuere: alia odoratior, & Citri mali odorem referens, atque alia grauεolentior, quam quidam odoris diſtinctione capi Cimices referre volant.

Camerarius Meliſſam Vulgarem duplicem tradit: vnam in hortis cultam, & alteram in ſyluis, montibus, vel aliis neglectis locis ſponte naſcentē.

MELLISSA TVRCICA SIVE MOLDAVICA, flore purpureo & albo.



Odor & ſapor Meliſſam arguunt: & *folia* in *caulibus* ramoſis, quadratis, ſubrubentibus, cubitum altis, ſeſunciam longa, vix semunciam lata, per ambitum ſerrata, ad articulos ex oppoſito ſita, ſenuiſſimis barbulis in ſummitate donata. *Flores* verticillatim geniculis circumnaſcuntur, cærulei vel albi, labello biſido, biſido que cucullo oreuiore, binisq; alis exiguis conſtant.

Seritur in hortis, ſed ex Moldauia primùm ad Nos delata fuit, vbi ſponte per ſe prouenit. Geneuæ, Lugduni & Montbelgardi habemus in hortis, flore purpureo & albo.

MOLVCA, MELISSA CONSTANTINOPOLITANA, flore ex albo purpuraſcente.



Non à Molucis Inſulis, huic Plantæ inditum fuit nomen, ait Io. Aduerſ. Lobelius: ſed nomine cum planta miſſa è Syria Venetias Martinelli Segaini opera.

Duûm autem generum eſt *Moluca* aſperior & *ſpinoſa* vena, de qua mox, & altera *læuis*, quam hîc pingimus.

Seritur autem vulgò iam vtraque in hortis: vt Nos in noſtris Lugduni & Geneuæ & Mōtbelgardi habemus. Florent Maio, Iunio, Iulio & Augusto. vtrinque flores ex albo purpurei.

Cardiacas Syriacas vocant nonnulli, quòd ad cardis affectus multùm facere credantur. Contra vermes etiam commendantur.

MOLVCA ASPERIOR, FOLIIS FOETIDIS, & calycum laciniis valde ſpinoſis.



Hîc de Meliſſæ qualitatibus & virtutibus agemus. Cū itaq; plurima ſint in iis recenſendis Dioſcorides & Plinius, & vnanimiter cōtra vulnerum ſtrangulationes, & ſtrumas, & veneris tormina, & ſedis vitia, itémq; veſparum, apum, & araneorum, morſus, dyſenterias, articulares morbos, & alios varios affectus, flores, folia & eorū ſuccum cōmendēt: Galenum miramur eam Marrubio tantùm facultate ſimilē facere, atq; etiā olus mdum ab eo viner ſtatuere Magis placēt Mauritani, in quorum ſententiā pedibus eunt Recentiores: Perexcellentes ij Meliſſæ tribuūt facultates: Exsiccare enim & ſiccare ſecūdo ordine ſcribit Auicenna, exhilarare, vitaléſq; facultates roborare, ac nō ſolùm cordi, ſed omnibus etiā reliquis viſceribus vtilem eſſe. Quod verò ſcribit Plinius nullo magis flore gaudere apes, quotidiana comprobat experientia.

ORIGANVS ſiue ORIGANVM : Germ. *Vvolgemuth*, Gall. *Origan* : Ital. *Origano*.



Origanum vulgare quod hic pingimus, *radices* emittit teretes, lignoſas, obliquas ac ſubinde capillamentis fibratas: *Caules* ſeſquicubitales aut bicubitales, duros, quadratos, hirſutos : ad quorum nodos aduerſa oriuntur *folia* Calaminthæ atrouiridia, hirſuta, & ex horũ alis minuta alia, Maioranæ foliorum æmula, ſapore mordaci acri & aromatico, odore ſuaui : *Floſculi* tanquam in vmbella ſolioli rubeſcentibus obuallati emicant, colore carneo aut candido, puſilli. *Semen* minimum Maioranæ ſemini ſimile.

Naſcitur in inculto ſolo ſecus itinera, in collibus & apricis. Æſtiuiſque menſibus floret. *Plura in ſequ. & in Appendice.*

ORIGANVM HERACLEOTICVM MATTHIOLI Origanum Creticum quibuſdam.




Caule eſt quadrato, hirſuto, vulgaris inſtar Origani. *Folia* ex geniculis minora, modicè hirſuta, odore, & ſapore acriore. *Flores* albi aut ſubpurpurei, in ſquammatis capitulis minimè ſpicatis, & in vmbellæ ferè modum ſparſis.

Creuit Nobis Montbelgardi in S.P. horto Fuchſius *Tragoriganum tenuifolium* vocabat: quibuſdam dicitur *Origanum verum*, aliis *Origanum Heracleoticum*, & nonnullis *Cunila Gallicaria Plinii*.

Cæterùm mirè variat *Origanum vulgare*, interdam enim folio eſt rotundo, interdum longo & magno : interdum flores ſpicati, & plerumque non ſpicati.

ORIGANVM CRETICVM.



Pertinaciſſimè odoris gratiam habet, adferuntur autem potiſſimùm *Cyma*, Maioranæ ſpicis ſimiles, aliæ breues, longæ aliæ, quadruplici ſerie ſquammulatum, ſtriatarum, densè compactarum, imbricatę ſapore acerrimo, odore aromatico iucundo. *Folia* rarò adferuntur, ſuntque ea hirſuta, minora quàm vulgaris Maioranæ, minimèque rotunda.

Matthiolo, Lacunæ & Camerario dicitur *Origanum Onites* : Trago *Origanum alterum pulcherrimum peregrinum* : Lobelio in Aduers. *Origanum ſylueſtre Syriacum* : Anguillaræ *Origanum album*, quod fortè Dioſcoridis *Hyſſopum Cilicium*.

ORIGANVM MONSPELIENSE PVLCHRVM Camerarii.




Simillimum eſt *Oniti* à Matthiolo depicto, ſed non idem. Ab *Origano vulgari* non multùm differt, nec ferè niſi in eo quod multas habet pulchras, & oblongas quaſi ſpicas, purpureas. *Caulis* etiam totus purpuraſcit. *Semen* verò gignit ruſum & puſillum, vt reliqua Origani genera.

Prope Monſpelium abundat.

Vires Origani quod attinet: Origanum Heracleotica Galeno dictante, efficacior eſt Onitide, ſed agreſtis vtraque valentior. Omnes verò incidendi, extenuandi, exſiccandi & calefaciendi facultatem poſſident, hocque tertio exceſſu obtinent. *Plura de viribus in Appendice.*

MARVM VETERVM, MARVM CORTVSI.




Quàvis Marum in ſimplicium cẽſu prætereunt Galenus, Ætius & Paulus, eius tamẽ meminere Dioſcorides & Plinius. Scribit enim plurimum in Ægypto naſci: & Dioſcorides herbam eſſe ſarmẽtoſam, flore Origano ſimilẽ. *Folia* tamen huius multò eſſe candidiora, & florẽ odoratiorẽ. Vim habere Siſymbrio ſimilẽ, &c.

Ad varias autem plantas referunt *Marũ*, ad *Maſtichinam* dictam, ad *Maioranam*, & ad *Origanum Heracleoticũ*: quia *Meliſſam* eſſe ſtatuere videtur Hermolaus in Dioſc.

Mari verò Hiſtoriç Matthiolo in omnibus reſpondere videtur planta hic picta quam Marum Cortuſi inſcribimus, Marum enim inſcribit Camerarius apud Matthiolum. Nec Nos Matthioli ſententiã improbamus, quàvis Lobelio & Apollini aliter videatur.


MARVM VALERANDI DOVREZ, PLANTA peregrina odoratiſſima.



Plãtæ huic cuius à permultis annis fragmẽta habemus, *caules* ſunt lignoſi, & denſâ lanugine obſiti, in ramos oppoſitos diducti. *Folia* è geniculis bina, ex aduerſo ſita tota tomentoſa, Maioranæ ſatiuæ foliis paria, aut etiam paulò maiora, cinerei coloris, craſſiuſcula, odore fragranti, & ſapore vegeto, acri & aromatica.

Marum Cortuſi vidimus Patauii apud Cortuſum, fruticoſam plantam in olla excultam. Dicebat autem is herbã hac ſummè delectari ſeles, vtque ab eis tantam maneret : eâque contactâ ipſas etiam circa ſemen genitale effundere.

SAMPSVCHVM; AMARACVS, MAIORANA: Germ. *Maieran, Meyran*: Gall. *Mariolaine* : Ital. *Maiorana*.



Fruticulus eſt palmum, aut etiam dodrantem, altus, aliis crebertimis concauos, iiſque lignoſis, plerũ〈q〉; quadratis, ſubhirſutis, & tantillũm rubeſcentibus. *Folia* ex aduerſo poſita ſunt, Origani vulgaris formâ, ſed lõgè minora, incanâ lanugine obducta, odore fragrãti. Circa verò Cauliũ ramulorũmque faſtigiũ, ex foliorum alis & in ramulorum extremis, oriuntur ſpicæ *florum*, qui puſilli ſunt, albicantes, multi, &c.

Hortenſis ferè eſt planta, quę ſemine & ramo ſeritur: & penſiles Adonidis hortos hodie vbiuis ornat.

Diſtinguitur autem vulgò in *Hortenſem, Nobilē & fragrantiorē*, cui minora tenuiorãq; ſũt folia: & *Sylueſtrē minùs odoratam, rudem & maiorem*, per quam *Origanũ Heracleoticum* intelligũt veluti plerique omnes. Plura in *Appendice*.

CLINOPODIVM QVIBVSDAM, MASTICHINA Gallorum : FABRAGVE.



Maioranæ inſtar fruticat: Primò mediũm in bicubitalem exurgens altitudinē multis ramis brachiatis: per quos *folia*, inter Thymi & Serpilli folia media, ac ſapore acri prædita, pronaſcuntur. Ad nodos & in extremis ramulis ex muſcoſis verticillis, emicant *floſculi* albi. *Radix* ſubeſt lignoſa. Odor gratus cum aliqua grauitate.

Lotenę, Lugduni, & Geneuę vidimus in hortis, necnon Monſpelii, vbi *Maſtic* vocant Maſtichinam inſcribunt plerique, ob tum ob leniorem quo madeſcit, tum ob iucundum Maſtiches odorem. An Olo. de Serres FABREGVA.

Aliàs *Clinopodium* Dioſcoridi frutex eſt paruus, ſarmentoſus, qui in petris naſcitur; *Folia* Serpillo ſimilia, *Flores* ſimiles lecti pedibus, &c.

OCIMVM, OCYMVM vel OZIMVM : Germ. *Baſilien*: Gall. *Baſilic* : Ital. *Baſilico*.




Ocymi nomine variè apud Scriptores donantur Plantæ, *Chamæmyrſine*, *Scrophularia maxima*, *Hieracium Sabaudum*, *Eſula dulcis*, *Noli me tangere*, & *Ocimaſtrum verrucoſum*.

Varia prætereà ab iiſdem recenſentur *Ocymi genera*: Quædam habet Serapio, *Magnum, Medium & Paruum*, ac quoddam etiam Sylueſtre. *Maioris, Garyophyllati* & Citrati meminit Geſnerus.

Nos Maximum dictum hîc pinximus, cui *folium* duplò triplóve maius quàm *Vulgari*, oblongum, raris crenis ſerratum, pallido virore præditum, aut rubrum, odore ſuaui, Citri vel Garyophylli. *Flores* ſpicati, albi vel rubri.

OCYMVM MEDIVM ET VVLGATIVS, nigrum.



Dodrantalis eſt planta, pluribus *ramis* ſtipata, quadratis, nonnihil rubentibus, ſubhirſutis. *Folia* Parietariæ, minora, glabra, aliàs per ambitum inciſa, aliàs minimè, orta è geniculis aduerſa, odore fragranti, ſapore nullo excellente: *Flores* verticillati, in ſpicam longiuſculam digeſti, ſuaueolentes, colore albo purpuraſcentéve, labello oblongiuſculo, ſegeſto. *Radix* lignoſa, nigra, fibrata.

Hoc paſſim in hortis vulgare eſt, flore〈q〉ue longo. Habuimus Nos Montbelgardi, & hoc & maximum, de quo antè, atque tum hoc tum illud atro & albo flore: ac nonnunquam etiam maculis purpureis variegatum.

OCYMVM MINIMVM.



Palmaris aut paulò maior eſt planta, *ramulis* creberrimis lignefcentibus denſiſſimè fruticans, per quos *Folia* Serpylli aut Maioranæ fatiis parta, ex oblongo rotunda, viridantia aut rubra, ſapore vegetiſſimo & ſuauiſſimo Garyophyllorum. *Floſculi* exigui, verticillatim per ramorũ ſcapos diſponuntur. *Radix* fibroſa. *Noſtra Icon* quę ſculpta empta nimis placet.

Ocymum minimum vocat Camerarius *hort.* *album & nigrum*: *Ocymum Garyophyllatum minus* Tabernæm. *Ocymum paruum, minutum, pumilum*, vel *exiguum* alii: *Ocymum ſyluestre* nonnulli: *Ocimoidem, Ocimaſtrum & Acinon*, Amatus & Geſnerus, quorum opinioni refragatur Rob. Conſtantinus.

OCYMVM SANCTO-MAVRITANVM, LATVM, criſpum, maximum. An RIHAV Ægyptiorum.



Ad cubitalem altitudinem excreſcit, quadratis *caulibus*, raris pilis veſtitis, quos adſerſi rami ardent. *Folia* ex longo pediculo ad articulos circinatâ circumſcriptione, ampla, criſpa, fimbriata, atro-virentia, aut rubro admiſto maculoſa, fragrantis odoris. *Flores* Origano vulgari ſimiles, verticillati, in ſpicam digeſti, ex candido rubeſcentes. *Semen* nigrum, oblongum, foliaceis capitulis incluſum.

Ocymum exoticum Columnæ: *Baſilicum Indicum* vel potiùs *Hiſpanicum* Camerario. An Proſperi Alpini *Rihan Ægyptiorum*? Vidimus Nos Vetuntii & Argētinæ in nonnullis hortis. Semine ex India in Hiſpaniam, & inde aliò tranſmiſſo. Plura de *Ocymo* in *Appendice*.


OCIMVM ODORATVM SIVE BASILICVM.



Tragus hunc in modum de eo diſſerit: Tria, inquit, ſunt genera Ocimi, quorum duo *ſatiua* ſunt, vt quæ in hortis quotannis ſeruntur: tertium *ſylueſtre*, nobiliſſimum atque pulcherrimũ: folia habẽs Amaraco ſimilia, paullò tamen maiora, odoris ſuauiſſimi & præſtantiſſimi, &c.

Herba eſt admodũ odorata, ait Cæſalpinus, guſtu ſubacris, Sole & Aqua gaudens. Recipitur inter Olera cruda & cocta, necnon & inter condimenta. Eius tria genera magnitudine differẽtia, communi omnium conſenſu habentur: vnum latifolium, alterum tenuifolium, & tertium medium. Sic ille. Geſnerus hort. in *gariophyllatum* & *citratum* diſtinguit.

DICTAMNVS vel DICTAMNVM: Germ. & Belg. *Diptam*: Gall. *Dictam*: Italis *Dittamo*.



Caulibus eſt hirſutis, nonnihil purpureſcentibus, ex quorum geniculis aduerſi oriuntur rami, & ex his eodem ordine alii. *Foliorũ* ſitus quoque aduerſus, circumſcriptio ferè circinata, interdum oblongior, vt cialis, ſubſtantiã canefcente tomento vndique obducta, aliquando in hortis glabra, odoris validi, ſaporis acris. *Capitula* ramulorũ extremis inſidẽtia ſpicam incurvantur longitudine, ẽ foliis Maiorana ferè paribus ſquamatim compacta, quorum è ſinu promouentur *Flores* purpuraſcentes, tubuli paruli formã, prominentibus ex hiatu ſtamiuulis, *calyci* inſidentes ſtriato. *Plura in Appendice.*

GNAPHALIVM VETERVM: CENTVNCVLVS: Dictamnum adulterinum quibuſdam.




Gnaphalii foliis albis mollibúſque pro tomento vtuntur. Efficaciter autem ad dyſenteriam in vino auſtero propinantur, ait Dioſcorides, *vt plura ille.*

Cæſalpinus ſic deſcribit) *Ceſpes*, inquit amplus, virgis numeroſioribus, altioribus & candidioribus Marrubio: *Foliis* etiam rotundioribus, minoribus, & Dictamno Cretenſi ſimilibus, candidiori lanugine obſitis, guſtu ſubamaro, odore exili, non ingrato. Verticillos inter folia fert molles, in quibus floſculi ſunt purpuraſcentes.

Magnitudine differt, eſtque *maius* minus vel *minimũ*: atque etiam loco: vnde aliud *hortenſe*, aliud *marinum*, aliud *alpinũ*: aliud *Americanum*, aliud *Germanicum*. *Plura in Appendice.*

PVLEGIVM: Germ, *Poley*, *Hertz Poley*: Belg. *Paleye*? Gall. *Pouliot*: Ital. *Pulegio*.



Importuno cæpitũ, quacunque terram attigit, è *caulib*ꝰ quadratorum, hirſutorum, dodrãtalium, geniculis demiſſis fibris radicatum luxuriat, longéq; latéq; ſubiectum ſolum opacat. *Foliorum* ex articulis eſt exortus, ad Origani folia accedentium, odore cum ſuauitate graui, ſapore feruido. Quadripartitorum *florum* verticilli purpuraſcentes breuibus interuallis longã ſpicatáque ſerie caules & ramos coronant, ſubiectã vbiq; foliorum coniugatione vel.

Nos *Vulgare* hic pingimus, quod locis gaudet paluſtribus, & quæ hybernis Menſibus: ſi gentur, inculta tamen. Floret Iulio & Auguſto, tuncq; colligendum.

PVLEGIVM MAS PLINII.



Pulegium, vt herbam vulgò notam, non deſcribit Dioſcorides: Plinius, cùm Vulgare Pulegium florem gerat purpureum, alterius tamen meminit flore albo, illúdque *Fœminam* appellat, hoc *Marem*.

Foliis eſt, vt illud, Siſymbrii aut Origani, habétque etiam caules, vt illud, ex interuallis florum verticillos: ſed albos. Vires & odor prorſus eadem.

In via quã Riuolo Taurinum itur, ad agrorum margines reperiri ſcribit Matthiolus.

Cæterùm *Pulegium* nomen à pulicibus habet, quia flos eius recens incenſus eos odore ſuo fuget & interficiat. *Blechon* vocatum Græci, quaſi balantem herbam, quòd à pecore cùm floret guſtatum, ea balatum concitet.

PVLEGIVM CERVINVM ANGVSTIFOLIVM Monſpelienſium odoratius.



Frequentes profert *Virgas* tenues, teretes, ſubrubentes, geniculatas, pedem longas & minores, modicè erectas. *Folia* ex geniculis aduerſa exeunt, Saturejæ, vulgaris Pulegii odore, ſaporéque acri, feruido & mordaci. *Florum* verticillati globuli, eis virgultorum faſtigia ad nodos oriuntur, colore dilutè cæruleo. *Radix* lignoſa & albicans.

Monſpelii ſponte prouenit prope *Aigremont*, rariùſq; tum in aliis Galliæ regionibus, tum in Germania ſpontaneum reperitur. Sed Tiguri, Baſileæ & Lugduni vidimus in hortis.


Pulegium autem attenuat & calefacit vehementer: potum menſes, ſecundas & fœtum educit atque eiicit. Hócque vulgari ſapore, odore & viribus, gratius & vehementius.

ACINOS VETERIBVS ET IN GENERE: Acinos multis.



Nulla Theophraſto *Acinos* eſt. Dioſcorides *Acinon* & *Aconon* appellat: aitque herbã eſſe tenuibus inſtructã, coronariam, & admodum ſimilem Ocimo: hirſutiorẽ verò atque benè olentem, apud aliquos in hortis coli ſolitam. Hæc aluũ & menſes potenter ſiſtere, &c. Plinius diuerſis in locis *Acinæ* meminit, & modò *Acinon* modò *Acinoen*, modò *Acinean* legit. *Acinũ* verò ab *Acone* differre vult Hermolaus: atque *Acinon* Ocimi ſyluestris genus denotare, *Aconon* verò ſpinoſam, breuem & latam, ad Eryngium accedentem, herbam.

ACINI PVLCHRA SPECIES: CLINOPODIVM Auſtriacum Cluſio: Latifolium C. Bauhino.



Folia huius vulgaris Acini foliis non admodum abſimilia, bina ex aduerſo poſita, acuminata, tenuia. *Flores* ad articulos ex foliorum ſinu bini aut terni, deplò triplóve quàm in Acino vulgari maiores patuli, purpuraſcentes.

Creſcit in variis ad Danubium ſitis montibus, aliiſque variis locis: & floret Maio. Antè verò pictum plurimis obſeruauimus locis incultis & apricis: vt Geneuæ *au plain palais*, Monſpelij in colle prope vrbem, Baſileæ in ſtrigeto verſus *Montetz* & alibi. Floret Aprili, Maio & Iunio.

Atynon per y ſcribendum cenſet Lobelius.

ACINOS COLVMNÆ: OCIMVM CARYOphyllatum Monachorum quibuſdam.



Plantæ huius omnibus ante incognitæ, ſe ex Apulia Romã ſemen extuliſſe, aiunt Monachi, ac poſtea inde Medicis & Pharmacopœis innotuiſſe. Tota autem planta præter radicem habet odorem & ſaporem Caryophyllorum: ac quò ſenior planta, eò odoratiora & acutiora folia.

Cæterùm præter enarratas variæ aliæ Acini nomine donantur plantæ: *Lunaria minor Pes anſerinus, Oleaſter, Agnus*, &c.

Dictus autem fuit *Acinos* ab a. priuatiuæ literæ & verbo *cinio*, quod eſt moueo & cieo: propterea quòd aluum & menſes minimè mouet, ſed ſiſtit.

TRAGORIGANVM: Germ. *Tragodoſten*: Gall. *Groſſe Mariolaine, Tragoriganum*.



Tragoriganum Græcis pariter ac Latinis dictum, frutex eſt, authore Dioſcoride, Origano aut Serpyllo ſylueſtri & foliis & ramulis ſimilis. Ex quadam ſanè reperitur in quibuſdam locis ſpecioſior, & latis foliis, multùm glutinoſus. Quidam tenui ſarmento, & tenuibus foliis, quem & *Praſion* quidam vocant. Optimus eſt qui in Coo, Chio, Smyrna ac Crete prouenit. Calefaciũt autem omnes, vrinam cient, & ventri commodi ſunt, &c.

Serpyllo ſimile Tragoriganum facit etiam Plinius, eaſdemque facultates illi aſſignat. Galenus aſtringere ſcribit, Celſus diſcutere. Sed quæ inter hos & illos conuenientia? Nos *Matthioli Tragoriganum* hîc pingimus.

TRAGORIGANVM TENVIORIBVS FOLIIS, flore candido.



Minores ſunt huic *ſurculi* & candidiores: tenuiora longioráque *folia*, aliquantulùm incana, acris guſtûs, odorisque nõ admodum iucundi. *Flores*, vt in præcedente verticillatim circa ſummos ramulos naſcuntur, ex vaſculis prodeuntes, minores, galeati, candidi. *Semen* non obſeruauit Cluſius deſcriptionis author. *Radix* lignoſa, dura, multifida. Tragoriganum ſecundum ſiue alterum inſcribunt plærique omnes.

Solo Valentino agro ſpontè prouenire obſeruauit Cluſius. Florebat autem Martio. Inuenitur & huius generis, cui folia nigricantia, punctis ſiue ſtigmatis notata.

THYMVS vel THYMVM: Germ. *Vvelſcher Quendel*: Gall. *Thym, Citron, Mignotiſe*: Ital. *Thymo*.



Thymus ab omnibus cognoſcitur, ait Dioſcorides: frutex paruus, ſarmentoſus *foliis* multis anguſtis circundatus, habens in ſummo *Capitula* floris purpurea referentia. Naſcitur maximè in petroſis & tenuis terræ locis: *Sic ille*: Vnũ tantùm faciens Thymi genus: at Capite de Epithymo duorum Thymi meminit, duritie id ab alio diſtinguens.

Theophraſto, quẽ ſecutus Plinius, duo ſũt Thymi genera, *Candidum* & *Nigrum*, eadémque etiam habẽt recentiores rei Herbariæ Scriptores: *Candidũ* ſcilicet, quod maius eſt & foliis albis hirſutis donatum, ac Cephalotum Creticũ atque nuncupatum, & *Nigrũ*, quod minus rigidiúſque & Vulgare dicitur, hîc pictũ. *Plura in ſequentibus*.

THYMVS REPENS HORTI PISANI: Epithymum.



Hic ſurculis fruticat pluſculis, lignoſis, pedalibus, cubitalibus, ad terram repẽtibus. Quos ex vicino interuallo breuiſſimis ramulis glomeratim adaggeſta foliola viridia, rigidula, anguſta, albidis, ſed breuibus, per ambitum pilis hirta, ſtipant. Floſculo ſubelli. *Vulgare* autem antè traditũ, quod nonnulli *durius* cognominant. Monſpelii paſſim ſpontè proueniunt, eóque lapidei mediterraneorũ Hiſpaniæ, & Galliæ Narbonenſis campi referti ſunt, flore nunc purpureo nunc albicante. Colitur autem vulgò in hortis & floret Æſtate. *Creticum* in Creta Inſula copioſum naſcitur, vnde illi Cretici datum nomen. *Plura in Appendice.*


CASSVTA SIVE CVSCVTA: Germ. *Todtern*: Gall. *Angure de Lin, Gonte de Lin*: Ital. *Caſcuta*.



Alienæ quadræ aſſecla omniũ quã non paraſitatur *Caſſutha*, *Caſſuto*, hoc *Caſcuta*, ingrata hoſpes, quippe quæ herbas fruticéſque quos ſemel arripuit, lõgiſſimis ſtaminibus rubentibus capreolis tam arctè ocio complectitur, vt eorum genium defraudet, ſubductóque alimẽto eos penitùs enecet. Nullis poſtquam in altum conſcendit nititur *radicibus*, quibus tamen primulùm erumpens haudquaquam deſtituitur. *Flores* per capreolorum mæandros nullo *ordine* ſubnaſcuntur glomerati, rubeſcentes albicantéſve. *Capitulis* ſubſequentibus inſunt *ſemina* rotunda, Papaueraceis magnitudine paria.

Androſacen Dioſcoridis vocant nonnulli, quod Nos cum Fuchſio improbamus. *Plura in Appendice.*

SERPYLLVS vel SERPYLLVM: Germ. & Belg. *Quendel*: Gall. *Serpolet*: Ital. *Serpillo*.



Ἕρπυλλον vocant Græci, tã nque Græco quàm Latino *nomini originẽ* dederunt ſerpentes *ramuli* duri, quadrati, ſubrubentes, modicè hirſuti: qui vbi terram attingunt, nouas ſubinde *radices* agunt. Primæ autem lignoſæ ſunt, ſatis craſſæ & frequentes, fuſcæ, plurimis fibris capillatæ. Ad ramulorum nodos ſingulos *folia* plura, Thymi vulgaris, latiora, ſubrotunda, neruoſa, ſapore acri & aromatico. *Flores* in capitulis Thymi, interdum candidi, ſed plerumque purpuraſcentes.


SERPYLLVM CITRII ODORE: SERPYLLVM citratum quibuſdam.



Serpyllum in *Satiuum* & Sylueſtre diſtinxere Veteres. At aliæ multæ a Recentioribus obſeruatæ ſunt Differentiæ. Flore enim eſt aliud maiore, aliud minore, aliud purpureo & aliud albo. Odore aliud eſt ſuaui, aliud nullo. Et eſt etiam in foliis differentia, quæ anguſta, longa, lanuginoſa, &c. conſpiciuntur.

Hoc pinxit Cluſius, ſed deſcribens, & ab aliis non obſeruatum addens. Obſeruauit ille in Pannonia, mixtim cum Vulgari, & cum eo florens Iunio. Nos prope *Dornach* reperimus florens Auguſto, floréque proſilientes purpureos.

SERPYLLVM ANGVSTO LANVGINOSOQVE folio: Et Serpyllum longifolium hiſpidum.



In Pannonia, Auſtria & vicinis Prouinciis cum Vulgari naſci ait Cluſius, qui fusè deſcribit, & florere Iunio ait. In hac parte Tabellæ Serpylli alterius longifolii hiſpidi exhibemus ramum.

Vulgare autem *Serpyllum* & olim in hortis ſerebatur, & hodie adhuc in iis habetur. Paſſim verò (ſed rariùs floribus candidis) in omnibus ferè Europæ prouinciis occurrit: paſſimque ſunt nudi colles graminoſive cãpi, viarúmque margines herboſi, in quibus non luxuriet. Iunio & Iulio menſibus vt plurimùm florens, ac interdum etiam Maio & Auguſto. Pro diuerſitate autem locorum ac cœli odorem mutat.

SERPYLLVM SYLVESTRE, ZYGIS DIOSCORIdis Cluſio, ad Thymum vulgare accedens.



Dioſcorides Serpyllum vnũ agnouit *hortenſe*, odore Sãpſuchũ referens, & coronariis agnouit; & alterũ *ſylueſtre*, quod & Zygis appellatur, nõ ſerpens ſed erectum, ramulos emittens tenues, ſurculoſos, foliis plenos ſimilibus Rutæ; *floribus* guſtu acribus, ſed odore iucundo: *radice* inutili.

Eſt autem Serpyllum calidum & ſiccum in tertio ordine: tenuiúmque partium, menſes euocat, vrinas ciet, calculos expellit, & vrinas mouet: vnde Macer:

Serpyllum Veteres dixerunt, quod quaſi ſerpat
Terra vicinum, huic feruida ſiccáque vis eſt, &c.

Serpylli autem nomine donantur variæ plantæ, Origanum, Siſymbrium, *Arthemiſia*, & aliæ.


SATVREIA, CVNILA, THYMBRA: Germ. & Belg. *Saturey*: Gall. *Sarriette*: Ital. *Sauoreggia*.



Satureia ſatiua, ſiue hortēſis, quam hîc pingimus, lignoſâ & ſimplice oritur *radice*: ex qua virgulæ ſurgunt pedem aut cubitum alta, tereтia, ſubbeleentia, ſubhirſuta, geniculis certis diſtincta: ad quorum ſingula *folia* naſcuntur Hyſſopi vulgaris, nonnihil hirſuta, & occultis foraminulis, non tamen peruiis, erosa, odora Thymi vulgaris, ſed mitiore ſapore acri: E foliorum alis excunt *floſculi* in quatuor lacinulas diuiſi, ex albo purpuraſcentes. *Semen* paruum, ſubnigricans.

In hortis vbique ferè ſeritur: eodémque quo prouenit anno, floret, ſemen facit, ac deinde perit. Sponte etiam naſcitur in apricis collibus & torrentium alueis.

SATVREIA DVRIOR; SIVE THYMBRA.



Satureia durior *folia* habet minora, latiora & duriora, dilutiúſque virentia quàm *ſatiua*, numeroſa, in *ramulis* biennibus, è *radice* lignoſâ perenni pullulantibus. Ex foliorum alis ſpicæ vtrinque emicant breues, Hyſſopi quodammodò ſimiles, *floſculorum* candidiorum.

Varius in hortis obſeruauimus, florentem Vere & Autumno. Fertur autem in montoſis & ſaxoſis Narbonenſibus & Pedemontanis, aſperis quibuſdam & incultis, vbertim prouenire.

Facultates Satureiæ quod attinet, calida & ſicca tertio exceſſu ſtatuitur, attenuat, incidit, meatus expurgat: ac omnia quæ Thymus poteſt præſtat.

SATVREIA TENVIFOLIA S. IVLIANI QVORUNDAM: Thymbra vera ſiue genuina aliis.



In Tyrrheni Maris aſperis, & S. Iuliani Hetruiæ Salebroſis, magna prouenit oritur elegans hæc Herbula: *virgulis* exilibus, palmum altis, ſarmentoſis, lignoſis: *folia* ab imo crebrioribus, Thymi Cretici, ſed anguſtioribus, longiuſculis. In ramulorum ſummo eſt *ſpica floſculorum* ex purpura albicantium. Vernaculo ſermone vocatur. *Thymbra di S. Iuliano*, &c. *Lobel. in Aduerſ.*

Satureia autem à *Saturando*, dicta creditur, quòd obſulis frequēter indatur & incoquatur. De *Thymbra, Cunila & Satureia plura in Appendice.*

HYSSOPVM ſiue HYSSOPVS: Germ. *Yſop, Hyſop*: Belg. *Yſope*: Gall. *Hyſſope*: Ital. *Hyſſopo*.



Hyſſopus vulgaris ſpicatus quem hîc pingimus, *radice* eſt lignoſâ, durâ, craſſitudinis digitalis; à qua ſurgunt *Virgæ* plures, quadratæ, ſubhirſutæ, geniculatæ, dodrantem longæ ramoſæ. *Folia* ad eorum nodos oriuntur verticillatim poſita, foliis Lauendulæ ſimilia, ſed duplò breuiora, ſapore acriuſculo, odore non ingrato. *Flores* in *ſpicam* longam digiti, coloris cærulei vt plurimùm, albi: *Semen* minutum in vaſculis oblongis.

Reperitur ſpontaneum in nonnullis Romaniæ collibus aſperis, nec temerè alibi. In hortis verò copioſè habetur, albo, rubro & cæruleo flore. *Plura in ſequent.*

HYSSOPVS SPICA BREVI LATA; floribus cæruleis.



Hyſſopus, vt à C. Bauhino nominatum: *foliis floribus* & odore potiſſimùm variat. *Folia* enim nonnunquam diſſecta habet, aliàs non. *Flore* eſt communiter cæruleo, atque nonnunquā albo vel rubro; iſque etiam nonnunquam ex vna tantùm parte floret, aliquando verò ex vtraque. Et ſanè *Moſchum* redolet Hyſſopus aliquis, alii non. Sic ille diſtinguit. A Nobis verò & ab aliis aliæ adhuc, vt ex ſequentibus patebit, obſeruatæ differentiæ: rariſſima autem habetur ea Hyſſopi ſpecies quam hîc pingimus.

HYSSOPVM GORITIENSE, FLORIBVS virgas verticulatim ambientibus.



Hyſſopum herbam notam eſſe ait Dioſcorides, nec deſcribit. Duplicem verò facit, *hortenſem* & *montanum*: optimum eam eſſe addens quæ in Cilicia naſcitur.

An verò Hyſſopus Græcorum cum Arabum, & noſtro vulgari, Hyſſopo idem ſit, necne, non immeritò controuertitur. Pro Dioſcoridis Hyſſopo recipitur à Fuchſio, Cordo, Matthiolo & aliis. *Negatiuam* verò *ſententiam* tuentur Monachi, Anguillara Turnerus, Lobelius, Gerardus, Syluius, Cluſius Bellonius, Hiſtoria Lugd. C. Bauhinus & alijs nec parui momenti ſunt eorum ratiocinationes, expendant eas docti.

HYSSOPVM MONTANVM MACEDONICVM Valerandi Doutez: An *Abs, Abet,* & *Gusf Arabum*, Anguillaræ?



Dodrantalia eſt *ramus*, quadratos, lignoſus, aſperiuſculâ tocanâ lanugine hirtus, breuibus adnatis ſurculis fiſſus. *Folia* ex interuallis verticillatim diſpoſita, rigida, nigricantia, aſpera, anguſta, acuminata, lanugine candidâ per margines ornata. *Flores* ex foliorum ſinu per ramorum ſummitates verticillatim digeſti, cærulei.

HYSSOPVM MONTANVM CILICIVM quibuſdam.



Sic inſcribit Fuchſius: Hiſtoriæ Lugdunẽſi dicitur *Hyſſopus montana Fuchſii*: Caſp. Bauhino in Phyt. *Hyſſopus ſ. ſiue montana Hiſtoria Lugd.*

Cæterùm tenuium partium eſt Hyſſopus, ſiccátque & calefacit ordine tertio. Minùs tamen calefacit & ſiccat hortenſis agreſti: & ea præſertim quæ flores albos gerit, adhuc minùs calida & ſicca exiſtimatur. Obſtructiones operit, craſſa incidit, lenta attenuat, & vt faciliùs expuatur præſtat, vrinas mouet, at non inſuauiter ex iure ciceris coquitur, &c.

HYSSOPVS ORIGANI HERACLEOTICI folio, Dalechampij.



In huius odore, ſapore, & ſpica cærulea nihil à Vulgari diuerſum: folium tantùm Maioranæ Pulegióve ſimile, ac rotundius eſt, nec ita in longum porrigitur, vt Vulgaris.

Hãc Hyſſopum genuinum Dioſcoridis Hyſſopum eſſe ſtatuit ex Dalechampii ſententia Hiſtoria Lugduno. & hinc reiicit communem illam Maioranam, quam Pena & Lobelius, pro Hyſſopo gemina Græcorum aſſumpſerunt.

STOECHAS ſiue STICHAS: Germ. *Stœchas kraut*: Gall. *Stoechados*: Ital. *Stoechade* ſeu *ſteca*.



Vtilis iuxta ac pulcher eſt *frutex*, *radice* lignoſâ, craſſiuſculâ, *virgulas* emittens lignoſas, cubitales & bicubitales, in ramos aliquot diuiſas. *Folia* per geniculos Lauendulæ, bina: & ea alia aliis minora, plura, incana, odore & ſapore aromatico. Singuli ramuli, quadranguli, in *ſpicas* faſtigiantur craſſiuſculas, æquales aut longiores, piloſis ſquamulis imbricatas, in quibus floſculi purpurei. Præterea ex cacumine emicant foliola aliquot purpureo-violacea, viſui grata, qualia ferè in Hormino Matthioli.

Eſtque hæc Dioſcoridis, Plinii, Meſuæ, Serapionis & aliorum *Veterum Stœchas*: nec recipienda Ruellii opinio, qui Arabicam Stoechadem à Græcorum Stœchade diſtinguit.

STOECHADIS ARABICÆ VVLGÒ DICTÆ alia Icon.



Stoechadem multã vbique terrarum naſci ſcribit Galenus, ſed plurimã in Creta & Inſulis Stœchadibus in Iberico mari ſitis. *Stoechades* verò *Inſulæ* nõ è regione Maſſiliæ, vt perperam, annotante Lobelio, ſcripſit Dioſcorides; ſed è regione Olbiæ, *Hieres* vulgò ſitæ ſunt, & biduo itinere atque litore, Maſſiliã diſtant. Non ſolùm autem *Stœchades* Inſulæ, ſed etiam Narbonæ colles, & Galloprouinciæ aſperi tractus Stœchade ſcatent: imò etiam ita abundanter, vt clibanis calefaciendis ſufficiant.

In quibuſdam Italiæ, Hiſpaniæ & Luſitaniæ montibus prouenire ex Matthiolo, Cluſio & Camerario habemus. Germania non niſi in hortis habet.

STOECHAS VIRIDIS DALECHAMPII.




Tota iucundâ viriditate nitet, *folia* è *caulis* geniculis per interualla longa bina promuntur cum aliquot aliis multò breuioribus. *Capitulum* caulis ſummitati longũ & rotundum inſidet, cum duobus in ſummo foliolis, ex eóque *flores* exeunt lutei.

Nomen autem accepit Stœchas, à Stœchadibus Inſulis, in quibus, vt dictum, prouenit. Sunt tamen qui exiſtiment Stœchadem rectiùs *Stachum*, quaſi *ſpicam* dici.


Icones noſtræ duæ primæ ſunt ex Fuchſianis & Cluſianis reſpondent.

STOECHAS SERRATO ET CRISPO FOLIO.



Rarum eſt admodum hoc Stœchadis genus, authore Cluſio qui non niſi in ſumma Hiſpaniæ Calpe obſeruauit. In ramis quidem, floribus, ſeminibus & radice nihil à Vulgari diuerſum: at folia oblõga ſunt, anguſta, ſerrata, & criſpa, ſuperneque ſatis virẽtia, inferne candicant. Extremi *ramuli* in dodrãtales deſinunt *Virgulas*, nudas, quadrãgulas, incanas quæ ſpicam ſuſtinẽt Stœchade longiorem & rariorem, ad Lauendulæ magis ſpicam accedentem, atque ea multis ſimiliter veluti membranaceis ſquamis congeſtam, cum eminentioribus quibuſdam in ſummo latiuſculis foliolis, è purpura cœruleis, vt in Arabica. *De Stœchade plura in Appendice.*

TRAGIVM ALTERVM DIOSCORIDIS: *Secudes* Arabum & Halepenſium.



Radice eſt albicante, longiuſcula, gracili. Ex qua *ſurculi* emergunt lignoſi, vix minimũ digitum longi: quibus *foliola* adhærent longiuſcula, pulchrã ſerie diſpoſita, aduerſa, haud ſecus ac in Trichomane digeſta, tamen longiora, ſuperne pulchre virẽtia, inferne vero cinereo tomento obſita. Inter dictos ſurculos alii prodeunt cauliculi, nudi, purpureos flores ſpicatos ſuſtinentes.

In agris vltra Halepum, & montibus vicinis, copioſè, teſte Rauvvolffio, vdis præſertim locis, prouenit.


PSEVDO-NARDVS, QVÆ VVLGO SPICA: Germ. *Spicanardi*: Gall. *Narde, Aſpic*: Ital. *Spigo*.



Pſeudo-Nardus Græce & Latine nominatur, quod non ſit vera & genuina Nardus, eamque non facie referat, ſed odore tantum.

Duũ eſt generum, *Mas* & *Fœmina*: cognominatur q; *Mas* vulgò *Spica*, Fœmina vero *Lauendula*. Mas procerior eſt, & maiorem ſpirat odorem, nec minus placet quàm Nardus. *Virgis* cubitalibus & ſeſquicubitalibus, quadratis, duris, ſiliquoſis, eu lignoſa *radice* ortis, fruticat. *Folia* infima quidem incana: ſuperiora vero ex viridi bina, per interualla longiuſcula, incana, culmũ lata, vel vnciam longa, mediũ percurrente neruo, odore vehementi grato, & ſapore amaricante. Summis ramulis *ſpicam* geſtat longam *florum* cœruleorum qui interdum etiam albi.

PSEVDONARDVS FOEMINA, SIVE LAVENDVLA: Germ. *Lauendel*: Gallis *Lauande*: Ital. *Leuanda*.



Tota quidem facie *Spica* vulgò dictæ, ſeu Pſeudo Nardo *Mari*, proxima eſt *Fœmina*, ſiue Lauendula vocata: minor verũ itaque, nec *foliis* adeò albidis, nec adeò vehementi odore prædita: Spicati *floſculi* non diſſimiles, ſed ſpica breuiori & erectiori.

Lauãdula vel Lauendula vocatur vulgò, quòd balneis & hominum lauacris expetatur, eiuſque omnia, ſi iis permiſceatur, odoris commendet ſuauitate.

Flores in hac, vt in Mare, coloris vt plurimùm ſunt cœrulei, & nonnunquam etiam albi. *Lauendulam minorem* vocant nonnulli, vt Marem *Lauendulam maiorem*.

Gaudet apricis & petroſis, ſuntque & culto montibus ſpicatur, & floribus prægnans fit.

LAVENDVLA MVLTIFIDO FOLIO, RAMVLIS hirſutis: floribuſque cœruleis.



Hanc circa Malacam Bæticæ vrbem, & circa Murciam, reperit Cluſius, qui pingit & fuſè deſcribit, nec vſquã alibi.

Lauendula verò Mare veſtiuntur in Hiſpania & Gallia Narbonenſi plærique montes & campi deſerti. In reliqua Gallia, apud Germanos & alibi, in hortis ſeritur: & nonnunquam etiam in vinetorum collibus prouenit.

Cæterũm excalfacit & ſiccat Lauendula omnis ordine tertio completo, aperit, attenuat, reſoluit & concoquit. Frigidis capitis morbis quocũq; modo adhibita cõfert, ventriculum roborat, & iecur ab infarctu liberat; lienoſos iuuat & mẽſes ciet. Aqua florum ſtillatitia amiſſam reſtituit loquelam, & tum pota tum naribus & auribus admota, ad animi deliquia conducit.

VERONICA: Germ. *Ehrenpreis*: Gall. *Veronique*: Ital. *Veronica*.



Veteribus Græcis & Latinis cognita fuerit, necne, hæc Herba nondum liquidò conſtat: *Teucrium verum* eſſe contendunt nonnulli.

Plurimæ autem eius, vt ex ſequentibus patebit, recenſentur *ſpecies* & *differentiæ*, ex quibus Nos *Vulgatiorem* hic pingimus.

Fertur ea ſubinde demiſſis ſe propagat. *Viticula* tenues, teretes, longæ, hirſutæ, geniculatæ, *foliis* binis aduerſis, ad ſingulos articulos enatis, donantur, hirſutis, in ambitu ſerratis, Teucrii ſolitis ſimilibus, ſapore amaro & acri: *Flores* ſpicatim oriuntur, Chamædryos vulgaris more, ex diluta purpura cærulei, cum *ſtaminibus* concoloribus. Itique decuſſis *ſemen* relinquitur Chamædryos vulgaris, loculamentis paruis concluſum.

VERONICA SPICATA RECTA MAIOR.



Obliquam *radicem* ſatis fibratam, *caulem* rectum tollens, ſemipedalem, pedalem, cubitalem & altiorem, atque vt plurimùm ſimplicem: ad cuius nodos *folia* naſcuntur anguſtiora & acutiora quàm Veronicę vulgaris, leuiter crenata, hirſuta ad radicem lanuſcula. *Caulis* in ſpicam longam deſinit *floribus* Veronicæ vulgaris cæruleis denſiſſimè ſtipatam, paulatim floreſcentibus, primùm inferioribus, deinde ſummis, quibus decidentibus ſtaminula remanent longa. *Semen* autem planis biſidis capſulis continetur.

Figura noſtra eſt ex Fuchſianis.

VERONICA SPICATA RECTA MINOR.



Hæc à *Maiori* magnitudine tantùm variat.

Naſcitur autem Veronica incultis & ſylueſtribus locis, apricis, ſabuloſis, ſaxoſis: ac non raro iuxta tumulos, aggeres & agrorum ſepimenta. In cæduis ſyluis maximâ copiâ interdum reperitur: vt Nos Mõtbelgardi in proximis ſyluis ſæpe obſeruauimus: Geneuæ in mõtis Saleuæ ſyluoſis, & Lugduni *au bois de la bonne Allemande*: ac præſertim Ebreduni Heluetiorum in montoſis verſus *Sanctæ Croix*. Floret Iunio & Iulio.

VERONICA MAIOR LATIFOLIA, FOLIIS ſplendentibus & non ſplendentibus.



Cubitales & altiores profert *ramos*, teretes alis; ſed multis nodis præditos. *Folia* ad ſingulos nodos naſcentia, duas aut tres vncias longa, vnam lata, craſſa, ex atro viridia, ſplendentiáque, tetris & vix conſpicuis crenis ſerrata. Summo in *caule* ſpicatim excreſcunt multi cõfertim floſculi, Veronicę vulgaris floribus formâ ſimiles, ſed paulò dilutiores. *Semen* in planis vaſculis exile & fuſcum. *Radix* craſſa & fibroſa.

Varietates illius duas habes Cluſius deſcriptionis authore: quarum vni non ſplendẽt neque atra ſunt folia: alteri verò longiores ſunt florum ſpicæ.


VERONICA MAIOR ANGVSTIFOLIA Cluſii.



Differt hæc à modò dicta *caulibus* viridibus, & *foliis* anguſtioribus, ad Lyſimachiæ cœruleæ folia plurimùm accedentibus, ac *ſemine* quod exile eſt & ruffũ. Variatque foliis, nonnunquàm totes veriúmque generis mediis, caulibus minùs ramoſis, & dilutiore florum ſpicâ.

Inueniuntur hæ tum latifoliæ tum anguſtifoliæ Cluſii Veronicæ, cum omnibus ſuis ſpeciebus, in multis Pãnoniæ, Auſtriæ & Stiriæ ſyluoſis montibus, gaudéntque vmbrâ, & florent Iunio ac Iulio. Coluntur etiam in hortis.

VERONICA SPICATA RECTA, PROFVNDE ſerrata: Lyſimachia cœrulea quibuſdam.



In Pannonia, Auſtria & Stiria, vel ſecundum riuos, vel in montanis pratis, ſpontè naſci narrat Cluſius. In hortis etiam habetur, ſed expoſitis aridiſque locis. In vmbroſis ægrè prouenit. Tota verò Æſtate flores gignit.

Cæterùm calidam & ſiccam eſſe *Veronicam* ex eius amaritudine cum adſtrictione coniuncta concludendam. Mirificè ad recentia vulnera & vetera vlcera conferre ſcribit Fuchſius: Scabiei & omnibus cutis vitiis, atque etiam pulmonum morbis medetur: ac ſummatim ad grauiſſimas affectiones non modò eſſe vtiliſſimam, ſed etiam perneceſſariam.

VERONICA SAXATILIS.



Foliis veſtiuntur *coliculi* palmares, lignoſi crebris, binis, ex aduerſo ſitis, Serpylli foliis paulò longioribus, obiter ſubtiliter crenatis, glabris, per extremum rotundis. Summos *caules* ornant *flores* maiuſculi, cærulei, Chamædryos ſpuriæ vulgaris floribus ſimiles. *Radix* lignoſa ſatis longa. Tota planta valde amara eſt.

Prouenit in altioribus montium ſummitatibus: vt Nos Geneuę in monte *Thuiri* obſeruauimus, Cluſius in Stiria. Floret autem Iulio.

Veronicam porrò Teucrium eſſe ſtatueos Tragus, eam ad hominum & iumentorum tum interiores tum exteriores affectiones ſummè commendat.

VERONICA FOEMINA QVIBVSDAM.



Sic inſcribit Dodonæus Gall. Lacunus verò *Veronicam pratenſem*: Thalio denique etiam *Veronica fœmina*. Huic Loſſtano *Alſine paluſtris*: *Veronica Serpylli folio* nonnulli: *Alyſſum Dioſcoridis Columnæ* alijs.

In pratis, ſylvis, montibus, collibus & agrorum limitibus provenit: Iunióque & Iulio floret ac viget. Lugduni obſervavimus cum flore Martio, Genevæ in ſepibus Aprili, & Baſileæ, non longe à Caſtello *Mesmos*, Maio.

VERONICA PETRÆA SEMPER VIRENS Ponæ, ad Chamædryn accedens.



Ex ſciſſuris ſimplicis & omnino nudi ſaxi, in Baldo naſcitur florens Iulij initio, & circa finem maturans ſemen, ſempérque virens.

Veronicam hanc petræam Ponæ, ſiue, vt Caſparus Bauhinus in Phyt. vocat, *Chamædryn. 6. ſiue ſaxatilem Baldi*. Cluſius in Hiſtor. poſtea *Teucrii 6.* [3. in Pannon.] ſimili titulo delineauit.

CHAMÆDRYS: Germ. *Erd Eiche, Gamanderlin*: Gall. *Germandrée*: Ital. *Querciuola*.



Chamædryn. Dioſcoride & Plinio, teſtibus, *Chamæropa* & *Chamæpeucon* etiam vocarunt Græci, *Triſſaginem* vero & *Trixaginem* Latini, & nonnulli, ob ſimilitudinem, *Teucrium*.

Nullas illi hæc Plantæ aſſignarunt *ſpecies*: at multas agnouere Neoterici. Nam Fuchſio duæ dicuntur *Mares*, & totidem *Fæminæ*: Dodonæo duæ *repentes*, & totidem *aſſurgentes*. Alij in *veram* ſiue *legitimam*, & in *ſpuriam* diſtinguunt, ac vtriuſque varias differentias agnoſcunt.

Veram Vulgatem hîc pingimus, cuius radix lignoſa multiſque fibris donata: *virgulta* verò dodrantalia, rubentia & lanuginoſa: quibus *folia* ex interuallis adnaſcuntur bina ferè oppoſita, figurâ & ſiſurâ Quercûs ferè ſimilia, rigida, neruoſa, hirſuta & ſubamara. *Flos* exiguus, ſubpurpureus.

CHAMÆDRYS MONTIS SVMANI.




Elegans hæc planta, in monte Sumano lecta, magnam cum Ponæ ſemper virente Veronica petræa ſimilitudinem habet.

Chamædrin autem veram vulgarem obiuis locorum, præſertim apricorum, adoleſcere, authoritas eſt præcipuorum Scriptorum. Variis Nos in locis obſeruauimus florentem Martio, Aprili & Maio, imò & Iunio ac Iulio. Monſpelij prope *Caſtelnauf*: Baſileæ in monte prope *Muttenz*: Montbelgardi prope *la Coste*. Ebrodunum in colle prope *Chambloz* atio hortis, & alibi.

Serratam à quibuſdam dictam ſcribit Plinius, & ab ea *ſerram* inuentam.

CHAMÆDRYS SPINOSA.



Hanc quam C. Bauhinus in Phyt. itémque apud Matthiolû, *Chamædria 4. ſiue ſpinoſam ex horto Bembi* nuncupat, inter ſiccas noſtras plantas aſſeruamus, ab illo acceptam. Eſtque *Icon* noſtra ex ſicca planta depicta.

Græcum in tertio ordine excalfacientium & deſiccantium ponitur Chamædrys à Galeno & Neotericis, plúſque calefacit quàm exſiccat. Tenuium eſt partium, & Plinii & Dioſcor. authoritate ſtomachis, tuſſi vetuſtæ, rupcis, conuulſis, lateris doloribus remedio eſt, lienem conſumit, vrinam & menſes cieti atque ad ſerpentium venena poto illitúque eſt efficaciſſima.

CHAMÆDRY VVLGARI AFFINIS ALPINA: Clinopodium alpinum Ponæ.



Ex aduerſo ſita ſunt per *caules folia*, Chamædryos paria, acuminata, rugoſa, hirſuta, per ambitum, ſerrata: ex quorum alis, per caulium partem ſuperiorem, bina ex aduerſo quoque oriuntur *vaſcula*, in binas cauitas, ſingulas totidem diuiſas loculis, ſeſe aperientia: *ſemine* plena paruo, nigro. *Caules* dodrantales & palmares, firmi, moliti, *radice* ligno ſa, nigricante, multis capitibus diuiſâ.

Hanc collegimus in alpibus Allobrogicis, & ſiccam pingi curauimus, ac deſcripſimus.

CHAMÆDRYS ALPINA FLORE FRAGARIÆ.



Dure lignoſa *Virgulta*, palmaria aut dodrãtalia, craſſiuſcula, per terram ſpargit, colore rubente prædita: per quæ *folia* nullo naſcuntur ordine, Chamædryos, minora, duriora, rugoſiora, ſerrata, inferne incana, ſupernè atrouirentia. *Pediculis* palmaribus, tenuibus, hirſutis, inſident ſinguli *flores* ſinguli, cãdidi, Fragariæ, ſed duplò minores: quibus delapſis ſuccedit plumatum Pulſatillæ *Capitulum*, ſemine oblongo, ruffo. Totum verò floris baſin fulciunt folia oblõga, hirſuta, anguſta. *Radix* longè lateque ſerpit, craſſa, lignoſa, ex ruffo nigricans.


CHAMÆDRYS SPVRIA ANGVSTIFOLIA.



Multas ab vna *radice* tenui, ſed longa, repente, lignoſa, fibroſa, *virgulas* per terram diffuſas profert, teretes, tenaces, hirſutas, itidémque lignoſas, longitudine palmari & dodrãtali: in quibus bina per interualla *folia* opponuntur, oblonga, in ambitu ſerrata. *Virgula* in ramulos aliquot circa extremum diuiſę *flores* ſuſtinent in *ſpicam* digeſtos, cœruleos, non ſimul ſe expandentes.

Naſcitur pluribus locis in pratis iuxta flumina, riuulos, ſcrobes & fontes: vt & in nemoroſis: Iunióque, Iulio & Auguſto floret.

CHAMÆDRYS SPVRIA LATIFOLIA: FLORIBVS in thyrſum digeſtis, hilariter cœruleis.



Hanc, vt & præcedentẽ, nõ eſſe Teucrium, nec legitimam Chamædryn, notius eſt quàm vt refelli opus habeat. Nihilominus tamẽ ante notam verã Chamædrin, iis Chamædryos nomen acceſſerat, ac pro Chamædry in medicamentorum cõpoſitionibus admittebãtur. Ceterùm iiſdem cum Anguſtifolia locis prouenit.

Tuſſi incipienti, hydropi, indurato Lieni, ſtranguriæ, viſcerum obſtructionibus, cacochymiæ, & fœdis virginum coloribus, conferre tradunt Tragus, Lobelius & Dodonæus.

CHAMÆDRYS SPVRIA MAXIMA: An Teucrium maius Pannonicum Cluſii?



Congener eſt *Chamædry vulgari*: verùm multis numeris eſt maior. *Folia* longa, acuminata, ſerrata, per hirſutos *caules* bina. *Ramos*, itidem ex aduerſo poſiti, longam ſuſtinent *florum ſpicam* Chamædryos vulgaris ſimilem, maiorem, ſuccedentibus compreſſis bifidis capſulis.

Prouenit in petroſorum collium herbuſis locis, vt Geneuę in colle *la Baſtie*, & alibi.

Chamædryos falſa ſupina, atrouirente folio, meminit Lobelius.

CHAMÆDRYOS SPVRIÆ SPECIES ALIA: Teucrium Pannonicum minus, Cluſii.




Humi procumbunt huiuſ *rami*, dodrantem longi, per quos ex oppoſito bina ſemper *folia*, Chamædryos foliis ſimilia, ſerrata, in obtuſum mucronem deſinentia. *Flores* magnam ramulorum partem occupant, ſpicati, Chamædryos adulterinæ cœruleæ floribus ſimiles. Bifidę ſuccedunt compreſſę *capſellæ ſemen* comprehendentes ruffum. *Radix* ſubeſt fibroſa.

Tres eius ſpecies facit Cluſius, ratione ſcilicet coloris florum, vel cœrulei ſaturatiſſimi, vel dilutioris & quaſi cinerei, vel ex carneo candicantis.

Prouenit in ſiccioribus incultis agris, herboſiſque aggeribus, & floret Maio.

CHAMÆDRYS SPVRIA MINOR ANGVSTIfolia: flore albo.




Ramoſior eſt ceteris, foliáq; habet iam dictæ ſpuriæ anguſtifoliæ duplò triplóve anguſtiora.

Copioſam habent ſicciores Rauraceorum inculti agri prouenitque variis aliis in locis ac nonnunquam etiam in hortis ſponte naſcitur.

Ceterùm, vt de Chamædryos Etymo aliquid in genere dicamus: *Chamædrin* nihil aliud eſſe quàm *humilem & terreſtrem Quercum*, ait Marcellus, ad vocis ſignificationem ſpectans; ac ob eiuſdem contractã breuitate aliud *Chamærepis* nomen illi ab aliquibus factum eſſe narrat.

TEVCRIVM ſiue TEVCRIS: Germ. *Groſs Batengel*: Gall. *Teucrion*: Ital. *Teucrion*.



Teucrium, authore Dioſcoride, aliis ob ſimilitudinem *Chamædrys* dicta herba eſt: virgæ pectem præferens, &c. Id à Teucro Aiacis fratre inuentum & nomen habere, tradit Plinius.

Chamædry quidē cognatum eſt, at altius fruticat, rectis, lignoſis, quadratis & hirſutis *virgultis*. In his a breuibus interuallis conſpiciuntur *folia* bina, ex aduerſo poſita, virinque hirſuta, atro virore ſplendentia, ſerrata, ex oblongo rotunda (inferiora præſertim, alia enim magis in acumen deſinunt, ore per ambitum ſuum inciſa) iucundi ſatis odoris.

TEVCRII ALIA ICON.



Flores Teucrio ex foliorum ſuperiorum alis emicāt, plures iuncti, pediculis ſatis lōgis hærentes, calyce hirſuto caneſcente, Chamædryos florum formâ: labello quidem longiori dimiſſo, ſed cucullo vidui, cuius loco *ſtamina* luteola exeunt, quo colore flos quoque eſt præditus. *Sapor* herbæ amariuſculus cum amarore non iniucundo.

Naſcitur in petroſis & aſperis, montéſque ac arida aprica loca amat, & fœliciſſimè in hortis prouenit.

Id in 3. ſiccantium, & 2. excalfacientium, ordine ponit Galenus: & lienibus medēri tradit.

TEVCRIVM BOETICVM ET CRETICVM Cluſii.



Ligneſcit Teucrii Bœtici *ramus*, candidiſſimus q́ue eſt, quadratus, & totus lanuginoſus: Ad cuius genicula *folia* aduerſo ſitu naſcuntur, Teucrii vulgatioris, ſupernè atrouirentia, infernè admodum alba & neruoſa, & lanugine denſiore obſita. *Flores* per rami ſumma ex foliorum alis candidi, labium longum demittunt: & pro galea, quā nullam habent, *ſtamina* lōga exerunt. *Calyces* cādidi, ſtriati, in quinque mucronatas lacinias diuiduntur. Martio floret in Bœticæ maritimis.

Cæterùm Teucrii nomine plurimæ donantur plantæ: *Chamædrys* & *Veronica ſpecies pleræque*. *Aſplenium*, *Hæmionitis*, *Scolopendria*, &c.

SCVTELLARIA TEVCRII FACIE.



Cubitalis eſt planta, *caule* quadrato, hirſuto, in ramos oppoſitos brachiato: per quē ex aduerſo poſita *folia* bina, Teucrii vulgaris. Ramorum extrema ex toto ferè ſpicati *flores* occupant, magni, Galeopſeos, colore aliàs rubro, aliàs albo, præditi, ſubhirſuti, ex breui villoſo calyce *foliis* ſubrectis paruis, latiuſculis, ſubrotundis, acuminatis, lanuginoſis, & obſcurè rubentibus.

Vidimus in horto Patauino, florentem Maio.

Cæterùm TEVCRIVM *lienibus mederi* ſic innocentum prodit Plinius. Cùm exta, ait, ſuper Teucrium proiecta aliquando fuiſſent, adhæſiſſe lieni, & id exinaniuiſſe: vnde id *Splenion* quibuſdā dictum fuit. Sic narrant ſues qui radicem eius edunt, ſine ſplene inueniri.

SCORDIVM: Germ. Gall. & Italis *Scordium*.



E *radicibus* capillaribus *caules* faſtigiuntur palmares, ramoſi, geniculatim progredientes, hirſuti, quadrati, inanes. Atq; ex eorum geniculis *folia* exeūt aduerſa, Chamædryos, ſublonga, rugoſa, ſerrata, tactu mollia, hirſuta, albicantia, odore Alliī. *Flores* ibidem quoque, vndique per caulem, purpurei, Chamædryos floribus perſimiles, pediculo breui, colore rubētes, cum concoloribus ſtaminulis: iiſque delapſis *ſemen* in vaſculis reperitur minimum.

Vnius tantùm Scordii meminit Dioſcorides: at duo habet Plinius: & duo etiam cum iniscatus Anguillara: *Commune ſcilicet*, & aliud folio *Mentaſtri*. Alii in *Maius*, *Medium* & *Minus* diſtinguunt.

SCORODOTIS TOMENTOSA CRETICA: Scorodotis legitima, Plinii quibuſdam.



Natalis Scordii quod attinet: Scordium naſci in montanis & paluſtribus locis, ſcripſit Dioſcorides: in Ponticī campis pinguibus humidiſque Plinius: Ex quibus colligimus, in montanis & campeſtribus prouenire, ſed humentibus. Magnis ſumptibus è remotiſſimis regionibus olim afferebatur: hodie verò in multis Germaniæ, Galliæ & Italiæ locis habetur. Vidimus Nos Monſpelii in vicino prato, florens Maio & Septembri: circa Lugdunum abundè: Geneuæ *au pré l'Eueſque*: Montbelgardi inter vrbem & pagum *Souchaut*: necnon Ebroduni in amœnis illis *Tempe*, quæ Vrbi iuxta Lacum adiacent. Translatum verò in hortos facilè negotio perit.

Scorodotis, ſive Scordium, folio Salviæ: Germ. *Vvild Salbey.*



Radice nititur flexuoſâ & fibrata: ex qua *caules* plures eriguntur, bicubitales, quadrati, hirſuti, purpuraſcentes vel nigricantes, medullâ albâ farcti: ad quorum geniculâ *folia* exeunt ex intervallis gemina oppoſita, Salviæ, rugoſa attenuientia, ſcabra, ſqualidáque, piloſa, per ambitum *ſerrata*, ſapore amaro. Summus caulis in ſurculos aliquot dividitur, in quibus ſpicatim digeruntur *flores* in unam partē vergentes, Chamædryos, ſed colore herbaceo vel candido pallidóve: ex quorum rictu, loco galeæ, ſtamina emicant purpuraſcentia: *Semina* calyculis continentur, fuſca, Ocymi grano ſimilia, amariuſcula, rotunda & fuſca.

Scordii folio Salviæ alia icon.



Scordium alterū Plinii eſſe pronunciát Lobelius, Camerarius & alii: ſed temerè nimis: ac perperam etiam *Stachys* vocat Geſnerus: excluſis Ruellii *Polemonion* vel *Palemonia* cenſetur, quam *Philetærio* etiam dici ait, & a Cappadocibus, ob utilitatū multitudinem, *Chiliodynamin*. *Nemorenſem* vel *ſylveſtrem Salviam* nuncupāt plerique: *notham* & *ſpuriam Scorodotin* Bellus, quem ſequuntur pauci.

Provenit in ſylvis & locis inculis. Vidimus Nos Monſpelii in montibus circa *Eſparon*: Lugduni, *au bois de la beame Alemande*, & alibi.

De Etymo, & Viribus in Appendice.

Chamæpytis ſive Iva moſchata: Germ. *Erdpin*: Gall. *Ive muſcate*: Ital. *Chamepitio*.



Chamæpytis plantula eſt palmaris, *radicula* lata, longa, ſimplici & durâ. *Cauliculus* teres, hirſutus, prope terrā rubeſcens, cætera ex herbido in luteum vergens, quemadmodum & *folia*, quæ ex brevibus intervallis ad nodos gemina oppoſita naſcuntur, hirſuta, aviculæ digitatos pedes imitata, ſapore & odore Picis aut Reſinæ. Ex eorum verò alis *flores* emergunt lutei, ahelio latiore bifido, ſuperiore parte punctulis rubris guttato: inque *Galeæ* vice *ſtamina* ſe tamunt dilutè purpuraſcētia. Succedunt *Capſulæ* in quatuor loculos turgentia: totidem *ſemina* triquetra cōtinentia. Nos *duas Icones* ex Fuchſianis proponimus, quarum utera placet.

Chamæpytios, ſive Ivæ moſchatæ, Icon alia.



Chamæpytios ſpecies tres habet Dioſcorides, quarum tertiam *Marum* vocat. Tres etiā habet Plinius, qui ait, Chamæpytis Latinè dicebatur (*Abiga aliis*) propter abortus, & à nonnullis *Thus terræ*. Totidem habent Matthiolus & ex Recentioribus alii: tertiā ſpeciem, ſive Marem, Dioſcoridis, *Iva arthetica* vulgari optimè convenientia ſtatuentes: primam etiam eiuſdem, ſine maiorem & ramoſam, ſatis notam eſſe fatentes: ſed quæ pro *ſecunda* oſtendi poſſit, incertum ex traduut. Sunt qui in floribus differentiam agnoſcant, cùm quædam reperiatur flore albo. Dodonæus tribus vulgò receptis tres alias ſpecias adiungit.

Chamæpytis orientalis.



Pluſculis ſtolonibus palmaribus, craſſis, quadratis, tomento multo candido obſitis, fruticat: *folia* ad nodos confertis, anguſtis circiter, Ivæ Moſchatæ Monſpelienſium, de qua mox, lanuginoſis, craſſis, per extrema denticulatis, guſtu amariſſ: ex quorum alis, ab imis ramis ad faſtigiū uſque, *vaſcula* etiam pruiit hirſuta, in quatuor partes dehiſcentia.

Provenit autem vulgata Chamæpytis flore luteo in agris & gramineis campis: florē que à menſe Aprili in Septembrem uſque, citiùs tardiùs, pro locorum varietate.

Lugduni abundat, Genevæ circa portam d'*Arva*, Baſileæ quà itur Tornacum; Ebroduni in Pago *Suſſone* adiacentibus agris, & alibi variis in locis.

Chamæpytis, ſive Iva moſchata Monſpelienſium, flore purpuraſcente.



Hanc læto ſolo ad Tagum flumen, in Luſitania, atque Granatenſi, & in Gallia Narbonenſi, naſci ſcribit Cluſius: florere autem Æſtate & Autumno. In Olivetis & aridis arvorum Narbonæ et Galloprovinciæ fruticare, ait Lobelius, nec alibi temerè natam. *Moſchatam* verò vocari per antiphraſin atque ironicè, cùm odoris ſit magni quidem, ſed minimè grati. Obſervavimus Nos Monſpelii, in montibus circa *Caſtelneuf*, locis valde petroſis, florentem Septembri.

An Dioſcoridis Lib. 3. & Lib. 6. *Anthyllis altera*? An Cæſalpini *Chamæpytis maior*?

CHAMÆ-

CHAMÆPYTIS FOLIO NON LACINIATO: Chamæpytis 3. Dioſcoridis, Matthiolo.



E radice fibroſa ramulos profert palmum altos, humi ſtratos, & foliolis ſeptos ſemperuiui minoris, minùs carnoſis, ſed minutis & birſutis: in quibus floſculi ex melino albidi, odoris non inſuauis.

Minùs nota eſt, & paucis locis obuia, niſi in Niceæ Sabaudiæ, & Liguſticæ Genuæ collibus aridis. Eam tamen in Belgij veteris haberi ſcribit Lobelius.

Figuram ille habet ſine pilis: quæ verò apud Dodonæum pingitur ex Fuchſio piloſa eſt. I. Dioſcoridis Chamæpytin inſcribit Lobelius: 3. verò Dodonæus, Matthiolus, & alij. De Chamæpiti plura in Appendice.

BOTRYS: Germ. *Traubenkraut*: Gall. *Pymen, Pyment, Milegrain*: Ital. *Botry*.



Botrys alia *ſatiua* eſt alia *ſpontanea*. Syluestrem *verticillatam* hîc pingimus, quæ in vineis earúmque muris, caluiſque apricis & editis locis prouenire ſolet, & nonnunquam etiam in aruis inter ſegetes reperitur, vt Nos paſſim Mombelgardi obſeruauimus, & Monſpelij circa montem *Eſperon*.

Toto vultu hilarior eſt *ſatiua*, ſed ſtaturâ cõtractiore, palmari, *ramis* quadratis, hirſutis, in quibus *folia* Botryos, ſed lanuginoſa ſaturatiúſque viſentia, ex geniculis ramorũ orta, odore ſuaui, ſapore amaro. *Flores* indidem verticillatim emicant, purpuraſcẽtes: quibus ſuccedunt *ſemina* quaterna nigricantia. *Radix* lignoſa, gracilis, paucis fibris donata. *De Botry plura in Appendice.*

POLIVM.



Polium *duplex* facit Dioſcorides, *Montanũ* & *Alterũ* magis fruticoſum, nõ ita validi odoris & viribus inefficacius. At plures aliæ apud Recentiores habentur *Polij differentiæ*, à loco natali, à magnitudine, à viribus, à florum colore; & ab aliis notis deſumptæ.

Quod hîc pingimus prorſus tenellum eſt, exilibus ramis humi fuſis, dodrãtalibus, multa lanugine cãdidã tectis, qui ſubinde ad nodos *radices* agunt. *Folia* illi anguſta, oblõga, denticulata, tomentoſa: paruáque etiã *Capitella*, totáque itidem tomentoſa: in quibus *flos* purpureus vel albus, vel ex purpureo albus.

Arenoſis locis prouenit, Martióque & Aprili floret.

POLIVM MONSPESSVLANVM: MONTANVM Dioſcoridis: Polium montanum, Teuthrium aliis.



Folia in hoc ex certis interuallis multa eodẽ loco ex oppoſito naſcuntur, anguſta, oblonga, denticulata, cãdida, tomentoſa, ſaporis acris & amari: per *ramos* dodrantales aut palmares, firmos, rotundos, incanos. *Radice* lignoſa, paucis fibris donata. *Capitula* glomerata, alba, tomentoſa, calyculis conſtant oblõgis, è quibus *flores* emicãt hiantes, candidi. Huic verò Virgulis intertexi ſolent Epithymo ſimilia *ſtamina*.

Monſpelij copioſè apud Mare prouenit: & habetur etiã alibi. Locis ſcilicet maritimis & deuexis collibus, arenoſis interdum. Cultum multò candidum eſt, & folia latiora emittit. Floret Æſtate.

POLIVM VENETVM: ÆGIPYRVS.



Folia huic latiora, minùs candida *coma* verò magis diuulſa. Prouenit copioſè in Lito Venetorum.

Polii autem nomine variæ donantur Plantæ. *Serpyllum Satureia. Acinos ſimbia Plinij. Stœchas citrina. Tripolium. Periclymenum Chamæpytis.* & aliæ ſimiles: ſed impropriè.

Polium autem propriè dictum, amarum eſt guſtantibus, authore Galeno, & modicè acre: quare obſtructione liberat viſcera omnia vrináque & menſes ciet. Subſtratum & ſuffitum, ait Dioſcorides, venenatas beſt. ac fugat. impoſitum vulnera glutinat: decoctũ hydropicis & morbo regio auxiliatur.

De Ægipyro quæ Polii cenſetur ſpecies, in *Appendice*.

BETONICA ſiue VETONICA: Germ. *Bethonien*: Gall. *Betoine*: Ital. *Betonica*.



Betonica alia *Vulgaris*, alia *rarior* quæ cultu delectatur, atque in hortis lætiùs viret & latifolia eſt. At vtraque rurſus flore eſt vt plurimùm purpureo, & nonnunquam etiam albo.

Vulgaris, quam hîc pingimus, *caulibus* ſinget numeroſis, exilibus & alterioribus, quadratis, ex longo interuallo nodoſis *Folia* alia ad caulium genicula gemina, aduerſa, alia humi ſtrata, rotundiora, pediculis palmaribus circiter donata, per ambitum laciniata, rugoſa, aſpera, ſapore aromatico prædita *Flores* ſpicati verticillatim genicula circumſtant purpuraſcentes. *Semen* oblongum, angulosum. *Radix* pollicem craſſa, crebris longiſque fibris capillatis.

BETONICA FLORE ALBO, CLVSII.



Huius meminit etiam Cordus, qui, vt etiam Tragus, hanc ſolo florum colore à Vulgari differre tradit. Dioſcoridē verò, nec immeritò, miratur Tragus, quòd, cùm diligentiſſims Betonicæ hiſtoriam in reliquis perſecutus ſit, non tamen florum colorem indicarit.

Rarior eſt hæc rubrâ, at iiſdem locis prouenit. Naſcitur enim vtraque in pratis, ſyluis montoſis, frigidis & opacis locis: Maióque & Iunio menſibus floret: necnon etiam interdum Autumno. Betonicā naſci in pratis, fruteroſis & herboſis locis, ſolo ferè qualicunque, ſcribit Cordus: Patauii in horto publico obſeruauimus virentem Decembri.

BETONICÆ FOLIO ALOPECVROS quorundam.




Dicta hæc Herbarijs *Alopecuros montana*, à fructus villoſi quadam cum vulpina cauda ſimilitudine.

Naſcitur in aliorum montiū opacis conuallibus, arborum frequentiā vmbroſis, & illapſu aquarum vdis.

Betonicam porrò *Ceſtron* vocarunt Græci, & ex Latinis *Serratulam* nonnulli, alii *Vetonicam*, ab inuentoribus ſcilicet Vetonibus Hiſpaniæ Populis.

Integrum de eius facultatibus Librum ſcripſit Antonius Muſa, clariſſimus Augusti Cæſaris Medicus: Eaque omnes eas recenſeat? Solitum in excellenda rei alicuius poteſtate & virtute, dici ſolēre, *id, Betonicā eſſe virtutes*.

SALVIA: Germ. *Salbey*: Belg. *Sauie*: Gall. *Sauge*: Ital. & Hiſp. *Saluia*.



Licèt vnam tantùm Saluiā agnouiſſe deprehendatur Dioſcorides: duo tamen Saluiæ genera prodidit Theophraſtus, *Sphacelon* & *Eleliſphacon*, quod perperàm Lentis ſylueſtris genus facit Plinius. Recentiores eam vulgò in Hortenſem ſiue domeſticam, & Campeſtrem ſyluestremque diſtinguunt. Et illā rurſus in Maiorem & Minorem, Latifoliam & Anguſtifoliam: folio criſpo vel non criſpo, eandémque albo, ſubnigro vel ex atro purpureo: atque in auriculatam vel non auriculatam. A florum colore diſtinguunt adhuc iidem, cæruleo, candido vel ex albo purpuraſcente.

SALVIA FOLIO LATO SERRATO CRISPO.



Londini habetur hæc in cultioribus hortis. Vulgarem verò locis aſperis & ruderatis ſpontè prouenire ſcribit Dodonæus in Gallia Narbonenſi & Pedemōtio luxuriare in vitibus. In hortos tranſlata pulchrior euadit. Monſpelii & Lugduni floret Maio, in frigidioribus Climatibus ſeriùs.

Dicta porrò Latinis *Saluia* quòd homines ſaluos & incolumes faciat, aut quòd ad fœcunditatē ſalutaris ſit. *Sacræ herbæ* nomen ab eo illi conceſſum apud Ætium legimus. Sphacelon & Eliſſphacon vocarunt Græci, à peculiari qua pollet vi medendi Sphacelo demortuis partibus.


SALVIA MINOR TENVIFOLIA: SALVIA Gallifera Cretica.

Radix huic dura, lignoſa, in ramos diuaricata: *ramulos* promens lignoſos, ex fuſco rubeſcentes, quos alternis bina ſemper ex aduerſo *folia* ambiunt, longa, anguſtiora quàm in vllo Saluiæ genere, in ambitu nonnihil crenata. Medius *caulis* in ſpicam *purpureorum florum* deſinit, nullis intercurrentibus foliolis.

Hiſpanicam Saluiam inſcribit Camerarius, *Indicam* Tabernæmontanus.

Gallifera autem *Cretica* dicta *Saluia*, tota denſo villo obſita canescit. *Folia* partim auriculata, partim mutila, atque in obtuſum mucronem deſinentia. Ad iuncturas pediculo ſeſcunciali inſident *Galla* rotundæ, pilulis Quercûs in foliis naſci ſolitis, ſimiles.

SALVIA MINOR AVRICVLATA: Germ. *Klein Salbey*: Gall. *Sauge franche*: Ital. *Saluia minore*.



Folia huius Maioris foliis magnitudine cedunt: ea verò odore vehementiore & ſapore vegetiore vincunt, magiſque ſunt candicantia. Iis ad imum appoſitæ duæ pinnulæ, aliquando vna, eſt & vbi nulla. Cætera illi cum Maiore communia, eā autem lignoſior eſt, nec ita facilè multiplicatur.

In Italiæ & Hiſpaniæ quibuſdam locis, ac in Maſſilienſi agro, ſpontanea abundè in campeſtribus prouenit: in Germania verò non niſi culta in hortis habetur.

De Saluiæ *temperamento* & *viribus* in Appendice.

SALVIA ABSYNTHIVM REDOLENS.



Flore eſt ſatis magno, verticillato, purpuraſcente vel albo: folio verò *Saluiæ vulgaris*, nunc pinnato, nunc mutilo, *Abſynthium redolente*. Habetur in cultioribus hortis.

Vulgaris autem *Saluiæ*, quã loco proprio deſcribere non permiſêre eius anguſtiæ, vnica, lignoſa & perennis eſt *radix*: ex qua *ſurculi* extolluntur complures, lignoſi, quadrati, hirſuti, incani aut viridantes. *Folia* Menthæ foliorum æmula, acuminata, coloris albi, viridantis vel ſubnigri, odoris eximii, & ſaporis cum aromatica amaritudine acriuſculi. *Flores* in ſpicam digeſti, cærulei, aut ex albo purpuraſcentes, Lamii cucullo hiatuo & labello bifido.

HORMINVM, ORMINVM, GEMINALIS: Germ. *Garten Scharlach*: Gall. *Hormin*: Ital. *Hormino*.



Multam habet *Horminum* cum *Saluia* ſimilitudinem. *Caules* ſubcubitales, multis aliis cõcauis, copioſâ lanugine hirſuti, quadrati, pedales & maiores. Ad eorum *genicula folia* prodeũt bina, aduerſa, ſed minus ſqualida, hirſuta, odore nullo excellente, ſapore amaricante: eorum verò quæ in extremis ſunt ramulis denſior eſt phalanx, & *coma purpureo violacea*. *Flores* ex foliorum alis, Saluiæ, partim purpurei partim albicantes. *Semen* oblongum, fuſcum nigrúmve. *Radix* lignoſa & fibroſa. Planta eſt annua.

Horminum comâ purpureo-violacea, quod hic pingimus, copioſè creſcere dicit Camerarius in agro Senenſi & Illyria, ac vniuerſa Græcia: Nos nuſquã niſi in hortis vidimus.

HORMINVM COMA RVBRA:



Hoc à præcedente *comâ* tantùm *rubra*, & floribus minoribus diſtat. Colitur vtraque in hortis, vt Nos Lugduni, Geneuæ & Montbelgardi, in noſtris habuimus: Maio, Iunio & Iulio floret.

Dictum porrò *Horminum* ἀπὸ τοῦ ὁρμᾶν, impetu agi, inſtinctúq; ferri, & cieri in Venerẽ, quòd, vt loquitur Dioſcorides, ad Venerem ſtimulet. Partitur is in *Satiuum* & *Syluestre*, illiq; rotundum & fuſcum ſemen tribuit, huic oblongum & nigrum.

Horminum frugum generi annumerarunt Galenus & Theophraſtus, apud quem *Geminalem* vertit Gaza: Horminum verò & Horminum meminit Plinius. *Plura in Appendice*.

GALLITRICVM, SCLAREA, TOTA BONA: Germ. *Scharlach*: Ital. *Sciaria*: Gall. *Orvale, Toute bonne*.



Gallitrici ſpecies enarrantur plurimæ, natali loco, magnitudine foliorum formã, & florum comaq; colore, inter ſe differentes.

SATIVVM NOSTRAS quod *hic pingimus caule* eſt quadrato, bicubitali, minimi ferè digiti craſſitudine, rigido, hirſuto, medullâ alt àpleno, in oppoſitos ramos ex internodiis cõiugatim fiſſo. *Flores* ſpicati, ex multis compoſiti verticillis, Saluiæ floribus perſimiles, cucullati, colore cæruleo in album vergẽte. Semine in ſtriatis pixidulis quaterna, lubrico lentore perpolita, coloris ruffeſcentis. *Folia* ex aduerſo bina, rugoſa, Æthyopidis, minùs villoſa. *Radix* lignoſa. Odos totius plantæ vehemens, & ſapor amarus.

Seritur in hortis, & floret Iunio ac Iulio.

GALLITRICVM SYLVESTRE VVLGARE, ſiue ſylueſtris SCLAREA.



Ad cubitos duos interdum aſcendit planta hæc, *caule* quadrato, hirſuto, inani, in alas diuiſo. *Folia* quàm in Hormino ſatiuo maiora, ſqualida ſinuata, ſerrata, & ad Saluiæ folia accedentia, odore graui. *Flores* in longa ſpica cærulei & purpurei nigri, Saluiæ florum formã. *Semen* nigrum. *Radix* lignoſa, odorata.

Centrum galinæ, aut *Centrum galli*, appellat Ruellius, narrát; Officinas quòd perperàm Gallitricum appellent. Quidam *Saluiam tranſmarinam* vel *Romanam* vocant.

Prouenit ſponte in pratis, collibus, locis campeſtribus, & agrorum limitibus: Iunio iunioque menſe floret & ſemine prægnans.

GALLITRICI SYLVESTRIS VARIETAS.



Gallitricum ſylueſtre vulgare Horminum eſſe cum Ruellio contendunt Cordus, Loniceeus, Fuchſius, Camerarius, Schwenckfeldius, Thalius, Lobellius, Cluſius & alii. Plerique verò ad Sclaream ſiue Gallitricum referunt.

Cæterùm Gallitricum, ſatiuum præſertim, calidæ & ſiccæ eſt in tertio ordine temperaturæ, & reſoluendi, extenuandi expellendiq; vim obtinet. Menſes quocunq; modo ſumptum mouet, & ſecundas eiicit. Vinum Gallitrico impoſito ſi efferbuerit, apprimè ſtomachi frigiditati conuenit, phlegmata incidit, & conſumit, frigidis, infœcundis, ac albis menſibus laborantibus mulieribus ſubuenit.

GALLITRICVM EXOTICVM, BISERMAS, Aman Syriacum quorundam.



Exotica plāta *Biſermas*, noſtram Sclaream ſatiuam totâ facie egregiè refert: *cauliibus* quadratis, piloſis, nonnihil tactu aſperis, in frequentes alas, aduerſo ſitu coniugatim poſitas, diuiſis. *Folia*, Sclareę noſtratis, infima priora parua, oblonga: quæ ſequuntur alia ampla, rugoſa & hirſuta, odore ſuaui Ocymi, poſtea Sclareę Florum itidem Sclareæ ſitus & facies, ſed colore lacteas, labello punctulis paucis introrſum guttato. *Semen* Gallitrico ſatiuo ſimile, ſed paulò maius.

Creuit Nobis Montbelgardi in S. P. horto: Iulioque, Auguſto & Septembri floruit.

GALLITRICVM GLABRVM, FOLIO SALVIÆ, flore purpureo.



Syluestri Gallitrico vulgari eſt perſimile. *Folia* ex oppoſito ad caulium nodos naſcuntur: ſed minora multò & anguſtiora, in ambitu ſerrata, & velut circumroſa, ſine pilis, ad Saluię folia accedētia. *Florum* crebri *verticelli* ſpicam efformant, purpureo-violacei, minores quàm in dicti ſylueſtris Gallitrici, ſubiectis vnicuique verticillo binis breuibus latiuſculis, ac nonnihil etiam cæruleis, foliis.

Vbique circa Viennam Auſtriæ naſcitur, atque aliis in locis, ſecundum vias, in agrorum vinetorū que marginibus, toraque Æſtate floret. *Saluiam agreſtem* vocant nonnulli.

GALLITRICVM SYLVESTRE, COMA virescente.



Cætera hoc magnitudine excedit, *caule* quadrangulo, vt in reliquis ſpeciebus, & foliis ad ſingula genicula ex aduerſo naſcentibus: ſed eius extima pars non purpuraſcit, verùm viteſcens eſt: *Flores* tameſſi formâ ſimiles, dilutioris ſunt coloris. Foliaque inferiora maiores habent incisuras, vt nonnihil laciniata videantur, reliquæ notæ conueniunt.

In Syluis ſedibus, montanis, & agrorum marginibus paſſim ſponte naſcitur, Maio que floret & Iunio.

GALLITRICVM FOLIO ROTVNDIORE: flore magno violaceo.



In montium Tirolenſium pratis aliis collegit Doctor Agerius, à quo habuimus.

Gallitrici porrò ſemen odore quem tota planta ſpirat, nec tamen ingrato, capitis grauitatem inducit. Magnus tamen eſt apud Septentrionales ad Zyti Ceruiſiæue, confectionem viſus. Lupuli namque penuriâ, vel vegetioris potionis faciendæ causâ, contuſa id feruentibus addunt: fitque temetum, quo, non multis depletis poculis, temulenti fiunt, hilaritate non inſuaui, ſed in nonnullis miſeratione quàm riſu magis dignâ. *Lobelius*. Venerem ſtimulat.


GALLITRICVM FLORE MINORE, PVRpuraſcente & rubro.



Viuaci *radice*, multos perdurat annos ſylueſtri Gallitrico affinis planta, odorata, facie non ita diſſimili, *caule, foliis creſcendique modo*: & *flores* ita parui, ut vix extra calycem promineant, purpuraſcentes, nonnihil hiantes, cùm in Vulgari flores magni ſint, galeaque magnâ prominente apices multos condiant.

Colitur in hortis, Nobiſque Montbelgardi in S. P. horto prouenit, florens Maio & Iunio.


GALLITRICVM FLORE MINIMO ALBO.



Plura humi ſpargit *folia*, longo pediculo donata, craſſa ſatis & rigidiuſcula, obtuſa, crenata, pilis albis per venas obſita, inodora. *Caules* quadrangulares, hirſuti, ex longo interuallo in ramulos oppoſitos diuiſi: ad quorum exortum folia quoque oppoſita, inferiis penè ſimilia. *Flores* verticillatim digeſti per interualla ſummitates occupant, odorati, exigui & vix è calycibus prominentes, albi. *Radix* oblonga exiguis fibris donata.

Creuit Nobis Montbelgardi in S. P. horto, ſemine ex Italia allato, & floruit Iunio.

GALLITRICO AFFINIS PLANTA, HORMINVM ſylueſtre latifolium Cluſii.



Inuenitur, inquit Cluſius, paſſim in Viennenſi agro, iuxta vias, in montanis pratis, & pleriſque alpeſtribus Stiriæ & Auſtriæ locis. Nobis Montbelgardi in S.P. horto prouenit ſua ſponte, Iulio & Augusto floreba, hyemem perferens, & ſemine ſe propagans.

Illius autem *flores* cæruleo-purpurei, verticillatim breuibus interuallis diſpoſiti, ſpicam efformant, ac Lamii paruis floribus quàm proximè accedentes.

ÆTHIOPIS: Græcis Αἰθιοπίς: Germ. *Mohrenkraut*: Gall. *Ethiopide*: Ital. *Ethiope*.



Æthiopis, authore Dioſcoride, *folia* habet Verbaſco ſimilia, ſed valdè hirſuta & denſa, in orbem circa radicis imum: *caulem* quadrangulum, craſſum & ſcabrum, ſimilē Apiaſtro, multis alis concauum. *Semen* Erui magnitudine, geminum in vno conceptaculo: *radices* ab eodem capite multas, longas, craſſas, guſtu glutinoſas; quæ ſiccatæ nigræ ac duræ fiunt, cornibus ſimiles.

Eadem prorſus habet Plinius, ita ut ex Dioſcoride tranſcripſiſſe videatur. Æthiop de in ſimplicium cenſu præterit Galenus: ſua verò Paulus ex Dioſcoride etiam tranſcripſit. Ex Recentioribus nonnulli eam incognitam aiunt, alii pro ea plantam quam hic proponimus tradunt. Plura in appendice.

GALEOPSIS, LAMIVM, VRTICA INERS: Germ. *Taub Neſſel*: Gall. *Ortie morte*: Ital. *Ortica morta*.



Galeopſis Dioſcoridi ſiue ex eſt, totus cum caule & foliis ſimilis Vrticæ, ſed folia læuiora ſunt: & dum teruntur valde grauem odorem reddunt. *Flores* tenues, purpuraſcentes. Naſcitur ad ſepes, & circa vias, ac domorum areas vbique. Vim habent folia, ſuccus, caulis, & ſemen diſſipandi duritias, carcinomata, ſtrumas, parotidas & panos.

Dioſcoridis verba habet Plinius: eadémque etiã de viribus tradit Paulus, minimè verò eius mentionem facit Galenus.

Ex variis porrò quæ obſeruaui in *Galeopſeos Differentiis*, Nos eam hic aliam damus quæ flore eſt toto luteo: cetera ferè Vulgari ſimilis.

GALEOPSEOS SPECIES ALIA LVTEA, viſcida, odorata, nemorenſis.



Inſigniter fibroſa *radice* oritur, multos inde *caules* ſurrigens, bicubitales & altiores, quadratos, hirſutos, ſingulis medullâ farctos, in alas brachiatos. *Folia* è geniculis exeunt oppoſita, longis pediculis appenſa, Apii modo alata, ad Lamiorum inſtar rugoſa & hirſuta, etſi multò maiora, in ambitu ſerrata, ac nonnulla interdum per margines ſaturâ rubedine tincta. *Flores* in longis ſpicis verticillatim ramulos ambiunt foris hirſuti, intus glabri, labello tripartito, partim ex albo luteo, partim guttato. Inſident autem il calycibus oblongis ſtriatis, viſcidis, in quibus ſucceſcit *ſemen*. Eſtque tota planta tactu viſcida & odorata.

GALEOPSIS, SIVE VRTICA INERS MINOR: folio caulem ambiente, flore purpureo.



Seſquipalmaris atque interdum cubitalis eſt planta: *caulibus* quadratis, inermibus, nonnunquam ſurrectis, ſæpiúſque humi ſparſis. *Folia* primùm prorumpentia pediculis donata, rotunda ferè, ſerrata: alia in ſuperioribus caulium partibus bina oriuntur, immediatè caulibus adhærentia, Perfoliatæ ferè modo caulem ambientia, rotunda, hirſuta profundè crenata & criſpa, odoris minùs fœtidi quàm reliquarum ſpecierum. *Flores* inter folia ad nodos verticillati purpurei, hiantes, è calyculis oblongis, hirſutis, muſcoſis. *Radicem* verò demittit ſimplicem, rigidulam fibroſam.

Copioſè prouenit vbique in agris & hortis.

GALEOPSIS MAXIMA FLORE MAGNO rubro, vel purpureo.



Variis in ſyluis obſeruauimus hanc, circa Tigurum Baſileam, Geneuam, Montbelgardum & alibi. Eſt autem tota planta ſæpe diſſimi odoris, guſtúſque inſuauis & amari.

Variæ porrò *alia* recenſentur Galeopſeos *differentiæ* à florum colore, & foliorum forma, magnitudine, & viſciditate, ſuáque vel inſuaui odore, petitæ. Sic *quædam* floribus albis, *quædam* folio maculato, *quædam* folio & flore minore, *quædam* anguſtiore eſt folio, &c.

Cæterùm vim eandem communem habent Vrticæ inertes, atque etiam in tumoribus & externis vlceribus. ils plus poſſe creduntur. *Plura in Appendice.*

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE STIRPIVM CLASSIS XXIX.

CORONARIAS CONTINENS SEMEN IN VASCVLIS & calyculis ferentes, atque ad eas nonnihil accedentes.

BETONICA CORONARIA, CARIOPHYLLVS: Germ. *Nagelin, Negelblumen*: Belg. *Gerofelblumen*: Gall. *Oeuillets*: Ital. *Garofoli*.



BEtonicæ coronariæ ſummi adnaſcuntur faſtigiis: alia enim *ſylueſtris* alia *ſatiua*: & hæc rurſus nunc ſimplici foliorum in floribus ordine contenta eſt, nunc duplici prædita.


Ex Cariophyllis autem, tam plenis quam ſimplicibus, plærique *folia* ſunt è ſingulis geniculis bina, anguſta: nonnulli ternis, & breuioribus magiſque exiguis: omnes verò dura, per extremum acuminata, cæſio quaſi, ſiue glauco colore. *Caulibus* verò ſunt tenuibus, teretibus, cubitalibus, geniculatis, nodoſis: in quorum faſtigiis longiuſculis ſpectantur *calyces* teretes, quibus dehiſcentibus apparent varia *florum* genera. *Semen* in vaſculis oblongis paruum, nigrum, latum. *Radices* fibroſæ & ſimplices.

BETONICA CORONARIA FLORE PLENO maxima, punctulis rubris variegata: ſiue Cariophyllus multiplex maximus.



VAria, vt dictum, conſpiciuntur in hac planta florum genera: *candida*, ex *candido purpurea*, *coccinea*, *nigricans*, *vermiculata*, plurimiſque rationibus & coloribus *variegata*. Inueniuntur ſiquidem in quibus candidus & coccineus color ita miſcentur, vt in alio candida, in alio rubra, foliola numero ſuperiora euadant: nonnulla candida minutiſſimis rubris punctulis reſperſa, vel rubra lacteis notis aſperſa. Imò etiam nonnunquam ex vno eodémque caule, varia florum genera, candida, rubra, nonnulla que partim candidis partim rubris, & partim coccineis aſperſa, &c. In florum autem medio ſtamineis emicant geminis *apices* candidi.

BETONICA CORONARIA RARA, FLORE phœniceo pleno.



Perelegans hæc & rarior Betonicæ coronariæ ſpecies, *caules* emittit rectos, longos, ſubgraciles. *Folia* glauca, cæſiáve, canaliculata, firmiuſcula, ſubanguſta. *In flore* verò elegantia præcipua eſt: hic enim antequam emergat corniculi rectos præmittit pallidè rubentia: poſtea ſuccedit *flos*, mediocris inter huius generis Betonicas magnitudinis, coloris punicei dilutioris, ac odoris, vt in cæteris, grati.

Cariophyllum pleno flore miniatum vocat Cluſius. *Caryophyllum domeſticum flore pleno, Arantij pomi colore*, Schvvenckfeldius. Habetur & huius generis flore ſimplici. Floret autem Iunio & Iulio.

BETONICA CORONARIA SIVE CARIOphyllus maior flore vario.



Betonicæ huic *folia* lata, *floréſque* magni, valde pleni & odorati, colore vario. Multis enim lineis & punctis rubris aſperſi ſunt: & quædam folia ſemirubra, quædam ferè totaliter, quædam ſemicandida, alia candida prorſus.

Lobelio in Icon. dicitur Hoc nisi Cariophyllus multiplex, Maior & Minor, rubro ſtriatus, verſicolor, peramœnus. Baſilienſes vocant *Iuncker blumen*.

Cæterùm *Betonicam* ſiue *Vetonicam* hanc *coronariam* vocarunt Scriptores, ad differentiam alterius *Betonicæ* quam *κέστρον* vocant Græci: ab odore verò *Cariophyllum*: Et Galli, vt arbitratur Ruellius, à ſpecie floris *Ocellum*, *Oeillet*.

BETONICA SIVE VETONICA SYLVESTRIS, flore ſimplici laciniato rubro.



Non deſunt qui Betonicā ſiue Vetonicam coronariam Veterum *Baccarem* eſſe exiſtiment: Sunt qui eandem *Caltham paluſtrem*, ſed reclamant apertè multa. Alij, teſte Dalechampio, *Iphyum Athenæi* eſſe voluerunt, alij *Iphyum Theophraſti*: ſed quid hæ huic plantæ cùm hac Betonica? Alijs eſt *Herba Tunica* ſed meliùs hæc Dioſcoridis *Polemonium eſſe cenſetur*. *Saxifragis* adnumeratur alijs, ſed haud magnâ ſuiſus conuenientiâ. Vero itaque ſimilius eſt quod ſcribit Ruellius, ac quod cum eo ſtatuunt Cordus & Matthiolus, *Veteribus incognitum* fuiſſe *Caryophyllum florem*.

BETONICA SIVE VETONICA CORONARIA arborea Cretica.



Mirum certè, quod paulò antè dictum, *coronariam noſtram Betonicam*, tam celebrē & tam iucundum florem, ac qui amplitudine, pulchritudine, varietate, odore, omniq́ alia laudabili notâ, cum Roſa de principatu certare poſſit, à Veteribus ſilentio fuiſſe prætermiſſum. *Sic non debemus illis omnia*, ſed plurima ſedulæ Recentiorum indagationi.

Duris autem, nodoſis, craſſiuſculis & ramoſis *ſtipitibus* fruticat *Betonica Coronaria Cretica* quam hîc pingimus: *folia* habēs glauca, ſeſqiunciam circiter longa, anguſta, rigida, in acutum mucronem deſinentia, in ſtolonum & ſurculorum extremis conſertim poſita: *floremque* purpureum ex calyculis echinitus ſtellat ſpinoſis.

BETONICA CORONARIA SIVE CARIOphyllea repens, rubra & alba: *Cluſij*.



Dodrantales huic ſunt *cauliculi*, erecti, geniculati: *Folia* oblonga, anguſta, dura, mucronata, colore quaſi cæſio. *Flos* è calyculo rubente emergens, quinque foliolis conſtans, fimbriatis, coloris in diluta purpura rubentis, circa vmbilicum hirſutus, odorus. *Semen* in calyculis paleaceum, fuſcum. *Radix* longa, tenues fibras ſpargens. Colitur interdum in hortis, & in multam Æſtatem viget.

BETONICA CORONARIA SIVE CARIOphyllea, Corollâ purpureâ inſignis.



Minimè etiā aliè aſſurgit hæc. *Rami* ſupra terram ſparſi, denſo *ſurculorum* ſtipatu muniti, iique imâ parte dorſuſcali ſunt & ferè lignoſi. Poſt in *caules* duos tréſve diuiduntur, quorum quilibet ſingularem ſuſtinet *florem* elegantiſſimum, quinquepartitum, in ambitu pulchrè diſſectum, & in medio amœnā corollâ ſaturatiùs purpuraſcente decoratum. Odor ſuauiſſimus & gratiſſimus.

Colitur in hortis éſtque præcox, & reliquas antecedit.

BETONICA CORONARIA ſiue CARIOPHYLEA, flore ex rubello albicante, cum fimbriis criſpa.



Habentur vulgò Betonicæ coronariæ pleno flore atque elegantiores plantæ in hortis: ſed ſpecioſiſſimæ ferè in fictilibus vaſis aſſeruantur. Florent diutiſſimè, & totâ quidem Æſtate, atque etiam Autumno, necnon interdum Hyeme, interueniente in hypogæis loci tepore.

Viuax eſt planta, & multis durat annis, modò hybernis menſibus, à frigoris iniuriis præſeruetur.

BETONICA CORONARIA SIVE CARIOPHYLLEA minima, micis aureis aſperſa.




Caryophyllcæ Betonicæ plantæ ſeruntur frequentiùs ſurculis exiguis cum foliis ſurculis, ſeminibus rariùs, Nam è ſemine nati flores, ad agreſtem naturam ſedgūt, minúſque odorati redduntur, & iam antea etiā: *multiplices, ſimplices* fiunt. A ligatur ſubinde ſurculis Plantarum fiſſis *Cariophylli*, quò illorum odorem flores alliciant, & iucundam eorum fragrantiam naribus abundantiùs reſpirent.

Scorodotis, ſiue Scordium, folio Saluiæ: Germ. *Vvild Salbey.*



Radice nititur flexuoſâ & fibrata: ex qua *caules* plures exiguntur, bicubitales, quadrati, hirſuti, purpuraſcentes vel nigricantes, medullâ albâ farcti: ad quorum genicula *folia* exeunt ex interuallis gemina oppoſita, Saluiæ, rugoſa atronitentia, ſcabra, ſqualidáque, piloſa, per ambitum ſerrata, ſapore amaro. Summus caulis in ſurculos aliquot diuiditur, in quibus ſpicatim digeruntur *flores* in vnam partē vergentes, Chamædryos, ſed colore herbaceo vel candido pallidóve: ex quorum rictu, loco galeæ, ſtamina emicant purpuraſcentia: *Semina* calyculis continentur, fuſca, Ocymi grauis ſimilis, amarantis, rotunda & fuſca.

Scordii folio Saluiæ alia icon.



Scordium alterū Plinii eſſe pronunciat Lobelius, Camerarius & alii: ſed temerè meis: ac perperam etiam *Stachys* vocat Geſnerus: multis Ruellii *Polemonion* vel *Polemonia* creditur, quam *Philetærio* etiam dici ait, & à Cappadocibus, ob vtilitatū multitudinem, *Chiliodynamin*. *Nemorenſem* vel *ſylueſtrem Saluiam* nuncupāt plerique: *nothum* & *ſpurium Scorodotin* Bellus, quem ſequuntur pauci.

Prouenit in ſyluis & locis incultis. Vidimus Nos Monſpelii in montibus circa *Eſperon*: Lugduni, *au bois de la baume Alemande*, & alibi.

De Etymo, & Viribus in Appendice.

Chamæpytis ſiue Iva moſchata: Germ. *Erdpin*: Gall. *Iue muſcate*: Ital. *Chamapitio*.



Chamæpytis plantula eſt palmaris, *radicula* lenta longa, ſimplici & durâ. *Cauliculus* teres, hirſutus, prope terrā rubeſcens, cætera ex herbido in luteum vergens, quemadmodum & *folia*, quæ ex breuibus interuallis ad nodos gemina oppoſita naſcuntur, hirſuta, auriculæ digitatos pedes imitata, ſapore & odore Picis aut Reſinæ. Ex eorum verò alis *flores* emergunt lutei, labello latiore bifido, ſuperiore parte punctulis rubris guttato: vtque *Galeæ* vice *ſtamina* prominent dilutè purpuraſcentia. Succedunt *Capitula* in quatuor loculos turgentia: totidem *ſemina* triquetra continentia. Nos *duas Icones* ex Fuchſianis proponimus, quarum neutra placet.

Chamæpytios, ſiue Ivæ moſchatæ, Icon alia.



Chamæpytios ſpecies tres habet Dioſcorides, quarum tertiam *Marem* vocat. *Tres* etiā habet Plinius, quo teſte, Chamæpytis Latinè dicebatur (*Abiuga aliis*) propter abortus, & à nonnullis *Thus terræ*. Totidem habent Matthiolus & ex Recentioribus alij: tertiā ſpeciem, ſiue Marem, Dioſcoridis, *Iua arthritica* vulgari optimè conuenire ſtatuentes: primam etiam eiuſdem, ſiue maiorem & ramoſam, ſatis notam eſſe fatentes: ſed quæ pro *ſecunda* oſtendi poſſit, incertam eſſe tradunt. Sunt qui in floribus differentiam agnoſcant, cùm quædam reperiatur flore albo. Dodonæus tribus vulgò receptis tres alias *ſpecies* adiungit.

Chamæpytis orientalis.




Pauculis ſtolonibus palmaribus, craſſis, quadratis, tomento multo candido obſitis, fruticat: *folia* ad nodos conferta, vncialibus circiter, Iuæ Moſchatæ Monſpelienſium, de qua mox, lanuginoſis, craſſis, per extrema denticulatis, guſtu amariſſimis: ex quorum alis, ab imis ramis ad faſtigiū vſque, *vaſcula* erumpunt hirſuta, in quatuor carinas dehiſcentia.

Prouenit autem vulgaris Chamæpytis flore luteo in agris & glareoſis campis: floréque à menſe Aprili in Septembrem vſque, citiùs tardiùs, pro locorum varietate.

Lugduni abundat, Geneuæ circa pontem *d'Arue*, Baſileæ quà itur Tottacum; Rhinoduni in Pago *Suſſeno* adiacentibus agris, & alibi varijs in locis.

Chamæpytis, ſiue Yva moſchata Monſpelienſium, flore purpuraſcente.



Hanc læto ſolo ad Tagum flumen, in Luſitania, in regno Granatenſi, & in Gallia Narbonenſi, naſci ſcribit Cluſius: floreſcere autem Æſtate & Autumno. In Oliuetis & aridis arentium Narbonæ ac Galloprouinciæ fruticetis, ait Lobelius, nec alibi temerè notam. *Moſchatam* verò vocari per antiphraſin atque Ironicè, cùm odoris ſit magni quidem, ſed minimè grati. Obſeruauimus Nos Monſpelii, in montibus circa *Caſtelneuf*, locis valde petroſis, florentem Septembri.

An Dioſcoridis Lib. 3. & Lib. 26. *Anthyllis altera*? An Cæſalpini *Chamæpytis moleo*?

Chamæ-

CHAMÆPYTIS FOLIO NON LACINIATO.
Chamæpytis 3. Dioſcoridis, Matthiolo.



E radice fibroſa ramulos profert palmum altos, humi ſtratos, & foliolis ſeptos rè-ſpectiui minoris, minùs carnoſis, ſed minutis & biſſetis: in quibus floſculi ex melino albidi, odoris non inſuauis.

Minùs nota eſt, & paucis locis obuia, niſi in Nicæ Sabaudiæ, & Liguſticæ Genuæ collibus aridis. Eam tamen in Belgicis terris haberi ſcribit Lobelius.

Figuram ille habet ſine pictura: quæ verò apud Dodonæum pingitur ea Fuchſio pilosa eſt. 1. Dioſcoridis Chamæpytin inſcribit Lobelius: 3. verò Dodonæus, Matthiolus, & alii. De Chamæpyti plura in Appendice.

BOTRYS: Germ. *Traubenkraut*: Gall. *Pymen*, *Pyment*, *Milegrain*: Ital. *Botry*.



Botrys alia *ſatiua* eſt alia *ſpontanea*. Syluestrem *verticillatam* hic pingimus, quæ in vineis caſiſque montis, caluſque apricis & eduis locis, prouenire ſolet, & nonnunquam etiam in aruis inter ſegetes reperitur, vt Nos paſſim Montbelgardi obſeruauimus, & Monſpelii circa montem *Eſperon*.

Tota vultu hilarior eſt *ſatiua*, ſed ſtatura contractiore, palmari, *ramis* quadratis, hirſutis, in quibus *folia* Botryos, ſed lanuginoſa ſaturatiùſque virentia, ea geniculis ramorum orta, odore ſuaui, ſapore amaro. *Flores* indidem verticillatim emicant, purpuraſcentes: quibus ſuccedunt *ſemina* quaterna nigricantia. *Radix* lignoſa, gracilis, paucis fibris donata. *De Botry plura in Appendice.*

POLIVM.



Polium *duplex* facit Dioſcorides, *Montanũ* & *Alterũ* magis fruticoſum, nõ ita validi odoris & viribus inefficacius. At plures aliæ apud Recentiores habentur *Polij differentiæ*, à loco natali, à magnitudine, à viribus, à florum colore, & ab aliis notis deſumptæ.

Quod hic pingimus prorſus tenellum eſt, exilibus ramis humifuſis, dodrãtalibus, multa lanugine cãdidã tectis, qui ſubinde ad nodos *radices* agunt. *Folia* illi anguſta, oblonga, denticulata, tomentoſa: paruáque etiã *Capitella*, tomentoſa: in quibus *flos* purpureus, vel albus, vel ex purpureo albus.

Arenoſis locis prouenit, Martióque & Aprili floret.

POLIVM MONSPESSVLANVM: MONTANVM Dioſcoridis: Polium montanum, Teuthrium aliis.



Folia in hoc ex certis interuallis multa eodẽ loci ex oppoſito naſcuntur, anguſta, oblonga, denticulata, cãdida, tomentoſa, ſaporis acris & amari: per *ramos* dodrantales aut palmares, firmos, rotundos, incanos. *Radice* lignoſa, paucis fibris donata. *Capitula* glomerata, alba, ton ẽ oſa, calyculis conſtant oblõgis, ẽ quibus *flores* emicãt hiantes, candidi Huius verò Virgulis intertexi ſolent Epithymo ſimilia *ſtamina*.

Monſpellij copioſè apud Mare prouenit: & habetur etiã alibi. Locis ſcilicet maritimis & deuexis collibus, ac arenoſis litoribus. Cultum minùs candidum eſt, & ſ. lis latiora continet. Floret Æſtate.

POLIVM VENETVM: ÆGIPYRVS.



Folia huic latiora, minùs candida *coma* verò magis diuulſa. Prouenit copioſè in Lito Venetorum.

Polii autem nomine variæ donantur Plantæ. *Serpyllum Satureia. Acinos ſimpla Plinij. Stœchas citrina Tripolium. Periclymenum Chamæpytis.* & aliæ ſimiles: ſed impropriè.

Polium autem propriè dictum, amarum eſt poſt anthibus, authore Galeno, & modicè acre: proinde obſtructione liberat viſcera omnia vrinámque & menſes ciet. Suffitum & ſeſſitum, ait Dioſcorides, venenatas beſtias fugat, impoſitum vulnera glutinat: decoctũ hydropicis & morbo regio auxiliatur.

De Æſtiuo quæ Polii cauſetus fructus, in Appendice.

BETONICA ſiue VETONICA: Germ. *Bethonien* ſ Gall. *Betoine*: Ital. *Betonica*.



Betonica alia *Vulgaris*, alia *varior* quæ cultu delectatur, atque in hortis lætiùs viret & latifolia eſt. At vtraque ruſos flore eſt vt plurimùm purpureo, & nonnunquam etiam albo.

Vulgaris, quam hic pingimus, *caulibus* ſurgit numeroſis, cubitalibus & altioribus, quadratis, ex longo interuallo nodoſis. *Folia* alia ad caulium genicula gemina, aduerſa, alia humi ſparſa, rotundiora, pediculis palmaribus circiter donata, per ambitum laciniata, anguloſa, aſpera, ſapore aromatico prædita. *Flores* ſpicati verticillatim genicula circumſtant, purpuraſcentes. *Semen* oblongum, anguloſum. *Radix* pollicem craſſa, crebris longiſque fibris capillata.

BETONICA FLORE ALBO, CLVSII.



Huius meminit etiam Cordus, qui, vt etiam Tragus, hāc ſolo florum colore à Vulgari differre tradit. Dioſcoridē verò, nec immeritò, miratur Tragus, quòd, cùm diligentiſſime Betonicæ hiſtoriam in reliquis perſecutus ſit, non tamen florum colorem indicarit.

Rarior eſt hæc rubrâ, at iiſdem locis prouenit. Naſcitur enim vtraque in pratis, ſyluis montoſis, frigidis & opacis locis: Maio que & Iunio menſibus floret: nonnunquam etiam interdum Autumno. Betonicā naſci in pratis, fruteroſis & herboſis locis, ſolo ferè quacunque, ſcribit Cordus. Patauii in horto publico obſeruauimus virentem Decembri.

BETONICÆ FOLIO ALOPECVROS quorundam.



Dicta hæc Herbariis *Alopecuros montana*, à ſpicæ villoſi quadam cum vulpina cauda ſimilitudine.

Naſcitur in altiorum montiū opacis conuallibus, arborum frequentiā vmbroſis, & illapſa aquarum vdis.

Betonicam porrò *Ceſtron* vocant not Græci, & ex Latinis *Serratulam* nonnulli, alii *Vetonicam*, ab inuentoribus ſcilicet Vetonibus Hiſpaniæ Populis.

Integrum de eius facultatibus Librum ſcripſit Antonius Muſa, clariſſimus Auguſti Cæſaris Medicus: Ecquis omnes eas recenſeat? Solitur in extollenda rei alicuius poteſtate & vtilitate, dici ſolere, id *Betonicā eſſe vtilius*.

SALVIA: Germ. *Salbey*: Belg. *Sauie*: Gall. *Sauge*: Ital. & Hiſp. *Saluia*.



Licèt vnam tantùm Saluiā agnouiſſe deprehendatur Dioſcorides: duo tamen Saluiæ genera prodidit Theophraſtus, *Sphacelon* & *Eleliſphacon*, quod perperàm Lentis ſylueſtris genus facit Plinius. Recentiores eam vulgò in Hortenſem ſiue domeſticam, & Campeſtrem ſylueſtremque diſtinguunt. Et illā rurſus in Maiorem & Minorem, Latifoliam & Anguſtifoliam: folio criſpo vel non criſpo, eodémque albo, ſubnigro vel ex atro purpureo: atque in auriculatam vel non auriculatam. A florum colore diſtinguunt adhuc iidem, cæruleo, candido vel ex albo purpuraſcente.

SALVIA FOLIO LATO SERRATO CRISPO.



Londini habetur hæc in cultioribus hortis. Vulgarem verò locis aſperis & ruderatis ſponte prouenire ſcribit Dodonæus. In Gallia Narbonenſi & Pedemōtio luxuriat in vitibus. In hortos tranſlata pulchrior euadit. Monſpelii & Lugduni floret Maio, in frigidioribus Climatibus ſeriùs.

Dicta porrò Latinis *Saluia* quòd homines ſaluos & incolumes faciat, vel quòd ad fœcunditatē ſalutaris ſit. *Sacra herba* nomen ab ea illi conceſſum apud Ætium legimus. Sphacelon & Eliſſphacon vocarunt Græci, à peculiari qua pollet vi medendi Sphacelo demortuis partibus.

SALVIÆ MINOR TENVIFOLIA: SALVIA Gallifera Cretica.

Radix huic dura, lignoſa, in ramos diuaricata: *ramulos* promens lignoſos, ex ſubrubentes, quos alternis binæ ſemper ex aduerſo *folia* ambiunt, longa, anguſtiora quàm in vllo Saluiæ genere, in ambitu nonnihil crenata. Medius *caulis* in ſpicam *purpuraſcentium florum* deſinit, nullis interuenientibus foliolis.

Hiſpanicam Saluiam inſcribit Camerarius, *Indicam* Tabernæmontanus.

Gallifera autem *Cretica* dicta *Saluia*, tota denſo villo obſita canescit. *Folia* partim auriculata, partim mutila, atque in obtuſum mucronem deſinentia. Ad iuncturas pediculo ſeſcuonciali inſident *Gallæ* rotundæ, pilulis Quercûs in foliis naſci ſolitis, ſimiles.

SALVIA MINOR AVRICVLATA: Germ. *Klein Salbey*: Gall. *Sauge franche*: Ital. *Saluia minore*.



Folia huius Maioris foliis magnitudine cedunt: ea verò odore vehementiore & ſapore vegetiore vincunt, magiſque ſunt candicantia. His ad imum appoſitæ duæ pinnulæ, aliquando vna, eſt & vbi nulla. Cætera illi cum Maiore communia, eā autem lignoſior eſt, nec ita facilè multiplicatur.

In Italiæ & Hiſpaniæ quibuſdam locis, ac in Maſſilienſi agro, ſpontaneæ abundè in campeſtribus prouenit: in Germania verò non niſi culta in hortis habetur.

De Saluiæ *temperamento* & *viribus* in Appendice.

SALVIA

SALVIA ABSYNTHIVM REDOLENS.



Flore eſt ſatis magno, verticillato, purpuraſcente vel albo: folio verò *Saluiæ vulgaris*, nunc pinnato, nunc mutilo; *Abſynthium redolente*. Habetur in cultioribus hortis.

Vulgaris autem *Saluia*, quã loco proprio deſcribere non pœnitère eius anguſtię, viuaci, lignoſã & perenni eſt *radice*: ex qua *cauli* extolluntur complures, lignoſi, quadrati, hirſuti, incani aut viridantes. *Folia* Menthę ſatiuorum ęmula, acuminata, coloris albi, viridantis vel ſpadicei, odoris eximii, & ſ. pitis cum aromatica amaritudine acriuſculi. *Flores* in ſpicam digeſti, cærulei, aut ex albo purpuraſcentes, Lamii cucullo hirſuto & labello bifido.

HORMINVM, ORMINVM, GEMINALIS: Germ. *Garten Scharlach*: Gall. *Hormin*: Ital. *Hormino*.



Multam habet *Horminum* cum *Saluia* ſimilitudinem. *Caules* ſubrobentes, multis alis cõcaui, copioſa lanugine hirſuti, quadrati, pedales & maiores. Ad eorum *genicula folia* prodeũt bina, aduerſa, ſed minus ſqualida, hirſuta, odore nullo excellente, ſapore amaricante: eorum verò quæ in extremis ſunt ramulis denſior eſt phalanx, & *coma purpuro violacea*. *Flores* ex foliorum alis, Saluiæ, partim purpurei partim albicantes. *Semen* oblongum, fuſcum nigrũmve. *Radix* lignoſa & fibroſa. Planta eſt annua.

Horminum comã purpureo-vinacea, quod hic pingimus, copioſè creſcere dicit Camerarius in agro Senenſi & Illyria, ac vniuerſa Græcia: Nos nuſquã niſi in hortis vidimus.

HORMINVM COMA RVBRA.



Hoc à præcedente *comã* tantùm *rubra*, & floribus minoribus diſtat. Colitur vtraque in hortis, vt Nos Lugduni, Genevæ & Monsbelgardi, in noſtris habuimus: Maio, Iunio & Iulio florent.

Dictum porrò *Horminum* ἀπὸ τοῦ ὁρμᾶν, impetu agi, inſtinctúq; ferri, & cieri in Venerẽ, quòd, vt loquitur Dioſcorides, ad Venerem ſtimulet. Partitur is in *Satiuum & Sylueſtre*, illiq; rotundum & fuſcum ſemen tribuit, huic oblongum & nigrum.

Horminum frugum generi annumerarunt Galenus & Theophraſtus, apud quem *Geminalem* vertit Gaza: Horminum verò & Hermini meminit Plinius. *Plura in Appendice*.

GALLITRICVM, SCLAREA, TOTA BONA: Germ. *Scharlach*: Ital. *Sciaria*: Gall. *Orvale*, *Toute bonne*.



Gallitrici ſpecies enarrantur plurimæ, natali loco, magnitudine, foliorum formã & florum comaq; colore, inter ſe diſſtantes.

SATIVVM NOSTRAS quod *hic pingimus caule* eſt quadrato, bicubitali, minimi ferè digiti craſſitudine, rigido, hirſuto, medullã ſit plenus, in appoſitos ramos ex interuallis cõiugatim fiſſo. *Flores* ſpicati, ex multis compoſiti verticillis, Saluiæ floribus perſimiles, cucullati, colore cæruleo in album vergẽte. Semina inſtitutis pixidulis quaterna, lobrico lentore perpolita, coloris ſuffeſcentis. *Folia* ex aduerſo bina, rugoſa, Æthyopidis, minùs villoſa. *Radix* lignoſa Odor totius plantæ vehemens, & ſapor amarus.

Seritur in hortis, & floret Iunio ac Iulio.

GALLITRICVM SYLVESTRE VVLGARE, ſiue ſylueſtris SCLAREA.



Ad cubitos duos interdum aſcendit planta hæc, *caule* quadrato, hirſuto, inani, in alas diuiſo. *Folia* quàm in Hormino ſatiuo maiora, ſqualida ſinuata, ferrata, & ad Saluię folia accedentia, odore graui. *Flores* in longa ſpica cærulei & purpurei magis, Saluiæ florum formã. *Semen* nigrum. *Radix* lignoſa, odorata.

Centrum galline, aut *Centrum galli*, appellat Ruellius, taxát, ſi Officinas quòd perperàm Gallitricum appellent. Quidam *Saluiam tranſmarinam* vel *Romanam vocant*.

Prouenit ſponte in pratis, collibus, incultis campeſtribus, & agrorum limitibus: Iunio que menſe floret & ſemine prægnans.

GALLITRICI SYLVESTRIS VARIETAS.



Gallitricum ſylueſtre vulgare Horminum eſſe cum Ruellio contendunt Cordus, Lonicerus, Fuchſius, Camerarius, Schvvenckfeldius, Thalius, Lobelius, Cluſius & alii. Plurimi verò ad Sclaream ſiue Gallitricum referunt.

Cæterùm Gallitricum, ſatiuum præſertim, calidæ & ſiccæ eſt in tertio ordine temperaturæ, & reſoluendi, extenuandi expellendíq; vim obtinet. Menſes quomodocunq; modo ſumptum mouet, & ſecundas excitat. Vinum Gallitrico impoſito ſi efferbuerit, apprimè ſtomachi frigiditati conuenit, phlegmata incidit, & conſumit, frigidis, infœcundis, ac albis menſibus laborantibus mulieribus ſubuenit.

GALLITRICVM EXOTICVM, BISERMAS: Aman Syriacum quorundam.



Exotica plãta *Biſermas*, noſtram Sclaream ſatiuam totâ facie egregiè refert: *cauliculis* quadratis, piloſis, nonnihil tactu aſperis, in frequentes alas, aduerſo ſitu coniuga impoſitas, diuiſis. *Folia*, Sclareę ſatiuæ, infima pterra parua, oblonga: quæ ſequuntur alia ampla, rugoſa & hirſuta, odore ſuaui Ocymi, poſitu Sclareę. Florum indem Sclareæ ſitus & facies, ſed color lacteus, labello punctulis paucis intrinſecus guttato. *Semen* Gallitrico ſatiuo ſimile, ſed paulò maius.

Creuit Nobis Montbelgardi in S. P. horto: Iulioque, Auguſto & Septembri floruit.

GALLITRICVM GLABRVM, FOLIO SALVIÆ, flore purpureo.



Sylueſtri Gallitrico vulgari eſt perſimile. *Folia* ex oppoſito ad caulium nodos naſcuntur: ſed minora multò & anguſtiora, in ambitu ſerrata, & veluti circumroſa, ſine pilis, ad Saluię folia accedẽtia. *Florum* crebri *verticilli* ſpicam efformant, purpureo violacei, minores quàm in dicti ſylueſtris Gallitrici, ſubiectis vniuſcuiuſque verticillis binis breuibus latiuſculis, ac nonnihil etiam cæruleis, foliis.

Vbique circa Viennam Auſtriæ naſcitur, atque aliis in locis, ſecundum vias, in agrorum vinetorúmque marginibus, tota que Æſtate floret. *Saluiam agreſtem* vocant nonnulli.

GALLITRICVM SYLVESTRE, COMA vireſcente.



Cætera hoc magnitudine excedit, *caule* quadrangulo, vt in reliquis ſpeciebus, & foliis ad ſingula genicula ex aduerſo naſcentibus: ſed eius extima pars non purpuraſcit, verùm vireſcens eſt: *Flores* tametſi formâ ſimiles, dilutioris ſunt coloris. Foliaque inferiora maiores habent inciſuras, vt nonnihil laciniata videantur, reliqua ante conueniunt.

In Syluis cæduis, montanis, & agrorum marginibus paſſim ſponte naſcitur, Maio que floret & Iunio.

GALLITRICVM FOLIO ROTVNDIORE: flore magno violaceo.



In montium Tirolenſium pratis altis collegit Doctor Agerius, à quo habuimus.

Gallitrici porrò ſemen odore quem tota planta ſpirat, nec tamen ingratum, capitis grauitatem inducit. Magni tamen eſt apud Septentrionales ad Zyti Cereuiſiæue, confectionem vſus. Lupuli namque penuriâ, vel vegetioris potionis faciendæ causâ, centinis id fermentibus addunt: fitque temetum, quo, non multis depletis poculis, temulenti fiunt, hilaritate non inſanaut, ſed in nonnullis miſeratione quàm riſu magis dignâ. *Lobelius*. Venerem ſtimulat.

GALLITRICVM FLORE MINORE, PVRpuraſcente & rubro.



Viuaci *radice*, multos perdurat annos ſylueſtri Gallitrico affinis planta, odorata, facie non ita diſſimili, *caule*, *foliis creſcendique modo*: & *flores* ita parui, at vix extra calycem promineant, purpuraſcentes, non nihil hiantes, cùm in Vulgari flores magni ſint, galeaque magnâ prominente apices multos condlant.

Colitur in hortis, Nobiſque Montbelgardi in S. P. horto prouenit, florens Maio & Iunio.


GALLITRICVM FLORE MINIMO ALBO.



Plura humi ſpargit *folia*, longo pediculo donata, craſſa ſatis & rigidiuſcula, obtuſa, crenata, pilis albis per venas obſita, inodora. *Caules* quadrangulares, hirſuti, ex longo interuallo in ramulos oppoſitos diuiſi: ad quorum exortum folia quoque oppoſita, inferiori pene ſimilia. *Flores* verticillatim digeſti per interualla ſummitates occupant, odorati, exigui, & vix è calycibus prominentes, albi. *Radix* oblonga exiguis fibris donatur.

Creuit Nobis Montbelgardi in S. P. horto, ſemine ex Italia allato, & floruit Iunio.

GALLITRICO AFFINIS PLANTA, HORMINVM ſylueſtre latifolium Cluſii.



Inuenitur, inquit Cluſius paſſim in Viennenſi agro, iuxta vias, in montanis pratis, & pleriſque alpeſtribus Stiriæ & Auſtriæ locis. Nobis Montbelgardi in S.P. horto prouenit in ſque, Iulio & Augusto floreba, hyemem perfe- ſert, & ſemine ſe propagans.

Illius autem flores cæruleo-purpurei, verticillatim breuibus interuallis diſpoſiti, ſpicam efformant, ad Lamii paruuli flores quàm proximè accedentes.

ÆTHIOPIS: Græcis Αἰθιοπίς: Germ. *Mohrenkraut*: Gall. *Ethiopide*: Ital. *Ethiope*.



Æthiopis, authore Dioſcoride, *folia* habet Verbaſco ſimilia, ſed valdè hirſuta & denſa, in orbem circa radicem imum: *caulem* quadrangulum, craſſum & ſcabrum, ſimilē Apiaſtro, multis alis enecatum. *Semen* Erui magnitudine, geminum in vno conceptaculo: *radices* ab eodem capite multas, longas, craſſas, guſtu glutinoſas; quæ ſiccatæ nigræ ac duræ fiunt, cornibus ſimiles.

Eadem prorſus habet Plinius, ita vt ex Dioſcoride tranſcripſiſſe videatur. Æthiop dē in ſimplicium cenſu præterit Galenus: ſua verò Paulus ex Dioſcoride etiam tranſcripſit. Ex Recentioribus nonnulli eam incognitam aiunt, alii pro ea plantam quam hic pingimus, edunt. *Plura in appendice*.

GALEOPSIS, LAMIVM, VRTICA INERS: Germ. *Todt Neſſel*: Gall. *Ortie morte*: Ital. *Ortica morta*.



Galeopſis Dioſcoridi frutex eſt, totus etiam caule & foliis ſimilis Vrticæ, ſed folia læuiora ſunt: & dum teruntur valde grauem odorem reddunt. *Flores* tenues, purpuraſcētes. Naſcitur ad ſepes, & circa vias, ac domorum areas vbique. Vim habent folia, ſuccus, caulis, & ſemen diſſipandi duritias, carcinomata, ſtrumas, parotidas & panos.

Dioſcoridis verba habet Plinius: eadem quæ de viribus tradit Paulus, minimè verò eius mentionem facit Galenus.

Ex variis porrò quæ obſeruamus Galeopſeos Differentiis, Nos eam hîc pingimus quæ flore eſt toto luteo: cæterâ ferè Vulgari ſimilis.

GALEOPSEOS SPECIES ALIA LVTEA, viſcida, odorata, nemorenſis.



Inſignitèr fibroſâ *radice* alitur, multos inde *caules* ſurrigens, bicubitales & altiores, quadratos, hirſutos, ſunt tā medullâ fartos, in alas brachiatos. *Folia* è geniculis exeunt oppoſita, longis pediculis appēſa, Apii modo alata, ſed Lamiorum inſtar rugoſa & hirſuta, etſi multò minora, in ambitu ſerrata, ac nonnulla interdum per margines ſaturâ rubedine tincta. *Flores* in longis ſpicis verticillatim rami ambiunt foris hirſuti, intus glabri, labello tripartito, partim ex albo lutei, partim guttati. Inſident autem in calycibus oblongis, firmis, viſcidis, in quibus ſucceſcit *ſemen*. Eſtque tota planta tactu viſcida & odorata.

GALEOPSIS, SIVE VRTICA INERS MINOR: folio caulem ambiente, flore purpureo.



Seſquipalmaris atque interdum cubitalis eſt planta: *caulibus* quadratis, infirmis, nonnunquam ſurrectis, ſæpiùſque humi ſparſis. *Folia* primùm prorumpentia pediculis donata, rotunda ferè, ſerrata: alia in ſuperioribus caulium partibus bina oriuntur, immediatè caulibus adhærentia, Perfoliatę ferè modo caulem ambientia, rotunda, hirſuta profundè crenata & criſpa, odoris minùs fœtidi quàm reliquarū ſpecierum. *Flores* inter folia ad nodos verticillati, purpurei, hiantes, è calyculis oblongis, hirſutis, multifidis. *Radicem* verò demittit ſimplicem, rigidiſſimam, firmam.

Copioſe prouenit vbique in agris & hortis.

GALEOPSIS MAXIMA FLORE MAGNO rubro, vel purpureo.




Variis in ſyluis obſeruauimus hanc, circa Tigurum Baſileam, Geneuam, Montbelgardum & alibi. Eſt autem inter plantas fœtidiſſimi odoris, guſtuſque inſuauis & amari.

Variæ porrò *aliæ* recenſentur Galeopſeos *differentiæ* à florum colore, & foliorum forma, magnitudine, & viriditate, ſuaui ſque vel inſuaui odore, petitæ. Sic *quædam* floribus albis, *quædam* folio maculato, *quædam* folio & flore minore, *quædam* anguſtiore eſt folio, &c.

Cæterùm vim eandem cum vrentibus habent Vrticę inertes, atque etiam in tumoribus & externis vlceribus, iis plus poſſe creduntur. *Plura in Appendice*.

MARRVBIVM: Germ. *Andorn, Lungenkraut*: Gall. *Marrube, Marrubin*: Ital. *Marobio*.



Marrubium duplex faciunt Dioſcorides & Plinius, *Album* ſcilicet & *Nigrum*: duplex etiam ſtatuente Theophraſto, *Album* ſcilicet & *rotundum*. Quatuor verò genera conſtituerunt recentiores Medici, *Album*, *Nigrum*, *Aquaticum*, & *Campeſtre*.

Album vulgare hîc pingitur, quod Theophraſtus, Dioſcorides & Galenus *πράσιον* appellant: Latini verò & Recentiores Marrubium: *Praſſium* Anguillara & Officinæ. *Marrubium fœminam* nonnulli.

Caulibus aſſurgit cubitalibus quadratis, canâ lanugine præſectis, tubulo peruis. *Folia, Flores, ſemen & radices*, vt in mox dicendo.

MARRVBIVM CANDIDVM, FLORE ſubrotundo.



Ex *radice* fibroſa & nigricante *caules* profert cubitales & bicubitales, quadratos, lanugine incanâ obtectos, multis alis concauos: ad quorum ſingulos articulos, *folia* ex aduerſo bina oriuntur, molli itidem villo obtecta, latiuſculo pediculo appenſa, in ambitu ſerrata, oblonga, obtuſa, odore nullo excellente. *Flores* ad genicula verticillatim caulem amplexantes, bifidam criſtam intorquentes, labello vtrinque demiſſo, in calyculis altis, mollicellis, lanuginoſis. *Semen* ſubrotundum aſperiuſculum.

Tota planta, vt & Vulgaris, ſuauis eſt & grati odoris; & nonnihil Muſchum redolet, præſertim Hybernis mẽſibus. *De loco & viribus in ſeq.*

MARRVBIVM ALBVM ANGVSTIORE FOLIO. Marrubium Creticum quibuſdam.




Candidius eſt Vulgari Marrubio, *caulibus ramiſque* quadratis, tenuioribus. *Folia* ex geniculis aduerſo ſitu oriuntur, impensè cãdida, oblonga, ſerrata, neruoſa. *Flores* in ramis, binis ſubiectis paruis foliis, verticillatim poſiti, interdum & in ſpicæ formam digeſti, parui, candidi, bifido foliolo ſurrecto labello demiſſo, è candicantibus ſtriatis calyculis.

Creticum Marrubium vocant Lobelius & Pena, Hiſtoria Lugd. Camerarius, Tabernæmontanus & alii.

Creſcunt verò iam dicta multis locis ſponte, in vineorum agrorũmque marginibus ſiccis & gramineis compit vrbium foſſis, ac propter ædificiorum ruinas & rudera. Florent Æſtate.

MARRVBIVM NIGRVM, SIVE BALLOTE.



Seſquicubito altius eſt, *caulibus* quadratis, hirſutis, nonnihil ſubcauis, inanibus: ad quorum genicula, ſeſquiuncialibus pediculis, oriuntur *folia* Meliſſæ, atrouirentia, rugoſa, fœtida, in ambitu ſerrata, ſurculis aliis minoribus foliis donatis, ex eorum alis enaſcentibus. *Flores* Lamii, rubei, verticillatim ambitu caulem coronant, è calycibus oblongis ſtriatis. *Radix* Vrticæ, fibroſa.

Paſſim vbique prouenit, in agrorum marginibus, ſecus vias, ſepes & parietes, in vmbroſis locis. Florétq; Æſtate.

Dicitur Græcis *βαλλωτὴ* & Latinis *Ballote*: *Marrubium* ob ſimilitudinem: *nigrum*, à foliorum colore: & *Praſſium fœtidum*, ob grauem fœtidũmque odorem.

MARRVBIVM AQVATICVM QVORVMDAM.



Altitudo huic cubitalis aut ſeſquicubitalis: *caulis* rigidus, quadratus, ſubhirſutus, in ramos oppoſitos diuiſus. *Folia* bina ſemper ex aduerſo ſita, profundè ſerrata, atque interdum laciniata, in acumen deſinentia, inferiùs nõnihil hirſuta, ſuperiùs glabra, breuiuſculo pediculo hærentia, ſapore amaricante. Ad eorum exortum verticillati ſunt globuli *floſculorum* candidorum, punctis rubentibus aſperſorum, ex calyculis aſperiuſculis, vix prominentium. *Radix* fibroſa, albicans, modicè adſtringens.

Eſt autem Marrubium, Galeno au[c]tore, calidum in 2. ordine, & ſiccum in 3. maximéque in tabe, ictero & viſcerum obſtructionibus commendationis.

MARRVBIVM CAMPESTRE: STACHYS.




Stachys Dioſcoridi frutex eſt Marrubio ſimilis: *folia* ferens plura, ſed rara, hirſuta, dura, odorata, Incana. *Virgas* ab vna radice plures, Marrubio candidiores. Naſcitur in montibus & aſperis. Vim habet excalfactoriam & acrem, &c.

Stachyn Marrubio ſimilẽ fruticem, guſtu acrẽ & amarum, dixit etiam Galenus, ac eſſe in tertio grado calefacientium. Marrubio etiam ſimilem facit Cordus.

Hic pingitur *Stachys Fuchſii*, quam Sphacelum eſſe perperàm ſtatuit Guillandinus: alii verò pro *Dioſcoridis Stachyde* admittunt Lobelius, Camer. Lonicerus, Tabernamontanus, & pleriq; que alij.

Locuſta herba, Pes Locuſtæ: Germ. *Haſenchr...* Kreſſig: Gall. *Poule graſſe*, G... *Rampon*



Minimè hic Nobis ſermo de *Locuſta animali*, quâ Apiſtis, Æthiopum partem, Patribus, & Sanctum Chriſti Præcurſorem, victaſſe authores habemus Dioſcoridē, Diodorum, Strabonem, Plinium & ſacrat Lucas. Nec etiam de pendentibus Arecæ panicu..., quas *Locuſtas* etiam vocavit Dioſcorides. Nec de variis Plantis, quibus dictus Vir ſructus in ſolitudine victitaſſe ab aliis creditur. Sed de *peculiari quadam Herba*, eo nomine hodie cognita.

Palmum interdum ea vix ſuperat, altas dodrãtalis eſt & maior: *radice* donatā tenui, ad imum fibroſā, guſtu ſubdulci & ferè Inſipido. *Folia* tenera & delicata, longitudine ſemunciali, vnciali, aut ſex...iali, colore herbaceo, latitudine trientem vnc...pa... rotunda, nullo pedículo appenſa, interdum ſerrata, ...que cum ...em cum radice ſaporis. A qua vnica *caules* exeunt plures, anguloſi, ...ues, brach...ati. Inter foliola ſummorum ramulorum *floſculi* ſimul aliquot pulchelli, albidi, aut dilutâ purpurâ ..., oblongi, in quinque lacinias diſſecti, tenuiſſimos & ... fere fugientes apices implectuntur. *Semen* obſeruare non licuit. *Icon eſt ex Plantinianis.*

Locuſtæ herbæ icon alia.



Plantam virentem hic pinximus, adiuncto *Oleris albi* ramo Agreſti. C. Bauhino in Phyt. vt & Lobelio, dicitur *Valeriana* 1. ſiue *campeſtris inodora maior*. Eidem Lobelio in Obſ. & Icon. *Phu minimum*: Dodonæo Latino & aliis nonnullis, *Olus album*: Tabernæmontano *Lactuca agnina*: facitque is duplicē, *primam* & *ſecundam*.

Proguiculam vocant etiam nonnulli. Cæterùm frequens eſt in agris, vineis & hortis: in quibus ſeritur à nonnullis Septembri menſe, quò Hybernis menſibus in acetariorum vſum venire queat: aliàs Ianuario & Februario menſibus ſolet ſeri.

Refrigerans porrò eſt hæc Herba, & nonnihil humectans, facultatéque & temperamento haud diſſimilis Lactucæ, cuius loco Hybernis & primis Veris menſibus, o... fertur, ac cum Oleo, Sale & Aceto, iucundè editur, veluti alia Acetaria, inter quæ haud poſtremum obtinet locum. Editur & Spinachiorum reliquorúmve Olerum modo, ab ægris præſertim, quibus gratus eſt & ſuauis admodum cibus.

Minimè verò, vt quibuſdam videtur, ea eſt planta quam vulgò *Rapunculum* ſiue *Napunculum* vocant, Germani *Rap...tzel*, Galli *Raiponce*, & Itali *Rapunceoli*: ab hac enim illa formâ & viribus diuerſa eſt, vt ex eius Hiſtoria in Claſſe XX. antè tradita patet.

Alyssum veterum et neotericorum.



Varia eſt admodum Authorum de *Alyſſo* ſententia: variatq; adeò & incerta apud Scriptores eius Hiſtoria: & magnus admodum Plantarū quæ pro *Alyſſo* ſeratim oſtenduntur, numerus, vt quodnam *legitimum* ſit Veterum *Alyſſum* perdifficile ſit aſſerere: vnde etiam eas potiùs ſupprimendas quàm declarãdas exiſtimauit Matthiolus.

Quicquid ſit, à ſanandi canis rabidi morſu proprietate nomen id obtinuiſſe veriſimile eſt. Dioſcoridi frutex eſt paruus, vnicaulis, ſubaſpera *folia* habēs, rotū..., circa quæ *fructus*, duplicis ſcuti figurâ, in quo ſemen eſt aliquantulùm Latum. Naſcitur in montanis & aſperis locis.

Cardiaca, Lycopous Ruellii: Germ. *Hertzgeſpan*: Belg. *Hertegheſpon*: Gall. *Agripaulme*.

Hanc plantam ſub *Lupi pedis* nomine ſic deſcribit Ruellius: Lupi pes, inquit, Herba eſt Marrubio ſyluestri ſimilis: *folio* pedis lupi effigie, diſſecto, grauis odoris, *caule* anguloſo & geniculato, fungoſā intùs medullā, & rad... frequenti capillamento fibratā. Galli, addit, nunc *Palam* lupinam, nunc *herbam pectoralem*, nunc *Manum S. Mariæ* nominant.

Sunt quibus *Marrubium mas* dicitur: alij *Palmam Chriſti* fa... ſiſti: alii *Galeni & Ætij Alyſſum*: plurimi verò quo nomine à Veteribus fuerit appellata incertum eſſe ſtatuunt. Quoniam verò Cordis palpitationi præſentaneo eſt remedio, *Cardiaca* appellationem apud p...ſque omnes obtinuit. Pectus à pituita detergere, lumbricos necare, & pulueris eius Cochleare vnum ex vino hauſtum difficilè parientibus mirum in modum auxiliari, ſcribit Matthiolus.

Cæterùm ruderibus, lapidoſis, ac aliis incultis & aſperis gaudet: paſſimque iuxta ſepes & veteres muros reperitur. A Iunio autem in multum Autumnum viget, & floribus (præſertim verò Iulio) abundat. *Iconem tradamus in Appendice.*

CLASSIS XXVIII. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE
STIRPIVM
CLASSIS XXIX.

CORONARIAS CONTINENS SEMEN IN VASCVLIS & calyculis ferentes, atque ad eas nonnihil accedentes.

BETONICA CORONARIA, CARIOPHYLLVS: Germ. *Negelin*, *Negelblumen*: Belg. *Gerofelblumen*: Gall. *Oeuillets*: Ital. *Garofoli*.



BEtonicæ coronariæ ſunt duo faſtigia: alia enim *ſylveſtris* alia *ſativa*: & hæc rurſus nunc ſimplici foliorũ in floribus ordine contenta eſt, nunc duplici prædita.

Ex Cariophyllis autem, tã plenis quam ſimplicibus, plærique *folia* ſunt e ſingulis geniculis bina, anguſta: nõnullis tenuia, & brevioribus magiſque exiguis: omnes verò dura, per extremum acuminata, cæſio quaſi, ſive glauco, colore. *Caulibus* verò [illegible] teretibus, cubitalibus, geniculatis, nodoſis: in quorũ faſtigiis longiuſculis ſpectantur *calyces* teretes, quibus dehiſcentibus apparent varia *florum* genera. *Semen* in vaſculis oblongis parvum, nigrum, latum. *Radices* fibroſæ & ſimplices.

BETONICA CORONARIA FLORE PLENO maximo, punctulis rubris variegata: ſive Cariophyllus multiplex maximus.



VAria, ut dictum, conſpiciuntur in hac plãta florũ genera: *cãdida*, *ex candido purpurea*, *coccinea*, *nigricans*, *vermiculata*, plurimiſque rationibus & coloribus *variegata*. Invenias ſiquidem in quibus candidus & coccineus color ita miſcentur, ut in alio candida, in alio rubra, foliola numero ſuperiora evadant: nonnulla candida minutiſſimis rubris punctulis redimita, vel rubra lacteis notis aſperſa. Imò etiã nonnunquã ex uno eodẽmq; caule, varia florum genera, candida, rubra, nonniſque partim candidis partim rubris, & partim coccineis aſperſa, &c. In florum autem medio staminei emicant gemini *apices* candidi.

BETONICA CORONARIA RARA, FLORE phœniceo pleno.



Perelegans hæc & rarior Betonicæ coronariæ ſpecies, *caules* emittit rectos, longos, ſubgraciles. *Folia* glauca, cæſiáve, canaliculata, ſemiuncialia, ſubanguſta. In *flore* vero elegantia præcipua eſt: hic enim antequã emergat corniculo rotunda præmittit pallidè rubentia: poſtea ſuccedit *flos*, mediocris inter huius generis Betonicas magnitudinis, coloris punicei dilutioris, ac odoris, ut in cæteris, grati.

Cariophyllum pleno flore miniatum vocat Cluſius. *Caryophyllum domeſticum flore pleno. Aranty pomi colore*, Schvvenckfeldius. Habetur & huius generis flore ſimplici. Floret autem Iunio & Iulio.

BETONICA CORONARIA SIVE CARIOphyllus maior flore vario.



Betonicæ huic *folia* lata, *floréſque* magni, valde pleni & odorati, colore vario. Multis enim lineis & punctis rubris aſperſi ſunt: & quædam folia ſemirubra, quædam ferè totaliter, quædam ſemicandida, alia candida prorſus.

Lobelio in Icon. dicitur Hortorũ Cariophyllus multiplex. Maior & Minor, rubro ſtriatus, verſicolor, peramœnus. Baſilienſes vocant *Iuncker blumen*.


Cæterùm *Betonicam* ſive *Vetonicam* hanc *coronariam* vocarunt Scriptores, ad differentiam alterius *Betonicæ* quã *κέστρον* vocant Græci: ab odore verò *Cariophyllum*: Et Galli, ut arbitratur Ruellius, à ſpecie floris *Ocellum*, *Oillet*.

BETONICA SIVE VETONICA SYLVESTRIS, flore ſimplici laciniato rubro.



Non deſunt qui Betonicã ſiue Vetonicam coronariam Veterum *Baccarem* eſſe exiſtiment: Sunt qui eundem *Caltham paluſtrem*, ſed reclamant aperte multa. Alii, teſte Dalechampio, *Iphyum Athenæi* eſſe voluerunt, alii *Iphyum Theophraſti*: ſed quid bulbosæ plantæ cum hac Betonica? Alius eſt *Herba Tunica* ſed melius hæc Dioſcoridis *Polemonium eſſe cenſetur*. *Saxifragiis* adnumerarunt alii, ſed haud magna rurſus conuenientia. Vero itaque ſimilius eſt quod ſcribit Ruellius, ac quod cum eo ſtatuunt Cordus & Matthiolus, *Veteribus incognitum* fuiſſe *Cariophyllum florem*.

BETONICA SIVE VETONICA CORONARIA arborea Cretica.



Mirum certè, quod paulò antè dictum, *coronariam noſtram Betonicam*, tam celebrẽ & tam iucundum florem, ac qui amplitudine, pulchritudine, varietate, odore, omniq; alia laudabili nota, cum Roſa de principatu certare poſſit, à Veteribus ſilentio fuiſſe prætermiſſum. *Sic non debemus illis omnia*, ſed plurima ſedulæ Recentiorum indagationi.

Duris autem, nodoſis, craſſiuſculis & ramoſis *ſtipitibus* fruticat *Betonica Coronaria Cretica* quam hic pingimus: *folia* habẽt glauca, ſeſquiunciam circiter longa, anguſta, rigida, in acutum mucronem deſinentia, in ſtolonum & ſurculorum extremis confertim poſita: *floremque* purpureum ex calyculis acutis inſtar ſpinoſis.

BETONICA CORONARIA SIVE CARIOPHYLLEA repens, rubra & alba: *Cluſij*.



Dodrantales huic ſunt *cauliculi*, teretes, geniculati: *Folia* oblonga, anguſta, dura, mucronata, colore quaſi cæſio. *Flos* è calyculo rubente emergens, quinque foliolis conſtans, ſimbriatis, colore in diluta purpura rubentis, circa vmbilicum hirſutus, odorus. *Semen* in calyculis paleaceum, fuſcum. *Radix* longa, tenues fibras ſpargens. Colitur interdum in hortis, & in multam Æſtatem viget.

BETONICA CORONARIA SIVE CARIOPHYLLEA, Corollâ purpureâ inſignis.



Minimè etiã altè aſſurgit hæc. *Rami* ſupra terram ſparſi, denſo *foliorum* ſtipatu muniti, iique imâ parte duriuſculi ſunt & ferè lignoſi. Poſt in *caules* duos treſve diuiduntur, quorum quilibet ſingularem ſuſtinet *florem* elegantiſſimum, quinquepartitum, in ambitu pulchrè diſſectum, & in medio amœnâ areolâ ſaturatiùs purpuraſcente decoratum. Odor ſuauiſſimus & grauiſſimus.

Colitur in hortis eſtque præcox, & reliquas antecedit.


BETONICA CORONARIA ſiue CARIOPHYLLEA, flore ex rubello albicante, cum fimbriis criſpa.



Habentur vulgò Betonicæ coronariæ pleno flore atque elegantiores plantæ in hortis: ſed ſpecioſiſſimæ ferè in fictilibus vaſis aſſeruantur. Florent diutiſſimè, & totâ quidem Æſtate, atque etiam Autumno, nec non interdum Hyeme, ſi aſſeruentur in hypogæis loci tepore.

Viuax eſt planta, & multis durat annis, modò hybernis menſibus, à frigoris iniuriis præſeruetur.

BETONICA CORONARIA SIVE CARIOPHYLLEA minima, micis aureis aſperſa.



Caryophylleæ Betonicæ plantæ ſeruntur frequentiùs nullius exiguæ cum foliis ſurculis, ſeminibus rariùs. Nam è ſemine nati flores, ad agreſtem naturam redeũt, minuſq; quo odorati redduntur, & qui antea erã: multiplices, ſimplices fiunt. A ſignis ſub. in ſe ſurculis Plantarum fiſſis *Cariophylli*, quò illorum odorem flores alliciant, & iucundam eorum fragrantiam naribus abundantiùs reſpirent.

BETONICA CORONARIA; SIVE Cariophyllus minor, repens.



Folium huic viride & ſubnigricans: flos verò argenteis punctis notatus.

Prouenit Nobis Mombelgardi in S.P. horto, & florebat Maio & Iunio. Audiuit verò Cluſius creſcere in Moraoniæ monte, non procul à *Nicolausburg* diſſito, vmbroſis lucis.

Ceterùm mirum quod annotat Camerarius, vidiſſe ſe aliquando ad tantam craſſitiem in longænis plantis *caulem* ſiue ſtipitem perueniſſe, vt brachii mediocris æquaret craſſitudinem.

BETONICA CORONARIA MINIMA, RVbello pleno flore, repens.



Hanc vidimus Heidelbergæ in horto Sprengeri, & Spiræ apud Nobil. dominum Tengnadel.

Coronariæ porrò Betonicæ florem variegatum efformari ſcribit Camerarius, ſi ſemina Plantarum diuerſorum colorum in calamo ſcriptorio includantur, & terræ committantur. Ac, quod in Iaſminis & Roſis etiam accidit, tabeſcente vno flore, ſimilem alium in eodem pediculo produci.

BETONICA CORONARIA TENVISSIME diſſecta, ſiue Cariophyllea ſuperba elatior, vulgaris.



Caules huic ſunt multi, cubitales & bicubitales, ramoſi, geniculati: *foliis* inferioribus pluſculis, latiuſculis, dodrantalibus, vireſcentibus: ſuperioribus cæterarum Betonicarum coronariarum ſimilibus. *Flores* ſparſi ex pediculis longioribus, quinque foliolis, nunc albis nunc purpuraſcentibus, conſtantes, longiſſimè & tenuiſſimè diſſectis, vmbilico vireſcente hirſuto, odore ſuauiſſimo. *Vaſcula* ſuccedunt duas penè vncias longa, tenuia, in quibus *ſemen* nigrum compreſſum.

Geneuæ & Montbelgardi habuimus in hortis. Copioſè verò naſci in ſyluoſis humentibus pratis, & Nos vidimus in Sabaudia, & teſtatur Cluſius. Serius reliquis floret.

BETONICA CORONARIA SVPERBA; FOLIO tenuiſſimè diſſecto, flore pleno purpuraſcente.



Duplex eſt hæc *ſuperba plena*: vna enim intenſiùs purpuraſcit, & ſpecioſior videtur: altera paulò minor, minùs purpurea eſt, & plures albas ferè partes habet. *Folia* vtrique anguſtiora, & non ita plana, vt in aliis Cariophylleis floribus.


Montbeligardi in S. P. floruit Nobis vtraque Iulio. Noſter Pictor folia paulò latiora pinxit.

BETONICA CORONARIA, FLORE TENVITER laciniato, maiore, dilutè rubente.



Betonicæ coronariæ flores ſiccâ calidâque pollere facultate oſtendunt, vt ſcribit notat Matthiolus, tum odoris fragrantia, tum ſaporis amarulentia quadam. Iique qui purpureo colore nitent cæteris efficaciores ſunt. Commendantur ad omnes cordis affectus, ad vertiginem, apoplexiam, paralyſim, & conuulſiones, potu: adſeruanturque ſaccharo, non ſolùm ad prædictos omnes affectus, ſed etiam aduerſus venena & & venenoſorum animalium contagia: Et valent ſylueſtres ad ea omnia ad quæ ſatiuæ: ſed paulò remiſſiùs operantur.

BETONICA CORONARIA MINÙS RAMOSA, FLORE tenuiter fimbriato, albo, corniculis 2. emergentibus.



Betonicæ coronariæ flores, purpurei præſertim, & qui Cariophyllos aromaticos redolent, roborant ventriculum, cerebrum, cor & iecur, valentque plurimùm in omnibus dictorum viſcerum affectibus. Succus haud inferior eo qui ex granis tinctoriis *Kermes* dictis colligitur, commodiſſiméque in febribus malignis propinatur. Eundem calculum atterere & educere, ſcribit Fuchſius. *Aqua* ad eoſdem vſus vitreis organis elicitur: & Iuleps Epithematibúſq; cordialibus & hepaticis admiſcetur. Aceto flores imponunt multi, éſtque id iucundi odoris: & ad capitis dolores liniendos & olfactu perutile.

Beto-

BETONICA CORONARIA MINVS RAMOSA,
floꝛe tenuiter fimbriato.



Proximè præcedenti flores formâ & candore ſimiles habet, ſed inflexorum coronulorum expertes: verùm eorum loco decem *ſtamimula* ipſius floris ſuperficiem paululùm exuperantia habentes: ac *Capitula* etiam in quibus *Semen* continetur longiora.

Hanc cum præcedente habuimus Montbelgardi in S.P. horto, florebántque Maio, Iunio & Iulio.

BETONICA CORONARIA LATIFOLIA
petræa, flore punctulis albi notato.



Lignoſa *radix caules* emittit cubitum vnum aut alterum altos, læues, teretes, geniculatos, inanes: ad quorum ſingula genicula *folia* Liliacea, atro-virentia. *Flores* in caulium & alarum extremis ſuaueolentes, multi ſimul in vmbellæ formam inecti, ex oblongis rubentibus calycibus, quinq; foliis conſtantes, coccinei, crenati, circulum è punctis albis, ſaturiſque purpureis, circa imam foliorum partem efficientes.

Scarlatam herbam vocant nonnulli: Germani *Scharlach* blůmen, & *Carthauſer blůmlin*. *Armerium flerum* aliqui.

BETONICA CORONARIA LATIFOLIA
petræa pleno flore, rub.o.



Huic *folia* lata, vt in petræa ſimplici. *Flores* rubri, vel ad purpuream accedentes: vel, quod rarius, albi, pleni.

Armerium pleno flore duplici tripliceve foliorum textura conſtantem, vocauit Cluſius in Pann. *Armeriam rubram multiplicem* Lobelius in Icon. *Caryophyllum Carthuſianorum* Tabernamontanus. *Armeriam rubram latifoliam* Gerardus.

Variis habetur in hortis: Maximique eſt vſus, ad panni lintei maculas, cuiuſcunque generis ſint, tollendas: ſi ſcilicet pannus herbâ fricetur, deinde limpidâ aquâ abluatur.

BETONICA CORONARIA LATIFOLIA,
flore picturato, Veſuntina.



Elegantiæ gratia colitur hæc in hortis Iunióque & Iulio menſibus floret. Doct. Cargillus Scotus miſit Nobis Londino, cum hac inſcriptione, *Armerius flos verſicolor*, albus, ruber, carneus, guttatus, in eodem ramulo.

BETONICA CORONARIA VVLGATISSIMA.
Gall. *Armoires, Armoiries.*



Huic *caules* plures, recti, rotundi, ſtrigoſi, nunc palmares, nunc pedales, ac etiam cubitales, non ramoſi, niſi interdum in ſummitate. *Folia* graminea, viridia, ad genicula bina, & propter terram numeroſiora. *Radix* longa & ſatis craſſa, colore foris fuſco, intùs albo ſapore ſubamaro. *Flores* modò ſingulares, modò plures ſimul, ſaturè rubentes, per obtuſam marginem crenati, quinq; foliis conſtantes, odore nullo excellenti, &c.

Vbiuis ſponte prouenit in montoſis, ſyluoſis, incultis campis, pratis, aridis & arenoſis locis: floréque Iunio, Iulio & Auguſto menſibus.

BETONICA CORONARIA SQVAMMOSA,
ſylueſtris.



Rectos complures emittit *caules*, læues geniculatos, dodrantales, & longiores: ad quorū ſingulas iuncturas bina graminea *folia* anguſta. Summo cauli extremiſq; ramulis *Calyx* inſidet, ſquammas habens albas, ac *florem* promens paruum, pallidè rubentem, quo marceſcente alius quoq; flos, ſubindéque plures ſuis ſingulis calyculis obuoluti, ſubnaſcuntur, tanto numero, vt tandem prægnanti calyci, qui reliquos minores cum ſua ſobole complectitur, alaus, ſobolis multitudine, rumpatur.

Armeriam proliferam inſcribit Lobelius. *Viſcariam*, ſed perperàm, Gerardus.

BETONICA CORONARIA, QVÆ CARYOPHYLLVS pumilus Tauricus, *Cluſio*.



Longiuſculâ *radice* ſquammoſâ nititur, in capita aliquot diuiſa, ex quibus exeunt *pediculi* vnciales & ſeſcunciales vno aut altero nodo articulati, binis gramineis ad ſingula genicula foliis veſtiti: *Florem* ſuſtinentes purpuraſcentem, magnum, è quinque foliolis compoſitum, ex calyce vnciali, ſtriato, hirſuto, quem non ineptè cum Gentianellæ Heluetica flore compares.

Caryophyllum montanum vel alpinum calyce oblongo hirſuto, inſcribunt Authores.

BETONICA CORONARIA TAVRICA minima.



Radix huic craſſiuſcula, multorum capitum, fibroſa. *Coliculi* numeroſi, palmares & minores, ramoſi: ad quorum ſingula genicula ſunt foliola bina ex aduerſo poſita, peranguſta, vnciam circiter longa. Extremis ramulis *floſculi* maiuſculi ex albo purpuraſcentes ſingulares ſuperoaſcuntur. *Figura* eſt ex Fuchſianis, in qua radix non bene picta.

In Sabuletis & aridis locis, & murorum ſubgrundiis, reperitur. Geneuæ vidimus in muris è regione domus Senatoriæ. & in *plainpalais*, florentem Iunio.

BETONICA CORONARIA GRAMINEA: ſiue Cariophyllus gramineus puſillus.



Multorum capitum eſt radix, mediocriter craſſa. *Folia* conferta, rigida, viridantia, Hyſſopi, ſed minora & acutiora. *Caules* crebri, palmares, graciles, geniculati, indiuidui aliquando, interdum verò in pauculos breues ſurculos diuaricati, *Calyces* ſingulares vel geminos gerunt ſemiunciales, vel penè vnciales, è quibus *flores* emicant ſubpurpurei, pulchelli.

Prouenit in ſabuletis & aridis locis.

CARIOPHYLLEVS FLOS APHYLLOCAVLOS minimus Monſpelienſium.



Multos iunceos nudos *caules* bipalmares emittit, quorum ſingulis *flos* ſatis magnus inſidet, viteus, in ſummo, pennatos denticulatis extremis foliis conſtans, ex calyce oblongo erumpens guſtu dulci. *Radix* fibris multis, longis, contortis, lignoſis, duris, albis, cõſtat: citius quam *folia* multa graminea, celeriter marceſcentia.

Monſpelii prope *Caſtelnouf* in monte floret Aprili: in cacumine montis Ceti Maio & Iunio.

CARIOPHYLLEVS FLOS IVNCEVS, ſiue aphyllocaulos, Minor.



Foliis eſt iis: priùs quàm floreat Serpentinæ, breuibus, duarum vnciarum; vbi verò *caulis* exierunt & flores, 4 vel 5. *Radice* craſſâ, vbi ſubla procedit in aliquot capita diuiſâ. *Caulis* primò aliquot vnciarum, deinde palmaris, iunceis: *Capitulo* ad Scabioſæ minoris capitulum accedente; inter cuius membranacea lucentia foliola exoriuntur *flores* quos ſubſequuntur *ſemina* Scabioſæ Seminum iisdem æmula.

In maritimis Angliæ frequens occurrit, eóque arcatum in hortis margines ornant Angli & Belgæ.

CARIOPHYLLEVS FLOS IVNCEVS, SIVE aphyllocaulos Maior. *Moly marinum* quibuſdam.



Caules huic dodrantales & cubitales, recti, nudes, quorum vniuſcuiuſque cacumini *flos* inſidet glomeratus, & hæmorrhoiſſæ ferè ſimilitudine, ex albo purpureus, foliiſceſ… ſquammarum valle circumdatus. *Radix* longa, lignoſa, teres, craſſiuſcula, in multa capita diuiditur, vnde terram proximè magna ſeges foliorum emergit, gramineorum, glaucorum, latitudine variantium.

Moly marinum à Belgis vocari ſcribit Lobelius, & alii dici *Holoſtium*: quidam *Gramen marinum*, nuncupant.

Prouenit in aridis & petroſis, in eiuſmodi locis Nos Londini & circa Luteciam reperimus, florentem Auguſto.

CARIOPHYLLVS HOLOSTEVS TOMENtoſus.



Totus candido molli denſoque *tomento* eſt obſitus, vt vix aliud quàm argenteum eſſe videatur. *Cauliculi* geniculati dodrantales, è ſingulis nodis bina proferunt *folia* ex aduerſo nata, longiuſcula, acuta, tomento oblita. *Caulis* ſuperior in ramulos plures abit: quorum vniuſcuiuſque *flos* innaſcitur candidus, Auriculæ muris ſpecie ſtellatus, calyce etiam tomentoſo. Ad ramulorum diuiſiones ſunt etiam breuiſſima folia, argenteo nitore micantia.

Vidimus hanc plantam Florentiæ in horto Ducis, & Romæ in horto Cortuſi, pharmacopœi Belgæ.

CARIOPHYLLVS ARVENSIS VMBELliferus.



Duâ fibratâ eſt *radice*: foliis ex illa ſiliculis, duris, latis, tomentoſis. *Cauliculi* tenues, parui, rotundi, ſpithamæi, tribus aut quatuor geniculis diſtincti: è quibus enaſcuntur oppoſita bina *folia* inferioribus quæ à radice protuberant æqualia. Summitatibus inſident *flores* 5. 6. 7. plures pauciorésve, longis pediculis inſerti, albi. Eos verò deſidentes ſequuntur *Capitula* parua, longa, paruum *ſemen* includentia, tertam vellus ſpectantia.

Reperitur in agris, vt Nos Baſileæ obſeruauimus, extra portam Blaſianam: atque inter Wormaciam & *Neuwhaus*, copioſum.

SAXIFRAGA ANTIQVORVM QVIBVSDAM Gypſophyton, & Symphytum petræum.



Radicem habet minimi digiti craſſitudine, palmo longiorem, in multa capita diuiſam, vnde *ſtolones* pullulant innumeri, palmares & longiores, geniculati. *Folia* ad iuncturas bina, ex aduerſo poſita, Hyſſopi foliis ſimilia, ſed minora. *Flos* vniuſcuiuſque ſtoloris cacumini inſidet vnicus, mitlis in medio ſtaminibus, ex calyce longo, tenui, oblongo, ſtriis virdantibus virgato, inſtar angelliet.

Fuit apud Scriptores æquiuoca, *Saxifragia* hæc *Saxifraga* vox hancque *Antiquorum Saxifragiam* ſunt qui venerationi pronunciant Lobelius: eamque magnâ copiâ in Italia, Gallia, Anglia, Delphinatu, & aliis Tractibus, prouenire prodit.

PSEVDOMELANTHIVM, NIGELLASTRVM: Germ. *Kornroſen*: Gall. *Nielle des bleds*: Ital. *Githone*.



Simplici & albâ *radicula* nititur. *Caulis* cubitalis & ſeſquicubitalis, teres, lanuginoſus, incanus, ramoſus, inanis, geniculatus. *Folia* culmum, plùs minùs, læta, longitudine palmari, piloſa, bina ex geniculis oppoſita. *Flores* Lychnidis coronariæ de qua mox, purpurei, quinque foliolis conſtantes, cum appenſis obſoletæ purpuræ. His verò oblongum ſuccedit pericarpium, *ſemine* nigro intus tectum.

In agris inter ſegetes paſſim vbique prouenit: Maioque & Iunio menſibus cum flore viget.

Plura in Appendice.

LYCHNIS CORONARIA: Germ. *Marien Röſilin*: Gall. *Ocillets, Paſſeroſes*: Ital. *Lychnide coronaria*.



Ex innumeris Plantis quæ Lychnidis nomine antiquo apud Scriptores recenſentur, Nos Coronariam nuncupatam hic pingimus, & deſcribere aggredimur.

Duplicem facit Matthiolus: hortenſem & ſylueſtrem. Caſtor Durantes diſtinguit in *Lychnidem ſimpliciter dictam* & Lychnidem Sylueſtrē. Lobelius in *Lychnidem coronariam*, & *Lychnidem rubram & candidam*: ſed quæ quæſo diſtinctio? Tabernamontanus in Rubram & Candidam. Sed cur duas habet ille Figuras vnius eiuſdemque plantæ. Certè Nobis etiam vna ſufficeret, ſi aliæ pingeretur, & vacuus eſſet hic locus.

LYCHNIDIS CORONARIÆ ALIA ICON.



In Lychnide coronaria ex radice multùm fibroſa, *cauliculi* exeunt ſecti, cubitales & ſeſquicubitales, teretes, incana lanugine pubeſcentes, in alas aliquot diuiſi: ad quorum ſingula genicula *folia* oriuntur bina, ex aduerſo poſita, Saluiæ parta, aut paulò maiora, oblonga, obtuſa, craſſiuſcula, mollia, ſuprà infraque denſo villo caneſcentia. *Flores* ex calycibus oblongis, canaliculatis, villoſis emicant, parum odorati, coloris albi, rubri, vel ex rubro candidoque mixti, ex foliis quinis latiuſculis conſtantes, roſulam exprimentes. Singulis autem foliis appoſiti *apices* bini acuti, rigidi.

LYCHNIS CORONARIA FLORE PLENO.



Enarratis Lychnidis coronariæ ſpeciebus, vnam adhuc addit Schwenckfeldius, Candidam ſcilicet rubris maculis aſperſam: Et dat nobis hic aliam, multiplici & pleno flore quam hîc pingimus. Caule autem ea foliis & florum calycibus a Vulgari minimè differt: at flos rubens denſo foliorum ſtipatu multiplex eo ſpectatur: Sicque ſemine orba relinquitur.

Seritur hæc, vt & Vulgaris flore ſimplici in hortis, & in fictilibus, Iunio, Iulio & Auguſto menſibus florent. Sylueſtrem apud Anaunienſes ſponte exire ſcribit Matthiolus.

LYCHNIS CONSTANTINOPOLITANA vel Cretica, Flos Hieroſolymitanus aliis.



Nemorenſis, guſtu ſubacri fibris radicatur: caules cubitum circiter altos, teretes, hirtos, inanes, crebris geniculis interceptos: ad quorum ſingula bina folia connata adnaſcuntur, pediculo nullo, Lychnidis ſylu. æmula, veru ſi nigriora, rigidiora, magiſque aſpera lanugine obſita. Flores in ramulorum extremis vmbellam deformant, odore leuiter, quamquam obſcuro, ſed colore peramœno miniato, quinque foliis conſtantes, cum ſtaminibus purpureis. Emittunt autem ex calyce oblongo, hirſuto, viridante, in quo poſtea ſemen pullum exiguum.

Seritur in hortis ornamenti tantùm gratia.

LYCHNIS SYLV. FOLIIS ANGVSTIS, & pluribus in ſingulis geniculis: *Cluſii*.



Geniculatos habet *caules*, teretes, in plures alas diuiſos, pedales aut maiores: *Folia* in ſingulis geniculis bina, terna, vel etiam plura, anguſta, & quaſi cæſii coloris: *Flores* in ſummis ramulis naſcentes, quinis foliis bifidis mucrone prædictis conſtantes, interna parte candidos, externa aliquantulum purpuraſcentes: *calyces* admodum duros, breues, ſubrotundos: *ſemen* paruum, rotundum, cinereo colore: *Radicem* ſatis craſſam, albam, multiplicem, alterò anno pereuntem.

LYCHNIS SYLVESTRIS LANVGINE caneſcens, flore maiuſculo: *eiuſdem Cluſii*.



Multos habet ex vna *radice caules* rotundos, longiuſculos, infirmos, in terram procumbentes, geniculatos. *Folia* in ſingulis geniculis bina, longa, mollia, & lanugine quadam caneſcentia: inter quæ *flores* alternatim ſecundum ramulorum longitudinem naſcuntur, incarnati. *Radix* craſſa & fibroſa.

Hanc, vt & proximè præcedentem, in Caſtellæ agrorum marginibus reperit Cluſius deſcriptionis author.

LYCHNIS SYLVESTRIS ODONTIDI, SIVE Flos Cuculi, athnis, *Eiuſdem Cluſii*.



Caulem tollit cubitalem, rectum, ... longis internodiis diſtinctum, tactu circa cacumen glutinoſum. Ex ſingulis geniculis bina *folia* ex aduerſo ſita, Floris Cuculi, oblonga acuminata, craſſiora, ſaturatiùs que virentia. Ad eadem genicula, à medio ferè caule ad ſummum faſtigium, pediculis è foliorum ſinu exorti longis *flores* crebros ſuſtinent, pulchre purpuraſcentes, quos ſequitur *ſemen* ruffum. *Radix* craſſiuſcula, nigra, multas fibras ſpargens.

In montanis ſyluis, editiſque herbidis locis, frequens eſt. In ſyluis Francofurto vicinis reperit Cluſius florentem Maio.

LYCHNIS PLVMARIA: Germ. *Pflaum Margen Röſlin: Tabernamontani*.



Ita dictam ait à globulis albicantibus, rotundis, ſtriatis, in quibus ſinus laneq; vel plumæ ſimilis. Plantam porrò eſſe caule firmo, recto, birſis foliis ex nodoſis geniculis. Sed ieiuna admodum Nobis videtur hæc Deſcriptio, in qua nec locus, nec tempus, nec ſapor annotantur.

An Muſcipula muſcoſo flore, de qua mox?

Cæterùm Lychnidis vires quod attinet: Eam bilem per aluum trahere, vulneraque recentia glutinare, dixit Schwenckfeldius, ac radicem luceum naribus attractum, ſternutamenta ciere. Muum verò in modum ad coronas factitandas à Virginib. expeti ſcribit Matthiolus.

LYCHNIS.

LYCHNIS MINIMA RIGIDA.



Rigidula eſt planta, dodrantum vel variarum altitudinum, rarò palmum attingens: *coliculis* duris, rigidis, ramoſis. *Folia* ad nodos bina ex adverſo poſita, tenuia, brevia, perangusta, piloſa: è quorum alis naſcuntur *calyces* ſemunciales, perquàm graciles, æquabiles, hirti & aſperi: in quibus *flos* purpureus, quem præ exiguitate vix capit viſus. Radix dura, lignoſa.

Obſervavimus prope Nemauſum, iuxta Molendinum.

LYCHNIS REPENS FOLIO VIRIDI, flore albo: *Cluſii*.



Provenit, ut Cluſius qui fuſe deſcribit, in Styriacarum alpium, & Schneealben ſupra Cœnobium Neuberg, radices, atque adhuc abundantiùs in *Etſchero*.

Lobelio in ſenu. Plant. dicitur *Caryophyllus minimus humilis, alter exoticus*, flore candido amœno.

De Lychnidis Erymo ſuneſelatus Appendix.


LYCHNIS MARINA ANGLICANA.



Bina huic geniculis hærent *folia*, ſeaſi ſcula, glabra, glauca, ſerrata. *Caniculi* teretes, dodrantales & longiores, glabri, humi ſparſi. *Flores* ex turgidis, ſpecioſis ſtriatis folliculis prodeunt, foliis conſtantes quinis, bifidis, niveis, cum ſtaminibus luteolis.

In aggeribus Veſtis Inſulæ Angliæ, eo quo illo tractu inter Braſſicas marinas exaſciatur vel Lobelius. Maio, Iunio & Iulio Menſibus floret. Eſtque Been albo Officinarum adeo illum ſimilis, ut haud facile a quoquam diſcerni queant.


FLOS CVCVLI, ODONTITIS PLINII: Germ. *Gauchblum*: Gall. *Fleur du Cocu*.



Subinde repente fibratâ radice ſe propagat *Flos Cuculo* dictus: *caules* tollens cubitales & altiores, inanes, geniculatos, ſtriatos: ex quibus *folia* ad genicula bina, ſtricta, oblonga, acuta. *Flores* Caryophylli ſuperbi dicti, rubentes carneóve coloſe, rariùs albo, fimbriati, ſimplices vel multiplices, apicibus adhærentes ex calyce oblongo, purpuraſcente, ſtriato, & quaſi canulato.

Armerium aquatilem polyanthum inſcribunt nonnulli. Venetiis *Margarita* nomine habuerunt Camerarius & C. Bauhinus. Prata communiter ornat Maio, Iunio Iulio & Auguſto, transferturque etiam ad hortos. Commendatur ad venena.

MVSCIPVLA VISCARIA, LYCHNIDIS ſpecies.



Crebris ſtatim à *radice* fruticat *ramis*, multis, *caulem* ipſum cubitalem altitudine æquantibus, geniculatis, ſolidis, rotundis: per quos ad genicula naſcuntur *folia* bina, adverſa, oblonga, acuminata, viridia, glabra, infimis ſemè latioribus & obtuſioribus. *Flores* tum extremis ramulorum tum è foliorum ſinu prodeunt rubelli, ex calyce oblongo, ſtriato: ſubſequente *ſemine* ſubnigro. Radix lignoſa, alba, multifida.

Colitur in hortis, & ſponte naſcitur in arvis pingui ſolo inter ſegetes, plæriſque Caſtellæ veteris locis. *Lychnidem viſcariam*, five viſcoſo caule, inſcribunt Cluſius, Tabernam. C. Bauhinus & alij.

MVSCIPVLA MAIOR, CALYCE TVRGIDO ventrioſo: Lychnidis etiam ſpecies.



Cubitalem emittit *caulem* rectum, craſſieſculum, hirſutum, ſtriatum, fragilem. *Folia* Ocymoidis non ſpecioſi, hirſuta, mollia. Ex foliorum ſinu oriuntur pediculi ſatis longi *flores* ſuſtinentes quinque foliis bifidis conſtantes, purpuraſcentes, cum apicibus in medio albis: ex calyce oblongo, hirſuto, pulchrè ſtriato, quem in immenſum diſtendunt ſeminum *vaſcula*, è lata ſeſſilique baſi ventrioſa, in mucronem deſinentia, *ſemen* continentia pulchrū, compreſſum, ſtriatum, cinereum. *Radix* robuſta eſt & fibroſa. Tota verò planta ad rectum viſcida eſt.

Colitur in hortis, & iiſdē cum præcedente locis ſponte naſcitur.

MUSCIPULÆ MAIORI CALYCE VENTRIOSO ſimilis: Lychnidis etiam ſpecies multis.



Multùm ſimilitudinis habet hæc Herba cum præcedente. Radix alba, craſſiuſcula, paucis fibris donata. Caules craſſiuſculi, rigidi, pedales, propè radicem teretes, geniculati. Ad genicula folia bina caulem amplectentia, longa, anguſta, hirſuta, candicantia. In cauliculorum extremis calyces ſunt turgentes, magni, ſed minores quàm præcedentis, atque in iis ſeminum vaſcula, tunicis diuiſa, Papaueris modo, ſemina continentia purpurea cinerea.

Monſpelii ſecus vias obſeruauimus.

MUSCIPULA MUSCOSO FLORE, SIVE Ocymoides Belliforme.



Muſcipulam flore muſcoſo inſcribunt Lobelius in Aduerſ. Hiſtoria Lugd. C. Bauhinus, & alii. Cæſalpinus *Viſcaginem quandam*, racematim tanquam in ſpica, flores exiles & ſubpallidos ferentem.

Bormii in Rhetia obſeruauimus florentem Iunio, Baſileæ verò Iulio in horto D. Zvvingeri.

MUSCIPULA SIVE VISCAGO CRETICA, Auriculæ vrſi facie.



Radices agit fibroſas, è quarum capite *folia* prodeunt ſatis ampla, ad Auriculæ vrſi ſimilitudinem folia accedentia, candidiora tamen, viridiora & denſiora. Caules cubitales vel bicubitales, teretes, rotundi, ſucco glutinoſo obſiti, quo muſcæ & alia minuta inſecta, magno numero detinentur. In ſummis ramis plurimos profert *flores* veluti in vmbellam congeſtos, etiam à ſplendidi cum mediocrum atque rubro, ſatis tamen exiguos pro plantæ magnitudine, quinque foliis conſtantes, cum ſtaminibus ex virescentibus.

Lychnidem ſylueſtrem latifoliam nuncupat Cluſius.

POLEMONIUM SIVE POLEMONIA. Polemonium petræum Geſneri.




Polemonium, quod alij *Philetærium*, & Cappadoces *Chiliodynamin* [à multiplici poteſtate] appellant, *ramulos* habet tenues, ait Dioſcorides, vtrinque pinnatos. *Folia* paulò quàm Rutæ maiora, ad Calaminthæ folia accedentia. In ſummo verò veluti *Corymbi* ſunt, in quibus *ſemen* eſt nigrum. *Radix* cubitalis, albicans, Struthii radici ſimilis. Naſcitur in montoſis & aſperis. Plinius eadem ferme habet quæ Dioſcorides. Pro *Polemonia* autem *Veterum* variæ traduntur Plantæ: *Been album Officinarum*, *Betonica coronaria*, *Ocimoides*, *Vaccaria*, *Valeriana*, *Menthaſtrum*, *Fraxinella*, & *Polemonium petræum Geſneri*, quod Nos hîc pingimus. Geneuæ, Tiguri, & Baſileæ in muris abſ. dat, floretque Aprili & Maio.

OCIMOIDES, OCIMASTRUM: Germ. *Vvilds Baſilien*: Gall. *Baſilic ſauuage*: Ital. *Baſilico Saluatico*.



Quemadmodum Menthaſtrum & Apiaſtrum, à Mentha & Apio ſic nominatum analogiâ potiſſimùm differunt, ſic etiam ab Ocimo Ocimoides: ſiquidem, authore Dioſcoride, *folia* habet Ocimo ſimilia, *ramos* palmi altitudine, hirſutos: *ſiliquas* ſimiles Hyoſcyamo, ſemine refertas nigro ſimili Melanthio. *Radicem* obtinet tenui, albâ & ſuperuacua. Sic *illa* de floribus nihil tradens. Horent autem in ſummis ramulis, è quinque bipartitis foliolis conſtantes, albi vel purpurei, cum ſtaminibus albis, flore alio tribus calyce hirſuto, canaliculato, turgidulo.

OCIMOIDES NON SPECIOSUM.



Flores huic Vulgaris Ocimoidis floribus minores, parte ſupinâ albi, ac etiam dilutè rubentes, pronâ verò ex languido luteo palleſcentes.

Ocimoides porrò *vulgare* ad *Lychnides ſylueſtres* à nonnullis refertur: ab aliis ad *Saponariam*: ſed quo iure examinent docti.

Naſci paſſim copioſè in Italia inter ſegetes & ad agrorum margines perhibet Matthiolus: in Auſtria, Stiria & Pannonia Cluſius. Floret autem totâ Æſtate, & in Autumnum vſque. Geneuæ paſſim in ſ. ibus viret: Baſileæ in via quâ itur Kreutz-Zach, & quâ ad Molendina papyracea deſcenditur.

OCIMOIDES FLORE RVBRO MINVS; Creticum.



Semen eius eo titulo Florentiâ Nobis miſit magni Ducis Hortolanus. Inde autem natæ plantæ caulibus erant pedalibus, hirſutis, tenuibus, pluribus, ex radice tenui pullulantibus: ad quorum articulos folia conſpiciebantur bina, oblonga, mucrone obtuſo: ex quorum alis ramuli duo aduerſi germinabant, faſtigio flores ſuſtinentes lōgos, tumidâ longâ ſtriatâ obuolutos.

Ocimoidis autē vires quod attinet: Semen eius ad venenatorum animalium morſus commēdat Dioſcorides: Radix ipſomet & Galeno radicibus ſuccus incognita.

OCIMOIDES LYCHNITIDIS REPTANTE radice.



Medium eſt, iudice Fabio Columna, inter *Ocimoides* & *Lychnoidem coronariam*. Ocimoidi ſimile, quod foliis ſit paruis, ab radice ſtatim binis ſingulis geniculis hærentibus. Lychnoidi verò quia incana, piloſa atque carnoſa ſunt eius folia, non minùs quàm Lychnidis folia ad ellychnia formanda apta. Sponte ac frequens oritur, addit, in monte D. Mariæ Virginis appellato, locis humentibus.

SAPONARIA, STRVTHIVM, LANARIA; Germ. *Seiffkraut*, *Vueſchkraut*.



Tenues Saponariæ *radicula* varijs implexu vagantur: *caules* plures ferè recti fruticantur, cubitales & altiores, ſubrubentes, hirſuti, crebris geniculis articulati. *Folia* ex nodis bina aduerſo poſitu naſcuntur, Gentianæ cruciatæ, colore minùs hilari, rigida, ſapore amaro. *Flores* in vmbellā digeſti, albicātes, aut ex albo tantillum purpuraſcentes, odorati, quinque foliis conſtantes, *ſtaminibus* candidis medium occupantibus: ex *calyce* tereti, vnciam longo, hirſuto. *Semen* copioſum, paruum, penè rotundū, compreſſum, ſpadiceum.

Iuxta fluuios, torrentes & ſtagna, locis apricis & arenoſis ſponte naſcitur: floretque tota Æſtate & Autumno.


SAPONARIÆ ALIA ICON: SAPONARIA minor quorundam. *Ocimoides* repens nonnullis.



Plurimā pulcherrimāque haec eluuie ſtrepitus eiuſdem ſiti loci, Geneuæ iuxta Rhodanum & *Arue* Rhodanoam in amœnis Vrbi adiacentibus *Tampo*, *derriere le Lac* dictis.

Porrò Saponariam calidam & ſiccam eſſe temperie atteſtatur Dodonæus ac facultate abſtergēdi haud exiguā præditam. Præſſa nitroſum emittit ſuccum, qui ſcabiem & omnes cutis fœditates abſtergere valet, maximāque etiam cum violentis ſternutamenta excitat. In coronas ob floris ſuauiſſimum odorem & pulchritudinem admittitur. Maculas vitiligoſas vaſtium tolli, ſi cum hac Herba lauentur, extra controuerſiam verum eſt. De ea, & de Struthio & Lanaria herba, *Plura in Appendice*.

CENTAVRIVM MINVS; Germ. *Tauſendguldenkraut*: Gall. *Petite Centaurée*: Ital. *Centaurea minore*.



Plantarum quæ *Centaurij* nomine traduntur duo conſtitui faſtigia vulgò notum eſt, *Maius* ſcilicet & Minus. De illo in Sciagraphiæ huius Claſſe XXV. actum: de hoc iam Nobis ſermo.

Id ſic deſcribit *Dioſcorides*: Cētaurium paruum, at, quod aliqui *Leptaneum* vocāt, quòd humecta amet loca, Herba eſt Hyperico aut Origano ſimilis. *caulem* habens palmum excedentem, anguloſum: *florem* ad Lychnidis florem ſimilitudinem accedentem, è puniceo ſcilicet colore ad purpuram inclinantem. *Folia* prælonga, minuta velut Rutæ. *Semen* Tritico ſimile. *Radix* parua, lævis ſuperuacua, atque [vt & flores ac folia,] inſigni amarore prædita. *Eadem habet & Plinius*.

CENTAVRIVM MINVS PERFOLIATVM, Luteo flore.



Centaurij minoris aliquot obſeruantur Differentiæ: in magnitudine ſcilicet, ſiquidem in humidis cubitale eſt: in aridis verò multò minus. Deinde in floris colore, qui vt plurimùm in purpura rubet, & nonnunquam etiam albus eſt & ferrugineus, vel etiam luteus.

Vulgare purpureum loca amat herboſa, arattro non proſciſſa, aliquātulùm vligua, Iulióque & Auguſto floret. Baſileæ propè Leutrach, & circa Dornacum in ſyluis frequens eſt & circa Geneuam etiam in ſyluis. Flore luteo vidimus Tiguri in collibus, Geneuæ, Monſpelij & Bononiæ in pratis vdis. Iiſdemque eam præterea pollet viribus, de quibus in Appendice.


BEEN ALBVM OFFICINARVM.



Lignoſâ *radice* craſſâ & albâ, *caules* emittit cubitum & ſeſquicubitum altos, tenues, tereteis, læues, geniculatos, in alas circa ſummum diuiſos. Ad ſingulos articulos *folia* bina oppoſita naſcuntur, Lychnidis formâ, ſed penitùs glabra, ſubacria & obſcurè amara. *Flores* ex calycibus paruis prominent, albi, vel ex albo purpuraſcêtes, ex quinque bifidis foliolis compoſiti, *ſtaminibus* purpuraſcentibus medium occupantibus: Calyces poſtea *pericarpia* continent Lychnidis *ſeminibus* plena.

Duû n eſt generum, vnum montanum, quod altius, & alterum pratenſe. Vidimus Nos Monſpelij, Lugduni, Geneuæ & Baſileæ, in ſyluis, aruis, pratis & parietinis: De *viribus* ad latus ſequ. Figura.

BEHEN ALBVM RAVVVOLFFII, FOLIO LApathi, flore luteo, & radice longâ flexili.



Ad radices montis Libani prouenire hoc *Behem album* author eſt Rauvvolffius, atque eſſe verum *Behen Arabum*, eoſque etiam noſtro ſæculo *Behen achmar* vocare: & *Behen abiad*, id eſt, Behen album.

Cæterùm quamvis *Been albi* vulgò dicti facultates incompartas crediderit Dodonæus: Id tamen commendat Tragus ad fomenta & balnea ſudatoria, quibus induratos neruos emollire anritimur. Succus, authore Schvvenckfeldio, ophtalmiâ calidam tollit, & dolores oculorum mulcet. Semen pituitam purgat & Comitialibus datur: atque etiam ægris neſcientibus ſuppoſitum Coitum molliri creditur.

GRAMEN FVCHSII, SIVE LEVCANTHEMON.



Tenui & infirmâ radiculâ, ſummo ceſpite genitulâ â, repit. *Caliculi* inanes, quadrati, dodrantales & cubitales, geniculis diſtincti: ad quorum vnumquodque bina *folia* graminea, acuta & rigida: ea quorum alii *pediculi* exeunt tenues, hirſuti, quibus inſident *floſculi* amœni, candidi, è quinque foliis profundè fiſſis & ſtriatis compoſiti, cum *apicibus* croceis, & calyce virente. *Floribus* ſuccedunt vaſcula, in quibus *ſemê* rotundum continetur.

Euphraſiam vocant nonnulli, *Gramen leucanthemon* aliqui, *Gramen nodoſum* alii, *Gramen virgineum* Tabernæmontanus.

Abundat variis locis in ſepibus, floretque Aprili & Maio: refrigerandique & ſiccandi vi pollet.

GRAMINI FVCHSII SIVE LEVCANTHEMO affinis & ſimilis Herba.




Seriùs hoc floret, tenuioribus quadratis viticulis, *floſculis* ex longis pediculis lactis, è bis ſenis foliolis, priore illo minoribus, compoſitis, cum *apicibus* ſubflauentibus. *Capitula* minora, oblōga, *folia* breuiora, repanda, bina. *Radix* ſimiliter fibroſa, ſerpens.

Tabernæmontano dicitur *Gramen floridum minus*.

Obſeruauimus Geneuæ & Tiguri in dumetis florentem menſe Maio, atque etiam prope Maſmünſter. Montbelgardi in S.P. Hurtelpontè creſcebat.


VACCARIA Gall. *L'herbe aux vaches.*



Caule ſurgit ſingulari, cubitali & altiore, læui, tereti, concauo, qui circa faſtigium in oppoſitos diuaricatus *ramos*, atque hi in alios, ſitu ſemper contrario. *Folia* ad caulis genicula bina ex aduerſo naſcuntur, ex glauco pallentia, oblonga, acuminata, alis ſuis ita caulem amplectentia, vt ab eo traiſadigi videantur. Singulorum extremis *flos* inſidet rubeſcens, quinque cōſtãs foliolis, paulùm è *calyce* prominēs. *Semen* paruum, nigrum, rotundum. *Radix* lignoſa, candida, recta, fibras è latere ſpargens.

Vaccariam plantam vocãt Herbarii, quòd eam libenter vaccæ depaſcantur. Variat autem magnitudine, foliorũ latitudine, & florum colore rubro vel pallido. Flores Iunio.

PARONYCHIA ALSINEFOLIA INCANA.



Paronychia, authore Dioſcoride, exiguus eſt frutex, in pratis naſcens, Peplo ſimilis, minor longitudine, & maioribus folijs. Illita paronychias atq; fanis remedio eſt;

Ab affectu nominata eſt, ut Galenus, ſanat enim paronychias & fanos. Viribus eſt tenuium partium, tertióq; ordine excalfacit & ſiccat.

Paronychiam gigni etiam in veterum ædificiorum parietibus, & ſiccis arborum truncis, ſcribit Matthiolus, foliis Peplo aut Rutæ ſimilibus, adeò ut parua pallentibus, potiúſque maculis reſperſis Hæmionitidis vel Phyllitidis modo. Vidimus Nos Monſpelii prope ſyluam quã itur *Aigremont*, florentem Iunio.

MYOSOTIS, SIVE AVRICVLA MVRIS:
Germ. *Menſs orlin*: Gall. *Aureille de ſouris.*




Auricula muris vulgaris, quam hîc pingimus, capillaribus fibris radicatur. *Cauliculi* palmares aut dodrantales, partim erecti, partim ſupini, tenues, teretes, hirſuti, inanes: ad quorum ſingula genicula bina *folia* oppoſita, muſculorum aures acutas hirſutaſque ad vnguem exprimunt, ſapore nullo. *Floſculi* exigui, colore albo, quos excipiunt loculi longi, tereti: in quibus *ſemen* copioſum.

Viret in agris & in hortis tot. Hyeme, Maioque Iunio & Iulio floret.

An Thalii *Aſine hiſpida*, paſſim in locis humidioribus proueniens?

MYOSOTIS, SIVE AVRICVLA MVRIS
pulchro flore albo.



Radice tenui, vario repente vagante, fibrarumque è geniculis demiſſarum ope, rurſus terram apprehendente, conſtat. *Caules* teretes, hirſuti, geniculati, in ramorum faſtigio *flores* habent amœnos, lacteos, quinque foliis aliquantique in medio viridi diuiſurâ inciſis & ſtriatis conſtantes, quos foris ad baſin totidem hirſuta foliola ſuſtinét, in medio verò *ſtaminibus & ſtilo* coloris lutei. *Folia* ad genicula bina ferè oppoſita, hirſuta, ſemencia longiora, ex latiore baſi ſine pediculo ſenſim in acumen deſinentia.

Prouenit in locis herboſis arenoſis, nec frequens admodùm occurrit.


MYOSOTIS, SIVE AVRICVLA MVRIS
folio tenuiſſimo.



Ramulos multos dodrantales, ligneos, à *radice* craſſa, dura & perenni emittit: ac per eorum genicula *folia* tenuiſſima multa conferta. *Flores* magni ſunt & albi, proximè dictę Auriculæ muris floribus ſimiles.

Minimè autem vulgares ſunt hæ plantæ, nec vbique proueniunt. Eas obſeruauimus in montibus circa Geneuam & Montbelgardum, ac in collibus Rheno adiacentibus, nec vſquam alibi.


MYOSOTIS, SIVE AVRICVLA MVRIS
alpina glabra: Lychnis glabra minima.



Duriuſculis & craſſiuſculis *radicibus* nititur, albis, non admodum fibroſis. *Cauliculi* pluſculi palmares, tenues, lęues, inferius rubentes. *Folia* oblonga, glabra, acuminata. *Flores* ſurrecti, candidi, foliolis quinque per extremum denticulatis, cum apiculis in medio. *Calyces* ſtriati & ſupernè nonnihil fimbriati, *Semen* in vaſculis tenue.

Cęterùm ſiccæ eſt naturæ auricula muris, in caliditate verò temperata. Flores cardiaco morbo medentur, cum ſúmque aqua puerorum Epilepſiæ. Extrinſecus ad paralyſin & neruorum reſolutionem extollitur.

ALSINE, SIVE MORSVS GALLINÆ: Germ.
Hünerbiſs: Gall. *Morgelaine*: Ital. *Gallinella.*



Alſinem quidam *Myos ota* dicunt, inquit Dioſcorides, ex eo quòd folia Auriculæ Muris ſimilia habeat, *Alſine* verò dicta eſt, quòd opaca (lucos, quos Græci ἄλση vocant) nemoroſa; loca amet.

Radiculis eſt capillaribus, humi ſtratis, tenellis, hirſutis, ſubrubentibus, geniculatis *viticulis*. *Folia* Anagallidis, ſubhirſuta, ex geniculis ſimiliter aduerſa guſtu fatua. *Floſculi* candidi ſtellati, minores. *Semen* Papauerinum, ruffum.

Alſinem vulgarem hîc pingimus, quam quidam *Hippa moneem* vocant, alii verò, ob foliorū ſimilitudinem, cum Anagallide perperam confundunt, nec minore lapſu *Telephium Dioſcoridis*, *Plinij & Serapionis* eſſe, iudicat Tragus.

ALSINE MAIOR REPENS, PERENNIS.



Quamvis Dioſcorides, Plinius & Galenus, vnam tantùm *Alſinés* meminerint, plura tamen eius genera, vt ex ſequentibus patebit, obſeruarunt Recentiores.

Alſinem, ſiue Morſum gallinę *maiorem*, hîc pingimus, quæ inter vepres, in dumetis ſub rubis, locis opacis & ſilueſtris, itemque prope fontes & defluentes aquas, creſcit. Floret Æſtate & Autumno.

Vulgaris paulò ante picta lucos & humentia etiam amat; ſed in hortis, ſegetes, olera, & in vineis etiam enaſcetur.

Alsine plantaginis folio.



Alſine vulgari perſimilis eſt hæc. *Radix* fibris ſtamineis capillata: *ramuli* conformes, piloſi, quemadmodum & *folia* longiuſcula pediculis ex nodis appenſa, ſubrotunda, hirſuta, nigriora. In eo tamẽ differentia notabilis, quod per longum neruí Plantaginei decurrant. *Floſculi* parui, albi, Alſines iam dictæ.

Hanc obſeruauimus prope *Liſle* Burgundiæ in vineis. An Geſner. hort. *Alſine hirſutior & nigrior*? An Lobel. *Hippia maior*? An Dodon. *Alſine marina*?

Alsine minima.



Per omnia minor eſt hæc, tenellis *ramulis* & hirſutis donata, magnâ ſui ex parte ſimplicibus: *foliis* minimis, Alſines mediæ minoribus, nigricantibus, paulùm hirſutis, pediculo breuiſſimo nixis: & *flore* ſimiliter albo. *Semen* in pericarpiis minutiſſimum, ruffum.

Cæterùm inter Plantas quæ Alſines nomine donantur, recenſentur *Polygonum petræum*: *Saxifraga alba petræa*: *Burſa paſtoris minima*: *Aſperula*: *Parietaria*: *Cucubalum*: atque *Auricula muris* & *Anagallidis* ſpecies variæ.

Alsine tenuifolia.



Radices habet nomerosas, albicantes, lignoſas, multifidas: ex quibus ſurgunt *cauliculi* palmares & ſeſquipalmares, teretes, ramoſi: ad quorum nodos *folia* bina naſcuntur, Tunicæ minimæ, longa & tenuia. *Floſculi* faſtigiis hærent ramulorum, pediculiſque longis ex foliorum ſinu ortis, parui, candidi, ſtellati.

Monſpelii floret in agris Aprili.


Alsine muscosa quibusdam.



Tenella admodum & infirma eſt plantula, veluti muſco ſuperficiem terræ operiens. *Cauiculis* palmaribus aut bipalmaribus, prætenuibus & ramoſis: ad quorum nodos *folia* adnaſcuntur vncialia & ſeſquiuncialia, fili inſtar tenuia, latè virentia. *Flores* minimi, ex quatuor foliolis conſtantes, albi, ſpergulæ facie & formâ, cum apiculis albiſſimis in medio. *Flores* ſequuntur capituli exigui, ſpadiceo aut atro-rubente *ſemine* farcti. *Radix* gracilis, articulatim fibrata, tortilis.

Montium ſummis aduſtis vmbroſis vdiſque gaudet.


Alsine corniculata Clusii.



Palmaris eſt hæc herbula, vnico *caule*, qui in aliquot ramos diuiditur, conſtans, eoque geniculato, tenero, ſubhirſuto, vt Alſines vulgaris. *Foliis* eſt etiam Alſines foliorum æmulis, paulò longioribus, ſubhirſutis, inter ſe oppoſitis, & ex interuallis geminis. Alarum caulis inſident *flores* puſilli candicantes, quibus ſuccedunt membranacea & tranſparentia *cornicula*, gallinaceorum calcarium formâ, quæ lento quodam conſperſa humore à tangentibus deprehenduntur. *Semen* in illis exiguum, nigrum. *Radix* inutilis & annua.

Inter ſegetes Salmanticenſi agro frequens eſt.

Alsine longifolia, vliginosis prouenîens locis.



Radicula huic tenues ſerpentes. *Caules* pedales, quadrati, infirmi, ad quorum genicula *folia* bina, Gratiolæ foliis paria, minora, nec per ambitum ſerrata, in acumen deſinentia, glabra. Flores extremis inſident ramulis, Alſines vulgaris, ſtellati, albi. Viſcidos & fatuos herbæ ſapor.

Prouenit in vliginoſis montium locis.


ALSINE FOETIDA FAB. COLVMNÆ ; FLOSculis ex albido virentibus : ſemine Cannabino.



Hanc pro Dioſcoridea Alſine obtrudit Columna, ſed perperàm, ut ex ſolo odore fœtido ſatis conſtat. C. Bauhinus in Phyt. *Alſinen Parietariæ foliis* cognominat. *Cymbalaria* ... in Baldo, ... H Bellus, & idem C Bauhinus.

Loca amat eadem quæ *Helxine*. Bauhinus autem ex ... *Caprarii*, vbi frequens pòn ..., ducta ... Columna. Nobis ... Montbelgarti ... S.P Horn ... Vere floret, atque Æſtate perſeuerat.

ALSINE SERRATO FOLIO GLABRO.



Pumila eſt planta, è *radice* alba fibroſa, *caules* aliquot fundens rubentes, ... bi hirſutos, articulatos: ad quorum ſingula genicula oriuntur *folia* parua bina ſemper aduerſa, neruis rubentibus interſecta, lõgiora quàm latiora, ſerrata, vt Chamædryos vulgaris, glabra, breuiſſimis pediculis appenſa. Ex alis *pediculi* ſemunciales, foliolis quatuor circum ſeptum ſuſtinẽts *floſculũ* ex quatuor foliolis cæruleum, ſtriis albis, inſernè candidis, *ſtaminula* pauca & ſtylum ſecum circumſtantibus. Floribus decidentibus ſuccedunt *folliculi* bipartiti, in quibus *ſemen* rotundum.

Prouenit paſſim in hortis, Vereque & Æſtate floret.

ALSINE SERRATO FOLIO HIRSVTIORE, FLOribus & foliolis cauliculis adhærentibus.



Radice nititur tenui fibroſâ: *caules* fert multos dodrantales, maiores ac minores, rectos, parum ramoſos, in principio rubentes, hirſutos. *Folia* longiuſcula, minus profunde ſerrata, omnino hirſuta, caulibus immediatè hærentia. *Flores* parui quadripartiti, purpuraſcentes, ſtriati. Sapor plantæ ... aricána.

Naſcitur in editis & Sole illuſtratis ſaxoſis incultis locis, atque etiam interdum in parietibus, & ſiccioribus pratis. Floret Aprili & Maio.

Cæterùm ad citlenia & vetera, imo vlcera tum vulnera, lauanda confert Alſine: ac Scabiei & omnibus cutis vitiis medetur. *Plura ad latus ſequentis Figuræ.*

ALSINE OBLONGO FOLIO SERRATO, flore cæruleo.



Angulosos *caules* emittit, palmares & ſeſquipalmares, hirſutos, ſatis validos, ramoſos: per quos alternatim *folia* oriuntur ſemunciam aut unciam longa, latitudine ſemunciali per ambitum ſerrata, hirſuta, guſtu glutinoſo. *Flores* parui, cærulei, quibus ſubiecta folia maiuſcula, piloſa: iiſque ſuccedunt *capſula* paruum ſem en continentes. *Radix* lignoſa, alba, multifida.

Vidimus prope Monſpelium, floréntem Aprili & Maio.

Confert Alſine ad tuſſim & vitia pectoris, renumquè & lienis obſtructiones aperit, renes ac veſicam expurgat, atque febres & contagioſos morbos expellit.

ALSINE FOLIO PROFVNDE SECTO, flore purpureo ſiue violaceo.



Aliquãdo dextrum aut triũ vnciarum est plantula hæc, rarò palmaris, *cauiculis* ſuperne ſicc & piloſis, in quibus *folia* oppoſita, in aliquot p... f odas laciniolas ſecta, alia ... integra, ... ſerrata, pinguiuſcula. Ex eorum ſinu ... pecioli floſculos geſtant purpureos, qui bifidas poſt ſe relinquunt capſulas, altàs inter folia ſedent flores. *Radix* parua ...brata.

Reperimus Geneuæ verſus *Chaſtelaine*, inter ſegetes.

ALSINES GENVS FVCHSIO, FOLIO Hederulæ hirſuto : flore Cæruleo.



Geneuæ & Montbelgardi ſpontaneam habemus in hortis, Februario ac Martio florentem.

C. Bauhinus variare ait foliorum magnitudine & paruitate, atque etiam flore colore purpuraſcente aut lacteo.

Alſinem Hederaceam inſcribunt Tabernamontanus & Hortus Luſitanus: *Elatinen* Dodonæus Gall. *Lappaginem Plinij*, Anguillara.

Anagallis : Germ. *Gauchheyl* : Gall. *Mouron* : Ital. *Anagallida*.



Toto cœlo errant Pandectarius & Sanctes ad-ynus, qui Anagallidem cum Auricula muris confundunt: ut ij etiam qui eam *Alſinem* vel Morſum Gallinæ, *Hippiam* & *Corchorum vocant*.

Sexu & floris colore diſtinguunt Dioſcorides & Plinius Marique, *quem hîc pingimus*, florem tribuunt phœniceum: Fœminæ verò cœruleum, nec aliter differre tradunt. Frutices ſunt parui, tenelle, per terram fuſi, folia habentes in quadrangulis cauliculis parua, ſubrotunda, ad Helxines ſimilitudinem, fructum rotundum.

Naſcuntur in hortis, aruis, vineis ac iuxta ſemitas, totaque Æſtate florem faciunt.

Anagallis coervlea foemina.



Flore cœruleo excepto, Mari cætera eſt ſimilis: Albam multûmque fibroſam *radicem* habet, ex qua *ramuli* palmares, ſæpe ſupini, quadrati, oriuntur, in quibus *folia* ad nodulos naſcuntur, ſine pediculo, ex aduerſo poſita, ſapore ferrido. Ex foliorum alis pediculi prodeunt longi, tenuiſſimi, quibus inſident *flores* cœrulei ex quinque foliolis radiatis cœruleis conſtantes, apiculis ſtaminum luteis. *Capitulum* ſuccedit Alſines, *ſemine* minuto rotundo refertum.

Prodeſt Anagallis ſerpentum & viperarum ictibus, ſi tuſa vulneribus apponatur, vel ſi bibatur eius decoctum. Aqua ſtillatitia in peſte multùm laudatur.

Anagallis serpillifolia aqvatica: Anagallis lutea.



Anagallidem Serpillifoliā aquaticam hîc pictam reperimus prope *Luteram*, vrbem Principis Mau bacenſis, atque etiam inter *Maſmunſter* & *Baſſort*, prope ſtagnum. Floribus autem pulchrè ornata erat Maij principio. Trago eſt Sy odorati genus.

Præter verò *phœniceam* & *cœruleam* Anagallidem, Veteribus cognitas, innotuit Recentioribus & tertia, *Lutea* ſcilicet, cuius meminère Herbarij plærique omnes, ac quam Nos in Sylua *la Cheſnoit* Monbelgardo proximâ inuenimus, indéque in S.P. hortum tranſtulimus, vbi tota Æſtate floret.

Anthyllis : Germ. Gall. & Ital. *Anthyllis*.



Anthyllidem duûm eſſe generum author eſt Dioſcorides: Ait enim *quandam* foliis eſſe mollibus, alioqui Lenticulæ ſimillimis, & ramulis palmi altitudine, radicéque tenui & parua. Naſci in ſabuloſis, (ſalſuginoſis Corn.) apricis, ſubſalſam guſtanti. *Alteram* verò foliis ramulisque Chamæpyti ſimilibus flore purpureo, radice Cichorii, &c.

Vnam tantùm fecit Plinius, eoque Dioſcoridis primas duas verò eum eo Galenus. Minimè autem hodie inter Scriptores de iis conuenit, his illas, aliis alias, pro *Veterum Anthyllidibus* obtrudentibus. Anthyllidem *Lentifoliam Peplios effigie maritimam* hîc pingimus quæ vulgò pro Dioſcor. prima admittitur.

Anthyllidis species qvibvsdam.



Dodrantalis aut altior eſt planta, propaginibus frequentibus brachiata, adeo notam atque per paginam exortam nodis ſ. *foliis* minimis ſubrotundis ac ualim congeſtis circa nodos veſtita. *Surculi* lignoſi ſunt, ſi... teretes repandi, humíque ſparſi, variéque quaquauerſum brachiati. *Radix* ſingularis.

Anthyllidem Valentinam vocat Cluſius, qui nuſquam alibi ſibi viſam aſſ. noam in Valentiæ, vrbis in Hiſpaniis foſſis: & primam Dioſcoridis eſſe negat cui tamult tecti. *Anthyllidem marinam Narbonenſium*, *Chamæſyce facie*, Lobelius. *Peplidem Dodonæi*, *Chamæſycen* Tabernamontanus: *Anthyllidem maritimam Chamæſyca ſimilem*, Caſp. Bauhinus in Phyt.

Anthyllis nivea, paronychia Hiſpanica Cluſij.



Aſpectu pulcherrima eſt planta, ſparſa per terram, dodrātalibus, tunceis, *caulibus* è quorum nodis alternatim prodeunt propagines verticales, glomeratis confertiſſimis ſquammulis argenteis onuſtæ. *Radix* lignoſa, alba, craſſiuſcula, longa, multifida.

Polygonum montanum niueum, *minimum & ſerpens* Lobelio.

Vidimus in maritimis inter Bellelucanas thermas & Agdam Galliæ Narbonenſis. Quam verò ante depinximus *Lentifoliam Peplios facie Anthyllidem*, in Angliæ Auſtralium inſularum ſabuletis, & arenoſis depreſſis apricis nata prouenire ſcribit Lobelius.

De Anthyllide plura in Appendice.

NVMMVLARIA, ſeu CENTIMORBIA: Germ. *Pfenningkraut*: Gall. & Ital. *Nummularia*.



Longis ſed tenuibus *viticulis* angulosis proſerpit, quarum geniculis ex breuioribus interuallis, *folia* bina, oppoſitè adnaſcuntur, Anagallidis, rotundiora, & nonnihil criſpa. Ex quorum alis *flores* pediculis, quinque foliis, raritateque, Anagallidis luteæ, ac eodem quoque colore præditi, & ſapore, vt foliorum adſtringente, quinque foliis conſtantes, quæ totidem *capſulis* viridantia folia ſuſtinent. Capitulum Alſinea, *ſemine* minuto refertum.

Inter ſcrobes & fluenta aliaque riguo loco prouenit, ſubinde & in humidis reperitur ſyluis: atque à Maio menſe in multam Æſtatem floret.

NVMMVLARIA RVBRA.



Longiuſculis tenellis *ramulis* coniugatim ex breuibus interuallis adnaſcuntur *foliola*; Chamæſyces foliis paria, latiora ferè quàm longiora, mollia, glabraque: quorum ſinu *pediculi* prodeunt tenues, longi, ſingulares *florem* gerentes minuſculum, rubrum, Anagallidis phœniceæ flori ſimilem.

Monſpelii iuxta montem Calcaris vidimus.

Nummularia porrò dicta fuit hæc planta à foliorum formâ, quâ Nummi ſimilitudinem refert. *Centimorbia* vel *Centummorbia*, à mirifica facultate & efficacia, quâ aduerſus plurimos morbos, plurimáque vlcera, pollet. *Plura in Appendice.*

ELATINE, MORSVS GALLINÆ: Germ. *Hünerbiſs*: Gall. & Ital. *Elatine*.




Quæ Græcis Ἐλατίνη, Latinis *Elatine* dicitur, & Arabibus *Athin*, à Dioſcoride & Plinio deſcribitur, folio *Helxines*, ſed minore rotundiorique, paruo: ramulis & dodrantalibus *ramulis* foliis plenis. Naſcitur in ſegetibus & cultis.

Apud Recentiores autem Elatines nomen obtinuere variæ Plantæ, *Nummularia*, *Helxine*, *Hedera terreſtris*, *Rapiſtrum*, *Elaterium* & *Veronica*, *Alſineſque* & *Auricula muris* ſpecies variæ. Quàm aptè verò vel ineptè, ex earum plantarum cum hac collatione patet.

Duplex porrò omnium conſenſo conſtituunt Elatine, *Mas* & *Fœmina*. Marem hic Nos pingimus, quem pro vera & legitima Veterum Elatine admittunt pleriſque omnes.

ELATINE FOEMINA, FOLIO ANGVLOSO.



Mas ex radice parua, albaque lignola, crebros per terram expandit *viticulas*, vel nihil vel minimùm humo ſe tollentes, tenues villoſos, & ſubinde nonnihil ramoſos. *Folia* quàm veronicæ minùs acuta, rotunda ferè, mollia lanuginoſa, ſapore amareſcente. Ex eorum alis ſemuncialis & longior, ſubeſcens & villoſus enatus pediculus *florem* ſuſtinet foliolis virentibus hirſutis conſitum, Linariæ quodammodo ſimilem, calcari labelloque ex herbido flaueſcente, ſ pectore aduerſâ laciniâ pullâ, ſub qua latent *apiculi* parùm nigri. *Semen* in vaſculis rotundum.

Fœmina magis eſt ſeſſilis, atque humo attollitur: Folia habens Ciſſampeli, atque in cæteris Mari ſimilis.


Plura in Appendice.

POLYGONVM ſiue CENTINODIA: Germ. *Vvegegraſs*: Gall. *Renouée, Corregiole*: Ital. *Corregiola*.



Ad multas ſtirpes, vocabuli vim ſi ſpectes, extendi poſſet Polygoni nomen, à ſeta, ex frequentium geniculorum, aut, vt alii volunt, ſeminum multitudine deducta. Eximio primis tamen meruit paſſim obtinere *Polygonum Gramen*: quod ex *radice* dura, lignoſâ, contortâ, multis fibris capillata, *viticulas* ſuas emittit cubitales, teretes, ramoſas, ſtratas, frequentiſſimis geniculis interceptas. *Folia* ex geniculis ſolummodò exeunt, Oleæ ſ. Rutæ horum ſimilia, tenera, guſtu viridulo. *Floſculi* ſecundùm caulem ad nodos puſilli, colore ex albo purpuraſcente: quibus *ſemina* ſuccedunt nigra, cantia, triquetra, Lapathi æmula.


POLYGONVM ANGVSTIFOLIVM DVPLEX.



Diſtinguitur vulgò in *Marem* & *Fœminam* Polygonum, quas ſpecies vno Capite complexus eſt Dioſcorides. Quia tamen *Polygonum Fœmina* facie & naturalibus cum Equiſeto magnâ habet conuenientiam, Nos in eorum *Claſſem* referendum duximus: hîc Maris tantùm hiſtoriam & ſpecies traditur.

Polygono autem *Vulgari Mari* ſimilia ſunt, ſimilia hujus Polygonum anguſtifolium quod hîc pingimus. *Radiculam* habet teneram, albam: *ramulos* admodum multos, longe lateque ſupra terram reptantes fundentes: *folia* quoque Centinodiæ ſimilia, ſed minora acutiora, eadémque nunc breuiora & latiora, nunc longiora & anguſtiora.

Polygonvm marinvm maximvm.



Prolixas habet *radices*, lignoſas, craſſiuſculas, contortas, nigras. *Viticula* ſupinæ, craſſiores quàm Polygoni vulgaris, frequentioribus breuioribúſque internodiis interceptæ: nec foliis tantùm maioribus candidioribúſque, ſed ſquammis etiam pellucidis, tenuibus & albicantibus veſtitæ. *Flores* pulchri numero & magnitudine vulgaris flores vincunt. *Semen* nigrum, triquetrum, Oxyliſis ſemini ſimile.

Abundat iuxta Adriaticum Mare, ac etiam circa Narbonam.

Polygoni anguſtifolii duplicem Tabernæmontani varietatem vnicâ præcedente Tabellâ expreſſimus.

Polygonvm pvsillo vermicvlato Serpylli folio.




Rara ſatis eſt planta. *Ramulis & cauliculis* ſere cubitalibus prolixis, gracilibus, Serpylli humi ſparſis, lignoſis. E geniculis folia prodeunt tereti, ſucculenta, Aizoi vel Illecebræ, Thymo putato noſtrati æqualia & ſimilia. *Radix* prælonga, lignoſa, ſapore amaricantis calidiuſculi. *Lobelius.*

In collibus maritimis Galloprouinciæ luxuriat.

Cæterùm Polygonum, authore Galeno, adſtrictionem quandam obtinet, atque in ſecundo eſt ordine refrigerantium, in tertio verò ſiccantium. Cruenta vulnera glutinat: herpeticáque vlcera, & partium inflammatione & fluxione laborantium, remedium eſt.

Polygonvm polonicvm cocciferum: et aliæ Polygoni Maris Differentiæ.



Tenuiſſimis & mucronatis prodit *foliis*: *cauliculis* nodoſis, exalbidis, & *floſculis* in cacumine candidis, ſatis ſquammas viteſcentes. Ad *radices* autem ipſius *coccum* adnaſcitur elegantiſſimo rubore ad Charmeſina tingenda commendatum, inquit in Epit. Matthioli Camerarius, addens a Polonis, apud quos in arenoſis locis reperitur, *Kofmarzk* appellari.

Polygoni aquam aduerſus vomitum, alui profluuia & dyſenteriam, laudant plerique omnes. Idque ab eſſectûs præſtantia *Sanguinariæ* nomen obtinuiſſe perhibet Fernelius: quòd eo, ſiue integro ſiue tuſo, ſtillanti parti inducto, ſanguis coëat, in grumos concreſcat, & non ampliùs effluat.

Polygonvm parvvm, flore albo verticillato.



Palmaribus aut *ſeſquipalmaribus* conſtat *ſurculis*, gracilibus, rigidulis, geniculatis, & in alios minores diuiſis: ex quorum geniculis, voclam ferè à ſe inuicem diſtantibus bina emergunt foliola, Herniariæ ferè, ſed Chamæſyces inſtar rotunda. Inter quæ floſculi ex gui, candicantes, verticillatim in tenuiſſimos apiculos faſtigiati. *Radicula* exigua fibrata.

In ſcrobibus, foſſis & agrorum marginibus luxuriat.

Polygonum nocuam omnibus herbam facit C. Stephanus: ſiquis ſcribit inſtar ventrem, ſicca veſcantur.

Polygono affinis planta linifolia, Millegrana minima quorumdam.



Ex *radice* quæ tenuis, ſingularis, interdum multifida, à ba *folia* emergunt, Lini vel Linariæ; *caules* autem tenuia: ex illis, vel prodeuntes per terram ſparguntur, palmares aut etiam dodrantales, tam ſi, foliis nullo ordine poſitis veſtiti, Polygoni minores, cæſii coloris, ſapore nullo euidenti. In extremis ramulorum aceruatim congeſti *floſculi* numeroſiſſimi, Polygoni floribus ſimiles minores, exterius purpuraſcentes, intus albi, caudam Heliotropii, vel Scorpioidis aquatici, circumflexu imitantes. *Semina* parua, albis virentibúſque ſtriis variata.

Naſcitur in cultis locis.


Camphorata Monspeliensivm Germ. *Kamfferkraut von Monpelier.*



Radicem habet pollicaris ferè craſſitudinis, & multorum capitum: *caules* emittens lignoſos, craſſiuſculos, cubitales aut breuiores, ramoſos, ſubhirſutos, albicantes: per quos viſuntur alternatim poſiti: è quorum ſingulis conſerti ſtriata prodeunt *foliola*, tritenter non excedentia, tenuia, pilóſa, mediocriter rigida, odore aromatico, ſapore aliquantùm acri.

In ſqualidis & arenoſis locis vià quâ itur Frontignanum ſpontaneè naſcitur. Ea verò Nos Montbelgardi in S.P. horto colimus.

HERNIARIA, HERBA TVRCA: Germ. *Harnkraut*: Gall. *l'Herbe au Turc*: Ital. *Millegrana.*




Latè ſubiectum ſolum opacat, lexaris lætâ complexium *ramulorum*, quos ex puſilla *radicula* fundit, hinc inde ſparſos, teretes, crebertimis *geniculis* interceptos: ad quorum ſingula aduerſa *foliola*, Serpylli minora, ex viridi lutea, guſtu acri: iiſdemque locis erumpunt minimi in modum numeroſi *floſculi*, ex apiculis luteolis compoſiti.

Herniariam & Lithontribon vocant aliqui ab effectu: *Herbam cancri minorē* Geſnerus: *Polygonum minus* Cluſius, Matthiolus & Caſp. Bauhinus: *Millegranam & Herbam Turcam* multi. An Elleborine Veterum?

Duûm autem eſt generum *hirſuta & glabra*, quam hic pingimus.

HERNIARIA HIRSVTA.



Variis locis ſponte in aridis & ſabuloſis locis prouenit vtraque Herniaria: in hortis verò etiam coli obſeruauimus: vt Tiguri, Baſileæ & Patauii: ac ipſimet etiam in S. P. horto habuimus Montbelgardi.

Vires quod attinet: Herbæ decocto in calculo fœliciter propinari perhibet Cluſius & Camerarius. Tres verò illi inſignes facultates tribuit Anguillara. Succus ait, potus, aut herba eſitata, emplaſtriue modo plagæ impoſita, morſis à vipera auxiliatur. II. Emplaſtrum ex eo Herniam miré reſtituit. III. Iecori prodeſt & Ictero. Puluis boum & equorum vulneribus inſperſus, vermes in iis necat.

HYPERICVM, ASCVRON, ANDROSÆMVM CORIS: Germ. *S.Iohans kraut*: Gall. *Mille pertuis*: Ital. *Hyperico.*

Vnius eiuſdémque familiæ ſunt Plantæ quæ *Hyperici, Aſcyri, Androſæmi & Corist* nomine traduntur: ſed omnis tamen certus diſtinctæ, vt ex ſequentibus patebit.

In *vulgari Hyperico*, quod hic pingimus, ex *radice* lignoſa, multifariam diuiſâ, & buxeo cortice intecta, virgulæ ſurgunt complures, rigidæ, lignoſæ, rotundæ, ſubrubentes, in ramos diuiſæ, cubitum vnum aut duos altæ. *Folia* Maioranæ, glabra, innumeris foraminulis pertuſa. *Flores* in extremis ramulis copioſi, lutei, ex quinque radiatis foliis compoſiti, apicibus multis concoloribus. *Semen* paruum, ex nigro ruffum, in rotundo oblongum, &c.

Vbique vulgatiſſimum eſt & viſitatiſſimum.

Figuram hic non exhibemus, quia parata non erat: eam habebit Lector in *Appendice.*

HYPERICVM ASCYRON DICTVM: Germ. *Harthevv*: Gallis antiquis *Iaunette.*



Ex *radice* fibroſa, reptante, rubente, *caules* emittit Hyperico vulgari pares, quadratos, rubeſcentes, ramoſos. *Folia* ortu & magnitudine vulgaris Hyperici foliis etiā reſpondent, verumque tamē latiora & neruoſiora, nullis potis pertuſa. In *floribus* etiā vix quicquam diſſimile, ac ſimilis etiam *vaſcula & ſemina.* Quin in hoc, ſicut in illo ſapor foliorum ſiccus & adſtringens, ſeminum verò reſinoſus: atque etiam tam flores quàm Capitula ſcontrita ſanguineum ſuccum reddunt. *Icon*, quæ ex Fuchſianis eſt, non placet.

Amnium riuulorúmque piſcenſium amans eſt.

HYPERICVM ANDROSÆMVM DICTVM.



Duos cubitos altitudine ſuperat *Androſæmi* dicti *caulis*, rigidus, teres, lanuginoſus, cuiuſmodi ſunt & *folia*, adeò vt inferiore parte caneſcant, Aſcyri foliis proxima, quippe neruoſa, ſed longiora, &, Hyperici inſtar, foraminulenta: poſita ſunt autem ex aduerſo ad caulis articulos, ex quorum alis ramuli conſcendunt. *Caulis* circa faſtigium in exiguos ſurculos faceſſit, in quibus *flores* Hyperici vulgaris, conſimilibus ſuccedentibus *vaſculis ſemen* continentibus reſinoſum. *Radix* recta non agitur, ſed in latus frequentibus fibris donata.

Monſpelii, Geneuæ, & Montbelgardi in collibus abundat: Iulioque floret & Auguſto.


HYPERICVM PVLCHRVM TRAGI.



Quod Hyperici pulchri nomine pingit Tragus, *radice* nititur lignoſa rubeſcente: *caulibus* dodrantalibus & maioribus, teretibus, glabris, infrà parte rubentibus, ramoſis, non tamen perpetuò. *Folia* ex geniculis gemina, aduerſo ſitu poſita, ſolidiora, rotundiora & minora quàm in Vulgari, non minùs crebris tamen foraminulis pertuſa. *Flores* lutei, Vulgaris floribus ſimiles, ſed pauci, breuibus hærentes pediculis, binis plęrúmque aduerſis, è foliorum ſinu orti.

In cacumine montis *Balon* reperimus florens Auguſto.

HYPERICVM ELEGANTISSIMVM NON ramoſum, folio lato, non foraminuleuto.



Baſileæ in ſylvis obſervavimus, & Monsbelgardi in colle verſus *Audincourt*, & in colle *la shau*, ac etiam in monte *Raſtberg* prope Maſmunſter. Genevæ verò Nobis in horto floruit Iunio, ex vicino monte *Thuiri* allatum.

Cæterùm calefacit & ſiccat Hypericum, nervoſum genus roborat, Iſchiadicis medetur, menſibus & urinis ciendis confert. Decoctum & potum Tertianæ & Quartanæ Febri medetur. Aquam deſtillatam contra Apoplexiam & morbum Comitialé exhibent nonnulli. Præſertim verò vulnerariis medicamẽtis vulneribus dicatis admiſcetur.

HYPERICVM SYRIACVM ET ALExandrinum.



Sic inſcribunt Lobelius & Tabernamontanus: C. Bauhino verò in Phyt. dicitur *Hypericum 6. ſive folio breviore*. Nec immeritò cùm quadruplò minora, quàm ſint Vulgaris, proferat *folia*, quæ in cubitalibus *virgis* verticillatim exeunt. *Flores* lutei, Noſtratis foliis perſimiles.

Hypericum *Fugam Dæmonum* nuncupant nonnulli, quòd Dæmones fugare credatur, haud aliter atque veneno aliquod Alexiterium reſiſtat. *Perforatum* vocant alii, quòd folia obverſa Soli, innumeris ferè poris, ceu quaſi terebratis, aciem tum noſtram tum Solis radios tranſmittant.

HYPERICVM MINIMVM RVPINVM.



Fibras prolixas pro *radicibus* habet, ex lignoſo principio pendulas. *Coliculi* per humum fuſi, prætenues, palmares & dodrantales, teretes, modò ſimplices, modò in ramulos diducti, per quos *folia* bina ex adverſo poſita, Serpylli folio paria, glabra. *Floſculi* Hyperici vulgaris, lutei, magnitudine ſolâ differentes, numero autem rariores: *Capitula* iidem non abſimili forma.

Reperitur in ſylva Montbelgardenſi *le Cheſnois*, ubi floret Auguſto.

HYPERICVM TOMENTOSVM.



Radice eſt craſſiuſculâ, lignoſâ, rubente: *caulibus* multis palmaribus & dodrantalibus ferè, teretibus, incanis: *foliis* Hyperici vulgaris, ſed albis à lanugine obſitis: *Floribus* luteolis, minoribus & Capitulis obſcurioribus.

Tale habemus inter ſiccas noſtras Plantas.

Admodum autẽ decantatũ Hyperici Oleum, ſic Chirurgis paratur: Accipiunt ſummitatum Hyperici & Olei communis an. ℔ij. Myrrhæ & Gummi Elemi an. ℥ij. Terebenthinæ ℥iij. Aloës ℥j. Thuris & Maſtiches an. ℥ß. Infundantur balneoque in diplomate ex arte.

HYPERICOIDES CORIS QVORVMDAM, & Coris legitima Cretica.



Amœna certè eſt plantula, lignoſis Ericæ *ramulis*, Thymi magnitudine fruticãs, vel potiùs Coris Monſpelienſium, tenuioribus, erectis, in multas alas brachiatis, teretibus, ſubrubentibus. *Folia* ex brevibus intervallis, velut ad articulos, terna, radiata, Ericæ arboreſcentis. *Caulium* faſtigia in ramulos ſubinde abeuntia, longiuſculos *flores* gerunt, planè Hyperici, luteos, quinis radiatis foliis conſtantes, numeroſorum croceorũ *apicum cirrhis* medium obſidentibus. Toti verò flori foliola puſilla viridantia ad baſin ſubiecta.

Florentem Maio vidimus Patavii in horto Bembi,

PHYTEVMA MONSPELIENSIVM.



Radice nititur ſingulari, nullis aut perpaucis fibris donatâ, ſatis craſſâ, lignoſâ, albâ. *Caules* emittit plures pedales, in ramos multos fiſſos, partim rectos partim reclinatos: per quos *folia* oblonga, per extremum obtuſa, ſubinde ſita (ſuperiore præſertim,) mollia, quatuor unciarum circiter longitudine. *Flores* per ramos crebri, albi, è meris ſtaminibus compoſiti, quibus radiata folia viridantia ſubiecta. *Siliquæ* turgidulæ, ſemunciam longæ ſtriatæ, ſuperiore parte perforatæ, *ſemen* claudunt copioſum, nigrum.

Monſpelii præſertim habetur, Aprilique & Maio floret.

De Phyteumate, plura in Appendice.

SICILIAN[illegible] ALIIS C[illegible] ĽIADA [illegible]
[illegible] q ibustioni.



Re[illegible] eitis [illegible] longa [illegible] [illegible] a ta. Helenb [illegible] [illegible] capitulis [illegible] semine [illegible] Plantas [illegible]

TRAGIUM, RUTA HYPERICOIDES [illegible] Siculique affinis.



Tragium in Creta tantum naſci [illegible] ſcont ſes. [illegible] ſco ſimile folia, ſeminibus [illegible] tamen [illegible] [illegible] Gr[illegible] alter u[illegible] nor [illegible] vero [illegible] Primus nunc Terebintho, nunc Iuniper[illegible] Poſteriorem [illegible] quod [illegible] Referente Galeno [illegible] partium [illegible] grad[illegible] [illegible] & La[illegible] [illegible] & has [illegible] pondere pulli.

POL[illegible] MULTIS [illegible] Grai. [illegible]
P[illegible]lygala mini[illegible]



Perceptu [illegible] Polygalam [illegible] sectos, [illegible] flosculorum [illegible] G[illegible]

[illegible] LI [illegible] ICON



Haud aliter [illegible] Flores [illegible] [illegible] conſpicuitur [illegible] idem caulis eadémque [illegible] Ego Polygalum D[illegible] eſſe coniicio, maximéque [illegible] floſculos fert flores [illegible] quod [illegible] & caeruleo [illegible] G[illegible] Polygalon hocce [illegible] Monſpelii, Geneuae & [illegible] [illegible] & Auguſto & Baſilea prope [illegible] Clu[illegible] [illegible] in hortis.

POLYGALA VULGA[illegible] MINOR, foliis latiuſculis.



Ex ea[illegible] intord[illegible] virgulas [illegible] pedal[illegible] folia [illegible] ſe fol[illegible] [illegible] & ipſa [illegible] Quibus [illegible] dunt ſeminum [illegible] [illegible] dix craſſi[illegible] la fibroſa, viuax. Totaque planta amarescit.

Nu[illegible] non [illegible] Pannon[illegible] Clu[illegible] author, cultura autem reſpuit.

POLYGALA VULGARIS MAIOR, foliis anguſtiſſimis.



Paucis aliquot aſſurgit pediculis, pedalibus & minoribus, [illegible] fere [illegible] Polygali [illegible] Ramorum extremis [illegible] colore [illegible] & poſt hos vaſcula [illegible] lucentibus obducta. [illegible] Galliae Narbonenſis lo[illegible] Monſpelium [illegible] Polygala [illegible] colore [illegible] & Romam repertiſſe.

GLAVX & GLAX [illegible]



[illegible] In Zelandia & Anglia [illegible] Vis & [illegible] net, [illegible] culis [illegible] ima est [illegible] polygalo tum maioret [illegible] deindum etiam [illegible] nomen.

ANDROSACES: Germ. Gall. & Italis ANDROSACES.

Androſaces, quod [illegible] Ruellius [illegible] pol-liceretur, nullam aliam appellatio[illegible] apud Scrip[illegible] ſortitum eſſe teſtatur Cluſius.

Herbam eſſe [illegible] ibunt Dioſcorides & Plinius [illegible] ac folia, folliculos in cirrhis habentem, & in his ſemen. Naſci verò in Syriæ maritimis, vrinamque ciere in vino potam: quod etiam habet Galenus.

Matthiolum verò quòd ex Syria hanc [illegible] plantam acceperit [illegible] tò ridet Cluſius, quandoquidem Auſtria, in qua vixit, abundè [illegible] miniſtraſſet [illegible] copioſè inter ſegetes [illegible] It. Nobis Montbelgardi floret Maio & Iunio. Figuram habebis Lector in Appendice.

ONOBR[illegible] LVTEA [illegible]



[illegible]

LEVCAS: LEVCOGRAPHIS.

De Le[illegible] dit Dioſcorides: Leucas montana [illegible] erbaſit, ſemineque [illegible] Eſt [illegible] habetur. Vtraque [illegible] excipere inter notum [illegible] Ruellio, niſi per medium [illegible] Huic [illegible]

[illegible] Matthiolus. Tametſi [illegible] Hermolaus [illegible] Mercurialis eſſe congeneriem [illegible] lineamenta quæ eius faciem [illegible] quem fecerit Dioſc[illegible] putat [illegible] Flos [illegible] cadis [illegible] principium, [illegible] Leucade loquitur, [illegible]

LEVCOGRAPHIS [illegible] nos tradit [illegible] Ruel[illegible] ſtirpem [illegible] candum, cum ſanguine [illegible] Fœminarum [illegible] fluxus, [illegible] vtiliter [illegible] valiis prodeſt. [illegible] Leucadis [illegible] ſibi vendicaſſe, Græca [illegible] inſcriptio.

ICO

CLASSIS XXIX. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE STIRPIVM CLASSIS XXX.

RELIQVARVM CORONARIARVM AGMEN.

Papaver : Græcis Μήκων : Germ. *Magſamen* : Belg. *Maencop* : Gall. *Pauot* : Ital. *Papauero*.
Papauer ſatiuum vulgare.



Apud Dioſcoridem quatuor Papaueris genera proponuntur: *Erraticum*, *Satiuum*, *Corniculatum* & *Spumeum*. Plinius Satiuum quidem aliud facit, & aliud Sylueſtre: [illegible] illud duplex, *Nigrum* ſcilicet & *Album*, ſed indiſtinctè & confuſè de iis agit.

Meliùs autem & diſtinctiùs de *Papaueris Differentiis* egerunt Recentiores: Ex quorum Scriptis colligitur, duo in vniuerſum conſtitui Papaueris genera, *Hortenſe* ſcilicet & *Sylueſtre*. Illiuſque rurſus multas agnoſci varietates: à florum colore, denſitate & figura, atque etiam à ſemine potiſſimùm deſumptas. Sic illius aliud eſt *ſimplex* aliud *Polyanthon*: atque vtrúque vel *album* vel *purpureum*, vel *rubellum*, vel *mixtum*, vel *maculis punctuliſve variatum*. A[illegible] *foliis crenatis*, aliud *minimè inciſis*: Ac denique aliud *ſemine albo*, aliud *incano*, aliud *flauo* aliud *nigro*.

Papaver ſatiuum fimbriatum,
flore purpureo & albo.



Papauer quod in hortis ſeritur, digitalis circiter craſſitudinis habet *radicem*, amaro lacte, ſicuti & tota planta, plenam. *Caulis* cubitum vnum aut duos altos; in alas diuiſus, læues vt plurimùm, at nonnunquam etiam modicè hirſutos. *Folia* Lactucæ; oblonga, laciniata, criſpa, coloris glauci. *Flores* aliis ſimplices, aliis multiplices, fimbriati & non fimbriati, colore albo, rubro, carneo variegato. Iiſque ſuccedunt *Codia*, globoſa, venis oſſis magis minúſve oblonga, alia pugni parua, alia iuglandi, ſtellato operculo intecta: ſeptis membraneis *ſemen* nunc atrum, nunc fuſcum, nunc album, incluſum continentia.

Varie ſeruntur Papauera in hortis, ac nonnunquam etiā in aruis, & florent Maio.

Papaver campeſtre ſpinoſum.



Sylueſtris, ſiue Campeſtris *Papaueris*, quemadmodum *ſatiui*, plurima ſunt etiam diſcrimina: inter quæ præcipuè *Spinoſum*, *Rubrum* Rhœas dictum, *Nigrum* & *Corniculatum*, quod rurſus in aliquot ſpecies ſubdiuiditur.

Campeſtri ſpinoſo, quod hîc pingimus, *folia* ſunt laciniata, ſucco prægnantia, palmum aut ſeſquipalmum longa, vtrinque glabra, mollia, cū venis lacteis in parte ſupina, & ſpinoſis neruulis in poſtica: laciniarum mucronibus in flauentes ſpinas acutas excurrentibus. *Caulis* vnicus minacibus ſpinis armatus, dodrantalis, *Capitula* ſuſtinet aliquot Papaueracea, ſenticoſa. *Flores* Papaueris Corniculati, lutei, quos excipiunt *Vaſcula* vndique aculeis armata, oblonga, canaliculata, *ſemine* referta magno, rotundo, nigro.


Papaver erraticum, Papaver Rhœas : Germ. *Kornroſen feldmagſamen* : Gall. *Pauot ſauuage* : Ital. *Papauero ſaluatico* :



Toto vultu Papauer exprimit, cuiuſque familiæ eſt accenſendum. Eo autem argumento *Fluidum* nuncupatur, quòd *flos*, puniceo colore inſignis, poſtquam è biualui viridante, hirſuto, ac perquā caduco ſuo inuolucro ſe explicuit, non ita multò pòſt decidit, relicto capitulo Papauerino & ſtellato vmbilico.

Reperitur huius generis *Maius* & *Minus*, ac in foliis plùs minúſve crenatis nonnunquam etiam aliqua differentia. Gignitur autem in agris cum omnis fermè generis frugibus, ac non rarò etiam inter Olera, & circa margines agrorum. Maio ac Iunio menſibus venuſtatis & pulchritudinis magnam iam iam floribus ſuis aruis conciliat.


PAPAVER CORNICVLATVM : Germ. *Gehorner Magsamen*: Gall. *Pauot cornu* : Ital. *Papauero cornuto*.



Papauer Ceratites, *folia* habet candida, ait Dioſcorides, hirſuta, Verbaſco ſimilia, in ambitu ſyluestris Papaueris modo ſerrata: caule non diſſimili, *flore* pallido: calyculo Fœnugraeci, in corniculorum modum inflexo, vnde nomen mutuatur: *ſemine* Papaueris puſillo, nigroque: *radice* per ſumma ceſpitum, nigrâ, craſſâ. Naſcitur in maritimis & aſperis: *Sic ille*. Hodie verò quatuor vulgò agnoſcuntur Papaueris corniculati diſcrimina: Eſt enim vel *luteum*, vel *violaceũ*, vel *phœniceũ*, quod rurſus *duplex*.

Luteum hic pingimus quod ſponte copioſum prouenire obſeruauimus inter Ebrodunum & *Granſon*, in arenoſis iuxta Lacum. Floret Maio & Iunio.

PAPAVER CORNICVLATVM VIOLACEVM.



Huic *folia* ſunt multò minora & teneriora quàm reliquis, ac valde minutim diſſecta, non candicantia ſed viridia. *Cauliculi* tenelli, ſubhirſuti. *Flos*, vt in aliis, quatuor foliolis conſtat, coloris ex purpureo cærulei, fugax admodum, & qui leuiſſimâ aurâ excutitur. Illi ſuccedunt *corniculæ* digitali duntaxat longitudine prędita, plęrumque etiam breuiora, exilia, duriuſcula, rigidioréque hirſutie prædita: in quibus continetur *ſemen* exile, coloris ex cineraceo nigricantis. *Radix* tenuis eſt & inutilis, nec ſupra annuum ſpatium durat.

Inuenitur multis Hiſpaniæ locis inter ſegetes, atq; etiam in Narbonenſis Galliæ agris teſtem habemus Cluſium. Seritur etiam in hortis.

PAPAVER CORNICVLATVM PHOENICEVM.




Caules ramoſos luteî caulibus pares habet, reſupinos in humum, teneros: *Folia* verò illius foliis minora, altioribúſque inciſuris inciſa, hirſuta. *Flores* multò minores quoque, colore puniceo, [illegible] intus rubent. Corniculatæ ſiliquæ, lõgæ, [illegible], *ſemen* claudũt nigrum. *Radix* craſſiuſcula, oblonga.

Eſt & huius generis folio glabro, palleſcentéque flore, idque ab hirſuto non niſi [illegible] differt: ætate enim flos pallidior languidiorque euadit, ac ramis & caulibus glabrum redditur.

In Morauia & Bohemia in agris naſci perhibet Cluſius.

PAPAVER SPVMEVM SIVE HERACLEVM.



Papaueris huius meminere Theophraſtus, Dioſcorides & Plinius. Papauer quoddã, ait Theophraſtus, *Heracleum* vocatur, folium habens Struthio, quo lintea dealbantur, ſimile, *radicem* candidam in ſuperficie terræ, & *fructum* iùdidem candidum.

Ignorare autem ab Hercule hoc ſit vocatum fuerit, an ex tam multis quæ toto Orbe fuerunt aliquando illius nominis Vrbes, aliqua, ad quã frequens aut ſpecioſum Papauer hoc naſceretur, nomẽ illi fecerit. Flores à candore & ratione ſpumæ, quas habent peculiares notas, ſpumeũ vocarunt. Ignotam Recentioribus eſſe Herbam ſtatuunt Cordus & Matthiolus.

ARGEMONE VETERIBVS ET IN GENERE
Argemone capitulo breuiore hiſpido.



Argemonen in totum Papaueri ſylueſtri ſimilem facit Dioſcorides. *Foliumque* illi e ſinuit Anemonæ ſimile: *florem* puniceum. *Caput* ſimile Papaueri Rhœadi, & *radicem* rotundam.

Sic Argemonem Papauerum generibus aſſignant ſectâti Ruellius. Sic Cordo, Trago, R. Stephano Rheginno, Matthiolo, Friſchlino & aliis, Argemone eſt quam cum multis *Papauer erraticum* appellauimus.

Eodem autem nomine etiam donantur, *Papauer corniculatum*, *rubrum & violaceum*. *Agrimonia*, *Tagetes Indicus*, *Potentilla*, *Alcea ſiliqua*, & *Chamæmelum* [illegible].

ARGEMONE CAPITVLO LONGIORE
ſpinoſo.



Foliorum diuiſio minuta; Nigellæ citrinæ, pilis aſperis obſitorum, tum per caules tum per ramos aſperos hirſutos naſcentium. *Flores* admodum caduci, purpurei, decuplò minores quàm Papaueris rhœadis. *Capitula* vero poſt ſe relinquunt breuia confertis ſpinulis [illegible] hiſpida, oblonga, cum ſtellato operculo tecta. [Ra]dix longiuſcula, ſimplex.

Argemonen in Hetruſco agro præſertim Sen[ensi] frequentiſſimam prou[enire] ſcribit Matthiolus. Non verò ab eo habere, quod tradit Dioſcor. Argem[o]nen & abigat.

De Papaueribus plu[ra in] Appendice.

ANEMONE, HERBA VENTI: Germ. *Vvindt roſlin*: Gallis *Anemones*: Italis *Anemone*.



Vetuſtum communéque multis & plãtis & floribus *Anemones* fuit quondam nomen: ac bifariam ab Antiquioribus diuidebatur totũ genus, in *coronarias* ſcilicet *&* *medicas* Anemones. Dictáq; nõnullis Anemone *Limonia*, aliis *Orbena*, aliis *Papauer ſilueſtre*, aliis *Atractylis*, &c. At nobis de *Anemone propriè dicta & coronaria* hic ſermo. Dicta autem fuit ἀπὸ τοῦ ἀνέμου, hoc eſt, à vento, quòd flos, authore Plinio, nunquã ſe aperiat niſi flante vento.

Anemones autem ſumma duo genera fecere, *Satiuã* & *Syluestrem*, Dioſc. & Plinius: apud quos ſatiuæ ruſſus plures ſpecies, *phœnicea candida*, & *purpurea*; ac ſylueſtris itidem *differentia aliquot*.

ANEMONE LATIFOLIA DVPLO FLORE flauo, 2. Cluſij.



Anemone latifolia flore flauo 2. Cluſii in præcedente Tabella exhibetur, cui *folia* ſatis ampla circinatæ ferè rotunditatis, per ambitum ſerrata, dura & firma, longóque pediculo fulta, ſupernè intenſiùs virentia, infernè verò purpuraſcentia, feruidiſſimi guſtûs: *Radix* tuberoſa & oblongiuſcula, Tormentillæ vulgaris æmula, fibris aliquot dependentibus, foris nigra, intùs alba, ſolida, ingratique nauſeoſi & penè ſtrangulantis ſaporis.

In lapidoſis quibuſdã Luſitaniæ iuxta Tagum collibus, inter vepres eruit Cluſius, & poſtea in horto coluit.

ANEMONE STELLATA PVRPVREA: ANEMONE tuberoſa Bulbo-caſtani radice.



Eſt hæc 5 Cluſio, qui plurimas alias pingit & deſcribit, quarum Nos in Hiſtoria noſtra magna meminimus, hic tantũ de Nobis notis acturi.

Stellatam verò hancce obſeruauimus florentem Aprili & Maio, tum in horto Patauino, tum in montibus Bononiæ vicinis: atque etiam in quibuſdam Germaniæ locis, ſecundum Rhenum.

ANEMONE LATIFOLIA PVRPVREA Byzantina.



Sexta eſt hæc Cluſio, qui Anemonem latifoliam purpuream inſcribit. Byzantio allata illi in hortis floruit Aprili & Maio. *Aliam* latifoliam habet ille coloris ſaturatiùs ex purpureo rubentis. *Aliam* coloris ex purpura violacei: *Aliam* violaceam maculis albis notatam. Aliã violaceam vnguibus argenteis: *Aliam* coloris veluti carnei, vnguibus albis: *&* *Alias* adhuc plures latifoliæ Anemones varietates, quas longum foret recenſere.

ANEMONE LATIFOLIA FLORE COCCINEO, vnguibúſque itidem coccineis.



Eſt hæc 16. Cluſio, qui ſic deſcribit: Similem, ait, habet cum Anemone latifolia pleno flore radicem, ſed eius folia, quæ etiam multa ex illa oriuntur, non ſunt adeò ampla & craſſa, vt illius, neque adeò virent. *Caulis* dodrantalis, aut etiam pedalis, ſatis gracilis: floris autem color viridis, elegantiſſimo coccineo colore interna parte nitens, cum ſimilibus vnguibus: externâ verò parte quadam lanugine pubeſcẽs. Medium florem occupat *Capitellum* villoſum, cinctum *ſtaminulis* purpuraſcentibus, quorum *apices* nigricant.

ANEMONE LATIFOLIA COCCINEA; ſine vnguibus, Byzantina.



Anemones genus hoc quod Cluſio eſt 17. ſimplici flore, latioréque folio, habuit Cõſtantinopoli allatũ generoſa D. de Heuſenſtein, quod anno 1587. menſe Aprili, in eius horto floribus onuſtũ conſpiciebat Cluſius: qui cum eius fragmentum ſequente Iulio accepiſſet, amicis in Belgio communicauit. Erat autem ſuperioribus ſimile, foliis tantùm latioribus, &c.

ANEMONE LATIFOLIA, EX COCCINEO PHOENICEI coloris, vnguibus paruis ſubpallidis.



Eſt hæc 18. Cluſio, qui in Pannon. *Anemonem latifoliã Byzantinam coccineo flore* inſcribit.

Florentem is ſimplici flore obſeruauit Maio menſe anni 600. ſicque ſerò admodum, quia is annus ſerótinus fuit, propter præcedentem aſperrimam Hyemem, qualis multis annis non fuerat conſpecta.

ANEMONE LATIFOLIA FLORE PLENO variegato.



Nihil huius Anemones flore ſpecioſius, qui Roſæ magnæ par, denſiſſimâ foliorum ſerie, Prouinciæ ferè modo, luxuriat, *foliis* oblongis, acutis, rubentibus, ſtriatis: exterioribus verò quadruplò quintuplòve latioribus, rubro vtrimque confuſis, variegatis. Conſtantinopoli allata fuit. Sterilis autem eſt, & rariſſimè ad frugem peruenit, quoniam frequentiſſimè, antequam ſeſe explicet, vitium contrahit. Anemonem Chalcedonicam maiorem vocat Tabernamontanus.

ANEMONE LATIFOLIA, FLORE PLENO coccineo: Cluſii Pauo maior 1. & 2.



Ranunculum Conſtantinopolitanum inſcribunt nõnulli, quo nomine etiam Patauio accepimus. Et eſt fortè hic flos idem cum Cluſii Anemone hortenſi latifolia 3. pleno flore: vt & cum eiuſdem Anemone hortenſi latifolia, Pauone maiore 1 atque etiam cum eiuſdem Anemone latifolia Pauone maiore 2.

ANEMONE GERANIFOLIA: RADICE tuberoſa: flore cæruleo vel albo.



Hanc primùm ex Italia habuerunt Belgici horti, in quibus Vere floret: ſemen Maio matureſcit, aut paulò ſeriùs. Radicis autem fragmentis ſeritur ac pangitur. A Cluſio in Hiſp. nominatur Anemone tenuifolia 3.

In Hiſt. poſt. *Anemone hort. tenuifolia* 1. ſimplici flore. A Lobelio *Anemone tuberoſa Geranifolia*: atque à nonnullis *Anemone Rupertiana*.

ANEMONE ITALICA TENVIFOLIA PVRPVREA, folijs floris orbiculatis.



Frequentem in Italia eſſe ait Camerarius, circa Romam & Neapolim, atque in Hetruria: tantúmque poſſe eam regionē, vt flores quarto anno, pro purpureis, albos proferat. Autem ſcribit eſſe plantam, eiuſque ſuccum naribus infuſum cerebrum plurimùm purgare. Floruit Nobis Montbelgardi Maio in S.P. horto.

ANEMONE TENVIFOLIA PVRPVREA, foliis floris in acutum deſinentibus.



Vt latifoliarum Anemonarum, ſic etiam tenuifoliarum, ſpecies plurimas recenſet, & graphicè deſcribit tum in Hiſpan. tum in poſter. Hiſtor. Cluſius, ex quibus, vt in Latifoliis factum, Nos ſpecioſiores tantùm hoc referemus, reliquas ex eius Scriptis petendas relinquentes.

ANEMO[illegible] TENVIF[illegible]LIA AL[illegible]A.




Flos [illegible] purpureus, [illegible] Radix [illegible] [illegible]

[illegible]

C[illegible] [illegible] apponeis: Sel[illegible] ther B[illegible] las circa.

ANE[illegible]E TENVIF[illegible]LIA FLORE AMPLO.



Flos hic permagnus, sanguineus, [illegible] folia insculpi[illegible] ferè [illegible] unguibus magnis albis.

Tu[illegible] p[illegible] rò satiuæ tum sylvestris A[illegible] monæ Dioscori[illegible] & P[illegible] [illegible] vis [illegible]: ea[illegible] e caussa succus radicis [illegible] naribus [illegible] valet ad p[illegible] rgandum caput. Commanducata [illegible] pituita[illegible] trahit: decocta autem [illegible] & imp[illegible], medetur ocu[illegible] [illegible] inflammationibus [illegible] sordida vlce[illegible] purgat, atque oculorum cicatri[illegible] emendat. Folia autem & cavles, [illegible] ptisana decoquantur [illegible] & in cibo sumantur, [illegible] [illegible] altam & [illegible] unda[illegible] præstant, [illegible] [illegible] o, mensstrua [illegible] ex Galeno post [illegible]

ANE[illegible] TENVIFOLIA, FLORE PLVR[illegible]S [illegible] violante, variis [illegible]s.



[illegible] [illegible]

[illegible] nullo vnquam [illegible]

[illegible]

A[illegible] [illegible]FOLIA, RADICE RAPACEA, [illegible] albicante.



[illegible] hanc putamus esse Tabernamont[illegible] Anemonem [illegible] quam *speciem*, prop[illegible] [illegible] C. Bauhino [illegible], est Anemone angustif[illegible]. Antè dictis autem hic addemus, Anemones flo[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] totum [illegible] aut Soli[illegible] al[illegible] [illegible] angust[illegible] & [illegible] [illegible] pappo[illegible]

ANEMONE [illegible]IFOLIA [illegible] [illegible] [illegible]



[illegible]

[illegible]

[illegible] [illegible] FL[illegible] [illegible] cocc[illegible]



S[illegible] An[illegible] non solum [illegible] [illegible] usto sed [illegible] [illegible] [illegible] carneos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] etiam [illegible] vel parvos, variæ formæ [illegible] candidos, [illegible] [illegible] [illegible] petuntur [illegible] [illegible] hortenses [illegible] sylvest[illegible]. Et [illegible] pauciores [illegible] hortensibus: sed [illegible] [illegible] requisi[illegible] [illegible] Martiatu confectionem.

ANEMONE RANVNCVLI FACIE LVTEA.



Foliis pro[illegible] *tenuiſ*[illegible] ferè, ſed ten[illegible], *flori-bus* autem [illegible] *radice* [illegible] Fabæ magnitudi[illegible]: *Sic deſ*[illegible] *exhibet Camerarius.*

Ane[illegible] *quadri*[illegible] *folia*, [illegible] pulis [illegible] memi[illegible] an-guſtata, [illegible] lutea etiam inter cæteras meminit ſidem in ſuo uiocrario Ra-vvolffius.

ANEMONE MAGNA ALTA, CAPITVLO tuberoſo, caule denſa lanugi[illegible] cente.



Primo Vere, Æſtate, ac [illegible] Autumno [illegible] mul-tiſ[illegible] rad[illegible] pag[illegible] Spo[illegible] fidem [illegible] in l[illegible] [illegible] in Belgio [illegible] Rhe-num & al[illegible] etiam in S. [illegible] horto Mont[illegible] pa-de culta [illegible] ad[illegible]mus. [illegible] *Ane-mone plura in App*[illegible].

ANEMONE TRIFOLIA FLORE ALBO.



Propter [illegible] & aliqua-da[illegible] *foliis* [illegible] N[illegible] hæc in C[illegible] landro, nec P[illegible] fn ag[illegible] [illegible] potiùs coherent. Siquidē [illegible] [illegible] ma[illegible] [illegible] natā, [illegible] gine tan-tù[illegible] dò crenato. *Caulicu-lus* palmum altus, cui [illegible] fidet candidos aut ex [illegible] purpu[illegible] os. Ranunculi [illegible] [illegible] ſo[illegible] [illegible] *Ra-dix* [illegible] [illegible] de [illegible] pillamentis [illegible] ſub[illegible]

Anemonen [illegible] tribuunt D[illegible] [illegible] H[illegible] C. B[illegible] *A*[illegible] [illegible] *aria* [illegible] [illegible] & c[illegible]


PVLSATILLA. Germ. *Kúchenſchell*: Belg. *Kuckenſchelle*; Gall. *Paſſefleur*.



Hunc locum [illegible] merito vendicat *Pulſatilla*, ob [illegible] gnam quæ illi cum [illegible] ne inter[illegible] dis con[illegible] [illegible] ex: vnde etiam [illegible] *Herbam venti*, [illegible] nonnulli. [illegible] *lum leporis* [illegible] inſeribit. *Herbam Sardoam* & *Apium riſus* nonnu[illegible] hi[illegible]. Lobelio, [illegible] tias quam [illegible] re[illegible] nec etiam [illegible] [illegible], neque a[illegible] [illegible], ve[illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] bus accedat.

In [illegible] & [illegible] plantam eſſe [illegible] [illegible]. *Pulſatillam* ve[illegible] [illegible] [illegible]tholas, Cluſius, T[illegible] nus, [illegible] L[illegible] C. Bauhinus, & cæt[illegible] plærique omnes.

PVLSATILLA [illegible] ICON.



P[illegible] te eſt [illegible] P[illegible] Eap[illegible] pſ[illegible] ſi[illegible], luc[illegible] is & pid[illegible], & [illegible] [illegible] ſupibus [illegible] puret ex [illegible] [illegible] tenſi [illegible] miſtique. Alb[illegible] [illegible] N[illegible] ſis. Ga[illegible] tant, Lo[illegible] A[illegible] [illegible] [illegible] babe[illegible].

Cluſius in Præcocem M[illegible] [illegible] & tal-ſiore [illegible] præcos [illegible], atque [illegible] me-ris miſ[illegible] [illegible]. Nō dus [illegible] por[illegible] guratæ [illegible] [illegible] vna [illegible], id ex altero ſupplea ur.

PVLSATILLA FLORE ALBO, RVBRO, LV[illegible]



Pulſatilla albo fl[illegible] [illegible] reliqua [illegible] cande[illegible] [illegible] illas [illegible].

Rubra [illegible] V[illegible] [illegible] [illegible] mota: hæc [illegible]

L[illegible] modo d[illegible] tis lateribus & val[illegible] tis. Cæ[illegible] cepto [illegible] cu[illegible] [illegible]

Pulſatillas copi[illegible] mus Noricis montib[illegible] pe[illegible] & L[illegible] uno[illegible] nam [illegible] Germania, & al[illegible]

RANVNCVLVS: Germ. *Hanenfuſs*: Gal. *Baſſinet, Grenouillette*: Ital. *Ranunculo*.



Ranunculorũ quatuor ſpecies proponit Dioſcorides, quas etiam habet Plinius, eoſdem recenſente Galeno. Ex Recentioribus Cordus & Cæſalpinus, Veterum, ac præcipuè Galeni, Ranunculos noſtris accommodare ſtudent. Dodonæus contra duo prima dedarit genera: ità vt vnus ſit hortẽſis, reliqui autem ſylveſtres. Matanthus decem obſer[vat] diſcrimina, plura verò alii, aut pauciora. A Nobis obſeruata in ſequentibus enarrabuntur. Hic verò pingitur *Ranunculus phragmites Vernus*: in cuius colore potiſſimum obſeruantur Differentiæ, cùm vel albus ſit, vel purpureus, vel luteus. Floret autem Maio Ranunculus phragmites, & ſylvarum eſt incola. De eo plura in ſequentibus.

RANVNCVLVS PHRAGMITES VERNVS luteus.



Ranunculum nemoroſum luteum inſcribunt Lobelius, Tabernæmontanus & alii. Cluſio in Pann. eſt *Anemones ſylu. genus tertium luteum*: in Hiſtoria verò poſt. *Ranunculus ſyl. flauus*, foliis albo & purpureo non parum differens, ac pleruſq; humilior & præcocior.

Cæterùm *Ranunculorum in genere differentia* ſumũtur à *radice*, à *caule*, à *foliis*, à *floribus*, à *natalibus*, & *à tempore*. Vnde ſub rotũ racemoſã vel grumoſã habẽtur radice: caule recto, repẽte, læui vel hirſuto: tenuifolii vel rotundifolii: ſimplici vel pleno flore: & vtroq; terſus luteo, albo vel phœniceo: hortenſes adhæc aruenſes, paluſtres, ſylveſtres vel montani: atque vel Vulgares vel exotici: & tandem Vernales, Autumnales vel Hyemales.

RANVNCVLVS FLORE GLOBOSO, quibuſdam Trollius flos.



Radicẽ nigram fibroſamque Helleboti æmulã, habet: *folia* ferè Aconiti: & *caulem* ſeſquicubitalem, læuem, inanem, ramoſum. *Flores* vulgari Ranunculorum forte maiores [iis tamen concolores,] non tantùm denſo foliorum ſtipata laxatiane, ſed & è medio flore alius aſſurgit minor, numeroſa etiam foliorũ congeſtione multiplex, pediculo inferiorẽ ſtantia ſigentes.

Aconitis adnumerant, ſed perperam, Matthiolus, Lacuna & Thalius: melius alii ad Ranunculos referunt.

Proferunt cum Hercyniæ & Heluetiorum alpes: vidimus verò Nos, ſonio ſ[...] gentem in Geneuenſium monte *Thuiri*.

RANVNCVLVS RECTVS, NON REPENS, flore ſimplici, luteo.



Ad ſeſquicubitũ vel duos cubitos recto læui *caule* aſſurgit: *radix* fibroſa albaq;: *folia* ex longis pediculis ad Aconitum luteum plurimum accedunt, ſiniſtra acera parum hirſuta, & interdum purpureis maculis notata. *Flos* luteus, quem echinatum ſequitur *ſeminum capitulum*.

Hic Sileſiæ pratis notiſſimus eſt, vt cuius floribus ſæpe integra operiantur prata. Geneuæ & Montbelgardi etiam habetur in pratis, Baſileæ verò in ſyluis. *Reperitur etiam flore pleno*.

RANVNCVLVS TENVIFOLIVS MONTANVS luteus.



Peculiaris hæc Ranunculi ſpecies eſt. *Radix* ex capitulo nodoſo teduram fibrarum longarum nigricantium agmine conſtat. Ex quibus ſtatim *folia* ſingularia longo pediculo appenſa oriuntur, tripartita, ſingulis partibus minoribus inciſuris diuiſis. *Cauliculi* plures, ſeſquipalmares, graciles: quibus adhærent *folia* ſine pediculis, ſed in anguſtiores quam priores partes diuiſa. In eorum verò ſummo ſunt *flores* ſingulares, lutei, ſplendentes, quinquefolii, cum apicibus concoloribus: quos ſequitur globulus futurorum *ſeminum*, vt in reliquis Ranunculis, rudimentum.

Reperimus Geneuæ in montis *Thuiri* excelſa parte.

RANVNCVLVS MAGNVS VALDE HIRſutus, flore luteo.



Huic *radix* in capillamenta multa diſſecta. *Caules* cubitales, ſtriati, caui, hirſuti, aſperi, & ex flauo rufeſcentes, in ramos brachiantur. *Folia* quina ternave pediculis palmaribus & ſeſquipalmaribus appenduntur, denſa, lata, in tres ac profundas lacinias diuiſa, quæ denuò inciſa ſunt, per ambitum ſerrata, colore ex viridi nigricante, lanuginoſa vel hirſuta, aliis in caule minoribus. *Flores* in ſummis caulibus patuli, quinquefolii donati, pallidè lutei: quibus ſuccedit *ſemen* in capitulis congeſtum.

Prouenit in vn[...] b[...]s[...] in[...] ciam loeis, ac præſertim in Baſilienſium Muſeo.

RANVNCVLVS RECTVS FOLIIS palliidioribus, hirſutis.



Radicibus figitur multis, albis, fibroſis, nequaquam reptantibus. *Caules* complures, pedales vel cubitales, molles, caui, hirſuti, in ramulos varios diuiſi in quorum ſummo *flores* lutei; Ranunculi, quos excipiunt *capitula* reliquis Ranunculis ſimilia. *Foliorum* formam figura exhibet, ſunt verò ea hirſuta.

Circa Monbelgardum & Beffordiam, locis potiſſimùm humidioribus & lutoſis abundat. Maioque, Iunio & Iulio floret.

RANVNCVLVS TVBEROSVS MAIOR.



Quemadmodum inter vulgares Ranunculos reperitur: ita quoque *folia* ut habet ſimilia. *Flos* etiam aureus & hirſutus *caulis*, vulgaris eidem Ranunculo reſpondens. *Radix* ſubeſt alba, bulboſa, fabæ mediocris magnitudine, multùm fibroſa. In ſylueſtribus flore eſt ſimplici: in hortos verò tranſlatus, non modo flores multiplicat, ſed ex vno & alterum promit.

RANVNCVLVS MAXIMO TVBERE, flore magno, pleno.



Iucundiſſimum eſt hic oblectamenti, & facilè Ranunculorũ primus, amœnitate florum vincente, quo colore aureo, non tantùm denſo foliorum ſtipatu luxuriant, ſed è medio flore alius aſſurgit minor, numeroſa etiam foliorum congeſtione multiplex, pediculo inferiorem tranſcendente. *Folia* maiora, rugoſiora & rotundiora quàm Vulgaris: atque, in minùs acutos angulos diuiſa. *Radix* tuberoſa, verticillata, Cyclamini magnitudine. Colitur in hortis, ex Anglia primùm allatus.

Ranunculus polyanthemos Anglorum Lobelio.


RANVNCVLVS PYRENÆVS FOLIIS ſoblongis, non laciniatis, albo flore.



Prorſus nouum cenſebat Cluſius hoc Ranunculi genus, quod anno Chriſti 1605. primò illi conſpectum, coloratum ſcilicet, ſuiſque floribus onuſtum ſub Martii initium, in nonnullis cultioribus hortis, ex Pyrenæis montibus allatum.

C. Bauhino in Pin. eſt Ranunculus folio longo quarſus, ſiue montanus foliis Plantaginis.

RANVNCVLVS REPENS, FLORE luteo ſimplici.




Fibroſa albicáque repante radice nititur, ex qua caules oriuntur aliquot: ſunt illi, ex purpureo & viridi verſicolores, hirſuti, brachiati, ſupini, humi ſparſi. *Folia* atro-virentia, maculis albis notata hirſuta, Apii diuiſura. *Flores* Ranunculi, aurei, cum apicibus croceis. *Capitulum* echinatum.

Ranunculus eſt vulgatiſſimus, vtpote qui paſſim et ſponte, tum in hortis tum in pratis habetur, ac ſecus vias, locis vmbroſis & humentibus: Maioque, Iunio & Iulio floret.

Ranunculum dulcem & *Bertrachium ſalutiferum* inſcribunt multi, quòd acrimonia careat eius radix.

RANVNCVLVS REPENS FLORE PLENO.



Et huic quoque fiſtuloſi caules, maculoſi, ſubhirſuti, humi fuſi, qui, quemadmodum & præcedentis, vbi terram attigerint, fibris ſemiſſis iam denuò ſubeunt. *Folia* repentis ſimplici flore, huic ac immeant ſapore ac radice. *Flos* aureus multiplex: Eiden vnt ſi cognitus.

Ranunculum luteum multiplicem vulgatiſſimum appellant pleraque.

Hunc atque cum qui flore eſt ſimplici, minimè acrè eſſe tradit Tragus, ac propterea citra periculum & noxam, vtrinque corpori adhiberi poſſe: ac ſunt qui ſimplicem corporis parte vel in tumores imponunt diſcutere reſoluere, iuin paſcit eos pecora, recens iuncta, ac lactis copiam ſ[illegible] eredi.

RANVN-

RANVNCVLVS MAGNVS HIRSVTVS flore pleno.



Colnimus hunc Montbelgardi in S. P. horto, vbi Aprili & Maio florebat.

Cæterum *Ranunculo* ab eo inditum *nomen*, quòd aquis, vbi ranæ degunt, potiſſimùm gaudeat: aut quia inter eius frutices ranæ frequenter inueniuntur. Eadem de cauſſa *Grenouillette* à Gallis nominatur: *Baſſinet* verò, à floribus, quòd vaſis æneis tonſtrinorum, in quibus barbas emolliunt, formâ & colore ſimiles videantur. *Strumeam herbam* vocatam fuiſſe ſcribit Plinius, vel quia ſtrumis medetur, vel quòd ſtrumoſa conſpicitur radice. *Apium* vocarunt alii, quòd foliis Apium æmuletur.

RANVNCVLVS ROTVNDIFOLIVS VERNVS ſyluaticus.



Fibroſâ *radice* nititur, minimè acri, ex qua ſurriguntur aliquot *caules* fiſtuloſi, cubitales & ſeſquicubitales, in ramos brachiati: quorum ſingulis inſidet *flos* Ranunculi, aureus, ſuaueolente, vt in vulgaribus Ranunculis, *echinus*. At mirè ludunt *folia*, ſuperioribus ab infimarum formâ plurimùm abſcedentibus, vt ex figura patet.

Syluis familiaris eſt hic Ranunculus, et reperitur etiam in pratis: & in hortos nonnunquam transfertur.


RANVNC. PALVSTRIS FLORE MINIMO.



Valde craſſeſcit aquatici Ranunculi *radix* caua, & multis fibris donata: à qua *caules* exſurgunt multi, inſignis interdum craſſitudinis, inanes, ſtriati, ramoſi. *Folia* Paludapii cum ſplendore vireſcunt, albis punctis nonnunquam guttata. *Flores* inter omnes Ranunculos minimi, quinque foliolis constant, aurei. *Capitula* oblonga, teneriora quàm in reliquis, nec aſpero ſemine echinata, ſed læuibus & minutis granulis compacta.

Inter ſtupentium aut pigrè labentium aquarum riuulos, aliaque ſimilia humida & vliginoſa loca, naſcitur ſua ſponte, floretque Iunio.

RANVNCVLVS PALVSTRIS ECHINATVS.



Radix huic fibroſa: *caules* plures palmares & altiores, crebris ramis brachiati: quibus *flores* inſident cæterorum more lutei, ſimplices: quos excipiunt *Capitula* Ranunculi aruenſis capitulis proxima, è decem duodecimve ſpinoſis oblongis compreſſis pericarpiis congeſtis conflata. *Folia* ad Aceris folia plurimùm accedunt, ſed maiora ſunt & crebra.

Gaudet locis humidis & aquoſis, ac in foſſis ſæpe habetur.

RANVNCVLVS ARVENSIS ECHINATVS.



Caulem habet cubitalem circiter, ſubhirſutum, hilariter viteſcentem, cauum, & in ramos plures diuiſum. *Folia* in oblonga ſegmenta tenuia, profundè admodum inciſa, piloſa. *Flores* Ranunculi aquatici, minores quàm in pratenſi genere, lutei: quibus ſuccedunt echinata *Capitula*, ex pluribus ſubrotundis compreſſis & aculeatis lappulis compoſita. *Radix* fibroſa.

Monſpelij, Lugduni, Geneuæ, Baſileæ, & ferme vbique, prouenit in aruis inter ſegetes.

RANVNCVLVS FLORE ALBO, EOQVE tum ſimplici tum pleno.



Vtriuſque *flos* lacteo candore conſpicuus eſt: differuntque ferè tantùm foliorum in flore numero.

Abundat autem vterque in pluribus Galliæ, Germaniæ atque Allobrogum montibus. In Stiriæ quoque potiſſimùm vliginoſis montoſis locis frequentiſſimus eſt. Cluſius in Pannonicis montibus frequentem etiam obſeruauit. Nos verò in Geneuenſium montibus *Saleue* & *Thoiri*, ad riuulos ex ipſis defluentes. Floret Iulio.

RANVNCVLVS FLORE ALBO ALPINVS, maior.



Hunc montani alpium Auſtriacarum Opiliones & venatores, authore Cluſio, *Abbeiſs & Teuffels Abbeiſs*, id eſt, Diaboli morſum, nominant.

Abundanter autem prouenire ait in variis Auſtriacarum alpium ſyluoſis locis: & florere Iunio.

RANVNC. ALPINVS NARCISSI FLORE albo, odorato.



In celſioribus earundem alpium iugis reperitur hic, ſed multò humilior, magis odoratus, & ferùs floreus: *Cluſius*. In Sileſiæ montium conuallibus etiam huius proueniunt.

Ranunculum montanum hirſutum Narciſſi flore inſcribit C. Bauhinus in Phyt. *Ranunculum montanum hirſutum Narciſſiflorum* Schwenckfeldius.

RANVNCVLVS MONTANVS ALBVS, hirſutus alius.



Creſcit hic copiosè in montis Iuræ opacis iugis, florens Iunio & Iulio: ac ſemina maturans Auguſto. In monte *Thuiri* vidimus flore purpuraſcente ornatum, in quo à præcedente differt, vt & in eo quòd ſeptem foliis flos conſtet, totaque planta ſit hirſutior.

RANVNCVLVS THALICTRI FOLIO, flore candido.



Hunc inter præcoces refert Cluſius, & Præcocem 2. Thalictri folio inſcribit. Prouenit autem in Viennenſis agri vmbroſis ſyluis, & floret Maio.

RANVNCVLVS MINIMVS ALPINVS, albus & luteus, *Cluſii*.



I II

Omnium, ait, quos vidi Ranunculorum minimos in Rhætiæ montibus obſeruaui, quorum ſummo caules inſidebant albi vel lutei, ab aliorum Ranunculorum floribus haud multùm differentes, &c.

Iis verò vti ſolent Auſtriacarum alpium Opiliones & Venatores, ad pellendas febres, foliis eius contuſis carpo admotis.

RANVNCVLI MINIMI ALPINI, ALBI & lutei, alia Icon



Cluſianæ Figuræ antè traditæ, noſtram hîc adiungimus, ex ſicca planta depictam. Reperiuntur autem interdum, teſte Dodonæo, flores duplici foliorum ſerie conſtantes.

RANVNCVLVS CRETICVS ALBO FLORE.



Folijs eſt Ranunculi pratenſis vel hirſutioris repentis, diuiſis ſuperius [illegible], & raro [illegible], per margines [illegible]. *Caule* rotundo, [illegible]: quidam vel tres *flores* [illegible] magnos, [illegible] foliolis [illegible], [illegible] magnitudine [illegible] *Camomillam ſemini bus*, [illegible] Ranunculo cum more [illegible].

RANVNCVLVS MONTANVS PVRPVREVS, calyce villoſo, *Fel. Plateri.*



Plantulæ huius facies diligenſque conſideratio facilè diſtinguendam, & differentiam ſui à reliquis Ranunculi ſpeciebus oſtendet. Dodrantalis eſt planta, cuius *folia* velut in digitos diſſecta, partim à colliculorum exortu longis pediculis hærentia, partim ex ipſis pediculis pendentia. In ſummo *flos* ſedet ſingularis, Ranunculi, purpureus, villoſiſſimo calyce obtectus.

RANVNCVLVS ILLYRICVS, RADICIBVS bulboſis, longis, & floribus aureis.



Ranunculum anguſtifolium grumoſa Aſphodeli radice [illegible] in Pin. C. Bauhinus. In Phyt. verò *Ranunculum folijs valdè inciſis oblongis, lanuginoſis.* Quibuſdam dicitur *Ranunculus Sardonius, Sardonia* vel *Sardoa Herba,* plærìſque omnibus *Ranunculus Illyricus*: Tabernæmontano, Dodonæo & alijs, *Ranunculus* 1. *Dioſcoridis.*

RANVNCVLVS TRIPOLITANVS flore phœniceo.



Ranunculum Aſiaticum grumoſa radice inſcribit etiã Cluſius, qui peregrè adductum & Conſtantinopoli allatum, refert: ac utroque initio floruiſſe. Eum addens *Turcoboles catamer lalè* nomine fuiſſe inſignitum, quod *Tripolitanum plenum florem* ſignificat.


RANVNCVLVS ASIATICVS GRVMOSA radice 2. *Cluſii.*



Hunc eundem ſuſpicamur eſſe cum *Imperati Ranunculo Illirico*, cui adſcribit *folia* profundè inciſa, & in ambitu ſerrata, craſſiuſcula & nõ nihil piloſa, coloris pallidi & viridis, ſaporeque frigidi & m[illegible]dicantis: *flores* aureos, interdum coloris minij: *ſemina* alata & folioſa, roſipeda, & *radices* tuberoſas.

Ranunculus tuberoſa radice, & flore puniceo, inſcribitur vulgò.

RANVNCVLVS CONSTANTINOPOLITANVS, flore ſanguineo, pleno.



Conſtantinopolitani ſiue Byzantini cognomen huic dedit Cluſius, quòd in quibuſdam hortis Byzantio vicinis, & in illius vrbis conſpectu, vltra tamen Boſphorum, ſitis, intellexiſſet inueniri. Sed ob eandem rationem Aſiaticus fortè potiùs erat vocandus.

RANVNCVLVS GRVMOSA RADICE, flore niueo.



Hic de Ranunculi temperamento & facultatibus agemus.

Plures Ranunculorum ſpecies proponit quidem Dioſcorides, ſed vim omnibus vnam tribuit, acrem & valde exulcerantem. Sic *Plinius*, Ranunculis omnibus, ait, vis cauſtica, ſi folia imponuntur, puſtuláſque, vt ignis, faciunt. Et *Galenus* itidem Ranunculos omnes vehementer acrem, & cum dolore exulcerantem, facultatem poſſidere ſtatuit. Vſum peculiarem norunt Practici & Seplaſiæ.

RANVNCVLVS LONGIFOLIVS, FLAMMVLA dictus.




Caule eſt dodrantali, glabro, fiſtuloſo, geniculis nodoſo, nunc ſolitario, nunc in ramos diuiſo. *Folia* priora ex longis pediculis vncium ſemis lata, alia oblonga, alia ſubrotunda: ſuperiora verò per caules ex articulis oriuntur bina, interdum ſerrata. *Flores* Ranunculi vulgaris pratenſis, contractiores, aureo fulgore. *Radix* ex fibris albicantibus conflata eſt.

Flammula, quaſi *Flamma*, aut *Herba ignis*, nomen, ab exſuperante ardente caliditate habet.

In paludibus & vliginoſis prouenit, Maioque floret & Iunio. Geneuæ circa S. Geruaſium, eſt formâ quâ hîc pingitur, abundans.


RANVNCVLVS LONGO FOLIO MAXIMVS, Lingua Plinij.



In vliginoſo ſolo & paluſtribus exit Ranunculus *Lingua Plinij* Dalechampio putatus. *Caule* cubitali & altiore, craſſo, læui, in ramos ſubinde diducto: per quem, velut & per ramos, alternatim *folia* producuntur pedali circiter longitudine, vix vnciam lata, craſſiuſcula, glabra, mucronata, ſaporis acris & amari. *Flores* extremis inhærent ramulis, Ranunculorum aliorum formâ & colore: quibus ſuperueniunt *Capitula* erinacea, nucis iuglandis magnitudine, cum acutis aculeis. *Radix* complicitus fibris denſa nititur.

Inter Vormatiam & Oppenheymium vidimus in paludoſis locis, & foſſis Rheni antiquis.


RANVNCVLVS GRAMINEVS PLENO flore: Germ. *Gefüllter groſs Hanenfuſs*.



Lobelio in Icon. Plant. dicitur *Ranunculus gramineus multiplex*: Tabernæmontano *Ranunculus multiplex*, aut *multiflorus*, aut *Coronarius*, C. Bauhino in Phyt. *Ranunculus gramineus flore multiplici*. Icon eſt Dodonæi, qui illi deſcriptionem aptat alteri plantæ conuenientem.

Colitur in hortis.

SCROPHVLARIA FLORE RVBRO, Camerarij.



Scrophulariam alterã *ſiue Scrophulis* ſiue tuberculis inſcribit Camerarius, qui floribus & foliis vulgaris eſſe ait, ſed elegantioribus, ac in cæteris cum ea ferme conuenire, & ſe ſua ſponte quotannis propagare.

Cæterùm facultatis calidæ & ſiccæ eſt Scrophularia, & propterea deſiccat, extenuat, diſcutit, abſtergit: eſt enim guſtu amara & ſubtilium partium. Et hinc ad duros glandularum tumores, quos Græci χοιράδας, Latini *ſtrumas Scrofulaſque* appellant, prodeſſe fertur. Quin vel collo appenſam, vel atrâs geſtatam, magnæ efficaciæ contra eas valere vulgi eſt opinio.

SCROPHVLARIA MAGNA LVTEA amplis foliis.



Hanc Viennæ Auſtriæ in culto oribus hortis obſeruauit Cluſius. Nos verò Montbelgardi in S. P. horto eam habuimus, florentem Aprili & Maio, ſeminéque quotannis ſe renouantem.

Scrophularia porrò vulgaris, de qua mox, *Scrophulariæ maioris* titulo vulgò donatur, ad differentiam Minoris, quæ *Fabaria* & *Chelidonii minus* vocatur. An verò ſit Galeopſis, vt exiſtimat ſane nonnulli, examinabimus in Appendice.

Cæterùm ſciet Lector duas vltimas huius Paginæ Figuras ad ſtatum proximè ſequentem pertinere, ſaltâ, abſente Authore, metaſtaſi.

RANVNCVLVS AVTVMNALIS, FOLIO lato, rotundo, ſerrato.



Ranunculum Luſitanicū, ſiue *Autumnalem Cluſii*, inſcribunt Lobelius & Tabernamontanus.

Frequentem circa Olyſſiponem inter Oliueta & pleriſque Bæticæ locis, ait Cluſius, Octobrique & Nouembri flores proferre. In Belgio ipſâ brumâ floret in hortis, teſte Lobelio. *Menrem* verò in Luſitania a quibuſdam vocari ſcribit Cluſius.

RANVNCVLVS LVSITANICVS bullatus.



Elegans hoc Ranunculi genus operâ Cluſii ex Luſitania delatum eſt, & à Lobelio primùm exhibitum *Ranunculi Luſitanici Cluſii* inſcriptione.

G. Bauhino in Pin. dictus *Ranunculus Aſphodeli radice flore magno*.

RANVNCVLVS ANGVSTIFOLIVS BVLBOSVS.




Plantam hanc Veteribus indictam, ob ſaporem & florum ac radicum formam, Ranunculis annumerandam cenſet Dalechampius.

Rara eſt inuentu, niſi in montibus D. Mariæ à Monteſerrato, vbi frequentiſſima iuxta arbuſta & Querceta.

Ranunculum gramineo folio bulboſum inſcribit Caſp. Bauhinus in Pin. *Ranunculum montanum longifolium* in Prȳt.

RANVNC. MINIMVS GRAMINEIS FOLIIS.



Rarum etiam eſt obuius hic: Reperimus tamen in Galliæ Prouinciæ & Galliæ Narbonenſis nonnullis locis, ac præſertim circa Monſpelium.

Pingui & humido loco ſi plantetur, valde excreſcit, & viſu pulcher eſt.

SCROPHVLARIA: Germ. *Braunwurtz*, *Seuwurtz*: Gall. *Scrofulaire*: Ital. *Scrofularia*.



Radix obliquè agitur, alba, craſſiuſcula, & tuberibus inæqualibus ſtrumoſa. *Caulis* firmus, rectus, quadratus, cauus purpuraſcens, ſecubitalis, in alas diuiſus. *Folia* Galeopſis, mucronata, circum ſerrata, ex caulis geniculis aduerſa, ſubrubentia. *Flores* in ſummis pediculis hærent complures, Acinis [illegible], hiantis oris [illegible], atro-purpureis [illegible] pelleſcente colore adnexo [illegible] prominulo e rictu ſtilo virente, aliéque ſecundus tortuoſis ſtaminibus cum apicibus ochreis.

Variis Scrophulariæ ſpeciebus Nos [illegible] dictam [illegible] in ſyluis [illegible], ac ſecus agrorum margines, prouenire ſolet, Iulio, que & Auguſto floret e. Baſileæ, Geneuæ, Lugduni, paſſim frequens.

SCROPHVLARIA MAXIMA STRVMOSA.



Quadratis *caulibus* ad cubitos aliquot altè excreſcit: per quos *folia* Scrophulariæ vulgaris, vel Betonicæ, ſerrata, nigricantia, fœtida. *Flores* & *vaſcula* ad ſtrores vulgaris Scrophulariæ accedunt: verùm *radix* non vt illi ſtrumoſa, ſed ex innumeris fibris compoſita.

Scrophulariam minimam inſcribit Camerarius: *Ocimaſtrum maius* Tragus: *Betonicam aquaticam* Lobelius & Dodonæus. An *Clymenum Dioſcoridis*?

Variis in locis ſponte prouenit, ſecus ſcrobium ripas ac iuxta perfluentes aquas: quemadmodum. Nos cum vulgari Baſileæ ad fluuium *Birſe* plurimam obſeruauimus, florentem Iulio.


SCROPHVLARIA INDICA CAPITVLIS MAXIMIS; & de Creticis Cluſii Scrophulariis.



Scrophularia Indica nomine *ſemē* accepimus quoddam, cuius Figuram hîc damus. C. Bauhinus in Phyt. vocat Scrophulariam 6. ſive Indicam, capitulis aliquot inſectis, ſed quadrup'ò quàm in aliis maioribus.

Scrophulariæ autem Creticæ nomine genera duo tradit & deſcribit Cluſius: 1. quidem quod Francofurti natum, ſemine Cretâ accepto, Rutæ ſylveſtris appellatione: ac 2. quod folio Vrticæ eſſe dicit.


SCROPHVLARIA TENVIFOLIA, RVTA Canina quibuſdam dicta.



Radicem habet longam, ſimplicem, mediocriter craſſam: *caules* cubitales, ſtriatos, teretes, ferè nigricantes, medullâ fungoſâ plenos, ramoſos: ac in iis *folia* oblonga, anguſta, profundè laciniata, graviter odorata. *Flores* eo ordine diſpoſiti quo in Scrophularia maiore vulgari, copioſiores, nigri, parui: quos *vaſcula* excipiunt Scrophulariæ minoris, acuminata, in duas cavitas dehiſcentia.

Rutam caninam vocant Lobelius & Cluſius: Sideritidem Cæſalpinus & Camerarius. An *Herba morella Italorum* Hiſtoriæ Lugd.?

CHAMÆROPS PLINII QVIBVSDAM.



Radice eſt craſſâ & multiplici, *caulibus* multis & cubitalibus: *foliis* Myrthi, circa caulem geminis: *flore* copioſo è foliorum ſinubus naſcente: quem excipit in oblongis vaſculis *ſemen*. Sic deſcribit & pingit Hiſtoria Lugdunenſis, nullis adſcriptis notalibus. Eam *Nos* non vidiſſe ingenuè fatemur: nec immeritò fortè *quænam ſit Herba*, quis cum C. Bauhino eptierit?

SIDERITIS: Germ. *Vvundkraut*: Gall. *Eſpece de Terrait*: Italis *Sideritide*.



Eas Veteres in genere *Sideritidis* nomenclaturâ inſigniverunt Plantas, quas vulneribus ferro factis glutinandis aptas agnoverunt: argumento à nominis Græci origine ducto: quòd ſcilicet Σιδηρίτις ἀπὸ τοῦ σιδήρου, id eſt, à ferro, dicatur. Sic *Ferruminatricem* appellavêre Latini.

Cùm autem permultæ ſint plantæ, eæque longè, ac diverſi etiam generis, quæ ferro ſauciatis partibus operam pollicentur: eas tamen hîc enarrabimus, quæ ex Veterum & Recentiorum ſententia, huius loci propriè eſſe videntur.

SIDERITIS MONSPESSVLANA.



Vulgaris Sideritis antè picta ex lignoſa *radice caules*, emittit pedales & bipedales, quadratos, hirſutos, ex herbido virore flaveſcentes: ad quorum genicula *folia* exeunt adverſa, rugoſa, hirſuta, unciali aut ſextantali longitudine, ſemunciam circiter lata, in ambitu crenata. *Flores* verticillati geniculo amplectuntur, galericulati, ex albido lutei, labro ſanguineis punctis guttato, ex calyculis hirſutis, in quinque mucronata ſegmenta abeuntibus. Singuli verò quaternos *ſemina* poſt ſe relinquunt.

In Monſpeſſulana, quam hîc pingimus: folia breviora ſunt, rotundiora, & magis hirſuta: floſque ex luteo albicant.

SIDERITIS PANNONICA, FLOSCVLIS VIX ex vaſculis prominentibus, fulvis.



Ex plantis D. Agerii Sideritidem hanc habuimus, non antè viſam. Frequentiſſimam autem dicebat eſſe in Pannoniæ Auſtriæque inferioris arvis, & inter ſegetes, macro & arido ſolo, & Iunio & Iulio florere.

Vulgaris autem *Sideritis*, vel Cluſio teſte, p... in Gallia, Germania, Pa...a, aliiſque Europæ ... bus montè pr... iis in... cioribus agrorum & ca... rum ſylvarum marginibus, atque in apricis & meridiano Soli obiectis collibus. In maritimis & m...oſis ... & Inſubriæ, ac Ve...tium Lio, etiam habentur ... Lobelius.

Florere autem ſolet Iunio & Iulio.

SIDERITIS GLABRA ARVENSIS.



Sideritim vulgarem refert, tum caule quadrato, tum foliorum conſimili poſitu & ſerraturâ : verùm tum ille toto hæc glabra ſunt & atro virore ſplendentia, ac folia etiam latiora. *Florum verticilla*, ſpicam paulo rectam efficiantes, ſubiecta habent ſingula bina. Suntque *flores* maiores, candoris minus, ac ſubinde piloſi, velut & calyx. *Radix* ſimplex gracilis.

Baſileæ frequentem vidimus in arvis: ac etiam Montbelgardi inter Pagos *Arbonios* & *Audincort*. Floret Iulio & Auguſto.

SIDERITIS BREVI SPICA.



Hanc Sideritidem brevi ſpicâ reſcribebat Valerandus Dourez à quo habuimus: ſed cùm ſiccam miſerit de colore nihil tradere poſſumus. *Sideritim montanam* inſcribunt Lobelius, Hiſtoria Lugd. & C. Bauhinus.

Sideritidis *Vires* quod attinet, eas ex Antiquis & Recentioribus in pauca contrahemus. Vehementer exſiccat, omnibuſque odora cum adſtrictione inſigni, nec ingrati ſaporis, atque ad vulnera nata. Hac etiam exteriores & alba menſtrua coercent Curſores Empirici: alii in Cephalæa frontem eius decocto lavant: alii pedes cæteróſque artus defatigatos, aut aloqui rigentes, eodem decocto utiliter foveri prædicant.

SIDERITIS GENUS SPINOSIS VERTICILLIS.



Sideritibus annumerandã cenſemus hanc plantam cui *caulis* eſt quadratus, hirſutus : ac circa ad ſingulos nodos verticillatim circumnaſcuntur *flores*, Sideritidis vulgaris floribus ſimiles, cãdidi, hirſuti, non tamen ita excelſi : cal, cibus laxis, duris, in quinque lacinias rigidas ſpinoſas, quarum ſuprema omnium longe maxima, diuiſis. Vnicuique autem verticillo ab imo ad ſummum uſque faſtigium, ex adverſo orta *folia* mollia, hirſuta obſitu, ſerrata ut Teucrii, ſed nonnihil oblongiora & anguſtiora.

Reperitur prope urbem Romam.

Plura de Sideritidibus in *Appendice*.

PRUNELLA ſiue BRUNELLA : Germ. *Braunellin*, Gall. *Herbe au Charpentier* : Ital. *Prunella*.



Prunellam flore minore vulgarem hic pingimus, quæ ſubinde à *caulium* angulosorum, ſubhirſutorum, purpuraſcentiúmque demiſſis fibris radicatur. *Folia* ferè bina ad articulos oppoſita, nonnihil rubentia, hirſuta, Origani vulgaris. *Flores* verticillati, cucullati, duobus ſemper hirſutis rubentibus ſubiectis foliis, ſpicam efformant, colore ex cæruleo purpuraſcente, Lamii floribus non abſimiles, ex calyce hirſuto itidem purpuraſcente prodeuntes.

Paſſim obvia eſt in pratis & collibus, præſertim propè fluentes aquas : & floret Æſtate.

PRUNELLA MINIMA.



Conſolidam minorem & *Conſolidam minimam* inſcribunt nonnulli : quidam *Polycnemon Dioſcoridis* : aut *Periſtereon Prevoſti* : *Britannicam* Guilandinus.

Baſileæ abundat variis in locis, intra Urbem, & circa montem *Krantzach*, atque etiam ad fluvium *Birſa*. Lugduni & Monſpelii ſæpe eam obſervavimus Maio : Montbelgardi in pratis Iunio, Iulio & Auguſto.

Vulgaris verò Prunella, in variis Europæ Provinciis paſſim in pratis ſiccioribus obvia reperitur, & copiosè luxuriat, ac flo. et Æſtate.

PRUNELLA FLORE MAGNO PURPUREO, foliis laciniatis.



Caulis eſt palmari, hirſuto: cuius ſingulas iuncturas ornant bina ex adverſo poſita folia : inferiora quidem unciali pediculo nixa, ſuperiora propemodum minori, vel etiam nullo, uncialia & ſeſcuncialia ferè longa, ſubhirſuta, in adverſas lacinias diſſecta. *Flores* inter ſpicæ uncialis ſquammata folia ſubrubentia, emicant magni, hiatu paululo *flammea* emittentes, purpuraſcentes.

Reperitur & huius generis folio non laciniato, ut utramq; obſervavimus Montbelgardi in colle *la Chaux*, & inter pontem *Vaniancourt* & *Dampierre*.

PRVNELLA FLORE ALBO PARVO, foliis in mediis caulibus profundè diſſectis.



[illegible] Logir [illegible] hæc herbulis [illegible] ac in montibus [illegible] Ma[illegible] & Iunio florere ſolet. Ceterùm Prunellam è Solidaginum genere eſſe [illegible] cum Offic. Conſolidam & Solidaginem minorem vocat Matthio. [illegible] Camer. [illegible] in Libro de [illegible], ſed ò Galeno [illegible] deſcriptio aſſerit. De eadem Hippocratem & Dioſcoridem [illegible]. Cubæ Herbarium: ſed neuter indicat quomodo illi nominarint. Sic rerum Veteribus cognita fuerit hæc planta, recens, haud latis clarum.

PRVNELLA FOLIO ANGVSTO, rigido, integro.



Prunella vires in genere hic adſcribemus. Eam calidam & ſiccam eſſe ex guſtu concludi. Fuchſius. Vulnera & Iunio laudavit ad ſclopetorum vulnera. Aphtas & oris vlcera ſanat eius ſuccus. Exuntæ verò eſſe [illegible] ad linguæ, gutturis & [illegible] ardores extinguendos (*die Braüne* Germani vocant,) ſi ex illius decocto [illegible] deſtillata colluantur & gargariſentur, apud omnes in confeſſo eſt. Aquam etiam aceto & oleo roſaceo [illegible] tam ad vehementes capitis dolores ſedandos præſcribunt Practici.

CONSOLIDA MEDIA, SYMPHYTVM MEDIVM, BVGVLA: Germ. *Gunzel*: Gall. *Conſyre moyenne.*



Symphytorum & Conſolidarum, tria ſumma genera faciunt Recentiores, *Magnum, Medium* & *Paruum*. Symphyta autem Magna ſunt, *Album* vulgare & Conſolidam [illegible] dictam, *Tuberoſum*, & *Maculoſum*. Totidem *Media*, *Petræum*. *Bugula*, & *Prunella*. Multa verò *Parua*, vt *Bellides*, quarum plurimæ [illegible] varietates. De iis antè Claſſe 16. actum: de Symphytis magnis agetur poſt. Claſſe 18. Hic verò de Mediis agemus.

Duas autem Fuchſianas Icones hîc exhibemus, non quòd eiuſdem plantæ eſſe ignoramus: ſed quò Lectis Herbæ frequentem demonſtrent varietatem & Naturæ luſum.

CONSOLIDÆ MEDIÆ ALIA ICON.



Quadrato, inani, hirſuto & aliquantulùm cyaneo aſſurgit *caule*: *foliis* Anagallidis aquaticæ maioris, oontinuò ſerratis, binis oppoſitis, per interualla naſcentibus clematibus longè ſe ſpargentibus. *Flores* ex foliorum alis calyci inſident ſeſſili, breui, hirſuto, cyaneo, quinquepartito, cærulei vt plurimùm, & nonnunquam albi vel cinerei, ie quatuor ſegmenta, duo lateralia producliora, atque inferiora totidem minuſcula, ſed magis [illegible], aliunde nullâ galeâ auſve, vt Lamiæ *apicibus* verò & *ſtylo* cyaneo. *Rad.* tenuis, fibroſa, aſtringentis guſtus.

CONSOLIDA MEDIA GENEVENSIS.



A vulgari diverſa hæc videtur. *Caules* enim habet ab vna radice plures & hirſutiores: *folia* [illegible] minora, oblonga, & inferiora profundè crenata: *flores* modò purpureos, modò rubellos, [illegible].

[illegible] Nuiodgchiú [illegible] Maio & April.


Vulgaris autem Conſolida media [illegible] [illegible] in pratis humidioribus, apricisque & [illegible] virens, nonnunquam [illegible] reperitur, complurihus Europæ regionibus familiaris. Tranſlata ad hortos in iis ſe gerit Florer Maio & Iunio. Copioſam alunt [illegible] pra ſupra Molendinum ad flumen.

CONSOLIDA MEDIA COERVLEA ALPINA Caſpari Bauhini.



Alicuius caliditatis eſt præter Conſolida media [illegible] ſiccat verò mauifeſtè cum nonnulla aſtrictione. Eius non meminêre Veteres: ex Recentiorum verò ſententia *Prunella* & *Bugula* mirum in modum vtiles ſunt diſruptis, fractis, vulneratiſque internis partibus: atque [illegible] cò vtiliùs putandæ [illegible] plus ab aliis deuolgata [illegible] qui interna inteſtina [illegible] acceperunt quæ [illegible] nant. Sanguinis [illegible] in ventriculo aliiſve [illegible] concretos diſſol[illegible] & debeiunt: [illegible] Gallos [illegible] Medico nec Chirurgo [illegible] *Bugulam* & *Saniculam* habeat, [illegible] tritum apud eos fertur Diverbio.

EVPHRASIA: Germ. *Augendienſt*: Belg. *Oghen troſt*: Gall. *Eufraiſe*: Ital. *Eufragia*.



Duplex vulgò ſtatuitur Euphraſia, *alba* & *purpurea*, lutea enim Matthioli Coris eſt Monſpelienſium.

Palmaris autem plantula eſt Euphraſia, tenuibus ſubhirſutis *virgulis* ſurgens. *Folia* denticulata, Chamædryos, ſed triplò minora, criſpa, & auerſâ parte hirſuta, bina ex aduerſo poſita, ex quorum alis *floſculi* emicant pulchelli, lactei, purpuraſcentibus ſtriis picti, aſpectû nonnullâ lanugine: labello in tres bifidas lacinias diuiſo, ac ſuperiore folio ſurſum reflexo, tripartito. *Radix* tenuis, lignoſa.

Naſcitur in locis herboſis, pratis, ſecus vias & agrorum margines: ac floret Æſtate. *Plura in Appendice.*

GRATIOLA, GRATIA DEI: Germ. Gall. & Italis *Gratiola*.



Vbertim luxuriant huius *radices*, pennæ anſerinæ craſſitudine, obliquè repentes, albæ, crebris geniculis nodoſæ, à quibus plurimæ demittuntur fibræ albæ. Caules plures, dodrantales, propter terram rubentes, ſuperius ex albido vireſcentes, crebris geniculis diſtincti: ad quorum ſingula *folia* bina, Saponariæ, minora, in ambitu obtuſè crenata, naſcuntur: & ex eorum alis modò *ſurculi* foliis Hyſſopi minimè rectis donati, modò *flores* ſingulares, ſtriati, oblongi, coloris partim flaui & partim albi, pediculo ſemunciali hærentes, ex calyce quinquepartito. His tandem ſuccedit *pericarpium* ex rotundo oblongum, *ſemen* continens minutum. *Plura in Appendice.*

CORIS MONSPESSVLANA PVRPVREA.



Coridis meminit Dioſcorides cùm ait Coris, quam aliqui Hypericum vocant, eſt folio Ericæ &c. *Coren*, referente Galeno, vocauit Hippocrates, argumento ſeminis, quod pupulæ oculi ſimilitudinem habet. Sic ſuam etiam Corim faciunt Recentiores, quam Monſpeſſulanam inſcribunt, ac Coridis Græcorum deſcriptioni multis omnis reſpondere aſſerunt. Eam tamen Lobelius ad Ericarum Claſſem refert, mediæque cuiuſdam naturæ eſſe arbitrat. *Hypericum* & *Ericam*. Alii *Symphytum petræum* eſſe volunt. Duplicem verò faciunt Scriptores, *purpuream*, quam hic pingimus & *luteam*, de qua mox.

CORIS MONSPESSVLANA LVTEA.



Eius ſimplex & lignoſa eſt *radix*. *Caulis* ſingularis, cubitalis, lignoſus, teres, in ramos aduerſos, duros, lignoſos, diuiſus. *Folia*, inferiora quidem Hyſſopi foliis ſimilia, verùmque anguſtiora, acuminata, caduca; ſuperiora verò tenuia, Ericæ arboreſcentis æmula. Longas geſtant ramuli ſpicas hiantium luteorum *floſculorum*, cum maleis apicibus, ſubiecto ſingulis floſculis foliolo. Omnioóque interdum rubêt caules & folia.

Monſpelii vidimus in monte prope *Caſtelnouſ* loco ſaxoſo, florentem Auguſto.

Purpurea in Galliæ Narbonenſis maritimis prouenit.

TERTIONARIA, ſiue TERZOLLA, ALIIS LYSImachia galericulata: Germ. *Fieberkraut*.



Caulibus eſt breuibus, quadratis, rigidulis, articulatis, in crebras alas diuiſis. *Folia* ad genicula terna habêt, gemina, aduerſa, Betonicæ æmula, minora, perinde rugoſa, latiùs per ambitum ſerrata, ſapore inſigni amaro. Ex eorum alis *flores* ſurrectis tubulo emicant, ex viridi in pallidum languentes, labello punctulis ſaturatioribus picto, ex calyculo breui globoſo. *Radix* tenuis ſerpit.


Aquoſis & paluſtribus gaudet, & riuorum è montibus deſſluentium ripis, Iunioque & Iulio floret: in Montbelgardenſiû *Souchaut* frequês. Vſus eius ad Febres.

SYMPHYTVM PETRÆVM.



Symphyti petræi nomine permultæ donantur Plantæ, *Sanicula*, *Prunella*, *Virga aurea*, *Coris Monſpeſſulana*, *Hyſſopum vulgare*, *Polium vulgare montanum*. *Trachely* & *Conſolida ſpecies aliquæ*, &c. De Symphyto petræo autem ſic tradit Dioſcorides. Symphytum petræum, ait, naſcitur in petris: *ramulos* habet Origano ſimiles. *Capitulis* veluti Thymus. Totum verò lignoſum, odoratum, & guſtu dulce eſt, ſaliuamque ciens. *Radice* nititur longâ, ſubfuluâ, digitali craſſitudine. Ad pulmonis vitia, ſanguinis rejectiones, dyſenterias, plurimaq; alia commendatur. Carnéſque dum coquuntur ſi iis addatur, conglutinare aſſerit.

CRISTA GALLI: Germ. *Reel rodel* : Gall. *Creſte de Coq* : Ital. *Creſta di gallo.*



Præter C. Bauhinum neminem ſcimus qui Criſtæ Galli ſexum vel varietates obſeruarit. Variat autem *foliorum* magnitudine & longitudine: *caulium* numero: *florum* & ſeminis colore, atque etiam ſexu. *Folia* enim vel longiora & latiora ſunt, vel parua & anguſtiora: *Caules* plures vel pauciores: *flores* vt plurimum lutei, ac nonnunquam etiam albi: *ſemen* vel nigrum vel ſubluteum. Et eſt tandem vel *Mas*, vel *Fœmina*.

Criſtam Galli Fœminam hic pingimus, quæ *caule* eſt minùs robuſto, *foliis* anguſtioribus, floribúſque nihilò minoribus quàm *Mas* de quo mox, ac minùs etiam albeſcentibus ſummitatibus.

Paſſim in aruis prouenit, et & in ſiccioribus pratis, totáque Æſtate floret.

CRISTA GALLI MAS.



Radice eſt exili; *caule* pedali & ſeſquipedali, recto, tereti, quadrato, inani, in ramos aliquot diuiſo: quos aduerſo ſitu poſita bina ſemper ambiunt *folia* ſine pediculo, ad exortum latiuſcula, ſenſim in mucronem deſinentia, alijs crenata. *Galli criſtam* æmulantia, circum plantæ ſummitatem magis quam in Fœmina albicantia. In ſummo ramorum atque caulis ex foliorum alis *flores* vnà cum folliculo compreſſo hirſutoque & laciniato, è quo prominent. Gallinam glocientem incubantémque exprimunt, quorum ſuperius foliorum caput gallinaceum efformat luteum, roſtro cæruleo: *Plura ad latus ſequentis Figuræ*, ad hanc notam. †

CRISTÆ GALLI AFFINIS PLANTA Romana, ſiue Criſta Galli maior Italica.



Circa Romam copioſam obſeruauimus, florentem Maio.

† *Vt autem in deſcriptione paulò ante inchoata pergamus*, in roſtro illo cæruleo occultantur *apices* hirſuti quatuor, duabus incenis excauati: inferius verò folium luteſcens croceum, in tres lacinias abit, ſtigmatis nigris guttatas. *Vaſcula* ſoliacea modicè protuberantes hirſuta *vaſcula* continent membranea, lucida: in quibus *ſemen* fuſcum, rotundum, compreſſum, ſinuatum, cùm membranea margine: Iiſdem cum Criſta Galli fœmina locis prouenit, eodémque tempore floret. Nullus autem eius vſus.

PEDICVLARIS, QVIBVSDAM CRISTA GALLI: Germ. *Lëuſkraut* : Gall. *l'Herbe aux poux.*



Pedicularem maiorem Dalechampii hic pingimus, qui ſic deſcripſit. Filipendulæ ſpinæ affinis eſt, at, *radice* ſorea nigrâ, Napi modo gracileſcente, rugoſâ, nonnihil ſurculoſâ: *caule* ferme cubitali, virgato, vnico: *foliis* Filicis, in longo pediculo ordine collocatis, per ambitum crenatis, exeunte per caulem alternatim vnoquoque foliorum pediculo: *flore* pallido, ſpicatim in ſummo caule congeſto: ac *ſemine* tandem copioſo, in latis corticoſis vaſculis concluſo, Alyſſi modo.

In vertice *montis aurei*, Lugduno haud procul admodum diſtante, gignitur. Nos Nemauſo habuimus.

PEDICVLARIS, QVIBVSDAM CRISTA GALLI, flore rubro & albo.



Alectorolophon Plinij eſſe volunt aliqui: *Fiſtulariam* à caulis cauitate dici author eſt Cluſius. *Pedicularis* verò vel *Pedicularia* appellationem, ab effectu obtinuit, non quòd pediculis hoſtis ſit, vt quorumdam fert opinio: ſed quòd pecori ac iumentis, quæ in pratis vbi prouenit naſcuntur, pediculorum copiam gignat.

Naſcitur, in vliginoſis pratis, ac inter pratorum vitia recenſetur, nec cuiquam rei vtilis eſt. Geneuæ vidimus flore purpureo & albo in pratis iuxta fluuium *Arue*, ac in pratis etiam aquoſis Montbelgardenſibus: vt & Baſileæ in Michelfelden.

PEDICVLARIS BVLBOSA.



Complures emittit *caules*, pedales, concauos: in quorū cacumine *flores* multi, acervatim congeſti, cucullati, Pediculariæ maiores. *Folia* palmaribus circa pediculis, pinnata, Filipendulæ diuiſurâ, ſtatim ex radice multa prodeunt: per caules verò pauca, præterquàm in ſummitate, vbi *florum ſpica* incipit, quo loco ſatis funt frequentia. *Radices* capillaribus fibris intertextæ, multæ à principio anguſto, ſe in extuberantes, ac Filipendulæ radicibus multùm cedentes.

In altiſſimorum montium verticibus, prouenit, ac nonnunquam etiam in vliginoſis pratis.

PEDI-


Pedicularis alpina, flore luteo; radice nigra.



Apud Hiſtoriam Lugdunenſem *Filipendula alpina* titulo habetur. Apud C. Bauhinum in Phyt. *Oenanthi*, ſiue *Filipendula ſimilis alpina lutea*, dicitur.

Eam gignunt ſumma alpium iuga, paſcuis, pratis, & vberrimo Fœno prouentu greges innumeros atque armenta ſaginantia.

Melampyrum, ſiue Triticum vaccinum; Ger. *MohrenWeitz*: Gal. *Blé noir, Blé de vache*: It. *Melāpyro*.



Lignoſâ eſt & exiguâ fibroſâ *radicula*: ex qua ſurgit *caulis* ſingularis, quadratus, hirſutus, purpuraſcens, multis alis concauus. *Folia* ex interuallis ex aduerſo poſita, Linariæ alia, alia lata & profundè laciniata, aſpera, atro virentia, iis quæ in ſuprema thyrſo ſunt breuioribus, latioribus, digitatis & hilari purpurâ tinctis. Ex eorum alis galeati *flores* exeunt, ſubhirſuti, caſſido purpuratore, labello luteo cum rubore admixto, ceruice penitùs lutea, purpuraſcentéque reliquo tubulo. Quibus ſuccedunt in *capſella* oblonga turgida *ſemina* duo aut tria, Triticeis minora nigrioráque. *Plura in ſequ.*

Melampyrum cristatum, flore albo vel purpureo, cum rictu luteo.



Hoc vidimus inter Balneū admirabile & Nūtingā. Vulgare autem omnibus in Prouinciis pingui ſolo prouenit inter ſegetes, cum Frugibus florens & ad maturitatem perueniens. Súntque qui ob floris elegantiam in hortis ſerant.

De Melampyro porrò nihil tradidére Dioſcorides & Plinius: obitérque tantùm & confuſè de eo egit Theophraſtus, & eius exemplo Galenus, qui ab eo ſua mutuaſſe deprehenduntur.

Melampero affinis Parietaria coerulea: Melampyrum purpuro-violaceum quorumdam.



Creſcit in Hungariæ, Bohemiæ, Auſtriæ, Morauiæ, & Germaniæ quoque, ſepibus & ſyluarum marginibus, vmbroſiſque locis: ac ob inſignem elegantiam & colorum varietatem hortis inſeritur. Aiuntque quidam eam vulnera ſanare, & liuores diſcutere.

Vulgare autem Melampyrum perg[r]atus eſt bubus ac vaccis cibus, iiſque ſaginandis aptiſſimus, vnde etiam vaccini Tritici appellationem ſortitum eſt. At nullum, quod ſciamus, in Medicina vſum obtinuit, & plerumque negligi ſolet.

Verbena ſiue verbenaca, herba sacra: Germ. *Eiſenkraut*: Gall. *Veruaine*; Ital. *Berbenaca*.



Verbenam in *Rectam* & *Supinam* diſtinxêre Dioſcorides & Græci: in *Marem* & *Fœminam* Plinius & Latini, hanc q. folioſam dixêre, illam verò rarioribus eſſe foliis.

A Nobis obſeruatæ aliquot *Differentiæ*, ex quibus *Vulgarem* dictam hîc pingimus. Ea pluribus ab vna, fibroſa & ſubamara, *radice caulibus* cubito longioribus aſſurgit, quadratis, ſubhirſutis, purpuraſcentibus: *Folia* ferè oppoſita, oblonga, inciſa quodammodò foliorum Quercûs inſimis duabus inciſuris profundioribus: ſunt autem vtrinque hirſuta, ſed ſuperiùs ſaturatiùs quàm inferius virescunt. *Floſculi* in thyrſulis exigui, quinquepartiti, pallidè-purpuraſcentes.

Verbena ſiue verbenaca supina.



Caules huic plures & tenuiores ſunt quàm *Vulgari*, ac *folia* etiam magis inciſa, *floſculi* etiam minores, ex cæruleo purpurei; cætera illi eſt ſimilis.

Prouenit autem vtraque Verbena vbique ſecus agrorum viarúmque margines & vrbium areas, ac non rarò in ipſis etiam ædibus. Florétque menſibus Æſtiuis, ac nonnunquam etiam Autumnalibus.

Eædem autem ſunt vtriúſque vires: adſtringunt & refrigerant mediocriter, deſiccantque valde. Decoctum vel ſuccum, teſte Dodonæo, plurimi commendant ad peſtem, pulmonem alii ad hydropem. *Plura in ſequentibus & in Appendice.*

VERBENA NODIFLORA, ET VERBENA Peruana perpetuò virens.



Verbenacæ nodifloræ nomine accepimus hanc ex Italia. *Folia* ſunt Agerati, ex adverſo ſita, vncialibus & brevioribus, paulò quadrante vnciæ latioribus. *Floſculi* perpuſilli, acervatim congeſti, è glomere amicant ramo extremo hærenti.

Verbenam *in Peru* plurimam creſcere ac contra Phthiſica, lumbricos, pluriméq; alia mala pro præſentiſſimo remedio apud Indos haberi, ſcribit Monardes.

De *Verbenæ* nominibus, æquivocis & viribus *plura in Appendice.*

VRTICA, VRTICA VVLGARIS: Germ. *Neſſel*: Belg. *Netelen*: Gall. *Ortie*: Ital. *Ortica.*



Vrticarum autem duæ generales traduntur *Differentiæ*; vna innoxia eſt, & ſine moleſtia contrectatur: *altera* foliorum improba mordacitate, & ſurculorum lanugine quadam pungente, lædit contrectantium manus, aliáſve quas attingit corporis partes nudas. Illa *Lamium*, *Vrtica iners* & *Galeopſis* nuncupatur, de qua Claſſe præcedenti actũ: hæc verò Græcis modò *Acalyphe* & modò *Cnide* dicitur, Latinis *viva* & *vrens vrtica*: adeóque vulgaris eſt notitiæ, vt non modò interdiu, ſed etiam noctu, ſolo tactu, ab omnibus facillimè cognoſcatur.

Duo iſtius genera Dioſcoridi: ſylveſtrius vnum & aſperius, latioribus nigrioribúſque foliis: & aliud non æquè aſperum.

VRTICÆ VVLGARIS ALIA ICON: Vrtica vulgaris minor.



Præter Vrentis Vrticæ differentias antè propoſitas, habentur & aliæ: Sic *Maiores* aliæ, aliæ *Minores*: aliæ magis *Sylveſtres*, quas *fœminas* vocant, aliæ minùs, *Mares* dictæ, quæ reliquas proceritate ſuperant.

Vrtica vulgaris maior in præcedente Tabella tradita, viridâ lanugine, quâ quadrati & cubitales caules, nec non folia acuminata, ſerrata, atrovirentia aut ſubflaveſcentia, obſita ſunt, non ſimiter rubentibus nonnihil radicibus nititur: *flores* racematim in ligulis ex foliorum alis profetens, lanuginis incanæ inſtar. *Semen* perquàm minutum.

Minor, quàm hic pingimus, Maiori in omnibus eſt aſſimilis, minora tantùm omnia, & vrentior eſt.

VRTICA ROMANA, SIVE MAS, CVM globulis.



Radix huic vulgaris Vrticæ, at rigidiores *caules*, pungentibus ſpinulis pro virideillius lanugine donati, perinde vt & folia, quæ quàm in illa altiùs multò inciſa ſunt. *Semine* in veſiculis mori acinis glomeratim coniunctis Lini æmulo. Tota planta hominis altitudinem interdum ſuperat.

Reperitur in denſis ſylvis, ac nonnunquam etiam in ſepibus, locis vmbroſis, floréſque Aprili & Maio.

Vulgaris verò tum Maior tum Minor, locis incultis exit. Frequentior autem eſt iuxta ſepes, domos, veteréſq; parietes, ac quandoque etiam in hortorum locis neglectis naſcitur. Vigetque & floret Æſtate. *De viribus in Appendice.*

CANNABIS: Germ. *Hampf*: Belg. *Kemp*: Gall. *Chanure, Chenene*: Ital. *Canape.*



Cannabim in *ſativam* & *ſylveſtrem* diſtinguit Dioſcorides: Plinius ſativam cum ſylveſtri confundit: Galenus verò eam, non ſolùm Figurâ ſed etiam facultatibus Vrticæ ſimilem facit.

Recentiores Cannabim ſativam in *Marem* & *Fœminã*, ſive in *Fœcundam* & ſterilem diſtinguunt.

Seritur quotannis Vere in agris & hortis, ſolúmq; pingue, ſtercoratum, riguum & altè ſubactũ, teſte Columella, depoſcit. *Fœmina*, quã hic pingimus, altitudine *Mari* cedit, & flores profert muſcoſos, luteolos, in pulviſculum, nullo poſt ſe relicto ſemine, abeuntes: *Mas* verò, nullo præeunte flore, ſemen copioſum ſecundum, oleaginoſũ, ſecundum caules vndique. Et eſt *hæc ſpecies* ad ſui generis conſervationem apta: altera verò, quæ prior matureſcit, melior præſtantiorque ad pannos conficiendos. *Plura in Appendice.*

CANNABIS SYLVESTRIS: Germ. *Vvilder Hanff*, *Vvilde rauh Neſſel*, *Acker Neſſel.*

Similes Althææ *Virgas* profert, authore Dioſcoride, minores tamen, nigriores, craſſiores & cubitales. *Folia* ſativæ ſimilia, ſed nigriora quoque & aſperiora. *Flores* rubeſcentes, Lychnidi ſimiles, ac *ſemen* & *radicem* Althææ. Decocta radix illius inflammationes mulcet, tumores diſcutit, tophos articulorum diſſipat: herbæ cortex torquendis funibus accommodatur.

De Cannabi ſylveſtri ſic tradit Plinius: *Cannabis*, inquit, in ſylvis primùm nata eſt, nigriore folio & aſperiore, deinde culta domitã feritate aſſuevit in agris, &c. Sed magno ille lapſu, cùm apud Dioſcoridem legiſſet Cannabi ſylveſtri Virgas eſſe Althææ ſimiles, Oſcitanter Cannabi tribuit, quod Althææ proprium eſt, aquam ſcilicet ſpiſſare, &c.

Eam in arvis ſponte provenire ſcribit Amatus, ſed non deſcribit. Sic Matthiolus, qui in ſylvoſis & campeſtribus naſci tradit, ſe vidiſſe dicere non audet. Sic Ruellius, Cordus & Lacuna eius meminere, ſed quæ ſit non tradunt. Cannabem ſylveſtrem Nos non habere, ſtatuunt Tragus & alii, nec Dioſcoridem ſativæ ſpeciem aliquam ſubintellexiſſe.

Sunt qui *Sylveſtrem Cannabem* Alceam Officinarum eſſe contendant: alii Clinopodii alterius Matthioli genus album: Alceam Pentaphylli folio alii, & alii Criſtam Galli. *Cannabim* autem ſponte provenire in Virginia: ſed foliis & caule à noſtra ſativa differentem, author eſt Thomas Hariot.

Linvm, Græcis Λίνον: Germ. *Lein. Flachs*: Belg. *Vlachs*: Gall. *Lin.* Ital. *Lino.*



Linum meritò inter eas recenſet Matthiolus, quæ, non modò Medicis, ſed etiam Agricolis, ac omnibus Muliercul is, adeò palam ſunt nota, vt eorum Hiſtoriam pluribus perſequi prorſus videatur ſuperuacaneum. Vnde etiam Dioſcorides, eius prætermiſsâ delineatione, vires & vſus tantùm recenſet. Arabes ſeminis tantùm meminêre, vocantes illud *Bizrcha-bateum*, ſiue, vt Serapioni placet, *Bezarchichen*.

Diſtinguitur autem vulgò Linum in *Satiuum* & *Syluestre*, cuius, vt ex ſequentibus patebit, variæ rurſus habentur *differentiæ*. Quod verò ſcribit Theophraſtus *Linum degener factum in Lolium abire*: noſtra et Colonis hoc vitium peregrinat.

Linvm sylvestre angvstifolivm:



Syluestris Lini variæ habêtur *Differentiæ*. Quod hîc proximus damus ex tam longè natas per ſingulas *radicem*, latis craſsâ. Cauliculi multi, tenues, cubitales: *folia* ſtriata, confertiſſima, tenuiſſima, longitudine ferè Lini ſatiui. Ex *calycibus* longiuſculis *flores* extremis ramulorum breuium naſcuntur, magni, albi, vel quaſi cinerei, fortaſsis ſtriis ſoblucentibus, tam caduci, vt vix attingi poſſint quin delabantur. *Vaſcula* minora quàm Lini ſatiui, quadripartita, in quibus *ſemen*, ſatiui itidem ſemine minus.

Spontè, in gramineis pecluarum ſolis naſcitur ac iuxta vias: Maio que & Iunio floret.


Linvm sylvestre fruticosvm.



Ramulos dodrantales pedaléſve, ſemper virentes, exornant numeroſa, *folia*, media inter Thymi & Pſylli magnitudinis, & ſubalbida. *Flores* omninò, niuei ſunt, quibus ſuccedunt *Capitula ſemine* plena: *Radix* dura & lignoſa eſt.

Exit deſertis quibuſdam Hiſpaniæ locis, Sole illuſtratis: floret Iunio & Iulio, ac ſubinde ſemen profert.

Linvm sylvestre angvstifolivm album, lineis in vmbilico purpureis, *Clusij*.



Hoc Monſpelii vidimus, florens Aprili & Septembri: & Baſileæ propè *Kronszach* Octobri. Id verò Cluſius tum in Mediterraneæ ſyluæ apertis locis, tum in Viennenſis agri gramineis, obſeruauit.

Frutescens vel fruticoſum *Linum, flore omninò candido*, vidit idem Cluſius in deſertis nonnullis, & Sole illuſtratis Hiſpaniæ locis.

Apud Mediomatrices autê ſyluestri Lino, ſatiuum planè referente, aduentante Æſtate, integra conſeſpiunt agri: inueniturque etiam id quandoque inter ſegetes Auenæ.

Linvm sylvestre latifolivm, flore luteo, *Clusij*.



Exit hoc abundè in môte Badenſibus Auſtriæ thermis imminenti, locis gramineis ſecundum ſepes, ac plæriſque aliis. Floret Iunio & Iulio.

Syluestris latifolii hirſuti Lini flore caeruleo [illegible] etiam *Syluestris latifolii lanuginoſi, flore candido purpureis lineis ſtriato* quæ tum in Pannonia tum in Luſitania obſeruauit, meminit etiam Cluſius.

Linvm lvtevm Narbonense.



Ab vna *radice caules* ſurgunt plures cubitales, qui ſuperiùs in ramos diuiduntur: per quos *folia* mollicella, longiuſcula, breuiora quàm Lini ſatiui, inſipida. *Flores* extremis hærent ramulis, Lini, ſed coloris lutei, amarcantes: quibus ſuccedunt *Capitula* minora quàm Lini ſatiui, in quibus *ſemen*.

Haud procul à mari, in pratis ac herboſis locis: in nonnullis regionibus, ac præſertim in Gallia Narbonenſi, gignitur. Vidimus Nos Mônſpelii, florens Septembri: id verò in agro Bononienſi paſsim prouenire, ac in ſtamina poſſe diduci, ſcribit Matthiolus.

LINVM PVMILVM FLORE ALBO, VEL luteo pallente, Cluſii.



Exili, rotundo, dodrantali-que, aut paulò maiore, aſſurgit *cauliculo*: quem aduerſo ſitu, vt in Hyperico, bina ſemper amplectuntur *foliola*, Lini ſatiui foliis fere paria. Supremus cauliculus in aliquot ramulos diuiditur, qui in oblōgis pediculis exiguos *floſculos*, quinque foliis albis conſtantes, proferunt, luteis intus ſtaminulis. *Floſculis* ſuccedunt parua *Capitula*, Lini vaſculis haud abſimilia, minora tamen, in quibus *ſemen*. *Radix* tenuis aliquot fibris donata.

In herboſis collibus Auſtriæ & Pannoniæ paſſim prouenit: Iunioque & Iulio floret.

De Lini ſatu & vſu conſulatur Appendix.

LINVM MINIMVM FLOSCVLIS ALBIS: Alſine vero glabra quorumdam.



Ex *radicula* tenui, ſed rigidula, exiguis multis filis capillatâ *cauliculi* exeunt non-nihil repentes, moxque humo ad palmum aut altiùs ſeſe attollentes, faſtigio ſurſum ramoſo, nutante, teretes, ſcoues, geniculatos, propter terram rubeſcentes. *Foliola* infima Alſines minoris, ferè rotunda: ſuperiora verò paulò longiora ſunt. *Floſculi* cādidi, e quinque foliolis compoſiti, apicibus in luteis. *Vaſcula* ſuccedunt Lini, canaliculata in quibus *ſemen* lucidum & lubricum ut Lini, compreſſum & oblongum.

Floret in ſegetibus Vere & Æſtate: Montbelgardi ante pontem frequens.

PASSERINA LOBELII.



Foliis eſt per *caulem* dodrantalem confertis, Lini ſimilibus, viridantibus, acuminatis, vncialibus, circa ſuperiora latioribus. *Floribus* in ſummis ramulis breuibus, aceruatim congeſtis, luteis, quos excipiunt *Vaſcula* exigua, turbinata, Lini, dimidiò aut triplò minora, foliolis quibuſdam acutis vndique obuoluta: *ſemine* plena lubrico, fuſco, mul ò Lini ſeminibus minore. *Radix* ſatis longa, tortuoſa, alba, lignoſa.

PASSERINA TRAGI.



Lingua paſſerina nomen huic fecerunt *foliola* acuminatā, auiculæ iam dictæ linguam imitantia, alternatim, rariùs aduerſa, *cauli* dodrantali & altiori, recto, tereti, ſæpe ſimplici, interdum ramoſo, ſine ped culis adnata, ſapore viſcido prædita. Ex quorum alis *floſculi* plures puſilli erumpunt, ex herbaceo flaueſcentes, oris in quatuor lacinias diuiſis. *Semina* parua, turbinata, nigra, Lithoſpermi ſeminibus multò minora.

Variis locis prouenit in agris, vt Baſileæ obſeruauimus, & Montbelgardi inter *Taillecourt* & *Audincourt*, verſuſque Caſtellum *Mathei*.

LINARIA: Græcis Ὀσυρὶς: Germ. *Lynkraut*: Gall. *Linaire, Lin ſauuage*: Ital. *Linaria*.



Linariæ herbę ſpecies ſunt plurimæ, quarum vulgatiſſima, quæ hic pingitur, vulgarem exiguam Eſulam adeò mentitur, vt priùs quàm floreat, non niſi Lacte ab eâ diſcernatur, vnde Verſus:

Eſula lacteſcit, ſine Lacte
Linaria creſcit.

Ab errore tamen etiam prohibent prodeuntes Linariæ flores, qui in Linaria in thyrſum digeſti, poſticā parte *corniculum* Conſolidæ regiæ proferentes, anticā Antirrhinum imitantur, colore luteo præditi, cum *apicibus* concoloribus. *Semen* in capitulis rotundis latum. *Radix* lignoſa, dura, alba & fibroſa.

LINARIA LVTEA PARVA ANNVA.



Radices huic plures, paruę, albicantes: *caules* tenues, numeroſi, & dodrantales, vel ſeſquipalmares: *Folia* teneriora, anguſtiora & craſſiora quàm in vulgari Linaria, coloris glauci, terna, quaterna aut quina, ex certis interuallis, aliàs vero inordinata, ſubamaro ſapore. *Floſculi* in ramulorum faſtigiis Linariæ formâ, Crocei, ſed quadruplò minores, odore [illegible], quos excipiunt globuli [illegible], *ſemen* continentes paruū, orbiculatum, compreſſum. *Radix* [illegible] eſt & a[illegible].

Naſcitur [illegible] paſſim in collium a[illegible]buſq; ac ſecus agrorum margines: [illegible] & hic [illegible] Nemales [illegible] vtraque Æſtate.

Linaria pannonica flore luteo, minore quàm in Vulgari.




Creſcit in montium decliuibus, ſecundū publicas vias, & gramine nudis locis: Iunioque & Iulio floret, ac interdum etiam Auguſto.

Linariam ab *Oſyride* diuerſam eſſe contendunt nōnulli: vnam verò & eandem, eſſe plantam, volunt Tragus, Lobelius, Fuchſius, Euricius Cordus, & docti pleri que alii.

Vrinaria nomen ab vrinas mouendi facultate obtinuit: Linariæ verò à foliis quæ Lini faciem referre videntur.

Linaria maxima folijs lauri, Dalmatica.



Folia maxima hæc profert, & ad ſimilitudinem Lauri formā accedentia, ac in ſummitate cauliū tenuiora & anguſtiora: *Caules* multos cubitales aut bicubitales, ramoſos: *Flores* luteos, Antirrhini maioris magnitudine.

Creuit Nobis Montbelgardi in S.P. horto.

Linariam porrò frigidam & humidam eſſe volunt nōnulli, ſed lapſu magno, vt rectè notat Fuchſius, cùm vrinam ducat, quod non niſi acribus & ſiccis conceſſum eſſe ex Galeno habemus.

Linaria trifolia, latifolia, flore Linariæ vulgaris luteo, *Cluſii*.



Hiſpanicam & Valentinā hanc inſcribit Cluſius, quòd tamen Hiſpaniæ & Valentini regni locis vmbroſis reperiret, nec vſquam alibi. Iulio & Auguſto floret, ac ſemen maturat Septembri.

Cæterùm Linariæ aqua deſtillata ac pota vrinas mouet, aluum laxat, morbum regium diſcutit, iecur ab obſtructionibus liberat: eadémque [illegible] vlcera mundat, ſi eâ colluantur. Succus hiſdem pollet facultatibus, & vitia faciei emendat.

Linaria odorata Monſpelienſium.



Rectis & rigidis fiunt *cauliculis*, bicubitalibus, iuxta terram rubeſcentibus: quos Linariæ vulgaris *folia* anguſtiora, denſo ſtipatu veſtiunt. Summum caulis faſtigium in *ſurculos* aliquot abit, qui *flores* ſuſtinent eodem quo in Linaria vulgari diſpoſitos ordine, ſed calcari longè breuiore, rictúque apparente, maiores, odoris grātiſſimi, & variegati coloris. *Radix* candida in latus ſerpit.

Habuimus hanc Montbelgardi in S.P. horto, vbi florebat Iulio & Auguſto.

Linariæ aliquatenus ſimilis, folio Bellidis.



Hæc ex vaſculorum & ſuperiorum foliorum argumento in Linariarum Claſſem relectus: inferioribus verò foliis ad Bellidem maiorem accedit: *Caules* ex radice ſtatim plures oriuntur, cubitales, teretes, multùm ramoſi. *Floſculi* ex foliorum ſinu prodeuntes exigui admodum ſunt, & partim hiantes, partim cærulei partim albi, nullo calcari donati. Cætera vt in vulgari Linaria.

Gignitur in agris ſqualentibus & apricis, in quibus locis reperimus inter Valentiam & Lugdunum.

Linaria purpurea magna.



Seſquicubitalem è longā, nigrā, contortā, lignoſā, *radice caulem* erigit: eumque teretem, glabrum, firmum, in ramos plurimos diuiſum, *folio* ornatum longioribus anguſtioribuſque quàm Linaria lutea, ſapore nullo euidente: *Flores* longâ ſerie per ramos naſcuntur, antrorſum hiantes, poſticâ parte calcar producentes, colore purpureo præditi, minores multò quàm Linariæ luteæ. *Semen* in vaſculis paruis biſidis continetur.

Montbelgardi Nobis in horto florent Iulio.


LINARIA PVRPVREA PARVA.



Huic *radix* ſubeſt tortuoſa cum fibris longiuſculis. *Cauli* complures, palmares & maiores, in terram reclinati, ramoſi, foliis amicti veluti ex geniculis, modò ſingulatibus, modò ternis aut quaternis. Extremis ramis *flores* multi congeſti hærent, Linariæ vulgaris minores, longis calcaribus prædit, cæruleo-purpurei. Succedunt *Vaſcula* penè rotunda, in quibus *ſemina* longiuſcula compreſſa.

Cluſius inter ſaxa & præcipitia montium Auſtriæ collegit. Nos inter Nemauſum & Autoritum, ac Geneuæ etiam circa fluuium *Arue*. Floret Maio.

LINARIA CÆRVLEA, CALCARIBVS longis.



Radix tortuoſa, alba, fibroſa. *Caulis* ſingularis, ſimplex, pedalis, glaber, teres, gracilis. *Folia* alia aduerſa alia alterna, vncialia, anguſta, læuia. *Flores* per ſummum ſcapum eo ordine quo in Linaria vulgari, eadémque formâ, dimidio minores; Calcari ferè longiore, cærulei, quinque herbacei coloris anguſtis longiſque foliolis baſin ſuſtinentibus. *Vaſcula* minora quàm Lini vulgaris.

Reperimus propè Vticbam in Italia.

LINARIÆ SIMILIS PLANTA:



Radix eſt lignoſa, ſimplex, craſſáque modò in capita, modò in plura capita diuiſa. A qua *caules* ſtatim plures emittit, palmares, aut etiam cubito longiores, ramoſos & non ramoſos, anguloſos, per quos *folia* Lini, glauca, longa, anguſta: ex quorum ſinu in ramulorum ſummitate *floſculi* emergunt parui, quos ſequuntur *vaſcula* parua.


LINARIÆ SIMILIS ALIA. *Cluſii*.



Linariæ ſimilem variis in locis obſeruauimus, Geneuæ, Baſileæ, Montbelgardi, & alibi. Floret Maio. Cluſius verò qui ferè deſcribit, ſe, tum in Auſtriæ & Pannoniæ montibus, herboſiſque collibus, tum in Madriciana ſylua, ſecundo ab vrbe Lutetiana milliari, reperiſſe tradit.

An Tabernæmontani in Icon. & Hiſtoria *Linaria adulterina*.

LINARIA BELVIDERE ITALIS DICTA:
Herba ſtudioſorum quibuſdam.



Muſtam fibroſam *radicem* habet, & perquàm ſiccula eſt planta, acerrimula, quamuis fragilis. *Folia* quàm vel Lino vel Linariæ vulgaris longiora, frequentiſſima, incondita ſapore amaro. *Floſculi* ſecundum caulem & alas herbacei, obtutum præ paruitate propemodum fugientes, vel etiam purpurei, quibus ſuccedunt exigui loculi in quibus *ſemen*.


LINARIÆ BELVEDERE ALIA ICON.



Hanc Oſyridem inſcribunt nonnulli, sed Linaria diſtinguitur, vt pote ex qua *scopæ*, hoc eſt ſcopæ, hac ætate in Italia componantur, vt ol in Galeni ſeculo. Sic *Scopariam* vocant aliqui, & Herbam ſtudioſorum, *Studentum herbam*.

LINARIÆ

Linariæ belvedere icon tertia.



Bellulam hanc plantam, & , tum re ipſa tum Italico nomine, ſpecioſam , propter raritatem exoticam apud Italos, in hortis & penſilibus figulinis vaſis, altollitam ait Lobelius. Plæriſque Græciæ locis ſpontè gigni : Æſtatè que virêre & vigere , ac ſub Autumnum ſemen maturare, author eſt Dodonæus. Lugduni , Geneuæ & Montbelgardi vidimus in hortis : Atque autem in arboris altitudinem interdum exereſcere. *Nos* tres Icones proponimus, quia iam erant ſculptæ.

Antirrhinvm : Germ. *Brackenhaupt, Kalbsnaſs* : Gall. *Mouron violet* : Ital. *Antirrhino.*



Antirrhinum ſiue *Anarrhinum* , quod aliqui etiam *Lychnida ſylueſtrem* vocauerant , Dioſcoridi herba eſt *caule foliiſque* Anagallidi ſimilis, *floribus* Leucoii , minoribus tamen & purpureis, *ſemine* vituli naribus ſimili.

Antirrhinon vocatur , inquit Plinius , ſiue Anarrhinum, ſiue Lychnis agria, ſimilis Lino, *radice* nullâ, *flore* Hyacinthi, *ſemine* vituli naribus ſimili. Velim eſſe herbam ad gloriam comparandam , ſcribit Theophraſtus, radice nullâ , fructu verò tanquam nares vituli.

Sic Dioſcoridi cum Plinio conuenit quidem in nomine , at ille in deſcriptione, tum à Plinio tum à Theophraſto diſſentit.

Antirrhini vvlgaris alia icon.



Antirrhinum à floribus Leonini potiùs quam Vitulini oris rictum æmulantibus, ſunt qui *Os Leonis* appellandum cenſeant. Quid autem ſit Antirrhinum fatetur ſe ignorare Bacchanelius. Sic Antirrhinum Dioſcoridis non nouit Anguillara : Theophraſti verò & Plinii in Italia, nomine *Cazzugelli*, paſſim notum affirmat. At verum & idem ſunt illorum Antirrhina.

Apud Recentiores verò diſtinguuntur Antirrhina magnitudine & florum colore. Sic habent illi Antirrhinum, 1. & 2. Maius & Minus : ac flore candido , luteo & incarnato.

Figuræ noſtræ ex Fuchſianis haud multùm placent.

Antirrhini vvlgaris icon adhvc alia melior.



Nullam ferè humum ſpernit Antirrhinum, & expatietiores ſiccis macerius , in cultum ſolum deſcendens, & illinc in id translatum , de fœcunditate haudquaquam remittit. Copioſum vidimus *Nos* Monſpelii in via quæ itur ad ſyluam *Aigremont*, & aliis in locis. In Italia & Gallia Narbonenſi prouenit inter Oliueta. Apud Germanos verò & Belgas colitur in hortis, & floret Æſtate, vt Nobis Monsbelgardi in S.P. horto prouenit , florens Augusto & Septembri.

Antirrhinvm angvstifolivm qvibvsdam : Antirrhinum minus aliis.



Elegantula eſt plantula, tenui albicanteque *radice* : *cauliculis* palmaribus aut cubitalibus , teretibus, hirſutis, quos alternatim ornant *folia* Hyſſopi foliis paria , ſimul plura, inferiùs nonnunquam rubeſcentia, pinguia & ſubacria. *Floſculi* ex foliorum alis bicolores, partim albi, & partim purpuraſcentes , Antirrhini maioris , ſed multis numeris minores: quæ ſequitur *Pericarpium* in quo *ſemẽ*.

Vbiuis fermè habetur tam in hortorum quàm in incultorum marginibus. Copioſum verò reperitur Geneuæ iuxta Rhodanum, verſus Caſtellum *la Baſtie*, & Montbelgardi in agris prope *Audincourt*. Floret Æſtate & Autumno.

Antirrhinvm minimvm.



Tota minor eſt hæc Plantula Antirrhino minori dicto: *radice* parua, durâ, fibrata : *caule* crebris aliis concauo : in quibus *folia* haud multò minora iam dicto , ſapore non diſſimili. Flos corniculatus poſticæ parte , antica hians , dilutè violaceus. *Capſulla* oblongæ , ventricoſæ, ſepti craſſiuſculi beneficio in duos loculos diſpeſcuntur, *ſemen* continentes copioſum, minutum, acutum.

Baſileæ copioſè in agris prouenit , ac Montbelgardi etiam in aruis & terenis. Floret Æſtate.

Ppp 5

Lvtea Plinii qvibvsdam.



Hanc cum multis aliis Creticis ad Nos miſit olim Bellus. Totam autem Herbam amaritudine & Aloën & Colocynthidem ſuperare, ac colore luteo inficere, ſcribebat. Antiquis autem ignotam fuiſſe. Pauciſque ex Recentioribus cognitam.

Luteæ verò Herbæ meminit Lib. 33. Plinius, & *Luteam* appellauit. Vitruuius Lib. 7. & *Luteum* vocauit: ac Virgilius in Bucolicis, & *Luteum* inſcripſit. A *Luteo* autem luteus color, & Lutea dicuntur, veluti à Croco Crocea. *Phyteuma* eſſe contendunt nonnulli, alij *Catanancen*, nonnulli *Reſedam Plinij*. An Gallorum *Gaudum* ſiue *Gaidum* Ruellio? De vſo in ſequentibus.

Lvtea maxima Cretica, H. Belli: Germanis *Sterckraut*: Belg. *Vouue*.



Aduerſus venena & morſus venenatos præſtantiſſima creditur *Lutea* dicta Herba; vnde quibuſdam *Theriacaria* dicitur: nam autem radicis ſapor eam arguit calefacere, rarefacere, diſſipare, aperire, atque vrinas & ſudores mouere. Quantum verò apud Lanarum Infectores, præſertim Belgas, præſtet vſum, & teſtatur quotidiana praxis, & docent Vitruuius, Lobelius, Dodonæus ac Camerarius. Luteo enim colore cùm tinguntur lanei panni nullo alio antè imbuti: virent verò qui cæruleo antè fuere tincti.

Reseda Plinii qvibvsdam.



Tenuem ſatis, ſed longam, *radicem* habet Reſeda Nuperis dicta, lignoſam, notabili acrimonia præditam. *Caules* fiſtuloſi, ſeſquicubitales, ſtriati, ſubhirſuti, ramoſi. *Folia* profundè diuiſa, inordinata, criſpa, ſapore oleraceo. *Flores* in ſpicam longam digeſti, lutei ac nonnunquam etiam albi vel herbidi, cum concoloribus apicibus, & tricipite ſtylo. *Capſula ſeminum* effigie veſculi ſuperius hiant: ſemen continentes paruum, nigrum.

Reſeda autem à ſedandis doloribus dicta cenſetur, quòd collectiones & inflammationes diſcutiat.

Floret porrò Æſtate, ac reperitur in cultis & iuxta ſepes.

Chelidonivm minvs: Germ. *Feiguuartzenkraut*: Gall. *Petite Eſclaire*: Ital. *Fauoſcello*.



Chelidonij duo ſunt ſumma genera: *Maius*, de quo mox, & *Minus*, quod hic pingimus.

Herbula eſt, authore Dioſcoride, pediculo ab radice pendens, ſine *caule*: *foliis* Hederæ, multò rotundioribus & minoribus, teneris & ſubpinguibus: *Radices* habet ex eodem callo complures, puſillas, in granorum Tritici modum aceruatim congeſtas, quarum tres aut quatuor in longitudinem exeunt. Triticum ſylueſtre nuncuparunt aliqui. Iuxta aquas & lacus naſcitur. Sic ille, de floribus & ſeminibus nihil tradens, quas partes earundem Ranunculi partium æmulas agnouit poſterior Ætas.

Chelidonivm maivs: Germ. *Schelkraut*: Gall. *Eſclaire, Felougne*: Ital. *Chelidonia maggiore*.



Radix minimo digito craſſior, fibroſa, rubra vel aurei coloris: *caules* producit teretes, hirſutos, propter radicem & genicula tuberoſos. *Folia* cum Aquilegiæ foliis ſimilitudinem aliquam habent, vtcunque tamen maiora, longiora, numeròque plura, ad coſtam ex interuallis adnexa, vt plurimùm ſena, ſeptimo alam claudente. *Flores* crocei quatuor foliis conſtant, multiſque ſtaminibus concoloribus, quos ſequuntur *ſiliquæ* oblongæ, *ſemen* continentes pallidum, Papauerino maius. Folia, autem, caules, & flores ac inprimis radix, rubrum croceumve, lentum, amarum & grauiſſimi odoris ſuccum fundunt.

Chelidonivm maivs folio laciniato, ac florum eiudem foliis inciſis.



Varietas eſt Volgaris, nec ab eo aliter quàm dictum diſtinguitur.

Locis autem incultis gignitur Chelidonium maius, inter rudera, in parietinis & maceriis ac inter cætera Herbarum vitia, atque in ſepium ripis. Toto anno viret, atque ab Aprili menſe in multum Æſtatem floret.

Ab eo porrò, Theophraſto & Dioſcoride authoribus, nomen obtinuiſſe exiſtimatur Chelidonium, quòd Hirundinum, quas *Chelidonas* vocant Græci, aduentu exoriatur, & diſceſſu emarceſcat: vel quod, excæcatis Hirundinum pullis, Matres, admotâ herbâ, viſum illis reſtituant. *Plura in Appendice*.

AQVI-

AQVILEGIA, AQVILEIA: AQVILINA. Germ. *Akkeley*: Gall. *Ancholie*: Ital. *Aquileia*.



Plùs quàm pollicari craſſitudine eſt *radix*, candida, ſapore ſubdulci. *Folia* ex longis, rigidis hirſutis, pediculis ter terna, Chelidoniæ maioris, infrà glauca, ſuprà viridãtia. *Caules* teneri, rigidi, hirſuti, geniculati, ramoſi, amœnos *Flores* ſuſtinent, corniculis roſtratis compoſitos, vt paſſis alis Columbam egregio Naturæ artificio deformentes atque hi quidem in ſylueſtri vix alterius quàm punicei coloris, in hortenſi verò cærulei, candidi, rubri, herbacei, vel ex illorum aliquot commixti. Omnibus tamen *Semen* Conſolidæ regalis, nigrum, in Corniculis ſurrectis Aconitorum continetur.

Nomen illi fecêre florum mucrones adunci, Aquilinis vnguibus ſimiles.

AQVILEGIÆ ſiue AQVILEIÆ ALIA ICON.



An Veteribus fuerit nota *Aquilegia*, nec ne, ambigitur. *Pothon Theophraſti* eſſe contendunt Coſtæus & Aldroandus: Eiuſdem *Iaſionem* Cæſalpinus: Eiuſdémq; *Iouis florem* Dalechampius: Eiuſdémque rurſus *Leontoſtomi* Geſnerus. *Leonem Columellæ* & *Leonem herbam* vocat Dodonæus: *Ægilopa Græcorum alii*: *Centaurium minus*, ſed perperàm, Tragus, *Chelidonium maius*, referente Matthiolo, aliqui: *Cantabricam* Geſnerus in Catal. pl. aquilinam quæ ſimplici flore eſt, Dioſcoridis ἰσόπυρον inſcribit Fab. Columna, quod valde probat Cluſius: & contrà eam opinionē, vt abſurdam, reiicit Lobelius. Nos in tantâ ſententiarum diuerſitate rem ſub iudice relinquimus.

AQVILEGIÆ ICON ADHVC ALIA.



Icones tres ex Fuchſianis propoſuimus, Aquilegiam tū ſimplici tum pleno flore exprimentes, quibus meliores optaſſemus: ſed iam erant pictæ.

Aquilegiæ autem variæ *Differentiæ* obſeruantur, ac potiſſimùm in floris magnitudine, colore eiuſdémq; foliorum numero. Eſt namque vel ſimplex vel plenus: coloris cærulei, cãdidi, flaui, incarnati, ex cæruleo & purpureo variegati: vel cãdidus cæruleis liueris aſperſus. Qui non tantùm fœtura vberiore & colore diſcrepant hi flores, ſed figurâ etiam, diuerſaſque interdum ſortiuntur facies: inuerſi enim nonnunquam propemodum obſeruãtur, alii ſine corniculis, &c.

AQVILEGIA DEGENER.



Ita nonnunquam degenerat *Aquilegia*, vt ſæpiuſculè flores proferat ſtrigoſiores, coloris vel omninò viridis, vel lãguidè vireſcentis, vel ex viridi purpuraſcentis.

Cæterùm in montium pratis luxurians Aquilegia flore ſimplici, ea ſcilicet quæ cærulei eſt coloris. In hortis verò diuerſorum colorum conſpicitur, itémque multiplex.

Vires Aquilegiæ quod attinet, ſemen tenuiſſimè contuſum, & ex vino drachmæ pondere bibitum, præſtantiſſimū eſt in morbo regio, & partus difficultate, medicamentorum. Ad eadem datur *Aqua deſtillata*, & ad ſyncopes, & ad viſcerum obſtructiones: abſceſſus internos diſcutit, &c.

CALTHA PALVSTRIS: Germ. *Dotterblum*: Gall. *Soucy de Marais*.



De Caltha *Calendula* dicta, quæ in agris prouenit, & hortorum eſt incola, actū in Sciagraphiæ huius Claſſe 46. Iam verò de ea agendum quę riuos aquarum, & vliginoſa prata, ſectatur.

Vulgaris quæ ſimplici eſt flore Chelidoniæ minori ſimilis eſt: ſed per omnia tamē maior, & minus rubentibus coliculis. Folia item profundiore circa pediculum ſinu conſtant, & purpureis maculis. Eſtque præterea in eo differentia, quòd minoris Chelidoniæ coliculi ſine ramulis viſuntur. Flores etiam maioribus, rotundioribus & paucioribus conſtant foliis: ac diſſimiles etiam radices:

Chelidonium paluſtrē inſcribit Cordus, *Chryſanthemū* Lonicerus, ſed toto cœlo errat.

CALTHA PALVSTRIS FLORE MVLtiplicato.



Multa habet *folia* circinatæ ferè rotunditatis, ſucculenta, venoſa, in ambitu nonnihil ſerrata. Inter illa verò prodeunt *caules* palmares, pedales & maiores, obliqui, in alas aliquot diuiſi, quæ vt plurimùm, Vulgaris more, ex ſummo geniculo binos proferunt *flores*, vncialibus petiolis inſidentes, multiplici foliorum texturâ conſtantes, coloris planè aurei, quinis inferioribus maiuſculis. *Radix* multis candidis craſſiuſculis fibris prædita eſt.

Reperitur hæc potiſſimùm in Anglia, & nonnunquam quidem odorato flore. Illa verò aquis locíſque humidis & riguis pratis gaudet: Vereque & Æſtate floret. *De Caltha plura in Appendice*.

GERANIVM, ROSTRVM CICONIAE: Germ. *Storckenſchnabel*: Belg. *Oyevaers beck*: Gall. *Geranium*, *Bec de Grue*: Ital. *Geranio*.



Duo tantùm Geranii genera facit Dioſcorides: tria Plinius, totidémque Matthiolus, verum ex Plinio mutuatus: ſex Fuchſius: octo Dodonæus, & viginti C. Bauhinus. Nobis verò mox proponenda innotuêre.

MALVACEVM dictum hîc pingitur, quod ſecundum eſt Dioſcoridis: & Plinii *Geranium foliis Malvæ*. *Cauliculos*, ait ille, habet tenues, lanuginoſos, duorum palmorum altitudine: *folia* verò Malvæ ſimilia, & in ſummis alis quaſdam ſurſum ſpectantes amænentias, veluti Gruum capita cum ſuis roſtris.

Vbique in fimetis & aliis lætioribus locis frequens exit. Martióque & Septembri floret.

GERANIVM COLVMBINVM DICTVM: folio rotundo, multùm ſerrato.



Viticulis multis rubentibus, parum erectis, geniculatis donatur. *Folia* Malvæ rotunda, nunc magis nunc minùs inciſa. Flores quoque magnitudine variant, purpurei, quinque foliolis aliorũ more conſtãtes: quibus decidentib. Robertiani Geranii acus, ſiue roſtra ſuccedunt. *Radix* tenuis, ſed longa, rubeſcens, ſapore adſtringente.

Provenit ſecus vias, in agris incultis, in cœmeteriis & hortis: totaque Æſtate floret.

Hoc etiam pro 2. Dioſcoridis Geranio, Eur. Cordo, Bronfelſio & Camerario exceptis, admittunt Herbarii omnes: nonnullis, ſed explodendo errore Amomum eſſe exiſtimantibus.

GERANIVM GRVINALE, FOLIO MINVTIM diuiſo: Geranium violaceum quibuſdam.



Radice nititur ſingulari, parvâ, intùs foriſque rubente. *Caules* admodum ramoſi, plurimùm ſupini, dodrantales ac interdum bicubitales, ramoſi, ſãguineo rubore perfuſi, hirſuti, geniculati. Folia Pedis columbini, rotunda, ſed tenuiter diſſecta, ſubhirſuta, & nonnihil ſubinde rubentia. Flores Geranii Robertiani, paulò maiores, purpurei folliculo latiore, minuſque rubente obſiti. Semina roſtrata, quàm Robertiano habitiora.

Iiſdem cum præcedente locis, vt & in hortis, ſponte provenit. *Geranium Robertianum*, & *Collum gruis* inſcribunt nonnulli.

GERANIVM ARGENTEVM ALPINVM: Geranium Anemones folio quibuſdam.



Argentei Geranii nomen hinc fecere folia pilis albis ſubtùs obſita. Naſcitur autem in montis Baldi rupibus, vnde ſiccam plantam habuimus. Floret Iulio.

Commune porrò omnium Geranium nomen Græcum eſt γεράνιον, Latinum Geranium. Appellatum eſt autem Geranium à gruini capitis imagine, quæ ſummo eius plantæ capitulo ineſt, aptiſſima ſimilitudine. Sic Recentioribus à Ciconiæ roſtri effigie, Roſtrum Ciconiæ omnibus ferè Linguis nominatur.

GERANIVM TVBEROSVM



Radix huic ſubliuida, inſipida & tuberoſa, à qua *tuberoſum* dictum fuit. Folia ſeſquipalmari & palmari ſubhirſuto pediculo donata, latiuſcula, diviſa octonâ vel novenâ, ſingulis ſegmẽtis minutiùs diſſectis, colore ex viridi caneſcente. *Flores* in petiolis teretibus ſubrubiſque ac hirſutis, pulchri, purpuraſcentes: quibus decidentibus ſuccedunt *Roſtra*.

Conſtantinopoli in Germaniam primò fuiſſe allatum creditur: hodie verò vulgare eſt in hortis.

Dioſcoridis Geranium primũ, foliis anemones, &c. eſſe ſtatuunt Matthiolus, Anguillara, Lobelius, Camerarius, Tabernæmontanus, Gerardus & Cæſalpinus. Vocatq; hic *Pἀcaſeolum* quòd in montibus panis & caſei vices expleat radix.

GERANIVM BATRACHOIDES.



Radix pollicari eſt craſſitudine, foris rubra, intùs buxea, multis fibris donata, ſapore vehemẽter adſtringẽte. *Caules* cubitum aut ſeſquicubitũ æquant, teretes, fungoſi, ſubhirſuti. *Flores* ſpecioſi, magni cerulei, quinque foliis purpuratis ſtriatis cõſtant, in quorum medio apices atro purpurei. *Folia* Aconiti, magna, rugoſa, profundè inciſa, & quaſi in orbem nonnunquam acta.

Spontè provenit in pratis, ac colitur etiam hortis peritiuſque etiam nonnunquam floribus albis.

Geranium (quod ad [illegible] à dict. pertinet) in ſimplicium cenſu omiſit Galenus. Paulus verò Dioſcoridem ſecutus, vtriuſque eius Geranium commemorat.

GERANIVM BATRACHOIDES ALBVM: & ex albo cum cæruleo colore varium.



Prouenit Nobis Montbelgardi in S. P. horto, ex ſemine Argentinâ allato.

Cæterùm variat non minimè candore florum emota Geranij. Quædam, authore Dioſcoride, noſtros ſunt in Medicina vſus: Moſchatum vim habet diſcuſſoriam, calefactoriam & acrem; Robertianæ vim ſiccandi & adſtringendi tribuit Fuchſius. Euiſdemque ſuccus & aqua deſtillata, authore Trago, quibuſuis exulcerationibus contuſionibúſque mammillarũ, & tam virilium quàm muliebrium pudendorũ medetur.

GERANIVM BATRACHOIDES MAXIMVM, folio Aconiti nitente, Cluſii.



Creſcit, ait Cluſius, in Pannonicis Stiriacíſque alpibus, Iulióque & Auguſto floret: ac colitur etiam in hortis.

Variat, flore cæruleo albo, lineis cæruleis variegato, eoque vel ſimplici vel albo.

Geranium quod *Pedem Columbinum* vocant venenum eſſe ſcripſit Cardanus in Libro de malo medendi vſu: ſed non ſine lapſu: pro eo *Miluinum* ſiue *cornicinum* fortè accipiens Ranunculi genus.

GERANIVM BATRACHOIDES LONGIVS radicatum, odoratum.



Spectabili florum amœnitate nulli Geranio cedit, qui ex calyce globoſo, ſtriato, rubente, hirſutoque odorati emicant, purpureo-violacei, è quinque foliis compoſiti: in *caulibus* geniculatis, dodrantalibus, cauitatibus, hirſutis. *Folia* diuiſurâ quodammodò Saniculæ, ex virente incana, piloſa. Radix obliquè acta, lóga, minimi digiti craſſitudine, fibroſa, foris rubens, atque aromatici neſcio quid guſtã offerens.

Vidimus Stutgardiæ in S. P. horto.

GERANIVM PHÆVM FLORE REFLEXO.



Speciosũm eſt in primis hoc Geranij genus, foliis amplioribus quàm Batrachoidis, in acta, plùs minùs ſegmenta diuiſis, ſubhirſutis nigricantibus maculis aſperſis, per ambitum leuiter crenatis, nullo odore præditis. *Flos* ſummitatibus inſidet, purpureus & penè fuſcus, ſatis magnus; à quo decidente roſtra oriuntur vncíam longa.

Colitur in hortis, & floret Iunio.

GERANIVM PHÆO, SIVE PVLLO, FLORE, Cluſii.



Inuenitur in Stiriæ alpibus vbi ſyluæ deſinere ſolent, & floret Iunio. In hortis verò ſi ſeratur, in his fœliciſſimè prouenit, & floret Maio.

Variat interdum florum foliis laciniatis: in icone verò minùs è laciniata pingebatur.

GERANIVM MAGNVM FOLIO TRIFIDO; flore purpuraſcente.



Miſſum hoc Nobis fuit pro *Geranio montano*. C. Bauhino in Pin. dictum *Geranium Anemones folio rotundo*. An Cæſalpini *Pes columbinus in ſyluis naſcens*, &c.?


GERANIVM SANGVINEVM VEL HÆMAtodes craſſa radice, flore purpureo.



Naſcitur in montibus Pannoniæ & Auſtriæ infra Oenſem, cæduis montanis ſyluis, dumoribúſque gramineis locis. Floret Maio, & plerúmq; tota ſubſequente Æſtate.

Hæmatodes autem ſiue *ſanguineum* dicitur : tum à radicis ſanguineo intus & floris colore, tum à mirifica eius in ſiſtendo ſanguine facultate: Ad ſanguinem enim vndique manantem compeſcendum in primis commendatur.

GERANIVM MOSCHATVM, ſiue ACVS MOSCHATA, folio Myrrhidis.



Geranium Moſchatum & Acum Moſchatam nuncupant indiſcriminatim Scriptores, *Myrrhis* vocant nonnulli, *Geranium tertium Plinii* Hiſtoria Lugdunenſis.

Variat tum magnitudine tum floris colore : eſt enim vel Maius vel minus: floſque vel albus vel incarnatus.

Prouenit in ruderibus, & agris cultis arenoſis, floretque Maio : ac Monſpelii paſſim occurrit, & Baſileæ in via quæ itur *Muttets* : necnon etiam Geneuæ, *ad plan paleis*.

GERANIVM SPECIOSVM ANNVVM LONgiſſimis roſtris, Creticum.



Late terram obumbrat *ſarmentorum* hirſutorũ nodoſorum congerie: *foliis* prædnorum inguis, hirſutis, nonnihil rubentibus, ſinuoſis & ſectatis, ſapore acido & adſtringente. *Flores* cærulei, amœni, quinquefolii, quos circumſtant *calycis* 5. hirſutis folia quina. Eos ſtatim ſequuntur *roſtra* longiſſima.

In Monſpelienſi agro ſponte prouenire ſcribit Cluſius: habuimus verò Nos Muœmpelgarti in S. P. horto : vbi florebat Iulio & Auguſto. *Geranium Creticum* & *Ger. Candiacum* inſcribunt vulgò Herbarii, quòd fortè ibi abundet, vel ſpecioſius ſit.

GERANIVM ROBERTIANVM : Germ. *S. Ruprechts kraut*: Belg. *Robrechts cruyt*: Gal. *l'Herbe à Robert*. It. *Roberta*.



Radice eſt tenui, coloris hæret : quæ *caules* fert pes dodrantales & cubitales, hirſutos, geniculatos, rubentes, ramoſos. *Folia* partim à radice, partim ex geniculis, hirſuta, pediculo rubente, hirſuto, Matricariæ ferè diuiſurâ, per oras aliquantulùm rubentia, interdum tota. *Flores* purpurei, dilutiore purpura ſtriati, foliis quinis conſtantes, è calyce hirſuto, atro-rubente, quinquepartito, emicant, apicibus in medio croceis. Succedunt *roſtra* mucronata, *ſemen* appenſum habentia.

Obuium vbique eſt in ruderibus & veteribus muris, ac ſæpis arboribus, locis frigidis, humidis & vmbroſis. [illegible] que Æſtate. *Plura in Appendice.*

GERANIVM LVCIDVM.



Folio habet Momordicæ, ſiue Geranii batrachoidis longiùs radicati formâ, ſed minora quàm illa, in quatuor profundas lacinias ferè ſemper tripartitas diuiſa, ex viridi obſcuro pulchrè lucentia, nonnihil hirſuta, pediculis bæccatis palmatibus. *Caules* multi ſunt, lucidi, rubentes, in varios ramos diuiſi, interdum ferè cubitales. *Flores* Geranii Robertiani floribus ſimiles & pares, *Roſtra* breuia.

Abundare obſeruauimus Geneuæ in muris, vt & inter Geneuam & Lugdunũ in ruderibus. Floret Maio.

BARBA CAPRÆ : Græc. Πωγωνάριον : Germ. *Geiſs bart*: Gall. *Barbe de cheure*.



Radicem fortita eſt mediocriter craſſam, fibroſam, cortice intectam craſſiuſculo ad flauedinem declinante, cui ſubeſt lignoſa ſubſtantia cum copioſa medulla alba, fatua. *Caules* duos treſve cubitos alti & maiores, multis alis congeſti, læues, tenues, medulloſi. *Folia* Caſtaneæ, oblonga, acuminata, ſerrata, pluribus ſeſe allegata, nullis intercedentibus foliolis, vt in Vlmaria, à qua & *flores* huius pluſimùm differunt [illegible] videlicet racemation collocati, perpuſilli, candidi.

Eam alunt, teſte Cluſio, Vngariæ, Auſtriæ & Stiriæ montanæ ſyluæ. [illegible] verò Noscopioliam [illegible] in colliculo la *Baſtia*. & Baſileæ *ad domum rubram*. *Plura in Appendice.*

THA-

THALICTRVM SIVE THALIETRVM: Thaliſtrum nigrius, caule & ſemine ſtriato.



Plinio, Galeno & Dioſcoridi, paucis exceptis, de Thaliſtro ſunt eadē omnia. *Thaliſtrum* autem, *folia* Coriandri habet, at pinguiora: *cauliculum* Rutæ craſſitudine, in quo folia. Naſcitur in campeſtribus.

Thaliſtri porrò nomine variæ donantur Plantæ: *Aquilegia* ab Herolda: *Pencutilla* à Ruellio: *Conſolida regalis* à Trago. *Pimpinella Saxifragia minor* à Lobelio & Hiſt. Lugd. *Seriplium Germ.* à Geſnero: *Phellandrium Plinii* à nonnullis. Sed magnus omnium error.

Sunt verò Thaliſtri ſpecies & differentiæ variæ. Quod porrò hic pingimus abundat in collium pratis, in multis Germaniæ locis.

THALICTRVM SPECIOSISSIMVM GLAVCVM, ſemine & caule ſtriato.



Hominis ſtaturam interdum ſuperat: *radice* flavâ, obliquâ fibroſa, ſapore amaro, *Caule* recto, ſingulari, nullis alis brachiato, purpuraſcente, inani, craſſitudine digitali, perquàm longis internodiis intercepto. *Folia* ex articulis naſcuntur, eoſque vaginâ amplectuntur, ad Thaliſtri majoris, de quo mox, folia plurimùm accedentia: at majora & nigriora, colore utrinque ſubcæruleo, ſapore amaro & acri, odore gravi. Surculorum ſummitati *flores* inſident muſcoſi, ex meris fibrillis luteis compoſiti. *Semē* tenui tunica tegitur, oblongo folliculo, tenue, longum, fuſcum. Ex Hiſpania fuit olim allatum, & iam vulgare eſt in hortis.

THALICTRVM MAIVS FOLLICVLIS ANGVLOſis, caule lævi, &c. Geſneri.



In ſeſquicubitalem altitudinem excreſcit ramoſis, rigidis, politis, lævibus que & concavis *caulibus* donatum. *Folia* Aquilegiæ, lævia, ejuſdem penè coloris, inodora, ac cum acrimonia amaricātia. *Flores* ceu Muſcaria conferta ex tardis ſtaminulis in orbem actis, dilutè violacei, cum apicibus luteis. *Radices* fibroſæ, multiplices, tenues, exterius nigricantes, interius albæ. *Semen* in folliculis angulosis tenue, longum, fuſcū.

Abundat Monbeigardi ad Dubim, & Genevæ in monte Saleuo, Julioque & Auguſto floret.

Temperatè porrò calida & ſicca ſunt *Thaliſtra*: Radicis & foliorum decoctum alvum laxat, & vomitum ciet, ac contra calculum laudatur.

THALICTRVM MINVS, SIVE RVTÆ PRAtenſis genus minus.



Ad Thaliſtrum majus plurimùm accedit; at tenuiores huic *caules*: nec tamen minùs rigidi. *Folia* conſimilia, craſſiuſcula, ſed minora, eodē ordine diſpoſita. *Radix* tenuis fibroſa, lutea, repens: *flores* ex radiatis ſtaminibus componuntur, Capitulis minoribus, colore ex fuſco ad luteum vergente. *Semen* majoris ſemini reſpondet.

In campeſtribus maritimis locis, ut & nonnunquam in montoſis, reperiri ſolet.

Thaliſtri pratenſis anguſtifolii meminere Cluſius & C. Bauhinus: hicque Thaliſtri adhuc minimi fœtidiſſimi.

VLMARIA, REGINA PRATI: Germ. *Geiſsbaart*: Gall. *Barbe de cheure*: Ital. *Vlmaria*.



Caule [illegible] recto, anguloſo, rubente, concavo, ſeſquicubitali vel tricubitali. *Folia* [illegible] nitentia, [illegible] & [illegible] ſinuata, quina aut ſeptena ad coſtam annexa, intercedentibus complurimis minoribus. *Flores* ſuaveolentes, poſitu & formâ Filipendulæ vulgaris, quinque foliis conſtantes, albidi, vel in luteū vergentes, cum apicibus concoloribus. *Semina* contorta, oblonga. *Capitula* parva acuminata, ex contortis oblongis ſeminalis compoſita. *Radix* digitalis, foris nigra, ex fibris multis capillata, & gratis odoris.

Ad torrentium & rivulorum ripas, uliginoſiſque pratis, ut plurimùm læta provenit: Junio que & Julio menſibus floret. *Plura in Appendice.*

LEONTOPETALVM: Græcis Λεοντοπέταλον: Gall. *Patte de Lion*.



Leontopetalum, Dioſcoride authore, *caulem* profert dodrantalem, aut etiam altiorem, plurimis alis concavum, in quarum cacuminibus ſiliquæ ſunt Ciceris modo, ac in his duo triave minora *ſemina*. *Flores* puniceі, Anemonæ ſimiles. Folia Braſſicæ, Papaveris foliorum diviſurâ. *Radix* nigra, Rapo ſimilis, quæ eminentias, ceu nodos quoſdam, habet. Naſcitur in arvis ac inter ſegetes. Radix ex vino pota commorſis à ſerpentibus auxiliatur, &c.

Iiſdem verbis deſcribit Plinius Radicis verò præſertim eſſe uſum ſcribit Galenus, eamque digerendi vim habere, ſiccamque & calidam eſſe in tertio ordine. *Plura in Appendice.*

PÆONIA, GLYCYSIDE : Germ. *Peonien blumen:* Gall. *Pivoine* : Ital. *Peonia*.



Pæoniæ duas tantùm *differentias* agnouêre Dioſcorides & Plinius: *Marem* aliam aliámque *Fœminam* facientes. At variæ aliæ à Recentioribus obſeruatæ: à *loco*, à *tempore*, à *magnitudine*, à *foliis* & à *floribus* deſumptæ. Sic maior alia, alia minor: præcocior alia, alia tardior, floréq; alia eſt ſimplici, alia pleno: & vtroque ſurſus vel ſaturè rubro, vel incarnato, vel exalbido: alia noſtras, alia Byzantina atque exotica: alia folio lato, alia anguſto, eodémq; plùs minúſve criſpo, diſſecto, trifido vel integro: & tandem quædam neutra ſiue promiſcua. *Nos Marem hic pingimus*, quæ fœmina rarior eſt, ab eaque notabili foliorum & radicis differentiâ diſpeſcitur.

PÆONIA FOEMINA VVLGATIOR.



Vulgaris notitiæ eſt hæc Pæoniæ fœminæ ſpecies, omnibúſque hortis familiariſſima. *Radices* glãdulosas fibris quibuſdam interceptas habet, vt Aſphodelus, à quibus deinde & aliæ propagantur. *Caulis* cubitalis, viridis, ad foliorum tamen exortum rubeſcẽs. *Folia* variè & inconſtãtè diſſecta, modò bifida, modò trifid... aliàs etiã integra, ſupernè virescentia, infernè albicantia, & nonnihil hirſuta. *Flores* ſupremis ſoli... faſtigiis, ſingulares, patuli, coloris ſaturè vel dilutè rubri, quos carinata quædam folia ſuſtinent. Succedunt *Corniculi* alba, terna, quaterno aut plura, hirſuta, incana: in quibus elegãtiſſima *Granorũ* primò rubrorũ, deinde atrorũ cæruleorũ, & tandẽ nigrorũ, ſeries. In medio *ſtamina* purpurãtia apices crocos ſuſtinẽt.

PÆONIA PROMISCVA FOLIA LATIORE.



Pulchrè hæc variat à reliquis Pæoniæ ſpeciebus *Folia* ſiquidem quæ imis ramis hærent, latiora ſunt quam ... rarum, rotundioráq; auerſâ parte glauca, lanuginoſa aduerſâ ſaturatiùs virentia, iiſdémque pilis obſita. *Folium* in terna, quaterna, aut etiam quina, ſegmenta diuiſum eſt, nullâ diuiſione certâ, ſed temerè variante. *Flos* reliquarum flori haud abſimilis. Siliquæ verò retortæ, hirſutie albâ totæ contectæ.

Vidimus in nonnullis hortis: habetur verò præcedens paſſim in hortis. Maióque & Iunio menſibus floret, multúmſe ſeparato multiplicans. Pæonia verò Mas non ſe vt illa multiplicat, quia e... eius radix non in latum diffunditur, ſed profundè deſcendit.

PÆONIA FOEMINA POLYANTHOS.



Pæoniæ fœminæ multiplicis flores colore variant, nunc ſaturatè nunc dilutè rubro, ac nonnunquam etiam albo.

Pæoniam porrò in altiſſimis noſtri montibus nonnulli Dioſcorides habent Codices: & in Generoſo Helueticæ monte Marem Pæoniam Marem reperiri, ſibi relatum ſcribit Geſnerus: Nos tamen nuſquam niſi in hortis obſeruauimus. Maximus verò error Tragi, qui exiſtimat Pæoniam Marem eſſe *Fraxinellam*: atque eorum etiam qui Pæoniæ nomenclaturam Chelidonio tribuunt, vel qui Pæoniam vulgarem Lapathum eſſe ſtatuunt. *Plura in Appendice.*

FRAXINELLA, DICTAMNVS ALBVS : Germ. *VVeiſs Diptam* : Gall. *Fraſſinelle* : Ital. *Fraſſinella*.



Quamvis Fraxinellæ nec Græci nec Arabes meminerint, notiſſimæ tamen ſunt Officinis, Dictamni albi nomine, eius *radices*. Candidæ eæ ſunt, varioque implexu multifidæ. *Scapi* aliquot ſeſquicubito proceriores, hirſuti, rubeſcentes, medullâ multâ farcti, thyrſum ſuſtinent longum *floſculorum* pulcherrimorum purpuraſcentium, apicibus luteis. *Semen* in ſiliquis nigrum, lucidũ, paulò maiuſquàm Milii Solis. *Folia* Fraxini, vnde nomen, ſeptena, nouena vel vndena.

In Italiæ & Germaniæ ſyluoſis montibus ac collibus, lutoſo & ſaxoſo ſolo paſſim reperitur: floretque Iunio. Nonnullis in locis hortenſis eſt. *Plura in Appendice.*

CORTVSA, SANICVLA ALPINA QVIBVSDAM: Caryophyllatæ ſpecies Matthiolo & Lobelio.



Folia pediculis à radice mox nata hærent, ſextantali aut maiore quoquauerſus latitudine, circumſcriptione ... rotundâ æquabilitatem intercipientibus profundiuſculis crenis. *Caulis* nudi & enodes foliaceum in cacumine gerit calycem, è quo ſeni aut plures prodeũt *pediculi*, ſemuncia... ſinguli *florem* gerentes purpureum, Auriculæ vrſi floribus reſpondentem. *Radix* è fibris numeroſis contexta.

Saniculam montanam vocant nonnulli, *Caryophyllatam Veronenſium* Lobelius. *Cortuſam* verò Matthiolus, Caſtor, Hiſtoria Lugd. & Camerarius: qui Cortuſam inſcripſerunt, ab inuentoris [Cortuſi] nomine, qui ſibi nuſquã alibi viſam ait quàm in Vicentini agri Tractu *Valle ſtagno* dicto.

PRIMVLA VERIS: Germ. *Schlüſſelblumen*: Gall. *Prime-Vere*: Ital. *Fior di Primauera.*



Primulæ Veris *nomenclaturam* obtinuit hæc Herba quòd primo ſtatim Vere vireat & floreat. Illius autem veram dignotionem varia obſcurauit denominatio. Nã *Primiueriam*, ſeu *Primulam Veris*, *Clauem S. Petri*, *Herbam Paralyticam* & *Arthriticam*, *Phlomidem*, *Brachulã Cuculi*, *Tuſculanam Violam*, *Betonicam albam* & *Verbaſculũ* nuncupant vulgò Scriptores. Sed maior eſtn nomenclaturæ perueſtigatio, modò res intelligatur ipſa.

Quodnam apud Dioſcoridem, Plinium Veteréſque alios, tum Græcos tum Latinos, nomen ſortita ſit, haud ſatis conſtat. *Nos in Appendice inueſtigabimus.*

PRIMVLÆ VERIS MINORIS PVRPVRASCENTIS iam pictæ alia Icon melior, ex Cluſio.



Primulæ Veris minoris purpureſcentis, quam antè ex Fuchſio depinximus, meliorem Iconem hic damus. Spontè autem prouenit hoc Primulæ Veris genus in vliginoſis & humidis pratis; Aprilique & Maio floret.

Cæterùm Primulæ Veris *Differentia præcipua*, vel à Natalibus ſumuntur, vel à florum diuerſitate. Eſt enim vel horteoſis vel pratenſis, vel nemoralis; Floreque vel ſimplici vel multiplici, atque interdum ita prolifico, vt alter alteri adnatus videatur. Et florem præterea aliæ habent herbaceum vel viridem, aliæ album, aliæ rubeſ, aliæ ſubflauum.

PRIMVLA VERIS CAVLIFERA, FLORE ſimplici, pallido vel luteo, inodoro.



Diſtat hæc haud multùm à Vulgari, quapropter pro vtraque vnicam hancce apponemus deſcriptionem.

Radix modicè craſſa, inæqualis, rubens, fibroſa, aromaticè odoris, & ſubadſtringentis guſtûs. *Folia* per terram ſparſa, oblonga, ſubrotunda, inſtar Betonicæ rugoſa, ſed maiora: In quorum medio *Caulis* ſurrigitur palmaris aut dodrantalis [vnus pluréſve,] leuiter hirſutus, teres, foliis nudus. In eius autem faſtigio *flores* quini, ſeptem, aut etiam plures, ex oblongis calycibus, In viridi flaui, lutei, odorati, in quinque lacinias diuiſi: cum apicibus in medio croceis, ſtylo viridi: quibus ſuccedunt *ſemina* parua, nigra.

PRIMVLA VERIS CAVLIFERA, FLORE multiplici, & prolifera odorata.



Vtramque exhibet noſtra Icon. *Proliferam* Primulam Veris flore gemino, altera alteri innato, inſcribit Lobelius in Icon. Primulam Veris proliferam, *Schlüſſelblumen mit noben blümlin* Tabernæmontanus: ſed, ſtirpium ignarus, à Primula Veris ſeparat, & alio Capite reponit.

Habetur vtraque in cultioribus hortis. *Vulgaris* verò paulò antè deſcripta, vbique in vliginoſis & riguis, pratis, frigidiorum præſertim Regionum, prouenit, in herboſis montanis locis etiam abundans. Lugduni, Geneuæ & Baſileæ floret Martio & Aprili.

PRIMVLA VERIS FLORIBVS PLENIS, ex ſingulis pediculis.



Habetur & hæc in cultioribus hortis, floribus pallidis vel albis, ſimplicibũ q; etiam nonnunquam.

Sunt porrò Primulæ Veris facultatis reſiccantis & calidæ nonnihil. Folia, vt verbaſculorum, tritaefficaciter dolentibus articulis apponuntur. Eademque cùm guſtûs ſint non admodum ingrati, in olere, placentulis & acetariis comeduntur: ac capiti & neruis petutilia ſunt. Ius herbæ propinatur & illinitur aduerſus rupta, luxata & liuentia. Mulieres formæ ſtudentes ſucco è floribus expreſſo faciem illinunt, quòd maculas, rugaſque & alia eiuſdem vitia mirificè detergeant.

PRIMVLA VERIS FLORIBVS OBSCVRE virentibus fimbriatis.



C. Bauhino in Phyt. dicitur *Verbaſculum* 4. ſiue ſyluarum minus, flore ſingulari, & quandoque multiplici: à Lobelio verò in Aduerſ. & Obſ. titulo præpoſito traditur. Tabernæmontano in Icon. & Hiſtoria dicitur *Primula ſyluestris flore viridi*: Geſnero hort. *Arthritica genus odoratum, flore virenti.* Colore viridium Primularũ non meminit Cluſius, quamuis alias in aſſignandis Primularum Veris Differentiis ſedulam nauarit operam.

AVRICVLA VRSI: Germ. *Beer Sanickel*.
Auricula vrſi flore luteo:



Venuſtam hanc plantam in Solidaginum numerū adſcribunt ex Recentioribus nonnulli, Columna *Aliſma* atque *Damaſonium* Dioſcoridis & Plinii facit: nec ab hac eius ſententiā multùm alienus Cluſius. *Alcaam* præterea nuncupari refert idem Columna. Rectiùs verò alij, ac præſertim Dodonæus, ad *Primulas Veris* pertinēre exiſtimant. Sic etiam non dubium eſſe ait Cluſius, quin ad Primularum Claſſem referenda ſit hæc planta, adeò ſimiles ſunt forma & temperamento.

Quam hîc pingimus eius ſpeciem copioſam habent Auſtriæ & Stiriæ alpium iuga, ac colunt etiam horti: floret Aprili, & nonnunquam Auguſto.

AVRICVLA VRSI FLORE RVBENTE.



Caulem profert hæc palmatem & minorem, nudum, teretem, in viridi albicantē, in cuius faſtigio *calathiſcus* foliaceus exalbidus ferè, & quaſi farina conſperſus: è quo prodeunt *flores* multi, vmbellatim digeſti, pediculis vncialibus & ſemuncialibus, calathiſco concoloribus, odorati, ſuaue rubentes, fundo intus luteo, in ſex cordatas lacinias diuiſi. *Folia* à radice multa, oblonga, ſubrotunda, in ambitu ſerrata, craſſa, magis ſuprà quàm infrà virentia, vtrinque farinacea albo puluere conſperſa. *Radix* craſſa, fibroſa, alba.

Eoſdem cum lutea natales habet.

AVRICVLA VRSI FLORE RVBRO,
maculis exalbidis, foliis ſubhirſutis.



Folia habet quàm præcedens minora, teneriora, minùs craſſa, ſubhirſuta, per ambitum vndique ſerrata: inter quæ naſcitur *cauliculus* ſuperiori ſimilis, *flores* in vmbella pares ferens, & rubros, exalbidis tamen maculis aſperſos. *Radix* ſimiliter fibroſa, nonſique è lateribus propagines fundens.

In Tyrolenſibus iugis inuenit ſcribit Cluſius.

AVRICVLA VRSI CARNEI COLORIS,
foliis minio è ſerratis.



Hæc ob venuſtatem & roſeum colorem, ac quòd in ſcopulis naſcatur, *Stein Röſlin*, id eſt, Roſa petræa, vulgò nuncupatur.

In Stiriæ alpium iugis frequentiſſimam eſſe ſcribit Cluſius: atque inde à rhizotomis muliérculis in Viennenſe forum venalem ferri.

AVRICVLA VRSI ANGVSTIFOLIA,
colore rubente.



Creſcit hæc, inquit Cluſius, in quibuſdam Carinthiæ & Stiriæ ſuperioris alpibus: floretque ſub finem Iulii, hoc eſt, niuibus in ſummis illis iugis liqueſcentibus.

Cæterùm Frigida & ſicca eſt atque adſtringit Auricula vrſi, Matthiolo & Dodonæo teſtibus. Ad Enteroceelas omniſque generis vulnera, tam intùs ſumpta, quàm extrà admota, confert. Venatoréſque, referente Cluſio, eius radice frequentiſſimè vtuntur, ad roborandum caput, ne vertigine in præcipitiis tentetur.

AVRICVLA VRSI MINIMA, FLORE
carneo & niueo.



Auricula vrſi minima, & Sanicula alpina minima à Cluſio, Lobelio, Tabernamontano, Geſnero, Gerardo, C.Bauhino, & aliis inſcribitur. Tabernamontanum ſuarum ſtirpium penitùs ignarum fuiſſe oportet: vt qui de *Auricula vrſi* tribus diuerſis tradat Capitibus, interpoſitis aliis pluribus.

Reperitur hæc in ſummis Stiriacarum alpium iugis.

AVRICVLA VRSI MYCONI PILOSA, cærulea.



Radices multas emittit ferè capillaceas, fuſcas, petris hærentes, guſtu adſtringentes. Circa eas *folia* per humum repunt, Borraginis foliis quadantenus ſimilia, in ambitu nonnihil laciniata, aſpera, rugoſa, craſſa, piloſa. Ex foliorum medio duo aut tres *cauliculi* emergunt, rotundi, dodrantales, hirſuti, ſolidi, ſucculi purpuraſcentes: in quorum faſtigiis *flores* ſunt cærulei, ex quinque foliis compoſiti, cum ſtaminibus luteis.

Naſcitur in vmbroſis humidis montanis locis, ac præſertim in Pyrenæis.

Aquam ex eius viridis organis elicitam ad frangendum in renibus & veſica calculum valde efficacem eſſe ſcribit Myconus.

CHAMÆ IASMEALPINA.



Geniculatim ſerpendo incedit tenuibus atris *radiculis*, ocellum per terram ſpargens foliorum ſemuncialium, latitudinis culmi, mucrone leuiter obtuſo, hirſutorum: è quorum vmbilico *cauliculus* exit dodrantis trium-ue vnciarum, nodus, enodis, hirſutus. Eius cacumen ornat vmbella *florum* pro plantulæ modulo magnorum, albicantium, per æſtatem rubeſcentium, odoratiſſimorum: quorum vbi pediculi cauli committuntur foliola ſubſunt parua, viridia hirſuta. Plures verò plantæ ab vna radice veluti concatenatæ dependent. Chamæiaſmes nomen à Iaſmini odore habet.

VERBASCVM: Germ. *Vvullkraut*: Gall. *Bouillon blanc*, *Bon homme*: Ital. *Verbaſco*.



Verbaſci & Verbaſculi appellatione donant quidem *Primula Veris*, *Lychnides*, *Blattaria*, *Ætbyopis* & *Iacobæa*, ſed minùs propriè. Propriè verò *Verbaſci* mox enarrandæ *Species* & *differentia*.

Vulgare quod hic prodimus ad tres cubitos & altius excreſcit: *radice* alba, lignoſa, ſatis craſſa, *caulem* proferens itidem craſſum, multis alis brachiatum, lanuginoſum. *Folia* Enulæ, lata, longa, mollia, incana lanugine tota pubeſcunt, alia per terram ſparſa, alia cauli adnata, quæ pro ætate non parum variant, quædam rugoſiora, alia magis polita: *Caulibus* modò ſingularibus, modò pluribus, modò brachiatis.

VERBASCVM ANGVSTIFOLIVM FLORE aureo, folio craſſiore, Agerii.



An Verbaſcum Lichnites Matthioli? An Verbaſcum anguſtius Dodonæi?

Vt autem in Verbaſci Vulgaris Hiſtoria ante inchoata pergamus, *Flores* illud habet in longo thyrſo plures ſimul iunctos Rutulæ magnitudine, luteos, quinquepartitos, odore obſcuro, non ingrato. In medio *apices* quinque, duo glabri, lutei, reliqui albidi, lanuginoſi. *Semen* in capitulis rotundis ſuccedit, minutum, Papauerino ſuppar.

Frequentiſſimum eſt iuxta agrorum arborumque margines, aggeres, ſcrobis, aliiſque locis haud cultis: & à Iulio in Autumnum víque floret.

VERBASCVM MAXIMVM MERIDIONALIVM, odoratum; duplex, luteum & album.




Vt magnitudine foliorum, ſic etiam odore ſuam Verbaſcis omnibus excellit: ac varietas fortè tantùm eſt Vulgaris Floribus id vt plurimum luteis, & interdum etiam albis exit, odoris ſuauiſſimi *Folium* longiſſimum & latiſſimum. *Radix* craſſa admodum.

In Belgicis & Gallicis ac Northmannicis hortis alitur: ac in Anglia, Italia & Pedemontano ſolo paſſim in campeſtribus occurrit.

Cæterùm φλόμος dicebatur Græcis Verbaſcum, quaſi φλόγμος à verbo φλέγω vro, quòd eius foliis & caulibus in lucernis pro ellychniis vterentur, Phlomon aliqui per ο ſcripſeruot, *Flomon* dicentes.

VERBASCI MAXIMI MERIDIONALIVM; albi & lutei alia Icon.



Verbaſci plures genera tradit Dioſcorides, idque in *Album* & *Nigrum* primò diſtinguit: alterumque rurſus in *Marem* & *Fœminam* ſubdiuidit: Syluestre iis addens Verbaſci genus: Phlomidesque duas hirſutas ſubiecit, ac tertiam Lychnitidem.

Dioſcoridem in tradendis Verbaſci differentiis ſequitur Galenus ſimpl. Plinius Verbaſci genera diſtinguere ſupervacaneum eſſe ſcribit, quum non omnia eiuſdem effectus. Attamen ea in hunc modum diſtinguit. Verbaſcum, inquit, genera habet prima ... Album, in quo Mas intelligitur, & Nigrum, in quo Fœmina. Tertium non eſt in ... nitur, Sic Veteres de Verbaſco.

VERBASCVM CRISPVM ET SINVATVM.



Huic Verbaſco infima *folia* ſeſquipalmum circiter longa, Papaueris corniculati modo ſinuata, candicantia: ſuperiora verò breuiora, in acutiorē mucronem deſinentia, ferè Hederacea, puluere vtrinque aſperſa, ſed magis ramco inferné: nullo pediculo *caulem* amplexantia. *Flores* parui, lutei, Blattariæ floribus non abſimiles, caduci, in quinque ſegmenta laciniati, ſtaminibus totidem villoſis purpuraſcentibus medium occupantibus, apicibus croceis.

Nuſquam hanc ſpeciem obſeruauimus, niſi Monſpelii, vbi Autumno paſſim floret.


VERBASCVM PVLVERVLENTVM, FLORE luteo, paruo.



Totum vndiquaque denſiſſimo candicante puluiſculo obductum eſt, ſed qui facilè deradatur. Inferius tamen copioſior is quam ſuperius. *Flores* Verbaſci vulgaris floribus reſpondent, ſed quadruplò minores ſunt.

Matthiolus paſſim in Com. pro ſua conſuetudine, eius Figuram exhibet Verbaſci ſecundi titulo: ſine vlla tam deſcriptione, nec an[illegible] ne loci vbi obſeruarit. [illegible] Monthelgardi ſæpè vid[illegible] florens in [illegible] & in[illegible] mœnia, à porta [illegible] dicta vſq; ad portam a[illegible]

VERBASCVM FLORE ALBO PARVO.



Haud aliis oriundū natalib. nec facie multùm diuerſâ, ex Verbaſcis luteis cognoſcitur. *Radix* compar & *caulis* alte concauus, lanuginoſus. Verùm *folia* inferné tantùm incanâ illâ lanugine pubeſcunt, ſuperné verò, ſi tenella & exiguâ illa floribus appoſita excipias, glabra ex toto viteſcunt, acuminata. *Flores* parui, Verbaſci puluerulenti modo in alis digeſti, colore albo, foliosum numero ſedécies, ſtaminibus hirſutis buxei coloris, & apicib. miniatis.

VERBASCVM NIGRVM, FLORE PARVO, apicibus purpureis.



Radix Verbaſci *vulgaris*, vt & *Caulis*: nec minùs altus, at minùs hirſutus. *Folia* minora, rariora, alternatim poſita, pediculis ſubnixa duas aut tres vncias longa appenduntur, fœtida ac cætera minùs villoſa, leuiter crenata. *Flores* ſitu & crebritate pares, ſed minores, minus ante Croco tincti, Blattariæ vulgaris, purpurantib. ſtaminibus quinis, villoſis. *Semen* vt in Vulgari.

Verbaſcum nigrum inſeribunt plurimi. Flore autem variat ex citrino purpuraſcente, ex flauo pallido, vel prorſus candido.


In herbidis ſabuloſis prouenit: florens Æſtate.

VERBASCVM SYLVESTRE SALVIFOLIVM, Exoticum, folio rotundiore, *Lobelii*.



Foliis eſt Saluiæ foliorum æmulis, ſed rotundioribus, candidioribus, ac minùs tamen lanuginoſis: lignoſâ fibrataque radice; *caules* denum & facie haud multùm diſſimilibus. *Flores* deſcriptori Lobelio videre non contigit, quia, vt ceſſerat, iam marcidi erant. Iiſdem gaudet natalitiis quibus Verbaſcum Lychnites de quo mox.

VERBASCVM SYLVESTRE FOLIO Minùs acuto.



Radix huic eſt lignoſa & fibrata: caules quadrati, in ramos diducti: flores luteis purpureis criſtis inſignes: Semen vt in Vulgari.

Siccioribus & petroſis collibus per vniuerſam Hiſpaniam, Luſitaniam & Galliam Narbonenſem exit.

VERBASCVM LYCHNITES SYRIACVM INCANUM, ſummitate flor a Hieroſolymitani.



Specioſa noua hęc planta floribus eſt Lychnidis ſylveſtris, vel Chalcedonicæ, coloris flaui. Foliis verò anguſtis & virgultis quadratis tomento craſſo incanis, ac radice lignoſa. Verbaſcum ſylueſtre latifolium multis.

Verbaſci vires in genere quod attinet, omnium folia ſiccantem & extergentem vim habent. Foliorum & florum decoctum, Dioſcoride teſte, ruptis, contuſis & conuulſis, ac veteri tuſſi, auxiliatur, dentium dolores collutione mitigat, oculorum ardores & inflammationes tollit, ac hæmorrhoidum dolores ſedat ac ſopit, eoſque reſoluit, ſi illo aliquoties foueantur. Flores lutei capillos tingunt: geſtata verò radix Comitialibus prodeſſe creditur.

BLATTARIA: Germ. *Mottenkraut*: Gall. *Herbe aux Mittes*: Ital. *Blattaria*.



Blattariam Verbaſcum ſic merito ſtatuunt Tragus, Fuchſius & Matthiolus, vt pro eo ſæpiùs ab imperitis decerpatur. Quantacumque autem ſit inter eas plantas ſimilitudo, vna tamen & eadem minimè ſunt planta: nec vulgarem noſtram Blattariam, *Plinii* eſſe *Blattariam* aſſerere poſſumus.

Cũ autem variæ ſint huius ſtirpis ſpecies, *Blattariam magno flore* hic pingimus; quam Camerarius apud Matthiolum ad Verbaſcum nigrum refert, *Blattariámq;* vocat *pulchris albis floribus*, nuper ex Italia delectam. *Blattariam magno flore*, & *Blattariam maximo flore* inſcribunt alii.

BLATTARIA VVLGARIS LVTEA.



Firmum & rectum tollit *caulem*, altitudine interdum humanâ, craſſitudine pollicari, læuem, denſiſſimo ramorũ ſtipatu fruticantem. *Flores* Verbaſci ex pediculis hirſutis, ex flauo ſubrubri: quibus ſuccedunt *ſemina* nigra. Cæterùm ad vniuſcuiuſq; floris pediculum appoſitum eſt ſolium acuminatum. Reliqua *folia* Verbaſci ſunt anguſtiora, atro-virentia, & ſuperius ſplendentia, nullâ lanugine donata, in ambitu laciniata, odore ingrato. *Radix* Napi figurâ fibris donata.

Spontè prouenit, iuxta aquarum margines, in lutoſis aggeribus, ac non longè à fluuiorũ ripis Colitúrq; etiã in hortis. Floret à Iunio in Septembrem vſque.

BLATTARIA FLORE CÆRVLEO VEL purpureo.



Radice eſt craſſâ, longâ & ſucculentâ, corticéque rubente obductâ, medullâ alba ſaporis dulcis intùs refertâ. *Folia* verò per terram expanſis, ad Conyzam Matthioli maiorem accedit: ea tamen non ita villoſa ſunt. *Flores* & *Capitula* Blattariæ vulgaris.

Blattaria purpurea dicitur Geſnero hort. Lobelio, Hiſtoriæ Lugd. Gerardo, & aliis. A Camerario refertur ad Verbaſcum nigrum.

BLATTARIA FLORE VIRIDI.



Eo titulo pingitur à Lobelio in Icon. Plant. Blattariam flore viridi nuncupat etiam C. Bauhinus in Pin. & Phyt. Eam autem Nos nuſquam vidimus, nec vllus deſcripſit.

Calidam porrò & ſiccam eſſe Blattariam, ex eius ſapore amaro deprehenditur: folliculos autem, quibus ſemina includuntur, Puellæ, teſte Trago, ineſtare ſolent, coroniſque & ſertis imponere.

BLATTARIA FLORE VIRIDI PVRPVRASCENTE.



Huius etiam dictis locis meminere Lobelius & Caſparus Bauhinus: ab ipſis autem optaſſemus has plantas diligentiùs fuiſſe delineatas.


BLATTARIA PILOSA CRETICA: SIVE Arctus quorundam.



Pona in deſcriptione mōtis Baldi huius plantæ Iconem proponit pro *Arcto Cretico* Belli, qui in Epiſtola ad Cluſium ſic vocat: licèt, vt ipſe ait, legitimus non ſit, ſiquidem neque folia rotunda habet, neque Cymino ſimile ſemen. Sed folia ſerrata, Betonicæ, Verbaſco ſimilia, minora verò, & tota lanugine quadam operta: *Cauliculi* recti ſunt, floribus luteis, Verbaſco ſimilibus, onuſti: quibus ſuccedunt *Pilula* rotundæ, paruæ, Blattariæ Pilulis ſimiles, in quibus *ſemina* parua continentur.

Prouenit inter ſaxa & ſuper muros.

CHRYSOGONVM DIOSCORIDIS quibuſdam.



Chryſogono Dioſcorides *folia* tribuit Quercus ſimilia, atque fruticem eſſe denſum. *Florem* addens Verbaſco coronario eſſe parem, & *radicem* Rapo æqualem, intrinſecus vehementer rubrā, eamque cum aceto tritam & impoſitā Muris aranei morſibus auxiliari.

Plinius Chryſogonum nō habet, vt nec Galenus, nec etiā poſteriores Medici Græci. Idque hodie adhuc Officinis & Herbariis ignotū eſſe perhibet his verbis Matthiolus. Chryſogonum, a[illegible], niſi aliunde in Italiam deferatur, inter plantas quæ minimè cognoſcuntur & ipſum perpetuò recenſendum eſſe putauerim: vel Nobis in abditiſſimis Naturæ hortis, vbi deliteſcit, inueſtigandum erit: ſiquidem hactenus mihi neque inuenire, neque ab aliis compertum videre licuit.

Sunt tamen qui *Caryophyllatam* Officinis dictam, itemque qui *Herbam Benedictam* appellatam, atque alii qui *Blattariam*, & alii adhuc qui *Tormentillam*, *Dioſcoridis* Chryſogonum eſſe volunt. *Nos* rem peritiorum iudicio committimus.

Rauvvolfio verò genuinum Dioſcoridis Chryſogonum eſſe videtur Planta quam hic vltimo loco pingimus. Eam ille in Itiner. Sic deſcribit. Altitudinem, ait, Leontopetali aſſequitur, eſtque illi *caule, floribus*, radicéque rotunda [quæ internâ parte rubra eſt,] haud abſimilis. *Cauliculi* tamen graciliores, in terram repandi, & ab origine fili modo tenues, in varios ramulos diuiſi: quorum extremis *floſculi* adhærēt, multùm conſpicui, lutei, deorſuméque ſtipatū poſiti, quatuor communiter foliolis conſtantes. *Folia* cauliculorum dorſo adhærent, gemina vtrinque, & ita ſibi inuicem oppoſita, vt crucis figuram poſitu ſuo efficiant, atro-virentia, in extremo latiora, ad inſtar foliorum Quercus diſſecta.

Chryſogonum Dioſcoridis inſcribit etiam Hiſtoria Lugdunenſis in Appendice.

ICO-

CLASSIS XXX. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE STIRPIVM CLASSIS XXXI.

NERVIFOLIÆ : VT PLANTAGINES, GENTIANÆ, Polygonata : atque his nonnihil ſimiles.

Plantago : Germ. *Vvegerich* : Belg. *Vvegheblaet* : Gall. *Plantain* : Ital. *Plantagine*.
Plantago Maior, panniculâ ſparsâ.



De Plantagine acturi initiū à Maiori vulgari faciemus. *Herbā aut. quæ noſtrā Lingua Plantago vocatur, Hanc Ἀρνόγλωσσον Græcus vocat : eſt quia Linguæ Agnine ſimilis foliis. Plantaginis huius Sunt geminæ facies : & Maior prima vocatur, Altera verò Minor, quam vulgò Lanceolatam Dicunt, quòd foliis vt Lancea ſurgat acutis*

Duo earum ſumma Plantaginis faſtigia faciunt Dioſcorides & Plinius, quorum vtrūmque, vt ex ſequentibus patebit, in plurimas ſpecies diſtribuitur. Eam verò quæ, hîc pingitur delineabimus ad latus proximè ſequentis Figuræ.

Plantago maior vulgaris, folio glabro, non laciniato.



Digitali craſſitudine *radix* eſt, laterum fibroſā, candidā, & in medio, Morſus Diaboli fermè modo, præciſā ſiue mutilatā. *Folia* rotundiora, ſui medio latiora, glabra, ſeptem neruis diſſiecta, humi accumbentia, ſapore aſpero, ſubacri & ſubamaro. *Caules* pedales, lenti, thyrſum ac veluti ſpicam *florum* ſtamineorum albicantium [Lobelio obſcurè purpureorum & pullorum.] proferunt. *Semen* ſublongum, Portulacæ, puſillum, fuſcum aut rugineum.

Ab ea haud aliter differt antè picta, quàm ſpicatim ſparſā, inanime à qua herba, ceorum racematim cohærentium Floſculorum fœturā, geniſtā Panniculā.

Plantago rosea,



Plùs quàm pollicari *radice* perennat, *folia* per terram ſpargens Plantaginis latifoliæ, piloſa & neruoſa : inter quæ *caules* ſurrigit ſatis craſſiores, hirſutos : in quorum faſtigio folia crebra, inferioribus dimidiò minora, in rotæ orbitā : Alſines, admodum parua, viteſcentia, Roſam deforment.

Plantaginem foliato caule vocauit Cæſalpinus : *Plantaginem cum ſpica Roſa inſtar* Dodonæus : *Plantaginē* Lobelius : *Plantaginem roſeā vulgarem* Cluſius : *Plantaginem roſeam ſpicatam* Gerard. & Eyſt. *Plantaginem multiplicem* Tabernamontanus.

Colitur in hortis.

Plantago rosea, flore expanso,
Plantago marina magna.




Hanc ſic inſcribit in Pinace C. Bauhinus *Plantaginem roſeam* ſimpliciter Lobelius, Eyſt. & alii : *Plantaginem exoticam* Gerardus. An Cluſii *Plantago latifolia exotica?*

Vulgaris verò latifolia Plantago ab omni memoria peruagatæ vbique Gentiū eſt notionis. Plurimaque humectis locis, in aruis, pratis & hortis, ac ſecus vias & ſepes, prouenit : Iulioq; floret, & ſemen Auguſto dat.

Reperitur & huius generis apud Marc. quam ſolus fortè loci ſitus & ſapor ſalſus : à Vulgari Plantagine maiore glabra diuerſam faciunt.

Plantago maior hirſuta; media à nonnullis cognominata.



Minimi digiti craſſitudo eſt *radici* fibratæ, rectæ, adſtringenti. *Folia* lata, neruoſa, vtrinque lanugine tenui caneſcunt. *Caules* recti, cubito altiores, teretes, hirſuti, inanes, ſpicam geſtant Muris maioris caudæ quadantenus ſimilem, calyculorum agmine denſo, compactilem: qui in quaterna foliola ſubpurpurea explicati, *ſtamina* concoloria, ſed *apicibus* albis, oſtentant.

Tabernæmontano dicitur Plantago minor Dioſcoridis: Lobelio, Gerardo & aliis Plantago incana.

Icon eſt ex noſtris ſcriptitiis.

Plantaginis maioris hirſutæ icon alia, Lobelii.



Plantaginis *vires* quas ad faſtidium recitant Dioſcorides & Plinius, in pauca contrahemus. Mixtæ eſt, Galeni authoritate, temperaturæ: habet enim quiddam aqueū frigidum, & quiddam auſterum, quod terreum eſt, & ſiccat ordine ſecundo. Vulneraria eſt herba, vlcera & fiſtulas ſanans. Alui fluxus, dyſenterias, & vteri hæmorrhagias ſiſtit. *Liquor inſtillatus* calidas Podagras in primo impetu mirificè lenit: atque ab Hydropicis vtiliter bibi creditur. *Succus* aurium dolores, & oculorum lipp[illegible] tudinibus vtiliſſimè inſtillatur: phthiſicisque & tabidis ſalubris eſt. *Plura in ſequentibus.*

Plantago quinqueneruia cum globulis albis piloſis.



Numeroſa per terrā ſpargit *folia*, quinqueneruia, hirſuta: coëuntibus pediculis in caput *radicis*: ita tamen vt propter tomentū coſtæ illo vix appareat. Latitudo illi ſemuncialis, longitudo ſextantalis. *Caules* multi, alii erecti, alii ſupini, palmares & ſpithamæi, *Capitula* geſtant tomento albo villoſa, iulos Salicis imitata.

Plantaginis vulgaris *ſuccum*, vt in virium eius inchoata enarratione pergamus, Gingiuis ſanguinolentis & ſanguinem reiicientibus, potus & affrictus prodeſt. *Radix*, renum & veſicæ vlcera ſanat, & collutione dētium dolores lenit. *Semen* ſiccioris eſt facultatis ac minùs frigidæ.

Plantago minor lanceolata: Germ. Spitziger Uvegerich: Gall Petit Plantain, long Plantain.



Longiuſculam & fibroſā *radicem* demittit: *Caules* vero Maiori pares, profundè ſtriatos, ſubhirſutos: *florémq;* Maioris æmulum. *Folia* autem plurimùm differentia, Lanceæ mucronem referentia, longis pediculis appēſa, oblonga, ſtricta, raris crenis leuiter ſerrata, hirſuta, quinque neruis auerſā parte cōſpicuè claris, folii longitudinem percurrentibus.

Πεντάνευρον ob id vocant Græci, Latini *Quinqueneruiam*: Maiorem verò latifoliam ἑπτάνευρον & *Septaneruiam* nuncuparunt iidem.

Plantago lanceolata minima.



Radice prædita eſt parvâ, ad foliorum exortum valde villoſâ. *Folia* gramineæ anguſtiæ, duûm aut trium vnciarum longitudine. *Caulis* palmo longiorum cacumini, *Capitulum* breue & veluti glomeratum inſidet.

Plantaginem anguſtifoliā minorem inſcribunt vulgò Herbarii, Lanceolata enim Plantago in Maiorem & Minorem vulgò diſtinguitur.

Prouenit autem vtraque locis humidis & incultis, ac floret Æſtatis initio. Siccioris porrò & commendatioris dote ad vulnerarias potiones & hetaias eſt prædita.

Plantago latifolia minor.



Plantagini maiori inomnibus ſimilem fecit Tabernamontanus, quā cum Gerardo *Plantaginem Latifoliam minorem* inſcribit.

Superſtitioſa ſunt quæ apud Dioſcoridem habentur, ternas Plantaginis radices, cum vini ternis cyathis, & aquæ pari modo, Tertianis Febribus: itémque quaternas Quartanis, auxiliari. Sunt, addit idem, qui radicē è collo ſuſpenſa, [illegible] ſtar, vtantur ad Strumas diſcutiendas. S[illegible] ex vino potum alui pr[illegible] ſanguinis excreationes cohibet.

PLANTAGO ANGVSTIFOLIA MAIOR, IN caulium ſummitate folioſa: & alia ſpicata.



Radice eſt lignoſa, Inſipida, fibriſque tenuibus mixa. *Folia* in ſummitate multa, longa, anguſta. quinquenervia, *Caules* plures, non ramoſi, anguloſi, ſeſquicubitales, & quà parte radici adhærent purpuraſcentes. In ſummitate veluti ſpicæ unciam circiter longæ, in quibus *floſculi* cum apicibus longiuſculis, In *Capſulis* albis *ſemina* longiuſcula, ruffa, tunicis paucis inuoluta.

EIVSDEM PLANTÆ ALIA ICON.



Icon hæc eſt Cluſii, præcedens verò Gerardi i differuntque in hoc potiſſimùm, quòd in poſteriore minimè ſint foliola ſupremo cauli inſidentia.

Vtramque in prato S. Petro adiuncto. Monbelgardi obſeruauimus.

PLANTAGO ANGVSTIFOLIA ALPINA.



E radice craſſiuſcula, longa, parum fibrata, ac circa caput craſſeſcente, *folia* oriuntur ad lanceolatæ Plantaginis folia accedentia ſed multò anguſtiora, & circiter trientem vnciæ lata, ſeſquipalmaria, quinquenervia, parum hirſuta, nigricantia, ſolidiuſcula. *Caules* ad radicem hirſuti, *foliis* longitudine æquales. *Capita* gerunt ſemuncialia, Plantagineis nigriora.

PLANTAGO VMBILICATA LOBELII.



Hanc in Aduerſariis *Vmbilicum montanum Herbariorum*, vocat. C. Bauh in pinace dicitur *Plantago latifolia S. ſiue peregrina ſinuoſa*.

Nos nuſquam vidimus, nec graphicè ſatis delineat Lobelius, quapropter eius deſcriptionem huc non tranſferimus.

HOLOSTIVM vel HOLESTIVM: Germ. *Hundsgraſs*: Gall. *Holoſtium*: Ital. *Haloſtio*.



Holoſtium, Dioſcoridi & Plinio, parua eſt Herba, tribus aut quatuor digitis eminens ſupra terram: *foliis* Coronopo aut Gramini proximis, guſtu adſtringentibus: *radice* pili inſtar, tenui, alba, fibroſa. Naſcitur in collibus terrenis. Ad rupta & vulnera in vino bibitur, nec abs re, cùm, ſi ſimul coquatur, carnes cogere & conglutinare valeat: ac, vt annotat Galenus, ſicca & adſtringens, ac proinde ad ea efficax, vt ſit prędictum.

Cluſio eſt duplex, *Maius* & *Minus*. Holoſtii autem nomine variæ donantur Plãtæ: *Plinij Phalaris, Gramen Luzula, Myoſuros, Gramen Fuchſij, Serpentina, Tunica, minima, Herniaria; & Piloſella*.

HOLOSTIVM MONSPELIANVM.



Radice eſt longa, craſſa, nigricante, lignoſa, & plurimo capitum. *Folia* per terram ſparſa, tota albida, hirſuta & tomentoſa, quædam palmaria & quędam multò minora, non totam ſemunciam lata, neruis aliquot per longitudinem diſcurrentibus. *Caules* ſpithamęi aut breuiores, ſimiliter hirſuti, thyrſum gerunt longum, aliquot vnciarum, interdumq; vnius tantùm: *flores & ſemina*, vt in *Cornu Ceruino*

Monſpelij floret Aprili & Maio, ac nonnunquam etiam Autumno, in aridis Olivetis, & non procul ab aruis. Colitúrque etiam in hortis. *Plura in Appendice*.

Coronopvs, herba stella; cornv ceruinum, Coronopus vulgaris.



Herba hæc Germanis dicitur *Rappen fuſs*: Gallis *Corne de Cerf*: *Capriola*: Italis *Coronopo*, *Herba ſtella*. De ea ex Veterum ſententia agemus in Appendice. Cùm autè variæ illius habeantur hodie ſpecies & differentiæ: *Vulgaris*, quam hic pingimus, *radix* tenuis eſt, alba & adſtringentis ſaporis. *Folia* ſtatim à radice crebra, longa, anguſta, hirſuta, neruoſa, in lacinias aliquot laterales, ceu Cornu cerui ramos, vnde Nomen, diuiſa. Inter ea *caules* ſurriguntur Plantagineis, thyrſulum Plantagineum *flores & ſemen* Plantaginis proferentem, ſuſtinentes.

Monſpelij tantùm ſpontaneum obſeruauimus: ibi paſſim prouenit: alibi verò in hortis ſeritur, & floret Maio.

Coronopvs serpentina dicta.



Inſignis craſſitudinis & longitudinis eſt *radix*, in *Capitula* aliquot ſubinde diuiſa: ex qua *foliorum* ſeges magna pullulat, longitudine Coronopi eſculenti, ſed latitudine trientem aut quadrantem non adæquantium. *Caules* inter ea plures palmares & altiores, nudi, enodes, thyrſo Coronopi inſignes. Geneuæ in horto habuimus, ex proximis montibus delatam: florebátque Nobis Iunio & Iulio.

Contra venenatos ſerpentum, ictus & morſus, ... Hydrope, alui fluxib..., & Odontalgiis eius vſum commendat plurimùm Matthiolus, ex cuius ſcriptis vtcunque modum petendum relinquimus.

Coronopvs massiliensis Lobelii, Serpentinæ fortè varietas.



Denſiſſimo ſparſaque *foliorum* ſtipata luxuriat, Sedi minimi laxei mouenti, vel Pinaſtri, ritu, poſitu & rigiditate, innumeraq; etiam *cauliculorum* dodrantalium ſobole. *Semen* puſillum, plantaginis aut Serpentinæ vulgaris. *Radix* longiuſcula, lignoſa, craſſa, guſtu nonnihil calida aromatica.

Collibus & cautibus Maſſiliæ vicinis ad Mare ſalſuginoſ inter Tragacantham paſſim luxuriat.

Coronopis serpentaria minima.



Coronopus cuius Figurā hic damus, factam ad plantā ſiccam à Nobis Iunio menſe Burmij Rhætorum collectam, *radice* eſt craſſā: *caulibus* verò & *floribus* Coronopi Serpentinæ, ſed foliolis latioribus.

In celſis montium iugis ſterilis Seuenæ in Gallia Narbonenſi cópioſè prouenit

Cæterùm Coronopi herba frigida eſt & ſicca, manifeſtè adſtringens, facultatéq; ad Plantaginem accedens. *Plura ad latus ſequentis Figura.*

Coronopvs maritimvs Rainavdeti.



Radix ſeſquipalmaris eſt, craſſa, fuſca, ſicca, inſipida: è qua innumeræ oriuntur, vt in Phyllo Dalechamphij, radiatorum foliolorum ſtellæ, confertiorum, repandorum, ſemuncia breuiorū, anguſtiorum quàm Serpentinæ Matthioli. Radiorum vmbilicus totus villoſus. Lupini latitudine, è quo cauliculus exit vncialis, nudus, hirſutus, thyrſulo ferè totus obſitus.

Cæterùm vulgaris Coronopi folia in acetaria apud Gallos & Anglos poſt leuem coctionem recipi ſolent, nephriticiſque prodeſſe ea creduntur, non calculum atterens, ſed renes roborans, &c. Sanguinis eruptiones cohibet aſ ſiſtit.

Coronopvs maritima nostras.




Radix breuis eſt, nigricās, craſſa, fibris aliquot donata: *folia* quàm in Coronopo vulgari ſtrictiora, longáque, craſſiora & ſucculentiora, ac interdum penè iuncea, quadrantalia, ac etiam palmaria, ſapore ſalſo. *Flos* purpureus, ſpicatus, vt in vulgari: *ſemenque* illius ſemini adſimile.

Monſpelij iuxta mare menſe Augusto floret: terráque gaudet ſalſā, ac in aggeribus & littoribus ſalſis copioſa prouenit.

Coronopi, *Cornu Ceruini*, *Sanguinaria*, & *Herba ſtella* appellationum rationem in Appendice reddimus.

Myosv-

Myoſuros: Germ. *Meuſs ſchwantzlin*: **Belg.** *Muyſenſteerkens*: **Gall.** *Queüe de ſouris.*




Myoſuron & Muris caudā inſcribunt vulgò Herbarii, & *Holoſtium Dioſcoridis* nonnulli.

Fibras numeroſas pro radicibus habet: vnde folia gerninát multa graminea, triuncialiave vnciarum, admodū anguſta. *Coliculi* molles, teretes, nudi, altitudine folia haud multùm excedentes. In cacumine *floſculos* geſtant muſcoſos, herbaceos, paulùm ſeſe explicantes: ſuccedente clauā duarum triumve vnciarum, tereti, mucronatā, compactili, caudam muris ſatis rè mentiente.

Pinguibus agris & pratis gaudet, florens Aprili.

Refrigerat, atq; haud multùm viribus à Plantagine differt.

Kali tertium Alpino.



Foliis conſtat paucis, Aizoo ſolis proximis, at longioribus multò: *caule* ſingulari, non recto, ex quo tres quatuorue *cauliculi*, qui rectā ſurſum feruntur, In ſingulorum cacumine *Caput*, ex quinque aut pluribus foliis Chamæpytí ſimilibus ſ deorſum inclinantibus, & inde ſurſum recuruatis: in quorum medio *floſculi* multi, Roſarum floſculis ſimiles. Herba eſt ſalſa, atque acri ſapore linguam vellicante.

Sic ille, qui ad Dioſcoridis *ſecundam Anthyllidis ſpeciem* referendum ſtatuit. Vſus eorum Ægyptiis apud quos naſcuntur.

Psyllium: Græcis ψύλλιον: **Germ.** *Pſilienkraut*: **Gall.** *Herbe aux puces*: **Ital.** *Pſilio.*



Pſyllium multis fruticat *ramis* hirſutis, teretibus, variè diuaricatis: per quos *folia* inconditè, graminea, longa, e ſtola. Summus *caulis*, ramorúmq; extrema, binos producunt *pediculos*, *vmbellam* quodammodò mentientes: quorum ſingulis *Capitulum* inſidet oblongum, Plantaginis, craſſius, breuius, ſquamatis in motibus, & *floribus* ſimilibus. *Semen* lubricum, lucidum, nigrum, Pulicis effigie. *Radix* lignoſa, dura, fibroſa.

Eſt autem Pſyllium vel *Maius* vel *Minus*: vel *Erectum* vel Supinum: ac datur etiam genus quoddā *Indicū*. Naſciturq; arbuſtis Dioſcoride in aruis & incultis. Nos *Maius* hic pingimus, ſed diſplicet radix.

Psyllium minus: Gotne Alpini.



Plantam hanc *Gotne rubram* inſcripſit Alpinus, ac alibi etiam meminit C Bauhinus verò & alii doctis, ob totius plantæ cum Pſyllio ſimilitudinem, *Pſyllium minus* appellare placuit.

Variis porrò locis inter vetuſta profundaque arua & ſabuloſas ſcrobes, ſpontè prouenit Pſyllium: Littoraq; ſabuloſa maritima præcipuè ſectatur: ac quandoq; etiam ſeritur, ſemelq; ſatum facilè aliquot annis deinde renaſcitur. In Gallia Narbonenſi frequens eſt, Vereque & Autumno floret. Vidimus etiam Geneuæ, atq; inter Bononiam & Florentiam, florens Aprili. In Germania & Anglia tantùm in hortis habetur. *De Vſu & Viribus in Appendice.*

Leontopodium Dioscor. Cemos Plinii: Leontopodium Candiæ Pſyllio affine.



Dioſcoride authore Leontopodium duorum digitorū Herbula eſt. *folia* habens arcta, robuſta, ternûm quaternûmve digito ſū lōgitudine, lanuginoſa. *Capitula* in ſummis cauibus quaſi perforata, in quibus *flores* nigri. Semen ſpiſſa admodum lanugine obuolutum eſt, vt ægrè deprehēdi poſſit. *Radix* parua, nigra, duriuſcula, fibrata. Naſci in campeſtribus & gracili ſolo, ſcribit Plinius.

An Dioſcoridis Leontopodium idem ſit cum Plinii Leōtopodio atque an Eiuſdem *Cemos*, ambigitur, quod inquirendum. Quod autem *hic pingimus Leontopodium*, planta eſt Candiæ propria, propoſitæ Dioſcoridis deſcriptioni in omnibus reſpondens. *Plura in Appendice.*

Gramen Parnassi Dodonæo, quibusdam Hepaticus flos.



Radicem habet modicè craſſam, fibratam, ex albo rubentem *folia* Hederaceis nō angulois haud abſimilia: *Caules* angulofos, ſeſquipalmares indiuiduos, inferiore parte rubentes, folio vt plurimùm vnico, contra ac pleriſq; cauli, donatos. Eorum verò vnicuique *flos* inſidet candidus: cui ſuccedit *Capitulum* conicum purpuraſcens, radiatis albis flauiſque ſtaminibus, cū concoloribus apicibus ei ſubdatum. Id verò poſtquam in Ciceris maiuſculi magnitudinem excreuit, dehiſcens, ſemen oſtendit e pinſum, minutum, rufum.

Naſcitur in maeris & putridis pratis, quæ nunquam omnino ſiccantur. Cæterùm Hepar roborat & ab obſtructionibus liberat.

EPIPACTIS, ELLEBORINE, DAMASONIVM. Elleborine Dodonæi.



Epipactis, quam alii *Elleborinen* & *Borrjen* vocant, frutex eſt puſillus, ut Dioſcorides, perquàm exiguis foliola habens. Peregrinâ Italiæ herbam dicit Plinius, cum inter Græcæ & Aſiæ frutices recenſeat: Theophraſt Ellebori poculo miſceri Elleborines ſemē, vt vomitiones iuuet. Sed quis ex iis Veterū ſcriptis addiſcat quid illis fuerit *Epipactis* & quid *Elleborine*? Sic Elleborinem tantùm pinge Matthiolus, at non deſcribit: Sic pro Elleborine variæ à variis traduntur plantæ, *Biſoliam*, *Gentianella*, *Morsiaria*, & aliæ. Nos de Elleborines & Damaſonii variis ſpeciebus promiſcuè hic agere inſtituimus.

DAMASONIVM ALPINVM, SIVE ELLEborine, floribus albis:



Dodonæi Elleborini adſimilis eſt. *Radices* fibroſæ & tenues. *Caulis* modò dodrantalis, modò maios modò minor, gracilis, *foliis* alternatim amictus Plantaginis lanceolatæ, anguſtioribus aliàs, aliàs verò latioribus, Hellebori albi modo ſtriatis. *Flores* per caulis ſummа ſpicatim, & velut Orchidum modo, diſpoſiti, è ſinu foliorum exiguorum ſingulares prodeuntes, maiuſculi, lactei, ad Orchidis flores accedentes Quibus hiantibus *piſtillus* apparet albus, viridis breuis, *Capitulum* ſuſtinet viridiſſimum, tenerrimum, oblongum.

Reperitur cum præcedente in ſyluis vmbroſis, & floret Maio.

DAMASONIVM PVRPVREVM LVTEVM: ſiue Elleborine montana anguſtifolia.



Hanc pingit & deſcribit Cluſius, qui Iunio & Iulio in Pannoniæ ſyluis florentem obſeruauit.

Elleborinem ex albo ſublutum vidimus Nos florentem Maio, in Montbelgardenſium monte *Montbar*.

Elleborinem verò ſiue *Damaſonium flore violaceo*, Geneuæ in colle *la Baſtie*.

Elleborinem flore carneo, & *Elleborinen montanam anguſtifoliam ſpicatam* alure, teſte Cluſio, Auſtriæ montana prata & eadem ſyluæ.

Eſtq; Elleborine racemoſa ſiue Aliſma *ſerpentis* in multis locis, ac in opacis præcertim montium iugis, frequens.

ELLEBORINE MONTANA, SIVE DAMAſonium alpinum, floribus luteis.



Radice eſt nigra: modicè fibratā aliis deſcendente: *foliis* oblongis, anguſtis, neruoſis, lanceolatæ Plantagini ſimilibus, aliquantò longioribus, acuminatis: *caulibus* pedalibus: *flore* luteo: ſeminibus oblongis, anguloſis, quaterna ſimul ſic coniunctis, vt medio hiante ſpatio feneſtrata quædam meta appareat, apice nigro ſuper eadnente, eleganti ſanè figurâ laternæ quæ non dum cornu, vitro, chartaſi(ue) obducta clauſaq; eſt, ſimili, & huic plantæ peculiari.

DAMASONII SPECIES QVIBVSDAM CALCEOlus Mariæ: Germ. *Pfaffenſchuch, Marienſchuch*.



Damaſonij ſpeciē faciunt quidam Elleborine affinem herbam, *foliis* Ellebori nes, ſed latis, venoſis, ſinuoſis, ſubhirſutis. *Flos* pedalis *caulis* ſummitati inſidet, plerúmq; ſingularis, quatuor foliis atropurpureis, decuſſatis, acuminatis, vterem magnum, ex luteo pallentem lignea Franciſcanorū calopodia imitantē, ac ſupernè aliquouſque patulum, ſuſtinentibus. *Siliqua* puluiſculo, vt in Elleborinis & Orchidibus, plena ſuccedit. *Radix* obliqua ſub terra agitur, numeroſis fibris capillata, ſubiſde caulium marcidorum veſtigia impreſſa gerens.

Obſeruauimus in montibus Geneuæ propinquis, florens Iunio.

ALISMA TOSSANI CAROLI, FLORIBVS dilutè cæruleis.



Pulchram hanc plantam ab inſigni pharmacopœo *Toſſano Carolo* accepimus, in Burgundiæ *Champagnole* locis aquoſis collectam: quæ in hortum translata multis annis durauit, ac quotannis floruit.

Cæterùm de Damaſonio notho, ſiue Calceolo D. Mariæ [Crepida ve Sacerdotis] in proximè præcedente Tabella depicta, hæc tradit Lobelius: priſcis, inquit, pictura videtur illa ſpectabilis ſcaris larue, quam *Aliſma* nonnulli eſſe opinati ſunt et quam vulgo frauuen ſchoen, vel *Papen ſchoen*, id eſt, Virginis calceum, aut Sacerdotis crepidam, à floris effigie vocitat Septentrionalium vulgus.

GENTIANA

GENTIANA : Germ. *Gentian*, *Bitterwurtz* : Gall. *Gentienne* : Ital. *Gentiana*.



Vnius quidem duntaxat Gentianæ meminêre Veteres: at plures, vt ex ſequentibus patebit, cognouêre Recentiores.

Vulgarem Maiorem hic pingimus, cui *folia* Hellebori albi foliis paria, circa radicem mollia, per terras ex aduerſo ſita, eorum pediculis côniatis amplectentia, neruis tribus aut quinque Plantaginis diſtincta, glabra, polita, lucida, hiſque notis ab Hellebori albi foliis diſtincta. *Caules* cubitales, bicubitales, & altiores, ſingulares, leues. Ex foliorũ verò ſuperiorum ſinu *Flores*, Verticillorum modo diſpoſiti, erumpunt, ſingulares, longiuſculi, lutei. *De reliquis ad latus ſequê Figura.*

GENTIANA MAGNA FLORE PVRPVREO, & albo.



Flores, vt in *Vulgaris Gentiana* ſuperiore deſcriptione perginus, ſequuntur *Vaſcula* oblonga, in duas ſe partes aperientia, in quibus *Semen* numeroſum, leuiter rubens, ad Leucoii ſemen accedens, ſed leuius. *Radix* craſſa, longa, multifida, intus & extrà flaueſcens, ſapore inſigniter amaro; quæ tùm ſit ſungoſa, ſiccata inſigniter corrugatur.

A Vulgari autem formâ vel magnitudine minimè differt ea quã hic pingimus: flores tãtùm qui in illa lutei, in hac purpurei ſunt, vel lactei purpureis quibuſdam punctis notati: minimè ſtellati, vt illius, ſed concaui: hi verò & illi omnes odoris expertes. *De tempore loco & viribus in ſequentibus.*

GENTIANA FOLIO CONVOLVTO; ANGLICA; Saponariæ folio ex albo carneo.



Gentianam cruciatam vocat Gerardus, qui ſe rè ſeleriſbitiæ quo authore in Angliæ Comitatu Northampton nemore quodam, *Sitonia* dicto, Æſtate mediâ floret.

Vulgaris verò lutea Gentiana in montium pratis ac paſcuis variis locis prouenit: in Ebrodunẽſium montium *Sucbet & Sainſte Croix* præſertim frequẽs. *Purpuream* Bernis Rhætorum vidimus; in Pannonicarum & Noricarum alp ũbiqe, Cluſius, Albamq; in Stiriæ alpibus.

Florent porrò Iunio, & Semen Auguſto maturant, eodẽ que menſe & Septembri colligi iniur radices, ac in vmbra ſiccantur.

GENTIANA MINOR, SEV VVLGI Cruciata.



Reptans cum *radice rami* ſeſquipalmares & dodrantales, ſubrubentes; quos crebra ambiunt *folia*, bina ſemper aduerſa, vel potiùs vnum cõtinuum, ad genicula tanquam vagina *caulem* inuoluens, cuius vtrinque exit ſegmentum Gentianæ, ſextuplò ferè minus leue, pingue, amarum. *Flores* in ramulis extremis ex foliorum alis confertì, cærulei, quinquepartiti: *Semen* copioſum, minutum, oblongum, fuluum, inſipidum, vaſculis continetur oblongis bipartitibus, folliculo membraneo obuolutis.

In collibus, montibus, incultis agris, & aliis aſperis locis, ac ſecus vias reperitur: eſtq; in Germania frequens.

GENTIANA FOLIO ASCLEPIADIS VVLGO creditæ : Gentiana foliis Hirundinariæ.



Radix huic lutea, digitalis craſſitudinis & guſtûs amari: *Caules* cubitales, articulati, graciles: quorũ ſingulis iũctu ris bina ex aduerſo poſita *folia* adnaſcuntur. Aſclepiadis foliis formâ & magnitudine reſpondentia: è quorum ſinu *flos* naſcitur vnus, magnus, oblongus, Calathi formâ, quinque laciniis per circuitum diuiſus, cæruleus: totidem in medio ſtaminibus. *Siliqua* ſubſequitur bicornis, quæ per maturitatem dehiſcens, *Semẽ* oſtendit planum, paleaceum, coloris cinerei.

Copioſè, authore Cluſio, in Pannonia, Stiria, Auſtriaq; inferiore, prouenit, ad montiũ radices, vmbroſis collibus: nuſquam verò in ſummis & apertis iugis.

Gentianam foliis Hirundinaria inſcribunt nonnulli.


GENTIANA ALPINA FLORE MAGNO cæruleo, Violæ Marianæ.



Hanc abundãtiſſimè creſcere tradit Cluſius in variis perpetuâ ferè niue Auſtriæ & Stiriæ obſitis alpibus. Iuniorque & Italio inibj ſuctére, Lobelius in Patauinis collibus & decliuibus, vbi Viperæ capi ſolent, obſeruauit: Hiſtoria Lugdunenſis in aridis, opacis, perflatis, montoſis prouenire.

In hortos, vt & reliquas ſpecioſiores Gentianas transferri tradit Cluſius: ſed natiuo aëre & pabulo priuatas, priſtini vigoris & elegantiæ plurimùm amittere.

Gentianæ ſpecies paluſtris, Calathiana Viola quibuſdam.



Udos amat pratorum margines, recto, cubitali & ramoſo *caule* aſſurgens; per quem æqualibus ſpatiis adverſa conſcendunt *folia*, palmari nonnunquam altitudine, culmum lata, ſuperiùs atrovirentia, inferiùs dilutiora; è quorum ſinu è medio ferè caule, ſummo tenus, *flores* tam ſingulares, iam duo aut plures, cærulei, quinquepartiti, calathi formâ. *Radices* plures, longæ, luteæ, amaræ, quæ non benè exprimuntur in noſtra Fuchſiana *Figura*: quâ de Cauſſa aliam pingi curavimus.

Alnot vulgò prata ad montium radices ſita. Floret Auguſto.

Gentianæ paluſtris alia icon.



Hanc viribus iiſdem cum *Cruciata* præditam ait Matthiolus. *Cruciatámque* cùm foliis & radice amara ſit, calidā eſſe & ſiccam. Se experientia compertum habere addens, ſi radix tuſa ventri, Emplaſtri modo, imponatur, vermes qui in inteſtinis fuerint, procul dubio necari: ulceraque & ſtrumas ſanari, ſi iis contuſa etiam radix nuper effoſſa, ſiccatave pulvis, imponatur. Summatim verò non deſunt qui aſſerant, Cruciatam Gentianam ea omnia præſtare quæ poſſit Gentiana vulgaris, de quibus agetur in Appendice.

Gentianula lanugine ad ſingulas florum lacinias donata; flore quadripartito,



Hanc in variis ditionis Montbelgardenſis locis obſervavimus, florentem ſub finem Æſtatis: Prope *Blamont* & *S Hippolite* inter *Vaux-ancourt* & *Dampierre* ſupra fontem ... prope Baſileam in montis *Montem* pratis.

Vulgaris verò Gentiana maior Natales in montium pratis quærit. In Alpibus inter Germaniam & Italiam copioſā ait Turnerus: in excelſis Tridentinorum & Anaunianum montibus Matthiolus, qui radices brachialis longitudinis effodi refert. Floret Auguſto & Septembri.

Gentianula quæ Hippion, Cluſii; Germ. *Blaw-tucherſ blum.*



Totum obambeat, cæſpitem pulchella iſta perennis herba, fibris hinc inde repiantibus fœcunda: *foliis* per terrā ſparſis, ſemuncialib. aut longioribus, nervoſis. Pediculi verò cauliculi vno aut altero foliorum pari veſtiti: quorum vnicuique *flos* inſidet vnus cæruleus quinquepartitus. *Semen* exile, durum, rotundum.

Cæterùm celſis montium iugis gaudet, & ſub Veris finē floret. Cultum autem omnem reſpuit, & iiſdem cum Gentiana viribus pollet. Naſci in pratis inter Vlmam & Auguſtam perhibet Cordus: vidimus verò Nos in Genevenſium mōte *Thuiri*, & in Rhætiæ monte Braulio.

Gentianella fugax Cluſii,



Dodrantem non ſuperat: *Caulibus* & *ramulis* exilibus, minoribuſque etiam *foliis*. *Flores* itidem minores habet, Gentianę floribus cęterà non abſimiles; iique aut dilutè purpuraſcunt, aut cærulei coloris elegantiſſimi ſunt. *Corniculo* ſubflavo exili *ſemine* plena ſunt. *Radix* parte ǫnis.

An Lobelii *Gentiana minima*, omnium ſpecioſiſſima, in montibus arduis fruticans?

Obuia eſt in omnibus pratis in ſublimi ſitis, & mōtium iugis, floréque Auguſto.


Gentianella fugax alia eiuſdem.



Vix trium vnciarum altitudinem æquat hæc, ſed multis alia eſt prædita. *Foliolo* Centaurii minoris in ſingulis geniculis. *Flores* minimi, venuſtiſſimo cæruleo colore præditi. *Cornicula* qualia in ſuperiore, nigro & admodum exili *ſemine* plena. *Radix* minima, ſed frequentiſſimis fibris donata.

Floret, ait Cluſius, in Eſcheri iugis Auguſti initio. Eſtque illi hæc *fugacium Gentianellarum quinta*, præcedens verò *quarta*. Reliqua ex ipſo petendas relinquimus.

POLYGONATVM, SIGILLVM SALOMONIS:
Germ. *Vveiſs vvurtz* : Gall. *Seau de Salomon.*



Summo ceſpite tranſuerſa vagatus Polygonati *radix*, digiti craſſitudine, pyramidali commiſſurâ inæqualis & tuberoſa, candore marmoreo, denſo fibrarum agmine capillata, ſapore ſubdulci. *Caules* cubitales & ſeſquicubitales, teretes. In iis alternatim diſpoſita ſunt *folia*, Lilii conuallium, neruoſa, ſupernè in atro-virore ſplendentia, infernè cæſia. Ex eorum verò alis *flores* exeunt ex pediculo ſemunciali aut unciali, in pedicellos breues ſubinde ſubdiuiſo, ſingulares, bini, terni, cylindracei, albidi, oris herbidis in ſena tegmenta diuiſis: *Plura ad latus ſequentis Figura, & in Appendice.*

POLYGONATI, Ital. *Ginocchietto* dicti, ALIA ICON, CLVSII.



Polygonati floribus, vt in inchoata deſcriptione pergamus, adnatæ ſunt apices crocei, ſtylo albido vnà cum apicibus latente. Floribus decidentibus *Baccæ* oriuntur virentes, mox glauce corymbis Hederaceis pares, aut paulò etiam maiores, tribus Zonulis à ſummo ad imum pictæ, in quibus *ſemina* ſena, ſeptenave, dura, magnitudine Viciæ.

Naſcitur autem Polygonatum in ſyluis, locis vmbroſis & iuxta margines nec ſolùm in montoſis, ſed & in planis. Maioque & Iunio floret.

Polygonatum porrò dicitur, quod radix crebrò geniculata ſit. *Sigillum* verò *Salomonis*, à veſtigiis radici etiam ſigilli iuſtar impreſſis.

POLYGONATVM LATIFOLIVM RAMOSVM; flore maiuſculo, Lilii conuallium: *Cluſii.*



Quantùm hoc à reliquis Polygonatis differat, ex *Icone* liquet. Perperàm verò hoc pro *Lauro Alexandrina* exhibet, ac etiam cum *Hippogloſſo* cōfundit, Matthiolus.

Cæterùm Polygonati radicem vulneribus efficaciter imponi, ac maculas in facie delêre, ſcribit Dioſcorides. Ad eadem commendat etiā Galenus: Polygonatumque mixtæ facultatis & qualitatis eſſe ait, atque quid habere adſtrictionis, acrimoniæ & amaritudinis, inexplicabiliſque cuiuſdam iniucunditatis. Sic hodie adhuc Mulieres Sigillo Salomonis, ac præſertim aquâ ex eius radicibus deſtillatâ, ſibi faciem extergunt & fucant.

POLYGONATVM ANGVSTIFOLIVM.



Licèt vnius tantùm Polygonati meminerit Dioſcorides, plura tamen, tum à Plinio, tum à Recentioribus recenſentur.

Eius quod hîc pingimus geniculatim incedit alba *radix*, haud ſecus ac latifolii Polygonati. *Caules* etiam ſimiles: at multis numeris anguſtiora *folia*, Rubiæ foliis paria, lenia, venoſa, quaterna aut quina, ea ſtatim ex caulium geniculis enaſcuntur, ceu & herbacei *flores*, Polygonati vulgaris, ſuccedentibus Baccis minoribus, per maturitatem rubris.

Prouenit in montibus pratis & ſaltubus, vt Nos in Geneuenſium monte *Thuiri*, & Baſilienſium *Vaſſerfall*, obſeruauimus. Floret Maio & Iunio.


POLYGONATVM ANGVSTIFOLIVM ramoſum, *Cluſii.*



Caulem habet cubitalem, angulosum, in multas tenues alas diuiſum, quę æqualiter ex ſingulis angulis enaſcuntur, quaternę interdum, nonnunquam & quinę, pro angulorum, qui in caule, numero. *Ramuli* tenues ſunt, longis & anguſtis *foliis* obſiti, binis, ternis aut quaternis, æqualiter in circuitu prodeuntibus, in quibus *flores*, *fructus* & *radices* Polygonati vulgaris. *Polygonatum anguſtifolium minus* inſcribit Thalius.

Aquam porrò è Polygonati radicibus deſtillatam, nō ſolùm faciem abſtergere, & à nævis purgare, ſed etiam ſanguinem inter cutem & carnem concretum diſſoluere, ſcribit Agricola.

LILIVM CONVALLIVM: Germ. *Meyenblůmn*: Gall. *Muguet.*



Radix eſt tenui & alba, fibrata, ſummo ceſpite repante. *Cauliculum* autem profert palmarem circiter, angulosum: à cuius medio ad ſummum *flores* pulchri, candidi, in vnam ferè partem vergentes, per interualla penſuli & nutantes, in pediculis tenuibus cuiuſque naſcuntur, parue nolæ effigie, oris in ſex lacinias diſſectis, iiſdem ſtaminibus ex herbido luteis fundo adnatis, ſtylum triquetrum circumſtantibus, odore ſuauiſſimo, ſapore amaricante: quibus ſuccedunt rubra *ſeminum conceptacula*, globoſa, vt in Aſparagis. *Folia* bina aut terna, oblonga, foliis Orchidis ſimilia. Icon quæ ex Fuchſianis eſt non multùm placet.

LILII CONVALLIVM ALIA ICON MELIOR: Lilium conuallium agri Lauanienſis, *Lobelij*.



Hoc à Vulgari ſolo ſuaue rubente colore differt. Ad picta porrò ea Lilia facilè referri poſſunt *Liliorum conuallium varia*, quæ recenſentur Differentiæ: Lilium conuallium magnum: Lilium conuallium latifolium: Lilium conuallium cum pluribus florum ordinibus, &c.

In ſyluis autem, lucis, vmbroſiſq; locis ſpontè exit Lilium conuallium: coliturque etiam volgò in hortis, & floret Maio.

Vires & facultates quod attinet, refrigerare & humectare exiſtimarunt Apollinaris & Trages, calidæ contrà & ficcæ qualitatis eſſe à Dodonæo, Matthiolo & aliis ſtatuitur: indicent qui Philoſophiam Medicam vel primis labris deguſtarunt. De hac Planta *plura in Appendice*.

BIFOLIVM MINVS, OPHRIS MINOR.



E *radice* ſubflaueſcente, fibroſâ & Orchides redolente, *cauliculus* ſimplex, trium quatuorve vnciarum, ſub foliolis oritur, cui foliola duo, Ophris vulgaris modo, apponuntur: ſed ea minora ſunt, glabra, ſplendentia & rotundiuſcula. Iis cauliculi altera pars, trium quatuorve ſimiliter vnciarum ſupereminet: eiuſque ſummo *floſculi* aerei herbacei inſident, ab Ophris vulgaris floribus exiliore ſola recedentes: quibus tandem exigua ſuccedunt vaſcula.

Vtrumque Bifolium vidimus in Geneuenſium monte Saleue, & Baſilienſium monte *Vuaſſerfall*. Eſt autem vtrumque ſiccæ calidæque naturæ, & ad vulnera ſananda peruile.

OPHRIS, BIFOLIVM, VNIFOLIVM: *Einblat, Zvveyblat.*



Ophrin inter ea quæ denigrant enumerat Plinius, ac denticulato Olei ſimilem facit. Quid verò ſit eius Ophris ambigitur. *Aliſma* Dioſcoridis eſſe, exiſtimant nonnulli: alii plantaginem paluſtrem: alii pro Recentiorum Bifolio Vnifoliòve admittunt.

Triplex autem vulgò ſtatuitur *Ophris*: *Vnifolia*, *Bifolia* & *Trifolia*: Bifoliaque ruſſus vel *Maior* vel *Minor*. Quin autem ex Orchidum familia ſit Bifolium ambigi vix poſſet, niſi radices multiplices fibroſæque obſtarent: ſiquidem flos & caules illi quamproximè accedunt. Folia verò ſolummodò duo habet, Plantaginis latifoliæ, oppoſita, altero ex altero ſinu prodeunte.

Naſcitur in montibus, Maioque & Iunio floret.

VNIFOLIVM ſeu OPHRIS VNIFOLIA: Germ. *Einblatt*.



Reptando fibrilliſque profert tenuis *radicula*, ſubd[illegible], candida: vnde *cauliculus* palmaris exſurgit, tenuis, *folio* vno aut altero, rariùs tribus, donatus, ſatiſ à per longitudinem neruoſis, nonnihilque parte hirſutis. *Floſcula* candidi, odorati, quatuor foliolis, totidemq; ſtaminibus concoloribus cum ſtylo conſiſtu. *Baccæ* ſuccedunt Lilii conuallium, per maturitatem rubentes.

Vnifolium vocatur, ait C. Bauhinus, quoniam cùm primo prodit vnico eſt Folio: nam cùm cauliculum acquirit, folia bina habet, & interdum tria.

Geſnerus in *Maream* & *Fœminam* diſtinguit.

Iiſdem autem locis cum Bifolio prouenit.

PYROLA: Germ. *Vvintergrün*: Belg. *Vvyntergroen*: Gall. *Pyrole*: Ital. *Pyrola*.



De Pyrola nihil in Veteri monumentis habemus: Plures verò eius ſpecies obſeruarunt Recentiores. Vulgatior eſt ea quæ quinque aut ſex *folia* humi ſpargit, ſubrotunda, Pyracei partis, craſſâ, atro-virentia, glabra, nitidáque facie ſuperiâ, pedicalis palmaribus ferè hærentia. Inter ea *Caulis* naſcitur dodrantalis, angulolſus, paruis & acutis aliquot foliis donatus, nullam ramorum diuiſionē agnoſcens: thyrſum gerens amœnorum *florum* albidorū, quinque foliis conſtantium, Orchidum ferè modo, cum multis vmbilicum obſidentibus *apicibus* croceis. Flores *Capitula* ſequuntur angulola, puluiſculo minuto plena.

PYROLA FOLIO SERRATO, CLVSII.



Tenerior eſt hæc altera, *cauleque* breuiore & infirmiore: ac *foliis* etiam tenuioribus, uſq; minoribus, oblongis, acuminatis, ac tenuiter per ambitum crenatis. *Flores* thyrſoeides, illius florib. eiuſ ſimiles, ſed minores. *Capitula* angulosſa eos ſequuntur, ſtylum ex vmbilico profer[illegible]tia. *Radices* vt in præcedente & reliquis omnibus, ſub[illegible] ſerpunt, tenuéſque & fibr[illegible] ſunt. Non placent autem [illegible]res in Icone noſtra, q[illegible] Nobis abſentibus, ad [illegible] Cluſii facta.

Hanc porrò Pyrolæ [illegible]ciem in Auſtriacarum alpi[illegible] montiſque luxta iugis, vbe[illegible]mè prouenire, Iunioque Iulio floruiſſe, ſcribit Cluſius.

PYROLA FRVTICANS, EIVSDEM CLVSII.



Hæc cum Vulgari nonnunquam reperitur. Locis autem umbroſis montanis & ſyluoſis, vtique frigidis, gaudet vulgaris Pyrolæ ſimiliterque & ſola cum floribus viget, totoque anno viret, hyemis & frigoris patiens: at contrà tepidos hortorum receſſus, lucaque vrbana, & mitiora viridaria, ſpernit, inque illis, quaſi moeſta, ægrotat, ac tandem emoritur.

Pyrolam *Limonium* eſſe, ſtatuunt Fuchſius, Cornarius, Turnerus, & alii; ſed toto cœlo, vel iudice Matthiolo, errant. *Tintinnabulum*, à floribus Tintinnabulo ſimilibus, à nonnullis dicta fuit, & Pyrola ob foliorum faciē ad Pyri folia accedentem.

PYROLA MINIMA ALPINA.



Ex *radice* repente *folia* emittit quatuor aut quinque, vnciali ferè, rotunda, in ambitu ſerrata. *Caulis* vnicus, nudus, palmaris, *florem* in cacumine fert vnicum, maiuſculum, Pyrolarum aliarum floribus ſimilem, ſuccedente *Capitulo* maiore angulofo, è cuius medio prodit *ſtylus* præpilatus.

Calida porrò eſt & ſicca tertio ordine Pyrola: Eius decoctio, ſuccus, puluis vel aqua deſtillata, aſſumptus vel admotus, ſanantur vulnera, vlcera, fiſtulæ, aliaque eiuſmodi mala. Recentem tuſam & applicatam, ſiccatſue puluerem inſperſum, commendat Dodonæus in vulneribus, vlceribus & vſtionibus.

HERBA TRIENTALIS, PYROLÆ SPECIES ſecundum quoſdam.



Cordo in Obſ. dicitur Herba trientalis, foliis oblongis, flore candido, ſtellato, &c. *Horti Luſatiæ Auctori*, Herba puſilla trientalis cauliculo ſingulari: *Thalio* Alſinanthemos & Aſteriſanthemos. *Camerario* Peculiaris quædam Pyrolæ ſpecies, folio Arbuti potiùs quàm Pyri. *C. Bauhino in Prod. & Pin.* Pyrola Alſines flore, Europæa.

Hanc Pyrolæ ſpeciem in ſyluis Franconiæ, ac potiſſimùm circa Grauenthalum obſeruauit Camerarius, Thalius in Brocckenbergo ac montibus vicinis virgine perpetuâ rigatis: alii alibi.


BISTORTA, SERPENTINA: Germ. *Naterwurtz*: Gall. *Biſtorte*: Ital. *Biſtorta*.



Ab eo nomen habet Biſtorta, quòd radice in ſe contorta ac conuoluta conſtet. Triplex autem habetur: *Maior, Media & Minima*.

Maioris, quam hic pingimus, cubitum nonnunquam altitudine ſuperant *caules*, tenues, glabri, geniculati: in quorum faſtigio ſpica *florum* coloris carnei. Perſicariæ: quorū ſinguli explicati quinque foliolis conſtant, oblongis, apicibus in medio flori concoloribus: quibus ſuccedit *ſemen* ruffum, triquetrum. *Folia* Rumicis ſeu Lapathi acuti, minora, ſuperne in atro virentia, inferne glauca, cum foliaceis in pediculo appendicibus. *Radix* digiti articulum in ſe contortum refert, rubrā, ſapore ſtrenuè adſtringentis.

BISTORTA MEDIA.



Repando hæc ſe multùm multiplicat: atque à priori foliis minoribus & leuibus, radiceque magis intortā, differt.

Biſtortam minorem, & *Dracunculum Colubrinam* de *minorem* inſcribunt ex Herbariis nonnulli: *Biſtortam marem* Brunfelſius.

Reperitur autem vulgò Biſtorta in locis humentibus & opacis ſyluis, pingui ac lutoſo ſolo. Matthiolus in montibus naſci refert: vt Nos etiam Genevæ in monte *Thuiri*, ac in Heluetia, in montis *Iura* iugis. In hortis etiam fœliciter adoleſcit, radiceque eſt perenni.

De Biſtorta conſulatur etiam Appendix.

BISTORTA MINIMA.



Radice eſt etiam contortā, ſed breuiore, albā & minùs craſſā. *Caulis* dodrantalis vel palmaris, *foliis* veſtitus paucis, anguſtis, oblungis, acutis, nullo pediculo hærentibus: Aliis ad radicem cum pediculo enatis. *Spica* vacēā longitudine ſuperat, *floribus* comata albicantibus. *Semen* ruffum, non vt in reliquis triangulum, ſed rotundum.

Eoſdem natales cum reliquis agnoſcit, eodémque tempore flor: Iunio ſcilicet & Iulio menſibus.

Vires Biſtortarum omnium eædem, iiſdemque ſpe̅mentum omnes quibus Tormentillæ pollent facultatibus. Maxime autem ait *radicum* efficacia.

Limonivm: Germ. *Vvieſen Margale*: Gallis *Limonion*: Italis *Limonio*.



Limonium Betam ſylveſtrem vocant Plinius: &, dictante etiam Dioſcoride, folia habet Betæ.

Ex veteris autem quæ habentur *Limonij ſpeciebus*, Maius quod hic pingimus, an quod *Behen rubrum* pe- perám vocant Seplaſiæ, nullis reclamantibus notis, Dioſcoridis Limonium eſſe ſtatuit Matthiolus.

Radice nititur craſſâ, rubente, guſtu adſtringente, & in capita quædam diviſa: à qua *folia* oriuntur Lapathi, ſed minora, latiora, & hilaribus virentia. *Caules* pedales, ramis multis latè diductis patuli: per quos ordine conſcendunt *flores* denſi, parvi, ex albo cærulei, cum calyculis rubentibus. *Semen* copioſum, oblongum, rufeſcens.

Limonivm minvs.



Facie convenit cum Limonio maiore: verùm *cauliculos* humiliores fert; *floſculosque* non ita cæruleos, ſed in album magis inclinantes. *Foliaque* etiam minora, ac per terram ſparſa.

Gerardo dicitur *Limonium parvum*: Cæſalpino *Limonium alterum exiguum*: Hiſtoriæ Lugdunenſi, Lobelio in Adverſ. & Camerario *Limonium Narbonenſe parvum*: C. Bauhino *Behen lapideum*, & *Trifolium minus* quorumdā.

Limonium maius & minus ubique in maris littoribus mediterraneis proveniunt, florétque Auguſto ac Septembri. In Adriatici & Narbonenſibus littoribus maximâ copiâ naſci obſervavimus, ut & Monſpelij iuxta Lacus ſalſos. Difficulter ſemine provenire ſcribit Lobelius, nec niſi locis herbidis & udis maritimis pratis ſe vidiſſe. Nomen inde habuit, quaſi dicas *pratenſem Herbam*.

Limonivm rarvm, Ravvvolfii.



Surculis eſt cubitalibus, ſubhirſutis: *folia* ſeſquipalmaria, hirſuta, Aſpleni diviſurâ: aliis in ramorum divaricationibus anguſtioribus & minimè inciſis. *Flores* Scabioſæ Hiſpanicæ floſculis ſimiles, & cyanei coloris. *Radix* oblonga, exteriùs fuſca, interiùs rubra.

In *Iudææ* pratis humidis obſervavit Rauvvolfius, incolas folijs in acetarijs uti referens.

Folia ſiccæ eſſe qualitatis ex adſtringente guſtu liquet. Semen verò, quod etiam auſterum eſt, tritum ac ex vino potum, cœliacis, dyſentericis, hæmoptoicis, & in nimio fluore muliebri, perutile eſſe, authores habemus Dioſcoridem & Galenum.

Britanica: Græcis Βρεττανική.

Britanica, ſive Veronica, ait Dioſcorides, herba eſt *foliis ſylveſtris* Lapathi: at nigrioribus & piloſioribus, guſtûque adſtringentia. *Caulem* verò promit non ita magnum, radicémque eſt tenui & bre.

Britanicæ etiam meminêre Plinius & Galenus: qui Britanicæ folia adſtringere & glutinare ſcribit. Hermolaus, Plinii ſenſu, eadem quæ ille habet: at Dioſcoridis eadem. Plinij & Hermolai verba, ſuo more, repetit & pro ſuis vendidat Ruellius: Britanicam tantùm addens in Italia eſſe fecis cognitam, atque ibi vulgò *Pitamane* appellari. Alij varias pro Britanica oſtendunt Plantas: *Biſtortam*, *Conſolidam medium*, *Prunellam*, *Betonicam*, *Herbam paralyſeos*, *Auriculam urſi*, *Pyrolam*, *Perſicariam*, *Cochleariam*, *Dens ſonum*, *Halimum*, *Betonicam germanicam*, *Eryngium marinum*, & alias. Meliùs autem noſtro iudicio, eam hodie, nec Seplaſiis nec Botanicis cognitam eſſe ſcribit Cornarius. Unde etiam Matthiolus: Mihi hactenus, inquit, non ſolùm nomen illud incompertum eſt, ſed nullum etiam invenire obtigit, qui *Britannicam* oſtenderet.

ICO-

CLASSIS XXXI. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE STIRPIVM CLASSIS XXXII.

ROTVNDIFOLIÆ ET COGNATÆ.

VIOLA, VIOLA PVRPVREA: Germ. *Blauw Violen*: Gall. *Violette de Mars*: Italis *Viola Mammula*.



TRia ſemper Violarum genera agnouit Plinius, *purpureum*, *luteum* & *albū*: tria etiā Theophraſtus, *albū*, *nigrum* & *flammeum*. Hippocrates verò duo tantùm, *nigrum* & *luteum*: totidemque Nicander, *pallidum* & *luteum*: ac duo etiam tantùm Dioſcorides, album ſcilicet & purpureum: & hoc ab illo, non Capite solùm, ſed Libro etiam ſeparauit. Sic & Nos, eius imitatione, de *Viola alba*, ſeu λευκοΐῳ Theophraſti, egimus antè Claſſe XXI. hoc verò loco de *Purpurea* propriè agimus, quæ, quia Martio menſe plurima floret, *Viola Martia*, vel *Viola Martis* vulgò nuncupatur, Variat autem ea, vt ex ſequentibus patebit *folio*, *flore* & *odore* plurimùm.

VIOLA MARTIA PVRPVREA ALIA, FLORE multiplicato maiore.



IN primis Veris muneribus ſunt Violæ Martiæ purpureæ, ex *radicibus* fibroſis, & aliquando in plura capita diuiſis, *folia* emittentes ex rotundo nonnihil oblonga, ſerrata, longis pediculis appenſa: inter quæ *petioli* è radice quoque enati alij, ſinguli *florem* ſuſtinent ex cæruleo purpuraſcentem, odoris ſuauiſſimi, calcari donatum è quinque foliolis compoſitū. Eo verò euaneſcente ex aliis pediculis ad radicem oſtantur rotunda *Capitula*, in tres cariones dehiſcentia, *ſemine* plena paruo, rotundo.

Locis opacis iuxta dumos, muros, agroſúmque & hortorum margines ac ſepes, pingui ſolo, frequens enaſcitur: Martióque vt plurimùm floret.

VIOLA MONTANA FOLIO MVLTIFIDO,



Rarum hoc Violę genus in Rhætorum monte *Nombres* reperimus. Simplici autem ferè caule herebat: foliaq; lōgiuſcula pediculis nitebantur, è radice ſtatim orta, in decem longiuſcula & anguſta ſegmenta, ſingula Linari folū referentia, ad pediculū vſque diſſecta, guſtu glutinoſo, reliquarum Violarū more: *florem* obſeruare non potui quia iam deciderat.

Violam Martiam, flore albo odorato & non odorato, vidimus Geneuæ in colle *la Baſtie*.

Violam verò Martiam flore pleno minore, & pleno maximo, vt & multiplici variegati coloris, habuimus Montbelgardi in S. P. horto.

VIOLA MARTIA LVTEA.



Huic fibroſa admodū eſt radix: *folia* circinatæ ferè rotunditatis, ad pediculum longum tenuem falcata, parua, cæterarum Violarum foliis delicatiora & tenuiora. *Flores* pediculis è radicibus mox ortis inſident, exigui, lutei.

Abundanter in Auſtriæ & Stiriæ ac Geneuenſium alpibus, naſcitur.

Frigida porrò eſt & humida Viola Martia, optimorum quorumcunque Scriptorum decreto: ſiccata tamen minùs tum frigida tum humida. Eius autem tum internum tum externum vſum: ac quo modo ex ea fiant *Acetum*, *Oleum*, *Conſerue*, *Iulapia*, *Serapia*, *pulueres*, & aliæ præparationes, norunt Practici, Seplaſiæ & Mulierculæ.

PINGVICVLA GESNERI, CVCVLLATA Hiſtoriæ Lugdunenſis.



Pinguiculã appellauit Geſnerus *foliorum* argumento, quæ per terram ſuperficiem ſparſa, quinque aut ſex, & plura in orbẽ, pinguiuſcula ſunt & nitida, binas vncias longa, vnciam circiter lata, per extremum omnino nihil obtuſa. Inter hæc ſurgunt pediculi aliquot palmares aut altiores, quorum vnicuique in ſummo faſtigio hæret *flos* vnus, purpureo-violaceus aut albus, hians, longo calcari donatus, facilè pediculum relinquens.

Altiſſimis & aqnoſis montibus gaudet è ſaxis prosiliẽ: Folioſúmque ſucco tum volnera, tum vberum in vaccis fiſſuras ſanant paſtores.

IACEA TRICOLOR, FLOS TRINITATIS: Ger. *Dreyfaltigkeit blumen:* Gall. *de la penſee:* Ital. *Iacea.*



Pulcherrimi *flores* eo ſumpſi varietas fecit, vt in herbam tranſlata, calis digna iudicaretur. Hos quinque foliis, & ſtantes delicias ſuas a lucidã facie ſpectatori offerre videas: modò totos purpureos, mo ò luteos, cæruleo purpureo variegatos, aliteque etiam verſicolores, in *pediculis* longis conſtantes Oriuntur autem ii ex *foliorum* alis, quæ modò rotunda modò oblonga, in ambitu ſerrata, in *cauliculis* repaſtibus, ramoſis, ex *radice* tenui, fibroſã, exortis. *Semen* in pericarpiis turgidulis, ferè triangulis, minutum, ſplendidum, copioſum.

Diſtinguitur vulgò in *ſatiuum* & *Syluestrem*: atque; illa rurſus in *Maiorem* & *Minorem*.

IACEA TRICOLOR, SVRRECTIS CAVLIBVS, quibuſdam arborea dicta.



Hanc inter vepres ſpontaneam reperimus Moutbelgardi: ac in hortis etiam coli obſeruauimus *Eſlinge* & alibi.

Vulgaris in aruis pluribus locis exit: naſcitur & in hortis, & crebrò quidem ſua ſponte, eſtque ea ſylueſtri ſpecioſior & elegantior. Vere porrò cum Viola nigra, aut paulò pòſt, emicat: Æſtateque deinde totã, & maximè Autumni parte, ac ſubinde etiam Hyeme floret.

Frigidam & humidam facit Matthiolus, calidam & ſiccam contra Matthiolus Maximè verò commendatur ad pueris inchoatae collectiones, ſcabiem, vlcera omniaque oris vitia, & ſuum anginas. *De ea plura in Appendice.*

ASARVM: Græcis ἄσαρον: Germ. *Haſelvvurtz:* Gall. *Cabaret, Oreillette:* Ital. *Aſaro.*



Aſarum Dioſcoridis verbis deſcribemus. *Aſarum*, inquit, Hederæ eſt *folus*, ſed minoribus multò & rotundioribus: *floribus* Cytino Hyoſciami ſimilibus purpureis, inter folia prope radicẽ emicãtibus, odoratis, in quibus *ſemen* acinorum. *Cauliculos* habet angulosos, aſperos & molles: radices numeroſas, geniculatas, tenues, obliquas, Gramini nõ diſſimiles, longè tamen graciliores, odoratas, excalfacientes, & linguam vehementer mordentes Vmbroſis montibus prouenit, &c.

Amat, vt ait, opaca ac vmbroſa loca, & plærumque ſub Corylis, vt Cordus refert, reperitur. Perpetuò viret herba, nous tamen vnà cum floſculis folia Vere promit.


ASARVM MVRI HISTORIÆ LVGDVNENSIS.



Plantam hanc *Aſarum muri* vocant Herbarii, quòd Aſarum foliis æmuletur: & quòd non quam alibi quàm in muris gignatur. *Sic illa* de radice & foliis aliquid addẽ: aſſ ires, lamina, ſaporem & naturæ præter nitens.

Cæterù n Aſaro vim tribuit Dioſcorides calefactoriam & vrinæ mouentem. *Radix* authore Meſue, calida & ſicca eſt ordine tertio: attenuat, reſoluit, aperit: vomitu & vrina bilem & pituitam purgat: Ictterum, Hydropem & Febres diuturnes ſanat. *Plura de eo in Appendice.*

CYCLAMEN, PANIS PORCINVS; Germ *Schvvein brodt:* Gall. *Pain de pourceau:* Ital. *Pan porcino.*



Cyclaminus, authore Dioſcoride, folia habet Hederæ purpurea, varia, in quibus ſuprà infráque albicant maculæ. *Caule* eſt nudo, quatuor nos digitos æquante *flor bus* in eo purpureis, roſarum effigie. *Radix* nigra & aliquantum lata, vt Rapum videri poſſit. Eſt & *altera Cyclaminus*, addit, quam *Cyſſanthemon* aut *Cyſſophyllon* vocant foliis Hederæ, ſed minoribus: geniculatis cauhbus, craſsiſque, circa vicinas arbores, capreolorum modo, ſe conuoluentibus: *flore* candido, odorato: acinis Hederæ mollibus: *radice* ſupervacuã. Naſcitur in aſperis, &c.

Nos ex variis Cyclamini ſpeciebus, *Vulgarem folio* rotundiore & *flore* violaceo hac pagina ex[illegible]

CYCLA-

CYCLAMINVS PARVA RADICE.



Cyclamini minoris paruâ radice, ac magnitudine Nucis Auellanæ, meminit Meſues: eamque in Vallis Ananiæ montibus copioſè naſci teſtatur Matthiolus. Cyclamini radice omniū minimâ, quæ in monte S. Iuliani Lucę reperiatur, meminit Anguillara, eamq; minorem dictam Meſuei radicē eſſe exiſtimat.

Naſcitur porrò Cyclaminus vulgarior in eduis montibus, & ſtirpibus non fatſtis locis, ſolúmq; amat lutoſum, vt Aſarum. Geneuæ in monte Saleuæ, & in Rhętię montibus copioſam obſeruauimus. Sic ſcribit Cluſius nullos in Pannonia & Auſtria eſſe ſyluoſos montes ſalſúſve, qui Cyclamino non abundent. Floret Iunio & Iulio.

CYCLAMINVS LONGIVS RADICATA.



Solo radicis capite longiùs excreſcente differt à *Vulgari* iam dicta & picta. Cęterùm cùm duas Cyclaminos proponat Dioſcorides, ſecunda, hoc altera, per omnia priori reſpondere videtur, niſi quod non perinde acris eſt & ſecunda vt illa.

A Recentioribus verò variæ obſeruatæ ſunt *Differentiæ*: à *radicibus*, *foliis*, floribus, & tempore potiſſimùm deſumptæ. A *radice* ſcilicet maiore, minore, cordata, rotunda, vel alterius formæ: à *folio* rotundo, oblongo, anguloſo vel non anguloſo, plùs minùſve maculato: à *floribus* qui rubri ſunt, vel albi, vel lutei, odorati vel inodori, Verni vel Autumnales.

CYCLAMINVS FOLIO ANGVLOSO.



Orbicularis huic, vt priori, *radix*: *folia* ſeſquipalmaribus nixa pediculis, craſſa, ſuperiùs purpurea, albidis maculis notata, inferiùs dilutè virentia, triquetra, Hederaceis ſimilia, longiora quàm latiora, crenata. *Flores* alterius floribus reſpondent, inoeri, colore [in ſicca planta] albo.

Hanc in Apenninorū montium iugis obſeruauimus, & Veſontii, in horto D. de *Bello-fontaine*.

Cyclaminum, authore Plinio, in omnibus ſerenda domibus, ſi verum eſt, vbi ſata ſit, nihil nocere mala medicamenta.

CYCLAMINVS FLORE RVBRO GRANDIORI,
& flore albo, Vernus.



Cyclamini qualitates præ cęteris graphicè enarrat Freitagius. Non modò diuerſas, ſed etiam contrarias, ait, obtinet facultates. *Ratione craſis & manifeſtarum qualitatum*, calida eſt & ſicca tertio ordine: ac proinde incidit, tenuat, reſoluit, abſtergit, emundat, obſtructiones aperit, pectoris, & omnium viſcerum infarctus ſoluit, ac venarum oſcula reſerat. *A ſoliis forma natura*, pituitam & hydropicorum aquas educit. *Forma & temperie* conſorrentibus virtutibus, Ictericiam propriè ſoluit, intùs & extrà vſurpata, lienis obſtructiones reſerat, fœtuique ſemper eſt nocentiſſimus. Vtendi modum norunt Practici. *Plura in Appendice.*

ARISTOLOCHIA: Germ. *Hollvvurtz*, *Oſterluzey*: Gall. *Sarraſine*: Ital. *Ariſtolochia*.



Ariſtolochiam in *Spuriam* & *Veram* diſtinguunt nonnulli: illam quę de genere *Fumaria bulboſa* eſſe dicunt: hanc verò, ex Dioſcoride, triplicem faciunt, *Rotundam*, *Longam* & *Clematitim*. Eaſdem vera differentias facit Matthiolus; vltimam hanc raram admodum & paucis notam docens, alias verò duas omnibus ferè herbarum ſtudioſis notas. A Recentiore quinque eius enarrantur ſpecies, *Longa*, *Rotunda*, *Clematitis*, *Saracenica* & *Piſtolochia*, quæ omnes *caule*, *frondibus* & flore adeò ſimiles ſunt, vt vix, niſi à perſpicaciſſimo diſtingui poſſint. Octo habet C. Bauhinus in Phyt. duodecim Anguillara: Nobis tandē hic proponendæ innotuêre.

ARISTOLOCHIÆ ROTVNDÆ ALIA
Icon melior.



Multa fundit ea è radice ſarmenta cubitalia, imbecillia: quibus alternatim adnaſcuntur *folia*, admodum breui pediculo hærentia, *caulem* alis ſuis penitùs complexa, omnium maximè rotunda, mollia, palleſcentia: ex quorum alis *flores* exeunt ſemunciali pediculo hærentes, ex rubro nigricantes. Vtriculi ſequuntur turbinati, ſtriati: qui in partes ſex dehiſcentes *ſemen* oſtendunt nigrum, copioſum. *Radix* tuberoſa, rotunda, & amara, è cuius imo longæ dependent *fibræ*.

Naſcitur pingui ſolo, in pratis humidioribus & agrorum marginibus: floretque Maio & Iunio.

ARISTOLOCHIA LONGA.



Longa *ſarmenta* per terrã funduntur, cubitali circiter longitudine, quadrata, aliiſq; multis cõcaua: per quæ *folia* naſcuntur falcata, acutiora quàm Rotundæ, longioribuſque pediculis hærentia: ex quorum ſinu *flores* lõgi, Rotundæ ſimiles, minus flaui: fructu ſuccreſcente Pyriformi, *ſemine* farcto, vt in Rotunda dictum. *Radix* pollicari aut brachiali craſſitie, pedem circiter longa, amarore Rotundæ.

Prouenit in campeſtribus locis, inter ſegetes, in Gallia Narbonenſi præſertim frequens, vbi etiam in nonnullis viretis reperitur.

ARISTOLOCHIA CLEMATITIS VVLGARIS.



Tenui *radice* multiſque fibris capillatâ, odore non ingrato, ſapore amaro, ſerpit. *Viticula* pedales, infirmæ, ſtriata geniculatæ. *Folia* ex geniculis ſingulis ſingula, Hederacea, rugoſa, à pediculo longo annectuntur, anchoræ in formam curuata. Ex quorum alis oriuntur *flores* oblongi, lutei, palæ effigiaturâ, canali intus lanuginoſo: cui pro baſi ſubnectitur orbiculatum *Capitulum*, in quo ſemi ſeſſiles *apices*, odore herbaceo. Fructus Pyriformis, ſtriatus, Iuglandis magnitudine.

ARISTOLOCHIA CLEMATITIS NON vulgaris, Cluſii.



Dodonæo dicitur ſimpliciter *Ariſtolochia Clematitis*: Lobelio in Obſ. *Ariſtolochia Clematitis altera Hiſpanica*: Hiſtoriæ Lugd. Ariſtolochia Clematitis Dodonæi.

Circa Hiſpalim, itinere Olyſſiponenſi, plurimis Bætica locis, ac etiã circa Corduba, pingui ſolo, in dumetis, vepribus, & vetuſtis quibuſdam Oleis, ſponte naſci hoc Ariſtolochiæ genus, ſcribit Cluſius. Habetur autem vulgaris Clematitis nõnunquam etiam in hortis, Hortulanis ſuo repitatu moleſta: aliàs vero in variis Galliæ, Hiſpaniæ, ſuperioriſque & inferioris Germaniæ locis paſſim ſponte prouenit.


ARISTOLOCHIA POLYRRHIZOS.



Hæc ea radicis argumento nomen inuenit, quæ ex plurimis longis iunceæ tenuitatis, buxei coloris, *radiculis* in vnum tandem caput ex Eandibus, eſt compoſita. *Viticula* dodrantales, graciles, ramoſæ: *Folia* Longæ foliis ſimilia, longioribus hærent pediculis, minora, ſotundò per margines ſinuata: *Flores* ex eorum alis prodeunt, aliarum ſimiles, herbacei aut per extremum ex herbaceo nigricantes. *Fructus* turgidus, *ſemine* plenus, vt in prioribus dictum.

Oritur in Oliuetis & petroſis Hiſpaniæ Galliæque Narbonenſis locis, Serius autem reliquis floret.

ARISTOLOCHIA SIVE PISTOLOCHIA polyrrhizos altera, ſemper virens, Cluſii.




Indictæ fuère Dioſcoridi, Senenſique Commentatori incognitæ *polyrrhizæ Ariſtolochia*.

Huiuſce autem *ſarmenta* humi ſparſa, ramoſa, lenta, hirſuta contumacia, & ex atro virentia: *flores* longi, incani, vel aliquantulùm flaueſcentes. *Folia* parua, atra, & nomarceſcibili viriditate prædita. Cætera ferè vt in Ariſtolochiis reliquis.

Calidæ ſunt porrò Ariſtolochiæ omnes, authore Meſuæ, in ordinis tertii principio, ſiccæque in ſecundo: obſtructiones aperiunt reſoluunt, attrahunt, ſpinas, caroſoſias, extrahunt, pituitam & bilem purgant. Cùm verò *rotunda* tenuioris ſit ſubſtantiæ, ad ea omnia eſt efficacior cæteris.

ARISTOLOCHIIS SIMILIS RHASVT & *Rhumigi* Maurorum, *Rauvvolffii*.



Ex *radice ſurculi* producuntur plerúmq; quatuor albicantes, ſiti modo tenues, quibus ad radicem parte ſuperna hærent *foliola* vtrinque ſeptem aut octo, cinerea, oppoſita verò magnitudine & ſitu foliis Filicis floridæ reſpondentia, niſi quod verſus imã anguſtiora fiat, ad inſtar Salicis minoris. Inter eorum imã, ſuperioribus magis aliquantò inter ſe diſtantia, *flores* habent Ariſtolochiæ ſimiles, paulò maiores, colore magis fuſco, longioréq; e pediculo. *Radix* altè depacta, candida & amara. *Sic deſcribit Rauvvolffius*.

De Ariſtolochia *plura in Appendice*.

TVSSILAGO, FARFARA: Germ. *Hufflattich*: Gall. *Pas d'aſne*: Ital. *Farfara*.



Tuſſilagini *folia* ſunt Hederæ ſimilia, maiuſcula, ſena ſeptenáve à *radice* prodeuntia, infernè ſubalbida, supernè verò virentia, pluribus angulis prædita. *Caulis* palmi altitudine: *flos* ex luteo albicans: & *radix* tandem tenuis & ſupervacua. Sic delineauit Dodonæus.


Secus fontes & rivulorum fluviorumque ripas, & ſcrobium ac foſſarum margines, ſpontè naſcitur: ac reperitur etiam in hortorum locis umbroſis. Flores fugaciſſimi ſub finem Martij, etiam tardiùs, conſpicui ſunt, iîque unà cum pediculis marcent: poſtea progignuntur folia, totâ Æſtate in vigore ſuo ſtantia.

TVSSILAGO ALPINA MINOR: FOLIO rotundo.



Hic quinque aut ſex, ac nonnunquam etiam duodecim *folia*, humi ſuſa, craſſa, rugoſa, carinatæ rotunditatis, niſi levi ſinuum veſtigio inæqualia eſſent, supernè cū ſaturo virore ſplendentia, infernè tomento albo obducta, longiuſculis hirſutis pediculis nixa. *Caulis* purpuraſcens, unicus, palmaris aut cubitalis, lanuginoſus: *florē* in ſummo geſtat ſingularem, magnum, purpuraſcentem, alioquin Tuſſilaginis vulgaris flori ſimilem, in pappos faceſcentem, *ſemine* affixo longo, gracili. *Radix* villo obvoluta, ſatis craſſa, longis fibris capillata. Floret Iulio & Auguſto. De Tuſſilagine plura in Appendice.

PETASITES: Germ. *Peſtilentzwurtz*: Gall. *Herbe aux teigneux*: Ital. *Petaſite*.



Petaſiti nomen fecit amplitudo folij πέτασον, five galerum, referens: unde etiam *Galerita* dicitur.

Vulgarem rubentem rotundiore folio hîc pingimus: cui *Caules* dodrantales, plùs minùs, concavi, lanuginoſi, *folijs* anguſtis, acuminatis, veſtiti, qui in thyrſum faſtigiantur *florum* purpuraſcentium, in pappos tandem evaneſcentium: quorum delapſu, marceſcente caule, ſuccedunt *folia* permagna, ad pediculum falcata, rotunda ferè, & in ambitu dentata ac ſerrata, non anguloſa ve in Petaſite albo: infernè lanugine incanâ pubeſcentia, supernè obſcurè virentia, nec penitùs tomenti expertia. *Radix* rubra, craſſa, amareſcit.

PETASITES FOLIO ANGVLOSO; RADICE geniculatâ, caule ſtriato; flore albo.




In *flore*, *folijs*, *magnitudine*, *ſexu* & *natalibus* obſervantur Petaſitis Differentiæ. Unde Petaſites alius [illegible] qui flore eſt puniceante, odorato & majore; alius *Fæmina*, cuj flos albus, minor, ac plerumque inodorus. Alius *vulgaris* & noſtris Regionibus familiaris, alius *Indicus*. Alius *folio rotundo*, alius *folio anguloſo*.

Petaſitem fœminam folio anguloſo hîc pingimus, qui in quibus à *Mare* antè picto differat, ex Icone patet.

Copiosè naſcitur Petaſites in alpibus, montoſiſque humidis ac riguis locis, prope fluviorum ripas, ac iuxta lacuum & ſtagnorum margines vicinoſque ſegetes. Floret Aprilis initio. *Plura in Appendice*.

ASARINA MATTHIOLI.



Tuſſilaginibus & Petaſitidibus ſubnectenda videtur Nobis Plāta hæc in Bohemiæ montibus naſcens, quam *Aſarinam* vocare libuit Matthiolo, Caſtori, Tabernæmontano, & Gerardo. *Aſarinam Matthioli* vocarunt Hiſtoria Lugd. & Cluſius: *Aſarinam folio Aſari* C. Bauhinus.

Repit humi, *folio* Aſaro rotundiore ac ſcabriore, leviter circum ſerrato: *caulis* multis piloſis: *floribus* melinis, Anthemidis modo, ſed longè minoribus, haud inodoris: *radicibuſque* tandem tenuibus, longis, & acutè guſtatis.

CACALIA ſive LEONTICE VETERVM QVIBVSdam; aliis verò Tuſſilaginis ſpecies.



Cacalia, authore Dioſcorida, *folia* profert candida prægrandiaque; è quorum medio *caulis* emicat rectus, albus, *florem* ferens Bryoniæ ſimilem. Naſcitur in montibus. *Plinius* paulò aliter deſcribit, ſed in viribus cum Dioſcoride congruit. Cacaliam verò in Simplicium cēſu præterijt *Galenus*, niſi ſit eius *Cacanum*, ut Cacanum per Cacaliam vertit Paulus.

Cæterùm triplicem Cacaliam facit Caſparus Bauhinus, *tomentoſam* ſcilicet, *hirſutam* & *glabram*.

Creſcit autem Cacalia quam hîc pingimus in montium iugis, & ad ſylvarum margines, locis umbroſis.

PERSONATA, LAPPA MAIOR, BARDANA: Græcis ἄρκειον: Germ. *Gros Kletten*: Belg. *Groote Cloſſen*: Gall. *Glatteron*: Ital. *Lappola maiore*.



Duos cubitos alta eſt, & procerior aliquando: *radice* longâ craſſâ, foris nigrâ, intus albâ, ſapore ſubdulci: *Caules* recti, ſtriati, lanuginoſi, rubentes, ramoſi. *Folia* Verbaſci aut Helenij, breuiora, rotundiora, ſuperne atro-virentia, inferne incanâ lanugine pubeſcentia. *Capitula* echinata, recuruis ad obuias veſtes & ſimilia pertinaciter adhærentibus aculeis horrida. *Flores* purpuraſcentes. *Semen*, vt ait Dioſcorides, Cumino parum ſimile.

Læto & pingui ſolo, ac in ſcrobibus & lacubus vbi exaruerunt, facile gignitur Iunio verò & Iulio vigens Lappæ, ſeminibus Octobri menſe prægnantes.

PERSONATA, SIVE LAPPA ALTERA, CVM Capitulis villoſis.



Vix aliud inter hanc & priorem vulgatiorem diſcrimen animaduertere licet, quàm in *Echinis*, quorum ſpinæ aduncæ lanugine incanâ, ceu araneorum telis, intertextæ ſunt. cæterúm flos huic quoque purpuraſcens; foliáque etiam & reliqua non diſſimilia.

Cæterùm *Arctium*, quod Dioſcoridis eſt *Perſonata*, nomine, præter Perſonatæ ſpecies ſupradictas, inſigniuntur etiam *Conyza maior*, *Acanthium*, *Bechium* & *Tuſſilago*, ſed minùs propriè. Stupiditas verò eſt inſignis, Matthiolo & Maranthâ iudicibus, Lappam credere eſſe Dioſcoridis *Arctium*, vt fecit Braſſauolus in ſuo Simplicium examine.

Quapropter potiùs diſtet *Arction* ab *Arctio* dicemus in Appendice.

ARCTION CVM CAPITVLIS MOLLIBVS hirſutis.



Hac formâ depingitur Arction in vetuſto Bibliothecæ Cæſareæ Codice, authore Dodonæo.

Cæterùm Arctij radix cum ſemine in vino decocta, dentium dolores mulcet, ſi ore decoctum contineatur. Ambuſta pernionéſque eodem fouentur: bibitúrque & propter Iſchiada urinæque difficultatem ex vino. Eas illi vires tribuit Dioſcorides, ſubſcribentibus Plinio & Galeno, qui tenuium partium eſſe ait, deſiccantiſque & extergentis facultatis. Herbæ ſuccus potus omnes ſerpentum morſus mirificè ſanat, vrinámque prouocat: Radix cum ſale trita rabidorum canum morſui vtiliſſimè applicatur. Foliis ſtringuntur febricitantes, febrem mitigari calorémque ſedari ſcribit *Apuleius*: iis verò capiti impoſitis, dolorem mitigari, *Wittembergenſes*. *Caules* primo Vere erumpentes, detraſo cortice, crudi coctíque primâ menſâ mandi ſolent. Bardanæ maioris folium ſummo capite geſtatum, matricem ſurſum tollere, ſub plantâ verò pedis, deorſum, ſcribit *Myrepſus*.

XANTHIVM, SIVE LAPPA MINOR: Germ. *Klein Kletten*: Belg. *Kleyn Cliſſen*: Gal. *Petit Glatteron*: Italis, *Lappola minore*.



Caule eſt cubitali circiter, hirſuto, punctis nigris guttato, ramoſo. *Folia* alternatim pediculis oriuntur uncialis cres longis, caulis concoloribus, ſinuata, crenata, colore, quod nomen loquitur, Xantho, vtrinque hirſuta, ſapore acriuſculo & quodam modo aromatico. Quà foliorum pediculus eſt ortus, plura ſimul *Capitula* ſe promunt bulbata, *floſculos* ſtamineos emittentia: iiſque delapſis *Echini* ſucceſcunt Lappacei, veſtibus adhærentes, oblongi, in duos acutos rigidóſque mucrones definentes, qui duobus diſtinctis loculis totidem grana condunt hordeacea. *Radix* parua, multas vndique fibras proferens.

Natales eoſdem cum Lappa maiore habet, eodémque tempore viget. Calidi autem & ſicci eſſe temperamenti ex amaro & ſubacri ſapore deprehenditur. *Fructus*, authore Aetio, diſcutiendi vim habet: & capillos, hoc modo adhibitus, flauos facit: corticis verò decoctum poſtum ſtrumas abſumit, & colluta dentes firmat.

CLASSIS XXXII. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ

STIRPIVM

CLASSIS XXXIII.

ECHIA, BVGLOSSA, CYNOGLOSSÆ, HELIOTROPIA: ET ALIÆ PLANTÆ IIS AFFINES.

BORRAGO, BVGLOSSVM: Germ. *Burretſch*: Gall. *Bourache*: Ital. *Borragine*.



VTrum *Borrago* hodie vocata ſit *Veterum Bugloſſum*, necne, magna inter probatiſſimos Scriptores agitatur Controuerſia, cuius conſiderationem Nos ad *Appendicem* relegamus.

Eſt autem Borrago vel *Satiua* vel *Syluestris*, *Satiua*, quam hic pingimus, infirma eſt planta, & quæ humo ſe ægrè tollat. *Radix* alba, digiti craſſitudine, manſu viſcida. *Folia* lata, ſubrotunda, aſpera, rugoſa, ac plicata, per terram ſparſa, eminentibus pullis acutiſſimis aculeis. *Caulis* hiſpidus, teres, inanis, cubitalis, ramis brachiatus. *Flores* amœni, ſtellati, quinque folijs conſtantes, colore cæruleo purpuraſcenteſue vel albo. *Semen* nigrum, ſtriatum. Seritur in hortis; ac quotannis ſemine deciduo repullulaſcit, nec facilè locum quem ſemel occupauit, deſerit. Æſtate & Autumno floret, nonnullisque in locis, vt Monſpelij, totâ Hyeme, quàm ferme vbique perſiſtit poteſt. *Corraginem* vocant perperàm aliqui, alij Porraginem.

BORRAGO SYLVESTRIS TENVIFOLIA.



Folijs tenuibus, quæ anguſtiora habet, differre videtur à *Satiua*. Tabernæmontanus autem, cuius Iconem hic proponimus, in flore etiam facit diſcrimen, qui in *Syluestri* ferè ſemper albus eſt.

Humidam porrò, calidámque temperaturam Borragini aſſignant Galenus & Paulus: plurimi verò mediæ temperiei eſſe volunt. In vinum autem coniectos flores, hilaritatem augere, teſtes habemus eoſdem Galenum & Paulum, Plinium, Sim. Sethi, Apuleium, Serapionem, Auicennam & Q. Serenum, teſtemque quotidianam experientiam, vnde Verſus:

Dico ego Borrago, gaudia ſemper ago.

Εὐφρόσυνον ob id etiam vocauit Plinius, *Plura in ſequ.*

BVGLOSSVM VVLGARE, Germ. *Ochſenzung*: Gall. *Bugloſſe*: Italis *Bugloſſa*.



Bugloſſum [Bugloſſa vel Bugloſſus, à bubulæ Linguæ figurâ, quam refert, nomen obtinuit: & quia vi magna ad hilaritatem inducendam pollet, εὐφρόσυνον etiam dictum fuit.

Folia habet oblonga, aſperiteris lenticulæ, ſed quàm in Borragine dictâ minora, atrouirentia & ſplendida. *Caules* cubitales & ſeſquicubitales, ijdem aſperi & hirſuti, in plures ramos fiſſi. *Flores* per ramos ſatis quadam ſolitarij, & in ſole giſe conſerti, Borraginis floribus dimidio minores, colore dilutiore cæruleo, atque interdum albo. *Semina* in caſculis ſua valque: non commune ſum poſita, oblonga, rugoſa, Amygdalino ſapore. *Radix* foris nigra, intùs alba, guſtu lenta.

BVGLOSSVM HISPANICVM DICTVM, FOLIIS Borraginis, flore cæruleo.



Bugloſſi variæ obſeruantur Differentiæ, in *folijs*, quod vel ſtrigoſius eſt & anguſtius, vel habilius & latiuſculum; in *flore*, cæruleo, purpureo vel rubello, ac nonnunquam etiam albo & variegato. Eſtque præterea aliud Maius atque aliud Minus: aliudque tandem hortenſe & aliud ſylueſtre. Sexu etiam differre ſtatuit Tabernæmontanus, Sed is non ſatis *Marem* à *Fæmina* diſtinguit.

Prouenit autem Bugloſſum vulgare ſponte in agris nonnullis in locis. Vidimus Nos in Lotharingia, Rhætia, & Alſatia. at propè Monſpelium · alijs colitur in hortis. Floret Maio, & ab eo tempore vſque in Æſtatis finem.

De Viribus & vſu hoc ſpecie ſequentibus in Appendice.

BORRAGO SYLVESTRIS QVIBVSDAM, Echium Fuchſij.



Digitali *radice* donata eſt, longiuſculâ, raris filamentis fibratâ: ex cuius capite plures prodeunt *caules* dodrantales & cubitales, aut etiam altiores, hirſuti, aſperi, ramoſi, fragiles. *Folia* Echij, maris hiſpida, ſinuoſa, ſapore fatuo. *Flores* purpureo-violacei, Buglossi floribus minores, quinquepartiti, ex calyce totidem folijs constante, *ſemina* quatuor, Echij, continente.

Reperitur in hortis inter olera, necnon in agris frumentaceis. Monſpelii vidimus in ſegetibus necnon Montbelgardi prope *Courcelles*. Flores Iulio.

ANCHVSA: Germ. *Rot Ochſenzung*: Gallis *Orchanette*: Italis *Anchuſa*.



Quænam planta hodie *Anchuſa* propriè dicatur non ſatis conuenit inter Authores. Etenim Anchuſæ nomine variæ donantur Plantæ: *Buglossum vulgare maius & minus*, *Echium vulgare*, *Onoſma*, *Cynoglossum*, *Pulmonaria*, *Amaranthus*, *Dipſacus*, *Hyacinthus*, & mox recenſendæ Anchuſæ ſpecies.

Tria autem Anchuſæ genera memorat Dioſcorides; quatuor Plinius, ac quatuor etiam Galenus, in duobus cum Dioſcoride conueniens. Sic multiplices eſſe Anchuſas, vagarique per eas eadem vocabula, meritò dicebat Hermolaus Barbarus.

ANCHVSA LVTEA RARIOR ET ELEGANtior, Lobelij.



Sanguineo ſucco plenam habet *radicem*: *caulem* hiſpidum, pedalem, & tenuem: *folia* per ramos breuiora quàm Onochiles pari tamen latitudine: *flores* in cacumine congeſtos, concauos, Symphyti maioris, exiliores, luteos: *Semen* Echio ſimile, oblongum, cinereum, punctulis nigris notatum, ferè triangulum & mucronatum, roſtelli auiculæ formâ.

Anchuſam 3. Dioſcoridis, & quartam ſeu paruam Galeni, inſcribunt nonnulli. Eſtque etiam huius generis minor. Florent Iunio.

Antè picta eſt ex Fuchſianis & empiricis noſtris.

ANCHVSA FLORE ALBO AVT PALLIDO, Cluſij.



Numeroſa huic ſunt *folia*, palmaris longitudinis, valde anguſta, & pungenti lanugine hirſuta: è quorum medio *caulis* aſſurgit pedalis, craſſiuſculus, firmus, hirtus, in multos ramos diuiſus, in quibus breuiora multò hiſpidáque *folia*. Extremis ramis è vaginulis hirſutis & aſperis prodeunt *flores* albi aut palleſcentes, in angulos quinque diuiſi. Iis verò diſcuſſis *ſemen* in vaginulis conſpicitur Viperino capiti ſimile. *Radix* digitalis, nigra cute contexta, qua ſublatâ, omninò rubet, & elegantiſſimo colore inficit.

Reperitur in variis Auſtriæ & Pannoniæ aridis ſiccíſque locis: & floret Maio.

ANCHVSA MONSPELIACA.



Craſſam longámque habet *radicem*, lignoſam & rubrâ. *Caules* dodrantales, hirti, per quos folia Echij, rigidis pilis obſita. *Flores* extremis hærent ramulis, conferti, purpuraſcentes, longiuſculi: quos *ſemen* ſequitur ſublongum, cinereum, paruum.

Notiſſima eſt in Nitiobrigum agro, vnde Pharmacopæi Monſpelienſes & Lugdunenſes quotannis acceſſunt.

Anchuſæ radici porro vis adſtrictoria, eáque vtuntur Vnguentarii ad Vnguentorum ſpiſſamenta. Folia in vino pota ſiſtunt aluum. *Hæc* & alia tradit Dioſcorides, contrarias illi vires aſſignâs. *Plura in Appendice*.

LYCOPSIS: Germ. *Wald Ochſen Zung*: Gall. & Italis *Lycopſis*.



Lycopſis, quam & aliqui *Anchuſam* vocauerunt, hoc perhibente Dioſcoride. *folia* habet Lactucæ ſimilia: at longiora, craſſiora latioráque, aſpera, & circa radicis caput ad terram decidua. *Caulem* longum, rectum, ſcabrum, adnatis multis cubitalibus & aſperis, in quibus *flores* parui purpuraſcentes. *Radix* rubra eſt & adſtringendi vi prædita. Naſcitur in Campeſtribus.

Eadem de Lycopſi, ſed variis locis, tradit Plinius: eam Anchuſis congenerem fecere antiquiores Græci Scriptores. Ex Recentioribus Ravvolfius & hiſtor. Lugd. plantam hîc pictam pro Lycopſi Dioſcoridis exhibent.

Echivm : Germ. *Wild Ochſen zung* : Gall. *Bugloſſe ſauuage* : Ital. *Bugloſſa ſalvatica.*



Vnius tantùm Echij meminit Dioſcorides, quod foliis Anchuſæ proximum facit. Duo verò habent Numenius Scriptor antiquus, & Plinius. At Recentioribus plures innotuère.

Vulgare hîc pingimus, quod paſſim obuium eſt, caulibus interdum ſeſqui-cubito altioribus, hiſpidis, punctis nigris notatis, ab imo vſque ad ſummum ferè faſtigium *floribus* onuſtis: atque iis pulchrè cæruleis, vel ex cæruleo purpuraſcentibus, aut interdum carneo albóue colore præditis, ſtaminibus & apicibus concoloribus. *Folia* aſpera, hirſuta, oblonga, anguſta, ſatua. *Radix* longa, pollicaris craſſitudinis, lignoſa, guſtu nullo eximio.

Echivm albo flore maivs.



Præcedente maius eſt & aſperius, robuſtum & tectum.

Lætum porrò pinguéque ſolum amat *Echium*, locíſque gaudet apricis, vbique fermè paſſim proueniens, ſecus vias, & ſemitas, in muris, in agris deſertis, ac ad agrorum margines. Floréſque totâ Æſtate, & tota Hyeme viret, brumam perferentibus foliis.

A Viperis autem nomen inuenit Echion (Vipera enim Ἔχις Græcis dicitur,) vel quòd ſemen proferat capitibus Viperinis ſimile, vel quòd Viperarum morſibus præſtantiſſimum ſit remedium.

Echivm Candiæ, flore pvlchre rubente.



Prouenit hoc Nobis Noerbelgæ: dum S. P. horto, ex ſemine Florentiâ per Caſaboanam miſſo, ſub Titulo *Anchuſa rubra Cretica*. Tota planta candidior erat Echio vulgari, magiſque ramoſa: flores autem forma ſimiles, ſed colore diuerſo pulchro, rubente ſcilicet: florebat Iulio & Auguſto.

Echivm sylvestre lanvginosvm, pullo flore, Cluſij.



Prouenire ait multis locis Viennæ vicinis ac tota etiam inferiore Auſtriæ & Pannoniæ parte, ſiccioribus, & gramineis ad Collium radices pratis: floreréque Maio.

Echium autem non ſolùm *ſemen* habet Viperino capiti ſimile: ſed maculoſum præterea *caulem*, inſtar cutis Serpentinæ; ac ex floribus etiam, Serpentinæ linguæ modo, lingulas multifidas porrigit. Ex quibus omnibus ad viperarum morſus hanc herbam præſtantiſſimam eſſe, peruालidò argumento colligitur.

Echivm rvbro flore, Clvsii.



Abundè admodum in ſiccis pratis ſupra & infra Sopronium Hungariæ vrbem obſeruauit Cluſius, florens Maio; & nunc ſaturatè rubens, nunc diluttore rubore præditum, nec vſquam alibi vidit.

Hanc Herbam ab *Alcibio* quodam fuiſſe inuentam author eſt Nicander in Theriacis. Is dum ſecus aream dormiret, à Vipera in extremo inguine ictus eſt: excitatuſque à ſomno ex hac herba ſuccum expreſſit & hauſit, ac reliquum vulneri ſuperimpoſuit, ſicque liber euaſit. Vnde Echio etiam *Alcibiaci* cognomenis appellatio.

Echivm scorpioides solisegvvm.



Ex *radice* nigrâ, fibroſâ, *cauliculi* tenues, hirſuti, aliquot aſſurgunt, ramoſi, dodrantales; quibus ſine pediculo adnaſcuntur *folia* vnciam circiter longa, trientem pollicis lata, in obtuſum mucronem deſinentia, hirſuta, murinis auriculis ſimilia, ſapore fatuo. *Florum* ſeries inſtar caudæ Scorpionis ſe contorquet, minimorum, cæruleorum, fundo luteolo, in quinque lacinias diuiſorum.

Variat flore maiore vel minore albo vel cæruleo.

Cynogloſſa minorem inſcribunt Brunfelſius & Humelbergius, *Scorpioides aquaticum* Geſnerus.

Locis gaudet aquoſis, Aprilique & Maio floret.

Lithoſpermum, milium ſolis: Germ. *Meer Hirſs*: Gall. *Gremil, Herbe aux Perles*: *Lithoſpermo*.



Lithoſpermi eam eſſe ſpeciem ait Plinius, vt, ſine authore, viſu ſtatim noſci poſſit. Id in ſimplia cenſu omiſere Galenus & Ætius: adeò verò diligenter deſcripſit Dioſcorides, vt, Trago iudice, vel cæcus ſolo tactu id facilè poſſe dignoſcere videatur.

Pollicaris circiter craſſitudinis eſt *radix*, lignoſa, fibras aliquot à latere fundens: à qua ſurgunt *caules* complures, partim erecti, partim procidui, albidi, tactu aſperi, in alas diuiſi. *Folia* modò alterna, modò oppoſita, longa, ſtricta, hirſuta. *Flores* albi, parui quinquefolii, in calycibus oblongis, hiſpidis: quibus *ſemen* ſuccedit cinereum, inuictæ duritiei, læuitatiſque eximiæ.

Lithoſpermum maius Dodonæi; flore purpureo vel violaceo, ſemine Anchuſæ vel Echii.



Lithoſpermum nonnulli in *Hortenſe*, *Sylueſtre* & *Aruenſe* diſtinguunt, alii varia eius genera conſtituunt, vultu quidem & viribus paria, ſed ſola magnitudine diſſidentia. Caſparus Bauhinus apud Matthiolum, *Maius*, *Minorem*, & *Minimum* meminit: *Maiuſque* vel folio Oleæ eſſe ait, vel Arundinaceo: *Minus*, vel latifolium vel anguſtifolium: *Minimumque* tandem, *Paſſerina* dictum, vel Germanicum facit, vel Monſpeliacum.

Eſt Dodonæo & quoddam *Nigrum* dictum, cui flores quidem albi, at nigrum ſemen, Echii, & nigricantia folia.

Plura in Appendice.

Symphytum maius: Germ. *Wallvvurtz*: Gall. *grande Conſyre*: Ital. *Conſolida maggiore*.



Symphytorum tria ſumma genera agnoſcunt Scriptores: *Paruum*, *Medium* & *Magnum*. *Parua* autem Symphyta *Bellides* ſunt, quarum multæ traduntur varietates. *Media* tria numerantur, *Petræum*, *Bugula* & *Prunella*. Ac *magna* itidem tria, *Album* ſeu *Vulgare*, Tuberoſum, & Maculoſum.

De Paruis & Mediis in huius Sciagraphiæ Claſſ. 26. & 30. ante egimus: nunc de *Symphyto magno* Nobis Sermo.

Eius variæ curſus proponuntur Differentiæ: vt, inter alios, à C. Bauhino ſeptem.

Nos in Symphytum *magnū*, *tuberoſum* & *maculoſum* diſtinguimus: de quibus *plura in ſequentibus & in Appendice*.

Symphytum tuberoſum; vel tuberoſa bulboſáue radice.



Hoc ſic deſcribit Cæſalpinus: *Conſolida minor*, ſiue altera, *folia* eſt Borraginis, minore ac minùs aſpero: *cauliculis* dodrantalibus aut paulò altioribus, *flore* palleſcente, *radicibuſque* in obliquum ſparſis, quibus rotunda *tubercula* inſunt, colore candido, mollia, & ſaporis non ingrati.

Non ſolùm in hortis & locis cultis prouenit, ſed etiam ſpontaneum reperitur in ſyluarum locis vmbroſis, ſub frutetibus & circa ſepes, eſtque ſub Oleis in Italia vulgatiſſimum. Miraculoſæ autem eſſe efficaciæ ad conſolidationem, carniumque & oſſium connectionem, ſcribit Anguillara.

De Vulgaris *natalibus* & *viribus* in Appendice.

Symphytum maculoſum, ſiue Pulmonaria: Germ. *Lungenkraut*: Gall. *Herbe aux poulmons*.



Trago, Cordo, Lonicero & aliis eſt *Symphytum ſylueſtre*: Saluiam Hieroſolymitanam, & Pulmonariā Officinarum vocat Turnerus. Buglossum Theophraſti Fuchſius: Pulmonariam Plinii & Italicam multi: Pulmonariam latifoliam & Symphytum maculoſum C. Bauhinus in *Phyt*, qui reperiri ait *foliis* albis punctis notatis & non notatis; floribuſque communiter ex cæruleo virentibus, ac aliquando etiam albis.

Sine maculis vidimus Lugduni, Geneuæ ac Baſileæ in hortis, vt & Montbelgardi in colle è regione pontis. Foliis verò maculoſis frequentior eſt in Italia: vt Nos eam Bononiæ, Patauii, Ferrariæ, aliiſque in locis obſeruauimus. Floret Vere.

Pulmonaria anguſtifolia; flore cæruleo, *Cluſii*.



Naſcitur, ait Cluſius, paſſim per Pannoniam & Auſtriam inferiorem, in montanis & cæduis ſyluis. Exilitque nouo Vere, & florum congeſtorum thyrſum ferè ante folia promit, diutiſſimeque floret.

Gaudet verò *Vulgare Symphytum* paluſtribus & humectis, graminoſis hortis, littoribuſque ac ripis: neque facilè, vbi ſemel radices egerit, populari poteſt, nam vel minima radicis portio humi infixa, continuò in herbam emergit. Floret Maio, Iunio & Iulio menſibus. Lugduni, Baſileæ, Montbelgardi & Rebroduni abundat in pratis.

PVLMONARIA ANGVSTIFOLIA ALTERA, rubro flore, foliis Echii.



Facultatibus hoc Symphytum Vulgari magno, *Alum* dicto, reſpondet. Habet porrò Vulgaris illius *radix* maiorem in Medicina vſum quàm *herba*. Eſt autem illa temperaturæ calidæ & humidæ. Mundata in vino decocta & pota exulcerationibus pulmonis, & vitijs thoracis expugnandis prodeſt; ac omnis generis vulneribus, rupturis ac confractionibus oſſium, quotidianâ id atteſtante experientiâ, commodiſſima eſt.

Sic ſolent Chirurgi Emplaſtris ſuis adiungere.

Florum in vino rubro decoctum ad vrinam cruentam bibitur: Radicis pulpa cum oui albumine applicatus immodicas hæmorrhoides ſedat,

SYMPHYTVM PVMILVM REPENS; PVLMONARIA ALBA EXOTICA.



Hoc eſt illud Symphytum pumilum repens, Borraginis facie: cuius meminit Lobelius in Obſ. & Icon. Pl. Speciosam hanc plantam, ait, alunt Illuſtr. Princeps de *Chymay*, & alij peritiores Stirpium exploratores Belgij, foliis Pulmonariæ, ſed minoribus *floſculis* Borraginis, cæruleo-purpureis; *radice* pullâ, Vlmariæ aut Caryophyllatæ, fibris implexâ. Floret Hyeme in penſilibus hortis; Vere verò & Autumno iterum. Quænam autem ſit hæc Antiquis adhuc ignoramus.

Pulmonaria exotica, foliis Aliſmatis humi proſtratis, floribúſque albis, &c meminit idem Lobelius; *Nos non* vidimus.

CYNOGLOSSVM: Germ. *Hundszungen*: Gall. *Langue de chien*; Italis *Lingua di cane*.



Hanc plantæ à foliorum forma *nomen*, quo etiam & aliæ variæ donantur, *Echium*, *Anchuſa*, *Lithoſpermum*, *Cerinthe*, *Narciſſus* & *Plantago*.

Propria autem *dicti Cynogloſſi* plurimæ enarrantur *ſpecies* & *differentia*: Nobis verò cognitæ mox tradendæ.

Vulgare hic ponimus, cui *radix* foris nigra, intus alba, tota craſſa, tota craſſa, ſubdulci ſatiuo ſapore.

Caulis bicubitales, in multos ramos diuiſi, vetuſtate concaui, multâ lanugine obſitis. *Folia* longa & latiuſcula primo anno, ſecundo, vbi caulem fert, ſtricta, acuminata incana, mollia, lanuginoſa, odore graui. *Plura ad* ſequ. *Figura*,

CYNOGLOSSI VVLGARIS MINOR ET candidior ſpecies.



Cynogloſſi vulgaris *flores* vt in antè inchoata deſcriptione pergamus, Bugloſſi Officinarum floribus ſunt ſimiles, colore ſordido rubentes; quos *folia* quaterna aut quina, hirſuta, tecante amplexantur.

His verò ſuccedunt *lappula* quatuor, nonnihil compreſſa ſpinulis hiſpidæ, quæ pertinaciter veſtibus adhæreſcunt, cauitate vnicâ donatæ, in qua *ſemen* itidem vnicum.

Cynogloſſi porrò vulgaris ſpecies vtraque naſcitur iuxta ſepes, locis incultis & ſabuloſis, in parietinis & prope muros, quò omnis generis ſordes conijci ſolent; Maióque et Iunio floret.

CYNOGLOSSVM MINVS.



Plantam quam hîc exhibemus, Cynogloſſum minus vocauimus, prius quàm à quoquam factam eius mentionem animaduerteremus. *Caulis* eſt dodrantali, loculiſque cubito maiori, ramoſo: *Foliis* multò Vulgari minoribus, palmaribus, ad Bugloſſi minoris folia accedentibus, hiſpidis, grauiter odoratis, *Floribus* paruis rubentibus, ſuccedunt *ſemina* Lappaces, pulchra, quaterna, veſtibus adhærentia, multò Vulgari minora.

Tubingæ & Geneuæ vidimus in pratis ac Montbelgardi in S. P. horto habuimus, Floret Auguſto,

CYNOGLOSSVM FOLIO VIRENTI, FLORE paruo, ferrugineo, rubeſcente.



Repertum hoc in monte prope Maſmunſter, in horto S. P. Montbelgardi plantauimus vbi Aprili & Maio florebat ſemine deciduo ſe renouans. Et hoc eſt quod C. Bauhinus in Phyt. *Cynogloſſum ſemper virens* inſeribit: ſed perperàm, cùm perire ſoleat.

Habet autem Cynogloſſum frigidam & ſiccam temperaturam, eſtque ad vlcera & maligna vlcera ſananda efficaciſſimum.

Radix ſicca, in puluerem trita, atque ex vino rubro pota, dyſenteriam ſanat, in Gonorrhea præſertim proſit. Vulneraria eſt, ſanguinem ſiſtit, & omnis generis vlcera & vulnera curat.

CYNOGLOSSVM CRETICVM PRIMVM, FLORE paruo, dilutè purpuraſcente, *Cluſij*.



Duorum Cynogloſſi Cretici generum meminit in poſt. Hiſtoria Cluſius, eáque pingit ac graphicè delineat. Ea verò tantùm in cultioribus nonnullis Belgij hortis obſeruauit, vbi creuerant ſemine ex Italia miſſo. Eorum Nos *primum* hic pingimus.

Cæterùm ad multas vtiliſſima ſunt Cynogloſſi vulgaris *Aqua, Succus & puluis*, collutione & inſperſu. In Aphthis & malignis oris vlceribus, ex lue Venerea ortis, cõducit plurimùm ſi radicis decocto colluantur, & puluis eius inſpergatur: *Plura ad huc ad latus ſequentis Figura.*

CYNOGLOSSVM CRETICVM SECVNDVM eiuſdem Cluſij.



Flores habet hos præcedentis floribus breuiores & ampliores, candicantiſq; initio coloris, ſed poſtmodùm multis tenuibus purpuraſcentibus venis notatos.

Cynogloſſi porrò vulgaris ſuccum & ſtillatitiam aquam ad ambuſta commendari ſcitur, ob refrigerandi & exſiccandi manifeſtam qualitatẽ, ac quòd dolores lenire & maiorem affluxum prohibere valeant. Conferunt etiam alopeciis ab acri & erodente humore. An verò in canis rabidi morſu herbâ tutò tantum ſit vti, vt præcipit Tragus, conſiderandum.


CYNOGLOSSA FORTE TOPIARIA PLINIO; Echyum lappulatum quibuſdam.



Bicubitalibus eſt *cauliculis*, anguloſis, brachiatis, concauis; vncinulis rigidis, aſperis, ad veſtes adhærentibus, per terram ſe ſpargentibus, niſi in propinquo ſit quod ſcandant. *Folia* bina aut terna, anguſta, duas vncias lõga. *Floſculi* è foliorum alis erũpunt, purpureo-violacei, paruuli, quinquepartiti, breuibus pediculis donati: quibus ſuccedũt *ſemina* fuſca, Seſamoidea ac paulò maiora. *Radix* recta, minimi ferè digiti craſſitudine, fibris aliquot donata.

Odor & ſapor totius plantæ qui Borragini. Sponte naſcentem in Rhætia vidimus, ac etiam Montbelgardi in S. P. horto colimus.


CERYNTHE VETERIBVS; CERINTHE QVORVNDAM.



Cerinthen alueariorum & apum cauſſa ſerere oportere prodidit Plinius Lib. 21. cap. 12. Eſt autem, inquit, Cerinthe folio candido, incuruo, cubitalis, capite cõcauo mellis ſuccum habente: Huius florum auidiſſimæ ſunt apes. Theophraſtus inter Æſtiuos flores annumerat: Columella inter Veris dotes: *Ignobile Gramen* vocãt Paulus Manutius, Seruius, & Virgilius Georgic. 4. *Vulgo* autem ſunt *ignobile* vocant ob copiam, quòd vbique naſcatur.

Quatuor porrò vulgò recenſentur Cerinthes *Varietates*: *Maior* flore verſicolore, flauo, & ex rubro purpuraſcente: ac *Minor* flore flauo.


CERINTHES FORTE SPECIES ISATIS, ſiue Glaſtum montanum *Dalechampij*.



Glaſtum montanum, ait, in niuoſis verticibus montiũ gignitur: *radice* craſſâ, nigrâ, fibris multis capillatâ. *Folijs* circa radicem multis, longo craſſóque pediculo ſubnixis, venoſis, Glaſto ſimilibus, ſed in ſummo magis obtuſis: *cauliculis* multis, pede altioribus, in quibus folia ſuprà dictis anguſtiora & acutiora. *Flos* copioſus, in caulium vertice luteus nitet, oblõgiuſculi figurâ, ſupernè in cuſpides diuiſus, prominente in eius medio ſtamine tenui pilo.

Quamuis hoc Dalechampij *Glaſtum* à *Cerinthe* diſtare indicent periti.

ONOSMA.



De Onoſmate ſic tradit Dioſcorides: Onoſma, ait, oblonga habet *folia*, ad ſimilitudinem Anchuſæ, longitudine quatuor digitorum, & vnius latitudine, mollia, in terra iacentia, ſine *caule*, ſine *ſemine*, ſine *flore*. *Radice* verò nititur oblongâ, tenui, infirmâ, rubeſcente. Gignitur in aſperis. Folia in vino pota, partus extrahunt: prægnantéſq; ſi herbam eam ſupergradiantur, abortum facere dicunt.

Eadem fermè habet & Plinius. *Onoſma* verò, vel *Oſmada*, vel *Philonitin*, vel *Ononin*, ex acri & amarâ conſtare ſubſtantiâ, ac proinde ſtrenuè [illegible] ſcribit Galenus, & ex eo Paulus.

Buglossum ſylueſtre eſſe [illegible] nonnulli.

HELIOTROPIVM, HERBA CANCRI: Germ. *Krebsblumē, Sonnenwirbel*: Gal. *Tournesol*: Ital *Girasole*.




Etſi multæ ſint ſtirpes quæ *Heliotropia* & *Helioſcopia* meritò dici poſſent: quòd ad Solem ſemper conuertantur, & cum eo circumagantur: hic tamen particulatim de Dioſcoridis Heliotropio agimus.

Duo eius genera facit, *Maius* vnum & alterum *Minus*: totidemque Plinius, licèt aliter diſtinguat.

Eſt verò omnium conſenſu Dioſcoridis Heliotropiũ maius quod hic proponimus, de quo ait: Heliotropio magno *flos* eſt effigie Scorpionis caudæ. vnde *Scorpiuro* ei nomen: &, quoniam cum Sole circumagit folia, *Heliotropiũ* dicitur. *Folia* Ocimi habet, hirſutiora, candidiora, & maiora. *Ramuli* à radice terni, quaterni, aut ſæpe quini, exiſtunt, multis alis concaui. *Flos* in cacumine candidus aut ſubfuluus, incuruatus vt Scorpionis cauda. *Radix* tenuis eſt & inutilis. Naſcitur in aſperis.

Licèt autem in aſperis tantùm naſci tradat, varijs tamen alijs in locis ſponte prouenit, in campis, ſecus vias, in oppidorum plateis, circa ædificiorum arces, aridiſque & ſabuloſis locis. In Lugdunenſi & Narbonenſi Gallia perfrequens, vt & in Alſatia, in qua Heliotropio maiore ita referti ſunt agri, vt eã conſiti videantur. Montbelgardi in agris abundat ſupra pagum *Audincourt* vt & quibuſdam in locis circa Baſileam, & Geneuæ *à la petite Grave*. Floret Æſtate & Autumno.

HELIOTROPIVM MINVS QVORVMDAM, HELIOtropium Tricoccum Plinij: Verrucaria.



Heliotropium minus, authore Dioſcoride, naſcitur in paluſtribus, iuxta Lacus, *folia* antè dicto proxima, rotunda orbes: *ſemina* extorum dentium Verrucarum modo penſili, rotundo.

In Salmanticenſi agro frequentiſſimum eſſe ſcribit Cluſius, in Gallia Narbonenſi Lobelius. Nos verò Lugduni & Geneuæ habuimus in hortis. Magno quæſtu colligunt Ruſtici Luodiæ, Narbonæ, aliiſque vicinis locis, matura Septembri ſemina, quæ Infectoribus & Chirurgis poſtea diuendunt.

Illius enim Vires eædem quæ Maioris: Verrucas, Myrmecias & Thymos, affricata herba valenter adimit: eſtque aduerſus Carcinomata & vlcera gangrænoſa efficaciſſima; vnde etiam *Herbam Cancri* vocarunt nonnulli. Totam plantam ad dictos affectus, ſtrumoſoſque tumores commendat Matthiolus: ſemen Lobelius.

HELIOTROPIVM TRICOCCVM FVCHSII, VERRVCARIA.



Heliotropium in ſimpl. medicam. Catalogo præteriit Galenus. Duplex verò, *Maius* ſcilicet & *Minus*, Dioſcoridis exemplo, fecêre tum Varro tum Paulus, necnon etiam Plinius, qui Minus parunuulue *Tricoccon* interſerit. Maius verò, generico nomine, *Helioſcopium*. Sunt qui in *erectum* & *repens* diſtinguant.

Figura hæc noſtra quæ ex Fuchſianis eſt, non placebat: quapropter aliam, antè traditam, ex Chuſio curauimus parandam: quam enim habet Matthiolus, ad Dioſcoridis deſcriptionem factam eſſe támque putamus.

De Heliotropio plura in Appendice.

CLASSIS XXXIII. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ

STIRPIVM

CLASSIS XXXIV.

PLANTÆ MALIGNÆ ET VENENATÆ.

Solanvm ſiue **Solatrvm**: Germ. *Nachtſchatt*: Gall. *Morelle*: Ital. *Solatro*.



DVo tantùm Solanorum (*Veſicariarum Gaza*) ſumma genera tradit Theophraſtus, *Somniferum* ſcilicet & *Furioſum*. Dioſcorides quatuor, *Hortenſe*, *Halicacabum*, *Somniferum* & *Manicum*. Totidem atque eadem Plinius, ſed minùs diſtinctè. Solani vires tantùm perſtrinxit Galenus. Apuleius omnia Solani genera vno capite complexus, nomina eorum inter ſe fœdè commiſcuit. Ex Recentioribus viginti ſpecies & differentias proponit C. Bauhinus in Phyt. Nos Nobis noſtrorum ſeriem propoſitam Dioſcoridis veſtigijs inſiſtemus, atque ab *Hortenſi Satiuo*, ſiue *Vulgari*, hic picto, ordiemur: de eo ſpecialiùs in Appendice acturi.

Solanvm Halicacabvm vvlgare. Germ. *Juden kirſchen*. Gall. *Baguenaudes*: Ital. *Halicacabo*.



REſtibili paruæ ſerpentis *radicis* fertilitate affatim ſe propagat; *cauliculis* tenuibus, ſubrubentibus & ſubhirſutis: *Folia* ſuſtinentibus Solani hortenſis, maiora, leuiter hirſuta, ſæpe bina, ſed indidem orta; ex quorum alis penduli emicant *flores* exalbidi, in quinque lacinias diuiſi, apicibus concoloribus, pediculo vnciali: quibus ſuccedunt *veſiculæ* herbidi, per maturitatem rubentes: in quorum ſingulis *Fructus* Ceraſi magnitudine, colore & formâ, ac ſapore acido & ſubamaro, in quo *ſemina* orbiculata, compreſſa.

Locis gaudet vmbroſis, naſciturque in parietinis, vineis, ſepibus & agrorum marginibus. Flores Æſtate, Autumno fructum maturat.

Solanvm Halicacabvm Indicvm. An Herba Concordiæ, ſiue Flos noctis?



Caulis huic Solano eſt cubitalis, craſſiuſculus, in crebros ramos diductus: per quos folia Solani vulgaris, laciniata, atrouirentia, venulis ex medio neruo obliquis in lacinias exporrectis, pediculo duûm triúmue vnciarum. *Flores* è ramorum diuaricatione foliorúmque ſinu prodeunt lutei, Solani Halicacabi ſimiles. *Veſica* Halicacabo pares ſequuntur, virentes: quas *acinus* replet magnus, ſemine Halicacabi refertus, inſipidus.

Hoc nonniſi in cultioribus hortis reperitur: vt nos Montbelgardi in S. P. horto habuimus. Florem noctis vocant nonnulli, quòd, tenebras veluti horreſcens, noctu claudatur, Sole verò aduenıante diducatur.

Solanvm Somniferum, verticillatvm Solanum quibuſdam dictum.



Cubitalem & maiorem altitudinem aſſequitur, *caule* recto, tereti, hirſuto: per quem alternatim *folia*, Prunpex folijs proxima, ex rotundo leuiter in acumen deſinentia, hirſuta, pediculis vnciâ breuioribus hærentia. Ex eorum ſinu, *flores* verticillatim ad caulem oriuntur, Solani vulgaris pares, ex luteo palleſcentes, atque ex quinque folijs compoſiti, cum aliquot in medio apicibus. Succedunt *Vaſcula* maiuſcula, *ſemen* continentia, vtriculis hirſutis, fimbriatis, obuoluta.

Solanum ſomniferum ſpontaneum vidit Cluſius in Hiſpanijs in vrbis *Malaga* arce. Nos nullibi: habuimus verò Montbelgardi in S. P. horto, Baſileæque & Patauij obſeruauimus in hortis.


Sola-

SOLANUM MANICUM, Germ. *Dolkrauт:* Gall. & Ital. *Bella Dona*



Ex *Radice* craſſa tribus cubitis [illegible] *caules* erigit, pollice craſſiores, hirſutos, [illegible] in tuber craſſeſcentes, in multos ramos, indidem ſerè extenſos brachiatos. *Folia* Solani formam habent, ſed multò maiora ſunt, & minus ſinuoſa, utrinque piloſa, ſuperè [illegible], inferne ſerè [illegible] *Flore* [illegible] ex ſummis alis concavi, Campanularum inſtar in quinque la[illegible] diviſi, colore [illegible] quidem lurido purpureoque, fundo luteo [illegible] [illegible] ex he[illegible] rubeſcentes, [illegible], cum apicibus [illegible]. Decidentibus verò floribus, inſident hirſuto [illegible] *Bacca* nitida Herbæ Paridis.


SOLANI MANICI, SIVE BELLA DONA, alia Icon.



Camerarius, cui *Solanum maius* dicitur, *Bellam Donā* Italis vocari ait, quòd ſucco illius mulieres faciem decorent. Clu[illegible], qui *Solanum letale* & [illegible] inſcribit, non inepte Theophraſti *Mandragoram* eſſe quidam cenſuiſſe ſuſpicatur. Id autem duorum generum eſſe teſtatur: *unum* amplioribus folijs, breviore pediculo pendentibus, flore maiore: *alterum* minoribus & nigrioribus folijs, longioreque pediculo fultis, minore flore.

Marinum à nonnullis vocari, quòd in rupibus haud procul a mari diſſitis ſuccreſcat, ſcribit Fuchſius Matthiolus, quia id non noverat, omnibus in Italia ignotum deſiit, quod meritò ridet Guilandinus.

SOLANI MANICI, SIVE BELLA DONA, Icon adhuc alia.



Circa ſylvas, iuxta parietes, ſepimenta[illegible] agrorum, aliiſque parum cultis & deſertis locis, reperitur, & umbroſa loca amat. Floret [illegible] fine Æſtatis, & Auguſto, etiam tardius, maturat ob[illegible] bacca.

Vidimus Nos ſpontaneum Monſpelii & Tiguri in ſylvis, florentem Maio, itémque Montbelgardi in umbroſis circa [illegible] ad Dubim. In hortis verò vulgò colitur, [illegible] pullulare [illegible] pernicioſâ ſuâ opacat luxurie. Ubi porrò in ſylvis depaſta reperitur, venatoribus indicio eſſe ſolet Cervos adeſſe. *Plura in Appendice.*

APOLLINARIS, SOLANI SPECIES EX APENNINO; Strychnodendros; Solanum arboreſcens.




Plantam hic pictam Herbarij quidem ad *Hyoſcyami*, alij ad *Solani* ſpeciem referunt: Hiſtoria Lugd. inſcribit *Hyoſcyamum peregrinum Dalechampij*, qui etiam *Apollinaris* dicitur, ab Apollonio philoſopho, qui eam Platoni monſtravit. In Apennini ſylvis umbroſis & denſis reperitur.

Eſt verò *Strychnodendros* [illegible] arbuſcula, gracili *ſtipite*, quem cortex integit cinereus: *folijs* Evonymi [illegible] *floribus* Solani hortenſis: *fructu* [illegible] [illegible]. *Amomū Plinij* à nonnullis exiſtimari ſcribit Lobelius.

Colitur in hortis, nec alibi habetur.

HERBA PARIS: Germanis *Wolfs beer;* Gall. *Raiſin de Renard.*



In montium, [illegible], convallium & [illegible] opacis ac umbroſis locis, pingui & læto reperitur ſolo. Aprili *florem* exerit. quatuor [illegible] folijs con[illegible]. Maio verò & Iunio maturantur purpureæ *baccæ*. Folia circa ſummum caulem quaterna ferè ſemper ſunt, rariùs quina.

Utrùm porrò hæc Herba inter [illegible] connumeranda ſit, necne, acriter inter Scriptores diſputatur. Eam autem multùm refrigerare, Geſnero & Trago teſtibus, omnibus conſtat. Matthiolus contra Veneficia commendat. [illegible] verò baccas parari Oleum adverſus magnos [illegible] & Hemorrhoidum dolores, ſcribit Camerarius. *Plura in Appendice.*

PAPAS AMERICANUM, PYCNOBOLUM; ORENAUK Inſulæ Virgineæ radix; *Chunnos*.



Papas Americanus bicubitalis & tricubitalis [illegible] *caulis*, craſſiuſculus, ſucculentus, ſubrotundos, ſtriatus, ſubhirſutus, viridis, maculoſus, ramoſus. *Folia* [illegible] [illegible], cæteræ formæ & diſpoſitionis hîc pictæ. *Flores* pallidi, ſubhirſuti, ad Malvæ ſylveſtris flores accedentes. *Poma* Caſtaneæ magnitudine, orbiculata, [illegible], ſubhirſuta; in quibus *ſemina* parva, plana, Solani ſeminibus ſimilia. *Radix* bulboſa, craſſa, palmum, plùs minùs, longa, foris atro-rubens, intus ex albedine palleſcens, inſipida. Ex ea apud Peruanos fit panis quem *Chunnos* vocant: Virgineæ Inſulæ incolis planta dicitur Openauk: & eſt hodie in Europæorum hortis cognita.

MANDRAGORAS, CIRCÆA: Germ. *Alraun*: Gall. *Mandragore, Main de gloire*: Ital. *Mandragora*.



Mandragoræ Dioſcorides duo genera aſſignat, *Marem*, Morion etiam dictum, & *Fœminam*, qui Thridacias ſit appellatus.

Mas, quem hic pingimus, *radicem* habet craſſam, longam, bifidam, fibris hinc inde prodeuntibus velut hiſpidam, incoxantem hominem velut referentem. E cuius capite *folia* exeunt circiter cubitalia, ſeſquipalmum lata, principio & mucrone anguſtis, atro virore prædita, fœtida. Inter hæc à radice quoque, *nullum enim profert caulem*, pediculi exeunt crebri, palmares, *florem* ſinguli ſuſtinentes ex albo purpuraſcentem, modicè hirſutū, Campanulæ ferè formâ, odoris fœtidi. *Pomum* ſequitur rotundum, parui Meſpili magnitudine, ex luteo viride,

MANDRAGORAS FOEMINA.

Niger Mandragoras, *Thridacias* appellatus, ac qui *Fœmina* exiſtimatur, anguſtioribus, ait Dioſcorides, eſt *folijs*, ac minoribus quàm Lactucæ, viroſis ac graueolentibus, in terra ſparſis. *Mala* autem gerit Sorbis ſimilia, pallida, odorata, in quibus *ſemen* veluti Pyrorum. *Radicibus* porrò ſubæſtet bene magnis, binis ternisue, inter ſe conuolutis, nigris foris, intùs albis. *Caulem* non fert.

Quiſnam ſit *Theophraſti Mandragoras* ab Herbarijs ambigitur. Duo verò ex Dioſcoride propoſita agnoſcunt etiam Plinius & alij Veteres: at Tertij, quod ex aliorū opinione addit, non meminêre.

Mandragoram marem in Hiſpaniæ, Italiæ, Prouinciæ & Galliæ Narbonenſis hortis, ſemine aut radicibus ex Candia aut Cycladibus Inſulis aduectis, haberi ſcribit Lobelius, in alijs autem Regionibus haud ita facilè. *Fœminam* copiosè in Gargano & alijs Apuliæ montibus prouenire perhibet Matthiolus, & ſupra Gades Cluſius. Vtramque vidimus *Nos* Geneuæ in ædibus noſtris contiguo horto. *Veram* autem tantùm, multorum exemplo, exhibemus *Iconem*, quòd vix aliter quam magnitudine differant, atque tantùm, vt dictum, in *Fœmina* minora ſint omnia.

Inde autem nomen obtinuiſſe perhibetur *Mandragoras*, quòd Solis feruidioris impatiens, ad *Mandras* pecorum, aliàsque vmbroſas ſpeluncas, proueniat. *Plura in Appendice*.

MELONGENA ARABVM, MELANZANA: SOLANVM POMIFERVM.



Melongena in Arabum Codicibus primùm celebrata fuit: hancque *Pomiferorum Solanorum* ſpeciem aliquam eſſe ſuſpicantur nonnulli.

Variæ, vt ex ſequentibus patebit, habentur eius Differentiæ. Quæ verò hic pingitur, fibroſas parum altè defigit *radices*: *caule* vnico, pedali, craſſiuſculo, firmo, ſubpurpureo, hirſuto: *folijs*, palmaribus & ſeſquipalmaribus, palmum ferè latis, per ambitum obiter ſinuatis, infrà ſupràque piloſis. *Flores* breuibus ſatis pediculis hærent, albicantes aut ſubpurpurei, in ſtellæ modum. *De Pomis & Seminibus ad proximè ſequentis Figuram Latio*.

SOLANVM POMIFERVM FRVCTV INCVRVO.



Solani pomiferi *fructus* Oui vel Cucumeris circiter eſt magnitudine, figurâ ferè ex rotundo oblonga, & nonnunquam incurua: flauo, cinereo, vireſcente vel purpureo, læui, *cortice* tectus, ſuccosâ albicantéque intùs pulpâ: in qua copioſa *ſemina* albicantia, compreſſa, Piperis ſiliquaſtri æmula.

Melanzena, ſeu Mala inſana, vocarunt nonnulli, atque inter alios Hermolaus: ſed minùs ſano iudicio, vt benè notat Scaliger, cùm eſitata nullos excitent furores.

Poma amoris etiam nuncupantur, ſed perperàm, iudice Ruellio, niſi quæcunque pulchritudine & elegantiâ placent, eo nomine digna cenſeamus.

SOLANVM POMIFERVM FRVCTV SPINOSO: *Bathleſchaim* Arabum & Æthyopum.



Huius duas ſpecies obſeruauit Rauvvolfius, *longam* ſcilicet & *rotundam*. Camerario ad Hiſt. Germ. Matth. dicitur *Malorum inſanorum ſpecies* valde ſpinoſis folijs & caulibus; floribus maioribus.

Coluntur vulgò *Solana pomifera* in Italia, tum in hortis, tum in vaſis fictilibus. Hóſque fructus hellunones, vti Cucumeres, in acetarijs helluantur, maiore voluptate quàm vtilitate: deterior enim ſuccus vel quolibet Pepone aut Cucumere eſt. Qui *Melongenas Arabum* eſſe credunt, eaſdem cum illis vires ijs adſcribunt. Falluntur verò qui *Theophraſti Mandragoram* eſſe credunt.

POMVM DE HIERICHO, MELONGENIS congener.



Pomum de Hiericho Ferd. Imperati, peregrina Italiæ planta, nec alijs deſcripta, *folia* producit candicantia, ad Solani pomiferi folia accedentia, ſed minora. *Caules* & foliorum coſtæ ſpinoſæ ſunt. *Flores* cærulei, inſtar florum Bugloſſi. *Fructus* rotundi pomi inſtar, (in modo di Melo:) quorum color antequam matureſcant viridis, maturorum flauus: ſapore inſipido, & odore exiguo.

Racemoſi Solani, Ceraſorum formâ, quod nonnullis amoris Ceraſum dicatur, meminit C. Bauhinus in Phyt. & in Prodromo.

MALA AVREA : Germ. *Gold Apffel* : Gall. *Pommes dor*, *Pommes d'amour* : Ital. *Pomi d'oro*.



Caulis eſt cubitali, bicubitali, vel tricubitali, minimi digiti ferè craſſitudine, hirſuto, ramos latè ſpargente : *folia* tenella, pinnata, hirſuta, ex viridi flaueſcentia, oblonga, ſinuata. *Flores* Solatri vulgaris formâ, in luteum languefcentes. Quibus ſuccedunt *Poma*, haud multùm Arantiis minora, ſeſſilia, canaliculata, læuore eximio, colore vel aureo, vel ochreo, vel purpuraſcente, vel denique verſicolore. *Semine* intùs copioſo, circinato, compreſſo, hirſuto. Radix ſummâ ferè terrâ hæret, longis fibris vberrim capillata.

Habetur in hortis, Junióque & Iulio floret, ac Auguſto fructum perficit. *Plura in Appendice*.

STRAMONIA, SIVE POMVM SPINOSVM : Ger. *Stechapffel* : Gall. *Pomme de Peru*.



Cubito altior eſt, ſubrectéque moluſcâ, ligneſcente. *Folia* per caulem longis appenſa pediculis, ampla, ſinuata grauem odorem ſpirantia. *Flores* ex longa tuba calathoides, ampli, candidi, margine angulofo, quina in medio ſtamina cum longis apicibus occultant : quorum vnumquemque ſequitur Pomum orbiculatum, Iuglandis putamine calloſo adhuc inuolutæ magnitudine, bullatum, breuibúſque ſpinis aſperatum. *Semine* compreſſo, cinereo.

Colitur in hortis. Sunt verò fructus, ac etiam tota planta ſoporiferæ facultatis.

STRAMONIÆ ALIA ICON, NVX METHEL, Durtoa herba ſoporifera.



Inter Solani genera referri quandam plantam ait Matthiolus, Stramoniam multis vocatam, Solano adeò ſimilem, vt nihil aliud quàm illud repræſentet. Sin ob effigiei & virtutis cognationem eam inter Solana referendam cenſet etiam Rhodoneus, Mandragoris verò potiùs annumerandam cenſet Geſnerus: cui, vt & Dodoneo, Fuchſio atque aliis, dicitur etiam Stramonia. *Stramonium* vel rectiùs *Stramonium* vocauit Renodæus: *Stramonium peregrinum* Lobelius & Gerardus: *Hyoſcyamum Peruuianum* Cordus : *Malum Peruuianum* aliqui : *Tatulam Turcarum* Guil'Idinus : Nucem Methellam Matthiolus, Caſtor. Acoſta, Camerarius, Anguillara, Fuchſius & alij.

STRAMONIA ALTERA MINOR, SIVE TATVLA quibuſdam.



Duo Stramonij traduntur diſcrimina : Vnum *minus* quod ad bicubitalem ſolet aſcendere altitudinē, duplici Figurâ antè exhibitum : Alterum verò *Maius*, quod hominis proceritatem æquat & ſæpe ſuperat. Vtriuſque facies eadem, & flores vtrumque gerit albos, Smilacis æmulos, Pomaque craſſa, ſpinoſa & echinata: in minore quidem rotunda: in maiore, quod hic pingimus, acuminata, & vt reliqua omnia, maiora.

Stramoniæ ſpeciem maximam vocat Camerarius, Daturam Acoſtæ plurimi : *Tatulam Turcarum*, *Nucem Methellam Arabum*, & *Solanum ſomniferum Græcorum*, Bellonius.

HYOSCIAMVS : Germ. *Bilſenkraut* : Gall. *de la Hanebane*, *Iuſquiame* : Ital. *Iuſquiamo*.



Hyoſcyamj tria diſcrimina proponit Dioſcorides; *floribus* purpureis, luteis & candidis. Quæritur verò Plinius, qui mel his tria dixiſſet, cùm 2. eius & 4. vnum & idem ſint. Plures etiam *Differentias* obſeruarunt Recentiores.

Odore autem fœtido facilè ſe prodit *vulgaris Hyoſcyamus* quem hic pingimus, nuſquam non obuius : *folijs* Spinæ albæ, mollibus, lanuginoſis, incanis, copioſis, nullo ordine diſpoſitis, in *cauliculis* craſſis denſa lanugine obſitis. *Flores* confertim enaſcuntur calathi effigie, lutei, purpuraſcentium linearum crebro diſcurſu verſicolores, foris hirſuti, purpuraſcentibus apicibus ſtyloque medium occupantibus.


HYOSCAMVS ALBVS : IN QVO CANDIDIORA, hirſutiora, & minora ſunt omnia.



In Vulgari, ſiue Nigro, hic ad latus picto, Peticarpium hirſutum, oblongum, ſeſſile, Glandis inſtar, quinquepartitis acuminatis oris Semen puſillum nigrum continet. *Radix* ſubeſt craſſa, rugoſa, foris fuſca, intùs alba, ac minùs ſolida quàm folia. Variat autem folijs modò integris, modò diſſectis, modò in ambitu in lacinias acutas diuiſis. Eſtque omnium familiariſſimus, ac ſecus vias vbique ferè gignitur, in ſabuloſis & locis minimè cultis, Floret æſtate.

Albus autem hic pictus in ſatorum & vernactorum ſecus vias marginibus ſponte adoleſcit. Minimè verò placet Icon noſtra quæ eſt ex Fuchſianis emptitiis.

HYOSCYAMVS ALBVS MINOR.



Frequens & ſpontaneus eſt in calidioribus regionibus: at in frigidioribus, non niſi in eorum hortis habetur qui re Herbariâ delectantur. Candidioribus autem molloribúſque eſt Nigro *folijs*, nec ita laciniatis, ſed potiùs quodammodò ſinuoſis, breuioribus, ſatis craſſis, longiore pediculo fultis: *Floribus* albis, minoribus, & *calycibus* læuioribus.

Refrigerat autem omnis Hyoſcyamus, ſoporifer eſt & dolores ſedat: aduerſus acres calidáſque oculorum fluxiones prodeſt, ſanguinis eruptiones & muliebria profluuia cõpeſcit, & ad teſtium aliarũ[que] partium inflammationes adhibetur.

HYOSCYAMVS CRETICVS.



Folijs eſt ferè Xanthij, minore, circumſcriptione proptè rotundâ, *Acanthi* &c. veluti circumroſo, hirſuto, ſed *Acino* vocali. *Caulis* cubita ... & ... ſeſquicubitalem aſſequitur proceritatem, tenuiolus, albido villo obductus. *Flores* [illegible] hærent pediculis, & longo, hirſuto, ſtriato calyce prodeuntes, ſ[illegible] purpuraſcentes, ſemen minutum, rubeſcens.

I. *Maior* eſt vel *Minor*, [illegible] vel *Albus*, Cluſio & Camerario Bauhino authoribus.

Ex albo autè pictio ad dentium & aurium dolores magnæ efficaciæ () cum parari docet Camerarius.

HYOSCYAMVS PECVLIARIS, FLORE PVRPVRASCENTE.



Creuit hic ex vetuſto ſemine Camerario, *flore* permixta pallidi coloris, ſed quam elegantioris, poſtea purpuraſcente & inciſo, non æqualiter patulo, ut reliquorum, ſed altera parte aliquantulùm repando? *Folijs* verò vulgaris Hyoſcyami, ſed lætiùs virentibus & multò minoribus. Cubitalis autem erat planta.

Pictones porrò ac Andegauenſes Hyoſcyamum aduerſus prurriginem plurimũ commendant, ideò[que] vernaculo ſermone *Herbe aux teignes* vocant. Siccæ enim herbæ Cinnos carbonibus inſpergere ſolent, fumúm[que] exhalantem manibus excipere: ac eo ſrigore contractas prurigines, tolli affirmant.

HYOSCYAMVS SYRIACVS: Germ. *Syriſcher Bilſen*: Gall. *Hanebane de Syrie.*



A Cluſio deſcribitur *Hyoſcyamus peregrinus rubeo flore* titulo.

De Hyoſcyami qualitatibus ſic tradit Galenus: Hyoſcyamus, inquit, cui ſemen nigrum eſt, inſaniam ac ſoporem affert: is cui ſemen mediocriter flauum eſt propius quam ei facultatem hab[illegible]. Verùm vtrique fugiendi [illegible] vt inutiles ac deleterii. C[illegible] terùm cuius ſemen ac [illegible] candidus eſt, ad ſanatio[nem] maximè idoneus eſt, ex [illegible] vio quodammodò ordine [illegible] ſrigerantium.


Remedia ex Hyoſcyam[o] tum ad arthritidem, tum [ad] febres quartanas, in Hiſtori[a] noſtra magna tradimus.

TABACVM, NICOTIANA: Germ. & Belgis *Tabackĕ*: Gall. *Nicotiane*, *Herbe a la Reine*: Ital. *Tabaco.*



Tabaci nomen apud plæraſque omnes Nationes retinet hæc Planta, idque à nouæ Hiſpaniæ in Indijs prouincia *Tabaco* nuncupata, in qua non ſolùm abundat, ſed etiam primò repertum fuit. Galli, quòd *Ioh. Nicotius* Regius aliquando in Luſitaniam Orator, eius ſemen primus ad Reginam, Regis Galliæ matrem detulerit, *Nicotianam* & *Herbam Reginæ* nuncupatunt: *Tornabonam* Itali, quia à Tornabona miſſum vel adſportatum: eademque ratione *Herbam S. Crucis*, quia à Cardinali de S. Cruce, Romanæ Eccleſiæ Noncio: *Picielt* Indi: *Vppowoc* Virginiæ indigenæ.

NICOTIANÆ, SIVE TABACI, ALIA ICON Tabacum maius anguſtifolium.



Tabacum *Bugloſſum* [illegible] *tarium* vocarunt: [illegible] nonnulli: *Hy*[illegible] *ymum* [illegible] *ruuianum* al[illegible] *Herbam & Herbam* [illegible] aliqui, ob admi[illegible] virtutes: *Petum* [illegible] mi, quemnis [illegible] Petum dictam [illegible] lianorum Petum non [illegible] nec quicquam cum e[illegible] commune habere [illegible] eius.

Quatuor eius [illegible] ſuè ſpecies *Ma*[illegible] vel latifolium vel a[illegible] lium: *Maius* & *M*[illegible] Maius latifolium in præcedente Tabella depinximus, hic Maius anguſtifolium pingimus. De reliquis in ſequentibus.

TABACUM MINUS, MINIMUMVE: NICOtiana vel Sana ſancta minima.



Præter antè memoratas Tabaci differentias, diſcrimen etiam in ſexu obſeruarunt: *Maſque* exiſtimatur Tabacũ maius latifolium, *Fœmina* Maius anguſtifolium Atque Fœmina omnibus partibus Maſculino minor: folia pene in ea, non vt in Mari cauli appenſa, mucrone, ſed ped culis nixa, non ſatis longa, magiſque ſunt acuminata & minùs hirſuta.

Naſcitur autem Tabacum in pleriſque Indiæ inſulis: & eſt hodie apud Europæos ſatis vulgare. Flores Iunio & Iulio protrudit, purpuraſcentes &c. quos excipiunt *vaſcula*, in quibus *ſemen* copioſum, minutum, rufeſcens. *Radix* alba & fibroſa. Caulis 2. 3. pluréſue cubitos altus: *folia* Helenij foliis formà & magnitudine.

PRIAPEIA: quibuſdam NICOTIANA MINOR: Peti genus per omnia minus, *Cluſij*.



Hyoſcyamum luteum inſcribunt Geſnerus, Lonicerus, Dodonæus, Camerarius & Gerardus: *ſecundum Dioſcoridis aliJ*: *Hyoſcyamum Peruvianum* Tabernæmontanus: *Plantam inter Hyoſcyamum & Solanum furioſum ambigentem* nonnulli.

Iiſdem *viribus* quibus Tabacum vulgare prædita eſt, ſed imbecillioribus. Eſt verò id calidum & ſiccum in ſecũdo gradu: itaque calefacit, reſoluit, mundificat, & aliquantulùm adſtringit. Confert plurimùm ad Cephalgiam, Hemicraniam, Tetanum, dentium dolorem, Vulnera, famem, ſitim, & alia innumera: de quibus conſulatur *Appendix*.

HELLEBORUS, VERATRUM: Germ. *Nieſwurtz*: Gall. *Ellebore*: Ital. *Elleboro*.



De Helleboro ex Veterum ſententiis agemus in *Appendice*. Duplex autem tum illorum Recentioribus eſt Elleborus, *Albus* & *Niger*: & Vtrumque ex iis ipſummis duobus generibus in varias rurſus ſpecies diſtribuunt Neoterici Nonnullis enim *Album* vel Maior eſt vel Minor, Niger verò vel verus & legitimus, vel falſus, Pſeudo Elleborus dictus, cuius variæ rurſus, vt ſuo loco dicetur, obſeruantur Differentiæ.

Albus, *quem hic pingi vides*, gaudet montanis & aſperis; & non modò in calidioribus regionibus, ſed etiam in frigidioribus habetur. Viuit & in hortis. Floret Æſtate.

HELLEBORI SIVE VERATRI ALBI alia Icon.



Helleboro albo *radices* ſubſunt fibroſæ, albæ, in caput collectæ: *caulis* cubitalis vel bicubitalis, teres: foliis ſtipatus quorum pediculus caulem inuoluit. Sunt verò ipſa *folia* Gentianæ foliis ſimilia, longitudine pedali, haud multò anguſtiora, mollia, ſubhirſuta, lineis denſiſſimis ſtriata. *Caulis* à medio ferè ad cacumen vſque, ex foliorum alis thyrſos emittit, palmares & ſeſquipalmares *florum* creberrimorum, ſenis ex herbaceo albicantibus foliolis radiatis conſtantium.

Errãt porrò plurimùm qui, vt notat Cordus in Dioſcor. Helleborum hunc cum Dictamno & ſigillo Salomonis confundunt.

HELLEBORUS NIGER FLORE ALBO, AC interdum etiam valde rubente.



Folia ei viridia, ait Dioſcorides, Platani ſimilia, minora, foliis Spondylij proxima, ſubaſpera, nigriora pluribus diuiſuris inciſa: *Caulis* aſper: *flores* in purpura albicantes racematim cohærentes: *ſemen* Cnici *Radicibus* cohæret nigris, tenuibus, à capitulo Cepæ ſimili conſtratis, quarũ eſt vſus. In collibus, aſperis & ſitientibus locis enaſcitur Optimum eſt quod ex huiuſmodi petitur terris, vt ex Anticyra.

In variis hortis & ſyluis Elleborum hunc obſeruauimus; abundat verò præſertim in Italia in mõtibus Euganeis. Flos vt plurimùm initiò albidus, deinde purpuraſcens, poſtremò virens.

HELLEBORUS VEL ELLEBORUS NIGER VULgaris: flore viridi vel herbaceo: radice diuturna.



Radices huic fibroſæ, nigræ, numeroſæ: *folia* quàm in Adulterino ſylueſtri ampliora, viroris herbacei, teneriora quàm in reliquis duobus, ac in plura ſegmenta diuiſa, ſingulis laciniis in acutum mucronem, non obtuſum, more Hortenſis flore albo, deſinentibus, in ambitu ſerratis, nec tam rigidis vt Adulterini. *Flores* pediculis palmaribus & dodrantalibus hærentes, colore ſunt herbaceo Adulterini Hellebori æmuli, quinis maioribus foliis conſtantes, vmbilicum obſidentibus apicibus crebris, palleſcentibus. *Semen* corniculis aliquot ſurrectis coniunctiſque, aliorum more, continetur.

Conueniunt & huic præcedenti aſſignati *Natales*.

HELLEBORVS NIGER SYLVESTRIS ADVLTERINUS, etiam Hyeme virens.



Enneaphyllon Plinij vocãt nonnulli, quòd nouena habent folia. Pulmonariam Vegetij inſcripſit Geſnerus: Conſiliginem ille etiam ipſe & alij plurimi.

Magnitudine variat, vnde in Helleboraſtrum *Maius* & *Minus* diſtinguit Tabernæmontanus.

Naſcitur in aſperis & petroſis, floréſque circa Ver & ipſo Vere. Hanc verò Ellebori ſpeciem, vt noxiam internis corporis partibus adhiberi non debere ſcribunt Tragus & Dodonæus Gall. qui *Lycoctonum primum* facit.

Præcedentem verò *Elleborum nigrum adulterinum hortenſem* ſiue *domeſticum* inſcribunt Tragus, Fuchſius & alij. *De Viribus in Appendice.*

SANICVLA, DIAPENSIA: Germ. Belg. & Angl. *Sanikel*: Gall. *Sanicle*: Ital. *Quinquefoglio maiore.*



Concinna ſunt Saniculæ folia, quæ à *radice* aſtringẽte, foris nigrâ, intus albâ, fibroſa, exeunt cum ſplendore virentia, rigida, ferè rotunda, quinquepartita, ſingulis ſegmẽtis ſubdiuiſa, quorum omnium pulchre crenę. *Caulis* cubitalis, enodis, læuis, in faſtigio diuiſus, *floſculos* ſuſtinet, tanquam in vmbellis exiguis conſertos, albos, quinquefolios, quos *lappula* excipiũt, veſtibus adhæreſcentes.

In ſyluis vmbroſis naſcitur, ac pingui gaudet glebâ, lætáque & humido ſolo. Floret Maio ac Iunio. Folia toto anno virens, nec Hybernum horrent frigus. *Plura in Appendice.*

BVPHTALMVM DODONÆI: ALIIS CONSILIGO tenuifolia.



Non abſimilis Hellebori *radici* limas fibroſa *radix*: *caules* aliquot proferens ſpithamæos, ſtriatos, tenues: in quibus folia tenuiſſime diſſecta, Eranthemi, quorundam. *Flores* pulchri, flaui, nullo excellente odore, ex foliis ſedecim oblongis, ſtriatis, acuminatis, circa mucronẽ nonnihil crenatis, compoſiti. In medio amœna plurimorum ſtaminum partim herbidorũ corona Capitulum circumſtat, oblongum, echinatum, vt in Ranunculis. Flori verò ſubſunt quina folia oblonga viridantia.

Prouenit in apricis & ſiccioribus collibus gramineiſque campis; floretque Aprili & Maio.

BVPHTALMI DODONÆI, SIVE CONSILIGInis tenuifoliæ, alia Icon.



Icones noſtræ ſunt ex iis quas ſculptas emimus, nec multùm placent, quapropter duas proponimus, vt quod in alterutra deſideratur, altera ſuppleat.

Conſiliginem Columellæ & Plinij eſſe volunt nonnulli, alij *Dioſcoridis Seſamoides minus* alij *Helleborum nigrum Ferulaceum*. *Elleborinẽ* Fuchſius. *Elleboraſtrum nigrum* Geſnerus hort. & Camerarius: *Buphtalmum Dodonæi* perplures.

Plurimum naſci in agro Pragenſi, teſtatur Manhiolus: circa Ienam in Thuringia, & Viennam Auſtriæ, Camerarius. Belgis hortenſe eſt. Floret Aprili & Maio.

STAPHYSAGRIA, PEDICVLARIA: Germ. *Leuſskraut*: Gall. *l'herbe aux poulx*: Ital. *Staphasaria.*



Hirſutum habet Staphyſagria *caulem*, cubito altiorẽ, teretem, in multos ramos diductum. In his *folia* longis hęrentia pediculis, ampla, viriginea, vnde toti plantę nomen comparatum, vel Ricini magnitudine & diuiſurâ digitatâ, piloſa. *Flores* pediculis frequentibus, tùm è foliorum ſinu, tum ex caulis faſtigio, tum ex ramis, nititis, inſident, ſingulis ſinguli, cærulei, è quinque foliolis hirſutis compoſiti: apicibus & ſtaminibus foliaceis medium tenentibus. *Semen* rugoſum, nigrum, anguloſum, vaida facultatis.

Pedicularia dicitur, quoniã pediculos & lentes enecat.

STAPHIDIS AGRIÆ ALIA ICON.



Staphidem agriam ſic deſcribit Dioſcorides. *Folia* habet, inquit, veluti Vitis ſylueſtris, fila i *cauliculos* rectos, molles, nigros: *florem* Iſatidi ſimilem, *ſemenque* in folliculis viridibus veluti Cicer, triangulare, aſperum ex nigro ſubfuluum, intus album, guſtu acre.

Plinius *Aſtaphiſagriam* & *Staphim* vocat, Galenus *Aſtaphim agriam*: Officinæ corruptè *Staphuſariam*. In Dalmatia, Apulia & Calabria frequentiſſimam eſſe ait Matthiolus: non habent verò frigidiores loci niſi in hortis.

Pruritus, ſcabiem & morbum pedicularem tollit Herba trita cum Oleo illita, inſperſiſque ſeminis pulueris. Eius grana decem vel quindecim craſſa per vomitus educunt. *Dioſcorides.*

EPIPACTIS SIVE ELLEBORINE VETERIBVS: Epipactis Matthioli.



Epipactis, referente Dioſcoride, ab alijs Elleborina vocata eſt: eſtque frutex paſillus, perquàm exiguis conſtans foliolis. Eadem fermè habent Plinius & Paulus. De Epipactide verò nihil habet Galenus. At eius meminit L. 9 cap. 1, Theophraſtus: potionibus ex Veratro albo, vt bene ſuccedant, Elleborinem addendam tradens.

Matthioli Epipactidem hîc pingimus, quam nonnulli pro ſigmento habent. Ridiculum verò prorſus quod adſcribit: ſe quidem neſcire num Elleborina ſit, ſed tamen Epipactida eſſe: perinde ac ſi dicat, incertum eſſe num ſit Helleborus, ſed tamen certum eſſe, eſſe Veratrum.

POLYRRHIZOS PLINII DALECHAMPII.



Radice eſt multiplici, nigrâ: *caulibus* multis, anguloſis, palmum altis: *folijs* Myrti, paulò obtuſioribus, per interualla geminis: *flore* pallido: *ſemine* in oblongis vaſculis. Gaudet aſperis. A radicum verò multitudine nomen obtinuit.

Polyrrhizos Plinij eſſe exiſtimatur. Quærit verò C. Bauhinus in Pin. *An ſit Ellebori nigri*, vel *Elleborina nigra ſpecies.* Sed vnde quæſo, illi ea ſuſpicio? Hiſtoria Lugd. cuius Figuram & Deſcriptionem mutuamur, aliam adhuc habet Polyrrhizon Dalechampii, quam latifoliam inſcribit, *nos* verò Ranunculum nemorum album eſſe exiſtimamus.

RICINVS, PALMA CHRISTI: Germ. *Wunderbaum*: Gall. *Palme de Christ*. Italis *Girasole*.



Ricinum, *Palmam Chriſti Cataputiam maiorem*, *Granum regium* & *Cataputiam maiorem*, inſcribunt vulgò Herbarij: *Ricinus* autem nomen obtinuit à ſimilitudine quã ſemen habet cum *Ricino*, liuido ac fœdo animali, quod canibus, bubus, capris, alijſque quadrupedibus adhæret, neque priùs decidit, quã planiùs ſanguine ſaginatum rumpatur.

Arborem eſſe dicit Dioſcorides paruæ Ficus magnitudine: *folijs* Platani maiore, læuiore & nigriore: *ramis* caudicibúſque cauis in Arundinis morem: *ſemine* in vuis aſperis, quod corticibus exutum Ricinum animal repræſentat: ex quo Oleum *nomine Cicinum* exprimitur, cibis fœtidum, lucernis emplaſtriſque vtile.

RICINVS MAIOR AMERICANVS, CVRCAS dictus, & Faba purgatrix Indiæ Occiduæ.




Hiſpanorum *Ficum infernalem* inſcribit Monardes, arborémque eſſe ait cùm fructu tum folijs Ricino ſimilem, ſed in maiorem altitudinem, ob ſoli vbertatem exceſcentem.

Tam mirificâ purgandi facultate præditum aiunt, vt dimidia vnius grani pars valentes ſupernè & infernè purgare valeat, variáque alia præſtare, aiunt.


Eſt autem *fructus Vulgaris* antè picti fructu paulò maior, nec maculoſum vt illud; cæterâ illi ſimile & nigrum. Sed triangula *ſiliqua ſemina* continens, non eſt tuberculis aſperis obſita, vt in Vulgari.

RICINVS PARVVS ORIENTALIS, DENDE dictus, & quibuſdam FABA PVRGATRIX.



Ricinus porrò Vulgaris (quod in Dioſcoridis deſcriptione deſideratur) *flores* longâ thyrſoeide caule ſurſum peculiari racematim cohærentes habet, è ſanguineis aureiſque ſtaminibus, quæ ternis è fructus rudimento emicant, conſtatiſque quibus mutarata *vaſcula* triquetra ſuccedunt, quæ *ſemina* claudunt oblonga, Ricini animalculi æmula, foris liuida & maculoſa, interiore medullâ candidâ. At præter flores ſunt in eodem thyrſo muſcoſa glomerata coloris herbacei nocamenta, quæ nullo relicto fructu tandem marceſcunt. Radix ſimplex, longa, craſſa, dura, candida, crebras circumcirca fibras emittens.

FABÆ PVRGATRICES CARTHAGINENSIVM; *Dende* Serapionis, & *Albelmeluch* Mauritanorum.



Harum Fabarum varias Icones tum in hac tum in præcedentibus Tabellis ex Imperato tradimus. Eas ad Dende Serapionis & Mauritanorum *Albelmeluch* referendas cenſent nonnulli; Carthagini verò prouenire tradit Monardes.

Vulgarem verò Ricinum ſponte in Ægypto naſci author eſt Matthiolus. In noſtris regionibus ſeritur in hortis, non modò ad ſpectaculum, verùm etiam aduerſus Talparum iniuriam, quas ferunt Ricinum fugare. Floret Æſtate, atque in calidis regionibus in multos raſtat annos, & in magnam exceſcit altitudinem.

RICINO SIMILIS FRVCTVS: BRAVVAI, Ricini puſillum genus, ex Guinea aduectum.



Inter Exoticos Fructus qui ex Orientali India ſuerunt aduecti, ſuit & hic, qui in multis Ricinum vulgarem æmulabatur, 4. Cluſio dictus.

Eſt autem *Ricinus vulgaris* calidus & ſiccus in tertij ordinis principio. Pituitam, aquas in abdomine collectas, ſeroſos ab articulis humores, atque bilem, athrees & violenter cum magna naturæ perturbatione, ſtomachique ſubuerſione, ſurſum deorſúmque exturbat: ſeménque potiſſimùm accerſitur in vſum, quod tamen, niſi debitè correctum ſit, exhibere religio erit. Vtendi & corrigendi modum norunt Pharmacopœi & Seplaſiæ.

TOXICVM, THORA, ACONITVM: Germ. *Wolfsbeern* Gall. *Aconit*: Ital. *Aconito*.



Duo ſunt Dioſcoridi Aconiti genera; Primum *Pardalianches* dictum: & Alterum Cynoctonum vel Lycoctonum appellatum, cuius recenſus tres facit ſpecies.

Thoram Cyclamini folio hic pingimus, *Tauram*, *Tuliam*, *Doram* ac etiam *Tauram Valdenſium* dictam: ac quam *Primum Dioſcoridis Aconitum* eſſe exiſtimarunt nonnulli; An ſit dubitante Geſnero. Eam verò ad Ranunculi genera referente Cluſio.

In Alpibus & Allobrogum Heluetiorúmque montibus, ac apud Valdenſes, nec non in Baldo Italiæ monte reperitur, floréque Iunio, & ſemen Iulio maturat. Copioſam obſeruauimus Nos in monte *Iura* ſupra Lauſannam.

THORA APVLA, FOLIO ALCHIMILLÆ, ASPERO & maculoſo, *Tabernæmontani*.



Duplex vulgò ſtatuitur Thora, *Maior* & *Minor*: Maiórque foliorum exortu & numero variat: vario enim præditum eſt, vel à 3. 4 quintúmue ad ſummum, iiſque vel ſtatim à radice, vel in caule naſcentibus.

Tabernamontanus in *Marem* & *Fœminam* diſtinguit, huicque 4. folia, illi duo magna aſſignat. Cæterùm *Caulem* habet Thora ſingularem, palmarem, iunceum: cuius ſummo inſidet *flos* vt plurimùm vnicus, Ranunculi & figurâ & colore luteo: nec diſſimilis Ranunculorũ echino *Capitulum* è ſeminibus coacervatis conglobatũ. *Radix* Aſphodeli radicum æmula. Copioſam in monte *Iura* obſeruauimus, tum vno folio, tum duobus & pluribus.


ANTHORA ſiue ANTITHORA: Germ. *Giffiheyl*: Gall. *Anthore*: Italis *Anthora*.



Caule eſt cubitali, ſingulari, rigido, anguloſo, ſubhirſuto: cui *folia* alternatim adnaſcuntur, Napelli æmula, tenuiùs diſſecta, & ſplendoris illius expertia, auerſâ parte albicantia, ſapore amaro prædita, Nigellæ quadantenus ſimilia. *Flores* non ingrato odore prædíti, cucullati, & rictu hiãte Napelli penitùs, excepto colore, qui huic ex flauo palleſcens. Corniculata *ſeminis* vaſcula itidem conſimilia. *Radix* ex bulbis oliuaribus conſtat, foris fuſcis, intùs albis, guſtu amaris, fibratis.

Aconitum ſalutiferum vocant nonnulli, *Zedoariam veram Arabum* alij: *Herbam Napello ſimilem*, eiúſque veneno repugnantem, Auicennæ, alij: *Anthoram* pleríque omnes.


ANTHORÆ, SIVE ANTITHORÆ ALIA ICON.



In Rhæticis, Sabaudicis & Heluetiis alpibus plurima prouenit Anthora: vt & in Galliæ Ciſalpinæ & Liguriæ iisdem montibus. Colitur etiam in hortis, & facilè ex radicibus prouenit: at ex ſemine rarò ante triennium oritur. Floret Iulio & ſemina Septembri maturat.

Duplicem faciunt Tabernamontanus & Camerarius, *Vulgarem* flore luteo, & *rariorem* flore cæruleo vel purpureo. Obſeruauítque etiam idem Camerarius, non vniuſmodi eſſe radicum figuras: alias enim ſingulare tuber habere, alias geminas cohærere: eſſéque vel turbinatas vel oblongas. ac nonnunquam triplices, nonnunquam verò Scorpionum imaginem imitari, vt Nos duplici Icone exprimere annitimur.

ANTHORÆ ALIA ADHVC ICON.



Perniciosa plurimùm & venefica Thoræ vis, vt pote quæ Napelli excedere fertur malitiâ. Minimè verò mortiferum eius venenum ſi bibatur: ſed ſemihoræ interficere dicitur ſpatio, vulnus telo in eius ſucco intincto factum.

Bene verò humano generi conſultum voluit diuina prouidentia, Antithoræ dono. Præſtant enim, referente Matthiolo, Anthoræ radices, non ſolùm ad epotum Napellum, ſed ad extera etiam quæcunque venena, necnon ad viperarum & reliquorum venenoſorũ morſum. Auxiliantur in omnibus cordis affectibus, petechialibúſque febribus, peſtilentibus. Sed cauendum plurimùm ne pro Antithora ſumatur Napelli vel Aconiti ſpecies aliqua.

Aconitum lycoctonum: Germ. *Wolfſvvurtz*: Gall. *Eſtrangle Loup*: Ital. *Aconito per ammaſſar Lupi*.



Hoc eſt Aconitum alterum Dioſcoridis, *Lycoctoni* & *Cynoctonum* dictum: cuius etiam tres faciat ſpecies, hic pictum ad *Tertiam* referunt. quam *Ponticam* vocari eſt, *foliáque* habere Platani. ſed inuig·ore, nigriora & crebriore diuiſurâ: *caulem* Filicis pediculo ſimilem, nudum, cubitali altitudine: *Semen* verò in *ſiliquis* oblongis recondere, ac *radic bus* tandem eſſe in Squillæ marinæ modum nigreſcentibus.

Addemus *Nos*, Doctorum fermè omnium calculo, *floribus* eſſe luteis, & ex Camerario, duplicem eſſe hanc ſpeciem: *Maiorem* ſcilicet & *Minorē*, Lupariámque per excellentiam appellari.

Aconitum magnum, Napellus: Germ. *Blavv Eiſenhutlein*; Gall. *Napel*: Ital. *Napello*.



Ad trium cubitorum humanáque altitudinem aſſurgit, teres, purpuraſcente, rigido, fractúque contumaci *caule*. qui in ramos diductus ſingulatim gerit *florum* ſpicam, cæruleorum, & *cucullo* ſolia reliqua, quaterna numero, obtegentium. Hos verò ſequuntur ſingulatim tria ferè Aquilegiæ *Corniculа* ſemina plena. *Folia* alterna ſita ex vncialibus pediculis, atro virore nitentia, Aconiti Lycoctoni vulgaris folijs maiora, atque in crebriores anguſtas lacinias multum diuiſa. *Radix* Napi parui magnitudine, nigra, fibras è lateribus producit, ſæpe & alios Napos collaterales habens. *Plura in Appendice*.

Aconitum Napello simile, sed minus, cæruleum, præcocius.



Inuenitur in Teucicis montium iugis, in quibus floret Iulio: in cultis verò multò maturiùs, imò reliquis Lycoctoni generibus præcocius: eſtque Napello adeò ſimile, vt difficulter ab eo diſtinxeris.

Vulgare verò antè deſcriptas *Napellus* in alpibus Ananiæ & Rhætiæ, necnon alibi, tum in montibus, tam in planis, altioſis locis, nullo ſerente, naſcitur: Æſtatéque floret, ſemen Auguſto maturans.

Montbelgerdi ſpontè copioſè prouenit inter Pontem *Vaudancourt* & *Dampierre* in dumetis. Habetur & in hortis. Tres verò eius incogniti ſpecies ſcribit Tragus, *Maximam, Minorem & flore luteo*.

Aconitum lycoctonum caeruleum calcari magno.



Reperiri in nonnullis Sileſiæ montibus retulit Crometus: Vidimus verò Nos in Bernenſium ditionis quibuſdam alpibus.

Eſt autem vis & facultas Napelli & homini & quadrupedibus multis perniciosa, breuique tempore extinguit. Caueant igitur ſibi mortales ne breuis florum elegantia, graui diſpendio venenu radicum compenſetur. Calidus porrò & ſiccus eſt Napellus in quarto ordine, teſte Dodonæo.

Napellum autem Auicennæ & Arabum eſſe ſpeciem Aconiti, apud omnes fermè in confeſſo eſt.

Aconitum lycoctonum Napello simile, folijs latioribus, flore purpureo.



Creſcit hoc in montis *Nonberg*, Ducatus Stiriæ, iugo, ad Vaccarum iſtic æſtiuis menſibus paſcentium ſtabula. Floretque paulò poſt Vulgare, videlicet Iulio.

In altiſſimis verò montiū vallibus naſcitur vulgare Aconitum lycoctonum: Auſtriæ præſertim Pannoniæ & Heluetiæ: necnon in Hercynia ſylua. In omnibus fermè Italiæ montibus prouenire ſcribit Matthiolus: in montibus cæduis, vbi graminum maxima eſt luxuries, Thalius: in montium petris & rupibus terrâ tectis, Geſnerus.

Aconitum lycoctonum coma nutante, maximum, flore cæruleo.



Venenata ſunt omnia Aconitorum genere, & ſucco ſeptimis radicis nocent, qui non ſolùm aſſumptus certiſſimum homini brutiſque venenum eſt, ſed & telis & ſagittis illitus lethalia vulnera infligit. Imò, teſte Parzo, ſolo odoratu mures interficit: &, vt Plinius lib. 27 cap. 2. refert, tactis fœmineι ſexus animalium genitalibus, eodem die mortem infert. Eſtque forte id Ycornum, quo, eodem Plinio teſte, *Calfurnius Beſtia* dormientes interimebat vxores. Calidum & ſiccum in quarto gradu faciunt Scriptores, vnde tranſſum linguam & fauces adurit. *Plura in ſequentibus*.

ACONITVM LYCOCTONVM FLORE DELPHINII, Dodonæi.



Proceris inſtar Napelli, aſſurgit *caulibus*: *Folia* variè ſimiliter & crebérrimis inciſuris diuiſa. *Flores* ſecundum caules ſuperiùs veluti in longam compoſiti ſpicā, è puniceo ac obſcuriore colore purpuram æmulantur, formâ ferè Floris regij *Siliqua* & *ſemen* vt maioris Lycoctoni lutei. *Radices* oblongæ, craſſæ, paucis adhærentibus filamentis.

Hic autem annotabimus, quod mirum, nec imperitò, videtur Plinio: Aconitum ſcilicet Scorpionum ictibus aduerſari. Cum eo, inquit, ſolo colluctatur, veluti pari intùs inuento. Sola hæc pugna eſt, cùm venenum in viſceribus reperit: mutùmque, exitialia per ſe ambo cùm ſint, duo venena in homine commoriuntur, vt homo ſuperſit.

ACONITVM LYCOCTONVM FLORE MAXIMO, coloris è cæruleo purpurei.



Sponte prouenire ait Cluſius in *Iudemberg* altiſſimo totius Stiriæ monte, ac florere Auguſto. *Nos* Montbelgardi habuimus in S P. borta, vbi cum præcedente florebat ſub extremum Iulium.

Sumpto autem Aconito caput valde perturbatur, & ſequitur eius grauitas, vertigo, muſculorum temporum conuulſio, deliria, tremor, lachrymæ inuoluntariæ, oculorum rubedo, laterum dolor, pectoris grauitas, ſpirandi difficultas, circa pilorum morſus, flatus in inteſtinis copioſi, totius corporis tumor, tandémque, niſi citiſſimè malefica vis eius iam frangatur, mortem affert.


ACONITVM LYCOCTONVM FLORE CÆRVLEO, galeâ elatiori, radice bulboſâ.



Præter fibras quib9 ſubinde radicatū terræ hæret, bulbos gerit turbinatos, è quorum baſi fibræ aliæ exeunt. *Folia* ex *caule* alternatim producuntur mediocri amplitudine, quæ in quinque profundas lacinias, tuſſum leuiùs ſubdiuiſas, conſcinduntur, ſplendenti virore prædita, ſubhirſuta. *Flores* galeati, rari, Caſſidem longam exigūt, colore cæruleo.

Adeò maligna porrò eſt vis Aconiti, vt niſi ſtatim ſuccurratur, hominem ſubitò interficiat, & quidem vnius diei ſpatio, vnde Plinius Aconitum omnium Venenorum ocyſſimum eſſe ſcribit. Nonnulli tamen Napellum adhuc nocentiorem eſſe ſtatuunt: plantáſque adhuc magis venenatas habet India.

ACONITVM RACEMOSVM: NAPELLVS RACEmoſus; Chriſtophoriana quibuſdam. An Actæa Plinij?



Chriſtophoriana dicta herba, *radice* eſt craſſiuſculā ſubnigrā, fibris donatā. *Caules* ſeſquicubitales, teneri, tenues, teretes, geniculati. *Folia* ampla, oblonga, acuta ſplendentia, multifariam profundè inciſa. *Flores* racematim diſpoſiti, candidi, ex folijs quinque caducis compoſiti, intra quæ *ſtamina* cādida, herbido nonnunquam *apice*. Iiſque *baccæ* ſuccedūt, oblongæ, per maturitatem nigræ, in vuæ modum cohærentes.

Plæriſque Germaniæ, ac circa Rhenum Moſámque locis, in ſylnis præſertim montoſis, occurrit, & floret Maio.

Aconito autem aſſumpto ante omnia procurandus vomitus, deinde Alexipharmacis eius malis occurrendum.


TITHYMALVS, ESVLA: Germ. *Wolfs Milch*: Gall. *Tithymale, Herbe a laict*: Ital. *Tithymalo.*



Tithymali genera tria tantùm habet Theophraſtus. Dioſcoride verò, Plinio, Galeno & Apuleio authoribus, ſeptem ſunt: *Characias*, ſiue Maſculus: Myrtites, ſiue Fœmina: Paralius: Helioſcopius: Cypariſſias; Dendroides: & Platyphyllos. Pluréſque adhuc, vt ex ſequentibus patebit, contrantur hodie Tithymalorum *Species & Differentiæ.*

Tithymalum Cypariſſiam hic pingimus, quem ſæpiùs alunt ſepes & pratorum margines, ac nonnunquam etiam agri inter ſtipulas, demeſſis ſegetibus: quemque habent etiam nonnulli in hortis. Inſignitèr autem variat pro anni tempore, vnde fit vt in eo delineando non parum varient Scriptores.

TITHYMALVS MINIMVS ANGVSTIFOLIVS annuus; Eſula exigua.



Palmaris aut ſemipalmaris eſt plantula: radiculā nitens tenui, tres aut quatuor vncias longā. *Caules* & ramuli foliolis ſtipant ſemiſſicia, vnciæue trientem, longis, ſemiculmū latis, crebris, ſurſum ſpectantibus, lacte turgidis. *Floſculi* herbidi, & pericarpium triquetrum, Tithymali Cypariſſiæ, ſed multo numeris minus.

In ſegetibus Gallo-Belgij & Angliæ, ſæpiùs Æſtiuo tempore reperit Lobelius Tragus in agris à Meſſe, Autumnali tempore.

A ſucco porrò quo turgent hæc, cum reliquis cunctis turgent differentiis, *Herbæ lactariæ* nomen commune factum eſt omnibus Tithymalis.

APIOS SIVE ISCHAS.



Faciliùs è *radice* eſt *Apij* cognitio, quæ quia oblonga, turgida, roque Pyri modum turbinata, plantæ nomen fecit. Eam Napi radici rectè comparaueris. Ex illius verò capite *ramuli* aliquot exeunt palmo breuiores: *folijs* ſatis frequentibus amicti, Eſulæ rotundæ ſeu Pepli, at minoribus, ex anguſto principio ſenſim dilatatis, perque extremum rotundis.

Tithymalum tuberoſum, & *Tithymalum tuberoſa radice*, inſcribũt Tabernamontanus, Caſtor. Dodonæus, Lat. Cluſius & alij. *Apion* Matthiolus, Anguillara, Dodonæus Gall. Lacuna & Hiſtor. Lugd. *Apion verum* Geſnerus & Lobelius.

APIOS SIVE ISCHAS ALTERA, CLVSII.




Præcedens Icon noſtra ex empiricis eſt, nec in omnibus placet. Aliam verò hic ex Cluſio ſubijcimus, quam ille Apion alteram inſcribit: C. Bauhinus Tithymalum tuberoſũ oblongã radice.

Ischas etiam dicitur Apios, quòd ἰσχὰς, id eſt, Caricam ſeu Ficum aridam referat: à tuius figura χαμαιβάλανος appellationẽ etiam obtinuit.

Naſcitur autem Apios in montoſis & aſperis, necnon etiam in herboſis, authore Plinio. Superior porrò radicis pars aſſumpta vomitione bilem pituitámque extrahit, inferior per aluum. Tota verò ſumpta, vtraque parte purgat.

CHAMÆSYCE DIOSCORIDIS ET PLINII.



Gracilem *radiculam* habet, longitudine circiter palmari, fibris aliquot tenuiſſimis donatam: *ramulos* pedales, in alas ſubdiuiſos, rubentes, ſubhirſutos, ad terram procumbentes: quibus ad *genicula* adnaſcuntur *folia* coniugatim oppoſita, ſubrotunda, quà terram ſpectant rubentia, ſupernè viridantia, cum purpurea vt plurimùm in medio nota. *Floſculi* ad ramulorum diuaricationes inter folia emicant purpurei; latitantque ſub folijs *Pericarpia tricocca*.

In aridis, ſqualidis petroſiſque locis naſci ſcribũt Plinius & Dioſcorides. Nuſquã in Germania apparere ſcribit Lobelius: ſed in Galliæ Narbonenſis aridis & ſabuloſis plurimam reperiri.

TITHYMALVS HELIOSCOPIVS, SIVE SOLISequus: Eſula vulgaris nonnullis.



Breuis huic, & plærumque ſingularis, *caulis*, modicè hirſutus; *folia* Portulacæ, minùs tamen rotunda, ex viridi luteo, in ambitu nõnunquam crenata, aliàs non. *Surculi* è caule ſummo nati, *vmbellam* quodammodò efficiunt *flores* ſuſtinentes exiguos, herbidos, Myrtiuum facie, petraios. *Semen* in pericarpiis triquetris. *Radix* ſingularis, fibroſa.

Helioſcopij appellationem obtinuit, quoniam capita cum Sole circumagit. Cunctis porrò Gentibus familiaris eſt in cultibus, campis incultis, ruderibus, ac circa Oppidorum mœnia: in hortiſque ipſis nonnunquam etiam moleſtus.

PEPLOS SIVE ESVLA ROTVNDA: ET DE PEplide: *Exugium matutinum* Ruellij.



Pro *Peplo* & *Peplide* vnam tantùm damus Iconem, nec inſufficienter fortè, cùm vt nomine, ſic etiam effigie altera alteram præ ſe ferat, colligantúrque, reponantur, ſtudiantur & exhibeantur, vno eodémque modo, ac iiſdem ſint præditæ viribus.

In eo autem potiſſimùm videntur differre, quòd Peplis in mediterranei maris littoribus natales quærat ſuos: apud Septentrionales verò minimè habeatur, niſi in hortis, vt nec in Oceani littoribus. Peplos verò in Germaniis & Galliis paſſim vbique proueniat circa ſepes, hortorum margines & in vinetis.

A Scriptoribus tamen ſeparatim traduntur & pinguntur diſtinguntúrque vtraque in *Maiorem* & *Minorem*, quod per Nos licet.

PITYVSA: ESVLA MAIOR: TITHYMALVS platyphillos Fuchſij, & Tith. Strictophyllos.



Platyphyllon Tithymalum Fuchſij quem hîc pingimus cum *Pityuſa* & *Eſula* maiore, eandem eſſe plantam contendunt nonnulli. an verò ſit dubitat Lobelius. Videtur porrò Fuchſius plantam exprimere primò prouenientẽ, atque antequam vmbella ſit ramoſa.

Duplex autem obſeruatur, *Maior* & *Minor*, cui folia hirſuta.

In agris & circa dumeta prouenit, ac ad ſabuloſas fluminum crepidines. Auguſtóque & Septẽbri flores, & cùm prodit initiò Veris folia ſanguineis guttis aſperſa conſpiciuntur.

Peplus de qua modò agebamus, à ramulorum ambitu & quaſi rotundo cælum ſpectante, terramque operiente, amiſſo, nomen obtinuit.

TITHYMALVS SYLVATICVS TOTO ANNO folia retinens: Tithymalus dendroides.



Abundat hic in Hiſpania, Gallia, Helvetia, ac reliqua Germania, in vmbroſis ſyluoſis locis: & primo Vere floret: Genevæ abundat circa montem Saleuę,& pontem d'Arue: nec non Baſileæ prope *Krentzach, Dornach* ac *Muttets*.

Tithymalum dendroidem, vocant Cordus & Geſnerus hunc. Dendroidem verò Tithymalum ſic deſcribit Dioſcorides: Naſcitur in petris, ait, foliuſſúque eſt in cacumine, denſámque ſpargit *comã*, ſucco lacteo prægnans, ſubrubentibus *ramis*, *folijs* circa ipſum Myrti, tenuioribus: *ſemine* Characiæ.


TITHYMALVS AMYGDALOIDES, SIVE Characias, id eſt, Vallaris.



Tithymalorum Maſculus, *Characias* vocatur, ait Dioſcorides: ab aliquibus *Comatus*, atque etiam *Amygdaloides*, à foliorum forma: ab aliis *Gobius*. Porrò ſunt huic *caules* ſupra cubiti altitudinem, rubicundi. *Folia* circum ramos Oleæ, ſed longiora. *Radix* craſſa & lignoſa. In caulium cacuminibus *coma* pendet iunceorum virgultorum. ſub qua cauæ quædam peluibus aut alueolis ſimiles: ac in iis *ſemen*.

Abundat Monſpelij in locis ſaxoſis,&, teſte Cluſio, in Hiſpaniarum aſperis & montoſis, vix alibi ſponte proueniens obuius.

TITHYMALVS VERRVCOSVS.



Plures huius *radices* tenues, in vnam tandem coëunt, digiti craſſi adius, lignoſam, pedalem, cortice externè nigro, internè albo. *Virgæ* multæ, lentæ & fractu côtumaces, tenues ſubrubentes, pedales, alternatim adnata *folia* ſuſtinent, vnciã longiora, ſemunciam ferè lata, tenui lanugine, magis tamen infrà quàm ſuprà obtecta: interdum rubentia. *Flores* in vmbella flaueſcunt; quibus ſuccedunt *Capitula* rotunda, criſpo ceu arenularum minutiſſimarum congeſtu, aut verrucarum inſtar, aſperata: quę matura vbi ſe ſpectant, in tres partes diuiduntur, in quibus terna *ſemina*.

In aridis & ſabuloſis prouenit.

TITHYMALVS SERRATVS DALECHAMPII.




Cubitali *caule* prędirus eſt, per quem *folia* vncialia, alia culmo latiora, alia etiam minùs lata, plæraque non acuminata, ſed ſubrotunda, denticulis per ambitum crenata. *Flores* acetabulorum cauo inſidentes muſcoſi, lutei. *Capitula* maiuſcula, triquetra, ex tenui pędiculo, Myrſinites ferè paria.

In Icone noſtra non bene repræſentantur ſerratuię nimiúmque acuta pinguntur folia.

In Narbonenſi agro frequens eſt, nec alibi temerè reperitur.

TITHYMALVS MYRSINITES, ſiue MYRTITES.



Ramis dodrantalibus craſſiuſculis per terram maximâ ex parte funditur: quos ſerie quadã ambiunt *folia* Myrti, pinguiuſcula, colore glauco prædita, in acumen deſinentia. Ramorum extrema in ſurculos abeunt indidem ortos, pyxidata *folia* rotunda tranſadigentes, vmbellatim diſpoſitus; quibus inter folia inſident *flores* colore herbido: Pericarpia triquetra.

Myrtitis aut Myrſinitis cognominationem à foliorum cum Myrto cognatione habuit. Creſcit ſua ſponte in nonnullis Italię montoſis locis: *Nos* verò nuſquam niſi in hortis vidimus.

Eum verò nunquam viſum exiſtimauerim Matthiolo & Lacunæ, tam ridiculè, vel iudice Lobelio, pingunt.

TITHYMALVS PARALIVS.



Naſcitur in maritimis, ait Dioſcorides, *ramis* ſubrubentibus: palmum altis, quinis ſeniſue à radice exeuntibus. *Foliis* Lini, anguſtis, paruis, oblongis, in verſus quoſdam digeſtis: *capite* in cacumine orbiculato, in quo *ſemẽ* vt Eruum vario colore emicat: *flos* albus, &c.

Non modò in Italię & Hiſpaniæ, ſed & in Hollandiæ, Zelandiæ, reliquáque inferioris Germaniæ maritimâ orâ, locis incultis, aridis & præaltis prouenit. In hoc tos tranſlatus rarioribus eſt foliis.

ALYPUM MATTHIOLI TITHYMALIS affine.




Alypum, authore Dioſcoride, ſurculoſa herba eſt, ſubrubra: gracilibus *ramulis*: tenuibus foliis: *flore* molli, leni & copioſo: *radice* Betæ, tenui, refertâ acri ſucco. Gignitur in maritimis, ac plurima in Lybia: Semen atram bilem dejicit, verùm inteſtines exulcerat: *Sic ille.*

Quantùm verò hallucinatus ſit Coldenbergius, in eo quod in Diſpenſ. Cordi, ſupra Diacaſt. herbam quæ Alypi nomine hodie cognoſcatur, affabrè Matthiolum depictam exhibere dicit, oſtendit Dalechampius.

Nos plantam cuius Figuram hic exhibemus, Stutgardia à Doct. Schvvartzio accepimus.

ALYPUM QUIBUSDAM, SIVE ESULA rara, flore purpureo.



Seſquicubito lõgiores profert *caules*, nõ ſine ramis frequentibus & longis: per quos *folia* Lentiſci vel Glycyrrhizæ, oblonga, per extremum obtuſa, glabra, eminentibus obliquis crebris neruis in margines exporrectis diſtincta, coniugatim ex modicis interuallis breuibus pediculis donata. *Flores* è ramorum cacumine pendent, in racemulos congregati ſinguli, oblongi, nolę exiguę formâ, colore purpuraſcente. *Radix* vel ſimplex & ſatis craſſa. Lac ex omnibus partibus acre & feruidum Tithymalorum more fundit.

Non alibi quàm littoribus & Inſulis ſinûs Adriatici reperitur, & in Lio Inſula exigua. *An Turbith Antiquorum?*

TITHYMALUS APHYLLOS.



Caules recti, nudi, quales Sparti aut Geniſtæ, aut certè pauciſſimis *foliis* donati, circa Veris & Autumni medium, cum *floribus* in ſummitate pallidis, qui breui decidentes cauliculos nudos relinquunt anni reliquo. Intra floſculos Autumnales *ſemen* latitat.

Frequens eſt admodum hęc planta in maritimis Africæ: apud Nos facilè non prouenit. Ex ea verò Lac abundanter exſtillat, colore albo, ſaporéque acutiſſimo & quaſi cauſtico.

Æthiopes hac plantâ ſiccatâ, & in puluerem redactâ, vtuntur in condimentis, ſicut Nos Pipere: exiſtimántque quidam eſſe *Xabram* & *Camarronum* Rhazis. De Tithymalis plura *in Appendice.*

LATHYRUS ſiue CATAPUTIA MINOR: Germ. *Spring kraut*: Gal. *Eſpurge*: Ital. *Lathyri*, *Cacapuzza.*



Lathyris, quòd lacteo turgeat ſucco, & iiſdem penè viribus quibus Eſula polleat, Tithymalorum familię à cõpluribus accenſetur: at teſte Dioſcoride, Tithymalus à nonnullis appellatur.

In hortis ſemel ſata, ſemine quotannis ſe propagat, etiam Hyeme virens: primóque anno fructum non fert. In agrorum Anglię & Gallię marginibus occurrit: eſtque apud Inſubres frequentiſſima, ad Rhenum etiam ſpõtè variis locis pullulans. Floret Æſtate, ſeménque Auguſto & Septẽbri maturat. Prout autem adultior vel iunior eſt latiora vel anguſtiora habet folia, vnde à Tabernamõtano duæ proponuntur Figurę. *Plura in Appendice.*

DE TURPETHO, SIVE TURBITH.

Turpethum cuius generis ſit planta, maximè inter rei Botanicæ Scriptores controuertitur. Meſue *lactariam ferulaceámque plantam* nominat. Serapio & Auicenna, quamuis nullo commendetur odore, nec guſtus acie videatur, *Tripolium* tamen eſſe exiſtimarunt. Actuarius modò *Pityuſa* radicem dicit, modò *Alypum Dioſcoridis*. *Tithymali Myrſinitis* radicem eſſe putat Braſſauolus: ſed quorum Myrti folia à foliis Ferulæ differant qui neſciunt, rei Herbariæ peritos conſulant. Fuchſius *Thapſia radicem* eſſe voluit: ſed Thapſia lacteo ſucco non turget, quod tamen de Turpetho traditur. Nonnulli *Scammonia Antiochena* radicem eſſe crediderre. Diuerſam opinionem mordicùs tenet Garcias: *Plantam eſſe* ſtatuens radice nec magnâ nec longâ: *caule* Hederæ modo per terram extenſo, digiti craſſitie, duos vel tres palmos longo: ac *folijs* tandem Althææ, vt etiam floribus, iiſque candidis, & nonnunquam rubentibus. Sicque quid ſit *verum Turbith* adhuc ambigitur. Vtut ſit, nulla tamen eſt Officina in qua Turbith iis notis inſignitum, quas optimo tribuit Meſuæus, non inueniatur. *Gummoſum* ſcilicet, *album*, *vacuum*, *arundinoſum*, *cortice tenuiore & plana*, *fracta facile*, &c. Eſt autem, ſecundum eundem Meſuem, aliud *hortenſe* & aliud *ſylueſtre*: atque vtrumque vel *magnum* vel *paruum*: *album*, *flauum* vel *nigrum*.


Calidum porrò & ſiccum ſtatuitur in tertio ordine, variáſque præſtat vires: vnde etiam Fallopius: *Turbith*, inquit, non habet minorem vim quam habet *Scammonium*. Sed quia non eſt in vſu ſuccus ipſius, vt eſt in vſu ſuccus *Scammonij*: at eſt in vſu radix: idcirco videtur habere minorem vim, quàm habeat Scammonium: Veruntamen ſi conferatur ſuccus ſucco, & radix radici: profectò Turbith non habet minorem vim, quam habeat Scammonium. Vnde aliqui volunt Turbith eſſe dictum à turbando. Sed decipiuntur, quoniam dicitur Turbith ab Arabibus quaſi Turpethum, ſumpto nomine à Græcis recentioribus, & præſertim ab Actuario, qui vocat Hos Medicamentum nomine *Turpethi*.

CLASSIS XXXIV. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ
STIRPIVM
CLASSIS XXXV.

HERBÆ CRASSIFOLIÆ ET SVCCVLENTÆ.

PORTVLACA, ANDRACHNE: Germ. *Burtzel*, *Burtzel kraut*: Belg. *Porceleyne*: Gall. *Pourpier*, *Pourcelaine*; Ital. *Purcellane*,



De *Portulaca arbore*, vt & de *Portulaca fruticoſa*, ſiue *marina*, actum antè in Claſſe 8. hic autem de *Portulaca herba* ſermo,

Eius duo ſumma genera, *Satiuum* ſiue *Maius*, cui latiora folia, craſſióraque & procerior caulis: & *Syluestre* ſiue *Minus*, quod humi repit, minoribúſque eſt, tenuioribus ac crebrioribus, foliis.

Portulaca hortenſis quam hic pingimus, ſimplici ferè eſt *radice*, cui paucæ fibræ appenſæ, ac progreſſu temporis ligneſcente. *Caules* plures, pedales circiter, teretes, ſubrubentes: *folia* incandita, ſucculenta, ſaporis ſubacidi: inter quæ oriuntur *floſculi* lutei, ſtellati, *apicibus* concoloribus: iiſq; ſuccedunt *pericarpia* rotunda, *ſemen* continentia puſillum, pullum.

PORTVLACA SYLVESTRIS MINOR: SIVE ſpontanea.




Paſſim in hortis & vineis naſcitur, multis partibus minor quàm Satiua, vnà terræ appreſſa, aut humo iacens. *Radice* autem eſt vnà ſurculâ, fibris & ramis ſucculentis multifidis. *Folia* vngui digiti minimi ferè paria, ſucculenta, craſſa, atrorubentia: *flores* puſilli & muſcoſi.

Portulacam *ſyluestrem*, *aruenſem*, *anguſtifoliam*, *minorem* & *ſpontaneam* ſcribunt vulgò Herbarij.

Primo Vere reperitur in agris frumentarijs. Satiua verò in hortis ſeritur Martio & Aprili, Iunióque ac deinde in Autumnum vſque viget ac viret.

Refrigerat porrò Portulaca in tertio exceſſu & humectat in ſecundo: mobiles dentes ſtabilit commanducata, & eorum ſtuporem tollit, *Plura in Appendice*.

CEPÆA: Germ. *Cepeen kraut*, *Welſch harnkraut*: Gallis & Italis *Cepaa*.




Spargit per terram *folia* ſucculenta, Portulacæ ſimilia, minora, ſubrotunda: atque alta per *caules* cubito proceriores ramoſos, ex oblongo per extremum rotunda. *Flores* parui, albicantes, vocialibus pediculis nixi. *Radix* obliqua, gracilis, breuis, multis fibris capillata.

Cepæam inter eas plantas refert Ruellius quę Portulacæ effigie folia faciunt. Sic Portulacæ ſimilem dixêre etiam Dioſcorides, Plinius & Paulus. at nigriora illi tribuût folia. Eius verò in ſimplicium cenſu non meminit Galenus.

Spontaneam vidimus Lugduni *au bois de la bonne Allemande*, cultam verò in variis hortis: ignotá nq; Matthiolo fuiſſe miramur. Folia cum vino pota vrinæ ſtillicidio, veſicæque malis, auxiliari, apud Dioſcoridem legimus,

RHODIA RADIX: Germ. *Roſen Wurtz*: Gall. *Racine ſentant la Roſe*: Ital. *Rhodia radice*.



Tuberoſâ *radice* nititur; quam à Roſarum conſimili odore ſaporéque Rhodiam appellant, foris in fuſco ſplendente, intùs albâ, fragili, roſeum odorem halante. Vnà ub vna radice plures oriûtur tenues, numeroſo foliorû mine densè ſtipatæ, ſubſtâ & poſitu Telephij vulgò c ẽti, anguſtorum, oblongo acuminatorum, & circú qae ſerratorum, colore eũ, excepto mucrone purpuraſcẽte, ſapore adſtrin Flores in vmbella ge pallido rubeſcentis quibus ſuccedunt ſiliq tra reflexæ, ſemen cont tes minutum oblonga. & paleaceum.

Naſcitur in altiſſimorum môtium rupibus, ſaxoſis præruptíſque locis: vbi vix tantum terræ circum habet, vt illi inhærere poſſit, tranſferturque etiam in hortos. *Plura in Appendice*.

Ana

ANACAMPSEROS, CRASSVLA: Germ. *Wundtkraut*; Gall. *Repriſe*, *Graſſette*: Ital. *Faba graſſa*.



Pedalis & altior eſt Anacampſeros: *caulibus* rectis, teretibus: quibus perquàm crebra adnaſcuntur *folia* ſurrecta, ſucculenta, Portulacæ folijs longiora, colore glauco, rubedine aliqua ſubinde perfuſo, crenata, & nonnunquam integra. *Flores* in vmbellas digeſti, albi, quinque folijs conſtantes. *Radix* ſubeſt tuberculis glandoloſis ſtrumoſa: nulla verò nec odore nec ſapore excellit.

Faba inuerſa dicta eſt, quia radix ima innumeris tuberibus ſcatet, quæ Fabarum æquant magnitudinem.

Variat folijs vel integris & ſubrotundis, vel oblongis & integris: ijſque denſioribus vel rarioribus: ac florum etiam colore albo, luteo vel purpuraſcente.

ANACAMPSEROS PVRPVREA: TELEPHIVM purpuraſcens multis.



Pari cum alba magnitudine *caulem* habet ex *radice* ſtrumoſa rectum & rigidum. *Foliorum* diſpoſitio etiam eadem: ſed anguſtiora ſunt, longiora & dilutiore virore tincta, periode crenata. *Flores* ſurculis inſidunt vmbellati, iam dictæ Anacampſerotis, quo etiam colore ſunt *ſtamina* media & *apices*.

Variat folijs longioribus vel breuioribus, plùſque vel minùs crenatis. Scrophulariam inſcribit Tragus: Fabariam Lonicerus: Craſſulam montanam Cæſalpinus: Telephium purpuraſcens Fuchſius, Lobelius, Cluſius, Camerarius, Tabernæmontanus, Gerardus, & Hiſtoria Lugd.

ANACAMPSEROS MAXIMA, CRASSVLA MAIOR Hiſpanica, Telephium latifolium.



Duos, tres pluréſue habet *caules* è radice prodeuntes, cubitales, ſucculentos, in latus ſe inclinantes: quibus *folia* ex interuallis bina adnaſcuntur, ſemper aduerſa, craſſa, ſucco plena, & magis quàm in reliquis carnoſa. *Flos* in extremis ramis quaſi vmbellatim naſcitur, pallidus. *Radices* autem illi plurimæ glanduloſæ, Craſſulæ vulgaris radicibus ſimiles.

Verum verò hæc Anacampſeros, vt & reliquæ, ad Telephium ſit referenda, necne, plurimùm ambigitur: in id tamen inclinat Doctorum maior pars. Eas *Sedi minoris* nomine donant etiam plurimi, *Cotyledonis* alij.

ANACAMPSEROS MINOR, ROTVNDIORE folio, flore albo, & radice vermiculari.



Telephium minus, repens & ſemper virens, inſcribunt Lobelius, Camerarius, Tabernæmontanus, Gerardus & alij.

Naſcuntur autem Anacampſerotis ſpecies omnes nullo negotio fermè vbique, ſed in locis vmbroſis præcipuè: florentque Iulio & Auguſto.

Humidæ autem & frigidæ ſunt temperaturæ: & vulnerariis annumerantur, ac herniis conducunt. Herba tuſa & impoſita ſanguinem è vulneribus manantem ſiſtit, doloreſque magnos in vulneribus & vlceribus ſedat. *Plura in Appendice.*

COTYLEDON, VMBILICVS VENERIS: Germ. *Nabelkraut*: Gal. *Nombril de Venus*, It. *Vmbilico di Venere*.



E *radice* tuberoſa, exiguis fibris donata, pediculi exeunt palmares, in medium peltatis exceptaculis(?), *folia* craſſis ſucculentis & glaucis, in vmbonem iuſertis, ſaporis viſcidi & aquei: indidémque prodeunt *caules* duo aut tres, dodrantales aut altiores, aliàs ſimplices, aliàs ramoſi: ab imo ferè ad ſummũ vſque oblongis, concauis, herbaceis, confertis *floribus* comoſi. *Semen* comoſum Portulacæ ſimile.

Nomen accepit à figura folii acetabulo ſimili, vnde etiam *Acetabulum* dixêre nõnulli, *Cymbalium* alii, *Cotyledonem* & *Vmbilicum Veneris* plærique omnes, *Scatum cœli* Matthius. *Herbam coxendicum* Plinius. *De Viribus in Appendice.*

COTYLEDON ALTERA OLIM MATTHIOLI.



Cotyledonem ſextuplicem facit C. Bauhinus, *Maiorem*, *Paluſtrem*, *Subhirſutam*, *Mediam folijs ſubrotundis*, *Mediam folijs oblongis ſerratis*, ac *Minorem folijs etiam oblongis ſerratis*.

Duo verò tantùm genera fecêre Dioſcorides & Plinius, quorum primum in præcedente Tabella exhibemus, alterum verò, vt Nobile, pingit Matthiolus.

Naſcitur autem Cotyledõ in ſaxis & vetuſtis ædificiorum parietibus atque in Oppidorum mœniis. In locis calidis in fine Autumni apparet, foliaque per hyemem ſeruat, vſque Aprili & Maio floret. Reperiri in Stiriæ alpibus ſcribit Cluſius.

HELLEBORVS NIGER SYLVESTRIS ADVLTERINUS, etiam Hyeme virens.



Enneaphyllon Plinij vocăt nonnulli, quòd nouena habeat folia. Pulmonariam Vegetij inſcripſit Geſnerus: Conſiliginem ille etiam ipſe & alij plurimi.

Magnitudine variat, vnde in Helleboraſtrum *Maius* & *Minus* diſtinguit Tabernamontanus.

Naſcitur in aſperis & petroſis, floretque circa Ver & ipſo Vere. Hanc verò Ellebori ſpeciem, vt noxiam internis corporis partibus adhiberi non debere ſcribunt Tragus & Dodonæus Gall. qui *Leucoïonum primum* facit.

Præcedentem verò *Elleborum nigrum adulterinum hortenſem* ſiue *domeſticum* inſcribunt Tragus, Fuchſius & alij. *De Viribus in Appendice.*

SANICVLA, DIAPENSIA: Germ. Belg. & Angl. *Sanikel*: Gall. *Sanicle*: Ital. *Quinquefoglio maiore.*



Concinna ſunt Saniculæ folia, quæ à *radice* adſtringĕte, foris nigrâ, intus albâ, fibroſa, exeunt cum ſplendore virentia, rigidula, ferè rotunda, quinquepartita, ſingulis ſegmentis ſubdiuiſis, quorum omnium pulchre crenę. *Caulis* cubitalis, enodis, læuis, in faſtigio diuiſus, *floſculos* ſuſtinet, tanquam in vmbellis exiguis confertos, albos, quinquefolios, quos *lappula* excipiũt, veſtibus adhæreſcentes.

In ſyluis vmbroſis naſcitur, ac pingui gaudet glebâ, lætâque & humido ſolo. Floret Maio ac Iunio. Folia toto anno virent, nec Hybernum horrent frigus. *Plura in Appendice.*

BVPHTALMVM DODONÆI I ALIIS CONSILIGO tenuifolia.



Non abſimilis Hellebori *radici* huius fibroſa *radix*: *caules* aliquot proferens ſpithamæos, ſtriatos, tenues: in quibus folia tenuiſſime diſſecta, Eranthemi, quorundam. *Flores* pulchri, flaui, nullo excellente odore, ex foliis ſedecim oblongis, ſtriatis, acuminatis, circa mucronē nonnihil crenatis, compoſiti. In medio vmbona pluſmorum ſtaminum partim herbidorũ corona Capitulum circumſtat, oblongum, echinatum, vt in Ranunculis. Flori verò ſubſunt quina folia oblonga viridantia.

Prouenit in apricis & ſiccioribus collibus gramineiſque campis; floretque Aprili & Maio.

BVPHTALMI DODONÆI, SIVE CONSILIGINIS tenuifoliæ, alia Icon.




Icones noſtræ ſunt ex iis quas ſeu ptas emimus, nec multùm placent, quapropter duas proponimus, vt quod in alterutra deſiderabitur, altera ſuppleat.

Conſiliginem Columellæ & Plinij eſſe volunt nonnulli, alij *Dioſcoridis Seſamoides minus*. alij *Helleborum nigrum Ferulaceum*. *Elleborinũ* Fuchſius. *Elleboraſtrum nigrum* Geſnerus hort. & Camerarius: *Buphtalmum Dodonæi* perplures.

Plurimum naſci in agro Pragenſi, teſtatur Matthiolus: circa Ienam in Thuringia, & Viennam Auſtriæ, Camerarius. Belgis hortenſe eſt. Floret Aprili & Maio.


STAPHYSAGRIA, PEDICVLARIA: Germ. *Lenſskraut*: Gall. *l'herbe aux poulx*: Ital. *Staphuſaria.*



Hirſutum habet Staphyſagria *caulem*, cubito altiorĕ, teretem, in multos ramos diductum. In his *folia* longis hærentia pediculis, ſimplia, vitiginea, vnde toti plantę nomen comparatum, vel Ricini magnitudine & diuiſurâ digitatâ, piloſa. *Flores* pediculis frequentibus, tùm è foliorum ſinu, tum ex caulis faſtigio, tum ex ramis, ortis, inſident, ſingulis ſinguli, cærulei, è quinque foliolis hirſutis compoſiti: apicibus & ſtaminibus foliacea medium tenentibus. *Semen* rugoſum, nigrum, anguloſum, vrida facultatis.

Pedicularia dicitur, quoniã pediculos & lentes necat,

STAPHIDIS AGRIÆ ALIA ICON.



Staphidem agriam ſic deſcribit Dioſcorides. *Folia* habet, inquit, veluti Vitis ſylueſtris, ſiſſa: *cauliculos* rectos, molles, nigros: *florem* Iſatidi ſimilem, *ſemenque* in folliculis viridibus veluti Ciceris, triangulare, aſperum ex nigro ſubfuluum, intùs album, guſtu acre.

Plinius *Aſtaphiſagriam* & *Staphim* vocat, Galenus *Aſtaphin agriam*: Officinæ corruptè *ſtaphiſagriam*. In Dalmatia, Apulia & Calabria frequentiſſimam eſſe ait Matthiolus: non habent verò frigidiores loci niſi in hortis.

Pruritus, ſcabiem & morbum pedicularem tollit Herba trita cum Oleo illita, inſperſuſque ſeminis puluis. Eius grana decem vel quindecim craſſa per vomitus educunt. *Dioſcorides.*

Ep ſ

EPIPACTIS SIVE ELLEBORINE VETERIBVS: Epipactis Matthioli.



Epipactis, referente Dioſcoride, ab alijs Elleborine vocata eſt: eſtque frutex puſillus, perquàm exiguis conſtans foliolis. Eadem fermè habent Plinius & Paulus. De Epipactide verò nihil habet Galenus. At eius meminit L. 9 cap. 1, Theophraſtus ſpontaneis ex Veratro albo, vt bene ſuccedant, Elleborinem addendam tradens.

Matthioli Epipactidem hîc pingimus, quam nonnulli pro ſigmento habent. Ridiculum verò prorſus quod adſcribit: ſe quidem neſcire num Elleborina ſit, ſed tamen Epipactida eſſe: perinde ac ſi dicat, incertum eſſe num ſit Helleborus, ſed tamen certum eſſe, eſſe Veratrum.

POLYRRHIZOS PLINII DALECHAMPII.



Radice eſt multiplici, nigrâ: *caulibus* multis, angulosis, palmum altis: *folijs* Myrti, paulò vberioribus, per interualla geminis: *flore* pallido: *ſemine* in oblongis vaſculis. Gaudet aſperis. A radicum verò multitudine nomen obtinuit.

Polyrrhizos Plinij eſſe exiſtimatur. Quærit verò C. Bauhinus in Pin. *An ſit Ellebori nigri, vel Elleborinæ nigra ſpecies.* Sed vnde quæſo, illi ea ſuſpicio? Hiſtoria Lugd. cuius Figuram & Deſcriptionem mutuamur, aliam adhuc habet Polyrrhizon Dalechampij, quam latifoliam inſcribit, nos verò Ranunculum montanum album eſſe exiſtimamus.

RICINVS, PALMA CHRISTI: Germ. *Wunderbaum*: Gall. *Palme de Chriſt.* Italis *Giraſole.*



Ricinum, Palmam Chriſti Cerviam maiorem, Granum regium & Cataputiam maiorem, inſcribunt vulgò Herbarij. *Ricinus* autem nomen obtinuit à ſimilitudine quā ſemen habet cum *Ricino*, liuido ac fœdo animali, quod canibus, bubus, capris, aliiſque quadrupedibus adhæret, neque priùs decidit, quā plenitus ſanguine ſaginatum rumpatur.

Arborem eſſe dicit Dioſcorides paruæ Ficus magnitudine: *folia* Platani maiora, læuiora & nigriora: *ramis* caudicibúſque cauis in Arundinis morem: *ſemine* in vuis aſperis, quod corticibus exutum Ricinum animal repræſentat: ex quo Oleum *nomine Cicinum* exprimitur, cibis fœtidum, lucernis emplaſtriſque vtile.

RICINVS MAIOR AMERICANVS, CVRCAS dictus, & Faba purgatrix Indiæ Occiduæ.




Hiſpanorum *Ficum infernalem* inſcribit Monardes, arboréma;que eſſe ait cùm fructu tum folijs Ricino ſimilem, ſed in maiorem altitudinem, ob ſoli vbertatem excreſcentem.

Tam mirificâ purgandi facultate præditum aiunt, vt dimidia vnius grani pars valentas ſupernè & infernè purgare valeat, variáque alia præſtare, aiunt.


Eſt autem *fructus Vulgaris* a nè pictis fructui paulò maior, nec maculoſum vt illud; cæterâ illi ſimilis & nigrum. Sed triangula *ſiliqua ſemina* continens, non eſt tuberculis aſperis obſita, vt in Vulgari.

RICINVS PARVVS ORIENTALIS, DENDE dictus, & quibuſdam FABA PVRGATRIX.



Ricinus porrò Vulgaris (quod in Dioſcoridis deſcriptione deſideratur) *flores* longâ thyrſo eide ſeſſile ſurculo peculiari racematim cohærentes habet, è ſanguineis criſpiſque ſtaminibus, quæ terna e fructus rudimento emicant, conflatis quibus moricata *vaſcula* triquetra ſuccedunt, quæ *ſemina* claudunt ob longa, Ricini animalculi æmulo, foris liuida & maculoſa, interiora medullâ candidâ. Ac præter flores ſunt in eodem thyrſo muſcoſa glomerata coloria herbacei lineamenta, quæ nullo relicto fructu tandem marceſcunt, Radix ſimplex, longa, craſſa, dura, candida, crebras circumcirca fibras emittens.

FABÆ PVRGATRICES CARTHAGINENSIVM; *Dende* Serapionis, & *Albelmeluch* Mauritanorum.



Harum Fabarum variae Icones tum in hac tum in præcedentibus Tabellis ex Imperato tradimus. Eas ad Dende Serapionis & Mauritanorum *Albelmeluch* referendas cenſent nonnulli; Carthagine verò prouenire tradit Munardes.

Vulgarem verò Ricinum ſponte in Ægypto naſci author eſt Matthiolus. In noſtris regionibus ſeritur in hortis, non modò ad ſpectaculum, verùm etiam aduerſus Talparum iniuriam, quas ferunt Ricinum fugare. Floret Æſtate, atque in calidis regionibus in multos reſtat annos, & in magnam excreſcit altitudinem.

RICINO SIMILIS FRVCTVS: BRAVVAI, Ricini puſillum genus, ex Guinea aduectum.



Inter Exoticos Fructus qui ex Orientali India fuerunt aduecti, fuit & hic, qui in multis Ricinum vulgarem æmulabatur; 4. Cluſio dictus.

Eſt autem *Ricinus vulgaris* calidus & ſiccus in tertij ordinis principio. Pituitam, aquas in abdomine collectas, ſeroſos ab articulis humores, atque bilem, atheros & violenter cum magna naturæ perturbatione, ſtomachique ſubuerſione, ſurſum deorſúmque exturbat: ſemenque potiſſimùm acceſſitur in vſum, quod tamen, niſi debitè correctum ſit, exhibere religio erit. Veendi & corrigendi modum norunt Pharmaci & Seplaſiæ.

TOXICVM, THORA, ACONITVM: Germ. *Wolfsbeeri* Gall. *Aconit*: Ital. *Aconito*.



Duo ſunt Dioſcoridi Aconiti genera: Primum *Pardalianches* dictum: & Alterum Cynoctonum vel Lycoctonum appellatum, cuius ruſſus tres facit ſpecies.

Thoram Cyclaminí folio hic pingimus, *Tauram*, *Tuiram*, *Doram* ac etiam *Tauram Valdenſium* dictam: ac quam *Primum Dioſcoridis Aconitum* eſſe exiſtimarunt nonnulli; An ſit dubitante Geſnero. Eam verò ad Ranunculi genera referente Cluſio.

In Alpibus & Allobrogum Heluetiorúmque montibus, ac apud Valdenſes, nec non in Baldo Italiæ monte reperitur, floréque Iunio, & ſemen Iulio maturat. Copioſam obſeruauimus Nos in monte *Iura* ſupra Lauſannam.

THORA APVLA, FOLIO ALCHIMILLÆ, ASPERO & maculoſo, *Tabernæmontani*.



Duplex vulgò ſtatuitur Thora, *Maior* & *Minor*: Maiórque foliorum exortu & numero variat: vnico enim præditum eſt, vel a 3. 4 quintúmue ad ſummum, iiſque vel ſtatim à radice, vel in caule naſcentibus.

Tabernamontanus in *Maiorem* & *Feminam* diſtinguit, huicque 4. folia, illi duo magna aſſignat. Cæterùm *Caulem* habet Thora ſingularem, palmarem, iunceum: cuius ſummo inſidet *flos* vt plurimùm vnicus, Ranunculi & figurá & colore luteo: nec diſſimile Ranunculorū echino *Capitulum* è ſeminibus coacervatis conglobatū. *Radix* Aſphodeli radicum æmula. Copioſam in monte *Iura* obſeruauimus, cum vno folio, cum duobus & pluribus.

ANTHORA ſiue ANTITHORA: Germ. *Giffiheyl*: Gall. *Anthore*: Italis *Anthora*.



Caulis eſt cubitali, ſingulari, rigido, anguloſo, ſubhirſuto: cui *folia* alternatim adnaſcuntur, Napelli æmula, tenuiùs diſſecta, & ſplendoris illius expertia, auerſā parte albicantia, ſapore amaro prædita, Nigellæ quadantenus ſimilia. *Flores* non ingrato odore præditi, cucullati, & rictu hiāte Napelli penitùs, excepto colore, qui hoia ex flauo palleſcens. Corniculata *ſeminis* vaſcula itidem conſimilia. *Radix* ex bulbis oliuatibus conſtat, foris fuſcis, intùs albis, guſtu amaris, fibratis.

Aconitum ſalutiferum vocant nonnulli, *Zedoariam veram Arabum* alij: *Herbam Napello ſimilem*, eiúſque veneno repugnantem, Auicennæ, alij: *Antheram* pleríque omnes.

ANTHORÆ, SIVE ANTITHORÆ ALIA ICON.



In Rhæticis, Sabaudicis & Heluetiata alpibus plurima prouenit Anthora: vt & in Galliæ Ciſalpinæ & Liguriæ iiſdem montibus. Colitur etiam in hortis, & facilè ex radicibus prouenit: at ex ſemine rarò ante triennium nritur. Floret Iulio & ſemina Septembri maturat.

Duplicem faciunt Tabernamontanus & Camerarius, *Vulgarem* flore luteo, & *rariorem* flore cæruleo vel purpureo. Obſeruauítque etiam idem Camerarius, non eiuſmodi eſſe radicum figuras: alias enim ſingulare tuber habere, alias geminas cohærere: eſſéque vel turbinatas vel oblongas, ac nonnunquam triplices, nonnunquam verò Scorpionum imaginem imitari, vt *Nos* duplici Icone exprimere animus.

ANTHORÆ ALIA ADHVC ICON.



Paroleloſa plurimùm & venefica Thoræ vis, vt poſſe quæ Napelli excedere ſcelus malitiā. Minimè verò mortiferum eius venenum ſi bibatur: ſed ſemihoræ interficere dicitur ſpatio, vulnus telo in eius ſucco intincto factum.

Bene verò humano generi conſultum voluit diuina prouidentia, Antithoræ dono. Præſtant enim, referente Matthiolo, Anthoræ radices, non ſolùm ad epotum Napellum, ſed ad cætera etiam quæcunque venena, necnon ad viperarum & aliquorum venenoſorū morſum. Auxiliantur in omnibus aoidis affectibus, pestichialibúſque febribus, peſtilentibus. Sed cauendum plurimùm ne pro Antithora ſumatur Napelli vel Aconiti ſpecies aliqua.

ACONITVM LYCOCTONVM: Germ. *Wolfſvvurtz*: Gall. *Eſtrangle Loup*: Ital. *Aconito per amazzar Lupi*.



Hoc eſt Aconitum alterum Dioſcoridis, *Lycoctoni* & *Cynoctonum* dictum: cuius cùm tres faciat ſpecies, hic pictum ad *Tertiam* refertur. quam *Ponticam* vocari ait, *folia* qua habere Platani, ſed longiora, nigriora & crebriore diuiſura: *caulem* Filicis pediculo ſimilem, nudum, cubitali altitudine: *Semen* verò in *ſiliquis* oblongis recondere, ac *radice* hanc tandem eſſe in Squillæ marinæ modum nigreſcentibus.

Addemus Nos, Doctorum fermè omnium calculo, *floribus* eſſe luteis, & ex Camerario, duplicem eſſe hanc ſpeciem: *Maiorem* ſcilicet & *Minorē*, Lupariámque per excellentiam appellari.

ACONITVM MAGNVM, NAPELLVS: Germ. *Blavv Eiſenhutlein*; Gall. *Napel*: Ital. *Napello*.



Ad trium cubitorum humanâ aliquando altitudinem aſſurgit, tereti, purpuraſcente, rigido, fractúque contumaci *caule*, qui in ramos diductus ſingulis etiam gerit *florum* ſpicam, cæruleorum, & *cucullo* ſolia reliqua, quaternanumero, obtegentium. Eos verò ſequuntur ſingulorum ſtatim Aquilegiæ *Corniculis* ſemine plena. *Folia* alterno ſitu ex vnciſibus pediculis, atro virore nitentia, Aconiti Lycoctoni vulgaris folijs maiora, atque in crebriores anguſtas lacinias multùm diuiſa. *Radix* Napi parui magnitudine, nigra, fibras è lateribus producit, ſæpe & alios Napos collaterales habens, *Plura in Appendice*.

ACONITVM NAPELLO SIMILE, SED MINVS, cæruleum, præcocius.



Inuenitur in Tanteleis montium iugis, in quibus floret Iulio: in cultis verò multò maturiùs, imò reliquis Lycoctoni generibus præcocius: eſtque Napello adeò ſimile, vt difficulter ab eo diſtinxeris.

Vulgare verò antè deſcriptus *Napellus* in alpibus Anauiæ & Rhætiæ, necnon alibi, tum in montibus, tum in planis, aliiſque locis, nullo ſerente, naſcitur: Æſtatéque floret, ſemen Auguſto maturans.

Montbelgardi ſponte copioſè prouenit inter Pontem *Vaurancourt* & *Dampierre* in dumetis. Habetur & in hortis. Tres verò eius inueniri ſpecies ſcribit Tragus, *Maximam*, *Minorem* & *flore luteo*.

ACONITVM LYCOCTONTM CÆRVLEVM calcari magno.



Reperiri in nonnullis Sileſiæ montibus retulit Cromerus; Vidimus verò Nos in Bernenſium ditionis quibuſdam alpibus.

Eſt autem vis & facultas Napelli & homini & quadrupedibus multùm pernicioſa, breuique tempore extinguit. Caueant igitur ſibi mortales ne breuis florum elegantia, graui diſpendio venenì radicem commendet. Calidus porrò & ſiccus eſt Napellus in quarto ordine, teſte Dodonæo.

Napellum autem Auicennæ & Arabum eſſe ſpeciem Aconiti, apud omnes fermè in confeſſo eſt.

ACONITVM LYCOCTONVM NAPELLO SIMILE, folijs latioribus, flore purpureo.



Creſcit hoc in montis *Newberg*, Ducatus Stiriæ, iugo, ad Vaccarium illic æſtiuis menſibus paſcentium ſtabula. Floretque paulò poſt Vulgare, videlicet Iulio.

In altiſſimis verò montium vallibus oſtentat vulgare Aconitum Lycoctonum: Auſtriæ præſertim Pannoniæ & Heluetiæ: necnon in Hercynia ſylua. In omnibus fermè Italiæ montibus prouenire ſcribit Matthiolus: in montibus cæduis, vbi graminum maxima eſt luxuries, Thalius: in montium petris & rupibus terrâ inte&tis, Geſnerus.

ACONITVM LYCOCTONVM COMA NVTANTE, maximum, flore cæruleo.



Venenata ſunt omnia Aconitorum genera, & ſucco ſuperiora radicis nocent, qui non ſolùm aſſumptus certiſſimum homini bruti sque venenum eſt, ſed & telis & ſagittis allitus lethalia vulnera infligit. Imò, teſte Paræo, ſolo odoratu mures interficit; & vt Plinius lib. 27. cap. 2. refert, tactu fœminei ſexus animalium genitalibus, eodem die mortem affert. Eſtque fortè id Venenum, quo, eodem Plinio teſte, *Calpurnius Beſtia* dormientes interimebat vxores. Calidum & ſiccum in quarto gradu faciunt Scriptores, vnde tranſitu linguam & fauces adurit. *Plura in ſequentibus*.

Aconitvm lycoctonvm flore Delphinii, Dodonæi.



Proceris inſtar Napelli, aſſurgit *caulibus*: *Folia* variè ſimilitèr & creberrimis inciſuris diuiſis. *Flores* ſecundum caules ſuperiùs velut in longam compoſiti ſpicā, è puniceo ac obſcuriore colore purpuram æmulantur, formâ ferè Floris regij. *Siliqua* & *ſemen* vt maioris Lycoctoni lutei. *Radices* oblongæ, craſſæ, paucis adhærentibus filamentis.

Hic autem annotabimus, quod mirum, nec immeritò, videtur Plinio: Aconitum ſcilicet Scorpionum ictibus aduerſari. Cum eo, inquit, ſolo colluctatur, velati pari intùs rauenio. Sola hęc pugna eſt, cùm venenum in viſceribus reperit: mirûmque, exitialis per ſe ambo cùm ſint, duo venena in homine commoriuntur, vt homo ſuperſit.

Aconitvm lycoctonvm flore maximo, coloris è cæruleo purpurei.



Spontè prouenire ſit Cluſius in *Iudenberg* altiſſimo totius Stiriæ monte, ac florere Auguſto. Nos Montbelgardi habuimus in S. P. horto, vbi cum præcedente florebat ſub extremum Iulium.

Sumpto autem Aconito caput valde perturbatur, & ſequitur eius grauitas, vertigo, muſculorum temporum conuulſio, deliria, tremor, lachrymæ inuoluntariæ, oculorum rubedo, lateruum dolor, pectoris grauitas, ſpirandi difficultas, circa pilorum morſus, flatus in inteſtinis copioſi, totius corporis tumor, tandémque, niſi citiſſimè malefica vis eius infringatur, mortem affert.


Aconitvm lycoctonvm flore cærvleo, galeâ elatiori, radice bulbosâ.



Prętes fibras quibꝰ ſubinde radicatū terræ hæret, bulbos gerit turbinatos, è quorum baſi fibræ aliæ exeunt. *Folia* ex *caule* alternatim producuntur mediocri amplitudine, quæ in quinque profundas lacinias, rurſum leuitèr ſubdiuiſas, conſcindantur, ſplendenti virore prædita, ſubhirſuta. *Flores* galeati, rarì, Caſſidem longam erigūt, colore cæruleo.

Adeò maligna porrò eſt vis Aconiti, vt niſi ſtatim ſuccurratur, hominem ſubitò interficiat, & quidem vnius diei ſpatio, vnde Plinius Aconitum omnium Venenorum ocyſſimum eſſe ſcribit. Nonnulli tamen Napellum adhuc nocentiorem eſſe ſtatuunt: plantáſque adhuc magis venenatas habet India.

Aconitvm racemosvm: Napellvs racemoſus; Chriſtophoriana quibuſdam. An Actæa Plinij?



Chriſtophoriana dicta herba, *radice* eſt craſſiuſculâ foris nigrâ, fibris donatâ. *Caules* ſeſquicubitales, inciſi, tenues, teretes, geniculati. *Folia* ampla, oblonga, acuta, ſplendentia, multifariam profundè inciſa. *Flores* racematim diſpoſiti, candidi, ex folijs quinque caducis compoſiti, intra quæ *ſtamina* cāndida, herbido nonnunquam apice. Hiſque *baccæ* ſuccedūt, oblongæ, per maturitatem nigræ, in vuæ modum cohærentes.

Plæriſque Germaniæ, ac circa Rhenum Moſámque locis, in ſyluis præſertim montoſis, occurrit, & floret Maio.

Aconito autem aſſumpto ante omnia procurandus vomitus, deinde Alexipharmacis eius malis occurrendum.


Tithymalvs, Esvla: Germ. *Wolfs Milch*: Gall. *Tithymale, Herbe a laict*: Ital. *Tithymalo*.



Tithymali genera tria tantùm habet Theophraſtus. Dioſcoride verò, Plinio, Galeno & Apuleio authoribus, ſeptem ſunt: *Characias*, ſiue Maſculus: Myrtites, ſiue Fœmina: Paralias: Helioſcopius: Cypariſſias: Dendroides: & Platyphyllos. Pluréſque adhuc, vt ex ſequentibus patebit, enarrantur hodie Tithymalorum *Species & Differentiæ*.

Tithymalum Cypariſſiam hic pingimus, quem ſæpiùs alunt ſepes & pratorum margines, ac nonnunquam etiam agri inter ſtipulas, demeſſis ſegetibus: quemque habent etiam nonnulli in hortis. Infigatter autem varia pro anni tempore, vnde fit vt in eo delineando non parum variant Scriptores.

Tithymalvs minimvs angvstifolivs annuus: Eſula exigua.



Palmaris aut ſemipalmaris eſt plantula: radiculâ nitens tenui, tres aut quatuor vncias longâ. *Caules* & ramuli foliolis ſtipati ſemiſſiciam, vnciæue trientem, longis, ſemiculmū latis, crebris, ſurſum ſpectantibus, lactè turgidis. *Floſculi* herbidi, & pomiculum triquetrum, Tithymali Cypariſſiæ, ſed multis numeris minus.

In ſegetibus Gallo-Belgi, & Angliæ, ſæpiùs Æſtiuo tempore reperit Lobelius: Tragus in agris à Meſſe, Autumnali tempore.

A ſucco porrò quo turget hæc, cum reliquæ cunctæ turgent differentiæ, *Herbæ lactariæ* nomen commune factum eſt omnibus Tithymalis.

APIOS SIVE ISCHAS.



Facilis è *radice* eſt *Apij* cognitio, quæ quia oblonga, turgida, inque Pyri modum turbinata, plantæ nomen fecit. Eam Napi radici rectè comparaueris. Ex illius verò capite *ramuli* aliquot exeunt palmo breuiores: *folijs* ſatis frequentibus amicti, Eſulæ rotundæ ſeu Pepli, at minoribus, ex anguſto principio ſenſim dilatatis, períque extremum rotundis.

Tithymalum tuberoſum, & *Tithymalum tuberoſa radice*, inſcribūt Tabernæmontanus, Caſtor. Dodonæus, Lat. Cluſius & alij, *Apion* Matthiolus, Anguillara, Dodonæus Gall. Lacuna & Hiſtor. Lugd. *Apion turon* Geſnerus & Lobelius.

APIOS SIVE ISCHAS ALTERA, CLVSII.



Præcedens Icon noſtra ex emptitiis eſt, nec in omnibus placet. Aliam verò hîc ex Cluſio ſubijcimus, quam ille Apion alteram inſcribit: C. Bauhinus Tithymalum tuberoſâ oblongâ radice.

Iſchas etiam dicitur Apios, quòd ἰσχάδα, id eſt, Caricam ſeu Ficum aridam referat: à cuius figura [illegible] appellationē etiam obtinuit.

Naſcitur autem Apios in montoſis & aſperis, necnon etiam in herboſis, authore Plinio. Superior porrò radicis pars aſſumpta vomitione bilem pituitamque extrahit, inferior per aluum. Tota verò ſumpta, utraque parte purgat.

CHAMÆSYCE DIOSCORIDIS ET PLINII.



Gracilem *radiculam* habet, longitudine circiter palmari, fibris aliquot tenuiſſimis donatam: *ramulos* pedales, in alas ſubdiuiſos, rubentes, ſubhirſutos, ad terram procumbentes: quibus ad *genicula* adnaſcuntur *folia* coniugatim oppoſita, ſubrotunda, quà terram ſpectant rubentia, ſupernè viridantia, cum purpurea vt plurimùm in medio nota. *Floſculi* ad ramulorum diuaricationes inter folia emicant purpurei; latitantq; ſub ſolijs *Pericarpia tricocca*.

In aridis, ſqualidis petroſiſque locis naſci ſcribūt Plinius & Dioſcorides. Nuſquā in Germania apparere ſcribit Lobelius: ſed in Galliæ Narbonenſis aridis & ſabuloſis plurimam reperiri.

TITHYMALVS HELIOSCOPIVS, SIVE SOLISEQUUS: Eſula vulgaris nonnullis.



Breuis huic, & plerum[que] ſingularis, *caulis*, modicè hirſutus: *folia* Portulacæ, minùs tamen rotunda, ex viridi lutea, in ambitu nōnunquam crenata, aliàs non. *Surculi* è caule ſummo nati, *umbellam* quodammodò efficiunt *flores* ſuſtinentes exiguos, herbidos, Myrſinitæ ſecie, pelatos. *Semen* in pericarpiis triquetris. *Radix* ſingularis, fibroſa.

Helioſcopij appellationem obtinuit, quoniam capita cum Sole circumagit. Cunctis porrò Gentibus familiaris eſt in collibus, campis incultis, ruderibus, ac circa Oppidorum mœnia: in hortiſque ipſis nonnunquam etiam moleſtus.

PEPLOS SIVE ESVLA ROTVNDA: ET DE PEPLIDE: *Euligſium marutinum* Ruellij.




Pro *Peplo* & *Peplide* vnam tantùm damus Iconem, nec inſufficienter fortè, cùm vt nomine, ſic etiam effigie altera alteram præ ſe ferat, colligantúrque, reponantur, cōdiantur & exhibeantur, vno eodémque modo, ac iiſdem fini prædita viribus.

In eo autem potiſſimùm videntur differre, quòd Peplis in mediterranei maris littoribus natales quærat ſuos: apud Septentrionales verò minimè habeatur, niſi in hortis, vt nec in Oceani littoribus. Peplos verò in Germaniis & Galliis paſſim vbique proueniat circa ſepes, hortorum margines & in vinetis.

A Scriptoribus tamen ſeparatim traduntur & pingūtur: diſtinguitúrque vtraque in *Maiorem* & *Minorem*, quod per Nos licet.

PITYVSA: ESVLA MAIOR: TITHYMALVS platyphillos Fuchſij, & Tith. Strictophyllos.



Platyphyllon Tithymalum, Fuchſij quem hîc pingimus cum *Pityuſa* & *Eſula* maiore, eandem eſſe plantam contendunt nonnulli. Id verò ſic dubitat Lobelius. Videtur porrò Fuchſius plantam exprimere primò prouenientē, atque antequam vmbella ſit ramoſa.

Duplex autem obſeruatur, *Maior* & *Minor*, cui folia hirſuta.

In agris & circa dumeta prouenit, ac ad ſabuloſas fluminum crepidines. Auguſtóque & Septēbri floret. & cùm prodit initiò Veris folia ſanguineis guttis aſperſa conſpiciuntur.

Peplus de qua modò agebamus, à ramulorum ambitu & quaſi rotundo velum efformante, terramque operiente, amictu, nomen obtinuit.

TITHYMALVS SYLVATICVS TOTO ANNO folia retinens: Tithymalus dendroides.



Abundat hic in Hiſpania, Gallia, Heluetia, ac reliqua Germania, in vmbroſis ſyluoſis locis: & primo Vere floret: Geneuæ abundat circa montem Saleuę, & pontem d'Arue: nec non Baſileæ prope Krentzach, Dornack ac Mutets.

Tithymalum dendroidem, vocant Cordus & Geſnerus hort. Dendroidem verò Tithymalum ſic deſcribit Dioſcorides: Naſcitur in petris, ait, folioſúſque eſt in cacumine, denſámque ſpargit *comã*, ſucco lacteo prægnans, ſubrubentibus *ramis*, *folijs* circa ipſum Myrti, tenuioribus: *ſemine* Characiæ.


TITHYMALVS AMYGDALOIDES, SIVE Characias, id eſt, Vallaris.



Tithymalorum Maſculus, *Characias* vocatur, ait Dioſcorides: ab aliquibus *Comatus*: atque etiam *Amygdaloides*, à foliorum forma: ab alijs *Cobius*. Porrò ſunt huic *caules* ſupra cubiti altitudinem, rubicundi. *Folia* circum ramos Oleæ, ſed longiora. *Radix* craſſa & lignoſa. In caulium cacuminibus *coma* pendet iunceorum virgultorum, ſub qua cauea quædam peluibus aut alueolis ſimilis: ac in iis *ſemen*.

Abundat Monſpelij in lucis ſaxoſis, &, teſte Cluſio, in Hiſpaniarum aſperis & montoſis, vix alibi ſponte prouenieus obuius.

TITHYMALVS VERRVCOSVS.



Plures huius *radices* tenues, in vnam tandem coëunt, digiti craſſi ud[illegible], lignoſam, pedalem, cortice exteriùs nigro, interiùs albo. *Virgæ* multæ, lętæ & fructu cõtumaces, tenues ſubrubentes, pedales, alternatim adnata *folia* ſuſtinent, vnciã longitu, ſemunciam ferè lata, icoul lanugine, magis tamen infrà quàm ſuprà obtecta: interdum rubentia. *Flores* in vmbella flaueſcunt: quibus ſuccedunt *Capitula* rotunda, criſpo ceu arenularum minutiſſimarum congeſtu, aut verrucarum inſtar, aſperata: quę matura vbi ſe aperiunt, in tres partes diuiduntur, in quibus terna *ſemina*.

In aridis & ſabuloſis prouenit.

TITHYMALVS SERRATVS DALECHAMPII.




Cubitali *caule* præditus eſt, per quem *folia* vncialia, alia culmo latiora, alia etiam minùs lata, plæraque non acuminata, ſed ſubrotunda, denticulis per ambitum crenata. *Flores* acetabulorum cauo inſidentes muſcoſi, lutei. *Capitula* maiuſcula, triquetra, ea tenui pediculo, Myrſinitis ferè paria.

In Icone noſtra non benè repræſentantur ſerraturę: quinimò acuta pinguntur folia.

In Narbonenſi agro frequens eſt, nec alibi temerè reperitur.

TITHYMALVS MYRSINITES, ſiue MYRTITES.



Ramis dodrantalibus craſſiuſculis per terram maximã ex parte funditur: quos ſerie quadã ambiunt *folia* Myrti, pinguiuſcula, colore glauco prædita, in acumen deſinentia. Ramorum extrema in ſurculos abeunt indidem ortos, pyxidata *folia* rotunda tranſadigentes, vmbellatim diſpoſitos; quibus inter folia inſident *flores* colore herbido: Pericarpia triquetra.

Myrtites aut Myrſinites cognominationem à foliorum cum Myrto cognatione habuit. Creſcit ſua ſponte in nonnullis Italię montoſis locis: *Nos* verò nuſquam niſi in hortis vidimus.

Eum verò nunquam viſum exiſtimauerim Matthiolo & Lacunæ, tam ridiculè, vel iudice Lobelio, pingunt.

TITHYMALVS PARALIVS.



Naſcitur in maritimis, ait Dioſcorides, *ramis* ſubrubentibus: palmum altis, quinis ſeniſue à radice exeuntibus. *Foliis* Lini, anguſtis, paruis, oblongis, in verſus quandam digeſtis: *capite* in cacumine orbiculato, in quo *ſemẽ* vt Eruum vario colore emicas: *flos* albus, &c.

Non modò in Italię & Hiſpaniæ, ſed & in Hollandiæ, Zelandiæ, reliquáque inferioris Germaniæ maritimã orã, locis incultis, aridis & præaltis prouenit. In hortos tranſlatus rarioribus eſt foliis.

ALYPVM MATTHIOLI TITHYMALIS affine.




Alypum, authore Dioſcoride, ſurculoſa herba eſt, ſubrubra: gracilibus *ramulis*: tenuibus ſoliis: *flore* molli, læui & copioſo: *radice* Betæ, tenui, refertâ acri ſucco. Gignitur in maritimis, ac plurima in Lybia: Semen atram bilem deijcit, verùm interanea exulcerat: *Sic ille.*

Quantùm verò hallucinatus ſit Goldenbergius, in eo quod in Diſpenſ. Cordi, ſupra Diacaſt. herbam quæ Alypi nomine hodie cognoſcatur, affabrè Matthiolum depictam exhibere dicit, oſtendit Dalechampius.

Nos plantam cuius Figuram hîc exhibemus, Stutgardia à Doct. Schvvartzio accepimus.


ALYPVM QVIBVSDAM, SIVE ESVLA rara, flore purpureo.



Seſquicubito lõgiores profert *caules*, nõ ſine tamen frequentibus & longis: per quos *folia* Lentiſci vel Glycyrrhizæ, oblonga, per extremum obtuſa, glabra, euidentibus obliquis crebris neruis in margines exporrectis diſtincta, coniugatim ex modicis interuallis breuibus pediculis donata. *Flores* è ramorum cacumine pendent, in racemum concertati ſinguli, oblongi, nolę exiguę formâ, colore purpuraſcente. *Radix* valde prolixa & ſatis craſſa. Lac ex omnibus partibus acre & feruidum Tithymalorum more fundit.

Non alibi quàm litturibus & Inſulis ſinus Adriatici reperitur, & in Lio Inſula exigua. *An Turbith Antiquorum?*

TITHYMALVS APHYLLOS.



Caules recti, nudi, quales Sparti aut Geniſtæ, aut certè pauciſſimis *foliis* donati, circa Veris & Autumni medium, cum *floribus* in ſummitate pallidis, qui breui decidentes cauliculos nudos relinquunt anni reliquo. Intra floſculos Autumnales *ſemen* latitat.

Frequens eſt admodum hęc planta in maritimis Africæ: apud Nos facilè non prouenit. Ex ea verò Lac abundanter exſtillat, colore albo, ſaporéque acutiſſimo & quaſi cauſtico.

Æthiopes hac plantâ ſiccatâ, & in puluerem redactâ, vtuntur in condimentis, ſicut Nos Pipere: exiſtimántque quidam eſſe *Xabram* & *Camarronum* Rhazis. De Tithymalis plura in *Appendice*.

LATHYRVS ſiue CATAPVTIA MINOR: Germ. *Spring kraut*: Gal. *Eſpurge*: Ital. *Lathyri*, *Cacapuzza*.



Lathyris, quòd lacteo turgeat ſucco, & iiſdem penè viribus quibus Eſula polleat, Tithymalorum familię à cõpluribus accenſetur: ac teſte Dioſcoride, Tithymalus à nonnullis appellatur.

In hortis ſemel ſata, ſemina quotannis ſe propagat, etiam Hyeme virens: primóque anno fructum non fert. In agrorum Anglię & Gallię marginibus occurrit: eſtque apud Inſubres frequẽtiſſima, ad Rhenum etiam ſpõtè variis locis pullulans. Floret Æſtate, ſemẽnque Auguſto & Septẽbri maturat. Prout autem adultior vel iunior eſt latiora vel anguſtiora habet folia, vnde à Tabernamõtano duæ proponuntur Figurę. *Plura in Appendice.*

DE TVRPETHO, SIVE TVRBITH.

Turpethum cuius generis ſit planta, maximè inter rei Botanicæ Scriptores controuertitur. Meſue *lactariam ferulaceámque plantam* nominat. Serapio & Auicenna, quamuis nullo commendetur odore, nec guſtui acre videatur, *Tripolium* tamen eſſe exiſtimarunt. Actuarius modò *Pityuſæ* radicem dicit, modò *Alypum Dioſcoridis*. *Tithymali Myrſinitæ* radicem eſſe putat Braſſauolus: ſed quantùm Myrti folia à foliis Ferulæ differant qui neſciunt, rei Herbariæ peritos conſulant. Fuchſius *Thapſiæ radicem* eſſe voluit, ſed Thapſia lacteo ſucco non turget, quod tamen de Turpetho traditur. Nonnulli *Scammoniæ Antiochenæ* radicem eſſe crediderunt. Diuerſam opinionem mordicùs tenet Garcias: *Plantam eſſe* ſtatuens radice nec magnâ nec longâ: *caule* Hederæ modo per terram extenſo, digiti craſſitie, duos vel tres palmos longo: ac *foliis* tandem Althææ, vt etiam floribus, iiſque candidis, & nonnunquam rubentibus. Siquę quid ſit *verum Turbith* adhuc ambigitur: Verè ſit, nulla tamen eſt Officina in qua Turbith iis notis inſignitum, quas optimo tribuit Meſuæus, non inuenitur. *Gummoſum* ſcilicet, *album*, *vacuum*, *arundinoſum*, *cortice cinereo* & *plano*, *fractu facile*, &c. Eſt autem, ſecundum eundem Meſuem, aliud *hortenſe* & aliud *ſylueſtre*; átque vtrumque vel *magnum* vel *paruum*: *album*, *flauum* vel *nigrum*.


Calidum porrò & ſiccum ſtatuitur in tertio ordine, varióſque præſtat vſus: vnde etiam Fallopius: *Turbith*, inquit, non habet minorem vim quam habet *Scammonium*. Sed quia non eſt in vſu ſuccus ipſius, at eſt in vſu ſuccus *Scammonij*: at eſt in vſu radix: idcircò videtur habere minorem vim, quàm habeat Scammonium: Verumtamen ſi conferantur ſuccus ſucco, & radix radici: profectò Turbith non habet minorem vim, quam habeat Scammonium. Vnde aliqui volunt Turbith eſſe dictum à turbando. Sed decipiuntur quoniam dictum Turbith ab Arabibus quaſi Turpethum, ſumpto nomine à Græcis recentioribus, & præſertim ab Actuario, qui vocat Hoc Medicamentum nomine *Turpethi*.

CLASSIS XXXIV. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSIS XXXV.

HERBÆ CRASSIFOLIÆ ET SVCCVLENTÆ.

PORTVLACA, ANDRACHNE: Germ. *Burtzel*, *Burtzel kraut*: Belg. *Porceleyne*: Gall. *Pourpier*, *Pourcelaine*; Ital. *Purcellane*.




De *Portulaca arbore*, vt & de *Portulaca fruticoſa*, ſiue *marina*, actum autè in Claſſe 8. hic autem de *Portulaca herba* ſermo.

Eius duo ſumma genera, *Satiuum* ſiue *Maius*, cui latiora folia, craſſioráque & proceriora caulia: & *Syluestre* ſiue *Minus*, quod humi repit, minoribúſque eſt, tenuioribus ac crebrioribus, foliis.

Portulaca hortenſis quam hic pingimus, ſimplici ferè eſt *radice*, cui paucæ fibræ appenſæ, ac progreſſu temporis ligneſcente. *Caules* plures, pedales circiter, teretes, ſubrubentes: *folia* iucundita, ſucculenta, ſaporis ſubacidi: inter quæ oriuntur *floſculi* lutei, ſtellati, *apicibus* concoloribus: iiſq; ſuccedunt *pericarpia* rotunda, *ſemen* continentia puſillum, pullum.

PORTVLACA SYLVESTRIS MINOR, SIVE ſpontanea.



Paſſim in hortis & vineis naſcitur, multis partibus minor quàm Satiua, terræ appreſſa, nec humo ſegena. *Radice* autem eſt craſſiuſculâ, ſiccâ & ramis ſucculentis multifidis. *Folia* vngui digiti minimi ferè paria, ſucculenta, craſſa, atrorubentia: *flores* puſilli & muſcoſi.

Portulacam *ſyluestrem*, *aruenſem*, *anguſtifoliam*, *minorem* & *ſpontaneam* inſcribunt vulgò Herbarij.

Primo Vere reperitur in agris frumentarijs. Satiua verò in hortis ſeritur Martio & Aprili, Iunióque ac deinde in Autumnum vſque viget ac viret.

Refrigerat porrò Portulaca in tertio exceſſu, & humectat in ſecundo: mobiles dentes ſtabilit commanducata, & eorum ſtuporem tollit. *Plura in Appendice.*

CEPÆA: Germ. *Cepeenkraut*, *Welſch harnkraut*: Gallis & Italis *Cepaa*.



Spargit per terram *folia* ſucculenta, Portulacæ ſimilia, minora, ſubrotunda: atque alia per *caules* cubito proceriores ramoſos, ex oblongo per extremum rotunda. *Flores* parui, albicantes, vncialibus pediculis nixi. *Radix* obliqua, gracilis, breuis, multis fibris capillata.

Cepæam inter eas plantas refert Ruellius quæ Portulacæ effigie folia faciunt. Sic Portulacæ ſimilem dixère etiam Dioſcorides, Plinius & Paolus, at nigriora illi tribuût folia. Eius verò in ſimplicium cenſu non meminit Galenus.

Spontaneam vidimus Lugduni *au bois de la bonne Allemande*, cultam verò in varijs hortis: ignotá mq; Matthiolo fuiſſe miramur. Folia cum vino pota vrinæ ſtillicidio, veſicæque malis, auxiliari, apud Dioſcoridem legimus.

RHODIA RADIX: Germ. *Roſen Wurtz*: Gall. *Racine ſentant la Roſe*: Ital. *Rhodia radice*.




Tuberoſâ *radice* nititur, quam à Roſarum conſimili odore ſaporéque Rhodiam appellant, foris in fuſco ſplendente, intùs albâ, fragili, roſeum odorem halante. Vi ab vna radice plures oriûtur *caules*, numeroſo foliorũ agmine denſè ſtipatæ, ſubſtâ & poſitu Telephij vulgò dicti, anguſtorum, oblongorum, acuminatorum, & circumquaque ſerratorum, colore glaucq, excepto mucrone purpuraſcẽte, ſapore adſtrin[illegible] *Flores* in vmbella ge[illegible] pallido rubeſcentis c[illegible], quibus ſuccedunt *ſiliq*[illegible] tra reflexæ, *ſemen* cont[illegible]tes minutum oblongũ & paleaceum.

Naſcitur in altiſſimorum môtium rupibus, ſaxoſis præruptiſque locis: vbi vix [illegible]tum terræ circum habet, vt illi inhærere poſſit, tranſfertúrque etiam in hortos. *Plura in Appendice.*

Ana-

ANACAMPSEROS, CRASSVLA: Germ. *Wundkraut:* Gall. *Repriſe, Graſſette:* Ital. *Faba graſſa.*




Pedalis & altior eſt Anacampſeros: *caulibus* rectis, teretibus: quibus perquàm crebra adnaſcuntur *folia* ſurrecta, ſucculenta, Portulacæ folijs longiora, colore glauco, rubedine aliqua ſubinde perfuſo, crenata, & nonnunquam integra. *Flores* in vmbellas digeſti, albi, quinque folijs conſtantes. *Radix* ſubeſt tuberculis glandulaſis ſtrumoſa: nullo verò nec odore nec ſapore excellit.

Faba inverſa dicta eſt, quia radix ima innumeris tuberculis ſcatet, quæ Fabarum æquant magnitudinem.

Variat folijs vel integris & ſubrotundis, vel oblongis & integris: itíque denſioribus vel rarioribus: ac florum etiam colore albo, luteo vel purpuraſcente.

ANACAMPSEROS PVRPVREA: TELEPHIVM purpuraſcens multis.



Pari cum alba magnitudine *caulem* habet ex *radice* ſtrumoſa rectum & rigidum. *Foliorum* diſpoſitio etiam eadem: ſed anguſtiora ſunt, longiora & dilutiore viroie tincta, parùm crenata. *Flores* ſurculis inſident vmbellati, iam dictæ Anacampſerotis, quo etiam colore ſunt *ſtamina* media & *apices*.

Variat folijs longioribus vel brevioribus, plùſque vel minùs crenatis. Scrophulariam inſcribit Tragus: Fabariam Lonicerus: Craſſulam montanam Cæſalpinus: Telephium purpuraſcens Fuchſius, Lobelius, Cluſius, Camerarius, Tabernæmontanus, Gerardus, & Hiſtoria Lugd.


ANACAMPSEROS MAXIMA, CRASSVLA MAIOR Hiſpanica, Telephium latifolium.



Duos, tres pluréſue habet *caules* à radice prodeuntes, cubitales, ſucculentos, in latus ſe reclinantes: quibus *folia* ex intervallis bina adnaſcuntur, ſemper adverſa, craſſa, ſucco plena, & magis quàm in reliquis carnoſa. *Flos* in extremis ramis quaſi vmbellatim naſcitur, pallidus. *Radices* autem illi pluſimæ glandaloſæ, Craſſulæ vulgaris radicibus ſimiles.

Verum verò hæc Anacampſeros, vt & reliquæ, ad Telephium ſit referenda, necne, pluſimùm ambigitur: in id tamen inclinat Doctorum maior pars. Eas *Sedi minoris* nomine donant etiam pluſimi, *Cotyledonis* alij.

ANACAMPSEROS MINOR, ROTVNDIORE folio, flore albo, & radice vermiculari.



Telephium minus, repens & ſemper virens, inſcribunt Lobelius, Camerarius, Tabernæmontanus, Gerardus & alij.

Naſcuntur autem Anacampſerotis ſpecies omnes nullo negotio fermè vbique, ſed in locis vmbroſis præcipuè: florentque Iulio & Auguſto.

Humidæ autem & frigidæ ſunt temperatura: & vulnerariis annumerantur, ac herniis conducunt. Herba tuſa & impoſita ſanguinem è vulneribus manantem ſiſtit, doloreſque magnos in vulneribus & vlceribus ſedat. *Plura in Appendice.*

COTYLEDON, VMBILICVS VENERIS: Germ. *Napelkraut:* Gal. *Nombril de Venus*, It. *Vmbilico di Venere.*



E radice tuberoſa, exiguis fibris donata, pediculi exeunt palmares, in medium peltati circiter atque, *folia* craſſis ſucculentis & glaucis, in vmbonem inſecta, ſaporis viſcidi & aquei: inde demum que prodeunt *rami*, et duo aut tres, dodrantales aut altiores, aliàs ſimplices, aliàs ramoſi: ab imo ferè ad ſummũ vſque oblongis, concavis, herbaceis, confertis *floribus* comoſi. *Semen* comoſum Portulacæ ſimile.

Nomen accepit à figura folii acetabulo ſimili, vnde etiam *Acetabulum* dixêre nõnulli, *Cymbalium* alii, *Cotyledonem & Vmbilicum Veneris* plærique omnes, *Scatum cœli* Manlius. *Herbam coxendicum* Plinius. *De Viribus in Appendice.*

COTYLEDON ALTERA OLIM MATTHIOLI.



Cotyledonem ſextuplicem facit C. Bauhinus, *Maiorem, Paluſtrem, Subhirſutam, Mediam folijs ſubrotundis, Mediam folijs oblongis ſerratis, ac Minorem folijs etiam oblongis ſerratis.*

Duo verò tantùm genera fecêre Dioſcorides & Plinius, quorum primum in præcedente Tabella exhibemus, alterum verò, vt Nobile, pingit Matthiolus.

Naſcitur autem Cotyledõ in ſaxis & vetuſtis ædificiorum parietibus atque in Oppidorum mœniis. In locis calidis in fine Autumni apparet, foliaque per hyemem ſeruat, atque Aprili & Maio floret. Reperitur in Stiriæ Alpibus ſcribit Cluſius.

SEDVM PVRPVREVM PRATENSE.



Folia quæ per caulem ſunt Vermicularis folia referunt, niſi quod planiora exiſtunt. Multiplex verò eſt ſummi *caulis* diuiſio, & *ramuli* numeroſi: quibus ſingulis inſidet *flos* vnicus, non adeò magnus, Vermicularis florem æquans, folijs conſtans coloris carnei, ſtriâ per medium productâ, *apicibus* in medio pallidis.

Naſcitur in humentibus pratis, eſtque circa Norimbergam frequens.

SEDVM MINVS FLORE LVTEO.



Nigricat huic tenuis *radicula*, fibris aliquot donata: *rami* inde exeunt dodrantales, quibus malè firmo nexu appoſita *folia* craſſa pinguia, acuminata, ſurſum ſpectantia, crebra. *Flores* ſtellati, lutei, eiuſdémque coloris *apices.*

An *Sedum paruum* Dioſcoridis? An *Aizoon minus* Plinij? *Sempervivum & Aizoon minus* dicitur vulgò rei Herbariæ Scriptoribus.

Sponte naſcitur in muris & maceriis ac habetur etiã in hortis & ſyluis, Maio florens & Iunio. Multíſque locis inter acetaria recipitur, in quibus ſapit & palato gratum eſt.

SEDVM MINVS ÆSTIVVM LVTEVM.



Palmaris fruticoſáque eſt planta, *folio* exiguo, Sedi minoris, rotundiore: *flore* luteo: *radice* parua & fibroſa. Thalius *Aizoon medium* vocat. Belgis hortenſe eſt.

Sedi minoris lutei, flore ſe circumflectente meminêre Cluſius & Camerarius: idque Sedum Scorpioides vocat Lobelius. *Sedi aruenſis flore rubente meminit* C. Bauhinus.

SEDVM PARVVM MONTANVM LVTEVM.



Caulem vnum (pluréſue,) erigit palmarem, *folijs* crebris veſtitum, Sedi minoris mora, ſiue floribus luteis, minùs acutis planioribúſque, qualia etiam per terram ſparſo caulis imo adhærent. Superiùs diuiditur in ramulos ſatis frequentes caulis, qui *flores* geſtant pulchellos, maiuſculos, ex pluribus & foliolis & apicibus luteis compoſitos. *Radicula* ſummâ ferè tellure vagantur, & ſubinde nouas plantas producunt.

Prouenit in altiſſimarum alpium iugis, Iulióque & Auguſto floret.

SEDVM ALPINVM ERICOIDES CÆRVLEVM.



Ex præruptis iugis ac Saxis propendet, *radicem* habens longam, fibroſam: à qua cauliculi prodeunt multi, *foliolis* breuibus, craſſis, cinereis, ac velut in Erica Alexandrina cõpactis, cincti. Singulis autem cauliculis inſidet *flos* magnus, cæruleus, quadrifolius, ſtaminibus aliquot breuibus donatus.


Hoc in Rhætiæ & Valeſiæ alpium ſummitatibus obſeruauimus. Variat autem florum colore & magnitudine.

SEDVM MVSCOSVM: VARIAQVE ALIA Sedi genera.



Cæſpites totos fecundâ luxurie operit, *radiculis* repentibus. *Folia* maiora quàm Sedi alpini cinerei, acutiora, molliora, Muſcum terreſtrẽ imitata. *Cauliculus* ex vmbilico natus vnciam vnam aut duas altus, foliolis crebrioribus veſtitus, vnicum plerumque in faſtigio gerit *florem* magnum luteum. Natales habet in alpibus propè ſtagna.

SEDVM MINIMVM FLORE LVTEO: DIOSCORIDIS Aïzoon tertium.



Obulum eſt in muris, capillaribus *radicularum* fibris appenſum, vnde *ramali* plurimi, palmares aut breuiores, tenues, oriuntur: *folijs* exiguis admodum, denſitate eum longitudine ferè pari. *Flores* in extremis ramulis plures, lutei, quinque foliis radiatis conſtantes, apicibus in medio ſimiliter luteis.

Paſſim in tectis, muris & petris naſcitur, vt & maggeribus, ſabuloſis & aridis locis, tenui gramine obſitis. Æſtiuis menſibus floret: minimè autem ſemper viret.

Vim habet acrem & exulcerantem: *tertium quod Dioſcoridis Aizoon* eſſe exiſtimatur. Reperitur autem huius generis non acre. *Plura in Appendice.*

SEDVM ALPINVM HISPIDVM FERÈ SPINOSVM, flore pallido.



Multos tenues dodrantales *caules* emittit, *folijs* veſtitos alternante ſitu lemuncialibus, perangustis, acuminatis ex viridi pallentibus *ſpinulis* per margines aſperis, qualia prope terram multa repentem inferiorem foliorum partem ornant. *Ramuli* in quos caules ſuperiùs diuiduntur, *florem* in cacumine geſtant ſinguli, palleſcentem, apiculis in medio luteis. Succedit vnicuique *Capitulum* Lini ſimile, minus, turbine bifurco patente, è quo concuſſu excidit *Semen* longè copioſiſſimum, minutiſſimum, pulueculi inſtar, colore nigrum.

SEDVM MINIMVM SYRIACVM LVTEOLO flore, Saxifragæ albæ.



Radix huic implicata, & fibrata: *cauliculi* ſeſquiunciam alti, in quibus *flores* luteoli, pro plantæ exilitate, ſatis magni, Saxifragæ albæ. *Folia* petræi montani Sedi, ſed minora.

Sedi ſiue Semperuiui ſpecies aliæ, ſiue potiùs varietates, adhuc habentur: *Sedū alpinū folijs crenatis, aſperis, Sedum ſaxatile variegato flore, Sedum ſaxatile atro-rubentibus floribus, Sedum ſaxatile hirſutum purpureum, Sedum alpinum trifido folio,* TRISVLCA *dictum*, &c. Sed quis in his anguſtijs omnia ſit narrare potis?

OPHIOGLOSSON: Germ. *Schlangenzüngllin. Einblatt*: Gall. *Herbe ſans cousture*, Ital. *Lingua ſerpentina.*



Multis fibris & ſatis craſſis cirratā, ſubacri & ſubamara *radice* donatur: è qua ſurgit *pediculus* palmaris, *folium* ſingulare ſuſtinens, pingue, carnoſum & minimè neruoſum, modò anguſtum & longiuſculum, modò latum & ſubrotundum, læue, erectum. Ex eius verò ſinu, quà pediculo committitur, *Lingula* exit bifurcata, non tamen ſecta, in acumen ſenſim deſinens, circa extremitatem vtrinque denticulata, ſcobinæ aut limæ aurifabrorum effigiatim. *Seminis* loco ei tenuis quaſi *pollen* in Linguæ inciſionibus, quibus per maturitatem dehiſcentibus, excedit.

Variat *folia* interdum ſinuata, & Lingula ſimplici, duplici vel triplici. *Plura in Appendice.*


ALOE: Græcis Ἀλόη: Arabibus, Perſis & Turcis *Cebar*: Germ. Belg. Anglis & Italis *Aloë*: Gallis, *Aloes.*



Sic in omnibus ferè Linguis, apud omnes Chriſtianos authores præſertim, vnū & idem nomen obtinet hæc planta: ſiequè dicta videtur à maritimis, quibus gaudet.

Succulenta autem, magna, dentata, craſſa, in terram reclinata aliquantulùm, ac æterni viroris, habet *folia*: adeò vt per Hybernos menſes, extra terram etiam in Hypocauſtis ſuſpenſa, non marceſcat. *Caulis* inter folia ſurgit. *Flores* illi incarnatos tribuit Matthiolus, luteos Geſnerus, albos Tragus: in eo Dioſcoridi ſubſcribens, qui *ſemine* addit eſſe Haſtulæ regiæ, & radice, ceu palo in terram depacto.

ALOE AMERICANA MVRICATA. ALOE Meguey Mexicanum.



Longè maioribus eſt hæc *folia*, bicubitalibus, carinatis, repandis, duplò craſſioribus, & peracutis.

Innumeri ſunt eius vſus, vt pote ex qua parantur *Aqua, Vina, Oleum, Acetum, Mel, Syrupi, Fila, Acus, Charta, Calcei, Storeæ, Chlamydes, Cingula, Capiſtra, Funes*, & varia Remedia: trunco in ligni, & folijs in tegularum, lorum cedentibus.

Vulgaris verò antè tradita, plurima in Cambaya, Bengala & alijs Indiarum locis prouenit, laudatiſſima verò in Socotora, Arabiæ & Æthyopiæ intermedia Inſula, vnde ad Arabes, Perſas, Turcas, Noſque Europæos, defertur. *Plura in Appendice.*

ACONITVM LYCOCTONVM FLORE DELPHINII, Dodonæi.



Proceris inſtar Napelli, aſſurgit *caulibus*: *Folia* variè ſimiliter & crebertimis inciſuris diuiſis. *Flores* ſecundum caules ſuperiùs veluti in longam compoſiti ſpicā, è puniceo ac obſcuriore colore purpuram æmulantur, formâ ferè Floris regij. *Siliqua* & *ſemen* vt maioris Lycoctoni lutei. *Radices* oblongæ, craſſæ, paucis adhærentibus filamentis.

Hic an ein annotabimus, quod mirum, nec immeritò, videtur Plinio: Aconitum ſcilicet Scorpionum ictibus aduerſari. Cum eo, inquit, ſolo colluctatur, veluti pari intùs inuento. Sola hæc pugna eſt, cùm venenum in viſceribus reperit: mirùmque, exitialia per ſe ambo cùm ſint, duo venena in homine commoriuntur, vt homo ſuperſit.

ACONITVM LYCOCTONVM FLORE MAXIMO, coloris è cæruleo purpurei.



Sponte prouenire vidit Cluſius in *Iudemberg* altiſſimo totius Stiriæ monte, ac florere Auguſto. Nos Montbelgardi habuimus in S. P. horto, vbi cum præcedente florebat ſub extremum Iulium.

Sumpto autem Aconito caput valde perturbatur, & ſequitur eius grauitas, vertigo, muſculorum temporum conuulſio, delitia, tremor, lachrymæ inuoluntariæ, oculorum rubedo, laterum dolor, pectoris grauitas, ſpirandi difficultas, circa pilorum morſus, flatus in inteſtinis copioſi, totiuscorporis tumor, tandémque, niſi citiſſimè malefica vis eius infringatur, mortem affert.


ACONITVM LYCOCTONVM FLORE CÆRVLEO, galeâ elatiori, radice bulboſâ.



Præter fibras quib⁹ ſubinde radicatis terræ hæret, bulbos gerit turbinatos, è quorum baſi fibræ aliæ exeunt. *Folia* ex *caule* alternatim producuntur mediocri amplitudine, quæ in quinque profundas lacinias, rurſum leuiter ſubdiuiſas, conſcinduntur, ſplendenti virore prædita, ſubhirſuta. *Flores* galeati, magni, Caſſidem longam exigût, colore cæruleo.

Adeò maligna porrò eſt vis Aconiti, vt niſi ſtatim ſuccurratur, hominem ſubitò interficeat, & quidem vnius diei ſpatio, vnde Plinius Aconitum omnium Venenorum ocyſſimum eſſe ſcribit. Nonnulli tamen Napellum adhuc nocentiorem eſſe ſtatuunt: plantáſque adhuc magis venenatas habet India.

ACONITVM RACEMOSVM: NAPELLVS RACEmoſus; Chriſtophoriana quibuſdam. An Actæa Plinij?



Chriſtophoriana dicta herba, *radice* eſt craſſiuſculâ foris nigrâ, fibris donatâ. *Caules* ſeſquicubitales, rotundi, tenues, teretes, geniculati. *Folia* ampla, oblonga, acuta ſplendentia, multifariam profundè inciſa. *Flores* racematim diſpoſiti, candidi, ex folijs quinque caducis compoſiti, intra quæ *ſtamina* cādida, herbido nonnunquam *apice*. Iiſque *baccæ* ſuccedūt, oblongæ, per maturitatem nigræ, in vuæ modum cohærentes.

Plæriſque Germaniæ, ac circa Rhenum Moſámque locis, in ſyluis præſertim montoſis, occurrit, & floret Maio.

Aconito autem aſſumpto ante omnia procurandus vomitus, deinde Alexipharmacis eius malis occurrendum.


TITHYMALVS, ESVLA: Germ. *Wolfs Milch*: Gall. *Tithymale, Herbe a laict*: Ital. *Tithymalo.*



Tithymali genera tria tantùm habet Theophraſtus. Dioſcoride verò, Plinio, Galeno & Apuleio authoribus, ſeptem ſunt: *Characias*, ſiue Maſculus: Myrtites, ſiue Fœmina: Paralius: Helioſcopius: Cypariſſias: Dendroides: & Platyphyllos. Pluréſque adhuc, vt ex ſequentibus patebit, enarrantur hodie Tithymalorum *Species* & *Differentiæ*.

Tithymalum Cypariſſiam hic pingimus, quem ſæpiùs alunt ſepes & pratorum margines, ac nonnunquam etiam agri inter ſtipulas, demeſſis ſegetibus: quemque habent etiam nonnulli in hortis. Inſigniter autem variat pro anni tempore, vnde fit vt in eo delineando non parum varient Scriptores.

TITHYMALVS MINIMVS ANGVSTIFOLIVS annuus; Eſula exigua.



Palmaris aut ſemipalmaris eſt plantula: radiculâ nigrante tenui, tres aut quatuor vncias longâ. *Caules* & ramuli foliolis ſtipati ſemiſſiciam, vnciæue tertiam, longis, ſemiculmi latis, crebris, ſurſum ſpectantibus, lacte turgidis. *Floſculi* herbidi, & pericarpium triquetrum, Tithymali Cypariſſiæ, ſed multis numeris minus.

In ſegetibus Gallo-Belgij & Angliæ, ſæpiùs Æſtiuo tempore reperit Lobelius Tragus in agris à Meſſe, & autumnali tempore.

A ſucco porrò quo tum hæc, tum reliquæ cunctæ turgent differentiæ, *Herbæ lactaria* nomen communem factum eſt omnibus Tithymalis.

APIOS

APIOS SIVE ISCHAS.



Facilis è *radice* eſt *Apij* cognitio, quæ quia oblonga, turgida, inque Pyri modum turbinata, plantæ nomen fecit. Eam Napi radici rectè comparaueris. Ex illius verò capite *ramuli* aliquot exeunt palmo breuiores: *foliis* ſatis frequentibus amicti, Eſulæ rotundæ ſeu Pepli, at minoribus, ex anguſto principio lenſim dilatatis, perque extremum rotundis.

Tithymalum tuberoſum, & *Tithymalum tuberoſa radice*, inſcribūt Tabernamontanus, Caſtor. Dodonæus, Lat. Cluſius & alij. *Apion* Matthiolus, Anguillara, Dodonæus Gall. Lacuna & Hiſtor. Lugd. *Apion verum* Geſnerus & Lobelius.

APIOS SIVE ISCHAS ALTERA, CLVSII.



Præcedens Icon noſtra ex empiricis eſt, nec in omnibus placet. Aliam verò hic ex Cluſio ſubijcimus, quam ille Apion alteram inſcribit: C. Bauhinus Tithymalum tuberoſâ oblongâ radice.

Iſchas etiam dicitur Apios, quòd ἰσχὰς, id eſt, Caricam ſeu Ficum aridam referat: à cuius figura χαμαιβάλανος appellationē etiam obtinuit.

Naſcitur autem Apios in montoſis & aſperis, necnon etiam in herboſis, authore Plinio. Superior porrò radicis pars aſſumpta vomitione bilem pituitamque extrahit, inferior per aluum. Tota verò ſumpta, vtraque parte purgat.

CHAMÆSYCE DIOSCORIDIS ET PLINII.



Gracilem *radiculam* habet, longitudine circiter palmari, fibris aliquot tenuiſſimis donatam: *ramulos* pedales, in alas ſubdiuiſos, rubentes, ſubhirſutos, ad terram procumbentes: quibus ad *genicula* adnaſcuntur *folia* coniugatim oppoſita, ſubrotunda, quà terram ſpectant rubentia, ſupernè viridantia, cum purpurea vt pluſimùm in medio nota. *Floſculi* ad ramulorum diuaricationes inter folia emicant purpurei; latitantque ſub foliis *Pericarpia tricocca*.

In aridis, ſqualidis petroſiſque locis naſci ſcribūt Plinius & Dioſcorides. Nuſquā in Germaniis apparere ſcribit Lobelius: ſed in Galliæ Narbonenſis aridis & ſabuloſis plurimam reperiri.

TITHYMALVS HELIOSCOPIVS, SIVE SOLIſequus: Eſula vulgaris nonnullis.



Breuis huic, & plerumque ſingularis, *caulis*, modicè hirſutus; *folia* Portulacæ, minora tamen rotunda, ex viridi lutea, in ambitu nonnunquam crenata, aliàs non. *Surculi* è caule ſummo nati, *vmbellam* quodammodò efficiunt *flores* ſuſtinentes exiguos, herbidos, Myſinitæ facie, pelratos. *Semen* in pericarpiis triquetris. *Radix* ſingularis, fibroſa.

Helioſcopij appellationem obtinuit, quoniam capita ſua cum Sole circumagit. Cunctis porrò Gentibus familiaris eſt in collibus, campis incultis, ruderibus, ac circa Oppidorum mœnia: in hortiſque ipſis nonnunquam etiam moleſtus.

PEPLOS SIVE ESVLA ROTVNDA: ET DE PEplide: *Euphorbium matutinum* Ruellij.



Pro *Peplo* & *Peplide* vnam tantùm damus Iconem, nec inſufficienter fortè, cùm vt nomine, ſic etiam effigie altera alteram præ ſe ferat, colligantúrque, reponantur, condiantur & exhibeantur, vno eodémque modo, ac iiſdem ſint præditæ viribus.

In eo autem poſſiſſimùm videntur differre, quòd *Peplis* in mediterranei maris littoribus natalea quærat ſuos: apud Septentrionales verò minimè habeatur, niſi in hortis, vt nec in Oceani littoribus. Peplos verò in Germaniis & Galliis paſſim vbique proueniat circa ſepes, hortorum margines & in vineris.

A Scriptoribus tamen ſeparatim traduntur & pinguntur diſtinguunturque vtraque in *Maiorem* & *Minorem*, quod per Nos liceat.

PITYVSA: ESVLA MAIOR: TITHYMALVS platyphillos Fuchſij, & Tith. Strictophyllos.



Platyphyllon Tithymalum, Fuchſij quem hîc pingimus cum *Pityuſa* & *Eſula* maiore, eandem eſſe plantam contendunt nonnulli. an verò ſit dubitat Lobelius. Videtur porrò Fuchſius plantam exprimere primò prouenientē, atque antequam vmbella ſit ramoſa.

Duplex autem obſeruatur, *Maior* & *Minor*, cui folia bifida.

In agris & circa dumeta prouenit, ac ad ſabuloſas fluminum crepidines. Auguſtoque & Septēbri floret, & cùm prodit initiò Veris folia ſanguineis guttis aſperſa conſpiciuntur.

Peplus de qua modò agebamus, à ramulorum ambitu & quaſi rotundo velam efformante, terramque operiente, amiſtu, nomen obtinuit.

TITHYMALVS SYLVATICVS TOTO ANNO folia retinens: Tithymalus dendroides.



Abundat hic in Hiſpania, Gallia, Heluetia, ac reliqua Germania, in vmbroſis ſyluoſis locis: & primo Vere floret: Geneuæ abundat circa montem Saleuæ, & pontem d'Arue: nec non Baſileæ prope Krentzach, Dornach ac Muttets.

Tithymalum dendroidem, vocant Cordus & Geſnerus hort. Dendroidem verò Tithymalum ſic deſcribit Dioſcorides: Naſcitur in petris, ait, fulioſſimus est in cacumine, denſamque ſpargit *comā*, ſucco lacteo prægnans, ſubrubentibus *ramis*, *foliis* circa ipſum Myrti, tenuioribus: *ſemine* Characiæ.


TITHYMALVS AMYGDALOIDES; SIVE Characias, id eſt, Vallaris.



Tithymalorum Maſculus, *Characias* vocatur, aut Dioſcorides: ab aliquibus *Comatus*, atque etiam *Amygdaloides*, à foliorum forma: ab aliis *Cobius*. Porrò ſunt huic *caules* ſupra cubiti altitudinem, rubentes. *Folia* circum ramos Oleæ, ſed longiora. *Radix* craſſa & lignoſa. In caulium cacuminibus *coma* pendet iunceorum virgultorum, ſub qua cauæ quædam peluibus aut alueolis ſimiles: ac in iis *ſemen*.

Abundat Monſpelij in locis ſaxoſis, &, teſte Cluſio, in Hiſpaniarum aſperis & montoſis, vix alibi ſponte prouenienſ obuius.

TITHYMALVS VERRVCOSVS.



Plures huius *radices* tenues, in vnam tandem coëunt, digiti craſſi ad inſtar, lignoſam, pedalem, cortice externè nigro, interiorè albo. *Virgæ* multæ, lentæ & fractu contumaces, tenues ſubrubentes, pedales, alternatim adnata *folia* ſuſtinent, vnciā longiora, ſemunciam ferè lata, tenui lanugine, magis tamen infrà quàm ſuprà obtecta: interdum rubentia. *Flores* in vmbella flaueſcunt: quibus ſuccedunt *Capſula* rotunda, creſpo ceu tenuiorum minutiſſimorum congeſtu, aut verrucarum inſtar, aſperſa: quæ matura vbi ſe aperiunt, in tres partes diuiduntur, in quibus terna *ſemina*.

In aridis & ſabuloſis prouenit.

TITHYMALVS SERRATVS DALECHAMPII.




Cubitali *caule* præditus eſt, per quem *folia* vncialia, alia culmo latiora, alia etiam minùs lata, pleraque non acuminata, ſed ſubrotunda, denticulis per ambitum crenata. *Flores* acetabulorum cauo inſidentes muſcoſi, lutei. *Capſula* maiuſcula, triquetra, ex tenui pediculo, Myrſinitis ferè paria.

In Icone noſtra non benè repræſentantur ſerraturæ: quàm minimè acuta pinguntur folia.

In Narbonenſi agro frequens eſt, nec alibi temerè reperitur.

TITHYMALVS MYRSINITES; ſiue MYRTITES.



Ramis dodrantalibus craſſiuſculis per terram maximâ ex parte funditur: quos ſerie quadā ambiunt *folia* Myrti, pinguinſcula, colore glauco prædita, in acumen deſinentia. Ramorum extrema in ſurculos abeunt indidem ortos, pyxidata *folia* rotunda tranſadigentes, vmbellatim diſpoſitos: quibus inter folia inſident *flores* colore herbido: Pericarpia triquetra.

Myrtitis aut Myrſinites cognominationem à foliorum cum Myrto cognatione habuit. Creſcit ſua ſponte in nonnullis Italiæ montoſis locis: *Nos* verò nuſquam niſi in hortis vidimus.

Eam verò nunquam viſum exiſtimauerit Matthiolo & Lacunæ, tam ridiculè, vel iudice Lobelio, pingunt.


TITHYMALVS PARALIVS.



Naſcitur in maritimis, ait Dioſcorides, *ramis* ſubrubentibus, palmum altis, quinis ſeniſue à radice exeuntibus. *Foliis* Lini, anguſtis, paruis, oblongis, in verſus quoſdam digeſtis: *capite* in cacumine orbiculato, in quo *ſemē* vt Eruum vario colore emicat: *flos* albus, &c.

Non modò in Italiæ & Hiſpaniæ, ſed & in Hollandiæ, Zelandiæ, reliquáque inferioris Germaniæ maritimis vliā, locis incultis, aridis & præaltis prouenit. In hortos tranſlatus rarioribus eſt foliis.

Alypum Matthioli Tithymalis affine.




Alypum, authore Dioſcoride, ſurculoſa herba eſt, ſubrubra: gracilibus *ramulis*: tenuibus foliis: *flore* molli, leui & copioſo: *radice* Betæ, tenui, refertâ acri ſucco. Gignitur in maritimis, ac plurima in Lybia: Semen atram bilem deijcit, verùm interanea exulcerat: *Sic ille.*

Quantùm verò hallucinatus ſit Goldenbergius, in eo quod in Diſpenſ. Cordi, ſupra Diacaſt. herbam quæ Alypi nomine hodie cognoſcatur, affabrè Matthiolum depictam exhibere dicit, oſtendit Dalechampius.

Nos plantam cuius Figuram hic exhibemus, Stutgardia à Doct. Schvvartzio accepimus.

Alypum quibusdam, sive Esula lata, flore purpureo.



Seſquicubito lõgiores profert *caules*, nõ ſine ramis ſequentibus & longis: per quos *folia* Lentiſci vel Glycyrrhizæ, oblonga, per extremum obtuſa, glabra, euidentibus obliquis crebris neruis in margines porrectis diſtincta, conſtipatim ex modicis interuallis breuibus pediculis donata. *Flores* è ramorum cacumine pendent, in racemum concernati ſinguli, oblongi nolę exiguę formâ, colore purpuraſcente. *Radix* vel ſimplex & ſatis craſſa. Lac ex omnibus partibus acre & feruidum Tithymalorum more fundit.

Non alibi quàm littoribus & inſulis ſinus Adriatici reperitur, & in Lido Inſula exigua. *An Turbith Antiquorum?*

Tithymalus aphyllos.



Caules recti, nudi, quales Sparti aut Geniſtæ, aut certè pauciſſimis *foliis* donati, circa Veris & Autumni medium, cum *floribus* in ſummitate pallidis, qui breui decidentes cauliculos nudos relinquunt anni reliquo. Intra floſculos Autumnales *ſemen* latitat.

Frequens eſt admodum hęc planta in maritimis Africæ: apud Nos facilè non prouenit. Ex ea verò Lac abondanter exſtillat, colore albo, ſaporéque acerriſſimo & quaſi cauſtico.

Æthiopes hac plantâ ſiccatâ, & in puluerem redactâ, vtuntur in condimentis, ſicut Nos Pipere: exiſtimántque quidam eſſe *Xabrum* & *Camarronum* Rhazis. De Tithymalis plura *in Appendice.*

Lathyrus ſiue catapvtia minor: Germ. *Springkraut*: Gal. *Eſpurge*: Ital. *Lathyri*, *Cacapuzza.*



Lathyris, quòd lacteo turgeat ſucco, & iiſdem penè viribus quibus Eſula polleat, Tithymalorum familię à cõpluribus accenſetur: ac teſte Dioſcoride, Tithymalus à nonnullis appellatur.

In hortis ſemel ſata, ſemine quotannis ſe propagat, etiam Hyeme virens: primóque anno fructum non fert. In agrorum Anglię & Gallię marginibus occurrit: eſtque apud Inſubres frequentiſſima, ad Rhenum etiam ſpõtè variis locis pullulans. Floret Æſtate, ſeménque Auguſto & Septẽbri maturat. Prout autem adultior vel iunior eſt latiora vel anguſtiora habet folia, vnde à Tabernamõtano duæ proponuntur Figuræ. *Plura in Appendice.*


De tvrpetho, sive tvrbith.

Turpethum cuius generis ſit planta, maximè inter rei Botanicæ Scriptores controuertitur. Meſue *lactariam ferulaceámque* plantam nominat. Serapio & Auicenna, quamuis nullo commendetur odore, nec guſtui acre videatur, *Tripolium* tamen eſſe exiſtimarunt. Actuarius modò *Pityuſa* radicem dicit, modò *Alypum Dioſcoridis*. *Tithymali Myrſinitæ* radicem eſſe putat Braſſauolus: ſed quantùm Myrti folia à foliis Ferulæ differant qui neſciunt, rei Herbariæ peritos conſulant. Fuchſius *Thapſiæ radicem* eſſe voluit. ſed Thapſia lacteo ſucco non turget, quod tamen de Turpetho traditur. Nonnulli *Scammoniæ Antiochenæ* radicem eſſe crediderè. Diuerſam opinionem mordicùs tenet Garcias: *Plantam eſſe* ſtatuens radice nec magnâ nec longâ: *caule* Hederæ modo per terram extenſo, digiti craſſitie, duos vel tres palmos longo: ac *foliis* tandem Althææ, vt etiam floribus, iiſque candidis, & nonnunquam rubentibus. Siéque quid ſit *verum Turbith* adhuc ambigitur. Vt ut ſit, nulla tamen eſt Officina in qua Turbith tot notis inſignitum, quot optimo tribuit Meſuæus, non inueniatur. *Gummoſum* ſcilicet, *album*, *vacuum*, *arundinoſum*, *cortice cinericeo & plano, fractu facile*, &c. Eſt autem, ſecundum eundem Meſuem, aliud *hortenſe* & aliud *ſylueſtre*: atque vtrumque vel *magnum* vel *paruum*: *album*, *flauum* vel *nigrum*.

Calidum porrò & ſiccum ſtatuitur in tertio ordine, variáſque præſtat vſus: vnde etiam Fallopius: *Turbith*, inquit, non habet minorem vim quam habet *Scammonium*. Sed quia non eſt in vſu ſuccus ipſius, vt eſt in vſu ſuccus *Scammonij*: at eſt in vſu radix: ideirco videtur habere minorem vim, quàm habeat Scammonium. Verùm tamen ſi conferatur ſuccus ſucco, & radix radici: profectò Turbith non habet minorem vim, quam habeat Scammonium. Vnde aliqui volunt Turbith eſſe dictum à turbando. Sed decipiuntur: quoniam dicitur Turbith ab Arabibus quaſi Turpethum, ſumpto nomine à Græcis recentioribus, & præſertim ab Actuario, qui ipſas Hoc Medicamentum nomine *Turpethi*.

CLASSIS XXXIV. FINIS.

ANACAMPSEROS, CRASSVLA: Germ. *Wundskraut*; Gall. *Repriſe*, *Graſſette*: Ital. *Faba graſſa*.



Pedalis & altior eſt Anacampſeros: *caulibus* tectis, teretibus: quibus perquàm crebra adnaſcuntur *folia* ſurrecta, ſucculenta, Portulacæ folijs longiora, colore glauco, rubedine aliqua ſubinde perfuſo, crenata, & nonnunquam integra. *Flores* in vmbellas digeſti, albi, quinque folijs conſtantes. *Radix* ſubeſt tuberculis glandulosis ſtrumoſa: nulla verò nec odore nec ſapore excellit.

Faba inuerſa dicta eſt, quia radix ima innumeris tuberibus ſcatet, quæ Fabarum æquant magnitudinem.

Variat folijs vel integris & ſubrotundis, vel oblongis & integris: iiſque denſioribus vel rarioribus: ac florum etiam colore albo, luteo vel purpuraſcente.


ANACAMPSEROS PVRPVREA: TELEPHIVM purpuraſcens multis.



Pari cum alba magnitudine *caulem* habet ex *radice* ſtrumoſa rectum & rigidum. *Foliorum* diſpoſitio etiam eadem: ſed anguſtiora ſunt, longiora & dilutiore virore tincta, penitùs crenata. *Flores* ſurculis inſident vmbellati, iam dictæ Anacampſerotis, quo etiam colore ſunt *ſtamina* media & *apices*.

Variat folijs longioribus vel breuioribus, plùſque vel minùs crenatis. Scrophulariam inſcribit Tragus: Fabariam Lonicerus: Craſſulam montanam Cæſalpinus: Telephium purpuraſcens Fuchſius, Lobelius, Cluſius, Camerarius, Tabernmontanus, Gerardus, & Hiſtoria Lugd.

ANACAMPSEROS MAXIMA, CRASSVLA MAIOR Hiſpanica, Telephium latifolium.



Duos, tres pluréſue habet *caules* è radice prodeuntes, cubitales, ſucculentos, in latus ſe inclinantes: quibus *folia* ex interuallis bina adnaſcuntur, ſemper aduerſa, craſſa, ſucco plena, & magis quàm in reliquis carnoſa. *Flos* in extremis ramis quaſi vmbellatim naſcitur, pallidus. *Radices* autem illi plurimæ glanduloſæ, Craſſulæ vulgaris radicibus ſimiles.

Vtrum verò hæc Anacampſeros, vt & reliquæ, ad Telephium ſit referenda, necne, plurimùm ambigitur: in id tamen inclinat Doctorum maior pars. Eas *Sedi minoris* nomine donant etiam plurimi, *Cotyledonis* alij.

ANACAMPSEROS MINOR, ROTVNDIORE FOlio, flore albo, & radice vermiculari.




Telephium minus, repens, ſemper virens, inſcribunt Lobelius, Camerarius, Tabernamontanus, Gerardus & alij.

Naſcuntur autem Anacampſerotis ſpecies omnes nullo negotio fermè vbique, ſed in locis vmbroſis præcipuè: florentque Iulio & Auguſto.

Humidæ autem & frigidæ ſunt temperamenti: & vulnerarijs annumerantur, ac herniis conducunt. Herba illa & impoſita ſanguinem à vulneribus manantem ſiſtit, doloréſque magnos in vulneribus & vlceribus ſedat. *Plura in Appendice*.

COTYLEDON, VMBILICVS VENERIS: Germ. *Nabelkraut*; Gal. *Nombril de Venus*, It. *Vmbilico di Venere*.



E' *radice* tuberoſa, exiguis fibris donata, pediculi exeunt palmares, in medium peltam circinatamque, *folijs* craſſis ſucculentis & glaucis, in vmbonem inſertis, ſaporis viſcidi & aquei: indidémque prodeunt *caules* duo aut tres, dodrantales aut altiores, aliàs ſimplices, aliàs ramoſi: ab imo ferè ad ſummũ vſque oblongis, concauis, herbaceis, confertis *floribus* comoſi. *Semen* comoſum Portulacæ ſimile.

Nomen accepit à figura folij acetabulo ſimili, vnde etiam *Acetabulum* dixêre nõnulli, *Cymbalium* alij, *Cotyledonem* & *Vmbilicum Veneris* plerique omnes, *Scatum cœli* Matthiolus. *Herbam coxendicum* Plinius. *De Viribus in Appendice*.

COTYLEDON ALTERA OLIM MATTHIOLI.



Cotyledonem ſextuplicem facit C. Bauhinus, *Maiorem*, *Paluſtrem*, *Subhirſutam*, *Mediam folijs ſubrotundis*, *Mediam folijs oblongis ferratis*, ac *Minorem folijs etiam oblongis ferratis*.

Duo verò tantùm genera fecêre Dioſcorides & Plinius, quorum primum in præcedente Tabella exhibemus, alterum verò, vt Nos hîc, pingit Matthiolus.

Naſcitur autem Cotyledõ in ſaxis & vetuſtis ædificiorum parietibus atque in Oppidorum mœnibus. In locis calidis in fine Autumni apparet, foliaque per hyemem ſeruat, atque Aprili & Maio floret. Reperitur in Stiriæ Alpibus ſcribit Cluſius.

CYMBALARIA vel CYMBALARIS, CAPNI GEnus alterum quibuſdam.



Hanc à *Cymbalo* nomen habere teſtatus C. Bauhinus. Naſcitur in antiquis & vliginoſis ædificiorum parietibus, macerijs & ſaxis, atque in figulinis vaſculis etiam habetur. Herbã eſſe ait Hermolaus folio Hederaceo ac flore paruo purpureo, quæ minimè ſit Cotyledon, quã uis *Cotyledonem Cymbalion* etiam vocet Dioſcorides: nonnullos verò Capnı genus facere. Addamus *Nos* reperiri etiam floribus cæruleis: floribúſque ſuccedere *Capitulum globoſum, ſemina* claudens parua, criſpa: & *virgas* eſſe tenuibus, teretibus, læuibus, purpuraſcentibus & longis: *foliáque* longis appenſa eſſe pediculis.


SEDVM, ſiue SEMPERVIVVM, Germ. *Hauſs wurtz*, Gall. *Iombarbe*: Ital. *Semperuiuo*.



Sedi ſiue Semperuiui duo apud Veteres ſumma genera: *Maius & Minus*, minimè enim plura annouêre Plinius, Galenus & Oribaſius, quæ & Dioſcorides ipſe. Tertium enim quod addit, ac *Illecebram* vocari ait, non eſſe, ſed videri tantùm, Aizoi ſpeciem, ſcripſêre tum Dioſcorides, tum eum ſecutus Oribaſius. Ad ea ſumma cacumina varia plurima, vt ex ſequentibus patebit, referuntur Sedi diſcrimena.

Sedum arboreſcens hîc pingitur, quod pro *legitimo* ... *are* Dioſcoridis *Aizoo* ... rique omnibus vulgò ... pitur: frequentiſſimum ... eſt in ædium tectis, & ſuper muros, ac in fictilibus etiam habetur.


SEDVM, ſiue AIZOON, MAIVS VVLGARE.



In orbem ſpargit terræ appreſſa *folia*, alia alijs incumbentia, craſſa, ſucco lento frigido prægnantia, æterni viroris, ſenſim in acumen deſinentia, ex fibroſa *radice* orta, quæ ſubinde ſe propagans numeroſam ſimilium orbiculorum ſeriem parit. *Caulis* totus ſimilibus, ſed acutioribus folijs, veluti ſquammis, obtectus, craſſiuſculus, pedali altitudine, ſuperiùs in ramos diductus, *flores* ſtellatos ſerie quadam ſuccedentes gerit, patulos, purpuraſcentes.

An *Aizoon maius* Dioſcoridis & Plinij? *Cotyledonem alteram* eſſe ſtatuunt Cluſius & alij.

SEMPERVIVVM, ſiue AIZOON, MAIVS CRENATUM Myrtifolium, Lobelij.



Hoc pro vulgari *Maiore* malè pingit Cluſius. *Vulgari* autem maiori, nihil vſquã Genitum vſitatius, vulgatiúſue. Perenni vegetóque foliorum virore viget, cùmque Hyeme & Æſtate in parietibus vel imbricamentis etiam nullis, vt videtur, radicibus nixum, aduerſus quaſlibet cœli impreſſiones tuetur. *Caulis* floriferus eſt poſt Solſtitium æſtiuum, ac deinde areſcit. Mirúmque hanc plantam, inter petras, & ad macerias & muros, vbi terrà planè deſtituta eſt, virentiorem quandoque conſpici.

Eſt porrò humidæ & frigidæ qualitatis, indéque calidis morbis & inflammationibus vtile eſt. *Plura in ſequentibus.*

SEDVM SIVE SEMPERVIVVM MONTANVM latifolium, flore purpureo.



Radix craſſa ſatis ocellos circumcirca crebros, progignit. *Folia* ſemunciã breuiora, acuminata, latiuſcula. *Caulis* ſatis craſſus, hirſutus, vncias tres altus, ſenos, plures pauciorė ve, in cacumine geſtat *flores* magnos, longis perangustis, purpurantibus folijs conſtantes, luteis in medio apicibus, ac folioſo circumiecto calyce.

Cæterùm Semperuiui ſuccus & aqua deſtillata, ſi ex linteolis in ijs madefactis imponantur, omnibus tum internis tum externis inflãmationibus, febribus acutis, articulorum doloribus, ac præſertim phrenitidini, plurimùm leuaminis afferunt.

SEDVM MONTANVM PVLCHRVM EX BALDO, floribus albicantibus.



Sedum *Aizoon* & Semperuiuum dictum eſſe, quòd perpetuò, id eſt, tam Hyeme quàm Æſtate, vireant folia, nullíſque cœli iniurijs lædantur, ſatis ſupérque notum eſt. Inde etiam *Vitalem* vocatum Apuleius. Opilius Aurelius *Sejouium* vocari ait, eámque in tegulis ſeri: fortè quod nonnullis locis plebis animos inualerit opinio, non feriri fulmine domum, in cuius tegulis *Sedum* vitet. Qua etiam ſuperſtitione ducti Germani *donderbart* & *donderblat* appellant.

Acidulam vocarunt nonnulli, ab acerbi, quem habet, ſapore.

SEDVM SERRATVM.



Tenuis nigra eſt *radix*; ſubinde productis fibris latiùs ſe propagãs: *folia* vt pluſimũ per terram ſparſa. Sedi, pinguia, oblonga, vnciam vnã vel duas longa, colore glauca, anguſtiſsima in ambitu denticulis rigidulis, reliquóque folio candidioribus, crenata, ſapore ſtrenuè adſtringente. Ex eorum verò medio ſurgit *caulis* palmum vnum aut alterum altus, folioſus, in alas aliquot diuiſus. *Flores* albi, quinque foliolis cõſtant, *vmbilico* viridi apices croceos habente.

Variat magnitudine quæ interdum multò maior, & floribus, qui nonnunquam purpurei.

SEDVM ECHINATVM VEL STELLATVM, flore albo.



Echinati vel ſtellati appellationem obtinuit à à *floribus* albis *ſtellatis*, qui caulibus ex certis interuallis ad latus adnaſcuntur.

Cæpis adſcribi poſſe exiſtimarunt Camerarius horti, Cæſalpinus, & Fœlix Platerus, in cuius horto primùm Baſileæ vidimus. Montbelgardi poſtea habuimus in S. P horto, tota Hyeme virens. Sedum porrò, à ſempiterno virore, *Ambroſiam* etiam vocari ſcribit Plinius: nec non *Hypogeſion*, quòd in ſubgrundijs naſcatur, & *Sterg ethron*, quòd amatorijs conueniat. Sed hæc & alia huiuſmodi *non* ſtudiò prætermittimus.


SEDVM ECHINATVM FLORE LVTEO.



Eiuſdem cum præcedente eſt generis; differt tamen ab eo tum floris colore, tũ folijs ad Portulacæ folia magis accedentibus: ſed *Macrum* audiamus de Sedo differentem:

Dicimus Acidulam, ait, quã
Græcus dicit Aeizon:
Sic dici credunt, ſapor illi quòd ſit Aceti.
Creſcit arenoſis in pratis, & ſiccis amans.
Hanc autè quidam comedũt in tempore Veris:
Expertúmque ferũt cibi quod faſtidia tollat.
Virtus eſt illi ſiccans & frigida valde:
Tertius à Medicis datus eſt gradus huic in vtroque.

SEDVM MINVS, FOLIO LONGIVSCVLO; tereti, flore candido; *Vermicularis*.



Vermicularis nomen huic ſpeciei *folia*, quæ pinguibus caſeorum putreſcentiũ vermibus ſunt ſimillima, alternatim in *caulibus* ſpithamæis & dodrantalibus, hirſutis, rubentibus aut viridantibus, diſpoſita, atro-rubentia, vel punctis rubris guttata. *Flores* conſerti, veluti in vmbella, ſtellati, quinque folijs conſtantes, interius albis, apicibus multis atro-purpureis, *Vmbilicũ* conuidem albidum circumſtantibus. *Radix* tenuis fibroſa.

De eo plura ad latus ſequentis Figuræ.

SEDVM PARVVM CIRCINATO FOLIO, Daſyphyllum Dalechampij.



Radix eſt breui, capillata & pallida, gracili, in exigua terra & parietum cæmento hærente: *ramulis* plurimis, quatuor digitos altis, perquàm ſpiſſè congeſtis: *folijs* numeroſiſsimis, craſsis, teretibus, albicantibus, confertiſsimis, ſtipatis, guſtu fatuis. *Flos* in virgulis tenuibus candidus, ſtellatus.

Geneuæ, Lugduni & Viennæ Allobrogum vicet in muris & parietibus: floret Maio. Proximè verò præcedens paſsim in veteribus muris, necnon circa aggeres, & agrorum ſepimenta prouenit.

SEDVM ALPINVM MINVS, FOLIIS CINEREIS, flore candido, & caule hirſuto.



In Baldo, Braulio & monte Fracto, ſiue Pilati iuxta Lucernam, reperiri ſcribit Geſnerus. In præruptis Schneeberg iugi locis, atque inter Saxa quà deſcenſus eſt ad Monaſteriũ Newenberg, Cluſius. Floret Iulio & Auguſto, radicibúſque eſt lignoſis, craſsiuſculis & nigricantibus.


SEDVM PVRPVREVM PRATENSE.



Folia quæ per caulem ſunt Vermicularis folia referunt, niſi quod planiora exiſtunt. Multiplex verò eſt ſummi *caulis* diuiſio, & *ramuli* numeroſi: quibus ſingulis inſidet *flos* vnicus, non adeò magnus, Vermicularis florem æquans, folijs conſtans coloris carnei, ſtriâ per medium productâ, *apicibus* in medio pallidis.

Naſcitur in humentibus pratis, eſtque circa Norimbergam frequens.

SEDVM MINVS FLORE LVTEO.



Nigricat huic tenuis *radicula*, fibris aliquot donata: *rami* inde exeunt dodrantales, quibus malè firmo nexu appoſita *folia* craſſa pinguia, acuminata, ſurſum ſpectantia, crebra. *Flores* ſtellati, lutei, eiuſdémque coloris *apices*.

An *Sedum paruum* Dioſcoridis? An *Aizoon minus* Plinij? *Semperuiuum & Aizoon minus* dicitur vulgò rei Herbariæ Scriptoribus.

Sponte naſcitur in muris & macerijs ac habetur etiā in hortis & ſyluis, Maio florens & Iunio. Multiſque locis inter acetaria recipitur, in quibus ſapit & palato gratum eſt.

SEDVM MINVS ÆSTIVVM LVTEVM.



Palmaris fruticoſáque eſt planta, *folio* exiguo, Sedi minoris, rotundiore: *flore* luteo: *radice* parua & fibroſa. Thalius *Aizoon medium* vocat. Belgis hortenſe eſt.

Sedi minoris lutei, flore ſe circumflectente meminêre Cluſius & Camerarius: idque Sedum Scorpioides vocat Lobelius. *Sedi aruenſis flore rubente meminit* C. Bauhinus.

SEDVM PARVVM MONTANVM LVTEVM.



Caulem vnum (plureſue,) erigit palmarem, *folijs* crebris veſtitum, Sedi minoris mo[r]is, ſue floribus luteis, minùs acutis planioribúſque, qualia etiam per terram ſparſo caulis imo adhærent. Superiùs diuiditur in ramulos ſatis frequentes caulis, qui *flores* geſtant pulchellos, maiuſculos, ex pluribus & foliolis & apicibus luteis compoſitos. *Radicula* ſummâ ferè tellure vagantur, & ſubinde nouas plantas producunt.

Prouenit in altiſſimarum alpium iugis, Iulióque & Auguſto floret.

SEDVM ALPINVM ERICOIDES CÆRVLEVM.



Ex præruptis iugis ac Saxis propendet, *radicem* habens longam, fibroſam: è qua cauliculi prodeunt multi, *foliolis* breuibus, craſſis, cinereis, ac velut in Erica Alexandrina cōpactis, cincti. Singulis autem cauliculis inſidet *flos* magnus, cæruleus, quadrifolius, staminibus aliquot breuibus donatus.


Hoc in Rhætiæ & Valeſiæ alpium ſummitatibus obſeruauimus. Variat autem florum colore & magnitudine.

SEDVM MVSCOSVM: VARIAQVE ALIA Sedi genera.



Cæſpites totos fœcundâ luxurie operit, *radiculis* repentibus. *Folia* maiora quàm Sedi alpini cinerei, acutiora, molliora, Muſcum terreſtrē imitata. *Cauliculus* ex vmbilico natus vnciam vnam aut duas altus, foliolis crebrioribus veſtitus, vnicum plerumque in faſtigio gerit *florem* magnum luteum. Natales habet in alpibus prope riuulos.

SEDVM MINIMVM FLORE LVTEO: DIOSCORIDIS Aizoon tertium,




Obuium eſt in muris, capillaribus *radicularum* fibris appenſum, vnde *ramuli* plurimi, palmares aut breuiores, tenues, vtuntur: *foliis* exiguis admodum, denſiſque eum longitudine ferè pari. *Flores* in extremis ramulis plures, lutei, quinque foliis radiatis conſtantes, apicibus in medio ſimiliter luteis.

Paſſim in tectis, muris & petris naſcitur, vt & in aggeribus, ſalebroſis & aridis locis, tenui gramine obſitis. Æſtiuis menſibus floret: minimè autem ſemper viret.

Vim habet acrem & exulcerantem: *tert* *iumque* *Dioſcoridis* *Aizoon* eſſe exiſtimatur. Reperitur autem huius generis non acre. *Plura in Appendice.*

SEDVM ALPINVM HISPIDVM FERE SPINOSVM, flore pallido.



Multos tenues dodrantales *caules* emittit, *foliis* vaſtioos alternanta ſita ſemuncialibus, perangustis, acuminatis, ex viridi pallentibus *ſpinulis* per margines aſperis, qualia prope terram multæ repentem inferiorem ſoliorum partem ornant. *Ramuli* in quos caules ſuperiùs diuiduntur, *florem* in cacumine geſtant ſinguli, palleſcentem, apiculis in medio rubris. Succedit vnicuique *Capitulum* Lini ſimile, minus, turbine bifurco patente, è quo concuſſu excidit *Semen* longè cupiniſſimum, minutiſſimum, puluiſculi inſtar, colore nigrum.

SEDVM MINIMVM SYRIACVM LVTEOLO flore, Saxifragæ albæ.



Radix huic implicata, & fibrata: *cauliculi* ſeſquiunciam alti, in quibus *flores* luteoli, pro plantæ exilitate, ſatis magni, Saxifragæ albæ. *Folia* petræi montani Sedi, ſed minora.

Sedi ſiue Semperuiui ſpecies aliæ, ſiue potiùs varietates, adhuc habentur: *Sedũ alpinũ foliis crenatis, aſperis, Sedum ſaxatile variegato flore, Sedum ſaxatile atro-rubentibus floribus, Sedum ſaxatile hirſutum purpureum, Sedum alpinum trifido folio,* TRISVLCA *dictum,* &c. Sed quis in his anguſtiis omnia enarrare poſſit?

OPHIOGLOSSON: Germ. *Schlangenzunglin. Einblatt*; Gall. *Herbe ſans couſture*, Ital. *Lingua ſerpentina.*



Multis fibris & ſatis craſſis cirratâ, ſubacri & ſubamara *radice* donatur: è qua ſurgit pediculo palmaris, *folium* ſingulare ſuſtinens, pingue, carnoſum & minimè neruoſum, modò anguſtum & longiuſculum, modò latum & ſubrotundum, læue, erectum. Ex eius verò ſinu, quà pediculo committitur, *Lingula* exit bifurcata, non tamen ſecta, in acumen ſenſim deſinens, cuius extremitatem vtrinque denticulatã, ſcobinæ aut limæ aurifabrorum effigiatur à. *Seminis* loco eſt tenuiſ quaſi *pollen* in Linguæ inſectionibus, quibus per maturitatem dehiſcentibus, excidit.

Variat *folio* interdum ſinuato, & Lingula ſimplici, duplici vel triplici. *Plura in Appendice.*


ALOS: Græcis Ἀλόη: Arabibus, Perſis & Turcis *Cebar*: Germ. Belg. Anglis & Italis *Aloë*: Gallis, *Aloes*.



Sic in omnibus ferè Linguis, apud omnes Chriſtianos authores præſertim, vnũ & idem nomen obtinet hæc planta: ſicque dicta videtur à maritimis, quibus gaudet.

Succulenta autem, magna, dentata, craſſa, in terram reclinata aliquantulùm ac æterni viroris, habet *folia*: adeò vt per Hybernos menſes, extra terram etiam in Hypocauſtis ſuſpenſa, non marceſcat. *Caulis* inter folia ſurgit. *Flores* illi incarnatos tribuit Matthiolus, luteos Geſnerus, albos Tragus: in eo Dioſcoridi ſubſcribens, qui *ſemine* addit eſſe Haſtulæ regiæ, & radice, ceu palo in terram demiſſo.

ALOE AMERICANA MVRICATA. ALOE Meguey Mexicanum.



Longè maioribus eſt hæc *foliis*, bicubitalibus, carinatis, repandis, duplò craſſioribus, & peracutis.

Innumeri ſunt eius vſus, vt pote ex qua parãtur *Aqua, Vinũ, Oleum, Acetum, Mel, Syrupi, Fila, Acus, Charta, Calcei, Storeæ, Chlamydes, Cingula, Capiſtra, Funes.* & varia Remedia: trunco in ligni, & foliis in tegularum, locum cedentibus.

Vulgaris verò antè tradita, plurima in Cambaya, Bengala & aliis Indiarum locis prouenit, laudatiſſima verò in Socotora, Arabiæ & Æthyopiæ interiacente Inſula, vnde ad Arabes, Perſas, Turcas, Noſque Europæos, defertur. *Plura in Appendice,*

KALI; HERBA VITRI; Italis SALSOZA. Kali paruum hirſutum.



Vulgare Kali planta eſt bicubitalis, latè ſe pandens, nullis ſpinis horrens, intensè rubens, diuiſa in ramos ractos, craſſiuſculos, cubitales: in quibus *folia*, infima quidem palmaria, anguſta, pinguia: ſuperiora verò minora, breuiora, incurua, ex lato principio in mucronem ferè deſinentia, iuxta quæ veluti *Capitula*, in quibus *ſemina* limacibus, ſiue cochleis, ſimilia. Sapor totius plantæ ſalſus, ingratus.

In Gallia Narbonenſi ſpontè ad Lacus Salſos prouenit: in Septentrionalibus verò locis minùs eſt obuium.


KALI ARABICVM RAVVVOLFII; VSNEN.



Denſo prodit coliculorum agmine, in varios ſurculos graciliores diuiſorum, quibus ſummo tenus *Capitula* hærent penitùs repleta: ſub quibus anguſtiſſima ſunt, acuminataque *foliola*, inferna parte penitùs albâ, ſuperna cinerea.

Vſnen vocant Arabes, & nonnulli *Schinen*. Iuxta Tripolim copioſiſſimum obſeruauit Rauvolfius, ex cuius cineribus ingentes naues onuſtas Venetias tranſuehi ad ſaponem & alba Vitra conficienda.

KALI PARVVM HIRSVTVM.



Ad Lacus Salſos Monſpelij ſatum vidimus Kali vulgare. Ibi enim diligenter colunt ad *Sal Alkali* conficiendum. Ex Kali autem ſic conficitur *Sal Alkali*: Scrobiculo effoſſo prope Mare tranſuerſim aſſulas ligneas imponunt, quibus ſuper aggerunt cumulatim Herbam prædictam, ex qua, accenſo igne, ſtillat in ſubiectum corbem liquor, qui tandem concreſcens fit *Sal Alkali*, coloris partim nigri, partim cinerei, valde acre & cathæreticum, ſalſum. Et Saxum hoc *Kali* vocatum, vel Soda, ad Vitrum conflandum aptum, in Italiam vsque Septentrionam ex Gallia Narbonenſi & Aquitania deferunt.

KALI MINVS, SIVE SEDVM MINVS ARBOreſcens, vermiculatum.



Duris lignoſiſque [illegible] cubitalibus, interdum [illegible] beſcentibus, alias [illegible], fruticat: è quorum lateribus denſiſſimè enaſcuntur propagines vncíales & ſextantales, ſurſum ſpectantes, foliolis perpuſillis ſtipatæ per ramorum ſcapos longè ſeries, ſingularibus plerumque & longioribus, vniuſcuiuſque ſinum implente globulo exiguo, Milij granum æquante, qui vbi explicatur apiculo oſtentat numeroſos, luteo[illegible]. Semen exiguum, nigrum, lucidum, compreſſum.

Monſpelij ad Mare cum Vulgari prouenit, & ad eoſdem vſus diligenter colligitur & aſſeruatur.

KALI HIRSVTO AFFINIS ANTHYLLIDIS forte aliqua ſpecies.



Prouenire obſeruauimus in arenoſis iuxta Romam.

Cæterùm quod *Kali* vocarunt Mauritani, aliqui ad *Anthyllidem* alteram Dioſcoridis referunt, alij verò ad eiuſdem *Tragum*. Speciatim verò proximè præcedens *Kali*, ad dictam Dioſcoridis alteram Anthyllidem retulerunt Dodonæus Gallicus & Amatus, qui Bordam Valentinis dici aſſerit. Matthiolus autem *Anthyllidem* eſſe negat, id cum Kali maiore & Salicornia confundens.

KALI SPECIES, SIVE VERMICVLARIS marina arboreſcens.



Vermicularis maritimæ arboreſcentis, & Aizoi maritimi ſubfruticantis nomine, ex Prouincia accepimus hanc plantam, cubitalibus, teretibus, glabris, lignoſis, cinereiculoris, *ſolonibus* fruticantem, in ramos longiuſculos diductis; per quos confertim naſcuntur *folia* tomacis breuiora, quædam etiam vncialia, ſucculenta, *Kali* noſtri hirſuti, excepta hirſutie, ſimilia, alternatim diſpoſita, ſapore ſalſo.


Reperitur maritimis Angliæ & Zelandiæ littoribus.

KALI SPECIES, SIVE VERMICVLATI FRVTICI Varietas maior.



Sic in Obſeru & Icon. inſcribit Lobelius: Dodonæus *Chamæpytin alteram Dioſcoridis.* Verum verò id nomen illi conueniat, necne, dubitant Lobelius & Hiſtoria Lugdunenſis. *Fruticem Caſſia lignea ſimilem* facit Cæſalpinus, qui *Selaginem Plinii* ſuſpicatur, & *ſempervivum marinum & Vermicularem arboreſcentem* dici addit.

KALI ARABVM ALIVD, RAVVVOLFFII.



Numeroſis ſurgit *coliculis*, nodulis articulatis, inſtar Equiſeti. *Radix* craſſa, cinerea, lignoſa. Reperitur circa Tripolim.

Hiſtoriæ Lugd. in Append. *Kali Arabum ſecundum genus.* C. Bauhino in Pin, *Kali geniculatum alterum, vel minus.*

KALI SIVE KELLV ÆGYPTIORVM SPECIES prima: Kali I. Alpino.



Tres habet Kelli ſiue Kali Ægyptiorum ſpecies Alpinus, ex quibus Sole exſiccatis, ac poſtea mox combuſtis, cineres parant ii, qui illinc Venetias ad Vitra atque alia conficienda comuehuntur. Soléntque, referente eodem Alpino, Ægyptii cartham trium Plantarum foliis, in puluerem redactis, ac per os ſumptis, phlegma & bilem aduſtam purgare. *Nos primam* hîc pingimus.

KALI II. ALPINO.



Kali altera ſpecies, *Kali alterum nonnullorum*, *planta* [illegible], atque acri ſapore linguam feriens, Alpino.

C. Bauhino in Pin. *Kali Craſſulæ minoris folio*: *Kali floridum repens*, *Aizoides Neapolitanum* Columnæ.


In Ægypto aſitur, ubi eius cineribus ad Vitra, Saponem, & alia multa eius vſus.

KALI ÆGYPTIACVM III. ALPINO.



Plantam hanc cum priore ſub *Anthyllidis ſecundo* genere reponendam cenſuit Guillandinus. Alpino autem dicitur *Kelli Ægyptiorum Species tertia.* Sic Kali Alpini ſpeciem tertiam inſcribit C. Bauhinus in Pin. & *Kali Ægyptium foliis longis hirſutis.*


KALI GENICVLATVM, SIVE SALICORNIA; Vſnen Serapionis Cæſalpino.



Frutex eſt ſæpe cubito altior, [illegible] ſapore ſalſo. *Folia* non habet, ſed *ramos* duntaxat teretes, denſos, vt ſunt folia *Aizoi*, Cepææ & ſimilium, denſo geniculatos, pyxidatim gemeulo alio aliud excipiente: quibus ſuccedunt noui, craſſi, virides, atque interdum intensè rubentes: in quorum extremitate *flores* parui lutei, cum apicibus paruis. *Semina* non obſeruauimus, vt nec radicem.

Frequentiſſima eſt ad quaſlibet maritimas, tum Oceani, tum mediterranei, Mariſ oras. Sempervivum maritimum Monſpelienſium inſcribit Cluſius. *Plura in Appendice.*

KALI SPINOSVM, TRAGVS DIOSCORIDIS quibuſdam.



Cubitales per terram fundit *caules*, craſſos, ſucculentos, atro-virentes, multis alis brachiatos: per quos *folia* crebra, longitudinis vncialis, craſſa, ſalſuginoſo ſucco prægnantia, in aculeum rigidum pungentem deſinentia: Ex quorum ſinu *floſculi* emicant parui, herbacei, ſuccedente *ſemine* in cochleæ formam conuoluto, in vaſculis acutiſſimis rigidis ſpinis per oras munito. *Radix* fibroſa.

Monſpelii vidimus menſe Septembri iuxta Lacus ſalſos, qui iunt ad mare & in agris.

Scorpium Theophraſti eſſe volunt nonnulli, alii Tragum Dioſcoridis: ſed *Tragus* eſſe non poteſt, cùm folia habeat, non adſtringat, & non ſit frutex.

SAXIFRAGA: Gall. & Belg. *Steenbreck*: Gall. *Saxifrage*: Ital. & Hiſp. *Saxifragia*.



Multæ plantæ, multùmque diuerſæ Saxifragæ dicuntur: quædam quia calculos atterendi facultate pollent, vt *Betonica*, *Pimpinella*, & aliæ: quædam verò ab exortu in petris, vt *Empetrum*, *Criſta marina*, & ſimiles. De iis autem plæriſque egimus antè: hic verò propriè dictam Saxifragam prôgimus.

Radice ex plurimis bulbillis, Coriandri ſeminis magnitudine, purpurantibus, amaris, fibris tenuibus inter ſe commiſſis, conſtat. *Cauliis* vnus, pluréſue, teretes, purpurei, hirſuti, ramulis brachiati: quibus inſident *flores* albi aliquot, quinque foliis conſtantes, cum *ſtaminibus* luteolis, & *ſtylo* viridi, odore nullo.

SAXIFRAGA LVTEA DODONÆI.



Duplex vulgò ſtatuitur Saxifraga: *flore albo*, antè picta & deſcripta, & *flore luteo* quam hic pingimus.

Eſt autem hæc Præcedente minor, nec magnitudine radicum & florum colore ab ea diſtat ſed variis etiam aliis, vt ex Figura patet, partibus. Humidis autem, vmbroſis, paluſtribus, riguis, muſcoſiſque, & herboſis incultis montium locis, gaudet vtraque: & florent Maio.

Eſt porrò vtraque vel Maior vel Minor, atque partibus omnibus calida & ſicca in ſecundo ordine.

Folia, radices & illarum bulbi, aquâ, decocta vel puluere, calculos frangere & pellere feruntur, vnde Nomen.

SANICVLA ALPINA GVTTATA.



Radice eſt digiti minimi craſſitudine, nigrâ, densè fibroſâ, & guſtûs adſtringentis. *Caules* hirſuti, teretes, & nonnihil rotundi. *Folia* rotunda, lata, pinguia, hirſuta, aliis per ambitum inciſuris ſerrata, ad radicem maiora & longiuſculis pediculis donata, in caule verò vel breui vel nullo. *Flores* in ſummi caulis ramulis magna pulchritudinis, nullo excellentis odoris, ſtellati, ſex oblongis foliis conſtantes, albis, ſanguineis punctulis guttatis, cum ſtaminibus in medio albidis.

Gebennâ Lugdunum euntes obſeruauimus inter *Chaſtillon* & *S. Germain*.

SANICVLÆ ALPINÆ GVTTATÆ AFFINIS.



Ex *radiculis* ſparſis, dodrantalibus, capillaribus, ſurgit, *caulibus* ſine nodis, rariis, ſubhirſutis, ſuperius in ramulos abeuntibus: quorum extremis hærent *flores* Saniculæ alpinæ guttatæ. *Folia* per terram ſparguntur, ſubhirſuta, vnciâ longa, ſemid lacata, ſerrata, craſſiuſcula, guſtus adſtringentis.

Vidimus in monte Balon florentem Auguſto. Saniculæ autè alpinæ guttatæ *Nomen* fecere tum natales (in ſummis enim alpium iugis naſcitur,) tum ſanguineæ valuti maculæ per florum folia aſperſæ.

LVNARIA MINOR: Germ. *Monrauten*: Gall. *Lunaire*: Ital. *Lunaria del grapolo*.



Ex fibroſa, tenui, ſubnigra & repente *radice pediculum* emittit vnicum, palmarem, latiuſculum: cui vtrinque quatuor, quinque aut plures, adhærent coniugationes *foliorum* falcatorum, craſſorum, Hederæ foliis ſimilium. E medio verò caulis producitur petiolus tenuis, in ſummo plures edens *racemos*, vtrinque petiolo hærentes, ac foliorum (quæ interdum dena, duodena, pluraue) in coniugationibus numeram æquantes: *acinos* habentes paucos, virides, nullo præcedente flore, nulloque ſubſequente, vel ſatis euidento *ſemine*; ſed pro eo tenuiſſimo impalpabiliq; puluere, quo ſato plantam hanc produci quidam aiunt.

LVNARIA BOTRYTIS MINOR POLYPHYLLOS: Lunaria racemoſa ramoſa quibuſdam.



An Veteribus cognita fuerit, necne, Lunaria Minor ambigitur, illiſque ſaltem indictam ſcribit in Aduerſarijs Lobelius. Quidam Tragum ſecundum Dioſcoridis eſſe volunt, alij, quia Hemionitis Lunaria maior etiam vocatur, hanc Hemionitidē alteram nuncupatunt. Quibuſdam dicitur Epipactis. An *Epimedium* Dioſcoridis, & Plinij *Epipetrum*, quod fortè Theophraſti *Epimetrum*?

Nomen autem obtinuit vel à foliolis Lunæ creſcentis in morem falcatis: vel à ſiliquarum forma, Lunam penè completam referentibus, vel ab earumdem mediæ membranæ argenteo Lunæ nitore; vel ab eo quòd, vt ſcribit Cæſalpinus, incipiente Luna erumpat eius exortus, ac cum ea augeatur, decreſcatque, totque folia habeat quot Luna dies. Sed *hoc Fabuloſum* rectè dicit Geſnerus *de Lunar.* *Lunaria* verò *botrytis* appellatur, ob ſemen racemoſum. *Taurum* à Paſtoribus vocari tradit idem Geſnerus, quòd Vaccæ eâ degustatâ ad libidinem moueantur, & quærant Taurum. At fallo errant cœlo, vel iudice Matthiolo, qui *Sferra cavallo* vocant; alia enim prorſus planta eſt ea quam Scriptores eo nomine donarunt, nec, vt ea, ferreis equorum calceis ſimila habet ſemen, nec huius ſupergreſſu ferreos illi amittunt calceos.

LVNARIA BOTRYITES RAMOSA SILESIACA.



Lunaria Botryites gignitur in altiſſimorum montium, ac collium etiam, decliuibus ſaxoſis, ſed herbidis, locis. Vereque exit, & Iunio aut Iulio racemos oſtentat: reliquo autem tempore haud facilè reperitur. In petroſis Sabaudię montibus vidit Geſnerus, in Angliæ collibus Tameſi imminentibus, Lobelius: in Pannonicis Noricíſque alpium iugis, Cluſius. In Sileſiæ pratis montoſis, gramineíſque colliculis Schvvenckfeld. Nos verò in montibus *Thoiri* & *Saleua* Geneuæ vicinis: ac in montis Iuræ iugo, *Sachet* dicto, quod ab Ebroduno vrbe trium milliarum diſtat ſpatio.

Tragi iudicio exſiccatoriam habet vim: Cæſalpino iudice, frigido & ſicco eſt temperamento: Fuchſio verò teſte quid præ ſe fert & pagum adſtringit, mediocritérque frigida & ſicca eſt. Experientiâ autem conſtat ad ſupprimendos menſes & album muliebre profluuium, mirè conferre hanc herbam. Ad vulnera glutinanda, enterocelas & hernias; magne eſt etiam commendationis, pota & impoſita: datáque etiam putatur vtilis in dyſenteria. Plebecula eâ faſcinum abigi credit. Sed pię experire omnibus mira ſibi & alijs de Lunaria promittunt Chymiſtæ, qui eam in arcanis habent, & pluris fermè faciunt quàm aurum.

EPIMEDIVM, EPIMETRON ET EPIPETRON.

Epimedium, authore Dioſcoride *caulis* eſt non magnus, Hederæ *foliis*, denis aut duodenis, neque *ſemen* neque *flores* proferens: radicibus tenuibus, nigris, graui odore, guſtu fatuo, naſcens in aquoſis. Huius folia inciſa & cum Oleo trita, mammiſque cataplaſmatis inſtar adhibita, eas ita cohibent, vt non augeſcant. Eadem, vt & radix, trita, & in vino per quinque dies pota, conceptionem impediunt, & ſpem partus adimunt.

Vires eaſdem illi tribuunt Galenus & Plinius. Cenſetúrque huius Epipetrum & Theophraſti Epimetrum, cum Dioſcoridis Epimedio vnum & idem. Nomen autem Epimedio exiſtimantur feciſſe Natales, quòd ſcilicet in Media, frequens oriatur.

Quæ porrò planta ſit Epimedium, nec ſcit Matthiolus, nec Nos aſſerere audemus. Sed præſtat etiam fortè Herbam ignorari, cuius præcipua vis ſit conceptionem impedire.

CLASSIS XXXV. FINIS.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ
STIRPIVM
CLASSIS XXXVI.
HERBÆ STELLATÆ ET COGNATÆ.

APARINE ſiue ASPERVLA: Germ. *Klebkraut*: Belg. *Cleb cruyt*: Gall. *Glatteron* & *Gratteron*. Italis *Speronella*.



A Binfima *radicula* oriuntur *viticula* quadratæ, aſperæ, geniculatæ, ad proxima quæque ſcandentes adhæreſcentéſue. *Folia* ſena, Rubiæ modo, ſtellæ inſtar radiata, ſingulis geniculis circumnaſcuntur, aſpera, in ſpinulam deſinentia. Floſculi puſilli, albidi, è quatuor foliolis cõpoſiti. quoru ſingulis didymæ ſuccedũt Lappulæ, *ſemina* concludentes, cortice nigro, pulpâ albâ.

Aſperulam primùm dictam fuiſſe, & ab imperitioribus in Aſpergulam mutatam, ac tandẽ in Spergulam & Spargulam, authorem habemus Fuchſium.

Exit iuxta margines agrorum, & quandoque in ipſis agris, frugibus permixta: nec non ſecus vias, ſcrobes ſepes, & inter ſentes: Æſtiuiſque menſibus floret. *Plura in Appendice.*

RVBIA, RVBIA TINCTORVM: Germ. *Rotte*, *Ferber Rotte*: Belg. *Grappe* & *Mee*: Gall. *Garance*: Italis *Rubbia* & *Robbia*.



R *Vbia* Dioſcoridi duplex eſt, *Spontanea* & *Satiua*. Plures verò eius, vt ex Iconibus patebit, à Recentioribus obſeruatæ ſuêre *Species* & *Differentiæ*.

Rubia Satiua Sarmenta longa producit, quadrata, vnciuulis crebris armata, geniculata: ad quorum ſingulos nodos *folia* rotatim radiata circumponuntur, Aparines modo, ſed maiora, conſimiliter aſpera, hiſpidis crenulis per ambitum incîſa, veſtibus tenaciter hærentia. Ex eorum verò alis pediculi exeunt, *flores* ſuſtinentes ex luteo herbidos, ſtellatos, quinque folijs conſtantes, cum apiculis luteis: quibus ſuccedunt *ſemina* rotunda, per maturitatem nigra. Radices numeroſæ, repentes, ſucculentæ, miniatæ.

RVBIA RECTA QVADRIFOLIA.



Caules huic ſunt cubitales, firmi, quadranguli, in ramos diuaricati. *Folia* quaterna, Rubiæ minora, ſolida & dura, geniculis circumpoſita. In ramorum verò cacumine *flores* copioſi, albi, iucundi odoris.

Hanc Geneuæ, in Rhætia & alibi obſeruauimus, Vulgaris autem *ſatiua*, quam antè deſcripſimus, oritur in plurimis Italiæ, Hiſpaniæ, Galliæ & Belgij locis, nec non etiam in Germania, ac præſertim apud Seleſios. Floret autem & ſemen facit Æſtate. Radices leguntur Maio ac Iunio, & reſiccatæ in Medicinæ & Tinctorum vſus reponuntur. Minimè autem placet præcedens noſtra *Figura* ex Guarinianis, vel pota in qua minora omnia.

RVBIA SYLVATICA LÆVIS.



Ramoſa præ reliquis eſt hæc, *caulibus* rectis, gracilibus, teretibus, cubitalibus, geniculis nodoſis. *Folia* circum articulos radiatim poſita, aſperiuſculaque odorata, mollia. *Flores* in ſummis ramulis & per ſurculos copioſi, candidi.

Montium incola eſt, & in dumetis non rarò abſcondita. Menſis autem Aprilis principio prodit, ac floret Iunio. In aſperis quibuſdam iuxta Rhenum ac Moſam montibus naſci perhibet Dodoneus.

Aſperulam Recentiorum aſſcribunt nonnulli, *Mollugini* verò *montanam* plurimi.

RVBIA QVADRIFOLIA, GLABRA, ANGVSTIfolia. & Gallium ſecundum Tragi.



Folio amoditu & poſitu Secundo Tragi Gallio haud eſt abſimilis hæc Rubia. verùm gracilior & delicatior eſſe videtur, anguſtioráque & acutiora ſunt *folia*: atque ea omninò glabra dicerentur, niſi per ambitum exiguâ quadam hirſutie fimbriata eſſent. *Cauliculi* toti glabri ſunt.

Reperimus prope Patavium ad agrorum margines. Figuræ autem noſtræ ubique exprimenti Gallij ſecundi Tragi ramum adpingi curavimus.

RVBIA QVADRIFOLIA ITALICA HIRSVTA.



Pulchra eſt hæc Rubiæ ſpecies *caulibus* cubitalibus & maioribus, quorum *geniculis* quaterna *folia* decuſſatim circumpoſita, formâ lanceolatâ, nervoſa, acuminata mollia, ſubhirſuta, duas ferè uncias longa, unciam circiter lata. *Flores* nodis verticillatim circumnaſcuntur circa baſin decuſſatis foliis ſuffulti, candidi.

Rubia lævis Taurinenſium lat. folia lævis flore albo, ab iis & nonnullis *Stellaria* vocatur. Reperimus prope Lucernam.

RVBIA QVADRIFOLIA, SEMINE DVPLICI, hiſpido.



Cauliculos habet dodrante minores, multos ex tenuibus & reptantibus *radicibus* ſurgentes quadratos *foliis* quaternis circum nodos decuſſatim poſitis, ad Alſinem vulgarem accedentibus, minoribus quàm Rubiæ quadrifoliæ Italicæ, ſubrotundis, unciâ minoribus, venoſis, nonnihil piloſis ornatis. Cauliculi *ſcapus* in ramos binos, & hi rurſus in ternos, foliis viduos, ſubdividuntur: in quorum ſummitatibus *ſemina* bina, hiſpida, multò minora quàm *Stellariæ*, nigricantia.

Provenit in monte *Roſsberg* prope Maſmunſter, umbroſis & frigidis locis.

RVBIA CÆRVLEA ERECTIOR ELATIORVE.



Caules hæc faſtigit cubito maiores angulosos, *foliis* veſtitos ad genicula radiatis, multis. Ramulorum extremis hærent ex longo pediculo *flores* multi, ſimul iuncti, oblongi, cærulei, circa imum hirſuti, quibus circumpoſita radiata multa folia, piloſa, flores ſuperantes, eoſque velut occultantes.

In Flandriæ plæriſque agris ſponte exit: eſtque annua planta, e deciduo ſemine ſeipſam ſerens. In horto Nobis floruit Maio, Genevæ & Lugduni.

RVBIA PARVA FLORE CÆRVLEO, COLICVlos per terram ſpargens.



Palmum haud temere excedit parvula hæc Rubia, *cauliculos* per terram ſpargẽs, plures, quadratos, rubentes, hirſutos, & interdum ramoſos. *Folia* radiata, pro plantæ proportione ſatis lata, hirta & aſperiuſcula. *Flores* in medio aliquot foliorum, Aparines, ſed colore diluto purpureo. *Vaſcula* exigua, ſingulis floribus ſuccedunt, gemina, cohærentia, nonnihil oblonga, & in ſummo digitata, in quibus *ſemen* fulvum, alterâ parte gibbum, alterâ planum.

Monſpelij, Genevæ & Baſileæ obſervavimus in agris, florentem Vere.

Rubeola arvenſis flore cæruleo, C. Bauhino in Pin,

RVBIÆ PARVÆ FLORE CÆRVLEO SE ſpargentis alia Icon.



Hic Rubiæ *Vires & Facultates* adſcribemus. Rubiam acerbam & amaram eſſe ſcribit Galenus 7. ſimpl. ac proinde præſtare omnia ea quæ ab huiuſmodi facultatibus ſperari poſſunt. Radices adſtringentis ſunt naturæ, ſiccique & frigidi temperamenti: partes tamen nonnullas habent tenues, quarum potentiâ calor earum facilè penetrat adeò etiam ut aſſumentium urinas ab iis tingant. Commendatur vulgò (Fallopio præcipuéque aliis exceptis,) earum decoctum ruptis, cæſis, vulneratis, ex alto præcipitatis: fluoreſque reprimere, inflammationes mitigare, & effuſus quaſſatáſque partes reſtituere, credunt. *Plura in ſequ.*

RVBIA QVADRIFOLIA VERTICILLATO ſemine.



Radicula exigua, nigricans, longiſſimis fibris per terram fuſa. Surculi numeroſi, palmares, rigiduli, repandi, humique ſparſi, crebris internodijs diſtincti: ad quæ *foliola* quaterna exigua, rotunda, nullis pediculis, adhæreſcunt. Ex foliorum verò velut ſinu *floſculi* apiculorum modo lutcoli emicant, verticillatim aggeſti: quos *vaſcula* ſequuntur triquetris, rigidula, albicantia, ac veluti caſtello aſperiuſculo donata: quæ vertebram ſpinæ ſerpentis figurâ pulchrè æmulantur.

Prouenit in aſperis & ſaxoſis prope Nemauſum.

RVBIA SPICATA.



Anguloſis eſt, tenuibus & coloris cinerei *cauliculis*, in ramos plures pede longiores diductis: ad quorum genicula ſtata *folia*, Aparines non maiora. *Rami* in *ſpicas* abeunt ſemipalmares, atque etiam palmo longiores, *glumis* longa ferè ramo appreſſis, è quorum ſinu *floſculi* reagili videntur erumpere.

Vſibus porrò Rubiæ antè traditis addendum. Radicem ad inficiendas lanas eſſe vtiliſſimam: ac expetî folia à mulieribus ad ſtannea vaſa detergenda ſiquidem mirum dictu quàm pulcherrimè niteſcant, quæ Rubiam fuerint experta.

RVBIIS ACCEDENS ASPERVLA QVIBVSDAM, ſiue Hepatica ſtellaris: Germ. *Sternleberkraut*.




Compluribus geniculis intercepta *radicula* tenella ſummâ tellure ſerpit, capillaribus fibris demiſſis: vnde *cauliculi* ſurgunt tenues, quadrati, palmares & dodrantales; ad quorum ſingula genicula *folia* radia ex Rubiæ poſitu naſcuntur, ſubhirſuta. Circa faſtigium diuiditur *caulis* in binos ternóſue ramulos, ex quibus pediculi *floſculos* ſuſtinent ſuauiter olentes, candidos, è quatuor foliolis compoſitos. *Semen* paruum rotundum.

In Germaniæ montibus, ac etiam in Heluetiorum monte *Iura* reperitur, in genos in ſyluarum locis opacis. Iunioque & Iulio floret.

Matriſyluam vocant Tragus, Cordus, Lonicerus & Thalius: alij *Rubia ſylueſtris* gramen: facultatibus autem Gallio eſt proxima.

RVBIA CYNANCHICA.



Non pauca habet cum *Gallio* communia, cuius quidi ſunt repratrix *radix*, lignoſa; *folia* ad ramulorum genicula, radiata, perinde anguſta & ſplendentia, ſed longiora & pauciora. *Ramuli*, quadrati, tenues, cubitales, ac plærumque in terram proni. *Floſculi* verò longè pauciores quàm Gallij, nec racemoſi quadrifolij, rubentes, inodori. *Semen* ferè geminum, Aparines modo, oblongum, nonnihil læue, pulpâ albâ.

Nomen ab eo habuit quod Anginæ, tum ſemper tum admota, ſit vtiliſſima.

Generis frequens eſt in Plain palais, & Baſileæ in collibus vrbi vicinis. Floret Æſtate.


GALLIVM: Græcis Γάλιον ſiue Γάλλιον; Germ. *Megerkraut*: Belg. *Walſtroo*; Gall. *Petit Muguet*.



Gallium verum, quod hic pingimus, contumaci *radicula* donatum eſt, longo tractu repente, tenui, lignoſâ, fuſcâ: ex qua *Virgulæ* ſurgunt dodrantales & cubitales, tenues, ſubhirſutæ. *Folia* ad genicula ex interuallis, radiatim *caulem* ambiunt, longiora & anguſtiora quàm Rubiæ ſylueſtris, lenia, nitentia. *Floſculi* copioſi in racemulos digeſti lutei, odorati, quatuor foliolis ſinguli conſtantes: ſuccedentibus vtcunque binis ſeminibus.

Naſcitur apricis locis in collibus, inter margines agrorum, Iunio Iulio Iulióque & Auguſto floret.

GALLIVM COLORIS COCCINEI SATVRATIORis, magis patulum quàm procerum.



Variat Gallium *flore* vulgariter luteo, nonnunquam pallidè luteo, aliàs albo atque interdum etiam rubeo.

Cum autem plures occurrant plantæ, quibus Gallij nox adſcribitur, maximè illi decipiuntur, qui pro Dioſcoridis *Gallio Cruciatam* dictam herbam obtrudunt. Rectiùs verò ij ſentiunt qui *Gallium* plantam illam conſtituunt, quæ propter foliorum tenuitatem in oculos Aparinis ſimillima eſt, atque inter cæteras notas florem luteum in ſpicam poſſidet.

Traxit porrò nomen *Gallium*, ſiue *Galerium* aut *Galatium*, Dioſcoride & Galeno authoribus, ab eo quòd coagulet, γάλα lac, coagulet.

GALLIVM ALBVM: MOLLVGO VVLGAtior quibuſdam.



Cauliculis eſt tenuibus, ſarmentoſis ramoſis, quadratis, geniculatis. *Folia* ſtellata, Gallii, multa, coliculorum genicula ambiunt, ſapore ſubacri. *Flores* Aparinaci, quadrifolii exigui admodum, ſed conferti, candidi. *Semina* gemina, rotunda, puſilla. *Radix* repit.

Cæterùm facultatem habet Gallium exiccatoriã & ſubacrem: flos amburit ſiſtit, & ſanguinis profluuia ſiſtit. Radix, Venerem excitat. Sic de eo decernunt Galenus & Dioſcorides. Florem intum & tinpoſitum ſacris ignibus, vt & Cancro mederi ſcribit Schvvenckfeldius: Comam verò in lacte maceratam, illud coagulo modo condenſare.

CRVCIATA VEL CRVCIALIS, GALLII SPECIes quibuſdã: Ger. *Kreutz kraut*. Gall. *Croiſée*: It. *Cruciata*.



Multos à *radice* complures fibra capillatã, repentem què *caules* profert, cubitales, geniculatos, quadratos, ſtriatos, hirſutos: ad quorum ſingulos articulos quaterna *folia* in crucis formam diſpoſita, hirſuta, oblonga, ſapore amaro. Ad eorum verò exortum oriuntur *floſculi* cruciformes, vt & Gallii, ex quatuor foliolis luteis, totidemque concoloribus ſtaminibus compoſiti.

Prouenit iuxta foſſas, aquarum riuulos, atque agrorum margines, & inter ſentes: floretque a Maio in Autumnum vſque.

Extergit, calefacit & ſiccat: vulneraria eſt & in ramicem confert: vnde *Sanguinariam Plinii* vocant nonnulli.

SPERGVLA, SPARGVLA, ASPERGVLA, ASPERVLA, Herba ſtellaris: Germ. *Hertzfreudt*: Gall. *Petit Muguet*.



Ad cubiti altitudinem nonnunquam aſſurgit, *cauliculis* multis tenuibus, frequenter geniculatis, ſubhirſutis, ramoſis. *Folia* ad ſingulos articulos numeroſa, tenuia, radiatim, vt in Gallio, caulem ambiunt: ſuperioribus cum coliculo leuiter hirſutis, & aduerſa parte ſulcatis. *Capitula* in ramulorum faſtigia multa, ſingula ſingulis pediculis donata. Alſines folia ſimilia, hirſuta: quæ in *floſculos* albos è quinque foliis compoſitos explicantur, *apicibus* luteis: iiſque ſuccedunt *vaſcula* Alſines, *ſemina* continentia puſilla, nigra. *Radix* ſingularis, multis fibris donata.

Prouenit inter ſegetes: Iunióque, Iulio & Auguſto floret.

SPERGVLA PVRPVREA,



Baſileæ ad Birſam in ſabuletis & ſaliceti haud infrequens eſt, nuſquam verò alibi eam vidimus.

Pabuli cauſſa ſeritur in agris: nec alium vſum, quod conſtet, habet. Seri in agris Autumno, vt primo Vere, cùm alia pabula defecerint, bubus præbeatur, author eſt Dodonæus.

Semen pituitoſos humores educere reſ.runt nonnulli. Eſt tamen à gallinis & columbis, quæ non ſolùm citra noxam ipſum ſublegunt, verùm etiam hoc paſtæ, & oua plura, & citiùs excludere cr[e]duntur.

SPARGVLA MARINA NOSTRAS.



Craſſiore eſt *radice* quàm mediterranea Spergula, ex qua *caules* ſimiliter multos profert palmares & pedales, ad quorum genicula naſcuntur radiata in orbem *folia*, Spergulæ iam dictæ modo, craſſiuſcula. *Flores* in ramulorum cacuminibus è calyculis hirſutis erumpunt, coloris lutei, quos ſequuntur *vaſcula* nonnihil turbinata, inquibus *ſemen*.

Reperimus Septembri Monſpelii, ad lacus ſalſos.

IVNCARIA SALMANTICENSIS CLVSII.



Habet in ſingulis geniculis bina *folia* ex aduerſo ſita, Lini latius foliis haud abſimilia. Frequentes ramuli ex alarum ſinu prodeunt, ſimilibus foliis prædit[i], copioſos, paleaceos candicantéſque proferentes *flores*, ac *ſemen* deinde exile, nigricans.

Radix tenuis eſt, candicans, non viuax, ſed ſingulis annis ſemine decidu[o] nouæ plantæ enaſcuntur.

Prouenit locis arenoſis inter vineta, & floret Iulio. *Rubiæ Cynanchicæ* ſpeciem fecit Hiſtoria Lugd. *Lini-folia aſpera C.* Bauhinus in Pin. Ob cauliculorum verò formam & gracilitatem *Iuncariæ* titulo donauit Cluſius.

Arenaria: Holoſtei fortè genus.




Delicatula eſt planta, vix palmaris, ex *radicula* longiuſcula, albis, ramulos tenuiſſimos ſatis frequentes proferens. *Folia* ad radicem multa, vncialia, inſignis tenuitatis, cum minimis aliis adiunctis, at per articulos bina; in ſuperioribus verò radiatim penè diſpoſita, breuia & minuta, verticillóſque imitata.

In extremis ramis *florem* gerit Spergulæ, album minorem calyce naſcentem viridi, folioſo.

Reperimus circa Vlmam in agris.

Drypis Theophraſti.



Huius plantæ nullus ex Veteribus meminit præter Theophraſtum, qui non deſcribit, ſed tantùm de genere ſpinoſo eſſe ait, ac folii loco ſpinam illi aſſignat. Dicitur ἀπὸ τοῦ δρύπτειν, à pungendo & vellicando, quòd aculeis ſuis attrectantes, & colligere volentes vulneret.

Recentiorum nonnullis *Eryngium marinum* Drypis Theophraſti videtur eſſe, aliis *Acinos Plinij*, aliis *Tragus Matthioli*: Anguillaræ verò, Lobelio, Tabernæmontano, & Hiſtoriæ Lugd. *planta quam hic pingimus*.

Asparagus ſiue Aſpharagus, Corruda: Germ. *Spargen*; Belg. *Coralleruyt*: Gal. *Aſperges*.



Vocis Aſparagi extenditur multùm ſignificatio. Nos verò de impropriè dictis Aſparagis in Appendice agimus: de propriè & particulariter dicto hic ſermo. Ἀσπάραγος & Atticè ἀσφάραγος vocarunt Græci: Aſparagum & Aſpharagum Latini.

Duplicem facit Dioſcorides, Corrudam, ſiue ſyluestrem Aſparagum, quem ait vulgaris eſſe notitiæ: & altilem ſiue hortenſem quem ſcribit multis ramis fruticare, foliiſque eſſe Fœniculi, longis numeroſis: & radice rotundâ, grandi, ſpongiam habente. Sic duo etiam Aſparagi genera memorat quoque Galenus 2. de Alim. *Regium* ſcilicet & *Paluſtre*: ſic duo etiam Plinius, Satiuum & ſylueſtre.

Asparagus hortenſis Platycaulis: Et de Aſparago marino, ſylueſtriùs.



Rara ſatis eſt hæc Aſparagi hortenſis varietas, ac quam Nos paucis in locis obſeruauimus, nouiſſimè quidem Luſitaniæ.

Folia quidem, *ſiue* tenuia foliola, qualia in Vulgari, Caulis verò cubitalis & ſeſcubitalis, atque vncialem latus, compreſſus & ſtriatus.

Fungis è Aſparagos à radice emergentes, & floreſcens fructu, & Acinis ſua magnitudine approximus.

Eſt & *Aſparagus* quidam, qui, quòd ad mare proueniat, vt Nos Monſpelii ad lacus paluſtres reperimus, *marinus* inſcribitur, & eſt ἅλιμος Aſparagus cuius meminit Galenus Lib. 3 de alim. parumque ità vulgari diſtat: folio ſcilicet tantùm maiore ſalſugine, coloreque ſubcæruleo.

Corruda ſiue Asparagus ſylueſtris; Germ. *Steia Spargen*: *Wilder Spargen*: Gall. *Aſperge ſauuage*.



Decis contortis angulolis *virgulis* ad hominis altitudinem ſurgens, in frequentes ramulos alternatim ferè diuiſis. *Foliola* ex vno puncto plura exeunt, veluti in Larice, duriora & breuiora quàm Aſparagi altilis, & ſpinarum quàm foliorum nomine digniora, quippe acriter pungentia. Flores pauci, pallidi, altilis Aſparagi æmuli. Baccæ primà fronte altilis ſimiles, ſub finem nigricant; in quibus ſemen vnicum vel duo, alba, duriuſcula.

Reperitur circa Monſpelium locis ſiccis & aridis, abundatque etiam in Italia, Caſtella & Granatenſi regno. Eiuſque plurimæ à Recentioribus obſeruatæ fuêre varietates. *De Etymo & viribus in Appendice.*

Equisetum, Hippuris: Germ *Roſs Schwantz*; Gall. *Queuë de cheual*, *Preſle*: Græcis ἵππουρις.



Equiſeti ſummas duo ſolùm genera agnouêre Veteres & Recentiores, *Marem*. *Minorem*; ac vtriuſque plurimæ ſunt obſeruatæ ſub l'arte ars

Equiſetum maius aquaticum quod hîc pingimus, *Aſparagi* primùm protrudens palmares, & cubitales ores, *Polygoni Fœminæ* craſſiore, internodiis, longioribus, pyxidatâ inſertione diſtinctos, ſtriatos in quorum ſummo faſtigio elauatum inſidet *Capitulum*, veluti nucamentum Eiuſque diuulſis dehiſcentibuſque commiſſuris floſculi apparent ex fuſco albidi. De Caulibus, radicibus & natalibus ad latus ſequentis Figuræ.

EQVISETI MAIORIS AQVATICI alia Icon.



Caules huic Equiſeto plerumque nudi ſunt, interdum verò radiata ex geniculis *folia* producunt, non explicata, vt Polygoni fœminæ, ſed filiciloſa, & ex pluribus articulis apta, longè illis longiora: interdum pauca interdum multa: modò breuia modò longa. Pro *radicibus* autem ſunt creberrimæ tenuiſſimæq; nigricantes fibræ, longè è caulium geniculis demiſſæ.

Prouenit vulgò in ſcrobibus, & locis aquas habentibus: ac reperitur etiam in pratis humentibus & riguis, vnde *Hippurim pratis vituperatam* habuit Plinius. Floret autem Aprili & Maio.

EQVISETI MAIORIS AQVATICI ALIA adhuc Icon.



Equiſeti quamuis *folia* Plinio ſpiſſiſſimis faciant ſponſionibus [illegible] ſetis equinis tamen ea comparant plerique omnes, vnde etiam *Pilum terræ equinæ ſetæ ſimilem* vocabat Plinius. Inde igitur Equiſeti illi inditum *Nomen*.

Noſtræ tres *Figuræ* ſunt ex Fuchſianis. *Equiſetum autem maius*, & *Hippurim maiorem* inſcribunt quidem Herbarij, id Equiſetum quod illis exhibemus: at cùm *caules foliis* nudi ſunt, *Equiſetum aphyllon* vel *aphyllocaulon* nuncupant.

EQVISETVM MINVS TERRESTRE SIVE aruenſe.



Haud ſecus ac Equiſetum maius Aſparagos emittit: ſed gracilioribus, longioribus & laxioribus ſi ſubſtratis nigricantibus corporis tubulos excipientibus; *Nascentes* æmulans *Capitulum* ſpicibus albidis conſertum conſimile. Verùm ex geniculis *folia* radiatim erata dodrantem æquant, & ipſa quoque ex articulis ſobolem radiatim pariunt. *Radix* nigra, [illegible] craſſitie reſpondet filis lini, inde exorta capillata, pluresque *caules* emittens.

In ſabuloſis & arenoſis oritur: ſed tamen haud irriguis in vlig [illegible] tarò.

An Dioſcoridis Equiſetum alterum?

EQVISETVM NVDVM MINVS VARIEGATVM.



Ex *radice* parua, nigra, tranſuerſa, nonnihil capillata, *cauliculi* plures inæquales prodeunt, pedales, palmares, ſed ſeſquipalmares, atq; etiam multò breuiores, fiſtuloſi, pallidè virentes, geniculis parte inferiore nigris, ſupernè albidis, articulati; *foliis* carentes & caui: in quorum ſummitatibus *Capitulum* breuiſſimum, ſuli inſtar, inſidet: quod à corona alba, ex octo, nouem, atque etiam duodecim, *foliolis* acutis compoſita, ſuſtentatur, & quando pedibus calcatur, crepitat.

Prouenit Baſileæ ad ripam Rheni, iuxta locum *die Baar* dictum.

EQVISETVM TENVISSIMVM NON ASPERVM.



Ad caulium articulos exoriuntur *folia* in orbem numeroſa, longiſſima, & ſi [illegible] tenues, geniculata ac ad ſingulas iuncturas ci [illegible] molles ſine aſperitate multò tenuiores quam Equiſeti minoris vulgaris.

In humentibus Suecorum pratis prouenit.

Cæterùm adſtringentis & exſiccantis eſſe facultatis perhibet Galenus: ſpiſſandi Dioſcorides. Sanguinem è naribus erumpentem ſiſtit ſuccus, prodeſt dyſentericis in vino potus: ſanguinolenta vulnera glutinantur tritis foliis. Illitis eſtos ad retectionem faciunt, ad omne profluuiũ muliebre, ac ad dyſenterias & reliquos ventris fluxus, ſtrenuũ remedium Herba ipſa, ex aqua aut vino pota.

EQVISETVM FOETIDVM SVB AQVA REPENS.



Supra modum fragiles habet *calamos*, ita vt vix contrectari poſſint, quin in puluerem ferè ſoluantur. Tenues autem ſunt, albicantes & aſperrimi, atque velut ſulphureo earum aquarum arenoſo ſedimento obliti. In earũ noſis autem ſolùm demerſum reperitur.

Equiſeti porrò *germen tenerum* fugiendis iulo ſimile, ieiunii quadrageſimalis tempore ex oleo frixũ rura in cibum aſſumere, ſcribit Matthiolus, ſiccatumq; multùm in dyſenteriis conferre. Linteа adhæc Equiſeti aquâ ſtillatitiâ tepente madentia, ſi applicentur, imponantúrue, Eryſipelas ſanare & eius calores extinguere. *Equiſeti vires ex Veteribus tradidimus antè.*

EQVISETI FACIE POLYGONVM FOEMINA : Germ. *Thannenvvadel* : Gall. *Renouée femelle*, *Pin aquatique* : Ital. *Polygono femina*.



Cubitu altiores *caules* ex radice alba ſurrigit, rectos, Equiſetorum modo crebris pyxidatis articulis geniculatos, craſſiuſculos, molles, inanes, minimè ſtriatos : in quibus ad ſuturas naſcũtur in orbem *folia* radiata, Gallij inſtar aut Rubiæ, læuia, unciam circiter longa, perangusta. Supra verò ea ad eoſdem articellus circumcirca *ſemina* nuda, ex rotundo oblonga, herbæ concoloria, Fragariæ ſeminibus paria.

Dioſcoridi frutex eſt exiguus, uno *caule* præditus, tener & Arundini ſimilis, geniculis denſus : quorum alia alijs tubarum modo inſeruntur infarciunturue. Ipſos verò, addit, geniculorum articulos cingunt in orbem *apices* foliolis Pini ſimiles : *radix* ſuperuacanea. Naſcitur in aquoſis : eſtque illi vis adſtringens & refrigerans, ad eadem valens ad quæ Polygonum Mas, ſed ineſſicacius.

Sanguinalem fœminam vocarunt nonnulli cum Dodonæo Gall. Rura verò, teſte Ruellio, *Aquaticam Pinum*. At Plinium plantam hanc, in aquoſis tantùm naſcentem, *Oreon*, ſiue *montanam*, vocare mirantur meritò Ruellius, Dalechampius & Sarracenus. Gerardus *Caudam equinam fœminam* inſcribit, *Polygonum fœmineum* Thalius : *Polygonum fœminam Dioſcoridis* Matthiolus, Cordus, Geſnerus, Dodonæus Lat. Amatus, Anguillara, Caſtor, Hiſtoria Lugdunenſis & Tabernamontanus.

CAVCON, EPHEDRA, ANABASIS.

Caucon, Ephedram & Anabaſin naſci ſcribit Plinius ventoſo ferè Tractu : ſcandere arbores, & ex ramis propendère, folio nullo, cirrhis numeroſis, radice pallidâ. Ex quibus, vel Geſnero iudice, vana ſatis apparet Hermolai coniectura, qui pro *Ephedra Ephydron* legi vult, quoniam in aquis naſcatur.

Plinij porrò *Caucon*, *Ephedran* & *Anabaſin*, *Cuſcutam* eſſe voluerunt nonnulli : *Vuam marinam alij* : Hippurim verò ſiue *Equiſetum* plærique.

ALYSSON PLINII, FOLIIS ERYTHRODANI.

Parum, vel nihil proſſus, cum Dioſcoridis Galeniue *Alyſſo* conuenit Plinij *Alyſſon*, quod huic Claſſi inſerimus, quoniam id foliis tantùm & ramis minoribus ab Erythrodano diſtare ait. Nomen accepiſſe addit, quòd à cane commorſos rabiem ſentire non patitur, potus ex aceto adalligatuſque. atque, quod mirum, inſanum ſanari eo frutice conſpectu.

FINIS CLASSIS XXXVI.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE STIRPIVM CLASSIS XXXVII,

SAXATILES ET CAPILLARES IISQVE SIMILES.

FILIX: Græcis πτέρις: Arab. *Sarax*: Germ. *Farn*, *Farnkraut*, *Waldfarn*: Belg. *Varencruyt*: Gall. *Faugiere*: Ital. *Felce*.



Filicis apud Theophraſtũ, Dioſcoridẽ & Plinium ſumma duo Faſtigia *Mas* & *Fœmina*: eiſque ſitius vtraque vel *Maior* vel *Minor*.

Filix mas, vulgò *non ramoſa* dicta, quem hîc pingimus, Dioſcoride authore, *folia* ſine *caule*, ſine *fructu*, ſine *flore*, ex vno pediculo cubitali longitudine exerit, multifida, & lateribus pinnata, ſubgraui odore. *radice* per ſumma cæſpitum nigra, oblonga, Filices multas ſubnaſcente, ſubadſtringente guſtu. Naſcitur in montibus & ſaxoſis. Sic ille. Prouenire autem hanc plantam etiam in vmbroſis, vliginoſis & arenoſis vallibus, limitibuſque agrorum, ac faciliſſimè in ſyluis, a Recentioribus obſeruatam.


FILIX MAS, NON RAMOSA, TENVISSIME ET profundè denticulata.



Hanc in ſyluis prope Mõbelgardum obſeruauimus; nec non in valle fontium acidorum Griesbachiana atque in monte Rosberg: Eſtque eiuſdem cum Vulgari altitudinis.

Verum potiùs *Filix ramoſa Mas* ſit vel *Fœmina* inter Scriptores ambigitur. Vnde Geſnerus (de Filice non ramoſa apud Cordum agens:) Filix hæc, ait, non mihi *Mas* ſed *Fœmina* ex Theophraſti & Dioſcoridis verbis videtur, etſi plærique hodie Marem eandem faciant, &c. Nec ab eius ſententia alieni ſunt Tragus & Cæſalpinus. Nos vero contra Tragum, Geſnerum & Cæſalpinum, iis aſſentimur qui Filicem ramoſam *Fœminam* conſtituunt, at non ramoſam *Marem*.

FILIX AD MAREM VVLGAREM NON RAMOSAM accedens, non dentata.



Simplices, Maſculæ Filicis more, erigit *caules*, quos rami non diuidunt, non ſine hirſutie aliqua. *Coſtæ* ſingulares paulò videntur longiores, diuiſione ſeu foliorum *Ceterach*, ſegmentis minimè crenatis, ſed acuminatis: quorum auerſa parte puluerulente ferruginea puncta agminatim proximè margines circumcirca conſpiciuntur.

In Montibus prope Pontẽ admirabilẽ in Ducatu Vuirtembergico Auguſto menſe collegimus.

Dicitur autem *Filix* Græcis πτέρις & πτέριον, ab alis auium, quarum ſpeciem in ramulis diſpoſita eius folia referunt; pennatis enim, & pennatis foliis frutex, Filix eſt.

FILIX MAS MOLLIS, SIVE GLABRA.



Hanc circa Tigurum collegimus.

Filicis autem *vires* & *vſus* quod attinet: Folia Filicis tenera adhuc decocta & comeſta ventrem emolliunt; radix in puluerem redacta, humidis vlceribus & cicatrici repugnantibus inſpergitur, pariique ratione iumentis adhibetur. Filices ſiccatæ vice ſtraminis aſſeruantur pro pecoribus: maximè in iis locis quæ à culta terra longè abſunt.

Si equus conſiderit neſciaturque quâ ægritudine laboret, radicem Filicis linguæ eius ſubijciendam ſcribit Tragus: eoque facto equum eo ſtatim, rejecturum excrementa, rurſuſque conualeſciturum promittit.

Filix Lonchitidi affinis.




Pediculi huius plures ſunt, glabri, vnde ex aduerſo poſitæ oriuntur *alæ*, palmares & ſeſquipalmares, quarum vnaquæque in *criſtas* vnciales & ſemunciales dimiditur: ſingulas deorſum in alia ſegmenta, non admodum profunda, mitibus ſpinis donata, ſubdiuiſas.

Vidimus in fontium Vallæ Grieſbachianæ, in Ducatu Vvirtembergico.

An Filix aculeata C. Bauhini, quam in Maiorem & Minorem diſtinguit?

Filix tenuiſſimè ſecta, ex monte Baldo.



Licèt Theophraſtus, Dioſcorides, Plinius & Galenus Filicem ἄσπερμον eſſe exiſtimauerint, id eſt, ſterilem & ſine ſemine: & Medici Arabes & Perſæ, ad Magicas vanitates nati, huius etiam ſeminis minimè meminerint: Agyrtæ tamen circumforanei, Vulgi ignorantiæ ad quæſtum impudenter illudentes, ſemen oſtendunt & venditant, quod Filicem ferre aiunt, auerſis foliis inhærens, ſed minutum adeò, vt viſum facilè fallat: legique abſciſſis prope radicem foliis, & in domo ſuſpenſis, ſubſtrato linteolo, aut Papyro, circa Iunij finem, vigiliæque diei D. Ioh. Bapt. feſti. Plura ad latus ſequentis Fig.

Filix Rhætica tenuiſſimè dentata.



Quidam, vt in modò dictis pergamus, ipſamet Solſtitij nocte Filicem florêre, eademque hora florem amittere, ac cùm deflorui, ſemē in terram cadere: atque niſi quis præſens tunc fuerit, nec videri florem, nec colligi ſemen poſſe, ſcripſerunt. Sed ſuperſtitioſa & commētitia habentur à pleriſque omnibus hæc; quamuis Tragus, vir alioqui grauis, ſibi ea contigiſſe fateatur.


Nec magis veriſimilia ſunt quæ de Filicis cum Harundine Sympathia & Antipathia ſcribit Dioſcorides.

Filix ramoſa floribus inſignis.



Ex vno perplexarum longarum, & nigricantium *radicum* cæſpite, *caules* tollit bicubitales & altiores, virides, glabros, ramis patulos. Hinc *alæ* exoriuntur pinnatis octo nouemúe coniugationibus *foliorum*, impari vno numerum claudente, cōſtantes. Singularia autem *folia* omnia ſurſum ſpectant, tertium quatuorúe vnciarum longitudine, vnciam lata, cæterà formæ hic pictæ. *Caulis Scapus* in ſurculos aliquot diuiſus, racemulos ſeu thyrſos in ſingulis ſurculis ſuſtinet, ſeu racemulos denſos, Lunariæ vel Ophioglossi æmulos, ſubfuſcos, circa quos denſa velut futurorum *ſeminum* rudimenta adhærent.

Filici floridæ ſimilis, Hemionitis altera Dalechampij.



In Ilua prouenit, *radicibus* multis, capillaceâ tenuitate breuibus, ſubnigris *caulibus* pedalem altitudinem vix attingentibus, in *folia* quinque, ſeptem aut nouem diuiſis. Sunt autem ea omnia longa, anguſta, in ambitu nonnihil crenata, obliquis inciſuris vtraque parte diſtincta, quæ per medium folium procedens & eminēs coſta ſuperat. *Flos* ei nullus, nullumque *ſemen*, atque adeò ne auerſam quidem foliorum partem ſubflauus puluiſculus contegit, qui in aliis id genus plantis cernitur.

Dryopteris Græcorum, et Dryopteris Dalechampij.



Nihil aliud denotat vox *Dryopteridis*, quàm Filicem in Quercubus naſcentem, quòd in annoſis muſcoſiſque arboribus proueniat, foliis Filicem ad anguem referentibus. Vnde etiam Dioſcorides, Dryopteris, inquit, naſcitur in veterum arborum muſco, Filici ſimilis, multò minore foliorum inciſurâ, *radicibus* inuicem implexis, hirſutis, guſtu acerbis, in dulcedinem vergentibus. Naſci etiam humenti ſolo inter vepres, ac circa Quercuum radices, obſeruarunt ij qui ſyluas frequentarunt.

Cùm autem varijs Filicis ſpeciebus tribuatur Dryopteridis vox, Dryopterida Dalechampij hîc pictam, veram eſſe Dioſcoridis Dryopterida, aſſerit, ſed minus rectè, Hiſtoria Lugdunenſis.

Filix

FILIX MINOR NON RAMOSA.



Tenuibus, nigris & capillatis radicibus repit. Folia dodrantalia & cubito longiora, non ramoſa, quorum coſtæ ex adverſo naſcuntur, trium circiter unciarum longitudine, diviſura crebra, non penitus coſtã attingente, ſegmentis ſingularibus æqualiter ambitu circumſcriptis. Sunt autem diviſuræ Filicis maris vulgò dictæ diviſuris ſimiles.

Reperimus Tiguri prope lacum ſitum, ac etiam in valle Griſbachiana: lꝑxuſtátque in pluſimis paluſtribus pratis: unde Filicem aquaticam inſcribunt nonnulli.

FILIX RAMOSA MINOR.



Parietinas & rudera ſequitur: radicem habens labyrintheo contextu multiplicites implexam, nigram, rami, tenuibus & duris fibris capillatam. Cauliculi multi teretes, ex viridi fuſci, palmares & dodrantales, longioréſque, ramoſi, Filicis fœminæ vulgò dictæ inſtar, quibus pinnatim annexa folia Filicea, crenulis denticulata, ſubinde averſâ parte pulverulentis tuberculis exiperſa.

Naſcitur in ſaxis altiſſimis montibus, & ad omnium ferme montium radices: ut Nos in ejuſmodi locis Lugduni, Genevæ, Tiguri, Baſileæ, Montbelgardi, atque alibi obſeruauimus.

ADIANTVM, CAPILLVS VENERIS: Germ. *Venus haar*: Gall. *Cheveux de Venus*: Ital. *Capel Venere*.



Vnius quidem tantùm *Adianti* meminit Dioſcorides, quod abſolutè dictum Capillum Veneris portendit, ut etiam apud Theophraſtũ vertit Gaza. At duas adhuc Theophraſtus & Plinius eiuſdem nominis humiles plantas notant: *Adiantum* videlicet *album* & *Adiantũ nigrum*: quorum utrique ramuli nigro quidam colore nitent, & folia ſimilia ſunt, criſpa ſemper, denſa, & punctulis ſubigrꝫoris alterã parte conſperſa, atque eædem vires. Sed cùm alterum cauliculos nonnihilque profectae nigriores, & obſcuro virore magis laturatos, *Nigrum* vocatur.

ADIANTVM ALBVM FOLIO FILICIS.



Adiantum ſive Capillos Veneris in parietibus, locis petroſis, umbroſis, ac ſecus fontes & aquarum ſtillicidia exit. Italiæ verò & Galliæ notius eſt quàm Germaniæ & Belgio, Naſcitur verò quã in Narbonenſi tractu frequẽtius, unde Lugdunum, Lutetiam, Antuerpiam, & in alias celebriora emporia aſportatur, eâ éque à Seplaſiarijs emitur. Viret porrò quavis anni parte, & nunquam vel florem vel ſemen facit.

Quod verò his pingimus, in muris & rupibus ſubindè occurrit. An *Pteridium maſculum* Cordi? An *Dryopteris candida* Dodonæi & Hiſtoriæ Lugd.? An *Adiantum album* Plinij Lobelio?

De Adianto *plura in ſequ. & in Appendice*.

ADIANTVM ALBVM TENVIFOLIVM, AD RVtam murariam accedens.



Adianti *vires & facultates*, non modò differentes, ſed etiam repugnantes, referunt Dioſcorides & Plinius. ſanguinis rejectiones cohibere, menſes & urinas ciere, &c. Sic perperàm etiam purgatoriam vim illi tribuit Meſue. Cum ſit optimè Galenus in caliditate & frigiditate ſymmetriam facit: exſiccare addens extenuare & digerere. Capiti adhuc ex alopecia glabrorum capillis convenit, ſtrumas & abſceſſus digerere, calculos lapides frangere, & viſcoſorum craſſorúmque è pectore pulmonéque excreationibus plurimùm conferre, &c.

RVTA MVRARIA: Germ. *Maur Rauten*: Gall. *Rue de muraille*, *Sauve-vie*.



Capillaribus effigie & viribus proxima eſt planta hæc vulgò nota, quæ à foliorum Rutæ ſimilitudine *Ruta* dicitur, atque à loco natali, in quo ſponte & lætè viret. *Ruta muraria*. Officinis verò, ac præſertim Pariſienſibus, teſte Ruellio, *Salvia vita*.

Non Roſtre, ſed Rectiſsime eſſe exiſtimant magno lapſu, Tragus & alij non pauci, *Capillum Veneris*, *Capillum parietum*, *Adianthum polytrichum* & *Coriandrum puteos*, nuncupãt Fuchſius, Ruſſinus, & Hier. Braunſchwygius ſic variarum Plantarum nomina cõfundentes. Temperamento autem & facultatibus adiantho haud multùm abſimilem, recte faciunt Dodonæus & alij.

TRICHOMANES, POLYTRICVM, CALLITRICHUM: Germ. *Steinbrech*: Gall. *Polytric*: Ital. *Polytricho.*



Capillatâ, nigricante & confertâ *radice* nititur. *Foliola* habet ad coſtam pedalem, vel breuiorem, tenuem, teretem, rigidiuſculam, fragilem, atro-rubentem ſplendentémque adnexa plurima, impare extremam alam claudente, parua, oblonga, ſemuncialia, in ambitu nunc crenata, nunc nullis crenis conſpicua, interdum creſpa, supernè viridantia, infernè ruffo puluiſculo aſperſa: ſapore mixto, adſtringente, ſubdulci & ſubamaro.

Variat magnitudine & ramorum numero: reperitur enim ramoſum admodum, quale *Nos* hic pingimus.

Iiſdem cum Adiantho locis naſcitur, eadémque quæ illud præſtare poteſt. *Dioſc.*

FILIX SAXATILIS TRAGI.



Innumeris capillaribus nigricantibus circis *radicatur*, nec in morem nonnullarum *coliculorum* profert, palmam altorum, capillaceæ quoque tenuitatis, qui circa ſummum in duas treſue portiunculas, paulò latiores, & ferrugineo puluiſculo, Filicum aut Aſplenij ritu, reſperſas, finduntur.

Tragus è ſaxis quibuſdam prodire vidit in ſpeculo quodam prope Bipontium ſito; Nos verò in monte *Rauſ*, iuxta *Than*, inter ſaxa.

Eiuſdem autem cum Capillo Veneris temperamenti eſſe, ac pro eo vſurpari poſſe, author eſt idem Tragus.

LONCHITIS: Germ *Groſs Miltzkraut*: Gall. *Lonchitis*: Italis *Lonchitide.*



Lonchitidem duplicem faciunt Dioſcorides & Plinius, Primum autem Lonchitidis genus ſe nec vnquam reperiſſe, nec ab aliis inuentum vidiſſe, ſcribit Matthiolus, alterum verò à Ghino miſſum. Neutram Lonchitidem Officinis notam ſcribit Cornarius, & quod Herbarij de his tradunt, meras eſſe diuinationes. Vnde etiam Marantha: Lonchitidem, inquit, quia parcè delineat Dioſcorides, effectum eſt, vt multi multa de illa ſenſerint: multíque eam ſe cognouiſſe falſò, qui tamen à veritate longiùs aberrarunt.

Nos hic pingimus Lonchitidem alteram foliis denticulatis, Matthioli.

LONCHITIS ALTERA FOLIO POLYPODII.
Aſplenum ſylueſtre nonnullis.



Lonchitin alteram fœminam, & *Lonchitem alteram Dioſcoridis*, inſcribit Tabernæmontanus: *Lonchitim aſperam minorem* Thalius & plurimi alij: *Aſplenum ſylueſtre* Tragus: *Scolopendrium maius* Lonicerus.

Herbam eſſe vulneribus glutinandis, lienibúſque abſumendis, idoneam docet Matthiolus; eandémque vulneribus impoſitam eorundem prohibere inflammationem.

Naſci in ſcrobibus ac foſſis, locis nemoroſis, vliginoſis, humidis atque vmbroſis, perhibent Scriptores; eámque perpetuò virere, Æſtate vigere, ac nec caulem nec florem proferre.

LONCHITIDIS ALTERIVS FOLIO POLYPODII,
Alia Icon.



Elegantiſſimam hanc plantam non paſſim occurrere teſtatur Tragus: Vbi tamen inuenitur, tenebroſis ſcilicet & humidioribus ſyluis, ibi magnâ copiâ prouenire.

An Cordi in Hiſt. Struptiopteris, Filicis inſignis ſpecies, figurâ admodum ſpectabilis, &c? An Filicis paruum genus Cæſalpino?

Tabernæmontano in Icon. & Hiſt. dicitur, *Lonchitis altera fœmina.*

ASPLENVM, SCOLOPENDRIVM, CETERACH:
Germ. *Hirtzzung*: Gall. *Ceterach*: Italis *Aſplena.*




Foliis, authore *Dioſcoride*, eſt multis, Scolopendræ animali ſimilibus, ab vna radice prodeuntibus. Naſcitur in parietibus, ſaxiſque ſiliceis & opacis: nec *caulem*, nec *florem*, nec *ſemen* habens. *Folia* Polypodij modo diuiduntur, ſubter flaueſcentia hirſutáque, supernè viridia. Vim habent *folia* in aceto feruefacta, vt per dies XL. pota lienem abſumant, &c. *Sic ille.* Addimus *Nos* ex Dodonæo, naſci in vetuſtis parietibus, rupibus, in moſtis, opacis & vmbroſis Galliæ, Italiæ & Hiſpaniæ locis, ac Monſpelij præſertim intra & extra Vrbem: rariùs verò eſſe apud Septentrionales. *Plura in Appendice.*

Phyllitis, lingva cervina: Germ. *Hirſchen Zung*: Gall. *Langue de Cerf.* Ital. *Lingua Ceruina.*



E' capillaribus, nigricātibus, numeroſis & fibratis *radicibus. folia* fundit oblonga, ſena, octona vel dena, dodrantalia aut pedalia, duarum vnciarum plærumque latitudine, imâ parte falcatæ lunæ modo corniculata, læto virore supernè ſplendentia, infernè verò obliquis pulueruſentis striolis, ceu lumbricis, flauis, rubentibus aut ſubluteis, virgata; ſap re ſubacerbo: odore graui. Neque *caulem*, neque *florem*, neque *ſemen* fert: at è vermiculis foliorum in puluerem reſolutis & ſparſis renaſcitur. *Plura in ſequentibus.*

Phyllitidis species Anglicana; Hemionitis Lobelio.



In Anglia occidua inter ſæpes luxuriantem reperit Lobelius, ternis quaternisue folijs, minoribus multò quā vulgaris, minimèque craſſis aut rigidis, ſed mollioribus.

Vulgaris, quam antè deſcripſimus, folia Rumici ſimilia habere ſcribit Dioſcorides. Eius verò non meminit Plinius: Galenus acerbæ qualitatis eſſe ait, ac ad alui profluuia & dyſenterias commendat.

φυλλῖτιν vocauerunt Græci, quaſi folioſam, quòd nihil niſi folioſus cæſpes appareat: quod nomen etiam retinuêre Latini. *Scolopendrium* appellarunt nonnulli, alij *Hemionitin*, *Linguam ceruinam* Officinæ.


Phyllitis polyschides.



Solâ foliorum formâ à vulgari differt elegans hoc Phyllitidis genus. Prodeunt verò illi ex *radice* multis fibris & nigris prædita, ſena aut ſeptena folia, palmaris longitudinis, eiuſdémque cū vulgaris folijs læuoris & viriditatis internâ parte, ac externâ nullis aut rariſſimis tranſuerſis lineis inſignitā, extimâ verò multipliciter diſſectâ.

Cæterùm *Phyllitis vulgaris* viret quouis anni tempore, & ſponte ſua in vmbroſis & vliginoſis montibus, necnon in quibuſdam fontibus & humectis muris naſcitur. Magnâ autem copiâ ex montis *Iura* radicibus Ebroduno vicinis in vrbem aſſertur: ſimilique in D. D. *Doxati* Propætoris, ac primæ notæ noſtri Amici, Horto colitur.

Phyllitis crispa.



Hanc & Præcedentes copioſas habet ſanguine & amicitia Nobis coniunctiſſimus, ac optimè de Nobis meritus, *D. Abrahamus Chaream*, Dominus *du Braſſu*, in ſui illius Dominij humidioribus ſaltubus, necnon in magni, inſignis & pellucidi illius fontis, quo ſaluberrimè vtuntur eorum locorum Incolæ, vicinia.

Cæterùm tum ad Lienem extenuandum, tum ad alia de quibus antè, plurimùm commendantur Phyllitidum folia, & eorum ſtillatitia aqua.

Linguam ceruinam potiùs Hemionitim eſſe contendunt Manardus, Leonicenus, Ruellius & Fuchſius. Eam verò pro Phyllitide admittunt Matthiolus, Cordus, Turnerus, Dodonæus, Marantha & Lobelius.

Nos Item ſub Indice ita linquimus.

Hemionium sive Hemionitis, quorumdam Splenium.




Ἡμιόνιον vocat Theophraſtus, Dioſcoridi verò dicitur ἡμιονῖτις ſiue σπλήνιον, & Latinis itidem Hemionitis & Splenium. *Splenium* autem dicta fuit hæc planta, quòd eius folia ficui & Phyllitidis, Medicorum ſplenia imitentur, vel quòd ſpleni medeantur.

Folium, authore Dioſcoride, Dracunculi folio ſimile emittit, curuatæ in cornua lunæ modo ſinuatum. *Radices* ſubiacent multæ, eæque tenues. Sed neque *caulem*, neque *florem*, neque *ſemen* profert. In ſaxoſis naſcitur. *Sic ille.*

Figuram aſſumpſimus Matthioli: plantámque illā expreſſam vidimus Tiguri in horto Geſneri.

Lichen sive Hepatica: Germ. *Braun-Leberkraut*. Gall. *Hepatique.* Ital. *Lichene.*



Aſperginoſis ſaxis adhæreſcit, folijs multiformibus, ſquammatim incumbentibus, lacinijs ſinuatis, perplexo textu cōditos. Súntque ea *folia* pinguia craſſáque, ſupernis hilari virore nitentia, infer ùs dilutiora, fibratum capillarium inſuuijs cincinnis, (quos ſaxorum commiſſuris infigit) ſubtùs demiſſis. Vetuſtate tandem *cauliculos* erigit vnciales, & ſeſcunciales, teneres, glabros, quorum vnuſquiſque *florem* ſtellatum herbaceiue coloris ſuſtinet, qui ſuis radijs deorſum nutantibus paruum *galerum* exprimit, atque ex folijs paſſim nonnunquam erumpunt *ſimbrijs*. *Plura in Appendice.*

PVLMONARIA, LICHEN ARBOREVS: Germ. *Lungēkraut*: Gall. *Herbe aux poulmons*: Ital. *Pulmonaria*.



Vt veteribus Græcis & Latinis nominata fuerit hæc herba non ſenuc. Dicta autem creditur *Pulmonaria* ob foliorum cum pulmone humano aliquam ſimilitudinē: vel quòd Pulmonum vitija ac exulcerationibus præſertim medeatur.

In veterum Quercuum, Fungorum, aliarúmque ſylueſtrium arborum caudicibus: necnon in petris, lapidibus, denſiſque vmbroſis & opacis ſyluis, gigni ſolet: iiſque rebus eruitæ inſtar inducuntur coriacea folia: nuſquam tamen cauliculorum aut florum conſpicuis extantibus veſtigiis. Tota autem Æſtate reperitur; & variat laciniis vel latioribus vel anguſtioribus. Deſiccat & calefacit mediocriter, vulnera recentia glutinat, &c.

POLYTRICHVM APVLEI: Germ. *Widertoedt*: Belg. *Gulden Wedertoedt*.



Radicibus conſtat tenuibus; *Cauliculis* duas vncias circiter longis, *foliolis* abundāt longiuſculis, ac poſtea nudi ſunt & læues: quorūnque ſummitati innaſcitur Capitulum ſublongum, hians & nutabundum.

Tres autem eius vulgò traduntur ſpecies & differentiæ: *Maius, Minus, & Scoparium*. Maius Montbelgardi abundans reperimus in ſylua prope *Sochaux*: Minus verò in compluribus compluris regionibus Galliæ, Germaniæ & Belgii. *Scoparium* in Belgii muſcidis & vdis vulgare eſt

Vſus eorum ad amatoria, veneficia & ſuperſtitioſa, ac fortè ad ſcopas tantùm reſtium Belgicas.

POLYPODIVM, quibuſdam FILICVLA: Germ. *Baumfarn*; Gall. *Polypode*: Ital. *Polypodio*.



Toto quidem errant cœlo qui Polypodium *Dryopterim* vocant: ac vix fortè meliùs alii, propter foliorum cum Filice ſimilitudinem *Filiculam* nuncupant.

Duas Polypodii ſpecies tradunt & pingunt Matthiolus, Dodonæus Lat Hiſtoria Lugd. atque alii: Primum ſcilicet & Alterum, ſiue Maius & Minus. At Nobis magis probatur iudicium Lobelii, qui vnum tantùm facit, illáque ſpecie neutiquam diuerſa eſſe ſtatuit

Naſcitur in veterum arborum, Quercuúmque & Ornorum præcipuè, carie exeſarum radicibus: necnon ſuper veteres muros & ædificia tecta: ac reperitur etiam in aggeribus, ſecus agrorum margines, præſertim ſub arboribus & ſentibus. Quouis porrò anni tempore viret & colligi poteſt.

POLYPODIVM ILVENSE.



Vulgatis Polypodij *nomenclaturæ varia*, ex Dioſcoridis deſcriptione colligitur. Naſcitur ait, in muſcoſis petris, & vetuſtis Quercuum caudicibus, palmi altitudine, Filici ſimile, ſubhirſutum & inciſum, at non perinde tenui dimiſurà. *Radix* ſubiacet piloſa, cirros habens ceù Polygonum, craſſitudine minimi digiti. Hæc, ſi deraſa fuerit, coloris intùs herbacei comperitur. guſtu verò acerba & ſubdulcia.

Id verò quod hic pingimus gignit *Ilua* Tyrrheni maris Inſula Naſcitur in ſaxis, radice, vt in aliis generibus, velut Polyporum cirris nodoſa & fibroſa.

POLYPODIVM EXOTICVM PERELEGANS, EX India Orientali allatum, *Cluſii*.



De Polypodii *viribus & temperamento* inter ſcriptores non conuenit. Auicennæ calidum eſt in ſecundo gradu, & ſiccum in tertio. Meſuæus calidum eſſe ſcribit in tertio gradu & ſiccum in ſecundo, authorémque citat Dioſcoridem: Sed vbi id ille apud Dioſcoridem legit? Meſuem ſequuntur Lonicerus, & ex Recentioribus alii; at tantum calorem non demonſtrat Ægineta eundem quem Colocynthis effectum habere ait. Sed meritò eius vſum minimè reformidant Auerrhoes, Actuarius, Ætius, Oribaſius, Apuleius, & ex Recentioribus plærique omnes Vtendi modum norunt Practici & Seplaſiæ, quò Lectorem relegamus.

PHYLLO DALECHAMPII ALIQVATENVS ſimilis planta



Simili cum Phyllo Dalechampij eſt ortu, radicibus rubentibus, ſerpentibus, ex interuallo denſam radiatorū, foliorum coronam ſimiliter proferentibus, ſitu eodem, ſed *foliis* longioribus, mollibus, glabris: è quorum centro *caulis* vnus aut duo, dodrantales, teretes, glabri, ſuperiùs in duos, treſue ſextantales ramos diuiſi: quorum diuaricationi *ſtellula* circumpoſita, foliorum vix quadrantem vnciæ longorum. Vnicuique verò ramulo in ſummo *flos* inſidet vnicus, Phylli Dalechampij. Legimus in Baſileenſium *Waſſerfall*.

Ros solis, Rosa solis, Sponsa solis; *Rorida* & *Rorella* etiam dicta.



Radices illi fibroſæ & tenues: *cauliculi* graciles, palmares: iïſque inter folia exſurgunt, quæ vt plurimùm ſeptena aut octona, pediculo longiuſculo nixa ex rubro purpuraſcentia, corollâ tenuiſſimorum rubeſcentiúmque ſtaminum, veluti cilio, fimbriata, aſpergine roridâ guttularum, etiam perferuentiſſimos æſtus, madida, modicè concaua, auriculpium imitata.

Diſtinguitur in *maiorem* & *minorem*: et *Marem* & *Fœminam*; foliáque habet vel *oblonga* vel magis rotunda.

Exit locis deſertis, arenoſis, ſed apricis & riguis. Floret Maio & Iunio: colligendus autem *Ros* ſereniſſimâ cœli conſtitutione. *Plura in Appendice.*

Tridactylus: Germ. *Hendelkraut*: Tridactylites alpina.



Palmaris interdum, & multò etiam maior eſt planta, *folia* plærâque humi fundens, interdum vnciali longitudine, ac etiam multò minora, per extremum tripartita, alia verò nullam agnoſcunt diuiſionem, vt quæ in cauliculis ſunt, in ramulos pauculos diuaricatis. *Flores* parui, albi; *vaſcula* magna: *Radix* vt Agerati purpurei.

Naſcitur in parietinis, locisque vmbroſis & petroſis: eamque ad *Seda* referunt ex Scriptoribus nonnulli, alij ad *Paronychias*: *Saxifragiam albam Petræam Ponæ*, inſcribit C. Bauhinus.

Muscus parvus pulcher repens.




Serpit Chamæciſſi modo pulchellus hic *Muſcus*, cui ad coſtam tenuem, ſi'i inſtar, denticulata foliola aduerſe, valde tenera, lucida. Iſque in varios diuaricatur ramulos, qui hinc inde tenues *radiculas* emittunt.

Omnium autem vulgatiſſimus eſt *terreſtris* & *hortenſis Muſcus*, aſpergine madentibus ſaxis terráque humidiu-ſ, appreſſus, repens, molliculus, ramis lõgis tenuibus, foliis acuminatis plumatim coſtæ hærentibus, colore viridi, vel ex viridi flaueſcente.

Eo ad ſiſtendum ſanguinem vtuntur Empirici, ab Veſis admoniti, qui quàm primùm vulnerati ſunt, eo ſanguinem ſiſtunt.

Muscus terrestris repens; Tragi.



Longè latéque per terram ſerpit, ſubindéque è tranſuerſis remis demiſſis *fibris* longis ligneis craſſiuſculis radicatur. Naſcitur in ſyluis, ſabuloſis & irriguis locis, inter ſaxa, Iunióque menſe gignit Iulus. Rectum autem terreſtrem *Muſcum* vidimus Nos in monte Gothardo.

Muscus vulgaris, Bryon: Germ. *Mooſs*, *Baum Mooſs*; Gall. *Mouſſe*; Ital. *Moſco*.

Muſci nomine res plurimùm diuerſæ donantur: villoſa florum quorundam lanugo, pretioſiſſimum quoddam odoris genus, atque villoſa omnis ſubſtantia caudicibus arborum, ſaxis madidis, terræ humidiori, hærens: vel etiam in aquis paluſtribus, aut mari reperta. Incanos autem villos qui ex quarundam arborum truncis pendent, ſimpliciter *βρύον* vocat Dioſcorides; Recentiores *Muſcum arboreum*.

Trago authore incanus & albidus ille Muſcus, qui vetuſtis & aridis arboribus ac lignis adnaſcitur, nihil eſt aliud quàm villoſum aut tophaceum quid, nunc tenuius nunc craſſius, nuncque breuius & nunc prolixius: prout arbor vel lignum cui inhæret humidius aut ſiccius fuerit. Loquendo verò *arborei Muſci* villoſa quædam ſunt ex multis tenuiter et variè diſſectis ſubindéque veluti inter ſe implicitis, confuſa: quæ arborum adhæreſcentes corticibus, à truncis & ramis dependent, vt plurimum candeſcentia: attamen quandoque etiam nigra quædam ſunt, ſed minora & teneriora.

Reperitur porrò hoc *Muſci genus* potiſſimùm in Quercu, Robore, Populo, Vlmo, Betula, Pyro, Pyraſtro, Pomo, Pino, Picea, Piceaſtro, Larice, aliiſque compluribus antiquis arboribus, abſque radice & ſine Foliis: &, vt iam dictum, nunc tenuior nunc creſſior, nuncque breuior & nunc prolixior. *Figuram habebis Lector in Appendice.*

Muscus filicinus: Germ. *Farn Mooſs*, Tabernæmontani.



Filicinum vocat ob eam quam cum Filice habet ſimilitudinem: non monet autem an *arboreum terreſtremue* intelligat.

Cæterùm Muſcus refrigerandi ac adſtringendi vim & poteſtatem obtinet: quæ tamen, pro natura eius cui adnaſcitur Arboris, vel remittitur vel intenditur. Enim ſiquidem cui adhæret corticis, veluti parentis ſui, aliquam ſibi aſciſcit ac retinet facultatem. Idcircò valde adſtringit qui in Quercu natus, digerit & emollit qui in Reſiniferis arboribus; & ſic de cæteris.

MVSCVS TERRESTRIS RAMOSVS PVLCHER.



Proximè præcedenti affinis eſt, ſed longè ramoſior, hilarioriſque aſpectus. Cubitalibus eſt *ſarmentis*, per quæ vix vlla obſeruare licet *folia*. Accedunt autem vteùſque *rami* eius ad *Arborem viſa*, pulchro virore inſignes, compreſſi, & veluti prælum experti, denticellis hinc inde inciſi, iiſque tandem ſuperuenit *claua*.

Ceterùm terreſtris Tragi Muſcus, vino decoctus ſe potus, vrinas mouere, calculóſque comminuere & educere fertur: quod etiam ſtillatitia præſtat aqua: vnde miramur Matthiolum frigidam & ſiccum conſtituere. Calidum meliùs faciunt Tragus, Dodonæus & Camerarius. *Vino pendulo* impoſitus, intra paucos dies illud reſtituit.

MVSCVS CORNICVLATVS, TABERNAE. Germ. *Geborne Mooſz.*



Quam plantam Tabernæmontanus, in Icon. & Hiſt. *corniculati Muſci* nomine prodit, quòd velut Ceruinum cornu referat: eam C. Bauhinus in Pin. ad *Filicem ſaxatilem quintam* reducit, & cum Holoſtio petræo Tabernæmontani confundit.

Terreſtris porrò Muſci nonnunquam tanta in hortis & humectis pratis luxuries, vt Gramen ſupprimat & ſuffocet: Cinere autem menſe Martio conſperſus abolètur. Eius vtilitates hic non doceant & prædicant ij qui *Naues*, aquatica ædificia, ſtipant.

MVSCVS ALPINVS, FLORE INSIGNI, dilutè rubente.



Craſſiuſculas habet *radices*, in multa capita diuiſas, ac numeroſis fibrillis donatas. Vnde *folia* infinita, anguſta, vix vnciam longa, terræ incumbentia, naſcuntur, Phyllon Dalechampij magnitudine æmulantia, hoc vîla aſperitate. Inter hæc *pediculi* exeunt vnciales, tenues, quorum vnicuique *flos* inſidet vnus, magnus, rubellus, ex calyce oblongo, ſtriato, Lychnidis florum forma.

Caryophyllum pumilionem pumilum inſcribit Cluſius; *Gentianellam omnium minimam* C. Bauhinus in Pin. & Phyt.

Eum Nos in alpibus Rhæticis, monte Pilati, & Gothardo obſeruauimus.

MVSCVS EX CRANIO: Germ. *Mooſs von Todten kopf*: Tabernæmontano.

Quidam Medici & Pharmacopei reponunt aliquandiu *Cranium* hominis loco humido, vnde tandem oritur Muſcus, quem *ſibi* reſeruant, ad ſanguinis fluxus ſiſtendos perefficacem eſſe prædicantes ſi puluis eius inſpergatur.


Variæ autem aliæ recenſentur *Muſci Differentiæ*: *Muſcus* ... *peltatus* & ſcutellaris: *Muſcus* arboreus ramoſus: *Muſcus* arboreus barbatus: Muſcus amarus Abſynthij folio: *Muſcus* coralloides: *Muſcus* arboreus Pennachio: *Muſcus* Abietis ſane: Muſcus pyxidatus; *Muſcus* ſtellaris roſeus: *Muſcus* terreſtris foliis retrò reflexis: *Muſcus* in Ericetis proueniens: *Muſcus* ſaxaceus: Muſcus pyxidatus, & alij quorum ſeriem & enarrationem altiùs in Hiſtoria noſtra magna proſequimur.

FINIS CLASSIS XXXVII.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ
STIRPIVM
CLASSIS XXXVIII.

AQVIS INNATANTES PLÆRÆQVE.

NYMPHÆA, NENVPHAR: Germ. *See Blumen*: Gall. *Lis d'eſtang, Blanc d'eau, Iaune d'eau*: Italis *Nymphaea*.



Duo ſumma *Nymphææ* genera à Dioſcoride, Plinio & Galeno agnoſcuntur, *Album* & *Luteum*: Et eſt præterea vtraque Nymphæa, tum alba tum lutea, vel *maior* vel *Minor*.

Albam vulgarem hic pingimus quæ ante florum productionē à lutea haud multùm differt: ac ſecundum quondam *folijs* tantùm, vt & *florum* pediculis, rotundioribus: ac nigriore radicis cortice. Craſſiſſima autem eſt ea, intus alba & fungoſa, plurimas emittens fibras, quibus in fundo hæret. *Flores* longiſſimi, aquas traijcientibus pediculis hærentes, candoris immaculati, Liliaceis floribus ſimiles, multiplici foliorum agmine ſtipati, quorum pars exterior ex albo virescit, cum numeroſis in medio ſtaminibus. Eos verò ſequitur *Capitulum* rotundum, in quo *Semen* nigricans, Milij ſemine maius.


NYMPHÆA LVTEA.



In hac Planta vulgò notiſſimâ, & vbique obuiâ, delineandâ, multùm immorari, haud videtur operæ pretium. Dicemus tantùm haud temerè Herbam aquaticam inueniri, quæ maiore *radice* nitatur quàm Nymphæa; quippe quæ humani cruris craſſitudinem nonnunquam aſſequatur. Huiuſque eſſe ſoſis virentem: *folia* verò paulò oblongiora quàm albæ, *ſemĭnque* illius ſemini maius: ac *flores* luteos, quinque craſſiuſculis folijs conſtantes, cum duplici intra eorum ſeptum itidem luteâ *coronâ*.

Naſcitur autem vtraque Nymphæa in paludibus, ſtagnantibus aquis, amplioribus foſſis, & pigro lapſu delabentibus ſinuis fluminibuſue: Maióque & Iunio floret.

NYMPHÆA MINOR LVTEA, LOBELII.




Nymphææ minoris vtriuſque, id eſt, tam albæ quàm luteæ, aliquæ rurſus in magnitudine & floribus obſeruantur varietates.

Illa quam hic pingimus è limoſo fundo traijcit Nymphas, iunceis, craſſiuſculis, tere ſinque, vel quaternorum cubitorum *pediculis*, Portulacæ ſingulare *folium* in ſummo geſtantibus *floribus* ex vno quaſi iunceo exorto Chelidonij minoris. Eſt verò inter amœniſſima Thameſis fluenta, in vdis ſecobibus perfrequens.

Quin autem Nymphæa frigidæ ſit temperaturæ nullus dubitat. Hinc albæ floribus ad omnes calidos capitis affectus vtitur vulgò noſtra Ætas. Plura in ſequentibus.

NYMPHÆA MINOR LVTEA, FLORE fimbriato.



Aquarum etiam eſt alumna, verùm Regionum maximè Septentrionalium; habet tamen etiam Sequanæ ripæ, & Bieſſiæ ſtagna.

Radicibus autem multis, capillaceis, è caulium nodis prodeuntibus, nititur. *Folia* multa, longo rotundóque pediculo hærent, droſa, guſtu amara, aquæ innatantia. *Caules* teretes, geniculati. *Flores* lutei, quinque folijs venuſtiſſimè per ambitum fimbriatis, conſtantes. Quibus ſuccedunt *ſemina* oblonga, lata, in ambitu piloſa.

Vt autem in Nymphææ virtutibus enarrandis pergamus, Vſus radicis ſeminiśque ſecreti locum habetur ad gonorrhæam, & albi mulierum profluuia. Sed Venerem minuit & extinguit; nec niſi cœlibem vitam agentibus benè conuenit.

NYMPHÆA ALBA MINOR.



Aquarum etiam alumna eſt, & Septentrionalium ferè tantùm. *Folia* habet Nymphææ, paulò maiora quàm Braſſicæ marinæ. *Flores* albi, tenues, flaccidi. Capitula Capparis ſimilia, *ſemine* paruo Papauerino plena: *Hæc Matthiolus.*

Ex Nymphæa autem floribus foliiſq; contuſis expreſſus ſuccus ad renum dolores à calida cauſa ortos, inflammationes, vſtiones & vigilias confert. Fiuntque etiam ex iiſdem floribus Olea & Syrupi ad conciliandum ſomnum, & prædictos affectus.

FABA ÆGYPTIA, COLOCASIA: Germ. *Egiptiſche Boonen*: Gall. *Febue d'Egypte*; Ital. *Faua d'Egitto*.



Ægyptia Faba, quam alij qui *Ponticam* vocant, in Ægypto plurima prouenit, Dioſcoride authore, ac in Aſiæ Ciliciæque lacubus etiam inuenitur. *Folia*, pit, habet ampla, *caulem* cubitalem digiti craſſitudine: *florem* roſeum, duplò Papaueris amplitudine: & vbi florem exuitur, ſeſe *folliculos* eſt parum fauis ſimiles, in quibus Faba ſuper operculum bullantis ampullæ modo prominet. *Ciborion* aut *Ciborium* idcò nominant, quoniam ſeratur ipſa, humenti glebæ mandata, & ita in aquam depulſa. *Radice* firmatur Harundine craſſiore, quæ cruda cocta-que editur: et *Colocaſia* nomen eſt. *Sic ille.* Nec alienus multum alienus Theophraſtus, quem etiam ſequutus Plinius.

FRVCTVS VALDE ELEGANS, FABA FORTE Ægyptia Dioſcoridis.



Sic pingit Cluſius: verum verò Faba ſit *Ægyptia*, necne, ambigitur. Adſtringere porrò Colocaſiam & ſtomachum iuuare ait Dioſcorides atque adeò dyſentericis & cœliacis conuenire. *Ciborium* verò & *Colocaſiam* modicum alimentum corpori præbere ſcribit Galenus, malíque ſucci eſſe: Medicum vſum quod attinet, ipſum prætereo.

Non deſunt porrò qui *Fabam Ægyptiam*, *Lotum Ægyptiam* eſſe ſuſpicantur: atque vtramque *Irinum Ægyptium* vocari, authorem habemus Hermolaum. Et *Colocaſium* olim *Colocaſium* etiam dictam fuiſſe ex Virgilio conſtat, Ecloga 4.

TRIBVLVS AQVATICVS: Germ. *Waſſernuſs*: Gall. *Chaſtaigne d'eau*: Ital. *Tribolo aquatico*.



Quæ de Tribulo aquatico, apud Dioſcoridem & Plinium habentur, cum iis ferè coincidunt quæ de eo tradit Theophraſtus. Fluuiorum ſinguli, ait priuatim aliquid ferre videntur: nec enim Tribulus in omnibus, nec vbique, erumpit: ſed paluſtribus fluminibus tantùm, altitudine cùm profundiſſima, quinque cubitorum. Merſus ſub aquam prorſus ad imum vergit: *fuſo* amplo, ad effigiem Vlmei, *pediculo* admodum longo: *caule* parte quidem ſumma craſſiore, vnde *folia fructúſque* dependent, qui nigri duríque vehementer. Naſcitur ſemine decidente, germéque Vere ſummo emicat. Radicem alij annuam, alij diuturniorem, affirmant. *Plura in Appendice.*

POTAMOGITON, FONTALIS, PLVVIALIS; Germ. *Samkraut*: Gall. *Eſpi d'eau*: Italis *Potamogeto*.



Potamogetonis ſuccincta admodum, tum apud Dioſcoridem, tum apud Plinium Hiſtoria. Nihil enim habet, prætérquam id folium habere Betæ ſimile, parum extra aquam eminens. Eius autem, vt ex ſequentibus patebit, variæ ſunt ſpecies & differentiæ.

Ex iis, *id pingimus quod* ... *eſt folio*. Illi *folia* ſunt Plantaginea, pallido virore ſplendentia, pediculis longis appenſa. *Flores* Perſicariæ, purpuraſcentes. *Semina* ruſſ... & laciniſcula, in acutum mucronem deſinunt. *Radix* capillaris, fibroſa.

Naſcitur in lacuſtribus & aquoſis locis.

FONTINALIS LVCENS MAIOR,



Aquis innatans in longos ramos diducitur, in varios rurſum ramulos ſubdiuidendos. *Folia* alterno ſita, non aduerſo, ex breuibus latis pediculis, longiora quàm Potamogetonis, anguſtioraque, tota lucida, neruo medium percuttente, à quo latus tenues vtrinque ... diſſeminantur. *Floſculi* ... ſicariæ ſubpurpurei.

Potamogeiton, quod ... vocant non ... dictum vult Fuchſius fluminibus vicinum, in paluſtribus & aquoſis naſcitur. *Stachyodes* verò quaſi ſpicatum, ob caul... quem floribus & ſemine ... ex ſummitate,

FONTINALIS MEDIA LVCENS.



Fontinalem mediam lucentem vocamus herbulam aquis innaſcentem, cui ex tenuibus *radiculis rami* multi, imbecilles, pedales, denſè geniculati. *Folia* per genicula bina ſibi correſpondentia, oblonga, in acumen deſinentia, viridia & pellucida. Flores ex pediculo vno aliquot parui, ſimul iuncti, forma & colore quodammodò Moſchatellæ Cordi: quibus ſuccedunt *Semina* ſimiliter conferta, parua, contorta, vt Meliloti vulgaris.

Prouenit Geneuæ in riuulis prope Rhodanum iuxta *Caſtellum la Baſie*.

FONTINALIS CRISPA.



Præcedenti haud eſt abſimilis, niſi quòd maior. *Folia* etiam longiora, quadrantalia ferè, nec ita crebra, criſpa, aſpera, in ambitu dentata, ex oppoſito ſita lucida. *Flores* herbacei, parui, vo[illegible]coſi, ex pediculis ſextante longioribus: referuntque tota plāta natales ſuos inſipido guſtu. *Semina* ramorum extremis hærent, racematim cohærentia, angulosa, acuminata, modicè recurua.

Vidimus in variarum vrbium & arcium foſſis, ac in fluuio *Alani* circa Muntbelgardum. Floret Iunio.

Algam ſecundam vocat Tragus: *puſillum fonti-lapathum*, Lobelius. *Tribulum aquaticum minorem*, Cluſius.

POTAMOGETVM ALTERVM DODONÆI.



Compluribus tenuibus ac teretibus *cauliculis* luxuriat, in alas ſubinde diſtributis. *Folia* lata, oblonga, acuminata. E ſinu verò ramulorum ac foliorum *pediculi* ſubinde prodeunt, in quibus *ſpica* breuis, *floſculos* proferens candicantes, muſcoſos; ac dein *ſemina* plana, rotunda, veluti Aphaces. *Radix* fibroſa fundo adhæret.

Tota ſub vndis naſcitur, eminente tantummodò cacumine; ſed in aquis haud profundis & dulcibus, quæ tamen maritimo æſtu attolluntur.

Cæterùm refrigerat & adſtringit Potamogetum ſiue Fontinalis dictum Dioſcoride: proindéque conuenit pruriginibus, ac depaſcentibus veteribuſque vlceribus.


FONTINALIS MINOR LVCENS.



Aquis innatat iiſdem vt præcedentes, ramis exilibus, atque infirmis interdum lapidibus adhæreſcens. *Folia* alternatim poſita, minutula, ferè tota nigricantia: proximéque ad Muſcum accedit hæc planta. Vidimus Noſ eam in *Maalmunſter*.


Præter autem enarratas Potamogetonis & Fontinalis differentias, habentur & aliæ: *Potamogetum ramoſum anguſtifolium*, *Potamogetum gramineum ramoſum*, *Potamogetum minimum capillaceo folio*, &c.

FLVVIALIS PISANA, FOLIIS DENTICVLATIS.



Ramuli molles, quaquauerſum ſparſi, ac varie diuaricati in aquis fluitant. Diſtincti autem ſunt geniculis *foliorum* oppoſitorum, quæ vnâ parte latiuſcula, extremâ anguſtiſſima, vtrinque eleganter ſerrata vel denticulata, denſo ſitu ſtipatu illis hæſcentia. Plantam ſiccam eo nomine Piſis accepimus, nec omnis deſcribendi copia fuit facultas.

TRICHOMANES AQVATICVM DALECHAMPII.



Plantam hanc non procul à fonte Bolienſi, in Ducatu Vvirtembergico, legimus. Erat autem ea prorſus ſimilis illi quæ apud Hiſtoriam Lugdunenſem *Trichomanis* aquatici titulo, ſine deſcriptione pingitur. C. Bauhinus in *Pin.* dicitur *Fucus* ſiue Alga capillaceo folio; ſiue Alga fontalis trichodes.


Persicaria: Germ. *Pferſingkraut*: Gallis *Perſicaire*, *Culrage*: Ital. *Perſicaria*.



Perſicaris alis *Acris* eſt, alia *Mitis*, illaque Mas exiſtimatur hæc *Fœmina*. Et quæ mitis alia *Maculoſa* eſt, alia non *Maculoſa*.

Mitem hic pingimus, cui nomen fecit foliorum quæ habet cum Perſicaræ arboris folijs ſimilitudo. Sunt enim illis ſimiliter oblonga, acuminata, ſimilique venarum diſcurſu prædita, ſed ſubhirſuta, & interdum liuida macula notata, vnde Maculoſæ cognomen: ſapore adſtringente, acerbo. *Caules* teretes, rubentes, ramoſi, geniculati. Flores in racemulis Biſtortæ æmuli, coloris albi vel purpuraſcentis. *Semen* fuſcum latum, lubricum. Radix tenuis, obliqua, lignoſa & fractu contumax.

Persicaria acris, sive Hydropiper: Germ. *Waſſer Pfeffer*: Gall. *Culrage*: Ital. *Pepe aquatico*.



Perſicariam fœmineam ſatis traditam qui nouit, hác (marem) etiam nouerit. *Radix* perſimilis: *folia* Perſicæ, maculoſa & non maculoſa: *flores* ſpicati albi vel rubri: *ſemen* latiuſculum, nigricans: ſapor verò non, vt illi, acerbus & adſtringens, ſed, Piperis inſtar, acris, ſum folijs tum ſemine.

Naſcitur locis paluſtribus, in foſſis & ſcrobibus, hybernis menſibus aquas habentibus, & iuxta ſtagnantes aquas: Iulióque & Auguſto potiſſimùm floret. *Mitis* antè picta ijſdem etiam prouenit locis, eodémque tempore floret. De viribus in Appendice.

Ranunculus aquatilis albus tenuifolius.



Ramos habet ſatis craſſos, longos, atque minores ramulos ſubinde diuiſos: per quos duorum generum promiſcuè *folia* conſpiciuntur: alia enim capillaris tenuitatis, confertiſſimis etiam perplexa, alia verò ſupra aquam Ranunculi folijs ſimilia, lucida, maculis quibuſdam nigris notata, ſatis craſſa, ſubrotunda, in aliquot partes diuiſa, ſed non profundè. *Flores* ſatis frequentes, Ranunculi, candidi.

In foſſis aquas habentibus, & lentè decurrentibus riuulis, nec non iuxta eorumdem ripas, ac alijs locis humentibus, gignitur: Aprilíque & Maio floret.

Calida herba eſt Ranunculorum modo, ſed non ita vrit.


Ranunculus hederaceus rivulorum.



Cauliculis conſtat multis, humi iacentibus & ſerpentibus, rotundis; *radiculis* exiles & prætenues è nodis quibuſdam emittentibus *Folia* patua, multa, Hederæ ſimilia, atrâ macula notata, pediculis breuibus hærentia: ad quorum exortum *florum* conceptus emergit, granulis tuberoſus, oblongus: *flos* luteus, Ranunculi. Sapore autem acer eſt & feruidus.

Naſcitur in riuulis & fluentis fonticulorum, locis ſabuloſis & macris.

Ranunculo aquatili albo affine, Millefolium Marathriphyllon fluitans.



Longiſſimis conſtat, in aliquot partes diuiſis, teretibus, læuibus, inanibus & procíduis flagellis, *folium* ad genicula Fœniculi, Peucedanique: ex quibus ſurgunt etiam *pediculi* concaui, *flores* ſuſtinentes Ranunculi, lacteos, quinque foliolis lacteis conſtantes cum apicibus in medio luteis. Iiſque tandem ſuccedunt *Capitula*, conſimiliter Ranunculi, viridantia, echinata.

Fluitans abundat in Fluuio Montbelgardenſi *Alano* dicto, & in *Dubi*, Maióque & Iunio floret.

Millefolium aquaticum maius, Viola aquatica, Viola paluſtris: Germ. *Waſſer Veyel*.



Violam aquaticam vocant aquarum amſtam plantam, cui *radices* longæ ſubinde obliquo actu ſe propagant ſeſquipalmares: è quibus oriũ *pediculi* trium quatuorue venciarum, *foliolorum* pinnatim adnexis ſegmentis val tali, bus anguſtis. *Caulis* rectus, inanis, ſtriatus, geniculis aliquot per ſumma nodoſus: ad quorum vnumquodque quinæ aut ſeni verticillatim naſcuntur *flores* pulchri, minuſculi, Leucoijs ſimiles, quinque folijs albis conſtantes, cum apicibus in medio luteis, pediculis vncialibus & ſeſquiuncialibus hærentes.

Aquarum reſiduis & riuulorum vadoſis innaſcitur lubens: peruenítque etiam in lacubus & aquis ſtagnantibus, aut pigrè fluentibus. Iunio autem flores prodit: & eſt facultatis frigidæ & ſiccæ.

MILLE-

MILLEFOLIVM PENNATVM AQVATICVM.



Longis & fungoſis præditum eſt *caulibus*, internodiis ſatis crebris interceptis ad quorum nodos quinque aut plura *folia* circumpoſita, tenerrima, pulcherrimè criſpata, & plumas auium imitata: *ſpicámque* tandem Equiſeti Capitulis ſimilem habet.

Geneuæ in lacuſtribus prope Noſodochium in paluſtribus abundat, vt & iuxta Beſfordiam, atque etiam Montbelgardi ad pontem Voujaucourt prope Dubim. Floret Maio.

MILLEFOLIVM AQVATICVM MINVS, CLVSII.



Latè ſe fundentibus *ſcapis* præditum eſt, qui rotundi, virides, frequentibúſque nodis intercepti ſunt: è quibus tenues capillaceáſque fibras ſpargit, quibus velut inhæret. Superior ſcaporum pars palmum ſupra aquas eminet, cùmque ad ſingulos nodos ternum paruliſque *foliolis* proditorum *alæ* ambiūs, vix vnciam lōgæ, virides admodum, quæ ſenſim circa ſcaporum ſummitatem minuuntur. Scapi in ſummo faſtigio totidē floſculos quot foliorum alas in ſingulis nodis, ferunt, puſillos valde, e ſtonis candidis foliolis ſimul iunctis, nec ſeſe explicantibus, præditos, qui deinde in quædam *Tubercula*, quatuor radiolos in capite habentia tranſeunt.

MILLEFOLIVM AQVATICVM FLORE luteo galericulato.



Tenuiſſimis filamentis totum eſt conneaum, iiſque ferè indigeſtis, appēſis hinc inde crebris emblematis orbiculatibus, Lenticulam aquaticam æmulantibus. *Caulis* tenuis dodrantalis, nudus, in ramulos aliquot parte ſuperiore diuiſus. *Flores* gerit luteos, mainiculos, cucullum referentes.

Vidimus Geneuæ & Beffordiæ in paluſtribus, nec non in Baſileenſium *Michelfelden*.

Tabernæmontano dicitur *Fœniculum aquaticum* galericulatum.

MILLEFOLIVM AQVATICVM CORNVTVM.



Innatat aquis, *caulibus* donatum prælongis, fragilibus, in tenues *ramos* diductis, denſè geniculatis: quorum ſingulos nodos circumcirca coronant radiata rigidula *folia*, in fibras per extremum cornuum ceruinorum ramoſam diuiſionem imitatas fiſſa, in extremis caulium molliora delicatioráque. *Flores* parui geniculis adhærent herbæ ferè concolores, quibus ſuccedunt *ſemina* parua, quaterna ſimul iuncta.

Abundat Montbelgardi in foſſis, & Geneuæ circa Noſodochium in paludoſis.

GRAMEN AQVÆ INNATANS, CVM VERticulis, ſiue Fœniculacea marina.



Aquis innatant huius longiſſimi & infirmiſſimi *culmi*: ad quorum genicula naſcuntur *folia* bina aut terna, palmaria, fili inſtar anguſta, aliquando ſubdiuiſa. Per extrema culmorum foliorum pediculis exeuntes veluti *vtriculum* effingunt grano Auenæ magnitudine & formâ ſimile, pelliculâ obductū: in quo continetur aliquid nucamenti rugoſi inſtar cohærens.

Prouenit Monſpelij in paluſtribus. An *Fucus Ferulaceus* Lobelij & Hiſtor. Lugd.?

COTYLEDON AQVATICA.



Folia peltatis vmbilibus rotundis per marginem obiter inciſis, inferius in ipſum vmbilicum (vnde 10 circa radiatim nerui excurrunt,) *pediculus* palmaris, tenellus, è cauliculis & ramis, adeóque & ipſis perplexis capillaribus *radiculis* enatus, indidémque & ramulorum diuaricationibus, varialis *pediculi* exeunt, glomeratim ſuſtinentes ſinguli *Capitellum*, Ranunculi aquatici floſculo non multùm abſimile. Sapor acriuſculus Siſymbrij.

Paluſtribus locis inuenitur, & præſertim humidioribus, & iis quæ frequentiùs hybernis menſibus rigantur. Iulio menſe apud Belgas cum flore reperiri ait Dodonæus.

LENS PALVSTRIS : Germ. *Waſſer Lenſen* : Gall. *Lentille d'eau* : Ital. *Lente di Palude*.



Lens paluſtris, Dioſcoride & Plinio authoribus, eſt Muſcus Lenticulæ ſimilis, refrigeratoriæ naturæ, qui inuenitur in aquis non fluente. Stagnantium aquarum incola, iiſdem innatat, totam ſuperficiem denſiſſimo foliorum, inferne nigricantium, ſuperne virentium, nitidulis, orbiculatorumq; Lenticulæ modo compreſſorum, ſtipatu obtegens, quæ inter ſe capillamentis tenuiſſimis & albis arctè coniunguntur, iiſdémq; ceu radicibus è limo alimentum hauriunt.

Falſo enim illi radicem, à nemine viſas, tribuit Spigelius; Dodonæóque prorſus aſſentiendum, qui in Hiſt. Latina Lentem paluſtrem *caule, flore & fructu* carere ait.

LENS PALVSTRIS PATAVINA.



Ad vnam coſtam longiuſculam adnaſcuntur vtrinq; in alæ modum *folia*, denſo agmine mutuò ſe vt plurimùm tangentia, ex oblongo rotunda, ſemuncialia, ſuperiùs ſtigmatis notata, inferiùs verò muſco obducta, villíque per totos ramulos deorſum ſpectantes *radicum* vices gerunt.

In foſſis Patauinis aquis ſupernatat, & in Sileſia circa Vratiſlauiam.

Vulgaris vero Lens paluſtris in Lacubus & ſtagnis, aliiſq; non fluentibus aquis, vt Vrbium foſſis, innatans, & ſæpe earum ſuperficiem latè occupans, reperitur. Aſſ Theophraſti *ἔαροϲ*.

LENS PALVSTRIS QVADRIFOLIA.



Fibroſis radiculis nititur, ex craſſiore alio tranſuerſa demiſſis: vnde propagantur *rami* multi, multifariam diuiſi, atque tum ex iis, tum ex radicibus, pediculi ad aquæ ſuperficiem pertingentes: quorum ſingulorum extremis adhærent aquæ innatantia quaterna folia, triquetra, per extremum lata, angulis acutioribus ad pediculum coëuntibus. Circa v. ramulorum diuaricationes pediculorúmque exortus, numeroſis ſemuncialibus pediculis nixa cohærent *grana* dura, nigra, Lentibus maioribus paria.

Copioſa Argentinæ prouenit, viâ illâ quæ ab Vrbe ad domum Vectigalis itur.


LENTICVLA AQVATICA TRISVLCA, Trinitas aquatica quorundam.



Colmariæ in foſſis aquæ innatat *Morſus ranæ* permiſta, eámque etiam alunt Mongbelgardi ſtagnantes aquæ Principis horto adiacentes.

Lenti autem paluſtri vis eſt refrigerans: quare omnibus inflammationibus, ignibus ſacris & podagræ conuenit, tum per ſe tum cum polenta impoſita. Plurimúmque laudatur Aqua eius diſtillatitia ad internas viſcerum inflammationes, febres peſtilentes, oculorum rubores, mammarum & teſticulorum collectiones. Herba ipſa recens ex aquis allata & fronti adhibita, calidos capitis dolores mulcet. Ea verò anates & gallinas cum voluptate veſci notum eſt.

ALSINE AQVIS INNATANS FOLIIS longiuſculis.



Lenticulæ modo aquis innatat, longis, tenuibus, infirmis, teretibus *cauiculis*, pedalibus & cubitalibus, in ramulos ſubinde abeuntibus: è quorum geniculis non tantùm demittuntur *fibræ* tenuiſſimæ & albidæ, quibus radicatur, verùm etiam bina *folia*, Alſines, per geniculos oriuntur. Extrema autem ramulorum ſupra aquam coronant *folia* multa, alia aliis impoſita, radiatímque digeſta, inter quæ *ſtamina* plerumque bina apparent cum minimis *capitulis* luteis.

Stellariam aquaticam vocat Lobelius: *Fœniculum aquaticum ſtellatum* Tabernæmontanus.

ALSINE AQVATICA SVRRECTIOR.



Hanc in riuulis quibuſdam Sundgouiæ vidimus floribus ornatam candidis & perexiguis: reperimúſque etiam in Valle Grieſbachiana, ad fontes acidos. Tota autem planta craſſiuſcula eſt & ſaporis viſcidi.

Proximè præcedentem Montbelgardi obſeruauimus in diuerſis riuulis.

ALOE SIVE ALSOVM PALVSTRE.



Folia habet Aloës foliis ſimilia, ſed breuiora & minora, per ambitus duris quibuſdam hecuibus aculeis ſpinoſa: inter quæ *vagina* quædã erumpunt cancrorum forcipulis perſimiles, quibus dehiſcentibus *flores* exeunt cãdidi, trium foliorum, *Ranæ morſui* perſimiles, luteola exigua *ſtamina* in medio gerentes. Pro *radicibus* fibræ longæ ſunt, rotundæ cãdidæ, craſſioribus lyrarum fidibus, aut lõgis lumbricis perſimiles, quæ ab ipſo folia promẽtẽ breui capite deſcendentes, aquæ fundum petunt, quem tamen raris aſſequuntur. Exit & ab eodem & aliæ obliquæ fibræ, quibus multiplicatur.

Facultatem habet refrigerantem & exiccantem.

STRATIOTES ÆGYPTIA; STRATIOTES Antiquorum.



Prope Peluſium, nunc Damiatam vocatum Ægypti ciuitatem, in foſſis, aquâ Nili fluminis decurrente plenis, hęc Herba copioſè prouenit, *aquæ Lenticulæ paluſtris* modo ſupernatans, ſine caule, foliis Cynogloſſi, breuioribus, latioribus, denſioribus, hirſutioribuſque ac albidioribus.

Verum eſſe *Antiquorum Stratiotem* exiſtimarunt Alpinus & Guilandinus, nec abſre, noſtro iudicio. Herba eſt, ait Dioſcorides Sempervivo ſimilis, ni maiora haberet folia, quæ refrigerant, &c.

Plinius in Ægypto tantùm naſci ſcribit, indefinitè autẽ aquis innatare Dioſcorides, cui Nos credimus.

PLANTAGO AQVATICA: Germ. Waſſer Wegerich: Gall. *Plantain aquatique*: Ital. *Plantagine aquatica*.



Plantaginem aquaticam licèt nuncuparint plerique noſtri Scriptores omnes, Plantagini tamen præter folium nihil ſimile habet. Eam verò cum *Fiſtula paſtoris* vnam eandémque eſſe plantam exiſtimarunt Amatus, Rheginus, Breunſchweigius, Rueſſius & Bacchanellus: eandem cum Barba ſyluana, Lonicerus, Durantes & Eucharius.

Exit humidioribus & aquas habentibus locis, vt & in foſſis iuxta lacuum & riuulorũ margines. Floret Æſtate: & facultatem habet frigidam & ſiccam.

PLANTAGO AQVATICA HVMILIS ANGVSTIfolia.



Gracili modóq; pedali caule prædita eſt, verticillatim circa medium pediculis triangulibus ex geniculo radiato ortis: conſimiliterq; aliæ eiuſmodi vmbellatim ſummum caulem coronantibus. Eorum vnicuique *flos* inſidet paruus, albus, è tribus caducis foliolis compoſitus, glomerato in parui echini modum *Capitulo* relicto. *Folia* ex radice ſena ſeptenáue, iunceo palmari pediculo nixa, anguſta, acuminata, glabra, tribus longis neruis diſtincta, grati odoris & ſaporis ſunt. *Radix* fibroſa, maioris Plantaginis aquaticæ.

Monſpelii prouenit propè Fluminum ripas, & floret Aprili.

SAGITTA: Græcis Thraira; Germ. Pfeilkraut; Gal. *Sagette, langue de ſerpent*; Ital. *Saetta*.



Sagittam à ſuborum forma triculpidi, ſupernè in vnam, infernè in duas, deſinentium, nomen habere non dubitandum. *Phleum* autem Theophraſti 4. Hiſt. 9. & 11. eſſe volunt quidam.

Hanc autem noſtram Sagittam ad Plinii Sagittã refert Matthiolus: ac eius inſuper Maiorem & Minorem aſſignat ſpeciem.

Naſcitur in aquis cũm ſtagnantibus tum decurrentibus. Eſt que Ebroduni plurimis in locis obuia, in Lacu & foſſis. Floret Iulio & Augusto.

Temperamenti autem eſt frigidi & humidi, iiſdemque cum Plantagine aquatica viribus pollet.

SAGITTA MAIOR LATIFOLIA.



Minori per omnia ſimilis eſt, niſi quod maiora habet omnia, & folia non vſque adeò acuminata.

Sagittam aquaticam maiorem inſcribunt Matthiolus Dodonæus, Caſtor & Tabernamontanus: *Piſtanam Magonis, ſiue Sagittam Plinii*, Lobelius in Aduerſ. *Phleum maius latifolium* Hiſtoria Lugdunenſis.

Naſcitur vt præcedens in ſtagnantibus & decurrentibus aquis: ac in leniter labentibus permultis Galliæ, Angliæ & Germaniæ amnibus ſub ies aquas, fundo vadoſo.

SAGITTA MINOR ANGVSTIFOLIA.



Maiori & hæc per omnia ſimilis: ſed omnia minora ſunt ei, foliáque anguſtiora multò, magiſque acuminata.

Sagittam minorem anguſtifoliam inſcribunt plerique omnes: nonnullis verò dicitur *Sabe Theophraſti anguſtifolia*.

ANAGALLIS AQVATICA: Germ. *Bachpungen*: Gall. *Berle*: Ital. *Anagallide aquatica*.



Huius Anagallidis plurimę obſeruantur in magnitudine, floribus & foliis *differentia*. Vel enim maior eſt vel minor; flô quo vel cæruleus èſt vel purpuraſcens: & folium vel rotundius vel oblongum; atque vel latioſculum vel anguſtum.

Maiorem flore cæruleo & folio oblongo, cauléque tecto, craſſo & anguloſo, ex Fuchſio hîc pingimus; quæ, vt reliquę in reſidibus aquis exit, circa fontes, ac riuorum & fluuiorum margines; Iunio, Iulio & Auguſto menſibus floret.

HYSSOPIFOLIA AQVATICA.



Caules multi dodrantales, ſtriati, virides: foliis amicti alternatim poſitis, Hyſſopi è quorum ſinu ab imo ferè ad ſummum vſque cacumē, *flos* vnus vel duo longiuſculi, cærulei, ſex foliolis ſtriatis conſtantes, è calyculo viridi, cauli adnato. Succedunt pro floſculorum numero *ſiliqua* longæ, teretes, membranulā viridante inuolutæ, quā detractā calyculum propriè cō-ſtituens tunica fuſca *ſemen* continet copioſum minutum. *Radix* breuis fibroſa. An *Polygonum minus* Tragi?

Abundat in paludibus Patauinis.

HYSSOPIFOLIA MINOR, VEL POTIVS Thymifolia maritima.



Simplice, lignoſā, contorta *radicula* oritur, *caulem* tollens palmarē, atque etiam dodrante altiorem, in ramos diductum: per quos crebra *folia*, Camphoratæ, ſurſum vergentia: ex quorum ſingulorum ſinu, ab imo ad ſummum vſque, caſtatæ, tubercu-tes, perexiguæ, Hyſſopifoliæ maioris, *ſiliqua*: *ſemine* refertæ minuto, ex albo flaueſcente. *Flos* paruus admodum, vt vix facilè diſcerni poſſit.

In viciis maritimis, & ad vinearum margines propę Gramontium collegimus in agro Monſpelienſi.

Aquis inuatantes plantas alias adhuc aliquot habebis Lector in *Appendice*.

FINIS CLASSIS XXXVIII.

ICONVM ET SCIAGRAPHIAE

STIRPIVM

CLASSIS XXXIX.

DE PLANTIS MARINIS.

ALGA ET VLVA: Germ. *Meer graſs*, Gall. *Vray* ou *Vrac*: Ital. *Aliga*.



Cùm Marinis fermè omnibus Plantis commune ſit *Alga* Nomen: ſpecialibus tamen nonnullis conuenit, de quibus mox.

Anguſtifoliam Vitriariorũ Algam hic pingimus: cui *folia* longiſſima, cubitalia & longiora, plana, læuia, mollia fragilia, modò alba modò rubra, vel atronitentia: ac quæ iam latiora & alia anguſtiora. Hærent verò ea ſubſtantiæ cuidam lignoſæ, nigræ, ac capillamentis cinereis comoſæ. Nec quicquam in Adriatici & Occidui Maris littoribus ſucci. ſ te hac Alga vilius vel frequentius.

An Plinij Alga? An Dioſcoridis Fucus marinus?

Pomum Algæ dictum, quod Algæ fructus eſſe exiſtimatur, exhibet Tabellæ pars infima.

ALGA CRISPA SCABIOSA, RVBRA ET PALLIDA.



Non ſolùm ex *caulis*, ſed etiam ex *foliis* ipſis, oriuntur *folia* tenuia, fractu contumacia, lucem tranſmittentia, vncialia & ſeſcuncialia, culmum quædam lata, alia laciniata, criſpa, *rubra* vel ex fuſco pallida, in ea nos diuiſa, verrucis albis & cruſtis cinereis hinc inde aſperata, ſaporis ſalſi. Sunt verò radices craſſæ, cum capite villoſo, & modò dicta anguſtifoliæ Algæ radicibus ſimiles. Frequens porrò reperitur ad Narbonenſis mediterranei Maris littora.

Cæterùm duplex traditur Algæ *Etymon*: vnum ab aqua quæ innaſcat algoris: atque aliud ab effectu quem in ligaturis præſtat: vel ab eo quod eius foliis alligantur pedes.

ALGA TINCTORIA, FVCVS MARINVS: *Roccella Tinctorum dictus.*



Latiora huic *folia*, ſed eiuſdem tenuitatis, lentoris, & ad fractum contumaciæ: ac color etiam purpureus obſoletus ſeu ſpadiceus. Accepimus ex Candia. Chartam autem cui inuoluta erat purpureo colore tinxerat.


A Ferd. Imperati, *Alga Candia*, *quâ Tinctores* vtuntur nomine *Roccella*.

VLVAM quod attinet, ea ab Alga magnitudine, colore, & natali loco differt. Minor eſt, & colores praſij, qui in Alga ſubuiridis vel ſubruffus, & eſt Alga maris incola, Vlua vero paludum, ſecundum Verſum

Alga venit pelago, ſed naſcitur Vlua palude.

In cæteris conueniunt.

ALGA CERVI CORNV DIVISVRA; PALMA marina Chondrillæ diuiſurâ.



Quod in ſuperiori Tabella pars depingitur, id viſum Nobis fuit pro *Alga Cerui Cornu diuiſurâ*: quod verò habet pars Tabellæ inferior, pro *Palma marina Chondrillæ diuiſurâ*. Reperitur vtrumque inter excrementa marina, ſapórque vtrique ſalſus: ſed diuerſus color; illi rubens, huic niger aut cinereus.

Varij autem Algæ recenſentur vſus; ea tenuioris fortunæ homines, & qui in Caſtris degunt, tomenti loco, centones & culcitras infarciunt. Probè ſi caſam nonnulli hybernæ ſtabulationi teleruant; ex eóque qui inde ſit fimo, agrum nimiâ defatigatione emaciatos ſtercorant, læto ſegetum prouentu. Algáque ipſa per ſe, ac vt eſt è mari aduecta, pro æquè pingui lætamine habetur ac Marga.

PILA SIVE SPHÆRA MARINA, BVRSA MARINA, Algæ pomum, *Pelote de mer*.




Sphæra marina rotunda eſt inſtar Pilæ luſoriæ, magnitudine pugnum æquans, maius minorúe, conſtá que tenuibus pilis vel paleis, quales in Algis Vitriariorum conſpiciuntur, coloris ruffeſcentis.

Hæc non ſolùm quoad magnitudinem, ſed etiam quoad ſubſtantiam variat: nec eſt è genere vegetabilium, ſed ex minutis, vt dictum, paleis atque pilis, volutatione maris congeſtus globus.

Inter *Alcyonia* reponunt plurimi: aliqui, ſed perperàm, referunt ad *Adarcen*: Cæſalpino dicitur *Burſa marina*: eorum verò erronea prorſus eſt opinio, qui *Algæ Pomum* inſcribunt, cùm id minus ſit concauum, nullaque in Sphæra marina obſeruetur cauitas.

FVCVS CAPILLARA DICTVS.



Capillara dicta planta ramis eſt donata longis, minutiſſimis frequentibúſq; vnde capillarum obtinuere nomen, coloris ruffi atque purpurei. Truncis aliarum plantarum innaſcitur inſtar Epithymi, ac frequenter reperitur in Fuco Capreſſino. Imper. lib. 27. cap. 8.


FVCVS CAPILLARIS TINCTORIVS, FVCVS *Roccella* dictus.



Fucum multi vocãt quamlibet plantam marinam: alij tamen terreſtris plantæ radici ſimilem ſpecie faciunt: vnde etiam illâ ſimilitudine deceptus Dioſcorides *Fucum* exiſtimabat eſſe *herbæ radicem*.

Hic *Fucum capillarem tinctorium* pingimus, quem Imperatus *Roccella* nomine ex Oriente delatum ait, præcellentiſſimúmque eſſe ad tincturas. *Roccellam* vocant à colore rubro quem præbet: Fucum autem, quoniam ſi tingantur eo genæ, fucatam atque apparentem pulchritudinem conciliat.

FVCVS VERRVCOSVS TINCTORIVS, FVCI *Roccellæ* genus.



Eſt etiam hic ex eorum numero qui *Roccella* nomine donantur, & à Tinctoribus expetuntur. Euocatur autem viuidus eius color maceratione factâ in vrina: ac ſic paulatim tincturam acquirit. Fuci porrò in compoſitione portio ad vrinam eſt quintupla, plùs minùs, pro bonitate Fuci, completurque maceratio vno menſe, addita ſub finem macerationis ſalis alkali duodecima ad Fucum portione, vt denſetur & perficiatur: ſic enim tandem Violæ colorem & odorem acquirit.

De Fuco & Algis *plura in Appendice*.

CONFERVA TRICHODES, CONFERVA Plinij & Lobellij.



Peculiaris eſt, ait Plinius, Alpinis maximè fluminibus, *Conferua*, appellata à conferuminando: Spongia aquarum dulcium veriùs quàm Muſcus, aut Herba villoſæ denſitatis atque fiſtuloſæ. Curatum eâ ſcio, omnibus ferè oſſibus confractis, prolapſum ex arbore alta Putatorem, circumdatâ vniuerſo corpori, aquam ſuam inſpergentibus quoties inareſceret; raróque, nec niſi deficientem, Herbam, mutationis cauſâ reſoluentibus, conualuiſſe vix credibili celeritate.

PENNA MARINA: MVSCVS MARITIMVS pennæ ſimilis. FVCVS CAVVS.



Caulem ſortitur ſubſtantiâ Adiantho ſimilem: totius verò figura *alam auis* alicuius refert, *pilis* rarîs è coſta prodeuntibus. Scopulis autem innaſcitur, nec magno interuallo à ſe inuicem diſſitæ ſunt pennæ.

Aliud autem omninò eſt Fucus marinus *cauus* dictus, quem nonnulli *Herbam cauam* vocant. *Folia* habet longa, *faſcijs* aut tænijs ſimilia, colore viridi, ſubſtantiâ ſubtiliſſimâ.

CORALLOIDES LENTA FOENICVLACEA.



A pede lato, quo ſcopulis appreſſa hærere ſolet, *rami* prodeunt complures, dodrãtales, multipliciter diuiſi, lenti, flexiles, teretes: quorum minores in minima, Fœniculacea, & propemodum muſcoſa, atque capillacea criſpâque, ſegmenta ſecantur. Colore porrò variãt: ſunt enim quæ liuido, aut pallido, aut albo: aliæ quæ luteo, ſubnigro, ruſſo, purpureo: & aliæ denique quæ viridi, ſunt colore. Et hoc iucũdum viſu iucundum quod bicolores plærumque ſunt ſingulæ plantæ. craſſioréſque rami vni, tenuiores alteri, colore donati plærique trãſparente. Sapor & guſtus ſalſuginoſus.

CRIMENES ISTRIS: FVCVS FOLLICVLACEVS Abrotoni vel Thymi folijs.



Figura eius & facies eeu ſi quis arborem quandam aſpiciat. Nam primùm trunco eſt pedali ferè, craſſiuſculo, tuberoſo, atque in infima parte, radicis inſtar, fibroſo, nigro. Ab eo verò *rami* exeunt complures, pedales circiter, in alios minores diuiſi: *folijs* veſtiti Abrotoni, nigrecantibus. Plæriſque cæterùm locis cinereâ quadam ſalſugine incruſtatur ac alicubi etiam fungoſo & ſpongioſo tegumento. Sapor ſalſuginoſus, ſicut & odor.


Naſcitur in ſcopulis & petris, vnde vrinantes ſpongiarij referunt. ABIETEM MARINAM vocant nonnulli.

FRVTICOSA MARINA PLANTA, QVIBVSDAM Conferua lignoſa.



Latâ baſi vel radice ſcopulis adhæret & hæc fruticoſa marina planta, quæ pedalis vel cubitalis ferè. Eiat *caudex* lignoſus, tortuoſus, totus niger vel pullus, quaſi adoſtus ſuret, rugoſus, fragilis, in ramus palmares diuaricatus, quos obſident vndique verrucoſa *tubercula*, modò longiora, modò breuiora, ad radicis Polypodij tubercula accedentia, oliuari formâ, ruguſa, criſpa, racemorum modo cohærẽtia: in quorum turbinato fine exeunt coliculi ramuliúe nigri vel ruffi, inque ſegmẽta inconditacæſi, ſubinde à medio ad ſummum denticulati: folijs ad Abrotonum (ſegmentis præſertim) accedentibus.

ERICA MARINA QVIBVSDAM.



Vt minor eſt quàm *Cornuli aca Alga*, ita tota tenerior; *ramis* tenuibus, non lignoſis rigidiſue: non minùs tamen frequentibus, imò laxius diuulſis, & ad Fœniculaceam Algam accedentibus; *ſitu* verò vtcunque tenuioribus, inque turgidulas veſiculas deſidentibus.

An *Tamariscula* Fuſci Imp.?

Similem ex Italia accepimos, cuius portionem in infima Tabellæ parte pictam exhibemus.

ROSA MARINA.



Patulia in orbem eſt ramis, palmo longioribus, Quercus marinæ diuiſurâ, ſed tenuiore, ligulis anguſtioribus, coloris cineritei, per extremum digitatis, criſpis, aſperis.

Hanc habuimus ex Plantis Valerandi, qui eam *Roſa marina* titulo donauit: an verò quis alius eam agnoſcat, non occurrit.


BVLBVS MARINVS CRINITVS.



Inter quaſdam Indicas Inſulas in fundo maris creſcit, quatuordecim vel quindecim brachiorum longitudine, quatuor vel quinque latitudine, extra aquam emtacẽ, colore Ceræ luteæ: *caule* ſatis craſſo, ex quo per interualla oriuntur *bulbi*, ex faſtigio *capillitium* quoddam emittentes. *Radix* craſſior; bulboſa, quàmplurimis fibris capillata.

Hiſtoriæ Lugd. dicitur *Bulbus marinus crinitus*.

LACTVCA MARINA: BRYON THEOPHRASTI, Dioſcoridis & Plinij.



Maris ſinubus innaſcuntur quædam ſunt folia, ab vno veluti pede prodeuntia, membranacea, læuia, & cùm exſiccātur quaſi papyracea, pellucida, inuicem incùbentia, cōplicatáque & corrugata, colore herbido diluto, atque, Lactucam criſpam, Roſamúe expanſam quodammodò repræſentantia. Talis Iſtriaca, talis & Narbonenſis quæ minor.

Muſcum marinum inſcribunt Botanici plærique: Robertus Conſtātinus verò *Viſcum marinum* Lactucæ criſpæ folio: *Plura in Appendice*.

MYRYOPHYLLVM PELAGIVM: Ital. *Pennachio delle Ninfe*, & *Palma di Nettuno*.



Naſcitur in altiſſimis maris Illyrici gurgitibus, vnde Piſcatores extrahunt hamis & inſtrumentis, quæ ipſi *Sperne* appellant.


Vtilis autem eſt aduerſus omnium marinorum ſerpentum morſus, & virulentos piſcium ictus: ac ſi leuibus recentibus vulneribus applicetur, ea viginti quatuor horarum ſpatio curat.

SERTVLARIA, OPVNTIA MARINA.



Sertulariam hanc vocauit Imperatus, quia veluti ſertum aliquod extollamētis ipſius folia ita connexa repræſentantur: Cortuſus verò *Opūtiam marinam* inſcripſit: nec incommodè quidem, cùm ſcribat Theophraſtus circa Opuntem herbulam eſſe quandam quæ ex folijs radicem mittat: ſcribatque ipſum ſecutus Plinius, circa Opuntem *Opuntiam* eſſe herbam etiam hominibus dulcem, cuius radix è folio fiat, ac quæ ſic mirè naſcatur. Nonnulli *Ficum maritimam* inſcribunt, *Lichenem marinum* alij.

PALMA SIVE MANVS MARINA QVIBVSDAM



Amputatam à radio cubitóque manum affabrè exprimit, ac ex carpo craſſiori (compreſſo tamen,) albicante, anguſtiore, in metacarpum ſenſim dilatatur: hinc in digitos quaternos, quinos, pluréſue, ferrugineos, rugoſos, multifidos, diuiditur, qui ruſſus in minores particulas ſubdiuiduntur. Tota ſubſtantia coriacea quodammodò eſt & membranoſa. Sapor & odor ſalſus.

Duplicem facit C. Bauhinus in Pin. vel cortice rugoſo, vel cortice læui.

CORALLIVM ſiue CORALLIVM: Germ. *Corallen*; Gall. *Coral*; Ital. & Hiſpanis *Corallo*.




Corallium marinum eſſe fruticem, & ex alto extractū durari ſtatim, atque ideò *Lithodendron* vocari, ex Dioſcoridis & Plinij monumentis ſatis ſuperque conſtat; idemque etiam teſtatur Ouidius in libris Metamorphoſeωn.

Corallium, ait, quo primùm contigit auras

Tempore, dureſcit: mollis fuit herba ſub vndis.

Corallium autem vulgò in legitimum & adulterinum diſtinguitur atque id ruſſus in rubrum & album. *Plura in ſequentibus.*

CORALLIVM ALBVM OFFICINARVM, Corallum album oculatum.



Rubri Coralli ſpecies habētur variæ: ſunt enim aliæ ſaturè rubræ, aliæ lateritiæ, aliæ dilutiores, aliæ ad flauū tendentes, aliæ fuſci coloris. Nullam verò Rubri Coralij bonam Figuram habemus.

Quod porrò hîc pingimus *Corallium album* inſcribunt Amatus, Lacuna, Geſnerus, & C. Bauhinus: ac quod proximè præcedens Tabella exhibet, pro Coralij albi varietate ponitur à Lobelio, C. Bauhino & alijs.

Corallium candidum verrucoſum punctatum.



Coralli hæc ſpecies colore eſt quàm vulgaris candidiore, ſuperficie tenui punctatâ, tuberculoſâ: trunco cæteroqui ramiſque craſſioribus quàm rubri. Prouenit in Oceano, ac reperitur quoque in Mari maiori. Minimè autem compactum ponderoſumque eſt, vt Rubrum: ſed leuius, rarius, ac ſpongiarum modo inane.

Albi mentio quidem fit apud Auicennam, at eius nec Dioſcorides nec Plinius meminêre: niſi id ſit quod Dioſcorides colore pallidum dixit & damnauit. An Theophraſti *Ebur foſſile*, vt ſuſpicatur Cæſalpinus?

Corallium stellatum minus album.



Coralli genus hoc ab Imperato ex mari Hiſpanico delatum, ſubſtantiâ eſt minùs ſolidâ, nec ita candidum ſicut id quod punctatum modò vocauimus. Cæterùm vndique ſtellis paruis impreſſis notatum conſpicitur truncuſque & rami craſſiores ſunt, quàm reliquorum Coralli generum.

Cùm autem Corallium omne refrigeret & aſtringat, vt poſt dicetur; potentiùs vtrumque efficit album, ac proinde eo vtuntur Medici vbi maiora eſt opus refrigeratione.


Corallium geniculatum album.



Conſtat hoc Corallium internodiis quibuſdam, ceu articulis animalium. Ramoſum enim eſt, & rami, ad inſtar articulorum animalium, ad inuicem committuntur. Figurâ cæteroqui ſunt rectâ, circa articulos nodoſiore, per longitudinem ſtriatâ.

Coralliis porrò vſque adeò abundare Italiam ſcribit Matthiolus, vt ferè nulli reperiantur infantuli, nullæue puellæ, quibus non Coralli geſtentur monilia, aut collo aut brachiis ſuſpenſa: fœminis etiam iiſdem in templis vtentibus ad ſuas preces faciendas.

Corallium aſperum candicans?
An Geſneri Gypſum Coralloides?



Ex lato principio craſſus exoritur caudex, qui mox in ramos diuaricatur, minutiùs diuiſos, albicantes, ſuperficie aſperos, tortuoſos. Omnium autem maximè lapideum exiſtit hoc Coralium. Altitudo vix quatuor vncias ſuperat: eſt verò ſubſtantia interna albiſſima, & minutiſſimis poris pertuſa.

Corallium porrò omne adſtringit & refrigerat mediocriter, excreſcentias coërcet, oculorum cicatrices abſtergit, vlceraque eorundem caua explet, ac cicatrices extenuat; contra ſanguinis eiectiones & excreationes omnes efficax eſt, &c.


Corallium nigrum, Antipathes.



Antipathes Corallio ſimile dixit Plinius Coralli ſpeciem Dioſcorides, qui deſcribit, colore nigrum, arboris figuram habens, ſed magis ramoſum: vim eandem cum Corallio rubro habere addens.

Eſt autem, *Corallium rubrum*, dicente Imperato, vegetabile marinum, quod à primo trunco in ramos abit, qui rurſus in alios minores diuaricantur, ſic ſpeciem gerens arboris foliis & fructibus ſuis orbatæ. Subſtantia porosa eſt & denſa, atque præclaram & inſignem polituram admittit, copulis autem, aut fortè teſtaceæ cuidam ſubſtantiæ affixum reperitur, *Plane ad latus ſequentis figura.*

Pſeudo-corallium nigrum: Antipathes Dioſcoridis.



Corallium nigrum rubro ſubſtantiâ omninò ſimile ait Imperatus: & colore nigro tantùm ab eo ſeparatur, atque varietate M. ſſiliæ inter Corallia reperiri teſtatur Lobelius: Amatus ſe Peſtaris atque Anconæ vidiſſe, Matthiolus Neapoli, Geſnerus verò in Gallicia Hiſpaniæ prouenire; rariſſimum autem eſſe certum eſt.

Vt porrò in *rubri* hiſtoria pergamus, vegetabile id eſſe non tantùm inde conſtat, quod creſcens ſeſe propriis viribus ſuſtinet, ſed etiam quod, ſcandentium inſtar, vicinis lignoſis plantis innititur atque fulcitur. Eius *varietates* ſunt quatuor.


ANTIPATHES HIRSVTVM, SIVE CORALLIVM foliatum. An C. Bauhini Corallina nigra ſetacea?



Corallium hoc, Ponâ in Baldo monente, folijs eſt minutis, inſtar Setæ porcorum, ſeu ariſtæ triticeæ, inuentúmque in Maris Sardiniæ fundo, inter Coralla. Eſt autem longitudine vnius hominis ſtaturæ, & vocatur in illis partibus *Sambeggia*.

Quod poriò ſcribitur Corallium ædes à fulminum iniuria tueri, ſuperſtitioſum & fabuloſum eſſe rectè ſtatuit Lobelius. At cùm ſiccandi, & ſiſtere oportet eruptiones quasuis menſtruas, dyſentericas, cruenta ſiue alias dejectiones, tutum eſt ad Coralia refugium. Siccántque efficaciùs vſta Coralia.

CORALLIS AFFINES PLANTÆ MARINÆ. Plantæ poroſæ. MADREPORA.




Pori de genere vegetabilium ſunt, ſubſtantiâ Coralliis propinquâ: propiùs tamen aliqui ad Coralia accedunt, alii longiùs ab iis diſtant: Omnes verò communiter albi ſunt, & qui candidiores deoſioréſque ſunt, ii Coralliis ſimiliores exiſtant, & eundem ramorum diuaricationis modum ſeruant. Ac quorundam etiam rami ſuperficie rugoſi ſunt, alii eâdē punctati: differúntque rurſus hi ab illis, lineis, ſtriis, meatibus & poris. *De Madrepora in ſpecie* ad latus ſequentis figuræ.

CORALLIS AFFINIS MADREPORA ALIA.




Matripora quibuſdam dicta multis cannis ex vno trunco prodeuntibus, & circa ortū ſibi mutuò cohærentibus, ac faui quodammodò formam repræſentantibus, conſtat: ſubſtantia tubulorum oſſi ſpongioſo ſimilis eſt: in eorum verò extremis cauitas apparet, radijs à centro ad ambitum protenſis, atque in eorum medio ceu floſculus quidam conſtituitur. Craſſities eorum digito paruo æqualis, ab ortu ad extrema vſque eadem: tūnique ſuperficie tenus tranſuerſim rugoſi, & recenter exempti ſorde quadam purpurea obtecti, quæ temporis progreſſu nigreſcat.

CORALLIS AFFINIS MADREPORA RAMOSA.




Huius, quemadmodum præcedentis, externa ſunt plana: ſed in trunco & ramis magna eſt differentia; quippe primarius truncus denſus eſt ſicut Corallium, ſequentes verò, qui velut annuj adiuncti ſunt, rari admodum ac debilis ſubſtantiæ, colore obſcuro & puronteo. Habétque eadem ſubſtantia aliquid membranei, vnde colligi poteſt Spongiarum in morem participare aliquid de vita ſenſitiua. In ſubſtantia & colore obſeruatur nonnunquam aliqua varietas.

ABROTONOIDES PLANTA SAXEA.



Plantam hanc marinam attulerūt Cluſio anno 1600. Nauclerii Batauí ex Orientalibus regionibus reduces. Erat porrò, inquit Cluſius, tota lapidea, pedalis ferè altitudinis, in ramos multos diuiſa, qui deinde in frequētes alios minores, Abrotani foliorum formâ, elegantiſſimo ſpectaculo ſeſe ſpargebant. E ſaxis autem in Mari iacentibus abreptam referebant.


CORALLIS AFFINE ALCYONIVM TVBVLOſum rubrum.



Hoc inter Naturæ recondita noſtra adſeruamus. Eſtque ex meris tubulis rubris, Corallio rubro fere concoloribus, aut certè ſaturatiùs tinctis, atque cruſtulis lapideis connexis, coagmentatum. Totum eſt lapideum, ſed Corallio rubro fragilius.

TVBVLI

TVBVLI MARINI ALBI.



Ex marinorum quoque genere eſt *Tubularia* hæc ex paruis, conexis, atque vt plurimùm conuexis, tubulis coagmentata: ſingulique ij coloris puniceі, intùs politiores. foris verò mediantibus quibuſdam criſtis tranſuerſis, æquali interuallo ordinatis, vbi Matriculæ putantur animalculorum marinorum, in quibus naſcantur, ſicut apes in fauis.

PORVS ANGVINVS, ADARCHI Ital. *Adarces* Gall. *Eſcume ſalée, qui s'attache aux Raſeaux.*



Similis eſt ſpolijs ſerpentum, ſiue colorem, ſiue ſubtilitatem, ſiue impreſſiones atque delineationes ſpectes, vnde illi *Nomen.* Subſtantia poroſa eſt & fragilis admodum, propter extremam ſubtilitatem tunicarum, coloris candidi, & eâ parte quâ altera tunica ab altera ſeparata conſpicitur, argenteo ſplendore lucida.

Nihil autem eſt aliud, quàm Dioſcoridis & Plinij *Adarces* concreta ſcilicet coloris candidi Salſilago, iuxta calamos & feſtucas agglutinata, propè mare, & in locis paluſtribus, naſcens. *De Adarce plura in Appendice.*

SALIX MARINA.



Rami multi ex glauco nonnihil rubentes in aqua naſcuntur, *folia* ſupra longis, Salicis ſimilibus, maxima ex parte per oras non inciſis, quibuſdam verò nonnullas inciſuras oſtendentibus, guſtu ſalſis. Inter ramulos *virgula* ſurriguntur, *florem* Salicis ſuſtinentes, ſurculo haud abſimiles, *apicibus* plurimis veluti ſquammatim compoſitis, non aliâ formâ quàm ea quæ ſpectatur in Salicetorum herbaceo iulo florem parturit. Teſtis oſtreorum & ſaxis quæ ſub aqua marina ſunt innaſcitur, & ſic adhæret, vt iis agglutinata, non radice defixa, videatur.

ARBVSCVLA MARINA CORALLOIDES, RVBRA.



Plantam hanc, ſiue potiùs arbuſculam marinam, à Chriſtiano Porretto pharmacopœo habuit Cluſius, qui pingit & ſuaè deſcribit. Totam verò cortice grumoſo obtectam fuiſſe tradit, eóque intenſi admodum rubri coloris, vt minio inducta videretur. Saporis etiam adeò ſalſi erat tota arbuſcula, vt merum ſal videretur. An verò ſcopulo alicui innata fuiſſet, an potiùs in imo mari ſuccreuiſſet, dicere non poterit, quoniam eius truncus integer non erat, ſed imâ parte reſciſſus.


CORALLOIDES FRVTICOSA PLANTA marina erectior.



Radicem ſcopulis apprimè ſemper defixam, trunco breui, ſtatim in infinitos *ramos* diuiſo, modò patulos modò ſurrectos, & quà ſors tulit huc illuc diuaricatos, dodrantales & palmares, ſingulos tenuiſſimo cortice duriter & flexibilitatis, nec non coloris, tarctus; *craſſo* obductos iam penitùs niueâ, iam cinereâ, modò luteâ, modò coralliſſatâ luteâ, aliâs cinereâ & rubrâ, aliâs luteâ rubrâ, nec rarò omnis coloris ſtigmatibus punctatâ.

Habuimus à Circumforaneo quodam qui in mari Gibraltar collegerat, & *Flor di Corail* nuncupabat.

CORALLOIDES FRVTICOSA LOBELIJ, & *Quercus marina Theophraſti.*



Frutices in noſtro mari Corallis ſimiles Corallinas vocant, ait Cæſalpinus, ligno toto duriſſimo ac nigro, pene Ebeni, ſed ob tenuitatem inutili operibus; cruſtaque his obducitur veriùs quam cortex, friabilis, pumicoſa, alijs candida, alijs rubens, adhærétque ei lapidibus teſtaceâ quadam dilaceratâ ſubſtantiâ.

In Narbonæ, Gallo-Prouinciæ & Angliæ Occiduis littoribus reperiri tradit Lobelius, varias eius ſpecies aſſignans: *albam ſcilicet, rubram & ſpiſſam.*


ERICÆ FACIE FRVTEX MARINVS, CLVSII.



Marinum hunc fruticem anno à Chriſti natiuitate 1597. à percelebri Medico Norvvegico accepit Cluſius, qui pingit & fusè deſcribit: ac *Ericam marinam* appellari poſſe arbitratur.

C. Bauhino in Pin. dicitur *Fucus folliculaceus* 17. *ſiue Erica ſimilis maritima*, & *Frutex marinus Ericæ facie*.

FRVTEX MARINVS ELEGANTISSIMVS; PALMA marina Theophraſti, quibuſdam.



Hunc etiam pingit & deſcribit in Exot. Cluſius: ac à Nautis à quibus redemit *Corallium* appellatum fuiſſe ait; ſed tamen ad Palmæ marinæ à Theophraſto deſcriptæ genus aliquod potiùs referendum eſſe arbitratur.

C. Bauhino in Pin. eſt *Corallina* 14. *ſiue cortice reticulato maculoſo purpuraſcente*.

PLANTA MARINA RETIFORMIS.



Raræ formæ plantam hanc marinam ex America delatam habet etiam in Exoticis idem Cluſius. Cubito autem longiorem ait, planam, & multis maculis, retis inſtar, pertuſam, ac ſubrubeſcentem.

C. Bauhino in Pin. *Corallina* 15. *ſiue reticulato cortice* eſt.

HIPPVRIS SAXEA.



Cluſio oſtendebatur hæc venuſta planta marina Amſtelredami, anno à Chriſti natiuitate 1601. Eiuſque ramum illicò pingendum curauit, quem Nos etiam hîc Lectoris oculis ſubijcimus.


C. Bauhino in Pin. dicitur *Fucus folliculaceus* 19 *ſiue Equiſeto ſimilis Saxea*, & *Hippuris ſaxea Cluſij*.

RESEDÆ FACIE PLANTA MARINA eiuſdem Cluſij.



Totus lignoſus eſt, ait, & durus hic frutex, non ſecus ac Erica fruticans, ſeſquipedalis longitudinis, ſalſâ & albâ materiâ obductus eiuſque ramuli exiguis quibuſdam rugoſis vaſculis tecti ſunt, deorſum propendentibus, coloris ex albo cinerac..., *Reſeda* vaſculis quæ ſemin...am matura continent haud ...diſſimilibus, &c.


CORALLOIDES GRANVLOSA ALBA.



Ex magno ramo decerptam portionem adſeruamus, quæ Ceruini cornu inſtar plures ramos de ſe mittit, modicè recuruos, ſurſumque ſpectantes. Tota porrò albo granuloſoque cortice obducta eſt, ac ſi ſaccharo incruſtata eſſet. Interior autem eius ſubſtantia, cui cruſta hæc granuloſa adhæret, nigra eſt & dura.

ALGA

Alga marina ΠΛΑΤΥΚΕΡΩΣ poroſa.



Inter maritima rara eſt, & aſpectu pulcherrima. Ab vno principio plura exeunt rami, trium quatuórve vnciarum, lati atque paruli, compreſſi, flexiles, cruſtoſi, pallidi, colore exalbido, cum ſtrijs obliquis quaſi ſex tutum demonſtrantibus.

Damæ cornua lata non infœliciter æmulatur, vnde non ineptè ab Imperato eu ſcribitur *Porus cervinus*, ſiue *Porigonus, quod ramorum denarratione Cervina cornua æmulatur.*


Eſchara marina retipora, ſive Porus reticulatus.



Quæ *Eſchara* Rondeletio dicitur, pro radice principium habet latiuſculum, ex quo foliacea quædam, & Lactucæ criſpæ accedens, ſubſtantia exit lapidea, craſſiuſcula, albicans, fragilis, cribri inſtar, ſinuatum longiuſcularum plenus dentibus facilè atteritur, nullo manifeſto nec odore, nec ſapore.

Cæſalpinus *Rojam marinam* inſcribit.

Eſchara marina frondipora.




Frondipora Eſchara marina *Retipora* iam propoſitæ adſimilis eſt. Frondea quippe ſubſtantiâ ſimiliáque itidemque ramoſæ & inciſæ: iiſque extrinſecus eminentiæ quædam coſtis aut neruis foliorum ſimiles adnatæ. quarum extrema mutuo connexu varia poros conſtituunt.

Reticulum marinum.



Nomen ex retiatione aſciuit. Sic námque veluti ſtamine atque ſubtegmine intertexto eſt, vt rete aliquomodo repræſentare videatur. Duriuſculum eſt, & compreſſum non cedit: colore verò eſt ſubcinereo obſoleto, odoréque & ſapore ſalſuginoſis. Dentibus atteritum, cedit, ob lentam & tenacem ſubſtantiam, nec facilè comminuitur. Maritimorum ac̄ola eſt.

Reticulatum tophaceum marinum.



Filamentorum conuolutorū in morem, totum ex filis tophaceis, candicantibus, ac etiam (quod in tanta exilitate mirum) fiſtuloſis ac cauis, coagmentatum eſt, vt *rete* quodammodò in vnum glomerem confuſum repræſentet. Ipſa craſſitie fruſti coagmentati vocialis eſt, multis cauernis ſpongiæ aut pumicis, ferè inſtar cauata, ſubſtantiâ leui & dentibus facilè friabili, durâ, digitis non cedente, odore ſalſo, ſapore nullo.

Corallina. Germ. *Meer Moſs*, *Corallen Moſsi* Gall. *Mouſſe de Mer*: Ital. *Corallina*.



Vnciam vnam aut alteram alta eſt, colore incano cinericeóque, ramulis pyxidatim geniculatis gracilibus, pinnis interdum è latere excreſcentibus, odore nauſeoſo piſcaloſo, ſapore ſalſo ingrato. Sub dentibus, lapilloſum inſtar, crepitat, & facilè, vel ſolo digitorum attritu, in puluerem fatiſcit.


Dioſcorides Bryon Thalaſſion vocat. Theophraſtus Phycon trichophyllon: Plinius Phycoo capillaceo folio: & Gaza Algam crinito folio. Ex Recentioribus verò *Muſcum marinum*, vt & Corallinam Officinarum inſcribunt Matthiolus, Anguillara, Dodonæus, Cordus, Lacuna, Turnerus, Caſtor, Tabernamontanus, Cæſalpinus, Hiſtoria Lug. & alij. Bryon Thalaſſion aliqui.

Corallina fiſtuloſa fragilis duplex.



Has in mari Adriatico collegimus. Placet autem Cæſalpini de *Corallina* ſiue *Muſco marino* ſententiam hic referre. *Muſcus marinus*, ait, lanugo eſt capilloſa, in ſcopulis maris reperta, modò lapillis, modò teſtis, modò alijs fruticibus marinis (præcipuè verò Corallo, vnde *Corallina* nomen,) in hærens. Mollis quidem quãdiu ſub aqua eſt, extractus verò & ſiccatus ob ſalſuginé rigens, quidam erectus, quidam humi ſparſus. Color varius, nunc albus, nunc rubeus, nunc flaueſcens, nunc cinereus, nunc herbaceus, & aliquando niger. *Plura ad locum ſequ. Figuræ.*

Corallina, ſiue Muſcus marinus tenui capillo.




Saxis aut Concharum fragmentis innaſcitur, verùm latiùs multò ſeſe ſpargit, propaginibus duarum, triũ quatuorue vnciarum. An *Imperati Pelusiis petrigno*?

Vt autem in Corallinam, ſic ac Muſci marini, antè inchoata hiſtoria pergamus. Is præfertur marinus Muſcus, qui Corallo adnaſcitur; poſtea verò qui ſaxis adhæret, & coloris eſt rubicundi; improbatúrque contrà Cinereus.

Virtutes Corallinæ quod attinet, lumbricos ea non modò interficit, ſed eadem etiam die, magnâ ſæpe cum adſtantium admiratione, expellit. Sed videndum ne ſit inueterata exoletáque. Datur cum Vino, Lacte aut Caſſia.

Fungus petræus marinus, ſiue Vmbilicus marinus.



Vitam agit ſub aquis, concharum ſtriatarum gibbis ſcopuliſque innaſcens: ſtaminibus illi conſtat tenuibus, vncialibus & ſeſeuncialibus, quorum ſingulorum extremum excipit vmbilicus clypeoli circinatæ rotũditatis, lineolis à centro crebèrrimis productis ſtriati: color cinereus: ſapor ſalſuginoſus.

Sunt qui ad Androſacen referant: ſed meliùs alij Fungi ſpeciem, conchis & lapidibus adnaſcentẽ, eſſe ſtatuũt. De eo ſic tradit Cæſalpinus: Fungus marinus minimus, inquit, inter Fungos, lapillis innaſcitur, intra aquam: ei ſapor ineſt ſalſus & mordens. Videretur Androſaces eſſe apud Dioſcoridem, ſi eius pileoli ſemen continerent.

Fungus petroſus auricularis: Ital. *Muſco petroſo*.



Plantam hanc *Muſcum petroſum* à quibuſdam nuncupari & ab alijs Alcyonium Dioſcoridis ſtatuũ. Auctorem habemus Imperatum.

Cæterùm *Androſaces* ritem, vt ait Matthiolus, agit ſub aquis, Concharum ſtriatarum gibbis, ſcopuliſque, innaſcens, ſed rariùs petris, Coloris porrò eſt cinerei, & ſaporis ſalſuginoſi: in ſtagnis prope Magalonam frequens.

Fungus lapideus Cluſii.

Vt in terra, ſic etiam in mari naſcuntur Fungi: hi verò non molles ſunt, ſed lapideâ duritie præditi. E Nilo erutum hunc perhibet Cluſius, qui ſuaſ deſcribit.




Fungus lapideus alius.

Eodem Cluſio authore eruit in Nilo & hi..., cuius ſinuoſus ambitus floris formam affabré exprimit.



Lichen

LICHEN MARINVS; SPONGIÆ LAPIS.



Lichenem marinum à Lobelio in Iconibus Plantarum traditum hîc pingimus. *Lapides* verò in *Spongijs* reperiri, teſtes habemus Dioſcoridem, Plinium, Galenum, & quotidianam experientiam; atque ex eorum etiam monumentis habemus eos cum vino potos lapides in veſica frangere; eóque argumento *Cyſtolithos* dici ſcribit Plinius: inualidè tamen tantùm id fieri vult Galenus, quod & nos credimus.

SPONGIA RAMOSA; AC DE SPONGIIS in genere.



Quæ Latinis Spongia eſt, Græcis σπόγγος dicitur παρὰ τὸ σπᾶν τὰ ὑγρὰ, quòd humorem attrahat & combibat. E ſpongijs verò, referente Dioſcoride, aliæ *Mares*, quæ ſpiſſe denſæſe, aliæ *Fæminæ*, quæ contrario modo ſe habent. Tria genera facit Plinius: Spiſſum, ſpiſſius Spiſſum, & tenue. E varijs autem à Recentioribus obſeruatis *Differentijs*; *Ramoſam* dictam hîc pingimus, quæ arbuſculæ in modum à trunco in ramos diuiditur; virgultáque habet filtro duro ſimilia, fiſſilia. denſâ ſpõgioſitate floribus Typhæ, plantæ paluſtris ſimili, veſtita.

SPONGIA INFVNDIBVLVM IMITATA. SPONGIÆ Velares, Hircinæ, Compreſſæ, &c.



Hanc cum ſuo ſaxo cui adhærebat ſic pingẽdam curauit Cluſius.

Velares verò *ſpongia* dicuntur ex quarum textura, filamentorum aut capillorum ſimul ligatorum inſtar, rara eſt. Illarúmque aliquot obſeruantur *Varietates*; quædam enim pedes quodam modo repræſentat, alia auris eiuſdẽ ſimilis: & alia rurſus Coronæ ceteri æmulatur.

Hircina dictæ prædura ſunt cum varijs eminentijs cauitatibúſque, per quas aqua marina tranſmeat, hæque plurimùm à ſpongiarũ bonitate degenerant. Sunt prætérea *Globoſa* & *Compreſſa* dictæ, *de quibus*, vt & de alijs ad Spongias ſpectantibus, *agemus in Appendice*.

ALCYONIVM STVPPOSVM DICTVM ET DE Alcyonio in genere.



Alcyonium, referente Plinio, fit in mari, ex nidis, vt aliqui exiſtimant, Alcyonũ & Ceicũ vel vt alij, ex ſordibus ſpumarum craſſeſcentibus, vnde ab Officinis vocatur *Spuma maris*: vel, vt alij, è limo quadamúe maris lanugine. Dictum autem creditur, non quòd ex Alcyonum nidis fiat, vt quorumdam tulit olim opinio, ſed quòd Alcyones ſuper illud marinis vndis ſimul aggeſtum nidificent.

Hic *Stuppoſum Imperati Alcyonium* pingitur, quod ſtuppis in glomeram conuolutis aliquo modo ſimile eſt & molle, & concauo calycis formam imitatur.

ALCYONIVM SPONGIOSVM OFFICINARVM; & de Alcyonijs in genere.



Alcyonij quatuor genera facit Plinius: Cinereum ſpiſſum: alterum molle & lenius: tertium candidiuſculum: & quartum penè purpureum, Mileſium dictum. Eſtque hoc omnium optimum. Quintum autem Fungi figurã, cuius meminerũt Dioſcorides & Galenus, ſilentio ille præterijt.

Spongioſum Officinarum Alcyonium hic pingimus, quod Dioſcoridis eſt. Spiſſum, acerbi ſaporis, ſpongiæ facie, ponderoſum, tetri & piſculoſi odoris, quódque vt plurimùm in littoribus inuenitur. Ac cum eo in Icone radices & capillamenta Algæ ſimul demonſtrantur.


ALCYONIVM MOLLE IMPERATI.



Huius materia Spongiæ ſimilis eſt, ad tactum cedens. Cortice autem obtectum eſt, è quo alia germina exeunt Iuncorum ſpecie, craſſitudine calami Anſerini, concaua. Inter ea verò textura quædam teſſellata, quæ tenui filo raróque velamento obducta conſpicitur.

Alcyoniorum vires & vſum quod attinet, commendantur ea ad fœminarum ſmegmata, ac contra lentigines, lichenas, lepras, vitiligines, nigritias, & maculas tum faciei, tum reliqui corporis.

VESICARIA MARINA DVPLEX, NON ramoſa & ramoſa.




Quidam è vulgo *Spongiam marinam* vocant: verùm cùm nihil ferè cum Spongia commune habeat, quam colorem & leuitatem, ex re nata *Veſicariam*, hoc eſt ex veſiculis refertam, vocitare maluimus.

Mutuâ autem cohæſione congeſtæ ſunt veſiculæ, compreſſu Spongiæ in morem renitentes, læuiſſimæ, colorisque flaueſcentis, luridi, aut pallidi.

Plantæ figuram exprimit ea quam in inferiore Tabellæ parte pingimus, ramiſque conſtat pluribus, quapropter etiam Nos eam *Ramoſam* inſcribimus.

VESICARIA MARINA DICTA: FAVAGŌ Ariſtotelis quorumdam.



Fauaginem Ariſtotelicam Imperatus facit *Alcyonium ſecundum Dioſcoridis*: Cur autem *Fauaginem Auſtralem* vocet C. Bauhinus in Pin. neſcimus.

Conſtat porrò Ariſtotelica Fauago ex membranaceis poris ſiue cauernulis Faui in modum diſpoſitis, ac ſicut exprimit noſtra Tabella, affabrè ſatis ſimul congeſtis.

ARBORES CONCHIFERÆ VEL ANATIFERÆ dictæ, vt Telinæ & aliæ.



Conchas anatiferas putatas, ex Anglia Scotiaſue allatas, variæ magnitudinis inter Naturalia noſtra adſeruamus. Eas nonnullos *Clakis* appellare, ac in Hebridū Inſularum arboribus quibuſdam naſci, perperam credere teſtatur Hector Boëtius. *Lobelium* verò nontantùm in Scotia Orcadibuſue Inſulis inuenisſe, ſed ſe etiam Londini ad Tameſin, è nauis annoſæ carinâ auulſas, vidiſſe: vnde tandem hanc de ijs fert ſententiam. *Britannica Concha Anatifera* creditur, ait, ſpecimen facit Naturæ quippiam boni, vel è ſuſ dibus mediantibus, vt iam multa lubeat credere, quę aliòqui riſiſſem apud rerum Septentrionalium Hiſtoricos, &c. Sic ille, aſt aliter alij ſentiunt, vt ex ſequentibus patebit.

CONCHARVM ANATIFERARVM ICONES aliæ.



Has *Conchas* Rondeletius in Northmannia & [illegible] nia oriri aſſerit nec anates generari ex ijs tradit, ſed pro Balani ſpecie exhibet atque deſcribit, addens eorum locorum incolas, alia faſtidientes cibaria, hoc edulij genere delectari, atque elixatarum in aqua, diruptarumq́ue, interioram carnem ex aceto edere.

Communem etiam Volgi receptam ſententiam apertè refutat Columna, *Conchas* illas *anatiferas* putatas dicens, nihil aliud eſſe quàm *Glandes marinas* à Rondeletio deſcriptas. Dum *Conchas* haſce, ait, ex quibus *Anates* oriri falsò aſſeritur, minimè vidiſſem, atque apud Lobelium, & qui eum ſecuti ſunt, conſpicerem in marinis rupibus arborem eſſe, [illegible] Fructus hoſce, Anatum formâ & magnitudine pares ederet, mentem ſępenumero cogitatio huius perſuadebat meam: neque credere poteram, etſi aliquando animum ad credendam inclinabam, ratione hac motus, quia ſcripta hęc erant a doctiſſimo Medico, atque demum ab alijs recepta: at quidem iterum reijciebatur à ſenſu hęc imaginatio fortiore adhuc argumento, quia ſcilicet arbor fructus edens depicta exhibebatur, atque ab eodem Medico ijdem Fructus Concharum nomine donati erant, quas è nauis annoſæ carinâ auulſas ſe habere teſtatur: quę quidem quantùm ſibi inuicem ſint contraria, haud difficile eſt iudicare.

De ijs apud Lobelium, Columnam & alios, ex ipſis fontibus plura petat Lector: Nos neceſſarijs inſiſtentes hic ſubſiſtimus.

FINIS CLASSIS XXXIX.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ
STIRPIVM
CLASSIS XL.

EXCREMENTA TERRÆ, VT FVNGI ET TVBERA.

FVNGI ſiue BOLETI: Ger. *Schvvemme*: Gal. *Champignon*, *Potiron*: Ital. *Fonghi*. Fungi di Georgij dicti



Fungus à funere dictus exiſtimatur, quoniam vt ait Galenus, ad deleteriam ene cautemiſe facultatem quàm proximè accedit: vnde etiam Fungos inter ea quæ temerè manduntur reponit Plinius Lib. 22. cap. 22. Dioſcorides tamen in perniciales & eos qui edendo ſunt diſtinguit: quæ duo ſumma faſtigia retinentes Recentiores, varia poſtea, tum horum tum illorum, vt ex ſequentibus patebit, agnouêre genera. Qui verò hic, & in proximè ſequenti Tabella pinguntur *D. Georgij* nomine donantur, quia circa Diem *D. Georgio* ſacrum inueniuntur.

An Horatij Fungus optimus?


FVNGI DIVI GEORGII: Germ. *Sant Georgē Schvvemmen* appellati, alia Icon.



Supernam iſtius Fungi faciem exhibet præcedens Tabella, inf. tam hæc. Paruus Fungi ſpecies eſt, duarum venciarum amplitudinem vix æquans orbiculari ferè formâ: ſupernè quidem aliquantulùm extuberante, & quodammodò puluinatâ: infernè verò concamerata, & quibuſdam veluti venis diſtinctâ, pediculo craſſo breuique, coloris exalbidi, cui flaui quippiam admixtum ſit.

Reperitur in ſiccioribus paſcuis pratis, atque aliorum Fungorum modo præparatur, & inter eſculentos Fungos recenſetur. Elixatus cõſcinditur in fruſta, quæ inter binas lances repoſita, inſperſo Oleo Oliuarum vel Butyro, & Pipere addito, ſuper prunas coquuntur.

FVNGI VERNI, *MOVSSERONS* DICTI, odorati & eſculenti.



Nomen hi à natalibus habent, quos quærunt ſub Muſco, Gallis *Mouſſe* dicto: *Pediculis* breuibus, fibras deorſum agentibus, *Capitula* ſuſtinent ut Piſo magno æqualia, ac duodecuplò maiorem molem, niſi tollerentur, aſſecutura. Cæterũ clauſiles ſunt, rotundiq; in ſummo, ſubtus verò quà, inſtar centonij, reflexi, rimoſi à centro ad circũferentiam ſtriis donati: vbi verò penitùs excreuerunt, campeſtrium Fungorũ inſtar, expanduntur. Totâ verò ſubſtantiâ intùs foriſq; candidi exiſtunt, odoris grati, & guſtûs gratiſſimi: quapropter magno in pretio habentur, lautioribuſq; menſis expetuntur.

Verno tempore naſcuntur, primiſque Aprilis imbribus erumpunt, in ſyluis & ſub arborum vmbris. Atque vbi naſcuntur & reperiuntur, illic quotannis repullulant: ſolũmque in quo creſcunt cineres eſt coloris. *Plura in Appendice.*

FVNGVS CAMPESTRIS, ALBVS SVPERnè, infernè rubens.



Primò pullulatu globoſi ſunt hi, poſt modùm paulatim explicati membranulas oſtentant rubentes, ſuperiùs inoffenſo liuore æquabiles & albi: odoris autem ſunt grati, & ſaporis boni recentè terra prodeuntes: ſed vetuſtate ſuboles fiunt, odoriſq; ingratioris, & vitium contrahunt. Matthiolus ſecundum genus Fungorum facit, eóſq; Hetruſcis vulgò *Prataiuoli*, id eſt *Suillos*, vocari ſcribit. Lobelio dicuntur Fungi vulgatiſſimi eſculenti, carne profus albâ, infernè ſubrubente, &c.

In cãpis, graminoſis agris, viridioribus pratis ac iumentorum præſertim paſcuis naſcuntur, longóque meuſe primiùs erumpunt, ac *Campeſtres* à plæriſq; omnibus Scriptoribus appellantur. Italis, referente Matthiolo, Prataiuoli, Gallis Campiniones, Champignons.

FVNGI MAGNI, TOTI ALBI, CVM ET SINE ſucco lacteo: *Columbettes Biſſettes.*



Ex edulium quoque Fungorum cenſu ſunt hi, magnitudine excellentes, toti albi, tam ſubtùs quàm ſuprà, omnéſque ſucci lactei expertes, quo iungunt Piperatis illis ſimiles, de quibus in Appendice. Sunt porrò ij nonnunquam per ambitum criſtati, aut etiam reflexi, aliàs verò non.

Burgundis & Montbelgardenſibus apud quos abundãt, in ſylua *la Cheſnoy*, vbi proximis, dicuntur *Columbettes*. *Biſſettes* verò eiuſdem generis Fungi, qui tardiùs prouantur, & pede ſunt minùs longo.

FVNGI ALBI VENENATI VISCIDI.



Edulibus albis aliquo modo ſimiles ſunt, *pediculo* digitum craſſo, tres quatuórve, plùs, minùs, alto, qui *clypeū* ſuſtinet orbiculatum, palmarem, preſſum, ſubtùs candido membranarum tenuiſſimarum ſquatro ſtipatum. Superna facies ſubcineritia, ad albidum nonnihil vergens, viſcida tactu, fungoſis verrucis eminentibus conſperſa, quæ tamen ſine membranæ noxâ auulſu faciles, nec in omnibus reperiuntur. Sapore ſunt minimè ingrato, ſed ſubdulci, cum ſucco aqueo.

Intereſt ſanè horum formam & naturam apprimè nouiſſe, cùm venenati ſint, & ad albos eſculentos haud parum accedant.

FVNGVS NEMORVM AMPLVS ALBVS: interdum nigris maculis notatus.



Fungum hunc pingit Lobelius in Icon. Plant. ac de eo hæc tradit in Hiſt. Belg. In ſyluis & nemoroſis locis reperitur, ait, Fungi genus planum, quod interdum in tantam amplitudinem excreſcit vt lancem implere queat. Id aliquando proríus album eſt, nonnunquam verò maculis nigris & ruffis diſtinctum: ac aliquando etiam infernè album & nigris ſtrijs exaratum, pediculi inferiore parte nigrâ.

An Portæ in Villa *Fungus candidus regius odoratiſſimus. Antiquis indictus, tam eſus ſuauis, vt crudus edatur, ac ægris innoxiè præberi poſſit*

FVNGI LONGISSIMO PEDICVLO CANDICANTES, ſed maculati; eſculenti.



In octo aut nouem vnciarum longitudinem excreſcit pediculus, digiti minimi craſſitudine, rectus, & verſicolor, marmoris varij inſtar. Ipſum verò Fungi corpus pilei ſeu galeri formam quodammodò refert, valdè latus ortu, deinde ſenſim in turbinatam metam deſinens, altitudine trium vnciarum, aut ampliore, orarum verò diametro vncias ferè octo occupantes, candicantis supernè coloris, multis tamen ex fuſco ruffeſcentibus maculis infecti. Inferna pars caua admodum & camerata, ac candicans quidem, ſed plurimis ſtrijs fuſcis diſtincta.

Prouenit plerumque in pratis.

FVNGI SYLVARVM ASPERI ESCVLENTI.



Sunt Fungorum eſculentorum Cluſij 13. genus. Cuius ille varias aſſignat ſpecies, quæ apud Germanos & Vngaros varia obtinuêre cognomina: generali autem appellatione Vngaris *Galambicza*, Germanis verò *Taubelinge* dicuntur.

Naſcuntur autem omnes promiſcuè in ſyluis, Iunióque & Iulio menſibus proueniunt.


FVNGORVM SYLVARVM ASPERORVM eſculentorum, alia Icon.



Fungorum illorum ſpecies quinque proponit Cluſius. I. ex albo viteſcentem: II. ex cæruleo viteſcentem: III, purpuream: IV. flaueſcentem inferna parte albâ. V, ex albo fuſcam.

Figuræ autem quas proponimus ſunt ſecundæ ſpeciei: ac prior quidem pronam partem, altera reſupinam demonſtrat. Cæteris ſpeciebus magna cum his conuenientia.

FVNGI SYLVARVM ESCVLENTI ALII.



Huius generis alij omninò candicant: alij albi ſunt cum flaueſcentibus maculis: & alij ex fuſco rubentes.

Naſcuntur autem omnes in cæduis ſyluis circa Pentecoſten, Maijúe extrema, & Iunij initium.


FVNGI IN METAM FASTIGIATI eſculenti.



Coloris hi ſunt albicantis fuleo tincti. Plures autem ſunt eorum ſpecies: vel enim maiores ſunt, vel minores, vel mediocres.

Naſci in Hungaria ſub Pruni arboribus perhibet Cluſius, qui fusè deſcribit.

FVNGI TVBEROSI ESCVLENTI, ALBI FVSco permixti, vel maculis diſtincti.



Ex Cluſij Fungorum eſculentorum generibus *Septimum* hi conſtituunt. Vngaris *Chapik gomba*, id eſt, tuberoſi Fungi, Germanis verò *Angterling*, quoniam in paſcuis iuxta Pagni ſitis, quos illi *Angern* nominant, prouenient dicti. Ter autem in anno reperiuntur.

FVNGI ABIETINI PERNICIOSI: Germ. *Thanneling* dicti.



Hi à Cluſio, fusè deſcribente, ad 21. Eſculentorum Fungorum genus referuntur. Tres autem eorum reperiuntur ſpecies: I. rubens: II. mixti coloris, infernè candicans: & III. mixti quoque coloris, rubeſcens.

Sub extremum Autumnum reperiuntur in ſyluis, ac plerumque ſub Abietibus.

FVNGI SYLVESTRES ESCVLENTI, CERVINI.



Decimum hi apud Cluſium conſtituunt Fungorum eſculentorum genus: naſcunturque in cæduis ſyluis ſub extremum Maium, aut Iunij initium. Eorum porrò vnus villoſus eſt & puniceus: alter verò glaber ex rufo fuſcus.

FVNGI LACERI SYLVESTRES ESCVLENTI, ſubfuſci coloris, infernè candicantes.



Initiò quidē inæquali ſunt figurâ hi *Fungi*, magis tamen ad orbicularem tendente, per oras laceri, duarum vnciarum latitudine: ſupernè fuſci coloris, infernè candicantis & ſtriis diſtincti. Adultior autem magis orbicularis eſt figuræ, & per oras laceræ, quàm recens natus, ac tum etiam longè amplior, vt cuius diameter ſit quatuor vnciarum. Eius item color magis fuſcus supernè, & albicans infernè.

Circa Feſtum Pentecoſtes in cæduis ſyluis reperiuntur.

FVNGI PERÆ SINE PEDICVLO ESCVLENTI: coloris ex ruffo fuſci.



Hos ſub fungorum eſculentorum quinto genere comprehendit Cluſius: eiúſque plures tradit differentias, quæ tamen omnes in magnitudine conſiſtunt, quandoquidem formæ, materia & color penè conueniunt.

In Vlmorum Populíque albę caudicibus deiectis naſci ſolet: & his plærumque, atque etiam iter, in anno prouenire.

An Fungi genus, quod Plinius Græcis *pezicas* dici ait, & ſine radice ſinéque pediculo naſci aſſerit?

FVNGI LVTEI MAGNI, *IASERAN* dicti, ſpecioſi.



Cluſij eſt Fungi eſculenti 17. genus, de quo ait: Prouenit in ſyluis iisdem Quercu denſis, iiſque cæduis præſertim, & ſiccentibus editioribúſque locis: bis ſingulis annis, circa meſſem videlicet, & ante vindemiam. Vngari propter excellentiam *Vrgomba*, veluti ſi diceres *Dominorum Fungū*, et Germani quoque, ob eandem cauſam *Keyſerling* appellant, id eſt, *Cæſareum*, quòd inter Fungos principatum teneat. Et ſanè adeo elegans eſt, vt non mirandum ſit, ſi, præ cæteris generibus Fungorum, ad ſe edendum inuitet. Nitidus eſt læuis, magnus, eiúſque membranæ ſubtus citrinæ ſunt: quemadmodum & pediculus qui ſatis craſſus: pilei verò ſpecies ſuperna croceo ſaturatiùs tincta eſt. *Plura in Appendice*.


FVNGVS LVTEVS, SIVE PALLIDVS, *Chanterelle* Montbelgardenſibus dictus.



Dimetientem rarò habet palmarem, ſæpiúſque eam latitudinē non aſſequitur, planum pileu, alias cauo, pallidus, oris ſubinde contortis, vt criſpi nonnihil habere videri poſſit, membranis tenuibus infrà contextus, & pediculo rarò in vmbilicum inſertis. Odor gratus & innocentia eum commendant, & ab id menſis lautioribus eruoſioribúſque expetitur.

Oritur autem in ſyluis & nemoroſis locis, ſub Fago vt plurimùm, menſe Iunio ac etiam Septembri: at eodem modo quo *Iaſeran* dictus præparatur & editur.

FVNGVS POROSVS MAGNVS CRASSVS.



Inſiſtit pedi craſſo lōgo pileus palmari latitudine, prædenſus, turbinatus, ſuperne ex fuſco albeſcens, inferne candidus, nullo ſubtus membranarum plexu texilis, ſed infinitis poris tenuiſſimis peruius, ſubſtantiā interiore albā.

An Pauli Fungi *Aurigines*? An Matthioli *Fungi porcini*? An Portæ in Villa *Fungi Autumnales*, Græcis *ὀψωλέους* vocati, Latinis *Suilli*, Neapolitanis *Silli & Ammonati*, ac Apicio *Farnei*?

Naſcitur hic Fungus Septembri in ſyluoſis & lapidoſis: et bini interdum ſimul reperiuntur. Italos vidimus elixantes, ac demum ſale condientes, ac in Hyemem reponentes.

FVNGI NOXII ORBICVLATI, FORMA AD Fungum poroſum multùm accedentes.



Hi circa Calendas Septembris ſecundū vias & in Quercetis prouenire ſolent: & ad vndeuigeſimum perniicioſorum Cluſij Fungorum genus pertinent. Plurimas autem eius enarrat ſpecies, quę omnes pernicioſæ admodum ſunt, vt præſentem interdum veſcentibus inferant mortem: eóque magis vitandi ſunt, quoniam magnam cum 16. eſculentorum eiuſdem Cluſij Fungorum genere ſimilitudinem habentes, iis temerè vtentibus facilè poſſint imponere.

FVNGI PLVRES SIMVL, ALBI, AD ARborum radices, eſculenti.



Hi non ſingulares ſunt, ſed confertim plures ſimul plærumque naſcuntur, bini, terni, quini, ſeni, aut etiam plures. Sunt autem omnes ferè orbicularis formæ, ut plani tamen; inferna parte albi & ſtriati, ſuperna aliquantulùm purpuraſcentes, medio autem nonnihil depreſſi, vt vmbilicum exprimere quodammodò videantur, colore magis fuſco quàm inferna. Minores circiter vnciam lati ſunt, medij binas, maximi quaternas.

Naſcuntur ad Quercus, Cerri, Fagi, Oſtryæ, Betulæ, Populi albæ, ac præſertim Iuglandis & Vlmi, radices atque in earundem arborum ſtirpes putreſcentibus truncis.

FVNGI MVLTI EX VNO PEDE PERNICIOSI.



Continentur hi ſub 2. Fungorum noxiorum Cluſij genere, quod Vngaris dicitur *Tuues alya gomba*, & Germania *Vnder dem Sel yvammen* (quod nomen Vngarici interpretationem exprimit) eáſque appellationes obtinuêre, quia ad ſpinarum quæ vetuſtate corripi incipiunt radices, atque inter dumeta naſcuntur.

Multæ autem ſunt eorum ſpecies, colore, numero, magnitudine, &c. differentes, quarum omnium proventus circiter Calendas Octobris.

FVNGI MVLTI EX VNO PEDE, CLYPEIFORMES, lutei & rubri, pernicioſi.



Horum formæ plana quidem eſt, ſed rugoſa & per oras reflexa, flaui coloris, pediculis fuſcis. Inaſcuntur autem plerumque putridis lignis, aut aſſeribus vetuſtatum & inſiccenarum ædium, ac etiam ſtabulorum.

Iiſdem locis, ac ſecundum Ruſticorum caſas, inueniuntur etiam alij, eiuſdem quidem formæ, plane & orbiculatæ, ſed qui non ſunt reflexi, ac quorum etiam aliqui per oras crenati.

Ac inueniuntur præterea adhuc alij, ut non valde diſſimiles, in arborum marginibus, ſub ſepibus, rubei coloris, quorum nonnulli nullo peculiari odore ſunt præditi, alij verò Moſchi odorem quodammodò referunt.

FVNGVS RVGOSVS VEL CAVERNOSVS; ſiue MERVLVS, albus & niger; Eſculentus.




Forma eſt turbinatâ, totus vndiquaque ſcrobiculis pertuſus, ita vt fauos Apum imitetur, ex albo nonnihil rubeſcens, fuluus aut niger. Interius exterum parte totus cauus eſt albus, & velut farinacea ſemper aſperſus.

Reperitur in ſyluis Abietum & Picearum, inter Montbelgardum & Porentrutum præſertim in eiuſmodi ſyluis abundans; Maióque menſe naſcitur & euaneſcit. Germani *Morchen & Morchellen* nuncupant.

Tanti verò ſit per vniuerſam Germaniam, vt non modò recens lautioribus menſis expetatur, ſed etiam exſiccatus reponatur, vt aliis menſibus gulæ ſeruiat. *Plura in Appendice*.


FVNGVS RAMOSVS, FLAVVS ET ALBIDVS; FVNGI DIGITELLI nonnullis dicti.



Subſtantia eſt cum cæteris Fungis pari, ſed figurâ longè aliâ; nam ex vno geminâue craſſo trunco, in alios minores finditur, atque hi ruſſus in alios minores, creberrimis & anfractuoſis ſegmentis. Sunt & *Varietates* quædam: nam *alij* in tenuiſſimos ad extremum, venarum Hepatis inſtar, diuiſuras abeunt, *alij* in Coralli craſſitudine ſubſiſtunt. Et ſunt præterea *alij* coloris albi, *alij* verò flaui.

Autumno aut Vergiliarum occaſum prodit, vmbroſis, humectis & vliginoſis ſyluis, & ad ligna putrida; atque licet inter *Eſculentos Fungos* recenſeatur, frigidus tamen eſt admodum, difficilíſque concoctionis.

FVNGVS CORALLOIDES CANCELLATVS, Pernicioſus, Cluſij.



Naſcitur, ait, in Belgarum terreuſtigris, tum in ſyluis, tum inter harundines ſecundum Rhenum conſitas, gelatinacei oui formâ, dum è terra primum erumpit colore penitus niueus, radicemque habet tenuem, candidâ, in multas fibras valde tenues diuiſam. Ouum autem illud ſiue Volua maturescens, ſenſim diſrumpitur, dehiſcit, & inde prodit tanquam merſupium aliquod, diſtinctione cancellatim teniculatâ conſtans, & in obliquos veluti ramos inuicem ſeſe ſecantes, atque ſummâ parte in vnum coëuntes, formatum, rubri coloris: vt totidem Coralliûi rami ſimul implexi videantur: ſed fœtidiſſimum exhalat odorem, &c.

FVNGVS INTYBACEVS, ET ALIVS INTERANEIS vituli ſimilis, cinereus.



Memorabilis eſt magnitudine & formâ: planus & compreſſus, diametro ſeſquipedalis, ex foliis totus, aliis incumbentibus aliis ſubeuntibus, omnibus per oras criſpis criſpiſque conſarcinatis, ita vt Intybo criſpo haud ineptè comparaueris. Color parte ſuperiore ſubcinereus, parte albus. Vniuerſus verò porulus apparet, ſtillámque maximam ... egregiè exprimit. Odor haud ingratus. Eſt potiùs ſubſtantiæ ſungoſior quam vt in cibos venire poſſit: menſe Septembri repertus, menſe autem Auguſto non ita durus obſeruatus. Naſcitur in ſyluis.

ERICÆ FACIE FRVTEX MARINVS, CLVSII.



Marinum hunc fruticem anno à Chriſti natiuitate 1597. à percelebri Medico Norvvegico accepit Cluſius, qui pingit & fusè deſcribit: ac *Ericam marinam* appellari poſſe arbitratur.

C. Bauhino in Pin. dicitur *Fucus folliculaceus* 17. *ſiue Erica ſimilis marinus*, & *Frutex marinus Ericæ facie*.

FRVTEX MARINVS ELEGANTISSIMVS; PALMA marina Theophraſti, quibuſdam.



Hunc etiam pingit & deſcribit in Exot. Cluſius: ac à Nautis à quibus redemit *Corallium* appellatum fuiſſe ait; ſed tamen ad Palmæ marinæ à Theophraſto deſcriptæ genus aliquod potiùs referendum eſſe arbitratur.

C. Bauhino in Pin. eſt *Corallina* 14. *ſiue cortice reticulato maculoſo purpuraſcente*.

PLANTA MARINA RETIFORMIS.



Raræ formæ plantam hanc marinam ex America delatam habet etiam in Exoticis idem Cluſius. Cubito autem longiorem ait, planam, & multis maculis, retis inſtar, pertuſam, ac ſubrubeſcentem.

C. Bauhino in Pin. *Corallina* 15. *ſiue reticulato cortice*.

HIPPVRIS SAXEA.



Cluſio oſtendebatur hæc venuſta planta marina Amſtelredami, anno à Chriſti natiuitate 1601. Eiúſque ramum illicò pingendum curauit, quem *Nos* etiam hîc Lectoris oculis ſubjicimus.


C. Bauhino in Pin. dicitur *Fucus folliculaceus* 19 *ſiue Equiſeto ſimilis Saxea*, & *Hippuris ſaxea Cluſii*.

RESEDÆ FACIE PLANTA MARINA ejuſdem Cluſij.



Totus lignoſus eſt, ait, & durus hic frutex, non ſecus ac Erica fruticans, ſeſquipedalis longitudinis, ſalſâ & albâ materiâ obductus: ejuſque ramuli exiguis quibuſdam rugoſis vaſculis tecti ſunt, deorſum propendentibus, coloris ex albo cinerascentis, *Reſedæ* vaſculis quæ ſemina iam matura continent haud, abſimilibus, &c.

CORALLOIDES GRANVLOSA ALBA.



Ex magno ramo decerptam portionem adferunt, quæ Ceruini cornu inſtar plures ramos de ſe mittit, modicè recuruos, ſurſumque ſpectantes. Tota porrò albo granuloſoque cortice obducta eſt, ac ſi ſaccharo incruſtata eſſet. Interior autem eius ſubſtantia, cui cruſta hæc granuloſa adhæret, nigra eſt & dura.



ALOA


ALGA MARINA ΠΛΑΤΥΚΕΡΩΣ POROSA.



Inter maritima rara eſt, & aſpectu pulcherrima. Ab vno principio plures exeunt rami, trium quatuórve vnciarum, lati atque patuli, compreſſi, flexiles, cruſtoſi, pallidi, colore exalbido, cum ſtrijs obliquis quaſi texturam demonſtrantibus.

Damæ cornua lata non infœliciter æmulatur, vnde non ineptè ab Imperato inſcribitur *Porus ceruinus*, ſiue *Pori genus, quod ramorum dinaricatione Ceruina cornua æmulatur.*


ESCHARA MARINA RETIPORA, SIVE PORVS reticulatus.



Quæ *Eſchara* Rondeletio dicitur, pro radice principium habet latiuſculum, ex quo foliacea quædam, & Lactucæ criſpæ accedens, ſubſtantia exit lapidea, craſſiuſcula, albicans, fragilis, cribri inſtar, innatum loculorum plena: dentibus facilè atteritur, nullo manifeſto nec odore, nec ſapore.

Cæſalpinus *Roſam marinam* inſcribit.

ESCHARA MARINA FRONDIPORA.



Frondipora Eſchara marina *Retipora* iam propoſitæ adſimilis eſt. Frondes quippe ſubſtantiâ ſimiles ſunt, eidemque ramoſæ & inciſæ: iiſque extrinſecus eminentiæ quædam coſtis aut neruis foliorum ſimiles adnatæ: quarum extrema mutuo connexu vnita poros conſtituunt.

RETICVLVM MARINVM.



Nomen ex rei ratione aſciuit. Sic námque veluti ſtamine atque ſubtegmine intertextum eſt, vt rete aliquomodo repræſentare videatur. Duriuſculum eſt, & compreſſum non tenuiter: colore verò eſt ſubcinereo obſoleto, odoréque & ſapore ſalſuginoſis. Dentibus atritum, cedit, ob lentam & tenacem ſubſtantiam, nec facilè comminuitur. Maritimorum accola eſt.

RETICVLATVM TOPHACEVM MARINVM.



Filamentorum conuolutorum in morem, totum ex filis tophaceis, candicantibus, ac etiam (quod in tanta exilitate mirum) fiſtuloſis ac cauis, coagmentatum eſt, vt *rete* quodammodò in vnum glomerem confuſum repræſentet. Ipſa craſſities fruſti coagmentati vncialis eſt, multis cauernis ſpongiæ aut pumicis, ferè inſtar cauata, ſubſtantiâ leui & dentibus facilè friabili, durâ, digitis non cedente, odore ſalſo, ſapore nullo.

CORALLINA. Germ. *Meer Moſs, Corallen Moſs:* Gall. *Mouſſe de Mer*: Ital. *Corallina.*



Vnciam vnam aut alteram alta eſt, colore incano cinereóque, ramolis pyxidatim geniculatis gracilibus, pronis interdum è latere excreſcentibus, odore nauſeoſo piſculento, ſapore ſalſo ingrato. Sub dentibus, lapillorum inſtar, crepitat, & facilè, vel ſolo digitorum attritu, in puluerem fatiſcit.

Dioſcorides Bryon Thalaſſion vocat: Theophraſtus Phycon trichophyllon: Plinius Phycon capillaceo folio: & Gaza Algam crinito folio. Ex Recentioribus vero *Muſcum marinum*, vt & Corallinam Officinarum, inſcribunt Matthiolus, Anguillara, Dodonæus, Cordus, Lacuna, Turnerus, Caſtor, Tabernæmontanus, Cæſalpinus, Hiſtoria Lug. & alij. Bryon Thalaſſion aliqui

CORALLINA FISTVLOSA FRAGILIS DVPLEX.



Has in mari Adriatico collegimus. Placet autem Cæſalpini de *Corallina* ſiue *Muſco marino* ſententiam huc referre. *Muſcus marinus*, ait, lanugo eſt capilloſa, in ſcopulis maris repartа, modò lapillis, modò teſtis, modò alijs fruticibus marinis (præcipuè verò Corallo, vnde *Corallina* nomen,) inhærens: Mollis quidem quãdiu ſub aqua eſt, extractus verò & ſiccatus ob ſalſuginẽ rigens, quidam erectus, quidam humi ſparſus. Color varius, nunc albus, nunc rubeus, nunc flaueſcens, nunc cinereus, nunc herbaceus, & aliquando niger. *Plura ad latus ſequ. Figura.*

CORALLINA, SIVE MVSCVS MARINVS: TENVE capillo.



Saxis aut Concharum fragmentis innaſcitur, verùm latiùs multò ſeſe ſpargit, propaginibus duarum, triũ quatuorue vnciarum. An *Imperati Peluccia petrigna*?

Vt autem in Corallinæ, ſiue Muſci marini, noſtrò inchoata hiſtoria pergamus. In præſenti marinus Muſcus, qui Corallo adnaſcitur; poſtea verò qui ſaxis adhæret, & coloris eſt rubicundi; improbatúrque contrà Cinereus.

Virtutes Corallinæ quod attinet, lumbricos ea non modò interficit, ſed eadem etiam die, magnâ ſæpe cum adſtantium admiratione, expellit. Sed videndum ne ſit inueterata exoletáque. Datur cum Vino, Lacte aut Coſſa.

FVNGVS PETRÆVS MARINVS, SIVE VMBILICVS marinus.



Vitam agit ſub aquis, concharum ſtriatarum gibbis ſcopulisq́ue innaſcens: ſtaminibus illi inſtar tenuibus, vncialibus & ſeſcuncialibus, quorum ſingulorum extremum excipit vmbilicus clypeoli circinatæ rotũditatis, lineolis à centro creberrimis productis ſtriati: color cinereus: ſapor ſalſuginoſus.

Sunt qui ad Androſacen referant: ſed meliùs alij Fungi ſpeciem, conchis & lapidibus adnaſcentẽ, eſſe ſtatuũt. De eo ſic tradit Cæſalpinus: Fungus marinus minimus, inquit, inter Fungos, lapillis innaſcitur, intra aquam: et ſapor ineſt ſalſus & mordens. Videretur Androſacea eſſe apud Dioſcoridem, ſi eius pileoli ſemen continerent.

FVNGVS PETROSVS AVRICVLARIS: Ital. *Muſco petroſo.*



Plantam hanc *Muſcum petroſum* à quibuſdam nuncupari: & ab alijs Alcyonium 5. Dioſcoridis ſtatui. Authorem habemus Imperatum.

Cæterùm *Androſaces* vitam, vt ait Matthiolus, agit ſub aquis, Concharum ſtriatarum gibbis, ſcopulisq́ue, innaſcens, ſed rariùs petris. Coloris potiùs eſt cinerei, & ſaporis ſalſuginoſi: in Regno prope Magalonam frequens.

FVNGVS LAPIDEVS CLVSII.

Vt in terra, ſic etiam in mari naſcuntur Fungi: hi verò non molles ſunt, ſed lapideâ duritie præditi. E Nilo erutum hunc perhibet Cluſius, qui ſuiſ deſcribit.



FVNGVS LAPIDEVS ALIVS.

Eodem Cluſio authore, erutus in Nilo & hic, cuius ſinuoſus ambitus floris formam affabrè exprimit.




LICHEN MARINVS; SPONGIÆ LAPIS.



Lichenem marinum à Lobelio in Iconibus Plantarum traditum hic pingimus. *Lapides* verò in *Spongijs* repertos, teſtes habemus Dioſcoridem, Plinium, Galenum, & quotidianam experientiam; atque ex eorum etiam monumentis habemus eos cum vino potos lapides in veſica frangere; eóque argumento *Ciſtolithos* dici ſcribit Plinius: inualidè tamen tantùm id fieri vult Galenus, quod & nos credimus.

SPONGIA RAMOSA; AC DE SPONGIIS in genere.



Quæ Latinis Spongia eſt, Græcis σπόγγος dicitur παρὰ τὸ σπᾶν τὰ ὑγρά. quòd humorem attrahat & combibat. E ſpongijs verò, referente Dioſcoride, aliæ *Mares*, quæ ſpiſſe denſædaque, aliæ *Fæminæ*, quæ contrario modo ſe habent. Tria genera facit Plinius: Spiſſum, mediè Spiſſum, & tenue. E varijs autem à Recentioribus obſeruatis *Differentijs*, *Ramoſam* dictam hic pingimus, quæ arboſculæ in modum à trunco in ramos diuiditur; virgultáque habet filtro duro ſimilia, fiſtilia. denſâ ſpongioſitate floribus Typhæ, plantæ paluſtris ſimili, veſtita.

SPONGIA INFVNDIBVLVM IMITATA. SPONGIÆ Velares, Hircinæ, Compreſſæ, &c.



Hanc cum ſuo ſaxo cui adhærebat ſic pingẽdam curauit Cluſius.

Velares verò *ſpongiæ* dicuntur eæ quarum textura, filamentorum aut capillorum ſimul ligatorum inſtar, certa eſt. Illarúmque aliquot obſeruantur *Varietates*; quædam enim pedes quodam modo repræſentant, alia auis caudę ſimilis: & alia rurſus Cornu cerui æmulatur.

Hircina dictæ prædurę ſunt cum varijs eminentijs cauitatibúſque, per quas aqua maxima tranſmeat, hæque plurimùm à ſpongiarũ bonitate degenerant. Sunt prçterea *Globoſa* & *Compreſſa* dictæ. *de quibus*, vt & de alijs ad Spongias ſpectantibus, *agemus in Appendice*.

ALCYONIVM STVPPOSVM DICTVM ET DE Alcyonio in genere.



Alcyonium, referente Plinio, fit in mari, ex nidis, vt aliqui exiſtimant, Alcyonũ & Cæicũ vel vt alij, ex ſordibus ſpumarum craſſeſcentibus, vnde ab Officinis vocatur *Spuma maris*; vel, vt alij, è limo quadamúe maris lanugine. Dictum autem creditur, non quòd ex Alcyonum nidis fiat, vt quorumdam tulit olim opinio, ſed quòd Alcyones ſuper illud marinis vadis ſimul congeſtum nidificent.

Hic *Stupposum Imperati Alcyonium* pingitur, quod ſtuppis in glomerem conuolutis aliquo modo ſimile eſt & molle, & conſuo caſei formam imitatur.

ALCYONIVM SPONGIOSVM OFFICINARVM: & de Alcyonijs in genere.



Alcyonij quatuor genera facit Plinius: Cinereum ſpiſſum: alterum molle & lenius: tertium candidiuſculum: & quartum penè purpureum, Mileſium dictum. Eſtque hoc omnium optimum. Quintum autem Fungi figurã, cuius meminêre Dioſcorides & Galenus, ſilentio ille præteriit.

Spongioſum Officinarum Alcyonium hic pingimus, quod Dioſcoridis eſt. Spiſſum, acerbi ſaporis, ſpongiæ facie, ponderoſum, tetri & piſculoſi odoris, quódque vt plurimùm in littoribus inuenitur. Ac cum eo in Icone radices & capillamenta Algæ ſimul demonſtrantur.


ALCYONIVM MOLLE IMPERATI.



Huius materia Spongiæ ſimilis eſt, ad tactum cedens. Cortice autem obtectum eſt, è quo aliæ germina exeunt Iuncorum ſpecie, craſſitudine calami Anſerini, concaua. Inter ea verò textura quædam teſſellata, quæ tenui filo raróque velamento obducta conſpicitur.

Alcyoniorum vires & vſum quod attinet, commendantur ea ad ſcabiarum ſmegmata, ac contra lentigines, lichenas, lepras, vitiligines, nigrities, & maculas tum faciei, tum reliqui corporis.

VESICARIA MARINA DVPLEX, NON ramoſa & ramoſa.




Quidam è vulgo *Spongiam marinam* vocant: verùm cũ nihil ferè cum Spongia commune habeat, quàm colorem & leuitatem, eam te aata *Veſicariam*, hoc eſt ex veſiculis refertam, vocitare maluimus.

Mutuâ autem cohæſione coaggeſtæ ſunt veſiculæ, compreſſa Spongiæ in morem tenuientes, lauiſſimę, coloriſque flaueſcentis, liuidi, aut pallidi.

Plantæ figuram exprimit ea quam in ſuſeriore Tabellæ parte pingimus, ramiſque conſtet pluribus, quapropter etiam Nos eam *Ramoſam* inſcribimus.


VESICARIA MARINA DICTA: FAVAGŌ Ariſtotelis quorumdam.



Fauaginem Ariſtotelicam Imperatus facit *Al yonium ſecundum Dioſcoridis*: Cur autem *Fauaginem Auſtralem* vocet C. Bauhinus in Pin. neſcimus.

Conſtat porrò Ariſtotelica Fauago ex membranaceis potis ſiue caueruulis Faui in modum diſpoſitis, ac ſicut exarimus noſtra Tabella, affabrè ſatis ſimul congeſtis.

ARBORES CONCHIFERÆ VEL ANATIFERÆ dictæ, vt Telinæ & aliæ.



Conchas anatiferas putatas, ex Anglia Scotiaſue allatas, variæ magnitudinis inter Naturalia noſtra adſeruamus. Eas nonnulloe *Claku* appellare, ac in Hebridũ Inſularum arboribus quibuſdam naſci, perperam credere teſtatur Hector Boëtius. *Lobelius* verò non tantùm in Scotia Orcadibuſue Inſulis inueniri, ſed ſe etiam Londini ad Tameſin, è nauis annoſę carinâ auulſas, vidiſſe: vnde tandem hanc de ijs fert ſententiam. *Britannica Concha Anatifera* credita, ait, ſpecimen facit Naturæ quippiam boni, vel à ſordibus mediantis, vt iam multa lubeat credere, quę alioqui riſiſſem apud rerum Septentrionalium Hiſtoricos, &c. Sic ille, aſt aliter alij ſentiunt, vt ex ſequentibus patebit.

CONCHARVM ANATIFERARVM ICONES aliæ.



Has *Conchas* Rondeletius in Northmannia & Britannia oriri aſſerit nec anates generari eis traradit, ſed pro Balani ſpecie exhibet atque deſcribit, addens eorum locorum incolas, alia faſtidientes cibaria, hoc edulij genere delectari, atque elixatarum in aqua, diruptarú mq́ que, interioram carnem ex aceto edere.

Communem etiam Vulgi receptam ſententiam apertè refutat Columna, *Conchas* illas *anatiferas* putatas dicens, nihil aliud eſſe quàm *Glandes marinas* à Rondeletio deſcriptas. Dum *Conchas* hasce, ait, ex quibus *Anatas* oriri falsò aſſeritur, minimè vidiſſem, atque apud Lobelium, quique eum ſecuti ſunt, conſpicerem in mari rupibus arborem eſſe qui Fructus hoſce, Anatum formâ & magnitudine partes ederet, mentem ſępenumero cogitatio huius peruadebat meam: nequé credere poteram. etſi aliquando animum ad credendum inclinabam, ratione hac motus, quia ſcripta hęc erant e doctiſſimo Medico, atque demum ab alijs recepta: ac quidem iterum reijcebatur è ſenſu hęc imaginatio fortiore adhuc argumento, quia ſcilicet arbor fructus edens depicta exhibebatur, atque ab eodem Medico ijdem Fructus Concharum nomine donati erant, quas è nauis annoſæ carinâ auulſas ſe habere teſtatur: quę quidem quantùm ſibi inuicem ſint contraria, haud difficile eſt iudicare.

De ijs apud Lobelium, Columnam & alios, ex ipſis fontibus plura petat Lector: Nos neceſſarijs inſiſtentes hîc ſubſiſtimus.

FINIS CLASSIS XXXIX.

ICONVM ET SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSIS XL.

EXCREMENTA TERRÆ, VT FVNGI ET TVBERA.

Fvngi ſiue boleti: Ger. *Schvvemme*: Gal. *Champignon, Potiron*: Ital. *Fongi*. Fungi di Georgij dicti



*

Fungus à funere dictus exiſtimatur, quoniam vt ait Galenus, ad deleteriam enecantemue facultatem quàm proximè accedit: vnde etiam Fungos inter ea quæ temerè manduntur reponit Plinius Lib. 22. cap 22. Dioſcorides tamen in perniciales & eos qui edendo ſunt diſtinguit: quæ duo ſumma faſtigia retinentes Recentiores, varia poſtea, tum horum tum illorum, vt ex ſequentibus patebit, agnouêre genera. Qui verò hic, & in proximè ſequenti Tabella pinguntur *D. Georgij* nomine donantur, quia circa Diem *D. Georgij* ſecurè inueniuntur.

An *Horatij Fungus optimus*?

Fvngi divi georgii; Germ *Sant Georgē Schvvemmen* appellati, alia Icon.



*

Supernam iſtius Fungi faciem exhibet præcedens Tabella, infernam hæc. Parua Fungi ſpecies eſt, duarum vnciarum amplitudinem vix æquans orbiculari ferè forma: supernè quidem aliquantulùm extuberante, & quodammodò puluinatâ: infernè verò concamerata, & quibuſdam veluti venis diſtinctâ, pediculo craſſo breuique, coloris exalbidi, cui flaui quippiam admixtum ſit.

Reperitur in ſiccioribus paſcuis pratis, atque aliorum Fungorum modo præparatur, & inter eſculentos Fungos recenſetur. Elixatus cõſciditur in fruſta, quæ inter binas lances repoſita, inſperſo Oleo Oliuarum vel Butyro, & Pipere addito, ſuper prunas coquuntur.

Fvngi verni, *MOVSSERONS* **dicti**, odorati & eſculenti.



Nomen hi à natalibus habent, quos quærunt ſub Muſco, Gallis *Mouſſe* dicto: *Pediculis* breuibus, fibras deorſum agentibus, *Capitula* ſuſtinentur Piſo magno æqualia, ac duodecuplò maiorem molem, niſi tollerentur, aſſecutura. Cæterû eluſiles ſunt, rotundiq; in ſummo, ſubtùs verò quà inſtar tentorij reflexi, rimoſi, à centro ad circũferentiam ſtriis donati: vbi verò penitùs excreuerunt, campeſtrium Fungorû inſtar, expanduntur. Totâ verò ſubſtanciâ intùs foriſq; candidi exiſtunt, odoris grati, & guſtûs gratiſſimi: quapropter magno in pretio habentur, lautioribúſq; menſis expetuntur.

Verno tempore naſcuntur, primíſque Aprilis imbribus erumpunt, in ſyluis & ſub arborum vmbris. Atque vbi naſcuntur & reperiuntur, illic quotannis repullulant: ſolúmque in quo excreuunt cinerei eſt coloris. *Plura in Appendice.*


Fvngvs campestris; albvs svpernè, infernè rubens.



Primo pullulatu globoſi ſunt hi, poſt modùm paulatim explicati membranulas oſtentant rubentes, ſuperiùs inoffenſo liuore æquabiles & albi: odoris autem ſunt grati, & saporis boni recenterè terra prodeuntes: ſed vetuſtate fuſci fiunt, odoriſq; ingratu, & vitium contrahunt. Matthiolus ſecundum genus Fungorum facit, eóſq; Hetruſcis vulgò *Porcini*, id eſt *Suillos*, vocari ſcribit. Lobelio dicuntur Fungi vulgatiſſimi, eſculenti, carne proſſus albâ, infernè ſubrubente, &c.

In cãpis, graminoſis agris, aridioribus pratis ac iumentorum præſertim paſcuis naſcuntur, Iunióque menſe præſertim erumpunt, ac *Campeſtres* à pleriſq; omnibus Scriptoribus appellantur. Italis, referente Matthiolo, Porcini, Gallis Campiniones, Champignons.

FVNGI MAGNI; TOTI ALBI; CVM ET SINE ſucco lacteo: *Columbettes Biſſettes.*



Ex edulium quoque Fungorum cenſu ſunt hi, magnitudine excellentes, toti albi, tam ſubtùs quàm ſuprà, omniſque ſucci lactei expertes, quo tangenti Piperati illis ſimiles, de quibus in Appendice. Sunt porrò ij nonnunquam per ambitum criſtati, aut etiam reflexi, aliàs verò non.

Burgundis & Montbelgardenſibus apud quos abundát, in ſylua *le Chesnon*, vbi proximè dicuntur *Columbettes*. *Biſſettes* verò eiuſdem generis Fungi, qui tardiùs prodeunt, & pede ſunt minùs longo.

FVNGI ALBI VENENATI VISCIDI.



Edulibus albis aliquo modo ſimiles ſunt, *pediculo* digitum craſſo, tres quatuorve, plùs, minùs, alto, qui *clypeū* ſuſtinet orbi. ularem, palmarem, preſſum, ſubtùs candido membranarum tenuiſſimarum ſquatro ſt. patum. Superna facies ſubcineritia, ad albidum nonnihil vergens, viſcido tactu, fungoſis veſtacis eminentibus conſperſa, quæ tamen ſine membranæ noxâ auulſu faciles, neq; in omnibus reperiuntur. Sapore ſunt minimè ingrato, ſed ſubdulci, cum ſucco aqueo.

Intereſt ſanè horum formam & naturam apprimè nouiſſe, cùm venenati ſint, & ad albos eſculentos haud parum accedant.

FVNGVS NEMORVM AMPLVS ALBVS; interdum nigris maculis notatus.



Fungum hunc pingit Lobelius in Icon. Plant. ac de eo hæc tradit in Hiſt. Belg. In ſyluis & nemoroſis locis reperitur, sit, Fungi genus planum, quod interdum in tantam amplitudinem excreſcit vt lancem implere queat. Id aliquando prorſus album eſt, nonnunquam verò maculis nigris & ruffis diſtinctum; ac aliquando etiam infernè album & nigris ſtrijs exaratum, pediculi inferiori parte nigrâ.

An Portæ in Villa *Fungus candidus regius odoratiſſimus, Antiquis indictus, tam eſus ſuauis, vt crudus edatur, ac ægris innoxij præberi poſſit.*

FVNGI LONGISSIMO PEDICVLO CANDICANtes, ſed maculati; eſculenti.



In octo aut nouem variarum longitudinem excreſcit pediculus, digiti minimi craſſitudine, rectus, & veſtis color, marmoris varij inſtar. Ipſum verò Fungi corpus pilei ſeu galeri formam quodammodò refert, valde latioris, deinde ſenſim in turbinatam metam deſinens, altitudine trium vnciarum, aut amplius, earum verò diametro vncias ferè octo occupante; candicantis ſupernè coloris, multis tamen ex fuſco ruffeſcentibus maculis inſecti. Inferna pars cana admodum & camerata, ac candicans quidem, ſed plurimis ſtrijs fuſcis diſtincta.

Prouenit plerumque in arvis.

FVNGI SYLVARVM ASPERI ESCVLENTI.



Sunt Fungorum eſculentorum Cluſij 13. genus. Cuius ille varias aſſignat ſpecies, quæ apud Germanos & Vngaros varia obtinuêre cognomina; generali autem appellatione Vngaris *Galambicza*, Germanis verò *Taubelinge* dicuntur.

Naſcuntur autem omnes promiſcuè in ſyluis, Iunióque & Iulio menſibus proueniunt.

FVNGORVM SYLVARVM ASPERORVM eſculentorum, alia Icon.



Fungorum illorum ſpecies quinque proponit Cluſius, I. ex albo vireſcentem: II. ex cæruleo vireſcentem: III. purpuream: IV. flaueſcentem infernâ parte albâ. V. ex albo fuſcam.

Figuræ autem quas proponimus ſunt ſecundæ ſpeciei: ac prior quidem ſupinam partem, altera verò ſupinam demonſtrat. Cæteris ſpeciebus magna cum his conuenientia.

FVNGI SYLVARVM ESCVLENTI ALII.



Huius generis alij omninò candicant: alij albi ſunt cum flaueſcentibus maculis: & alij ex fuſco rubentes.

Naſcuntur autem omnes in cæduis ſyluis circa Pentecoſten, Maijúe extrema, & Iunij initium.

FVNGI IN METAM FASTIGIATI eſculenti.



Coloris hi ſunt albicantis fuſco tincti. Plures autem ſunt eorum ſpecies: vel enim maiores ſunt, vel minores, vel mediocres.

Naſci in Hungaria ſub Pruni arboribus perhibet Cluſius, qui fusè deſcribit.

FVNGI TVBEROSI ESCVLENTI; ALBI FVSCO permixti, vel maculis diſtincti.



Ex Cluſij Fungorum eſculentorum generibus *Septimum* hi conſtituunt Vngaris *Chapek gomba*, id eſt, tuberoſi Fungi, Germanis verò *Angerling*, quoniam in paſcuis iuxta Pagos ſitis, quos illi *Anger* nominant, prouenient dicti. Ter autem in anno reperiuntur.

FVNGI ABIETINI PERNICIOSI: Germ. *Thanneling* dicti.



Hi à Cluſio, fusè deſcribente, ad 21. Eſculentorum Fungorum genus referuntur. Tres autem eorum reperiuntur ſpecies: I. rubens: II. mixti coloris, infernè candicans: & III. mixti quoque coloris, rubeſcens.

Sub extremum Autumnum reperiuntur in ſyluis, ac plerumque ſub Abietibus.

FVNGI SYLVESTRES ESCVLENTI, CERVINI.



Decimum hi apud Cluſium conſtituunt Fungorum eſculentorum genus: naſcuntúrque in cæduis ſyluis ſub extremum Maium, aut Iunij initium. Eorum porrò vnus villoſus eſt & puniceus: alter verò glaber ex rufo fuſcus.

FVNGI LACERI SYLVESTRES ESCVLENTI, ſubfuſci coloris, infernè candicantes.



Initiò quidē inæquali ſunt figurá hi *Fungi*, magis tamen ad orbicularem tendunt, per oras laceri, duarum unciarum latitudine: supernè fuſci coloris, infernè candicantis & ſtriis diſtincti. Adultior autem magis orbicularis eſt figuræ, & per oras laceræ, quàm recens natus, ac tum etiam longè amplior, vt cuius diameter ſit quatuor unciarum. Eius item color magis fuſcus supernè, & albicans infernè.

Circa Feſtum Pentecoſtes in cæduis ſyluis reperiuntur.

FVNGI MVLTI EX VNO PEDE PERNICIOSI.



Continentur hi ſub 2. Fungorum noxiorum Cluſij genere, quod Vngaris dicitur *Tüues alya gomba*, & Germanis *Vnder dem Stöck wachsen* (quod nomen Vngarici interpretationem exprimit: eáſque appellationes obtinuêre, quia ad ſpinarum quæ vetuſtate corrupi incipiunt radices, atque inter dumeta naſcuntur.

Multæ autem ſunt eorum ſpecies, colore, numero, magnitudine, &c. differentes, quorum omnium prouentus circiter Calendas Octobris.

FVNGI MVLTI EX VNO PEDE, CLYPEIFORMES, lutei & rubri, pernicioſi.




Horum forma plana quidem eſt, ſed rugoſa & per oras reflexa, ſlantque longis pediculis fultis. Naſcuntur autem plærumque putridis lignis, aut aſſeribus vetuſtarum & ruſticanarum ædium, ac etiam ſtabulorum.

Iiſdem locis, ac ſecundum Ruſticorum caſas, inueniuntur etiam alij, eiuſdem quidem figuræ, planæ & orbiculatæ, ſed qui non ſunt reflexi, ac quorum etiam aliqui per oras crenati.

Ac inueniuntur præterea adhuc alij, iis non valde diſſimiles, in aruorum marginibus, ſub ſepibus, rubri coloris, quorum nonnulli nullo peculiari odore ſunt præditi, alij verò Moſchi odorem quodammodò referunt.

FVNGVS RVGOSVS VEL CAVERNOSVS; ſiue MERVLVS, albus & niger; Eſculentus.




Formâ eſt turbinatâ, totus vndiquaque ſcrobiculis peruius, ita vt fauos Apum imitetur, ex albo non nihil rubeſcens, fuluus aut niger. Interiori cæterum parte totus cauus eſt albus, & velut farinaceo lentore aſperſus.

Reperitur in ſylvis Abietum & Picearum, inter Montbelgardum & Porentrutum præſertim in eiuſmodi ſylvis abundans; Maióque menſe naſcitur & euaneſcit. Germani *Morchen* & *Morchellen* nuncupant.

Tanti verò fit per vniuerſam Germaniam, vt non modò recens lautioribus menſis expetatur, ſed etiam exſiccatus reponatur, vt alienis menſibus gulæ ſeruiat. *Plura in Appendice.*


FVNGVS RAMOSVS, FLAVVS ET ALBIDVS; FVNGI DIGITELLI nonnullis dicti.



Subſtantiâ eſt cum cæteris Fungis pari, ſed figurâ longè aliâ; nam ex vno gemino ſe craſſo trunco, in alios maiores finditur, atque hi rurſus in alios minores, creberrimis & anfractuoſis ſegmentis. Eſt & *Varietas* quædam: nam *alij* in tenuiſſimas ad extremum, venarum Hepatis inſtar, diuiſuras abeunt, *alij* in Corallij craſſitudine ſubſiſtunt: & ſunt præterea *alij* coloris albi, *alij* verò flaui.

Autumno ante Vergiliarum receſſum prodit, vmbroſis, humectis & vliginoſis ſylvis, & ad ligna putrida: atque licèt inter *Eſculentos Fungos* recenſeatur, frigidus tamen eſt admodum, difficiliſque concoctionis.

FVNGVS CORALLOIDES CANCELLATVS, Pernicioſus, Cluſij.



Naſcitur, eic, in Belgensi terricui agro, tum in ſylvis, tum inter harundines ſecundum Rumoldum conſitas, gallinacei oui formâ, dum è terra primum erumpit colore purpureo niueoque, radicem quæ habet tenuem, candidâ, in multas fibras valde tenues diuiſam. Ouum autem illud ſine Volua maturoſcens, ſenſim diſrumpitur, dehiſcit, & inde exilit tanquam ex ſuo puro aliquod, diſtinctione cancellatim reticulata conſtans, & in obliquos veluti ramos inuicem ſeſe ſecantes, atque ſummâ parte in vnum coëuntes, ſoramitum, rubri coloris: ex quo idem Coralliini rami ſimul implexi videantur; ſed fœtidiſſimum exhalat odorem, &c.

FVNGVS INTYBACEVS, ET ALIVS INTERANEIS vituli ſimilis, cinereus.



Memorabilis eſt magnitudinis & formæ; planus & compreſſus, diametro ſeſquipedali: ex folijs ſorte, aliis incumbentibus alijs ſubtenentibus, omnibus per oras criſpis criſpiſque conſarcinatus: ita vt Intybo criſpo haud inepte comparaueris. Color parte ſuperiorâ veluti cinereus, interiorâ albus. Vniuerſus verò potius apparet, ſi Idemque m... ſterceraſ... egregiè exprimit. Odor haud ingratus: Eſt potius ſubſtantia fungoſior quam vt in cibos venire poſſit: menſe Septembri repertus; menſe autem Augusto non ſemel durus obſeruatur. Naſcitur in ſylvis.

FVNGVS AVRICVLA IVDÆ; COLORIS EX cineraceo nigricantis, pernicioſus.



Breuiſſimo, vel potiùs nullo, pedicolo omnino hi *Fungi*, potiùſque arboris caudici adhærent, aut ſingulares, aut gemini, membranaceâ cute conſtantes, implicatâ & ſinuoſâ, coloris ex cineraceo nigricantis. Vulgus *Auriculam Iudæ* nuncupat, quòd cartilagineâ & membranaceâ ſit ſubſtantiâ, quemadmodum auris. Germani *Holde Schwammen* appellant, quia *in Sambuci caudice naſcitur*, cùm illi arbori primùm prorumpunt folia.

Hoc autem Fungi genus in Sambuco genitum omnis generis inflammationes & tumores ex aqua roſacea aut vino impoſitum, ſedare & reprimere traditur: atque in num vſum exſiccatus aſſeruatur.

FVNGVS MVSCARIVS DICTVS, PERNICIOSVS.



Huic Fungorum noxiorum generi, *Muſcarij* nomen fecère *Muſcæ*, quæ illud valde appetunt, & plærumque in illi inſident, nec ſine ipſarum pernicie, ſiquidem quotquot illum deguſtant, illicò intereunt. Quinque autem eius ſpecies tradit Cluſius, quarum quartam quæ omnium elegantiſſima eſt, hic progimus. Subrubri eſt coloris, obſcurioribus veluti venis intercurſantibus diſtincta, & crebris etiam exalbidis maculis infecta.

Inueniitur in vaſijs exuuis ſyluis, atque ex iis in vrbes vicinas defertur: plurimis, Francofurti præſertim, emptibus: vt eius fragmentis per varia conclauium loca, & ante feneſtras, ſparſis, illis inſidentes, eáque ſugentes, Muſcas enecent.

FVNGI CERASORVM COLORIS VARII, pernicioſi.



Plures Fungi ex eodem pede nati, imbricatim, ſiue tegularum inſtar, alter ſuper alterum conferti, naſcuntur: infimâ parte vnciam lati, deinde ſenſim altitudine creſcente, ternarum aut quaternarum vnciarum in extremis oris, palmum autem longi. Supernâ corporis Fungi pars variis coloribus infecta eſt, extimæ que oræ Saturâ ſubedine attent: Supinâ verò parte aut palleſcit aut flauus eſt. *Plura ad latus ſequentis Figuræ.*

FVNGI VELVTI IN NODVM COLLECTI, varij coloris, pernicioſi.



Sunt hi è pernicioſorum Fungorum 23. genere Cluſii, colore ex albo ruffo & fuſco variè commixto. Et autem circiter Calendas Octobris, cùm ſecundum vias, tum in lignis putridis & paluſtribus locis, naſcuntur.

Præcedentes quòd attinet; licèt hominibus noxii ſint; eos tamen Ruſtici exſiccatos recondere ſolent, quia pollinem cum ſale & pabulo mixtum, ægris bobus & vaccis ſalubriter dari ſibi perſuadent.

FVNGI DVO BVLBOSO PEDICVLO: I. PALLIdus maculatus; II. terri coloris.



Decimum quintum faciunt hi apud Cluſium pernicioſi Fungi genus, reperiuntúrque extremo Sextili, hoc eſt circa diem D. Bartholomæo ſacrum.

C. Bauhino in Pin. dicitur *Fungus noxius* 22. ſiue pedicolo in bulbi formam excreſcente.


FVNGVS PHALLOIDES, PHALLVS;



Phallum ex Fungorum genere in Hollandiæ ſabuletis paſſim creſcentem, pictura ad viuum expreſſit, & delineauit Hadrianus Iunius.

Hiſtoria Lugdunenſis eius Icones exhibet, hæc addens: Phallus, inquit, in maritimis Hollandiæ & Zelandiæ arenoſis gignitur, hominis pudendo ſuo præputio contecto adeò ſimilis, vt inde nomen illi ſit tributum. Siue enim integrum & partibus ſuis minimè diuiſis conſtantem ac compactum: ſiue in partes è quibus componitur iam diſciſſum inſpicimus, ad verendorum hominis figuram ſic accedit, vt in eo generando ſibi ſe natura videatur laſciuiſſe, &c.

FVNGI PHALLOIDIS ICONES ALIÆ.



Phallum. Fungum in Batauicis ſabuletis naſcentem, atque à nemine Veterum Recentiorúmue literis proditum, inſcribit Hadrianus Iunius. Dubitatque verum ſit *ludentis Naturæ* in exprimendo veretro *rudimentum*; an verò *ſingulare aliud beneficium* ad vitam mortalitatis comparatum, ut dictitas lateret præſentiſſimi ad podagras remedij vtilitas, quæ permagna eſſe traditur in feruenti & intolerabili artuum cruciatu.

Hunc igitur, eddit, Naturæ ſuum aliæ Nationes admirentur & ſpectent, eóque ſcruentur: &c,

FVNGI PHALLOIDIS GENVS ALIVD.



Valde & his ad Phallum ab Hadriano Iunio olim in ſabuloſis Hollandiæ aggeribus, Oceano obiectis, obſeruatum & depictum accedere videtur.

Informi autem penè eſt figura, inſtar tuberis, quodque inpia ſit ex atra membrana quâ inuoluitur. Et circa Calendas Octobris, cùm ſecundum vias, tum in lignis putridis, & paluſtribus locis, prouenit.

Phallus C, Bauhino in Pin. dicitur *Fungus fœtidus penis imaginem referens*: Lobelio verò *Satyrium Trifolium Matthioli*.

FVNGI PARVI, VARII COLORIS, PERNICIOSI.



Fungos paruos omnino cæruleos inuenimus in monte *Terreſio* prope *Maſmunſter*.

Fungum hunc paruum pileoli ſuperiore parte albâ, aliâ autem ex luteo rubente, cum cauliculo duorum digitorum ſupra lignum putridum menſe Septembri circa Balneum mirabile reperimus.

Occurrunt & alij ibidem in prato menſe Septembri, Fungi minimi, lutei, exterius viridi.

Reperiuntur præterea pileolo turbinato, & alij quorum pediculus longitudine & craſſitudine varius.


FVNGORVM PARVORVM VARIORVM, alia Icon.



Luteoli ſunt hi, pediculo tenui admodum & tres digitos longo, pileolo verò turbinato. In principio porrò turbinati ſunt, & vix Auellanæ minoris magnitudinem adæquant, mox expanſi Aſſis regii amplitudinem acquirunt, ſubtus ſulcatis ſtriis in orbem radiati, pediculo vnciali. Tota ad ſaporem viſcidi ſunt.

In vinearum monticulo, vbi Monſbelgardenſi vicino, *ac la Crotte* nuncupato, abundant, & ſinistre Autumno primum proſiliunt.

FVNGVS PARVVS ALBVS PERNICIOSVS.



Fungum hunc paruum album, cum luteola parte in ſummitate Capituli, & cinereis ſubtus plicis, ac Viſco nitente reſplendentem, altitudine quâ hic pingitur, obſeruauimus in Ducatu Vuirtembergico, non longè à Fontis admirabilis agris.


FVNGI PARVI LVTEI, LETHALES, LOBELII, Fungus minimus.



Vulgares exiles perniciosi Fungi paſſim, ait Lobelius, naſcuntur in agris, pratis, hortis & veteribus ædificiis. Horum autem quidam ſunt exiles, in rotunditate oblongiuſculi, & præalti, galericuli inſtar congeſti, coloris flaui prædìti: alii ampliores, albi, aut cineracei fuſciſque interdum maculis notati, ſunt & plani, vt petaſuli.

Inter paruos autem Fungos lethales recenſetur etiā Fungus minimus, albus vel cineraceus, ligneis tabellis areolas in hortis ab inuicem ſegregantibus, cum ſit ſine petiolo, Autumno adnaſcens.

FVNGI INFVNDIBVLVM REFERENTES, FLAVESCENTES, pernicioſi: Germ. *Geiſs Schvvammen.*



Bis in anno, circa Meſſem ſcilicet & Vindemiam, reperitur hoc Fungi genus, quod Cluſio noxiorum decimum eſt.

Valde autem exilis eſt hic Fungus: nam primùm emergens vix vncialis eſt magnitudinis, interdum ſingularis, nonnunquam geminus, id eſt, bini ſimul naſcentes, ipſo Fungi corpore minimi digiti vnguem vix æquante, ruffeſcentis coloris. Cùm adoleuit corpus in vncialem magnitudinem excreſcit, & ſuâ figurâ paruum infundibulum mentiri videtur. Color flaueſcit tam internè quàm externè, & ſuperna pars in vmbilici ſpeciem contracta ruffis maculis eſt diſtincta.



FVNGORVM INFVNDIBVLVM REFERENTIVM alia Icon.



Præcipuos ex *Nobis notis* Fungis, vno vel altero excepto, huc vſque exhibuimus & depinximus. Aliquot verò alij in Hiſtoria noſtra magna habentur & recenſentur. *Fungus* ouatus albus, Oui figurâ & magnitudine; *Fungus* rotundus albus, grandis pyri æmulus; *Fungus* Oualaris vel Botryoides, vuam craſſam & longam referens: *Fungi* ſanguinei albi, ab eo quòd Ranæ libenter iis inſideant nomen ſortiti; *Fungi* rubri perelegantis coloris, *Fungi* penè candidi, prona parte cinerei: *Fungi* lutei ſub Pino habitantes. *Fungi* luteoli dicti, colorem referentes. Omnes pernicioſi.

FVNGORVM ABIETINORVM GENVS eſculentum.



Pernicioſi ſunt Abietini Fungi antè propoſiti, hi verò eſculenti, qui Cluſio eſculentorum Fungorum vigeſimum genus conſtituunt; vt illi eidem pernicioſorum Fungorum genus XXI.

Proueniunt autem iiquos hic pingimus ſub extremum Septembrem in ſyluis, ac plærumque ſub Abietibus. Et ſunt orbiculatæ penè figuræ, tres vncias lati, supernè coloris dilutè rubentis aut lateritii: infernè verò palleſcentis. Pediculo autem inſident vnciam longo, & minimum digitum craſſo.

FVNGORVM PERNICIOSORVM GENVS, FERE ſine pediculo prouenien. FVNGI STERQVILINI.



Inter *pernicioſos Fungos* cenſentur, nec immeritò, *Sterquilinii*, qui vulgaris admodum ſunt, pauci iique contortæ formæ: autem ſunt perpendicularia in plano velut circino ductæ: exili fulci pediculo, tenuique ac minimè craſſo corpore, candidi omnino, & veluti farinâ conſperſi, tam infernè quàm ſupernè: parte tamen auerſa fuſcis ſtriis, à pediculo in oras ductis, diſtincti.

FVNGORVM PERNICIOSORVM GENVS ALIVD: Fungi Buffonij.




Ad *Sterquilinos* ſiue *Fimetarios* Fungos accedunt plurimùm *Buffonii*, tum orbiculari formâ, tum auerſæ partis colore & ſtriis. Nomen verò habent ab albis & nigris maculis, quibus in ſumma parte ita notati ſunt, vt *Bufonis* colores referre videantur. Tres eorum *ſpecies* obſeruauit Cluſius, qui noxiorum Fungorum genus VII. facit, Matthioque & ſub [illegible] ſcribit.

FVNGI IN LVCERNIS PROVENIENTES.



Fungos quoſdam in lucernis generari & creſcere ſibi imaginantur nonnulli, Seruium Grammaticum & Plinium ſecuti, quo authore, cùm aër humidus eſſe cœperit, fauilla quæ cum fumo ſolet egredi, aëris craſſitie prohibita, quaſdam velut Fungorum imitatur imagines. Figura autem hic appoſita minimè pro legitima habenda: vt nec fortè duæ proximè præcedentes: meliores aliquando pingemus; ſunt ex noſtris [illegible].

FVNGI ALBI PILEOLO INVERSO, PERNICIOſI.



Hos Septembri menſe in moore *Teck* obſeruauimus. Hic autem in enarrandis iis quos non pingimus Fungis pergemos. Inter eos ſunt ſequêtes: *Fungi* lati, oris inciſis pernicioſi: *Fungi paludis*, campeſtri ſimiles, ac pari ferè magnitudine, Autumno prouenientes, eſculenti: *Fungi* hirſuti, internâ parte, pernicioſi: *Fungi ſtulticum*: ſic dicti, quoniam ſi quis iis fortè veſcatur, mente turbetur, circa Meſſem & Vindemiam prouenientes: *Fungus Gallinella* dictus, Autumno, locis umbroſis, naſcens, Spongiis vel naſcentibus Porris ſimilis: atque alij adhuc de quibus in Appendice.

FVNGVS PVLVERVLENTVS, CREPITVS Lupi dictus: minimè eſculentus.



Nullo ferè conſpicuo pediculo nititur, glomerata rotunditatis, & Iuglandis magnitudine: albâ primùm cute, & medullâ itidem albâ conſpicuus: poſtea verò cute ſubliuidâ, & medullâ cùm corrumpitur in tenuiſſimum ſicciſſimúmque fœtidum fuſci coloris puluerem abeunte, fumúmque puluerulentum emittente.

Tres eius obſeruauit Cluſius differentias, magnitudine & formâ inter ſe diſcrepantes. In omnibus autem Prouinciis frequenter in ſiccioribus pratis naſcitur. *Puluis* [illegible] fluentibus vlceribus, & immodicè fluentibus hæmorrhoidibus vtiliter inſpergitur.

TVBERA: Germ. *Erd-Morchel*: **Gall.** *Truffes*: **Ital.** *Tartufi*.



Tuber fœminini generis, & priore breui, arboris genus eſt, Poma ferens baccis quàm malis ſimiliora. In neutro verè genere, & priore longâ, tumor eſt ſiue callus in quocunque corpore eminens: Specialiter autem ponitur pro callo duro in arboribus eminente. Tuberis ad hæc appellatione donantur varia alia; *Fungi Moreli*, *Fungi ſupra lapides*, *Arachidna*, *Iscumba*, *Gusacana*, *Azadarachenì*, *Cyclaminus*, *Fuen nigra Matthioli*, *Pappas*, *Ockenauk*, & *Ceruus Boletus*, de quo mox: at minùs propriè *omnia*. Sed propriâ ſignificatione ea dicuntur *Tubera* quorum meminit Martialis Pudens:

Rumpimus, ais, altricem
tenero de cortice terram,
Tubera, &c.

Sine *caule* & ſine *foliis* [illegible], Iuglandis, Caſtaneæ aut Auellanæ, magnitudine, tuber [illegible] inæqualibus: externâ ſuperficie rugoſâ & nigrâ, ſubſtantiâ albâ, conſiſtentiâ ſatuis Caſtanearum, guſtu fatuo, odore [illegible] nihil graui.

Sic Dioſcorides Tubera nihil aliud eſſe ait quàm radices ſine caule & ſine foliis, flaueſcentes quæ Vere fodiuntur, crudæque & coctæ eduntur. At Tubera ſine radicibus naſci & viuere prodidêre Theophraſtus & Plinius, qui quomodo cum illo conciliandi ſint [illegible].

Tuberum porrò duo genera facit Plinius, arenoſa dentibus inimica, & altera ſincera: ac diſtinguit præterea colore vel nigro vel [illegible]: videlicet que, vt rectè concludit Marantha, eu ſola cognouiſſe Dioſcorides quæ colore ſunt rufi. Has Plinij *Differentias* admittunt etiam Recentiores, ſed additis adhuc aliis, à magnitudine, & [illegible] læuis ſiue aſperitatis. Vnde Imperatus *Maximum* meminit, quod ad Melonum craſſitiem accedat, cortexque tectâ ſint nigro, [illegible] & *Minorum*, quorum ſuperficies læuis, pallida, ſucculentum in Marorlibus gratum. Sic duo in Romano agro Tuberum genera haberi prodit Matthiolus, quorum alterum candida, alteri verò pulla pulpa ſubeſt: rimoſo ac nigro vtriuſque cortice. Tertium deinde addens in Anſonenſi & Tridentino Tractu prouenire, læui cortice, colore ſubrufo, cæteriſque longè minus, inſipidum & guſtu iniucundo.

CERVI BOLETVS, BOLETVS OFFICINARVM; Fungus ceruinus, Tuber Ceruinum.



Tuberis genus eſt, magnitudine Iuglandis, atque interdum Auellanæ, & minore, tuberoſum & inæquale, ſubſtantiæ, inter duritiem & mollitiem mediæ: cortice ex cinereo ad fuluum non nihil inclinante, ſuperficie granulatâ, cui ſubeſt atro-purpureus, ex quâ diximus conſiſtentiâ, qui recentior adſtringit, exſiccatus verò adſtrictione amiſſâ dulcedinem leuiuſculam linguæ offert. Meditullium fungoſa quædam ſubſtantia ex albido purpuraſcens occupat, texturæ perquàm raræ.

Fungum Ceruinum & *Ceruum Boletum* vocant Matthiolus & Lonicerus: *Boletũ Officinarum* Cordus in Dioſc: *Boletum Ceruinum orbiculatum* Thalius: *Tuber Ceruinum* Lobelius & C. Bauhinus: Veteribus *ignotus* & *indictus* fuit.

Fungi autem *Boletiſue ceruini* nomen illi inditum, quoniam iis in locis plurimùm reperitur, in quibus Cerui libidinem ſuam exercent, & Ceruino ſemine in coitu inficitur ſolum: quamuis & alibi proueniat, in præruptiſſimis ſcilicet montium ſyluoſis iugis, ad quæ nec Cerui, nec etiam Dumæ peruenire poſſunt. Nec fortè cum inuenire vllus poſſet niſi eum olfactu deregentes, locum vbi ſub terra delitéſcit anterioribus pedibus ſcalperent, & ſic iis qui montes ſyluâſque frequentant, manifeſtum facerent.

In ciborum vſum non venit, at variis in medicinis vtilitates præſtat. Suffitu occluſos fœminarum locos reſerare, & vuluam ſingulariter auertere creditur. Ex mero hauſtum contra venena valêre affirmant nonnulli: nec deſunt qui ad amatoria pocula conficienda eo abutantur. Lactis vbertatem ex ptiſana afferre ſcribunt alij: Venerem verò excitare pluſim. ſi ad ℥ j, ſi drachmam vnam ex mero bibatur: ſed id parum videtur vero ſimile cùm frigidus ſit, pituitoſúmque & malignum ſuccum in humano corpore generet. Minúſque adhuc videtur probabile, quod ſcribit Dorſthenius: Mulierem ſi accipiat Cerui boletum ad magnitudinem vnius Piſi, & dimidiam partem manducet, alteraque dimidiâ parte vmbilicum oblinat, abſque dolore parituram.

Locorum & Temporis quod attinet: Tubera locis fruticoſis & arenoſis proueniunt, vnde etiam quædam ex illis arenam continent aut lapillos. Proditúmque literis eſt per Autumnales aquas naſci, & magna per tonitrua fieri, maximéque cum maxima. Damaſci ingen-

tem eſſe Tuberum ubertatem ſcribit Lobel. Romanus. ac nonnunquam 25. aut 30 Camelos Tuberibus onuſtos illic conſpici [illegible] [illegible] vendi: tantam copiam ſundunt Armeniæ montes! Numeroſa in Hetruria à Ruſticis effodi ſcribit Matthiolus [illegible] beatur & alibi variis in locis: at bonitatis & ubertatis laudem ſibi meritò vendicant quæ in Sylvula quadam H[illegible]burgenſi, W[illegible] bergæ dominii, in Alſatia proveniunt. Dignoſcuntur autem Tuberum loca natalia ex rimis quæ in terræ ſuperficie ſpectantur.

Viſus eorum & vigor Vere præſertim, quemadmodum olim iam annotavit Dioſcorides Vere effodi. Eduntur autem, authore [illegible] cruda & cocta, craſſique aliquantum & frigidiuſculi ſunt ſucci; vel ſi Galeno credendum, inter radices aut bulbos, quibus nulla ſpecialis ſuis qualitas adſcribitur, adnumeranda ſunt. Præparandi modum norunt coqui & culinæ, cùm inter Magnatum delicias non infima [illegible] habeantur.

CLASSIS XL. ET ULTIMÆ FINIS.

APPENDIX
AD SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSES.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI PRIMAE ADDENDA.

Ad Titulum MALVS vel MALVM,
Mantiſſa.

POmum, vt apud Dioſcoridem annotant Hermolaus & Marcellus, omne id ſub ſe complectitur quod apud Græcos Ὀπώρα continet: anguſtâ verò ſignificatione Latinis *Malum* propriè dictum denotat. *Malus* autem, ſiue Pomus, in fœminino genere, Arbor eſt pomifera: quamuis in neutro etiam Pomum appellauit Plinius Hiſtoriæ natur. Lib. XV. vbi *Poma dicit putanda eſſe ſicut Vites.*

Cùm porrò vulgò ſumma duo conſtituantur Malorum faſtigia, Mitium ſcilicet atque Syluestrium: eas à ſe inuicem *cultu* tantùm differre, omnéſque Arbores olim fuiſſe feras, cum Scaligero opinentur quibus libuerit. Nos vt diſtinctas ſpecies conſideramus.

Cæterùm cùm ſtomacho moleſtias indubitanter pariat Malorum ſpongioſa caro, atque, vt habet Hippocratis Edictum, *Sanum & languentem vexent Poma*, mirum tot reperiri *Philomelos* Melophagos &c. Gordianúmque iuniorem & Conſtantinum, Principes, Curtio & Ammiano referentibus, in deuorandis Pomis inſanè fuiſſe perditos.

Veritem hanc Materiam non licet hîc proſequi vlteriùs, *peculiarem* requirunt reliqua *Tractatum*, quem *propediem proditurum* conſulere poteris Lector.

Ad Titulum PIRVS & PIRVM,
Mantiſſa.

Vt *Malus* ac *Pomus* pomiferam denotant Arborem, *Malum* verò ſiue Pomum eius fructum: ſic *Pirus* piriferam Arborem, *Pirum* autem in neutro Genere illius fructum.

Pira porrò à *Pomis* in eo tantùm differre ſcribit Plinius, quòd *Pira* non ſint orbiculata ſicut Poma, ſed turbinatiora & oblongiora: at quis non ſcit multa Pirorum genera Pomis non minùs eſſe orbiculata. Notatu dignius eſt quod tradit idem Plinius, ſe iuxta Tiburtes Tullias inſitam vidiſſe arborem omni Pomorum genere onuſtam, alio ramo Nucibus, alio Baccis, alio Vite, Piris, Ficis, Ponicis, aliiſque plagimis: ſed breuem illi vitam fuiſſe.

Vtrum verò *Pyrus* vel *Pirus* rectiùs ſcribatur nondum conuenit inter Scriptores, ſtántque ab vtraque parte Viri grauiſſimi. Qui *Pyrum* ſcribunt vocabulum à Pyramidis figura deriuatum volunt, Sed in Pyramide nihil venuſtius, vt in Pyris omnibus: nec placet eorum opinio, qui à Græco vocabulo πῦρ deriuant, multòque adhuc minùs eorum qui à Græco ἄπιος. In veteri quem habemus Plinii Codice ſemper Pirum legitur: ſic Hermolaus, omnis Literaturæ gnarus, vbique etiam ſcribit. Gaza verò & Hadrianus Iunius ſemper Pyrum, Nos, Columellæ & aliorum Geoponicorum exemplo, rem ſub Iudice relinquentes, vtrumque admittimus. Pyri Hiſtoriam tum in Magna noſtra, tum in peculiari Tractatu, prolixè tradimus, nec hîc de eo plura: iſtud tantùm addemus *Diſtichon*, de Pyrorum noxis & earum remedio agens. Id autem ita habet.

Post Pira noſtra Piris: ſine Vino ſunt Pira Virus,
Si Pira ſunt virus, ſit maledicta Pirus.

Ad Titulum MALVM CYDONIVM,
Mantiſſa.

Prædicantur plurima minimè vulgaria de Cotoneo *Malo*, ex quibus vnum vel alterum tantùm liceat aligere. *Primum* erit, quod annotat Goropius, habere Arborem hanc, omnium Malorum infimam, omnium Malorum maxima: fructúmque eius ex Arbore pendentem prohibêre, vt ait Plinius, crelcere parantem. *Secundum*, quod ſcribit Democritus, Cotoneum cuiuſuis animantis effigiem referre, ſi in formulis inſculptis clauſum adoleſcat, *Tertium*. Cydoniam Malum, ſi Palladio credimus, nullam inſitionem admittere:

Alterius, ait, nullo creditur hoſpitio.
Sed propriis pandens equata cuſtita ramis
Stat & contenta ſuum nobilitare bonum.

At, vtut ſit illud illius æui Edictum, meliora docens Poſteri: haud ſcilicet Malum aliarum arborum coniugium minimè reſpuere, ac Malum, Pyrum, Prunum. Malum Armeniacum, & alias eiuſmodi, Cytoniis inſitas, delicatiores euadere.

Cæterùm, authore Dioſcoride, Mali omnis *folia, flores & germina* adſtringunt, ac maximè Cydoniæ: frigida verò ſunt primo ordine, & ſicca ſecundo. Cydonia verò Mala ſtomacho commoda ſunt, & vrinam cient, plurimáque ex iis, tum ad palatum tum ad Medendi vſum parantur, quæ hîc enarrare non permittunt ii quos Nobis præfiximus cancelli.

Ad Titulum SORBVS,
Mantiſſa.

Arborem οὔη & ὄα, & οἴην nuncupant Græci: fructum verò ὄα & οὖα: at nonnunquam confunduntur illa Nomina apud Scriptores: Vnde Hadrianus Iunius vtramque vocem, hoc eſt, ὄα & ὄα pro fructu ponit, & tamen quoque pro Arbore. Iis autem qui diſtinctè loqui volunt, ὄα & οὔη Arbor eſt, ὄα verò vel οὖα fructus: ipſóque cœlo errauit Pollux, cùm ὄα καὶ μέσπιλα vnum & idem, vt annotat Conſtantinus, eſſe credidit.

Ad Titulum MESPILVS,
Mantiſſa.

Quamuis terreſtris omninò ſint Meſpila, vt ait Theophraſtus, ac proinde frigidæ, ſiccæ & adſtringentis facultatis: Eorum tamen in puluerem detrita oſſicula, tam ad renum quàm ad veſicæ calculum commendant Matthiolus, Cornarius, Braſſauolus, atque ex Herbariorum & Practicorum cœtu quamplurimi. Vnde etiam Agricola: Licèt, inquit, fructus adſtringat, ſeminum tamen puluis lapillos vehementer cum renibus eiicit, vrinam cit, & veſicæ calculum comminuit. *Sed magno id fit oeſtu & cautione indubitatè*: quis enim credat per ea arceri & expelli calculum quæ calculum faciunt augent & remorantur! *Doctorum & peritiorum* meliori parti placere velim.

Ad Titulum MALVS PVNICA,
Mantiſſa.

Punica Malus Theophraſto & Dioſcoridi dicitur ῥόα, vel vt alii malunt ῥοιά, nonnullis etiam ῥοιαί, nonnulliſque etiam σίδη: Hebræis *Rimon*, Chaldæis *Rimmona*: Auicennæ & Serapioni *Kaman*, corruptè fortè pro *Rumman*, quibuſdam etiam *Roman* legi volentibus. Flores κύτινοι Cytini dicuntur Græcis: Pomi cortex σίδια Dioſcoridi, & Lat. *Malicorium*. Syluestris verò Punicæ Mali flos βαλαύστιον eſt Dioſcoridi, ac Latinis etiam *Balauſtium*.

Ad Titulum ARBVTVS,
Mantiſſa.

Quam ſtirpem Latini Arbutum vocant, eam Theophraſtus, Dioſcorides, Galenus, & cæteri Græci κόμαρον inſcribunt. Eſtque id vocabulum apud Theophraſtū Fœminini generis, apud Athenæum verò & nonnullos alios Maſculini. Fructus eius μιμαίκυλον dicitur Græcis, vel, vt alij legunt μεμαίκυλον, μιμαίκυλον & μεμέκυλον: Latinis Memæcylum, Virgilio & Lucretio in neutro genere *Arbutum*. Sunque tandem, tam ex Græcis quàm ex Latinis, qui fructum *Memecylum*, & *Comarum*, & *Vnedonem*, vocent.

Vtrum verò *Theophraſti Arbutus* ſit *Dioſcoridis Arbutus*, necne, maximè inter Scriptores controuerti tur, ſúntque è negantium partibus Anguillara & Cluſius, quòd ille Arbuti folium dicat eſſe inter Ilicem & Laurum, hic Arborem Cotoneæ ſimilem faciat. Sed præterquam quod certum ſit Dioſcoridem ſæpiſſimè *Similitudines* habere minùs proprias, forte laxatur apud eum Locus: ac denique non folium, ſed arborem ipſam Cotoneæ comparat. Stat itaque inconcoſſa, ex peritorum iudicio, ſententia, *Arbutum Theophraſti & Dioſcoridis* vnam planè eandémque eſſe arborem. Saltem certum eſt, Theophraſtum, Dioſcoridem & Plinium in fructus inſcriptione & deſcriptione conuenire.

Fruticem habent Indi, in agris ſponte prouenientem, Myrti effigie & *foliis Arbuti*, ac fructu Oliuis maioribus ſimili: Ii MAGLOROTTIS vocant, & muria condiunt, vt Oliuas Europæi. *Garcias & Acoſta*.

Abonia etiam eſt magnitudine & foliis, alia Indiarum Arbuſcula, CARAVNAS Incolis dicta. Copioſum autem habet illa florem, odorem Periclymeni, ac fructum exiguis Malis perſimilem. Condiunt vt præcedentem, atque ad elangueſcentem appetentiam excitandam aſſeruant: *Garcias*. An M. *Fumée* Arbor *Azabar* Indis dicta?

Pertinent huc & alij fructus Exotici BRINDONAS Indis dicti, quorum meminit idem Garcias. Foris aliquantulùm albicant, ait, ſuccis verò ſanguinis modo rubent, guſto admodum acido, nonnullique etiam interdum foris nigricantes: ingrati ſunt ob nimiam aciditatem, at iis vtuntur Tinctores, aſſeruatùrque Cortex ad Acetum conficiendum.

Ad Titulum DVRIONES ACOSTÆ,
Mantiſſa.



Admiratione digna BETELA cum hoc fructu antipathia, quæ tanta eſt, vt ſi quis in nauem *Durionibus* plenam ædemue aut concamerationem in qua aſſeruentur, aliquot *Betele* folia reponat, corrumpantur & putreſcant omnes. Et, ſi cui ex Durionum immodico vſu, ventriculus inflammetur & ducetur, folio Betele ſupra ventriculum poſito, ſubitò mitigetur inflammatio, tumórque tollatur. *Icon* eſt Frey Fratrum, aliam in Claſſibus dedimus.

Ad Titulos MALVS MEDICA, MALVS CITRIA, MALVS LIMONIA & MALVS AVRANTIA,
Mantiſſa.

De his Arborum generibus Tractatum peculiarem propediem promulgatum, eò Lectorem relegamus: atque hic Exoticas tantùm proponemus, quibus cum illis aliqua affinitas.

Ligni CITRI [illegible] dicti, odorati & ſaporis aromatici, quodque pectinibus Virginis cum tranſuerſis intercluſis micis ſit contextum, meminit Coldenbergius, quod, ob *nomen* & *odorem*, ſibi hunc locum vendicare exiſtimamus.

Inter Indiæ celebres fructus recenſetur etiam MANGOSTANS dictus, guſtûs ſuauitate maximè commendabilis, exigui Mali aurei magnitudine: *cortice* cinereo, ac pulpâ Malorum aureorum pulpæ ſimili, ſed cortici non adhærente. Naſcitur in puſilla arbore Malo vulgari ſimili, *foliis* Laurinis, ac *floribus* luteis. *Garcias & Cluſius*.

Vendicant & ſibi hunc locum flores MOGORI Indis dicti, Mali aureæ floribus multò odoratiores, ex quorum ſtillatitius liquor eundem apud eos vſum obtinet, quem apud Hiſpanos Mali aureæ Aqua.

In prouinciis China, Iapan, Malaca & Bengala naſcitur, authore Acoſta, CORV, iiſdem cum Macere facultatibus. Eſt verò pomus Malo aureæ ſimilis, ſimiliáque habet folia, cum flore luteo, &c.

Prouenit etiam in Bengala Arbor BELI ſiue SERIFOLE dicta, Oleæ magnitudine, foliis Perſicæ, floribus paucis & ſtatim deciduis, ac Mali aureæ fructu, coloris ex viridi nigricantis: CYDONIAM BENGALENSEM vocant nonnulli.

Habent quidem Indi Arborem cuius floribus loco florum Violarum vtuntur illorum Pharmacopolæ, ARBOREM VIOLARVM vocant: ad quam fortè referendæ & aliæ, TCANCHI & CHAMPA, flores odoratiſſimos, quos inde aduehuntur, proferentes.

Ad Titulum MORVS,
Mantiſſa.

Morus dicitur Arbor, *Morum* Fructus, vtroque nomine à Græco deducto: Μόρον enim dicitur Græcis fructus, & Μορέα arbor. Dictum autem μόρον ἀπὸ τοῦ μόρου, id eſt, ab exitio, ſupplicio vel infortunio quod exitij quondam cauſa fuerit illis qui exſcindebant: ac quibuſdam etiam Literam pro Litera ponendo μωρὸς dicta Morus, κατ' ἀντίφρασιν, quaſi minimè fatua, ob Cauſſas in Claſſibus dictas.

Fabulantur Poëtæ Mori fructus priùs albos tantùm fuiſſe: poſtea verò Pyrami & Thyſbes amantium ſanguine tinctos, ac rubeum colorē mutuatos, dum vterque ſibi ipſi ſub Moro, apud fontem & Nini ſepulchrum prope Babylonem, manus conſciuiſſet: de quibus Ouidius Metamorph. 4.

Arbor [ait] *ibi niueis vberrima Pomis*
Ardua Morus erat, gelido contermina fonti:
Arboreos fœtus, aſpergine cædis, in atram
Vertuntur faciem: madefactáque ſanguine radix
Purpureo tingit pendentia Mora cruore.

Poſtquàm ſcilicet Thiſbe moribunda ad Morum.

Signa tene (dixit) *cædis, pullóſque & luctibus aptos*
Semper habe fœtus, gemini monumenta cruoris.

Ad Titulum SYCOMORVS.
Mantiſſa.

Συκάμινος dicitur Theophraſto, Συκόμορος Dioſcoridi & Galeno; ac quibuſdam Συκομορέα. *Sycaminum*, *Sycomorus & Moroſicus* Latinis: Syris & Ægyptiis *Ficus Pharaonis*, à quibuſdam *Morus Ægyptia*. Arborem Syriæ peculiarem vocauit D. Hieronymus, vnde etiam *Cypriam* ab *Ægyptia* ſpecie diuerſam etiam à Theophraſto, Dioſcoride & Plinio conſtitui contendunt plerique. Sic autem deſcribit & diſtinguit Rauvvolfius: Tam *Cypria*, inquit, quàm *Ægyptia Ficus ſylueſtris*, ſeu Sycomorus, proceritate craſſitiéque Morum albam adæquat, *foliis* conſimilibus ornata, paulò tamen magis rotundatis, ac in ambitu minimè ſerratis crenatiſue. *Fructus* ferunt noſtris Ficubus non abſimiles, dulciores tamen, Cenchramidum expertes, bonitatéque inferiores, quò ſit vt minoris æſtimentur, magnáque ex parte in Pauperum victum dantur diuendi. Vtraque ſpecies *caudice*, *folio* & *fructu* admodum eſt ſimili, abſque eo quod, vt huic fructus inferiùs poſiti ſunt in ramis maioribus, ipſóque etiam caudice, ita illi iiſdem naſcuntur, non in ipſis ramis, ſed in priuatis furculis, foliorum expertibus, ſpithamámque longis. *Fructus* ferunt hæ Arbores ter quatérue quotannis, paruos, ad cinereum colorem vergentes, ex oblongo rotundos, Prunorum inſtar, toto ferè anno in arbore ſua inuenien dos. Viſitur autem quædam Sycomorus in Matarea, in cuius trunci cauitate creditur *Virgo beatiſſima*, iram Herodis fugiens, *Seruatorem noſtrum* adhuc puerulum occultaſſe.

Duo porrò Ægyptiæ Sycomoro maximè peculiaria: I. quod apud Theophraſtum, Dioſcoridem, Athenæum & Plinium habetur, fructum non matureſcere, niſi aliquot diebus ante collectionem ferreis vnguibus ſcalptus fuerit. II. Truncos ramóſque huius arboris, nunquam ſiccari, niſi priùs in aquam proiiciantur, atque inibi moreantur aliquantulùm: quod iam olim innuerunt Theophraſtus & Plinius, dicentes, *eius arborem ſlagnis mergi*, *atque ita ſiccari*.

Ad Titulum FICVS,
Mantiſſa.

Ita circa hanc plantam ingenij ſui dotes exercuêre *Philoſophi*, *Poetæ*, *Geoponici*, & reliqua *Scriptorum* agmina, vt in tam diuite materiâ εὐπορία ἀπορίαν faciat, nec quid pro ſ lectiore habere debeas facile ſit decernere. Rem in Hiſtoria noſtra magna arte exequimur, vnde haurire poterit *Lector* quod hæc non capit. Ibi *Cur* Taurus Fico alligatus cicur fiat: *Cur* carnes, ac præſertim gallinaceæ, ſi Fico adhæſerint, teneræ & friabiles fiant: *Cur* fulmine Ficus non percellatur: Et alia plurima non inſipida diſcet.

ARBOREM

Arborem ex Artemidoro tradit Strabo in Gallia Tranſalpina Ficu ſimillimam, fructum Coino ſimilem gignentem, eamque inciſam lacteum ſuccum fundere, ad inungendas ſagittas vtilem.

Similis etiam meminit Theophraſtus, dicens: [illegible]

Pertinet huc Peruvianorum Papaie, quod in Peru reperiri ſcribit Benzo, nec alibi.

Fructus autem eſt generis, Ficuum modicorum ſpecie, & ſaporis dulcis, quem gignit Arbor procera & gracilis.

Pertinet & huc Cachos Arbor, quam etiam in Peruuianis duntaxat montibus naſci perhibet Monardes: inſigni addens eſſe virtore prædicam, *folio* rotundo & tenui, *fructuque* Malo Inſano ſimili, in quo *ſemen* contineatur calculum veſicæ ad miraculum imminuens.

Pampenichi Arbor Lactescens Monardis ſibi etiam hunc vendicat locum.

De ea ſic tradit Ille: In omnibus, ait, continentis Indiæ oris, lacteus quidam ſuccus elicitur ex Arbuſculatum Malis ſimilium ramis inciſis. Ejus autem ſucci tres aut quatuor Guttæ ſumptæ, validiſſimè per alvum purgant bilem & aquas.

Ad Titulum Ficus Indica.

Mantiſſa.

Enbenda arbor Ficus Indicæ modo naſcens, ramos proceris incrementis excodit, qui tenuia quædam fila demittunt, quæ Terræ contactu radices item generant, in aliarum arborum perpetuam Seriem.

Priori hujus arboris cortici lineaminis quædam ſubeſt ſpecies, quæ inundata plebi in veſtimenti vſum eſt [illegible].

Arborem Chivef dictam Nigritarum Ficui ſimilem facit Thevetus, non tamen eandem, fructumque illi tribuit magno Meloni parem ac ſuaviſſimum, qui vocetur etiam Chivei, quod Syriacè *Ficum* ſignificat.

Brisathabe Chinæ. Ad Chinarum ſinum oraſinæ reperiuntur Arbores, Stupendæ admodum vaſtitatis, vt in iis immenſæ magnitudinis avibus ſtabulari [illegible]. Fructus autem ferunt Anguriis non minores. *Scaliger & Pigafetta.*

Ad Titulum Guanabano Ouiedi.

Mantiſſa.

Cum *Guanabano Ouiedi* magnam affinitatem habent & aliæ Indiæ arbores: ac præſertim ejuſdem Ouiedi Anon: quæ & arbore ipsâ, & fructus ipſius carne, formâ & ſemine, Guanabanum refert.

Judice Cluſio, eidem Guanabano non malè quadrare videtur, Americanorum Morpionem regionem incolentium Arbor Choine dicta, cuius fructus, quantumuis aſpectu elegans, minimè eſt edulis, ſed Milio, aliiſue minimis duriuſculis rebus repletus, eorum *Superſtitionibus* inſeruit.

Ad Titulum Musa,

Mantiſſa.



Folij fragmentum hîc pingimus, quod inter Keimilia noſtra adſeruamus. Arborisne autem ſit an Herbæ nihil certi habemus: maximû tamen fuiſſe apparet, adeoque & Muſæ fortè folio majus. Certè ſi in nonnullis ipſi cum Muſæ foliò affinitas, ſunt etiam multa in quibus ab eo diſtat.

Fructus Pyriformis Indicus.



Hunc pingit in Exoticis Cluſius, & è Cucurbitaceorum genere aliquo eſſe aſſerit. An *Lara Guinea*, cui Pyri magnitudo & ſpecies? An Scaligeri *Pyri facie Aguacat*, ad coitum ad miraculum efficax.

*

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSI SECVNDÆ ADDENDA.

Ad Titulos Malus Persica & Persea Arbor,

Mantiſſa.

Perſeam Ægyptiam ſui generis arborem eſſe ex Veterum monumentis habemus: vnde ſcribit Galenus à ſe viſam in Alexandria ſolùm, & in nulla Romanis ſubdita Gente: & ex Recentioribus plerique omnes eam noſtro Orbi haud ſatis eſſe notam. Cluſius verò in eo valde raram eſſe, ſeque in ſolo Valentino regno, atque vnicam tantùm, vidiſſe.

Non defuêre tamen qui eam cum *Malo Perſica* vnam & eandem eſſe arborem adſtruere non dubitarint. At *præterquàm quòd* eam inſcitiam aperto bello impugnat Plinius: Ex Neotericis Tragus, Cordus, Pena, Lobellus, & plurimi alij docti, contrarium omninò ſtatuunt. Eorum autem ſententiam ſic ſtabilit Scaliger: Quid opus eſt verbis, ait, Perſica Pyro ſimilis, Perſicus Amygdalo: Perſea ſemper virens, Perſicus non: Perſea [illegible] Perſicus Autumno tantùm: Perſeæ Pomum oblongum, Perſico rotundum: Illi color viridis, huic aureus vel flavus: Illi nucleus intus minor Pruno & mollior, huic major & duritie penè invictâ: Illius materia valida, huic mollis & utilius vſus: Illi nigra, huic vulgaris, vt alias multas differentias prætereamus: &c.

Tubera. Perſicis annumerant Columella, Palladius, & alij priſci Scriptores. A Recentioribus verò ad ea tantùm Perſica referuntur *Tuberes*, quæ Nuci-Perſica *Peſches-noix* vulgo nuncupantur. Eſtque *Tuber* priore correpta, & in Maſculino genere, & arboris & fructus genus.

Ad Titulum Malus Armeniaca.

Mantiſſa.

Magna eſt arbor, Perſicæ aliquo modo affinis, *cortice* nigriore, *caudice* craſſiore, firmo, ac *ramis* magis parulis brachiata. *Folia* habet Perſicæ foliis latiora, breviora, ad Populnea aut Betulacea quodam modo accedentia, rubedine ſubinde ſecundum neruos reſperſa, acuminata, denticulata, & pinnulis ſubinde ad pediculum auriculata, ſapore acidulo. *Flores* ex roſeo colore pallent, Perſicæ floribus ſimiles: *Fructus* vulgaris ſunt notitiæ.

An Petri Creſcentij Muniacus Arbor? Eam certè Malo Armeniacæ fermè in omnibus facit ſimilem.

Ad Titulum AMYGDALVS,

Mantiſſa.

Tam arcta foliis Amygdali eſt cum foliis Perſicæ ſimilitudo, vt difficulter diſtingui poſſint; oblonga ſunt, acuminata, crenata, lento & obſcuro amarore prædita. *Flos* quoque, qui folia præit, non abſimilis, niſi maioris candoris participaret. Nec ineptè etiam in multis Pomum Perſico compares. Sic vt in Perſica arbore Lachrymam quoq; in Gummi concreſcentem plorat Amygdali arbor.

De vocis tono atque accentu, vbi ponendus ſit, apud Græcos ambigitur. Quidam cùm *fructum* ſignificat vltimam Syllabam graui notant: at cùm pro *arbore* vſurpatur, circumflexo ſignant: quidam æquè fructum & arborem cum acuto in penultima proferunt: alij vtroque ſignificatu circumflexum addunt:

Typhon in Opere de Atticis accentibus, fructum ἀμυγδαλῆ, cum graui tono in vltima, & genere fœminino, dixit, quod neutro ἀμύγδαλον: Nos efferimus: Arborem verò ἀμυγδαλῆ, vltimæ Syllabæ circumflexo adiecto. Sic notat Galenus apud Atticos, fructum alios in fœminino ἀμυγδαλῆν, vocaſſe, alios in neutro ἀμύγδαλα, atque alios vtroque nomine eundem deſignaſſe.

AMYGDALO-PERSICVM arbor eſt inter *Amygdalum* & *Perſicum* ambigens: *folia* enim pene eadem, eadem etiam *materies*, idem *flos*, ac idem etiam nucleus. *At os illum* obtegens, vt in Perſicis, rugoſum eſt, in cæteris verò Amygdalinum. *Carnis pulpa* denſior & copioſior quàm Amygdalis at minùs copioſa quàm Perſicis. Noua eſt progenies, ex alterutra alteri inſita concinnata. An prioribus ſeculis inſiſa Perſico Nux de qua antè? Vidimus Nos in ſuperioris Alſatiæ cultiſſimo quodam Horto, eiuſque oſſicula Montbelgardi in S.P. horto plantauimus. Halb Mandel vnd Pfirſig, vocant Germani: *Amande-Peſchier* Galli: Mezo Mandiola *Mezo Perſico* Itali.

MAMAY ARBOR INDICA.

Hanc variè varij deſcribunt. Vt Scaliger verò tradit, Caſtaneæ illi eum facies tum magnitudo, atque idem folium, ſed majus. Fructus, tradente Gomara, rotundus eſt & magnus, carne rubrâ. Perſici Duracini ſapore, non Piri, vt vult Cardanus. Corium autem eius fuluum eſt.

Ad Titulum PRVNVS,

Mantiſſa.

PRVNVS SYLVESTRIS: PRVNA SYLVESTRIA: Germ. Schlehen/ Schlehenbaum: Gall. *Prunes ſauuages, Penelles, Peurdaines*: Ital. *Pruno Saluatico.*

Tractatum peculiarem meretur *Amygdalarum & Prunorum* materia: quapropter hic pauca de iis: & tantùm de SYLVESTRI PRVNO, quæ in Claſſibus omiſſa.

Eſt autem SYLVESTRIS PRVNVS arbor fruticoſa notiſſima, in ſepibus, Syluis, Sylveſtribus, dumetis, collibus & planis paſſim proueniens, ac propter repta tum valde incommoda. Spodias Theophraſti eſſe à multis exiſtimatur. *Spinum Virgilij* vocant Hermolaus, Ruellius, Dodonæus & alij, de quo ille Georg. 4.

Eduramque Pyrum [ait] *& Spinos iam Pruna ferentes.*

Toto verò cœlo, Geſnero, Matthiolo, Lonicero & Rob. Conſtantino teſtibus, errant Cornarius, Amatus, omneſque alij, qui Dioſcoridis *Poterion* eſſe cenſent. Vnde Fuchſius: Caue, inquit eorum amplectaris ſententiam qui *Prunum ſylueſtrem Poterium* eſſe putant. Multóque adhuc minùs ferendus eorum lapſus qui exiſtimant *Prunum ſylueſtrem* eſſe *Acaciam.*

Floret porrò hæc Arbuſcula Martio & Aprili; Septembrique & Octobri fructus maturat. Cæterùm Prunorum ſylueſtrium duo vulgò conſtituuntur *genera*: Maiora Haber-Schlehen / quaſi *Auenaria*, Germanis dicta, quæ præſtantiſſima. Et Puſilla ac parua, quæ Schlehen / ſimpliciter dicuntur. Refrigerantem & adſtringentem habent facultatem. Succus inſpiſſatus pro Acaciæ ſuccedaneo habetur. Ex floribus Aqua deſtillatur ad varia vtilis. Atque ex Prunellis etiam parant vinum Schlehen-Wein dictum, quod Æſtate diuitibus in delicijs eſt: ac cum Pomis, Berberis baccis, Aqua & Vindemiæ expreſſæ reſiduo, Secundarium Vinum, *Lora* dictum, quod in pauperum potum cedit.

Ad Titulum MYXVS, MYXA, MYXARIA, SEBESTEN,

Mantiſſa.

Myxa Paulo, quæ μυξάρια Ætio & Actuario, *δένδρα καρποὺς ἰδεῖ μαλακοὺς μὲν τὸ κοιλιακὸν, στύψιν δὲ παρεχόμενα*, aiunt illi. Dicta autem videtur μύξα ἀπὸ τῆς μύξης, id eſt, à muco lento è naribus ſtillante: quoniam ſimili lentore refertus eſt hic fructus.

An *Galeni Serica*, vt, teſte Trago, exiſtimarunt nonnulli?

Ad Titulum CORNVS,

Mantiſſa.

Cornus dicitur arbor, *Cornum* fructus, quem lapidoſum non immeritò vocat Virgilius; ſiquidem foris carnis parum, intùs verò oſſis plurimum habet.

Mirum autem in hac arbore, & cæteris, exceptâ Sorbo, contrarium, quod ſylueſtris Corni fructus dulciores ſuauioreſque ſint quàm Vrbanæ: ac illi potiùs noceat quàm proſit hominum ingenium: Theophraſtóque dictante, *optimus ſit cibus is cultus qui vocatur nullus.*

Ad Titulum PRVNVS MYROBALANVS DICTA.

Mantiſſa.

Arborem habent Indi quæ Pruni eſt magnitudine, ac *folia* etiam Pruni, multis Spinis horrens, *floribus* candidis, & *fructu* Sorbo ſimili, guſtuque Prunorum, adſtringente ſcilicet & acerbo. Naſcitur ſponte in ſyluis & agris, ac colitur etiam in hortis. Incolis dicitur IANGOMAS.

FRVCTVS VARII EXOTICI.

HIVOVRAHE PRVNI FRVCTV.

Americæ arbor eſt procera, cortice coloris argentei, ligno rubeſcente, fructu Pruni noſtri magnitudine, aureo, nucleum intrò ſuauem & delicatum continente. Quindeno autem tantùm quoque anno fructum fert. *Theuetus.*

OGHEGHE INDICA.

In Congo arbores ſunt Ogheghe, dictæ, quæ Prunorum flauorum formâ fructus proferunt, odore & ſapore amœnos admodum. Ex his arboribus ramos detruncant, quibus ſerie contextis ſepimenta conſtant, vt apud Nos ex ſpinarum virgultis conſtruuntur.

MYROBALANI VRENTES.

In Inſula S. Mariæ proueniunt pulcherrimi Myrobalani, quos *Areca* vocant. Obſcurè rubent, & lapidem continent inſignem: guſtati verò linguam & fauces adurunt, vt Piper. *An Palma Myrobalanifera Plinij?*

NICARAGVÆ POMVM.

In Nicaragua noui Orbis prouincia Pomi quoddam genus peculiare eſt, Pyri noſtri ſpecie, ligno interiore rotundo, Nucis craſſitudine, optimi & iucundiſſimi guſtûs. Arbor autem magna eſt, ac exiguis foliis veſtita.

COLA FRVCTVS.

In Guineæ regno congo dicto ſunt Arbores quæ fructum proferunt COLA dictum, Nucis Pineæ magnitudine, in quo quatuor rubri ſiue incarnati nuclei. Manſus ſitim reſtinguit, & impoſitus aquæ gratum ſaporem illi conciliat.

HOBVS vel HOVVS INDICA PRVNI FACIE.

Fructus eſt Prunorum Damaſcenorum craſſitudine, paucâ carne ac ligno multo; qui, vbi maturuerit, flaueſcit & ſubacidi eſt ſaporis. Arbor autem eum fructum ferens magna eſt & pulchra, & vmbræ ſalubritate & commoditate maximè commendata. Sed qui admodum altam eſſe dicant, vt minimè colligi poſſit fructus, niſi maturus decidat. Quod verò in ea maximè mirum per aridos ſiccitate campos iter facientibus, ſi ſiti premantur, inciſæ radices aquas ſitibundis præbent: ac primò quidem guttatim, deinde tractim, continuoque veluti filo defluentes; vt ſe expertum ſcribit in Hiſtoria Indica Ouiedus.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSI TERTIÆ ADDENDA.

Ad Titulum NVX IVGLANS,

Mantiſſa.

Nux iuglans appellatur, ait Varro, quòd hæc Nux antequam purgetur ſimilis ſit Glandi, ac quoniam *Glans* eſt optima & maxima, à *Ioue* & *Glande* Iuglans eſt appellata. Eadem *Nux* dicta, quòd, vt Nox aërem, ita huius ſuccus corpus facit atrum. Alij à voce Syriaca *Loz* deducunt, L in N abeunte, vt in *Lympha* & *Nympha*. Plurimi verò Nuces a nocendo dictas putant, vt apud Græcos [illegible]: non quidem quòd frangendo dentibus noceant, vt vult Bruyer. cùm aliâ ratione frangi poſſint: ſed tum quòd in cibis non ſint multùm ſalubres, tum maximè quòd *Satis* nocêre credantur: vnde Ouidius,

. . . . Quoniam ſata lædere credor,
Cultus in extremo margine fundus habet.

Prædictiones autem à Nucibus ſumi ſic tradit in Georgic. Virgilius.

. . . . Cùm ſe, ait, Nux plurima Sylvis
Induet in florem, & ramos curuabit olentes:
Si ſuperant fœtus, pariter Frumenta ſequuntur,
Magnaque cum magno veniet tritura calore.
At ſi luxuriâ foliorum exuberat vmbra,
Nequicquam pingues palea teret area culmos.

Vt autem Nuces in proximum annum copioſiùs proueniant, mos eſt hodie apud Ruſticos quoſdam, vt Nuces perticis decutiantur. Hinc non inconcinnè cecinit quidam:

Nux, Aſinus, Mulier, ſimili ſunt lege ligata,
Hæc tria nil fructûs faciunt ſi verbera ceſſant.

In tam diuite materia hic ſubſiſtimus.

NVX EVBOICA THEOPHRASTI.

In Eubœa & circa Magneſiam, ait Theophraſtus, Euboicæ [Nuces] multæ habentur, è cæteris verò nullas &c. Quid autem per ejus *Euboicam Nucem* intelligendum ſit acriter inter Scriptores controuertitur. Caſtaneam interpretatur Athenæus, *Iuglandem* Plinius, Theodorus & Scaliger, quos omnes cœlum mari miſcere, & omnia confundere ait Robert. Conſtantinus. Nobis verò eorum placet opinio qui *Auellanam* intelligi volunt: *doctorum eſto iudicium.*

Ad Titulum PISTACIA,

Mantiſſa.



Piſtaciam ſeu Piſtaciorum arborem Terebinthũ Theophraſti eſſe exiſtimarunt Dodonæus, Camerarius, Anguillara, Athenæus, Cæſalpinus, Matthiolus, Pena & Lobelius, atque alij: fuimuſque aliquando & Nos in ea opinione: ſed [illegible] vicère. Sic etiam Cluſius, cùm parum conſideratè in Hiſpanicis Hiſtoriis dixiſſet, *omnium conſenſu* eſſe Terebinthum Indicam, cautiùs in Hiſtoria poſtrema dicit plurimorum conſenſu. Quos autem hic pingimus ramos Lateriâ Piſtaciæ nomine accepimus.

Ad Titulum TEREBINTHVS,

Mantiſſa.

Terebinthi arboris Reſina *Terebenthina* vulgò vocatur, & corruptè Terbintina, Trebintina, &c. Arabibus Gluten *Alimbath*, Alimbar, vel Alimbath. *Candida* eſt vel *vitrea*, cœruleumque colorem affectans, atque inſuper pellucida. *Odorem* habet acrem, ſumeu & aliquantulum grauem. Guſtu modicè amareſcit. Deſtillat primùm liquida, paulatim deinde areſcens. Reſinas porrò omnes alias antecedit hæc, cui proxima Lentiſcina, deinde *Pinea* & Abiegna, poſt quas numerantur ea quam ferunt Piceæ.

Quæ autem pro Reſina Terebinthina vulgò venditur, ea magno errore, magnaque Medicorum id permittentium culpâ & ignominiâ, Syluij teſtimonio, *Laricea* eſt aut *Abietina*.

Cæterùm quæ legitima eſt purgat thoracem, jecur, ſplenem, renes & veſicam ab omni immunditie: aperit, calefacit & roborat neruos: calculoſis, iſchiadicos & podagricos iuuat, pluri-maque alia innocenter præſtat: vnde *ſanctiſſimam Medicinam* appellauit Cermiſon.

Ad Titulum SAPONARIÆ SPHÆRVLÆ.

Mantiſſa.



Sphærulas Saponarias dictas in Claſſibus tradidimus, hic ARBOREM eas ferentem pingimus. De illa in Hiſtoriis Indicis ſic ſcribit Ouiedus. Sunt, inquit, in Hiſpaniolæ Inſulis & Continenti quædam Arbores quæ à præcatiis *Sphærulis*, & à *Sapone* nomen acceperunt, ac quarum folia ilicis folia nonnihil referunt. Celſæ & formoſæ ſunt, fructum ferentes Auellanæ aut Ceraſi magnitudine, coroliâ inſignitum, minimè edulem. Is officulum intùs continet rotundum, nigrum, in quo ſemen exiguum amarum. *Sic ille.* Sphærulas verò adeò duras eſſe addit Monardes, vt nonniſi malleo, aut alia re durâ, confringi poſſint.

Ad Titulum LENTISCVS,

Mantiſſa.

Lentiſcum ter florêre, ac ter fructum ferre, cum Ruellio credidêre non pauci, vnde Verſus:

. . . . . . Semper viridis, ſemperque grauata
Lentiſcus, triplici ſoletur eſt grandeſcere fœtu.
Ter fruges fundens, tria tempora monſtrat arandi.

At hanc Arborem ter florêre, terque fructum ferre, falſum eſt: ſed fructum tribus diſtinctis temporibus perficit, vnde errori locus.

MASTICHE.

Lentiſcina reſina eſt, vt his verbis docet Dioſcorides: E' Lentiſco, inquit, gignitur quoque Reſina Lentiſcina cognominata, & à nonnullis [illegible] dicta. In Hiſpania & Italia prouenire ſcribit Amatus: Ægyptiæ meminit Galenus 2. ad Glauc. Indicæ & Aſiaticæ atque Græcæ Plinius, qui geminam facit. Sed in tam parua quantitate in illis locis reperitur, vt de ea colligenda Incolæ nullam gerant curam. Præſtantiſſima verò & copioſiſſima, vt notat idem Dioſcorides, In Inſula Chia prouenit: vnde *Bellonius*: Maſtichen, ait, ſcimus in Inſula Chio prouenire, vbi Lentiſci arbores coluntur, eâ diligentiâ, & non minoribus ſumptibus quàm apud Nos Vites: illiuſque diuitiæ potiſſimùm conſiſtunt in Maſtiche. Inde in totam Europam importatur. E Lentiſci plantæ vulnerato quotannis trunco fluit Maſtiche, & in terra circumpauita concreſcit, &c.

Ad Titulum BALSAMVM VERVM.

Mantiſſa.

Balſamum, authore Galeno, deſiccat & excalefacit ſecundo exceſſu, & eſt tenuium partium. Vulnera verò eo mirificè curari omnibus eſt notiſſimum. At plæriſque aliis, & ferme omnibus, affectibus perutile eſſe, & notant Practici, & affirmat Alpinus. Omnia tamen efficaciùs poteſt *Opobalſamum*, eóque minùs *Carpobalſamum*, & omnium minimè *Xylobalſamum*.

Ad Titulum COCCI ORIENTALES,

Mantiſſa.

Hi Cocci cujus ſtirpis ſint minimè inter Scriptores conuenit: Neque etiam vtrum frigidi ſint vel calidi: atque multò adhuc minùs, an nudis qualitatibus, occultiſue proprietatibus tribuendum ſit, quod Piſces, deuoratis catapotiis maſſulisue ex iis &

aliis idoneis cancinnatis, infatuentur, attoniti reddantur, atque in ſummo fluminis ferè exanimes conſpiciantur. *Nos*, ſi alterutri hærendum eſſet Sententiæ, eos qui vi occultæ id aſſignant veritati incedere ſtatueremus. Eo tamen minimè obſtante, poſſunt ſic ineſcati Piſces ſine periculo comedi, ſi cumprimùm capti ſunt exenterentur & coquantur.

Ad Titulum Agnvs Scythica, Borometz,

Mantiſſa.

In Tartaria, ait Scaliger, ſerunt ſemen ſemini Melonis ſimili, ex quo plantam exire tradunt, quam Boromatz, id eſt, Agnum vocant. Creſcit enim Agni figurâ, ad pedum ferè trium altitudinem, Agnumque pedibus, vngulis, auribus, ac toto capite, præterquàm cornibus, repræſentat. Pro cornibus verò pilos gerit cornu ſpecie. Obducitur corio tenuiſſimo, cuius detracti vſus ad capitum tegmina incolis. Ferunt internam pulpam Gammari carnes referre, dulcoriſque eſſe admirabilis. Ex medio ventre radicem exerit terræ adhærentem. Illudque miraculi fouet magnitudinem, quod, quamdiu vicinis obſidetur herbis, tamdiu viuit, ſicut Agnus in læto paſcuo: abſumptis verò iis, interit & tabeſcit. Quin illud quoque auget admirationem, è vulnere ſanguinem manare, appetique à Lupis. Eadem tradunt Laurentius Serulus in Chronica German. Sigiſmundus Liber in ſuis de Rebus Moſchouiticis Commentariis, atque alij inſignes Viri.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSI QVARTÆ ADDENDA.

Ad Titulum Lavrvs,

Mantiſſa.

Lauri quæ Græcis δάφνη dicitur, & perpetui viroris eſt Arbor, hiſtoria n valde illuſtrat Daphnes in Laurum commutatæ Fabula. Fuit *Daphne* [vt ea narratur,] quæ priori nomine Paſiphaë dicebatur, Pelei Theſſaliæ amnis, vel, vt aliis placet, Ladonis Arcadiæ fluuij, & Terræ, filia, eaque pulcherrima: cuius amore percitus Apollo, eam diu ſectatus eſt, vt illâ, tanquam amaſiâ, poriretur. At ipſa fugæ labore deuicta, & ab eo capta, Peneium ac Tellurem, parentes, deprecata eſt, vt ſe in ſuum reciperent gremium. Re conſpecta deterritus Apollo, ſuiſque fraudatus amoribus, arborem nihilominus amplexus, vulſo ex ea ramo coronam capiti ſuo aptauit: Et

. . . . . quoniam Coniux *mea non potes eſſe,*
Arbor eris certè. dixit, *mea: ſemper habebunt*
Te coma, te citharæ, te noſtræ Laure pharetræ.
Tu Ducibus latis aderis, cum læta Triumphum
Vox canet: & longas viſent Capitolia pompas.
Poſtibus Auguſtis eadem fidiſſima custos
Ante fores ſtabis, mediamque tuebere Quercum.
Vtque meum intonſis caput eſt iuuenile capillis,
Tu quoque perpetuos ſemper gere frondis honores.

Ad Titulum Bvna, Bvnnv, vel Bvnchvs Arabvm,

Mantiſſa.



Bon vel *Ban* Alpini tradidimus in Claſſibus, hic *Bunam, Bunnu*, vel *Bunchum Arabum* pingimus. Huius autem Arboris fructum ait Cluſius eſſe puſillum, Fagaræ magnitudine, aut paulò ampliorem atque oblongiorem, coloris ex cineteo nigricantis. Cortex eius tenuis, ac veluti ſulcum per longitudinem vtrinque habet, per quem facilè in duas partes diuiditur, quæ ſingulæ grana continent oblonga, alterâ parte plana, fuluefcentia & guſtus acidi.

Bvnchvs, authore Avicenna, defertur de Iamen, quidam dixêre decidere ex Anigalen. Eligitur citrinum, læue, odoratum. Calidum autem eſt, & ſiccum in primo. Membra corroborat, cutem emundat, vomiculo prodeſt, &c.

Ad Titulos Cassia, Cinamomvm,

Mantiſſa.

Cinnamomum, quibuſdam *Cinnamum* dictum, Ariſtoteli & Theophraſto dicitur κιννάμωμον, Dioſcoridi verò & plurimis aliis κιννάμωμον. At κιννάμωμον apud Galenum Cinamomi genus eſt ſic validum, quod ipſimet, vt & Dioſcoridi ψευδοκιννάμωμον, ac quibuſdam *Cinamoides*, dicitur. Optimum autem Cinamomum, quaſi *Chinenſe Amomum*, ejus regionis Incolis dici, ſcribit Garcias. A canaliculata figura *Canellam* nuncupant nonnulli.

Græcis etiam κασία, ξυλοκασία, σύριγξ, ξυλοσύριγξ, & ἀφροσύριγξ dicitur: παρὰ τὸ σῆραι vel quaſi σήρυγμα, quod corticem coriaceumne operimentum denotat.

Cassia Poetica, Cassia Monspeliensivm.

Eſt & aliud Caſſiæ genus [Caſſiam poeticam, & Caſſiam Monſpelienſium vocant,] odoratum quidem, ſed longè differens à Caſſia Indorum: de quo Virgilius:

. . . . tenuia quidem elineſis glarea ruris
Vix humiles apibus Caſias, roremque miniſtrat.

Frutex eſt bicubitalis, in multas, lentas, ſtriatas, vireſcentesque *virgulas* diuiſus: *foliis* purpuraſcentibus, longiuſculis, anguſtis: cum *baccis* magnis, dulcibus, per maturitatem rubris, in quibus oſſeus *nucleus*: *radice* durâ & lignoſâ, ſubniſſo craſſoque cortice tectâ. In Italiæ hortis colitur: variis verò in Hiſpaniæ locis ſecundum vias prouenit, nec non in Narbonenſi Gallia, ad ripas Lani, iuxta ſepes & ad Oliuetorum margines. An *Cneorum Theophraſti*? An *Oſyris Plinij*?

Ad Titulum Agallochvm, Lignvm Aloes,

Mantiſſa.

Lignum eſt Arboris, ait Simeon Sethi, quæ in diuerſis Orientis regionibus naſcitur, & quamdiu incorruptum eſt, nullam in odore à cæteris arboribus habet differentiam, vbi verò putruit, bonum nanciſcitur odorem. Decem ille facit differentias, at autem tantùm noui Orbis Indagatores: *Calambac*, & *Pala de aguila* dictam, atque Syluestrem. Cæterùm, eodem Sethio authore, calidæ & ſiccæ ſunt omnes Xyloaloes ſpecies, ac ſtomacho bonæ, & ventres ſiſtunt, & partes interiores corroborant.

Ad Titulum Brasilivm Lignvm,

Mantiſſa.

Apud Braſilianos teſtatur Lerius vidiſſe ſe Ligna coloris lutei, vt Buxus. Theuetus verò in America naſci arbores quaſdam Ligno luteo, ex quo enſes fiant. Traduntque iidem iiſdem locis naſci arbores Ligno candidiſſimo & tenerrimo, quod tamen nullo in pretio habeatur. Fragoſus itidem ſcribit in India occidentali Arborem inueniri *Tacot-guebet*, id eſt, Lignum deſiderij, ſeu exoptatum, dictam, Populo ſimilem, ſummi candoris, ac cujus materies ob candorem, læuorem & ſplendorem ſummè expetatur ad Idola fabricanda.

Naſci in Breſilia *Lignum* naturaliter violacei coloris ſcribit adhuc Lerius. Vidimus verò Nos Potentini Breſilio Ligno ſimile Lignum cæruleo tingens.

PLANTÆ VARIÆ EXOTICÆ.

LIGNA VARIA EXOTICA.

Coca Indorvm.

Planta eſt vlnæ magnitudine, foliis Myrti, mollibus, fructu racemacim

cemariis cohærente, ac quando matureſcit rubente, maturo verò nigricante. Eam magnâ diligentiâ ſeruant atque colunt Indi, ipſam in quotidianos vſus atque oblectationes conuertentes: tantóque illis eſt in pretio, vt eam auro, argento panique præferant, imò plærique ſolius *Coca* mercimonio breui diteſcant.

Seitaragi Arabum.

Seitaragi, ſiue *Sytragi*, ſiue *Setragi*, ſiue *Sitarag*, ſiue Sitaregi, & ſimilia, vnum & idem ſignificant. Auicennâ authore, *fruſta* ſunt *Ligni* ſparua, tenuia, & *cortices* ſicut Caryophylli. *Fructus* declinat ad rubedinem & nigredinem. Ejus quatuor ſunt ſpecies, &c. An *Lepidium Dioſcoridis*, vt cum Monachis ſtatuunt nonnulli? Certè tum ex vocis *Seitaragi* multiplici variatione, tum ex Arabum Scriptorum incondita barbarie, intricata multùm eſt hujus Ligni hiſtoria.

Tauzarghent Radix Odorata.

Apallocho hanc radicem ſubiungit Scaliger, & odoris gratiâ confert. Scribit autem eam in Occidentali Mauritania prouenire, tantique & tam boni eſſe odoris, vt appenſa laquearibus ſuppleat vicem magni ſuffimenti. Nec quicquam ampliùs de ea apud quemquam legimus.

Thymiama, Styrax Rubra, Narcaphton.

Styrax rubra Officinarum ſunt corticum fragmenta craſſiuſcula, fragilia, pulli coloris, atque exſucca ferè, quæ ſola, per ſe, aut cum aliis quibuſdam, ad odores vaporantur, habentque acrem, nec iniucundum, in ſuffitu odorem. Ea cum Thymiamate & Narcaphto vnum & idem exiſtimantur.

De Narcaphto autem ſic tradit Dioſcorides: Naſcaphton, ait, quod alij Narcaphton vocant, ex India defertur. Eſt verò corticoſum quiddam Mori libro ſimile, quod iucundi odoris gratiâ ſuffitur. Sic Naſcaphton Indicum aroma vocat Paulus. Galenum vero miramur de Narcaphto nihil tradidiſſe, cùm tamen eum Dioſcoridis Libros diligenter euoluiſſe ſatis certum ſit. An *Theophraſti* Ne,to.

Lignum Anisi.

Hoc nomine accepimus, atque inter keimilia noſtra adſeruamus, *Ligni* fruſtum, vncias duas latum, odore *A*..., & quàm Saſſafras ſuauiori mixtoque materie, quæ ſolida eſt & ſubfuſca, pectines tectos maculis tranſuerſis intercipientibus. Facilè id ſindi-tur & flammæ admotum luculentam flammam præbet, ſed odorem gratum non reddit, ſicut Saſſafras. Sic inter *Ligna* ex Atlantico Orbe aducta, ſe quoddam repetiſſe, quod, quia Aniſi odorem ſpirabat, *Lignum Aniſi* nuncupatit, ſcribit Goropius.

Lignum Sembrane.

Inueniri in Malabar odorati Ligni genus Santalo albo perſimile quod tamen non ſit Santalum, ac quod ad Eryſipelata & inflammationes conferat, ſcribunt Garcias & Acoſta.

Arbor ΜΙΤΡΟΖΙΔΗΡΟΣ Scaligeri.

In Iaua maiore aiunt raram eſſe arborem, cuius medulla ferrea ſit. Exilis illa quidem, attamen ab imo ad ſummum porrecta faſtigium: atque eam fructum gerere ferro impenetrabilem. Sed parum hæc vero ſimilia.

Lignum Candidum Fungosum Cotis Vicem Præbens.

Huius Ligni è Iaua majore anno 1597. delati, fruſtum ſibi datum ſcribit Cluſius Exoticorum Lib. 1. cap 8.

Lignum Levissimum.

Ligni Leuiſſimi meminit idem Cluſius loco proximè citato. Adſeruamus verò *Nos* inter noſtra Keimilia portionem vlnaris longitudinis ac craſſioris carpi craſſitudinis.

Arbor Venerem Extinguens.

In India Peruana reperitur, materia ſpongioſa, ad cuius flammam, ſive ignem, qui accedunt, ad rem Veneream impotentes redduntur. *Monardes*.

Arbor Ambulantibus Foliis.

In Inſula Cimbulon Arborem eſſe cuius folia in terram lapſa gradiantur, ac ſi viuerent, eaque Mori foliis eſſe ſimilia, atque vtraque parte binos pedes acutos habere, mouerique & ſtatim abire, ſi quis attigerit, ſcribunt *Scaliger & Guillandinus*. Adſtruit M. Ant. Pigafetta ſe per octiduum vnum ex ejuſmodi foliis in ſcatula habuiſſe, ac cùm id tangeret, circa ſcatulam iuiſſe, nec aliâ re quàm aëre victitaſſe.

Ambulat verò, ait Scaliger, ipſa Arbor, AMBULON dicta, in Inſula *Aruchet* prouenieus, cuius è cortice fructus exit candidus, magnitudine Coriandri. Scaligerum vidiſſe dicas, tam confidenter refert, nec dicto authore?

Arbor Muscarum Splendentium: Et Alia, cuius folia ſi ſupra terram cadant, conuertuntur in Vermes.

De Arboris ſpecie legitur, quæ nullos peculiares, atque vſui aptos parat fructus: ſed noctu examine Muſcarum cingatur, quarum vnaquæque radiantem de ſe lucem ſpargit, non aliter ac ſi plurimæ candelæ circa arborem eſſent accenſæ.

Meminit verò M. *Fumes* in Hiſt. Generi. Ind. Arboris in Indiæ Inſula *Bornes* prouenientis, cuius folia, ſi cadant ſupra terram conuertuntur in Vermes.

Arbores Maximæ Altitudinis Et Crassitudinis: Cribæ.

In Corſica naſci Ligna ad miraculum vſque procera ſcribebat olim Theophraſtus, quæ hodie in ea Inſula minimè reperiri annotat Scaliger. Arborem autem in Nica agua haberi, altitudine Abietes & Pinos altiſſimas longè excedentem, tantæque craſſitudinis, vt eam quindecim ſedecimúe homines circumplecti nequeant, tradunt Indicarum rerum Scriptores, qui CEIBAM vocari addunt: idque non immeritò, ſolo fœcundo, cæli roborij, & Arboris ipſius naturæ adſcribunt. Fidem verò propemodum excedit quod canit Virgilius [quem ſecuti Valerius Flaccus & Plinius] Georg. 2. Oceano ſcilicet propiorem Indiam lucos habere

. . . . . . *vbi aëra vincere ſummum*
Arboris haud vlla ſactæ potuere ſagittæ.

Baxana, Aliæque Arbores Venenatæ.

Arborem ſcribit P. Martyr in Indiis haberi, cuius ſi *folia* nudum corpus tetigerint, vlbices eleuent ingentes: ac cuius etiam *Lignum* olfactu mortiferum ſit, nec à quoquam ſine vitæ periculo portari poſſit. Habetur & illic *Baxana* dicta, cuius fructus, vel minimùm deguſtatus, mox ſuffocat: ac cuius vmbra id etiam præſtat, ſi quis vel quadrantem horæ ſub ea moretur.

Abelicea, ſiue Santalus Adulterina.

Arbor hæc magna eſt, multiſque ramis prædita, aſpectu pulchra. *Folia* Alaterni, profundè ſerrata: fructus magnitudine Piperis, rotundus, ex viridi niger: *materies* vero Ligni dura, & paululum odorata. Prouenit in Inſulæ Cretæ montium iugis celſiſſimis nec alibi: *Pſeudo Santalum Creticam* appellauit *Bellonius*.

Arbores Fariniferæ.



Arborum fariniferarum meminere Ferd Lopes, Ant. Pigafetta, Paulus Venetus, & alij: atque ex earum materie in pulverem redactâ, & aquâ adſperſâ, panes fieri tradunt, ex quibus Sylveſtres & tenuis fortunæ Americani victitant. Sic arboreæ cujuſdam plantæ meminit in Exoticis Plinius, in cuius medit ullio Natura farinam producat, quæ in panes efformetur & coquatur. Atque eiuſmodi Panum bina fragmenta, qualia *Nos* hic pingimus, Icon exhibet.

APHYLLON INDICVM, ANGELINA, ET CANOARVM, ſive Indicarum nauicularum, Arbores.

Indi alueis ex ſingulis Arboribus cauatis nauigant, CANOAS vocant. Dantur enim tantæ craſſitiei Arbores, vt, ſine vllis commiſſuris, ex iis nauigia confici poſſint, imò tantæ capacitatis, vt quinquaginta nonnunquam homines ferant.
Ex magnarum eiuſmodi Arborum corticibus Nauiculas ita amplas fieri, vt triginta homines facilè capiant, ſcribit Ouiedus.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI QVINTÆ ADDENDA.

Ad Titulum MYRTVS,

Mantiſſa.

PSEVDO-MYRTVS BELLONII.



In Ciliciæ planitie, in qua fuit conflictus Alexandri & Darij, loco ſterili & petroſo, à ſe obſeruatam & repertam tradit Bellonius arbuſculam fruticoſam, alibi non viſam, Myrto multùm ſimilem: quam, cùm non aliud occurreret nomen, PSEVDO-MYRTVM inſcripſimus. An ea *Myrti ſpecies* cuius *Nos Iconem* hic damus?

Ad Titulum MYRTVS,

Mantiſſa alia.

AVACARI, FACIE MYRTI.



In Maluarica Indiæ prouincia puſilla habetur Arbor, quæ *folijs, floribus* & *fructu* Myrto perſimilis eſt, ac cuius fructus eiuſdem etiam eſt cum Myrto ſaporis, multò tamen adſtringentior. Naſcitur in montibus, & Trifolium odore refert. *Auacari* nominant Incolæ. Nos pro ea Myrti *Iconem* hic ponimus boni Guarinianos noſtrâs repertam, quæ Tarentinæ Myrti videtur *Icon*. Geminam autem quoad fructum eſſe Myrtum, vnico Verſu dixit his verbis Ouidius.

Myrtea ſylua ſubeſt bicoloribus obſita baccis.

Ad Titulum MOLLE.

Mantiſſa.

Inter eximias exoticæ huius arboris dotes recenſetur, corticis *eius decocto* crurum dolores & Inflationes ſummâ cum vtilitate foueri: *Gummi eius* lacte diſſolutum, caliginem oculorum abſtergere, ac catharticam vim habere: *ramulos* gingiuis ac dentibus eſſe perutiles, eorumque puluere fricatos dentes ſtabiliri, ac gingiuas abſcedentes ſanari: *liquorem* ex fructu expreſſum in laneam veſtem fuſum, ſimplicique ablutione Aquæ lotum, notam non relinquere: atque, quod præcipuum, eundem *fructum* in aqua coctum, ſolâ coquendi diuerſitate, *Mel*, *Vinum* & *Acetum* facere.

Ad Titulum SAMBVCVS,

Mantiſſa.

Sambuci, veteris præſertim, radicibus adnaſcuntur *Fungi* quidam incani, quos GVMMI vocat Dodonæus, Lobelius verò cum Pena excrementum corticoſum coriaceumúe, quod, quia cartilagineo plexu hominis auriculam æmulatur, IVDÆ AVRES nuncupant nonnulli. Adſtringendi autem & reſiccandi vim obtinet, atque anginis, oriſque, tonſillarum, & columellæ malis, ſi in aqua maceretur coqu aturúe, colluta, certiſſimo experimento, vtiliſſimum eſt.

Ad Titulum EBVLVS, SAMBVCVS HERBACEA,

Mantiſſa.



Iniquè fert Curtius Ebulum à Plinio & aliis quibuſdam. *Sambuci* 2. generi ſtatui: Séque ſcribit inter Frutices, quòd Herba ſit, ne numeraturum quidem. Age verò ſit Herba, at ideò non negabis, opinamur, & facie & viribus eſſe ſimillimam: vt nil il in eo peccatum ſit, ſi, vel *Sambucum* 2. cum Plinio, vel *Sambucum humilem* cum Dioſcoride, vel Sambucum Herbaceum, noſtro titulo vocitemus. Iconem ex Fuchſianis hic tradimus.

Ad Titulum RHVS SIVE SVMACH,

Mantiſſa.

Cæſalpinum & alios miramur ſeparaſſe Theophraſti *Rhum* à Dioſcoridis ῥοῦ ſiue ῥοῦς. At maiori adhuc errore Rhoen cum Lantana confundit Ruellius, *Viurnum* appellans, ac flexu ionictum dicens. Magnuſque adhuc Loniceri, & reliquorum qui Rhois plura genera faciunt, lapſus. Etſi enim, vt ſcitè annotat Matthiolus, plura Rhois nomina & genera explicaſſe videatur Galenus, vt qui id modò *Syriacum*, modò *Ponticum*, modò *obſoniorum* ſiue *Mageiricum*, modò Coriarium ſiue *Byrſodepſicum*, & modò *Rubrum*, appellat: non tamen propterea cenſendum Rhois arbores genere vel ſpecie inter ſe differre: *Rhus* enim *obſoniorum* nihil aliud eſt quàm fructus vel ſemen quo vtebantur olim Coqui, obſoniis pro Sale adſpergentes: *Rhus Coriariorum* nihil aliud quàm folia & fruticis ramuſculi: *Rhus rubens* nihil aliud quàm ſemen immaturum, cui maior adſtringendi facultas ineſt quàm maturo, cuius acini nigricant. Ac tandem *Rhus Syriacum Ponticumve* ab Iberico vel Italico nihil genere diſtant, ſed differentiæ ſolùm ſunt à loco natali deſumptæ.

Ad Titulum ALNVS NIGRA BACCIFERA

Mantiſſa.

Arbuſcula eſt quæ complures à radicibus rectas edit *virgas*, ſex vel octo cubitos, plùs minùs, altas, pollicaris craſſitudinis, in ramulos nonnullos diuiſas: *cortice*, exteriore quidem, fuſco, ſed glaucis maculis aſperſo: interiore verò croceo tingente. *Ligni materia* candida eſt & fragilis, medio tenus rubeſcente quadam medullà farcta. *Folia* per ramos ex oblongo rotunda, in obtuſum mucronem deſinentia, atro virore nitida, neruoſa: ex quorum alis *floſculi* coaceruati, ſinguli ſingulis pediculis nixi, parui, ex pallido lutei: *baccis* ſuccedentibus, primùm virentibus, deinde rubris, in quibus *grana* bina compreſſa, nucleum continentia. *Radix* per ſumma cæſpitum vagatur.

Fallitur verò Matthiolus, qui flores albos dicit: fallitur que etiam Thalius, in Maiorem & Pumilam diſtinguens: cùm id tantùm ex bonitate ariditateue loci fiat.

Ad Titulum RVSCVS: OXYMYRSINE.

Mantiſſa.



Vehementer errat Plinius Ruſcum cum Myrto confundens, atque etiam cùm Oxymyrſines & Olei Myrtei eandem naturam eſſe tradit, quaſi aperientium & diureticorum eadem ſit virtus & efficacia quæ cohibentium & adſtringentium.

Sic Ryffium & Lonicerum hanc plantam nunquam vidiſſe ex eorum Iconibus colligere eſt, adeò illæ ineptæ ſunt. Sic, vt rectè notat Turnerus, Ruſcum etiam malè pingit Matthiolus. Sed minimè etiam abſque cenſuræ nota relinquendus ipſe Turnerus, qui pro *Sabina Myrtum* pingit. Cordum verò, diligentem alioqui Botanicum, miramur dicere *Ruſcum in Germania non naſci*, cùm Tiguri plantauerit Geſnerus, Norimbergæ Camerarius, atque alibi Tragus & alij. Vidimus certè *Nos* Francofurti ad Mœnum pulchras Ruſci plantas, quas Clariſſi. Vir, Dominus Doct. Gulielmus Erneſtus Scheffetus, celeberrimis hujus æui Medicis meritò annumerandus, cùm apud ipſum degeremus, in horto penſili alebat.

In Italiis paſſim ipſum fruticem in ſcopas concinnari vidimus: vnde etiam *Scopam* & *Scopam regiam* vocarunt tam Marcellus Empiricus quàm Hadrianus Iunius, & Belgicè *Keer beſſen*. Ero de verò eius, de induſtria, carnibus, caſeis, & cæteris eiuſmodi, circumligatâ, glires, mures ac veſpertiliones arcent: vnde illi *Pungiſlops* inditum nomen.

Spinoſam vocarunt aliqui, ſed perperàm, meliùs *horridam* & vertice cuſpidatam Virgilius. Icon quam hic proponimus eſt ex Fuchſianis.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI SEXTÆ ADDENDA.

Ad Titulum OLEA,

Mantiſſa.

Oleæ honorem, vt inquit Plinius, Romana Maieſtas magnum tribuit, Turmas Equitum Idibus Iuliis ex ea coronando nec non minoribus Triumphis ouantes. Athenæ quoque Victores, atque etiam Duces ad bellum profecturos. Sic fuit ea *Victoriæ* ſignum.

Fuit item *miſericordiæ & veniæ Symbolum*, vnde ἐλαίας ab ἐλέους deriuari volunt, & qui olim veniam poſcebant Oleam manibus geſtabant. Fuit verò præcipuè *Pacis Symbolum*: vnde etiam Columba poſt commune omnium animantium naufragium, à Noà ex Arcæ ergaſtulo tertiò emiſſa, roſtro Oleæ ramum retulit; Generi videlicet humano à Deo O. M. pacem redditam ſignificare volens.

Sunt qui Arborem *Oleam* vocare voluerunt, *Oliuam* fructum, *Oleum* verò eius liquorem: ſed ea differentia parum obſeruationis apud Claſſicos Authores reliquit.

Tanta autem Oleæ cum Myrto ſυμπάθεια, quanta cum Quercu ἀντιπάθεια. *Fructum* quod attinet, Oliuæ, vt annotat Plinius conſtant *Nucleo*, *Oleo*, *Carne* & *Amurca*, quæ earum eſt ſanies amara. Sunt quædam quarum Caro abſcedit ab oſſe cùm ſanguntur virides, *Colymbades* dictæ, quæ conditæ gratiſſimæ ſunt. Omnes verò cùm nigreſcere incipiunt δρυπεπεῖς vocant Græci, *Drupas* Latini. Eſtque ea optima ad decerpendum ætas, quoniam maturiores pinguiori quidem ſucco conſtant, ſed minùs grato: immaturiores autem Oleum reddunt præſtantiſſimum, *Omphacinum* dictum, ſed exiguum.

Cœlum amat Olea calidum, ſolum verò campeſtre Meridiem ſpectans & argillaceum: vnde in Italia, Hiſpania, Gallo-Prouincia & Gallia Narbonenſi, Oleâ nihil frequentius. In Septentrionalibus plagis in hortis nonnullis colitur, ſed Hyeme reponenda, Iunio menſe magna ex parte florent omnes Oleæ: baccæ Nouembri aut Decembri decerpuntur.

Folia, flores & germina vehementer adſtringunt, & frigidæ ſunt naturæ. *Fructus* verò ſi ad vnguem maturuit, moderatè calidus eſt: Sin immaturus eſt, magis tum adſtringit tum refrigerat.

AMVRCA expreſſæ Oleæ fæx eſt & craſſamentum, cujus color *Oliuam* cogit nigreſcere, & ſapor eam amaram reddit. Ideoque incipiente nigritiâ Oliuæ minimum Amurcæ, ante eam nihil. Errorque hominum eſt, vt annotat Plinius existimantium maturitatis initium quod eſt vitio proximum. Ad varia eſt vtilis: ſpeciatim verò ouium & iumentorum ſcabiei, ocremionibus, fiſtulis; arthritidi, oris vlceribus, aliiſque variis, debito modo præparata & applicata, vtilis eſt.

OLEÆ VISCVM, quod rarum admodum, obſeruauit Cluſius Hiſpali, quod baccas non ferebat albas, qualis in aliis arboribus natum, ſed ex rubro purpuraſcentes.

Oliuarum liquor OLEVM eſt, cujus tres potiſſimùm differentia. *Primum* omnium laudatiſſimum [illegible] Græcis, prima prælia vnda, & quaſi ſpontanea, *Olei flos*, Gleucinum, hoc eſt, Muſtum expreſſum antequam Oliuæ colerentur, Gallis *Huile vierge*. *Secundum* Iteratiuum, quod eſt ſecundæ preſſuræ. *Tertium* Tertiatiuum, quod eſt tertiæ, eſtque pesſimum. Illud medio modo ſe habet *Oſtium* vel *Hoſti* Varroni & Catoni dicebatur, quod ex vtroque facto Olei reficiebatur. Quod ex immaturis baccis fit ὀμφάκινον vel ὀμφάκιον dicitur Græcis, apud quos ὄμφαξ vuam acerbam, needum maturam, omneſque omnium plantarum acerbos, crudos, & immaturos fructus denotat: Idque valde apud Authores, tum Græcos tum Latinos, commendatur. Quod verò ex acerbiſſima fiebat bacca, id ὠμοτριβὲς vocabant, Latini *acerbum*, *Æſtiuum* & *viride*.

Fit & ex Oleæ ſurculis Oleum: ac Sicyonij etiam meminêre Veteres, quod in Sicyone, Achaiæ vrbe, peculiari modo præparabatur

Olei Atilitatem hic perſequi nec volumus nec poſſumus: iuſto ad id, vel Galeni exemplo, opus eſſet volumine. Ex Plinio paucis multa dicemus. *Duo*, inquit, *ſunt Liquores humanis corporibus gratiſſimi, intùs Vini, forìs Olei. Arborum è genere ambo præcipui, ſed Olei neceſſarius.* Conſulat Lector Hiſtoriam noſtram magnam.

Elaomeli Liquor eſt Oleo craſſior, & dulcis ſaporis, quem in Palmyreno Syriæ tractu ex Olearum quarumdam caudicibus prouenire ſcribunt Dioſcorides & Plinius. Mannam eſſe exiſtimarunt Hermolaus, Ruellius & alii: Palmæ Indicæ nuciferæ liquorem alij. Sed falluntur & hi & illi, atque etiam Cornarius, Lonicerus, Ryffius, Amatus, cæterique omnes qui hodie penitus incognitum credunt: conſulant Penam & Lobelium, qui Lunellæ & Monſpelij, à ſe & aliis obſeruatum tradunt.

Ad Titulum Oleaster,

Mantiſſa.

Oleae quaſdam Æthyopicas dictas Lachrymam vim Medicam habentem fundere ſcribit Strabo Geographiæ Lib. 16. Dioſcorides verò eam Scammonio eſſe quodammodò ſimilem, fuluam atque mordacem, Stillisque conſtare exilibus: *Oleam* autem *Æthyopicam* appellari etiam *Oleam ſylueſtrem*. De eadem Lachryma tradens Hermolaus, eam in pretio eſſe ait: & tamen neſcit quid ſit. Sic Oleaſtri in Æthyopia naſcentis Lachrymam hodie incognitam fatetur quoque Cordus: quoſdam addens exiſtimare eſſe *Gummi oleæ*, ſeque id neque negare neque aſſerere. Non itaque parum certam eius in Græcis & Latinis demirabitur vllus hiſtoriam, quam minimè aliter quàm ab extremo Orbi, & ab incoctis calore Solis Gentibus, didiciſſe liceat.

Oleam ſi quis in Viti inſerat, non ſolùm *Vuas*, ſed Oliuas quoque, parere ſcribit Florentinus in Georg. Taleſque arbores in Lybia naſci prodit, & patriâ regionis voce *Voolima* vocari. A promiſcua autem parentum conditione Elæostaphylos Græcis, & Latinis Olavva vel Wolea appellari poteſt.

Meminit vero Oleæ Indicæ Theophraſtus, ac eam in montoſis naſci tradit: verùm ſterilem eſſe, ac mediæ inter *Oleaſtrum* & *Oleam* naturæ. Neſcio autem quid ſcribat Plinius, ſterilem eam eſſe tradens, & Oleaſtri fructu.

Oleastri Callistephani folia reliquis Oleis formæ contrariæ producentis, ac ſupinam non pronam partem viridiorem habentis, ſolus ex Scriptoribus meminit Ariſtoteles.

Ad Titulum Zizyphvs, Ivivbæ,

Mantiſſa.

Quæ Latinis Zizyphus vel Zizypha dicitur, apud Græcos ζίζυφον, ζίζυφα, ζιζυφα & ζίζυφον appellatur: tot enim modis hoc vocabulum ſcriptum Inuenimus.

Vulgò cognitas Zizyphorum vires in Claſſibus diximus. At præcellentiorem multò iis tribuit Pallas poëta Græcus, aſſerens ſe, cùm Quartanâ laboraret, & Zizypha inſpexiſſet, ſubitò conualuiſſe. Miram certè Zizyphorum vim, ſi iis & eo modo, Quartanæ cura adſcribenda? Non tacendum tamen hic, notante Curtio, in quibuſdam Exemplaribus pro ζίζυφα legendum σήσαμα, cuius vocis explicationem ne ex Tripode quidem petas.

Ad Titulum Lacca,

Mantiſſa.

Laccam eſſe Dioſcoridis *Cancamum* exiſtimarunt Auicennas, Serapio & reliqui Arabes, vnde illis minimè, vt nec vlli Græcorum cognitam fuiſſe, non inſubidè concludit Garcias. Errantque etiam Monachi, neminem ſe in Europa veram Laccam vidiſſe tradentes: ſiquidem veriſſimum ſit, veram eam eſſe Laccam quâ in officinis vtimur. Adulteratur autem, Acoſtâ referente, Lacca, cum Reſina & Cera, fitque ſic artificialis Lacca. Cæterùm modum abluendi & præparandi Laccam, qui paſſim à Scriptoribus traditur, admodum abſurdum eſſe ſcribit Cordus, alium docens. Nos vtrumque peritorum examini relinquimus.

Ad Titulum Oxyacantha, Pyracantha,

Mantiſſa.

Geſnerus *Spinam albam*, *Spinam appendicem* & *Oxyacantham*, vnum & idem eſſe putat, ſed fallitur, cùm Plinij *Spina appendix* baccas acidas habeat. Spinam vallarem & Spinam ſepicularem, quæ Serapionis ſit *Amyrberis*, à quibuſdam dici tradit Dodonæus in Hiſt. Gall. Minimè verò *Nobis* placet apud Penam & Lobelium ſubauſteras dici baccas: rectiuſq; noſtro iudicio, gluſtinoſas facit Cordus, dulces verò Dodonæus & Anguillara: nam vterque ſapor non obſcurè in iis percipitur, dummodò ſint maturæ.

Ad Titulum Vva Crispa,

Mantiſſa.



Groſſula, *Groſſularis* & *Groſſularia* dicitur à dura membrana vel cuticula, quâ obducuntur acini, qui manducati crepant inſtar membranę quę diſrumpitur. *Vua criſpa* verò, *criſpina* vel *creſpina*, ab incontis, ac fere in circulum verſis eius foliis: Sunt qui *Vuam marinam* & *Vuam intortam* vocent.

Vult autem Dioſcorides eam ſepious apponi, non tantùm vt eaſdem muniat, atque ſic alienorum ingreſſum prohibeat verùm etiam vt veneficia ab hortis propulſet, quod etiam excidit Fuchſio. At meliorem omniumq; optimam, noſtro iudicio, modum Veneficia, hoc eſt, Animalia noxam inferentia, ab iis arcendi, docet Tragus: ſi ſcilicet ordine multos Groſſulariæ frutices ponas: ita enim ſepem efficies perpetuam & præſtantiſſimam, quam nulla poterunt animalia, ac ne mures quidem, commodè penetrare: & ſic horti ab illis tuti reddentur. *Figura* hæc eſt ex Fuchſianis, meliorem in Claſſibus dedimus.

Ad Titulum Berberis,

Mantiſſa.



Inter eos qui *Oxyacantha* vocem cum *Oxyacantho* confundunt ſunt præſertim Cordus, Syluius & Tabernamontanus, qui Vulgi opinionem ſecuti. Vtriuſque tamen conſideratio diuerſas omninò eſſe ſatis oſtendit. Eſtque præſertim in fructu tanta diſcrepantia, vt ne ſimilitudini quidem vllæ relictus videatur locus. Cum Dodonæo itaque, Geſnero & Camerario cenſemus aliam eſſe eam ſpinam quæ à Dioſcoride ſub Oxyacanthæ nomine deſcribitur, ab ea quam ſub eodem, ac ſub Berberis appellatione, Galenus & Arabes deſcribunt: concludimuſque *Oxyacantham* à Dioſcoride deſcriptam, eſſe *Pyracantham*: *veram* autem *Oxyacantham*, de qua Galenus ſcribit, ac quam Oxyacantham vocat, *Berberim* eſſe.

Flauus porrò Berberis cortex, authore Camerario, pulueratus auxilio eſt aphthis, ſimilibuſque faucium vlceribus: in Lixiuio verò maceratus, flauo colore tingit: *Bugiam* eum nominant Officinæ quædam. Figura, vt antè de Vua criſpa dictum, ex Fuchſianis eſt, melioremque *Nos* in Claſſibus dedimus.

Zaccon Hiericvntea.

Arbor eſt ſpinoſa, magnitudine Mali aurantiæ, cum pauciſſimis foliis, Oleæ ſimilibus. *Flores* illi albi, *fructus* magnitudinis Prunorum, rotundi, primò virides, luteoli verò cùm maturuerint, atque in iis *oſſiculum*, vt in Pruno. Prouenit in planitie Hierecuntea. Oleum ex fructu vtile eſt affectibus frigidis. *Caſtor Durantes.*

SCIA-

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI SEPTIMÆ ADDENDA.

Ad Titulum QVERCVS.

Mantiſſa.

VT Latini *Glandis* nomine omnem fructum complexi ſunt, ſic priſci Græci quoduis arboris genus δρυὸς appellatione intellexerunt: in anguſtius verò hodie contracta δρῦς accepilo, *arborem omnem glandiferam* tantùm ſignificat, & potiſſimum *Quercum*.

Quod autem Quercui maximè honorificum, Plinius Italiam Prouinciarum totius Mundi, ſine æmula, nobiliſſimam & pulcherrimam, omnium terrarum alumnam, parentem ac dominam: ac, vt ille ait, numine Deûm electam, quæ cælum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret Imperia, ritus molliret, humanitatem homini daret, ac vna cunctarum Gentium in Orbe patria fieret: *Italiam*, inquam, *folio Querno* aſſimilauit.

EXCREMENTI cuiuſdam è QVERCV, inſtar Ledi, pullulantis, quod purget valde, meminiſſe Antiquos, ſcribit Lobelius.

Ac celebratur etiam apud Theophraſtum & Plinium Quercus ob MELLEVM ROREM, qui in eam cadit. De eo ſic tradit Curtius: Apud Nos inquit, Veris tempore, è Betulæ & Quercuum caudicibus, humor deſtillat, liquido Melle craſſior, ad quem Apes & id genus inſecta conuolant: alliciuntur etiam eius dulcedine agreſtes pueri, ſed aſſumpto nauſeâ & capitis dolore corripiuntur. Ac de eodem etiam Ecloga 4. Virgilius:

Et dura Quercus, ait, ſudabunt roſcida Mella.

Ad Titulum PHEGVS ſiue ESCVLVS.

Mantiſſa.

De hac potiſſimùm intelligendus videtur Plinius, cum ait: Glandes opes eſſe nunc quoque multarum Gentium, etiam pace gaudentium, conſtat: nec modò inopiâ frugum areſactis molitur farina, ſpiſſaturque in panis vſum: quin & hodie per Hiſpanias ſecundis menſis Glans inſeritur. Dulcior eadem in cinere toſta. Eſculi tamen Glande, vel ſub prunis coctâ, vel in aqua elixâ, cùm veſcuntur Ruſtici, capitis grauitate tentantur, & veluti inebriantur, non aliter quàm qui Lolium pani commixtum ederint.

Eſculus autem, ſi Virgilio credimus, quantùm corpore eminet tantùm radice deſcendit:

...... *quantùm vertice ad auras* [ait Georg. 2.]
Æthereas, tantùm radice ad Tartara tendit.
Ergo non Hyemes illam, non flabra, nec imbres,
Conuellunt, immota manet, multoſque per annos,
Multa Virûm voluens durando ſæcula vincit.

Glandis *Calycem* magnum hic pingimus, quem inter Keimilia noſtra adſeruamus. Similem verò pingunt *du Choul* in ſuo Libello de Quercu, Lobelius in Obſ. & Icon. atque etiam in Exoticis Cluſius.



a

Ad Titulum GALLA.

Mantiſſa.

Gallam à Dioſcoride δρυὸς fructum vocari eſt quod miremur, cùm ſit potiùs excrementum, ſicut & multa alia Quercui adnaſcentia, quæ nullus flos præcedit. Vtut tamen ſit excrementum, fructûs nihilominus ſpeciem habere non negauerimus.

Quæ Glandem ferunt, inquit Plinius, omnes & Gallam, alternisque annis Glandem, &c. Naſcitur autem Sole de Geminis exeunte, erumpens noctu ſemper vniuerſa. [Naſcitur magnâ ex parte noctu, confertim & ſubitò, *Theophraſtus.*] Duo eius genera, *Nigra* & *Candida.* Creſcit hæc vno die, ſed ab æſtu excepta marceſſit protinus, neque ad iuſtum incrementum peruenit.

Quomodo autem ex Gallis, magnis præſertim, de peſtilentibus auris, atque agrorum ſterilitate fertilitatéue: nec non etiam de leni aſperioréue Hyeme, præſagia deſumantur, ex Matthiolo & Alberto Magno oſtendit Hiſtoria noſtra magna.

Ad Titulum VISCVS & VISCVM.

Mantiſſa.

ἰξὸς dicitur Ariſtoteli, vnde Latinorum nomen manaſſe creditur: ἰξία vero Theophraſto: στελὶς Arcadibus, ac ὑφέαρ Euboicis. Aliud autem eſt ἰξία Theophraſti, & aliud ἰξὸς vel ὁ ἰξίας, quo vocabulo veneni genus ſignificatur.

Plinius tria Viſci genera facit, *Stelin*, *Hyphear* & *Viſcum*, quod præſertim & copioſiſſimum in Quercu naſcatur. Sic videtur etiam Theophraſtus *Hyphear à Viſco* apertis verbis diſtinguere. Vtrùm verò illa tria genere differant, minimè inter Scriptores conuenit. Sed cùm eandem illis naturam tribuat idem Theophraſtus, omneſque hactenus *Hyphear* & *Stelidem* ſub Viſco, tanquam genere, complexi ſint: genere etiam *Nos* cum multis doctis conuenire dicemus, ſpecieque, aut ſuæ arboris tantùm ratione, differre, donec prodeat aliquis, qui quid ſit Hyphear; quid Stelis, ac quâ in re à Viſco differant ritè doceat.

VISCI DIFFERENTIAS quod attinet, varij varias ſtatuunt: in *Marem* & Fœminam, in Sterilem & Fructiferum; in Monococcon vel polycoccon &c. diſtinguentes. Præcipua verò veraque ſola ea eſt quæ à ſpecie differentibus quibus innaſcitur arboribus, deſumitur. Sciendumque eum in longè pluribus Arborum ſpeciebus, quàm vel à Theophraſto, vel à Plinio, proditum ſit, prouenire. Ac baccas non vnius tantummodò eſſe coloris, ſed aliàs virides, aliàs pallidas, aliàs albas, ac nonnunquam etiam, vt in Syria, rubras obſeruari.

Quemadmodum autem animalia quædam nonniſi ex aliis animalibus poſſunt creari. Sic Plantæ quædam in aliis tantùm ſunt, è quibus & ſolis & ſolæ enaſcuntur. Eiuſmodi eſt *Viſcum*, qui omnis in arbore naſcitur, nec vllus in terra.

Sed de *creſcendi modo* maxima difficultas & velitatio. Theophraſtus, Plinius, omniſque Antiquitas, Viſcum naſci crediderunt ex ipſius baccarum ſemine, ex Turdorum, Palumbarum, & aliarum id genus auium aluis, poſtquàm acinorum pulpam concoxère, reiecto: eoſque, vt fit, omnis Poſteritas ſecuta. Plurimi verò cum Scaligero, ſicut cornua ex oſſibus animalium, ſic ex arboribus educi Viſcum. Rem examinent docti, Litem hic dirimere non eſt noſtri inſtituti. SVPERSTITIOSA quæ de Viſco traduntur norint Empirici & mulierculæ: veras verò eius VIRTVTES Practici & Seplaſiæ. *Iconem tradémus in fine Appendicis.*

Ad Titulos ILEX ARBOREA, PHELLODRYS.

Mantiſſa.

Phellodrin à Doribus Ariam [Agriam legunt perperam nonnulli,] noncupari ſcribit Theophraſtus. Omnia verò Suberi tribuit Plinius quæ Theophraſtus Phellodry. Nigræ Phellodryos meminit Dalechampius, quæ fortè Virgilij, Horatij & Senecæ *Ilex nigra.* Ariam autem in Creta Acilacam dici ſcribit Bellonius.

Vt autem de Ilicis viribus aliquid addamus: Quercûs ſpeciem facit Dioſcorides, ſimileſque illi efficacias tribuit. RVBENTES porrò PILVLÆ, quas præter Glandes fert, cum aceto tritæ, vulneribus & cruentis oculis, teſte Matthiolo, vtiliter imponuntur.

Ad Titulum SMILAX GLANDIFERA ARBOR.

Mantiſſa.

Duo Ilicis genera facit Plinius: atque addit ex iis in Italia folio non multùm ab Oleis diſtare Smilaces [Milaces legunt quidam] à quibuſdam Græcis dictas, & in Prouinciis *Aquifolias.* Sed ob-

ſcurum eſſe Plinium rectè notat Hermolaus: cùm ſcilicet dicit *Smilacem* vocari quæ *Ilex* nuncupetur in Italia, & in Prouinciis *Aquifolia*. At Smilacem Theophraſti cum Smilace Dioſcoridis confundit ipſe Hermolaus.

Ad Titulum Svber,

Mantiſſa.

[illegible] dicitur Græcis, non autem [illegible], vt Hadr. Iunius in ſuo Nomencl. ſcribit Theophraſto [illegible], ab altipeto & immerſabili cortice, qui tritus ylluſue dyſentericis, vteri nimiis purgationibus, ſanguiniſque ex quacunque parte rejectionibus, plurimùm confert. Eſtque Arbor cortice quàm reliquo habitu nobilior: cumque prouida Natura, haud ignara ſæpiſſimè cortice ſpoliatam iri hanc arborem, ad vſus humanos, duplicem ob id tripliceme ne fecit. Vſus externi & craſſioris anchoralibus nauium, piſcantium tragulis, & cadorum obturamentis, atque ad obtegendas domos: interioris ad depſanda coria. Sed exterioris adhuc alius, ad Hybernum ſcilicet calceatum: atque vtinam tantùm valetudinis gratiâ, & adverſus Hyemis ſæuitiam calceis interſuerentur: non autem, vt annotat Plinius, ad luxuriam magis & faſtum, proceritate emenditâ, iam libenter grandes ſumus! Nec noſtri æui id inuentum: inualuiſſe enim iam apud Priſcos eum abuſum, teſtatur Xenophon Lib. de tuenda re familiari, his verbis: [illegible]

A Suberis autem cortice varia trahuntur *Adagia*: Cùm *Subere leuior* dicitur homo inconſtans: & *tanquam Suber* [[illegible] apud Pindarum,] de iis qui aduerſis Fortunæ procellis mergi non poſſunt.

Ad Titulum Fagvs,

Mantiſſa.

Dicitur Græcis [illegible] & [illegible], atque etiam [illegible] Theophraſto, & [illegible] Heſychio. Rarus eius in Medicina vſus: Glandem tamen ferunt, ſi edatur, renum ex calculo dolores mitigare. Eſt autem Columbis, Muribus, Gliribus, Turdis, Merulis, aliiſque compluribus volatilibus, necnon & Vrſis, eſca Hyberno tempore gratiſſima. Quin & in Germaniæ multis locis, ac præſertim in Saxonia, Sues eâ ſaginantur. Sed fagineis glandibus ſaginatorum ſuum caro melior eſt, & dum coquitur magis liqueſcit. Pauperculæ Plebis cibum etiam facit Lobelius eumque gratum & dulcem Dodonæus. At caput Lolij inſtar tentare & turbare notum eſt: nec Dodonæo facilè conceſſerimus quod ait Fagineam glandem vtilem eſſe ferè ad omnia ad quæ Pinei nuclei. Oleo ex ea expreſſo pauperculam Plebem Quadrageſimali tempore, loco Butyri vti ſcribit Schvvenckfeldius. Non poſtremus autem materiei vſus, quod in tenuiſſimas flexiles laminas diſſecta enſium vaginis firmandis interſeritur. Nobilem præterea eius antiquum vſum annotat Plinius Libri 16. cap. 9. *Scribit, ait, in recenti cortice ad Duces Exploratores* &c.

Ad Titulum Castanea,

Mantiſſa.

Inter Scriptores non conuenit vtrum *Nuces* dicendæ ſint Caſtaneæ an *Glandes*, an verò *Pomorum generi* ſint adſcribendæ. Inter Glandes tamen potiùs connumerandas eſſe rectè ſtatuere videtur Marcellus. Et certè Glandis olim latius fuit nomen quàm *Nucis*. Idemque etiam decreuêre Iuris Conſulti, titulo de Glande tuendâ, *omnes arborum fructus eâ voce complexi*.

Inter *Caſtanearum* autem *dotes* veni: & illud recenſendum quod ad panificium aptiſſimæ ſunt, ſæpeque in magna annonæ caritate miſeræ Plebeculæ refugium ſunt, vt ſæpe in montibus vbi abundant obſeruatur: ac referente Lacuna, compertum etiam Romæ, anno M. D. C. Flatuoſitatis autem ſummæ cùm vulgò accuſetur, eas ab hac injuria vafro Diſticho non infeſtiuè vindicat Antonius Campanus:

. . . . . Caſtanea loquitur.

Ventoſam qui me cenſent, ventrique timendam
Falluntur: ventos pello ego, non facio.


Levcoma Frvctv Castaneæ.

Fructus eſt Indicus colore, formâ & magnitudine, noſtrati Caſtaneæ adſimilis. Arbor vaſtæ eſt magnitudinis, materiæque firmæ ac robuſtæ, cui folia Arbuti. Fructus autem edulis eſt & grati ſaporis. *Monardes.*

Arbor Finivm Regvndorvm.

Parua eſt & frequentibus *virgulis* prædita, veluti punica. *Folium* Pruni: *fructus* qualis Caſtaneæ cum erinacee. Intùs verò *Coccus* ruber quo vtuntur ad tincturas & picturas, ac quo in Tabellis pictis [cùm literas non habeant Mexicij apud quos naſcitur] ſeruant agrorum facies, ſueſq; prædiorum. Eam ob cauſam *Arbor Finium regundorum* appellata planta. *Scaliger.*


Castaneæ atqve Avellanæ specie frvctus peregrini; Castaneæ pvrgatrices.



Fructus peregrinos hic pictos Illuſtriſſimæ Wirtembergenſi Duciſſæ miſit olim Paludanus: & Nos ab ea habuimus.

Caſtanearum autem *purgantium* meminit Acoſta, in Nacaraguæ maritimis prouenire tradens, atque inde in Hiſpaniam inuehi. Fructum ait eſſe Caſtaneis haud abſimiles, ſed ſine cortice, arborique adnaſci vaſtæ, Caſtaneis ſimili, calyce læui, non echinato. Virides autem ſi edantur, aut ſuccus earum ex vino bibatur, eas purgare, minùs verò ſi toſtæ in cibum veniant, &c.

Glans Indica Magna Svbrotvnda, Balſami fructus quiſpiam.



Iuglandem magnitudine æquat cortice conſtans flaueſcente, vti Glandis Quercûs exiccatæ, læui, craſſiuſculo. Per longitudinem area inſignis, inæqualis & ſcabra, ſubcinerea excurrit, hyli imaginem præ ſe ferens. Interna facies cortice contecta eſt ruſo, tenui atque fungoſo, intercurrentibus veluti venulis, vt in interiore Caſtaneæ cortice, immediatè callum complectente. In quo ceu puluino immerſus, iacet omnem ferè cauitatem adimplens *nucleus*, figurâ rotundus, facie Glandis aut Caſtaneæ nucleo perſimilis, geminus vt in Glandibus extimâ facie ſcaber, niſi cuticulâ intectus: quà verò committitur læuis, ſubſtantia durâ, & colore Glandis nuclei, ſapore dulci, grato. Quidam *Balſami fructum* vocant, minimè tamen putamus quicquam ad Balſami genera pertinere.

Coccvs Radicvm.


Ab Arabum *Chermes* vel *Kermes* longè alia res eſt Chermeſinum (*Cramoiſi* Gall.) vel Carbliinum dictum. Illud ſiquidem ex Ilice colligitur, hoc verò ex variarum Plantarum ac Saxifragiæ, Sanguiſorbæ & Pimpinellæ præſertim, radicibus, vnde etiam quæ Cocco tincta fuere, *Coccinea* dicuntur, quæ autem in Chermes *Chermeſina*.

De Radicum Cocco ſic tradit Hermolaus in Dioſc. Ex Sanguiſorbæ, ait, radice, quibuſdam locis, vt ferunt, Vermiculus enitur, qui curatus, ſericis præcipuè tingendis purpuram facit incomparabilem. Inuentus caſu, excrementis Gallinaceorum ita coloratis, vt olim vſus purpuræ. Quidam *Carmeſinum* appellant colorem, quoniam Vermiculus hic Punicâ Linguâ *Kermes* appelletur, quemadmodum & Coccus. Poteſt & ab vrbe *Chami* quæ in Sardibus eſt, nomen accepiſſe, quòd, vt inquit Plinius,

Plinius, lanas inficere à Sardois ceptum ſit. De hoc Vermiculo nihil apud Veteres inuenias: &c. Hermolao ſubſcribunt Cardanus, Amatus, Cornarius, Lacuna, Matthiolus, Monachi & Apollo.

Coccvm Radicvm primi inſcripſimus, quòd dictarum Herbarum Lentis vel Piſi magnitudine, radicibus adhæreat. *Coccum* verò Scalecion Plinij eſſe exiſtimarunt nonnulli, quòd, ni decerptum fuerit, ocyſſimè in vermiculum vertatur. *Coccum Polonicum* ſunt qui vocent, quòd in Polonia, ac præſertim ad Ruſſiam ſpectante Podolia, potiſſimùm reperiatur.

Castanellæ Peregrinæ: Gor Arbor.



Has à Robino Britannico aliquando accepimus: magnitudinis autem variæ fuere, vt oſtendunt *Icones* diuerſæ. Cortex Spadiceus qualis in Caſtaneis noſtratibus. pulpa oleaginoſa, vt in Moſchata nuce. An *Fructus*, cuius his verbis meminit Scaliger: Ad fluuium Nigir, ait, arbor eſt cuius fructus Caſtaneæ ſimilis, ſed amarus: Gor vocant Incolæ, hi ſunt Æthiopes ſub Lybiæ ſimilitudinibus &c.

Ilex Coccigera: Coccvm: Granvm Tinctorivm:

Arabibus *Chermas, Charmes, Chermes, Kermes, Quermes* vel *Alkermes*. Germ. Scharlachbeer. Gall. *Graiſne d'eſcarlatte, Vermillon*. Italis *Grana de Tintori*.



Iis nominibus inſignitur tum Coccum tum arbuſcula ipſum ferens. Obſcurus verò fuit in tradenda Ilicis hiſtoria Theophraſtus: meritoque dubij hactenus docti virum illi notum fuerit diſcrimen inter *Ilicem arboream* & *Ilicem coccigeram*. Nec placet iis quod ſcribit Dioſcorides, Coccum in Quercubus [ἐν ταῖς δρύεσι μᾶλλον ἐν ταῖς πρίνοις] naſci: nec etiam quod, de Cocci delectu agens, optimum gigni dicit in Galatia & Armenia, deinde in Aſia & Cilicia, locumque poſtremum obtinere quod in Hiſpania prouenit. Præter Matthiolum enim Coccum in Quercu nullus obſeruauit: ac deinde Hiſpanicum Coccum excellentiſſimum eſſe, atq; cum Galathico Armeniacoùe non immeritò comparari poſſe ſatis ſuperque conſtat, & præter Lacunam, Hiſpanum videtur etiam aſſerere Plinius, dicens: *Omnes Quercus dotes Ilex ſolo prouocat Cocco, circa Emeritam Luſitaniæ in maxima laude eſt, &c.*

Multùm autem *Coccigera Ilex* aliis Ilicibus magnitudine cedit, vt quæ non temerè *ſtolones* duobus cubitis altiores proferat. cuiqua non admodum craſſos: *folia* Aquifoliæ proxima, minora, muricata, vtinque, glabra, verùm non ita hilari virore prædita. *Flores* vel potiùs *Iulos* copioſè fert, muſcoſos. Glandem verò maximam [quod in pumila arbuſcula miteris] etiamque ilignâ alterâ maiorem, calyce aſperiore. *At* præter illa omnia, *triplex ea excrementum* in ea obſeruatur. *Vnum* Majo & Aprili apparet, quod nihil aliud eſt quàm Grana in foliis rubra, partim rotunda, partim oblonga, ex ipſa foliorum ſubſtantia nata, Piſi æqualia, ſubſtantiâ intus albâ, guſtu nonnihil acido & grato: in quorum nonnullis *Vermiculus* naſcitur. *Alterum* Excrementi genus, huic cum Ilice maiori commune, Maio menſe apparens, ramis adhæreſcit, ſed ſatis leuiter, copioſum, rotundum nigrum, leui nitidaque ſuperficie, ſatis durum, intùs liquore albido plenum, cui *Vermiculi* innatant, tandemque inareſcens: circa quod ferment ſæpe Formicarum operæ.

Tertium denique eodem cum iam dicto tempore conſpicitur in foliis, reliquis notius & celebrarius, Coccvm pura Infectorivm. Grana autem ſunt rubra, ſaltem puluiſculo albo, quo reſperguntur, abſterſo, liquore ſanguineo plena, cum concoloribus Vermiculis, huic ſolæ pumilæ Ilici propria.

Creſcit hæc Ilex, authore Cluſio, in multis Hiſpaniæ locis, atque etiam in Narbonenſi Gallia & Prouincia [vbi & ipſi multoties vidimus & legimus.] Nec dubium quin & in plurimis aliis locis proueniat: ſed non vbique Coccum gerit. Nam in iis ſolùm regionibus quæ mediterraneo Mari vicinæ ſunt, & magno Solis ardore torrentur vulgò habetur. Sed neque iſtic perpetuò fert: cùm enim Frutex adeò adoleuit, vt Glandem alere incipiat, Coccum non gignit: ideóque ſolent Incolæ quadriennes aut adultiores frutices vrere, vt proximo anno nouelli reſurgant, qui deinde ſingulis annis ſubſequentibus Coccum ramulis inhærentem, inſtar exiguorum Piſorum, coloris cinerei gignunt. Hunc Pueri & Mulierculæ colligere ſolent, & Mercatoribus vendunt, qui, magnâ ejus copiâ coactâ, ritéque præparatâ, in Emporia mittunt. Obſeruatumque ait Quinqueranus, vno anno, ex Campo lapideo in Arelatenſi agro, prouentum Cocci, vndecim aureorum millibus æſtimatum. Perelegans certè & viſendum naturæ opus, mirumque tanti vendere & tanti fieri, tam illæ Ilicis excrementum. Ilicis, inquam, quæ à cæteris Ilicibus, exilitate tantùm, & horridiore aſpectu, fermè differat.

Colligendi modum & tempus, ac præparandi rationem, ex eodem Quinquerano & aliis in *Hiſtoria noſtra magna* recenſemus. Coccigeræ autem Ilicis arbuſculas circa Monſpelium euulſas, atque Montbelgardum delatas, Nos ibi in S. P. horto plantauimus, quæ quidem, Hyeme repoſitæ, per multos annos durarunt. Sed nec *Flores*, nec *Glandes*, nec *Coccos* protulerunt.

Vſum quod attinet, Coccum baphicum ſcribit Dioſcorides vim habere aſtringentem, ad abortum verò & alios affectus plurimos, commendant, tum ex Antiquis tum ex Recentioribus plurimi. Nihil porrò, vel Plinio teſte, *Cocco* in magna fortuna honeſtius, eoque intincto *panno Scarlatino* dicto, vt note quo Reges quondam à priuatis, nunc Nobilitas à Plebe diſcernitur.

Cæterùm Græcorum *Granum tinctorum* ab Arabum *Chermes* minimè diuerſum eſſe, quicquid in contrarium adferant Monachi, Nos cum Matthiolo, Lacunâ, Amato, Anguillarâ, Loniceto, Cluſio, Dodonæo, Appolline, Hiſtoria Lugdunenſi, & aliis pleriſque, concludimus. Nec ſine fundamento, cùm præſertim de *Chermes* agens Serapio, ea omnia in ejus hiſtoria referat, quæ Dioſcorides ſuo *Cocco* tribuit.

Aqvifolivm ſiue Agrifolivm: Germ. Stechpalmen/Stechbaum: Gall. *Hous. Houſſon*: Allobrogibus *Aricle*: Italis, *Agrifolio*.



Nonnunquam in juſtam arboris magnitudinem excreſcit: Sæpiuſculè verò ita pumilum remanet, vt ad frutices referri poſſit: perpetuâ autem fronde viret. *Caudex & rami* lenti, flexiles, læues, cortice duplici muniti, exteriore quidem viridi, interiore verò pallido, fœtoris & ſaporis ingrati. *Folia* ſatis magna, denſa, ſinuata, longis & rigidis in ambitu ſpinis horrentia, colore ex viridi ſplendente, ſaporeque non ita ingrato, vt in cortice. Flores pulchri, parui, chlori, quaternis foliolis, totidemq; apicibus, conſtantes, conferti, vt in Lauro, breuibus pediculis appenſi. Quibus ſuccedunt Baccæ paruæ, rotundæ, rubræ, vmbilicatæ, guſtu ſubdulces, ſemina quaterna, oblonga, triquetra, ſtriata continentes.

Gaudet hæc Arbor locis incultis, vmbroſis, ſyluoſis ac deſertis, quapropter eâ; lætæq; ſyluæ tam Galliæ quàm Germaniæ ſcatent: In montibus Sabaudicis & Burgundicis totiuſq; Helnetiæ reperitur: perfrequés verò in Lothaingiæ ſylua Thermis Plumatib' vicina. Ea

Antuerpienſis Ordinis Franciſcani Monachi, excultiſſimum ſuum hortum, referente Amato, ſepiunt. Montbelgardenſem etiam noſtrâ curâ perpetuo ſuo virore ornat.

Vere cœpturo germinat, floret Iunio, fructum maturat Autumno, qui ſubinde per Hyemem arbori adhæret. Euenit porrò huic Arbori quod Ilici: mirè ludit in foliorum naturâ. Videas enim quæ nullas omninò ſpinas, alia quæ vix vnam aut alteram, atque alia quæ plures: plurima verò quæ tota in ambitu rigidiſſimis ſpinis obuallata, à quibus fortè arcentur aviculæ, & ſic diutiùs arbori adhærent baccæ. Seneſcente arbore folia nullos vel paucos aculeos habere ſcribunt Dodonæus & Cæſalpinus.

Radicum decocto ſpuentur aniculi: foliorum puluere poto ſanantur pleuritides: iiſdemque præſeruantur à muribus ſuſpenſæ carnes ſalſæ. E' folioſis virgis parantur ſcopæ ad verrendas [illegible]. Baccæ aviculis in alimentum cedunt: fitque ex Radici[illegible] Viſcum ad aucupia.

Aquifolium porrò dicitur quaſi *Acutifolium*, nihil enim [illegible] cum aqua: Græcis ἀγρ[illegible], non ὕδωρ, vt nonnulli putarunt. [illegible] verò cælo errauère qui Paliurum eſſe ſtatuerunt, Matthiolus, Amatus, Guillandinus, Geſnerus, Lacuna & alij. Fuchſius & Gozoplus Ilicem vocitarunt, ſed magno lapſu: nec meliùs Ruſc[illegible] comparauit Harchius in Enchir. quæ enim ſimilitudo? Bos Aſino ſimilior. Cæcutiunt iidem qui Agrifolium *Lotum*, *Phelyreum* *Theophraſti*, *Laurum Tinum*, *Bryoniam*, vel *Paſtinacam ſylu[eſtrem]* eſſe ſcribunt. *Superſtitioſa* quæ de hac arbore traduntur ſtudio prætermittimus.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI OCTAVÆ ADDENDA.

Ad Titulum Tilia.

Mantiſſa.

INter Tiliæ vtilitates meritò reponendum quod de Cineſia Poëta Græco perhibetur: eum ſcilicet, cùm eſſet pergracilis, Tiliaceis aſſeribus corpori circumdatis imbecillitatem ſuam fulciuiſſe, ac quod de Antonino Pio ſcribit Capitolinus, eum nimirum, cùm longus eſſet admodum, atq; incuruaretur, Tiliaceis Tabulis, pectori cum faſciis aptatis, vſum.

Vmbræ verò eiuſdem Arboris Æſtatis tempore delicias, paucis exprimit triens Verſus:

Folia ſub Tilia ducit ſubtilia fila.

Ad Titulum Vlmus,

Mantiſſa.

Tria in Vlmo potiſſimùm obſeruanda. I. Flores, vtriculos ſemina continentes, atque ipſa ſemina, quæ tenera, parua, plana & candida ſunt, ante folia produci. II. Folia, per quorum mediam longitudinem rectus, & a tergo magis conſpicuus, tranſit neruus, alterâ parte longiora eſſe: eademque poſt Solſtitium Æſtiuum conuerti, ac eo indicio Ruſticos id tranſactum eſſe cognoſcere. III. Foliis quotannis ferè adnaſci folliculos cauos, tuberoſos, ſubrotundos & diuerſarum figurarum, in quibus glutinoſus liquor oritur, ex quo deinde Vermiculi exigui gignuntur, qui in minutos culicellos transfigurantur. Ob id Arborem Cimicum [Culicum legit Scaliger] vocauere Arabes. *Samara* vel *Samera* dictum fuit Latinis, huius arboris ſemen, atque etiam Amata, vt ex ſuo Columella habet Hermolaus. *Marita* verò nuncupabatur Vlmus, cum qua Vitis, vt norunt Geoponici, maritatur.

Ad Titulum Fagus Sepium,

Mantiſſa.

Oſtryn, quæ noſtra eſt Sepium Fagus, Infauſtam olim exiſtimatam fuiſſe, vt quæ in domos illata acerbas mortes inferat, & partus vbicunque fuerit difficiles reddat, ſcripſère Theophraſtus & Plinius. Sed hæc ſuperſtitioſæ Antiquitati relinquenda.

Ad Titulum Betula,

Mantiſſa.

Ruellium miramur ſcribere Betulæ in Medicina nullum vſum eſſe, ſed baculis tantùm & ſcopis naſci. Ac multò magis Dodonæum in ſua Hiſtoria Latina, de Medico vſu Betulæ nihil tum apud Veteres tum apud Recentiores extare, ſcribere auſum. Magnus certè apud eum memoriæ lapſus, vel paucos admodum Botanicæ rei Scriptores legerat.

Ex trunci medij ſubſtantia Fungos flauos Rhabarbaro ſimiles aliquando naſci obſeruauit Schvvenckfeldius, eoſque adſtrictoriâ vi pollère, & ad ſanguinis fluxus compeſcendos vtiles eſſe perhibet. Coletus verò Aquam è trunco vulnerato menſe Martio, creſcente Lunâ effluentem, calculum è veſica & renibus pellere, faciemque, ſi eâ abluatur, pulchram ac gratioſam reddere, & omnes in ea maculas abluere. *Plura non capiunt huius loci anguſtiæ.*

Ad Titulum Alnus,

Mantiſſa.

Non poteſt *Alnus* extra terram multùm durare, ſed in humore obruta permanet ad diuturnitatem, &, vt annotauit Matthiolus, pertingentes fert moles: vnde, ad facienda palatia & ædificiorum fundamenta, magnis ſumptibus è longinquis locis accerſitur. Nec contenta hominum ſolertia iſtud ſciſſe, niſi ipſa ad imitationem Naturæ, artificio quodam, lapidem ex Alno generare, vel illam in hunc tranſmutare tentaret. Imponitur lignum quantæ vis magnitudinis in labra illa ænea, in quibus Lupulus coquitur ad Cereuiſiam. Cùmque percoctus abundè lupulus eſt, eximitur idem lignum, & arenâ vel glareâ in ipſis Cellariis obruitur ad triennium. Inde exemptum duratum in lapidem apparet, è quo potiſſimùm *Cotes* fiunt, quibus ad ferramenta acuenda Mechanici vtuntur. *Geſnerus ex Kentmanno.*

Ad Titulum Platanus,

Mantiſſa.

Rara eſt in noſtro Orbe arbor, *materie* ſatis robuſtâ, *foliis* Aceris maioris, ſed latioribus profundiuſque diſſectis, ac Anſerinum pedem efformantibus. Longis autem *pediculis è tuberculis* prodeuntibus appenduntur *Pilulæ echinatæ* hirſutæ & lanuginoſæ, atque totæ ceu aculeis conſtantes. Cùm autem Autumno maturescunt eæ Pilulæ, fatiſcunt totæ, & diſſoluuntur in totidem *ſemina*, quot aculeis exaſperatæ fuerant. Suntque ea Semina parua, oblonga, flaua, aſpera, & papposâ lanugine inuoluta, è quo fit vt confractæ Pilulæ nihil quàm papposa lanugo eſſe appareant.

Inter eas porrò Arbores quæ radices latè diffundunt meritò reponenda Platanus: cùm ex Theophraſto habeamus Athenis in Lycæo Platanum, etiam nouellam, radices trium & triginta cubitum egiſſe.

Quâ in commendatione olim fuerit fusè narrat Plinius, vſtùmque illi honorem habitum, vt vino enutriretur. *Ecquis, ait, non miretur arborem vmbræ tantùm gratiâ ex alieno petitam Orbe.* Ob vmbram fuiſſe in deliciis ex eo etiam conſtat, quod conſidens ſub Platano diſputarunt Socrates cum Phædro apud Platonem & apud Cicer. 1. de Orat. Craſſus cum Scæuola, Antonio, Cotta & Sulpitio: vnde Virgilius:

...... *miniſtrantem* dicit *Platanum potantibus vmbram*

Et Horatius Od. 11. lib 2. ..... *Cur non ſub alta*
Vel Platano, vel hac ..... *Pinu iacentes*, &c.
Potamus vncti?

Cæterùm humidæ & frigidæ eſſentiæ eſt Platanus. *Folia* mitia & impoſita oculorum fluxiones ſiſtunt, ac tum œdemata tum phlegmones leuant. Cortex in aceto coctus ad dentium dolores colluitur. Pilulæ verò virides, in vino potæ, ſerpentum morſibus auxiliantur; adipe verò exceptæ igne ambuſta ſanant.

Ad Titulum Fraxinus,

Mantiſſa.

Fraxinus *in Syluis pulcherrima* Pinus *in hortis:*
Populus *in Fluuiis*: Abies *in montibus altis.*

Sic de iis Virgilius Ecloga 7. Dictam autem *Fraxinum* volunt Grammatici à fragoſis locis in quibus naſcitur. Huius, dictam

Columella

Columellâ, & Neotericorum conſenſu; montana & ſylueſtris ſpecies eſt ORNVS, cuius ſemen *Ornoogloſſum*, & Officinis *Lingua auis* dicitur.

Fraxini contra Serpentes tanta eſt vis, ait Plinius, vt ne matutinas quidem occidentesue vmbras, quàm ſunt longiſſimæ, Serpens arboris eius attingat, adeò ipſam procul fugit. Experti prodimus: ſi fronde eâ gyro claudatur ignis & ſerpens, in ignem potiùs quàm in Fraxinum fugere Serpentem. Mira Naturæ benignitas, priùs quàm hæ prodeant florere Fraxinum, nec ante conditas folia dimittere. *Sic Paræus*. Expertus, inquit, refero, Si fronde Fraxineâ gyro claudatur, in ignem potiùs quàm in Fraxinum fugere Serpentem. At Serpentes Germanicos Fraxinum non fugere ſe expertum eſſe ſcribit Camerarius. Quibus nunc credendum? Experiundum.

Cùm porrò MANNA multis hodie in locis ſuper arboribus, ac ſpeciatim ſuper Fraxino & Orno, cadat: hic illi deberetur locus, ſed tam diuitem materiam non capiunt harum paginarum anguſtiæ: Conſulat Lector Hiſtoriam noſtram magnam. Ne tamen ſicco prorſus pede vadum hoc tranſeamus, pauca adiiciemus.

MANNA itaque, quæ MEL AERIVM & ROS AERIVS etiam dicitur, in *Orientalem* & *Calabricam* vulgò diſtinguitur.

Eſtque *Orientalis*, quæ ex Alexandria Venetias afferri ſolet, rurſus duplex: *Vna* ſcilicet granoſa, granata vel granulata, quæ optima, & abſolutè MANNA nuncupatur, atque, à Maſtichinis ſimilibus granulis, *Maſtichina*, & à præcipuo natali loco, *Syriaca*: *Alia* verò liquida, Mel referens, quam Arabes TERENIABIN vocauêre.

Calabricam quod attinet, certum eſt Mannam variis in locis, calidioribus præſertim, ex arboribus colligi. Sic notiſſima ea in Italia, at copioſior in Calabria & Apulia habetur, vnde *Calabrenſis* nomen. Colligitur verò peculiariter in *Fraxino* & *Orno*, quæ ſolæ Mannam in ſe contrahere, denſare ac cohibere valent. Eſtque *hæc* rurſus triplex: I. Manna *de folio*, quæ ſtirpium frondibus inſidet: II. Manna *trunci vel Ligni*, vel *è corpore*, quæ trunco, ligno & arborum ramis inhæret: III. Manna *terræ* dicta, in terram aut petras defluens, quæ deterior, liuens, omnis nocens, & arenulis permixta.

Prælaudatiſſima porrò omnium *Orientalis*, dummodò recens ſit: ſed cùm vnico tantùm anno in ſuis viribus perſiſtat, nec ita recens haberi poſſit, rectè, Monachorum iudicio, præfertur illi *Calabrienſis*.

Bombycinam Mannam vocant nonnulli eam quæ minimè granulata eſt, ſed floccorum Bombycis effigiem refert. Ea autem deterior eſt, minimè tranſlucida, & pro adulterata habenda.

Synonyma ſunt SIRACOST, XIRACOST, & ACSIRACOST, ſpeciem Mannæ apud Arabes ſignificantia. XIRQVAST verò aut XIRCAST Mannæ genus in India dici, teſtem habemus Garciam. Habet & India Mannæ genus alterum TIRIAMIABIN aut TRVNGIBIN appellatum, quod in Carduis naſci ferunt, granis quàm Coriandrum maioribus, ac colore inter ruſſum & rubentem medio. An Rauvvolfii *Manna Trunſchibil*, quæ ſupra Fruticem ſpinoſum *Agul* & *Alhagi* colligitur?

Vbi non habetur Syriaca vel Calabrina, minimè ſpernandam eſſe LARICEAM, BRIANSONANSEM, AMBRVNENSEMVE, tradunt Pena & Lobelius: modò purioris, candidioris & recentioris habeatur delectus, cauique nec doſi, nec fructu, nec purgandi effectu, Orientali Calabrienſiue cedere.

MEL CEDRINVM dictum nihil aliud eſt quàm Manna liquida [*Terenïabin*] de qua ante.

An tandem MAN vel MANHV Sacrarum literarum vera fuerit Manna, necne, nondum inter Scriptores conuenit. Lonicerus non ſolùm ſtultum, ſed impium quoque, dicit *Miraculum* illud cœleſte in Naturæ operationem vertere. Braſſauolæ iudicio vera Manna fuit, ſed miraculum in quantitate fuit, & in eo quod quotidie pluebat, & ob Mandatum pluebat, & ob Mandatum putreſcebat. Alij aliter ſentiunt. *Iudicent docti & pij*.

Ad Titulum EVONYMVS,

Mantiſſa.

Hanc expreſsè *Euonimum Theophraſti* faciunt Dodonæus, Rob. Conſtantinus, Pena & Lobelius, Matthiolus, Anguillara & Thalius. An ſit dubitant Cæſalpinus, Cluſius & Ruellius. Eſſe verò apertè negat Dalechampius: ac Theophraſti *Tetragoniam*, quam Quadratoſam vocat Gaza, facit. Curtius *Eudaymum Plinij*, vocat: at quæ inter Euonymum Theophraſti, & Euonymum Plinij, differentia? *Nos* ſanè plantam hanc Euonymum Græcorum eſſe pro certo aſſerere non audemus: tantiſper tamen ita appellare iubet, dum aptius nomen reperiatur. Qui Anonymon cum Plinio vocant, *Anonymon pro Euonymo* deprauatè apud Theophraſtum legerunt.

Zygia, *Carpinum* & *Iugalem* à nonnullis vocari, apud Tragum, Lonicerum, & Friſchlinum legitur: ſed magno id lapſu fieri rectè notant Dodonæus, Matthiolus, Hiſtoria Lugdunenſis, & doctiores plærique. *Fuſanum* vel *Fuſanum*, *Fuſaria* & *Fuſago* rupibus & nonnullis Herbariis dictus.

Ad Titulum AGNVS CASTVS, VITEX,


Mantiſſa.

ἄγνος ἢ λύγος Græcorum, Plinio & Latinis *Vitex* dictus, Dioſcoride authore, frutex eſt in arborem aſſurgens, quæ in fluminum ripis campiſque paluſtribus, nec non in aſperis & ſalebroſis locis naſcitur. *Virgulta* gerit longa, fractu contumacia: *folia*, verò Oleæ, ſed teneriora atque maiora. *Florem* alterum ejus genus fert album cum purpura quadam tinctum, alterum purpureum ſolùm. *Semen* quale Piper.

A rubore virgarum *Sanguinem* vocarunt nonnulli: *Semnon* alii, id eſt, Venerandum, ob caſtitatis cuſtodiam. *Arborem Abraha* aliqui. Vitícis autem non meminit Theophraſtus, niſi cum ſub *Ito* vel *ἰτέα* titulo, de quo dubitant docti, tradiderit. Perperam verò cum Salice Amerina confundit Dioſcorides.

Ad Titulum HALIMVS QVORVMDAM,

Mantiſſa.



Ramum quem hic pingimus *Halimi* nomine à Valerando Dourez accepimus, atque inter Naturalia noſtra adſeruamus. Cæterùm nonnulla quæ in Halimi Sciagraphia in Claſſibus deſiderantur hic adiiciemus. Ex Theophraſto habemus Halimum vicinas plantas enecare, eòque pernitioſius quò plus habeat ſalſuginis, nimióque pabuli deſiderio id facere. Dioſcoridi Halimus frutex eſt circa Sepimenta naſcens, ſubalbidus, Spinas non habens, ſed folia Oleæ ſimilia, latiora tamen. Naſcitur in maritimis, locis præruptis ac ſepibus. Eius folia ciborum gratiâ, Olerum modo decoquuntur. Radix drachmæ pondere in aqua mulſa pota, conuulſa, rupta, torminaque mitigat, & lactis vbertatem facit. Sic ſcribit 6. ſimpl. Galenus, Halimi plurimum eſſe in Cilicia præcipuè prouentum, recentiaque eluati germina, ac in poſterum futura vſui reponi. Sed qualis erat eorum Halimus? Multis in locis Halimi meminere quidem Bellonius, Amatus Luſitanus & Anguillara, Sed ita, vt ex eorum verbis quænam planta ſit Halimus percipi non poſſit. Halimum cum *Rabo* confundit Lonicerus, nec bene inter illius nomina *Blanche putain* appellationem reponunt Ruellius & Rob. Conſtantinus: nec minùs titubanter de hac planta tradunt plærique alij: *diſcernant & decernant docti*.

Ad Titulum TABAXIR: SPODIVM,

Mantiſſa.

TABAXIR & SPODIVM Rhazi, Auicennæ & Serapioni vnum & idem ſunt. Vnde apud Rhazem Libri 3. cap. 36. legitur, *Spodium* [Tabaxir Gare.] frigidum eſt & ſiccum, &c. ac apud Auicennam, Spodium [Tabaxir Bellun.] Radices Alcannæ adultæ. Eſt autem *Alhanna* arbor gracilis, longa habens internodia ſicut Canna: ſed differt ab ea quòd Alcanna non ſit caua: Ex eius radicibus amburſtis fit Spodium. An vnum ex Dioſcoridis Antiſpodiis, vt vult Manardus? Obſeruandum autem *Græcorum Spodium* non eſſe idem cum *Spodio Arabum*.

Ad Titulum SALIX LATIFOLIA: SILER VETERVM,

Mantiſſa.

Sileris eiuſdam meminit Plinius, ſed, omiſſâ deſcriptione, eius

natale ſolum & vires tantùm tradit. Non niſi in aquoſis prouenit, ait, Serpentes eum refugiunt, baculumque Ruſtici ex eo gerunt. Quod autem Plinio Silia eſt, id Euonymum Theophraſti eſſe cenſet Cæſalpinus, alij latifoliam Salicem candido folio.

PORTVLACA MARINA FRVTICOSA: HALIMVS II. CLVSII. Gall. *Porcelaine de Mer.*

Portulacam marinam hanc faciunt Herbarij, & Crithmum Dioſcoridis: illique nihil obeſſe aut deeſſe quin Portulaca ſit, aiunt Pena & Lobelius. Matthiolus eam eſſe ait quam Mauritani *Molochia* vocitent, & quæ Cretenſibus Sandalida dicatur. Halimum eſſe negant nonnulli: alij Halimi ſylueſtre genus Plinii eſſe volunt. Hiſtoria Lugd. tertium Halimi genus eſſe tradit, ac Crithmum Dioſcoridis: *Indicent docti.*

Naſcitur copioſè in agro Narbonenſi inter Lacum ſalſum & Mare: nec non in Zelandiæ, Flandriæ & Hollandiæ aggeribus, atque etiam alibi, & floret ac viget Iulio. Hanc Æſtate ueſinente condiunt, ac muriâ adſeruant, vt Hiſpani Oliuas: excitat enim appetentiam, ac faſtidia nauſeamque diſcutit.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI NONÆ ADDENDA.

Ad Titulum ABIES FOEMINA,

Mantiſſa.

CReſcit Abies primùm in excelſum quoad liberè Solem accipiat, poſt in profundum latumque incrementa capeſſit. Semine tantùm prouenit, Vere germinat, & tunc cædi debet: germinationem autem intermittit, terque turget, & ter germina edit.

Abietes tam elegantes & proceras habet in Bernatum ditione ſylua *Thannen-Wald* dicta, vt vix ſimiles in tota Europa reperire liceat. Tantamque nonnullæ aſſequuntur longitudinem, vt 130. pedum longitudinem excedant, & longitudine 120. pedum vſui apientur. Inde à Genuenſibus emptæ adminiculo Arolæ deducuntur in Rhenum, & inde in Mare Anglicum & Hiſpanum, tandemq; in Mare mediterraneum, ac Genuam vſque, vt ex iis fiant Nauium Mali. Naualium enim, vt ait Plinius, malis antennisque propter leuitatem præfertur Abies, inter altiſſimas Arbores rectiſſima: vnde Claudianus:

Apta fretis Abies, bello accommoda Cornus.

Et Virgilius Georgic. 2.

.... *Caſus Abies viſura marinos.*

Rami, ait Plinius, in cœlum tendentes non in latera proni: ac, quod mirum, cacuminibus eorum deciſis, moritur, totiſque detruncatis durat. Et ſi infrà quàm rami fuêre præcidatur, quod ſupereſt viuit: ac [quod ex aliis addendum,] ſi quod *Agnatio* & *Circumaudio* vocatur.

Sapinum cum *Abiete* vnum & idem eſſe ſtatuit Ruellius: arborem contrà peculiarem, & ab Abiete multùm diuerſam faciunt alij: plurimi verò Candicis Abiegni partem inferiorem & enodem.

Non ſolùm autem ex candice, vt vult Amatus, ſed etiam ex ramis, limpidus, clarus, albus, fragrans atque amarus, extrahitur liquor, *Abietina Reſina*, & *Oleum Abiegnum*, dictus: ex veſicis ſcilicet folliculiſve inter corticem & corticem contentis, ſi aperiantur: globulis tuberculiſque prætumidis humorem illic ſubeſſe indicantibus.

VISCVM ABIETIS [Stelim vocat Plinius ex Theophraſto] obſeruauimus *Nos* variis in locis.

Ad Titulum PINVS,

Mantiſſa.

Pinum Reſinam fundere ex Recentioribus nullus dubitat: ex Antiquis verò Reſinam ex Pinu etiam colligi author eſt Theophraſtus, comprobat Dioſcorides, iiſque ambobus ſubſcribit Plinius. Sic copioſiſſimam ponderoſiſſimam, ac Pici proximam, è Pinu fluere ſcribit Hermolaus. Aſt contrà Plinius minimùm Reſinæ è Pino colligi tradit: ſed Pinum cum Larice confundit, & Larici tribuit quæ Theophraſtus de Pinu ſcripſit, ac viciſſim: Sic Archetypum ſuum imitatur!

Ad Titulum PINEI CONI FACIE FRVCTVS EXOTICVS,

Mantiſſa.

Pini Indicæ ex qua Gummi vel Picis genus BRE dictum, haud aliter atque apud *Nos* ex Pinu, colligitur: ac cujus vſus ad picandas naues, meminit Theuetus, montanoſque Indigenes, ſi arboris huius rubri coloris cor offenderint, id in longiuſculas aſſulas findere, quæ illis candelarum loco ſint.

FRVCTVS MELENKAM, in Necumere Maris Indici Inſula prouenientis, Nucis Pineæ ſpecie, cuius caro grătiſſimi ac ſaccharini ſit ſaporis, ac quo Barbari ad ſedandam ſitim vulgò vtantur, meminit etiam idem Theuetus. An Camerarij Arbor exotica CABANS?

Fructum formâ pulcherrimum, guſtuque iucundiſſimum, Pineamque figurâ referentem, in Inſula Peru prouenire ſcribit etiam Ouiedus, quem Hiſpani *Bonanna*, ſeu *Hyayama* vocent.

Ad Titulum LARIX,

Mantiſſa.

Non tantùm incognitam fuiſſe Græcis Laricem, ſed etiam non conſtare quomodo eam appellarint, perhibet Cordus: & tamen Laricem arborem eſſe ait quæ ipſis *πεύκη* dicta ſit. Ita ſibi bene conſtat! Sic Cæſalpinus Plinium meritò arguens, quòd Larici tribuat quæ Theophraſtus Pino: ipſe tamen cenſuræ noua dignus eſt: Laricem aliam *Marem* aliam Fœminam faciens, atque in Macedonia Maſculam ad Picem vti addens: fœminæ verò radices tantùm: quæ Pino, non Larici, Theophraſtus, à quo hæc habet, adſcripſit.

Adſtrictoriam facultatem habent eius folia & cortices, vt Piceæ. Lignum magni fieri aduerſus Elephantiaſin ſcribit Stumpfius, Simlerus contra Lepram: & ex eo fiunt Vinetorum pedamenta & pali, ac longiſſimi etiam tectis ſupponendi canales, qui ex iis decidentes imbres recipiant. In vetuſtiſſimarum Laricum caudicibus *album* quiddam corio ſimile reperitur, quod pro conſtringendis & agglutinandis vulneribus, ac compeſcendo ſanguine, multi vſurpant.

AGARICVM Antiquis non ſatis notum fuiſſe contendunt cum Fallopio nõnulli, quòd alij radicē, alij fungum eſſe exiſtimauerint: negatq; Dioſcoridi autopſiam Anguillara, quæ de eo tradit, ex aliis tranſcripta exiſtimans: hodie autem, præſertim in Officinis notiſſimus eſt, nomenque ab Agaria Sarmatiæ regione habere creditur. Concretu fungoſo is Abieti, Piceæ, alijs arboribus, ac præſertim Larici, adnaſcitur, omniumque optimus *Larigam*, qui aliam ſolus in viu.

Paucis, at ſufficientibus, verbis eius ortum, genus & delectum tradit Lib. 2. de Simpl. Medic. purg. Meſues: *Agaricus*, ait, medicamentum efficax, oritur in truncis magnarum arborum, vetuſtate putreſcentium & eroſarum, tanquam carum vel *Apoſtema* vel *Fungus*. Eſt autem is duplex *Mas* & *Fœmina*. Mas eſt malus, præſertim qui longus, niger, durus, denſus, grauis, & qui in fragmentis ceu villos neruorum oſtendit. Fœmina, ſi rotundior, alba, poroſa, valde rara & frangi facilis, lenis, ac primo guſtatu dulcis, deinde verò amara & ſtyptica, *melior eſt*, ſummâ præſertim ſui parte, nam ſtipes, eò præſertim quod Ligni putrefacti aliquid præferat, malus eſt, vt & eroſus Agaricus. Eum delectum paucis tradunt Othonis Cremonenſis verſus:

Rai frangi praſtò pretioſus Agaricus eſto,
Candidus & ſplendens, libramine lenoque pendens.

Vſum peculiarem Practicis & Seplaſiis relinquimus: *Dannen-Schwam* & *Lerchen-Schwam* vocant Germani, Helfricus verò in Onomaſt. nimis generaliter *Holtz-Schwam*: Gall. *Agaric*: Itali Agarico.

RESINAM fundit Larix liquidam, nunquam dureſcentem, liquidi mellis conſiſtentiâ, colore flauam vel vitream, tranſparentem, acrem, amareſcentem, tenuem & odoratam. quæ hodie pro *Terebenthina* non tantùm in vſum recepta eſt, verùm etiam ſolo Terebenthinæ nomine, quamuis perperàm vtrumque fiat, cognita.

Habet & Larix MVSCVM ab aliarum arborum *Muſco* haud

[illegible] diuerſum : ſed odoris vehementis & cerebrum facilè ferientis, quo fit vt eius puluis, inſufflatione per nares attractus, ſternutationem valide moueat.

Ad Titulum Cupressus,

Mantiſſa.

Ineptè ſcribunt Matthiolus & Lacuna Cupreſſi ſemen adeò minutis granis naſci, vt atomis comparari poſſit, atque ob id ægrè conſpici. Si in conis conſideraſſent, minimè talia ſcripſiſſent: illiſque meritò aptari poteſt quod contra Theophraſtum ſcribit Scaliger, *cum abutis noſtris ſenſibus*.

Emendandus etiam Varro, qui fructum Cupreſſi Galbulum vocat: meliùs certè *Globulum* dixiſſet, vt rectè, Theophraſti & Dioſcoridis authoritate motus Turnebus, [illegible], id eſt, Globulum Cupreſſi, vocat.

Magno itidem lapſu Cupreſſum humidis gaudere locis ſcribit Adamus Lonicerus: veriúſque Matthiolus cum flumina, lacus, & aquoſos omnes tractus, reſpuere. Circa Conſtantinopolin colles Cupreſſis pubeſcere ſcribit Bellonius, frequentiſſimamque in vineis & ſepibus obſeruari. In Creta verò vndique materia diſcindenda affatim diſtrahitur, Cupreſſorum Syluis non habitis, ſed hic vnam ibi aliam in abſurdiſſimis locis naſci. Itali in Cœmeteriis alunt, quòd ſemper funebris habita fuerit.

Ad Titulum Cedrus Lycia,

Mantiſſa.

Arboris ex qua celebres menſæ fiebant his verbis meminit Lib. 13. cap. 15. Plinius. Atlas, inquit, mons peculiari proditur in ſylua. Confines ei Mauri, quibus plurima arbor Cedri, menſarum inſania [celebris,] quos fœminæ viris contra Margaritas regerunt. Atlanticam autem eam Cedrum cum *Thya*, *Thya* vel *Thuya* Theophraſti vnum & idem eſſe cenſent cum Anguillara plurimi. Nec obſtat quod de iis Plinius diuerſis ſcripſerit. Capitibus, minimè enim plantas cognouit, ſed ex diuerſis Libris ſua concinnauit. Alij *Thuiam* ad Orientis arborem *Aðel*, alij ad *Sabinam*, alij ad *Arborem vitæ*, atque alij cum Bellonio ad Cedrum Lyciam, alij cum Cæſalpino ad Cupressum, referunt: nec deſunt qui cum Antiquorum Troxeta confundant. Cùm autem ignotæ ſint proſſus & Thuia & Trogetes, Nos, cum docto Scaligero, de iis nihil decernimus.

Ad Titulum Ivniperus

Mantiſſa.

Cùm Dioſcorides Iuniperum aliam magnam faciat aliam paruam: alterique fructum tribuat Nucis magnitudine, & alteri Nucis Ponticæ: pro [illegible] fortè apud ipſum legendum [illegible] vel deprauatus eius Codex: vel, vt cenſent Anguillara, Guillandinus & alij, Cedrum magnam ille cum Iunipero confudit: quemadmodum etiam, notante Geſnero, Cedrum Galenus Iuniperum appellat, & è contra: & [illegible] apud Ariſtotelem & Theophraſtum Iuniperum vertit Gaza.

Græcium in baccis Iuniperi magnam differentiam: in quibuſdam enim grandes, in aliis exiguas: in his dulces, in illis potiùs amaras; atque alias denique plane rotundas, ac quaſdam oblongas & acuminatas videas. Calidæ porrò ſunt in tertio, & ſiccæ in primo ordine. Quæcunque autem in Iunipero cernuntur odorata ſunt, atque Officinis in vſu. Fructus, rami, virgulta, totumque adeò lignum: ex quo ſi fiat *Veru*, carnes id omnes quæ in eo torrentur odore efficit iucundo.

Ad Titulum Thus.

Mantiſſa.

Maximum Thuris fuiſſe ſemper in luſtrandis mortuorum cadaueribus vſum, annotat Aubæus: ac eum morem per omnes Ætates, inter omnes ferè Gentes & Religiones inoleuiſſe. Apollo verò nigri Thuris haberi genus, quod omnium ſit ignauiſſimum, nec ad multa vtile: atque alij rubrum Thus in India haberi.

Cæterùm hallucinatus plurimùm, vel Matthioli iudicio, Auicenna, cùm deprauatis ſenſibus & abolitæ memoriæ Thus opem ferre ſcribit: Siquidem verum eſt quod tradit Dioſcorides, Thus in ſecunda valetudine hauſtum inſaniam facere, largiuſque cum vino ſumptum interficere: ac, quod ex ipſo habet etiam Serapio, dicens: Quando bibunt de eo ſani, parum meliorat eos: ſed ſi nimis cum vino biberint, inducit Maniam, &c. Item, quod pronunciauit Ipſe Auicenna, Viſum eius plurimum, vel cum Vino vel cum Aceto, interficere.

Ad Titulum Myrrha,

Mantiſſa.

An Myrrha quæ hodie in Officinis vulgò habetur vera ſit Myrrha, nec ne, apud rei Herbariæ Scriptores controuertitur: ſuſpicionemque auget quod notæ quæ ſunt apud Dioſcoridem illi minimè conueniant. [illegible]. An Bdellii ſpecies, vt volunt nonnulli? Cùm etiam Myrrhis omnibus Minæam prætulerit Galenus, Aminæam verò damnauerit Dioſcorides? An de vno eodemque, vel de diuerſo, Myrrhæ genere, vt volunt Fuchſius & Cornarius, loquantur inquirendum.

Carpasvs et Opocarpasvm.

Quid Veterum fuerint *Carpaſum* & *Opocarpaſum*, hodie non conſtat. Carpaſi autem ſuccus ab Opocarpaſo & Opocalpaſo non aliter quàm nominum varietate differt. Ait, iudice Matthiolo, vana proſſus eorum eſt opinio qui Carpaſum, *Carpeſium* & *Carpeſiam* vnam & eandem plantam eſſe crediderc. Nos de Carpeſia alibi agimus. Carpaſum, ſunt, teſte Cornario, ex Barbaris qui cum Oxyacantha confundant, & *Carpaſiam* vocent. Sed incerta tes eſt nec ſatis tutum, Barbaris de Græca voce pronunciantibus fidem habere. *Carpathon* & *Opocarpathon* pro *Carpaſo & Opocarpaſo* legit Plinius.

Vernix ſive Sandaracha Arabvm.

Gummi Oxycedri Iuniperi Vulgus *Vernicem* vocat: idque nomen retinuere Germani, Galli & Hiſpani, Italis eſt *Gomma de Ginepro*: Arabes *Sandaracham* vocant, & exponunt eſſe Gummi arboris Iuniperi Carabe ſimile. Sicque Vernix, *Sandarax*, vel *Sandaracha Arabum* de vna eademque re habentur & dicuntur. Minimè porrò ignorandum à *Sandaracha Arabum* perquàm longè diſſidere *Græcorum Sandaracham*, quæ res eſt foſſilis & Auripigmento ſimilis: idque in eorum Præſcriptionibus ſummè obſeruandum.

Ad Titulum Beniovinvm, Asa dvlcis,

Mantiſſa.

Benioninum, *Belzoi*, *Belzoin* & *Belzuinum* Officinarum, *Aſam dulcem* eſſe doctorum ſermè omnium fert ſententia: quam longè autem ab *Aſa dulci* odorata & fœtida differt, non neceſſe eſt hic dicere. Belzoinum porrò, *Bras.num* male ſcribit Ruellius, ac perperàm etiam *prolem Iudææ* vocat, cùm ſatis notum ſit non ex Iudæa, ſed ex India adferri.

De Ambaro.

Quod Ambarum Latinis, Arabibus *Ambar* dicitur, eóque nomine omnibus Nationibus, immutato duntaxat paululum vocabulo, notum exiſtimat Garcias. [illegible] Græcis, Germanis *Walrath* & *Ballrath* [quaſi præſentaneam opem adferens,] & Belgis *wvalſchot* [quòd Balænarum ciectamentum genitale ſonat,] dici, apud Hadr. Iunium legimus.

Ambari porrò ex Veteribus meminêre Simeon Sethi, Actius, Auicennas, Serapio & Auerrhoes: atque ex Neotericis varij. Scriptorum autem circa eius generationem diſcrepantes valde ſunt opiniones. Alij enim *Sperma Balæna* eſſe aſſerunt, alij Belluæ cuiuſdam marinæ excrementum, aut *Maris ſpumam*, atque alij id luminis modo ex Maris alueo emanare, aëriique expoſitum, illicò denſari, vt ſolent pleraque quæ ſub marinis aquis tenella & mollia ſunt, at aquâ exempta durantur, vt *Corallium*, *Succinum*, & alia eiuſmodi. Et *hæc ſententia* melior & veritati magis conſona: reiejiendas verò eſſe reliquas, ex eo conſtat, quod, tum vbi frequentiſſimæ ſunt Balænæ, tum vbi fluctuum reciprocatione ſpuma multa excitatur, nullum Ambarum reperiatur. Inſulam ex puro Ambaro aliquando viſam recitat Garcias: ac circa Promontorium Comorini fragmentum trium ferè millium pondo repertum; maximum autem quod vnquam viderit fragmentum quindecim fuiſſe Librarum. Cæterum nuſquam pluris fieri quàm in Sinarum regione, vbi viginti vnciarum mille & quingenti aurei pretium aliquando fuerint. Quocunque porrò modo applicetur, excalfacit, reſoluit & roborat. Nunc inutile Floridam noui orbis prouinciam *Ambar* quod vocant *Griſeum*, idque inibi in littus eiectum reperiri.

Ad Titulum Styrax Arbor et Lachryma,

Mantiſſa.

Vt Græcis Στύραξ, Latinis etiam Styrax, & officinis *Styrax calamita* dicitur: Germanis & Gallis *Storax*: Italis *Storace*. Nomen autem habere tradunt Aduerſaria quod ſtiriatim exſtillet.

Vnum tantùm Styracem agnoſcunt Græci, plures verò Arabes, ex quorum atque ex Recentiorum traditione, tres ſunt Fuchſio *Styraces: Vnus liquidus*, qui eſt Dioſcoridis Myrrha ſtacte: *alter rubens*, qui nihil aliud eſt quàm fuſcus & aridus exterior cortex, qui poſt expreſſam Lachrymam remanet: *& tertius*, qui eſt Lachryma Styracis, ex eius nominis arbore exſudans.

Cæterùm, quoniam, referente Galeno Lib. 1. de Antid. Styrax optimus olim in calamis & arundinibus ex Pamphilia aduehebatur: hinc factum, vt in hodiernum vſque diem vſitatum ſit Medicis, vt *Styraci* ſemper *Calamita* nomen adiungant, præſtantiorem ſignificare volentes.

Vim habet, authore Dioſcoride, calefaciendi, molliendi ac concoquendi: facitque ad Tuſſes, &c.

Ad Titulum TACAMAHACA,

Mantiſſa.

In parua quadam Inſula Indiæ Orientalis reperitur, profluitque è celſa arbore cuius folia ſunt longa anguſtaque: *fructus* magnitudine Prunorum noſtratium. Ipſum verò *Gummi*, Reſinaue, coloris eſt albi, ac odoris ſuauiſſimi. *Linſchotanus.*

Magni eſt apud Indos vſus in quocuoque affectu, ac præſertim in omnis generis tumoribus. Et cùm ſicca ſit in ſecundo gradu, calidaque in principio tertii, cum vi roborandi, & adſtrictione vehementi, debito tempore & modo adhibita, Arthritici morbi non ignobile habetur præſidium: vnde Poſthius:

Indomitam lenit ſi Tacamahaca *Podagram,*
Omneque corporis pathos.
Illam ego prætulerim, quas venditat India Gemmis,
Arabumque Gazis omnibus.
Nam quis diuitem validos non præferat artus:
Triſtesque ſenſu liberos.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI DECIMÆ ADDENDA.

Ad Titulum MYRICA ſiue TAMARICE,

Mantiſſa.



QVemadmodum inconſtantiæ meritò arguitur Plinius, Myricam nunc nullum fructum ferre tradens, nunc fructum lignoſum Gallæ majorem illi tribuens. Sic magnus etiam Dioſcoridis lapſus, qui Myricam tantùm apud paludes & reſides aquas naſci ſcribit: Siquidem & in Italia, & in Gallia Narbonenſi, & alibi, in locis à fluminibus & aquis remotis, haud infrequens prouenit. Lobelium verò miramur Myricam in Angliæ hortis Brumâ perire ſcribere auſum, cùm teſte Turnero, Anglo, in Anglia nuſquam naſcatur.

Myricam cum *Erica* confundunt nonnulli, & id iam olim factitatum annotat Plinius: omninò verò ignari ſunt ij quibus *Taxus Tamariſcus* eſt. An Hippocratis, vt vult Cornarius, Βρυωνῆ? *Icon* eſt ex Fuchſianis.

Theophraſtus inter frutices qui cacuminibus fructum ferunt numerat: Apud Plinium Libri 24. cap. 9. Fruticem etiam vocant Græci, non multùm à Myrice differentem, Roriſmarini colore & penè folio. *Tetralicem Theophraſti* vocat Hadrianus Iunius, ſed nimis audacter, cùm Tetralicem Theophraſtus inter Carduos recenſeat. *Ericen* tandem cum Tamarice confundi, notat Hermolaus, & dictum antè.

TAMOXÓ SVFFRVTEX CLVSIO.



Suffrutex quem Hiſpani, authore Cluſio, *Tamoxo* appellant, pedali aſſurgit altitudine, frequentibus ramuſculis præditus: qui foliolis adeò exiguis & confertis onuſtâ ſunt, vt nullum ferè lignum conſpiciatur. Ea ex cinereo viteſcunt, & extremæ ſunt amaritudinis.

Ad Titulum ERICA vel ERICE,

Mantiſſa.

Dioſcoridi arbor eſt fruticoſa, ſimilis Miricæ, ſed multò minor.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI VNDECIMÆ ADDENDA.

Ad Titulum ANAGYRIS.

Mantiſſa.

Ἀνάγυρις, quam alij ἀκόπυρος, alij ἄκοπον, vocant, frutex eſt arboris inſtar, ait Dioſcorides: *folio* & *virgis* Vitici aſſimilis, perquàm grauis odore: *flore* Braſſicæ: *ſemine* renibus figurâ ſimili, verſicolore ac ſolido: *Sic ille*, iiſdem appellationibus vtente Galeno.

Ignorant autem hodie, teſte Cornario, Officinæ Anagyrin, nec ſatis inter Herbarios conuenit de ea. Toto porrò cœlo errant qui Maluam terreſtrem eſſe arbitrantur: nec meliora docent qui *Lignum fœtidum*, nec qui *Euonymum*, nec qui *Vulnerariam*, nec qui *Alnum nigram*.

Ad Anagyrin à quibuſdam, etiam refertur Nicandri ONOGYROS, quæ herba eſt aſpera & ſpinoſa, cuius vſus aduerſus venena: ſed perperàm.

NAVTEAM apud Plautum & Feſtum Anagyrin itidem inter alios eſſe putant Rob. Conſtantinus & Camerarius: Hermolaus verò, Ruellius, Car. Stephanus & alij, Nauteam aiunt eſſe herbam fœtidam.

am & grauem, quâ Coriarij vtuntur. Nam & eſt Aqua de Corlis, el (quod verius eſt.) Aqua ex Naui de ſentina: à nauſea, quaſi auſeam facere ſoleat. S. Scilicet Litera in T. permutatâ, dicta. Vnde apud Plaut. in Aſin. hæc leguntur.

Dic Demænete amabo, an fœtet anima Vxoris tuæ?
Deman. . . Nauteam bibere malim, ſi neceſſe eſt,
Quam illam oſcularier.

Ad Titulum SENA,

Mantiſſa.

Senam in *Orientalem* & *Italicam* diſtingui dictum in Claſſibus. Conſtat autem *Orientalis* cubi albis ligneſcentibus *caulibus*, ex quibus alternatim exeunt *pediculi* tenues, palmo longiores, ad quos mediocribus interuallis adnexæ ſunt *foliorum* quatuor aut quinque coniugationes, nullo impari alam claudente. Singularia ex viridi in flauum declinant, proximeque Coſtæ adhæreſcunt, Glycyrrhizæ foliis ſimilia, ſed acutiora, guſtus viridi & amari, cum ſiqua nauſea. *Flores* lutei & palleſcentes, quinque foliis in caulem aliquam reflexis conſtantes, ac eiuſdem coloris *ſtamina* habentes. Eos ſequuntur compreſſæ nigricantes falcatæ *Siliquæ*, in quibus *ſemen* paruum, Gigartis ſimile, ſed compreſſum, album vel nigricans. *Radix* tenuis eſt & inutilis.

Italica, quam *Florentinam* dicunt, ab illa foliis differt maioribus, latioribus, minimeque acuminatis, ſed per extremum latis, ac penè cordatis: differtque etiam *Siliquis*, quæ anguſtiores. ...tuntur hæc, Orientalis loco, Medici: ſed longè inefficacior eſt.

Videntur Actuarij tempore Siliquæ potiſſimum in vſu fuiſſe: ſcribit enim Senam à Barbaris appellatam *Fructum Siliquoſum*, pituitam & bilem purgantem. Sed foliis vti & olim & hodie conſultius viſum. Eorum autem *vſus triplex* in ſubſtantia, in infuſione, & in decocto. Lobelius cum Meſue probat magis *folliculos*: verùm tamen Fallopius, & docti plerique omnes, *foliis* libentiùs quàm folliculis vtuntur, quia folliculi ſunt vt plurimùm acerbi & inunaual. Exploſum verò meretur Senenſis Commentator, qui *Senam non eſſe corrigendam* aduerſus Meſuem tuetur: atque etiam illi omnes qui Senam vel *Alyſſum*, vel *Delphinium*, vel ...*petrom* eſſe crediderunt.

Ad Titulum COLVTEA,

Mantiſſa.

Coluteæ folia & folliculos Senæ foliis fœlici cum ſucceſſu ſubſtituunt quidem Pauperes: eaſque plantas facultate inter ſe minimè differre aſſerit Fuchſius. At eum hac in parte in errore verſari rectè annotat Matthiolus. Quamuis enim purgent Coluteæ folia, tamen cum moleſtia & tortione faciunt, ac tam ſuperne quam ...fernè humores educunt: vnde viribus & facultatibus Geniſtæ ...àm Senæ propinquiorem eſſe meritò concluditur.

Ad Titulum BARBA IOVIS,

Mantiſſa.




Figura quam pro Barba Iouis in Claſſibus habemus, falſa eſt: quapropter aliam hic exhibemus quæ tamen & ipſa non omni ex parte bona, ſiquidem in ea deſiderantur *flores*. Plantam eam in monte nigro, ad littus maris Thyrrheni repetiri ſcribit Anguillara: & Nos etiam inde habuimus.

Ad Titulum DORYCNIVM,

Mantiſſa.

Dorycnium, authore Dioſcoride, frutex eſt Oleæ ramis prodeunti ſimilis. Naſcitur in petris, non procul à Mari, *ramis* cubito breuioribus: *foliis* Oleæ colore ſimilibus, at minoribus firmioribuſque, ac vehementer aſperis: *flore* candido, folliculis in cacumine denſis, in quibus qui na ſenatim minuta *ſemina*, rotunda, Leuia, firma & verſicoloria. *Radix* ad digiti craſſitudinem, & cubiti longitudinem, adoleſcit. *Temperamento*, vt Galenus, Papaueri ſimile eſt, & Mandragoræ, ac cæteris quæ habent refrigerandi potentiam; excellit & frigiditate aquâ; quamobrem pauculum quidem ſoporem conciliat, pluſculum verò ſumptum interimit.

Cum Dorycnio autem variæ confunduntur Plantæ: *Phyllirea*, *Barba Iouis*, *Trifolium album rectum hirſutum*, *Vitis Idæa*, *Cneorum album*, *Trifolium Halicacabum*, *Solanum furioſum*, *Pes anſerinus*, *Lunaria*, & *Pyrethrum*: ſed omnes minimè conuenienter.

Ad Titulum SESBAN ALPINI,

Mantiſſa.



Frutex eſt Myrti magnitudine, magni in Ægypto vſus, vt poſte cuius decocto alui fluxus, menſium immoderata profluuia, omneſque immodicas vacuationes, cohibent: & ſtirpe totâ in ſepes diſpoſitâ, agros ſuos diſtinguunt.

Ex Ægypto miſit Alpinus in Italiam, vbi *Nos* Patauij primùm vidimus: deinde verò Baſileæ in horto D. Iacobi Zuinckeri. *Figura* falſa eſt: *Conſulat* Lectn. *Claſſes*.

Ad Titulum GENISTA ACVLEATA FOLIOSA: Et ad Titulum RAPVM GENISTA,

Mantiſſa.

Geniſtam aculeatam folioſam in Claſſibus exhibuimus: videtur autem hæc illius ſpecies minor, & *acuta Geniſtella* dicenda. *Roſmarinum* aculeatum nuncupant, teſte Fuchſio, nonnulli. E radice exigua, alunt Aduerſaria, *virgas* graciles, rectas, complures, emittit, *foliolo* Thymi vel Ericæ: *flore* luteo, pallente, Geniſtæ minore: breuioreque ac rotundiore ſiliqua. *Semine* Erui ſubrufo. De hac quærunt in Obſ. Pena & Lobelius, Verum forte *Vl x Plinij*?

RAPVM autem GENISTÆ, de quo in iiſdem Claſſibus, eximiis præditum eſt viribus. In vino coctum ac potum, renum ſoluit obſtructiones, vrinam prouocat & producit, ac calculum frangit & arenulas pellit. Succus eius recentia vulnera glutinat ac ſanat, veteraque ſordida ac maligna abſtergit, atque ad ſanitatem perducit. Puluis ex vino calido potus ad Colicam valdè commendatur. Fitque ex eodem Rapo *Oleum*, quod faciei & totius corporis maculas, exanthemata, & alia eiuſmodi, delet.

Ad Titulum TRAGACANTHA,

Mantiſſa.

Ex eius plantæ vulnere *Gummi Tragacanthum* dictum manat, glutinoſum, candidum, flauum, aut ex rufo palleſcens, in Erucarum Vermiculorumue formam contortum, ſapore ſubdulci & ferè fatuo, aquam cum infunditur in lentam ſequacémque mucaginem conuertens. Græcis dicitur τραγάκανθα: Latinis & Italis *Tragacantha*: Gallis *Gomme adragant*. Dioſcoride autem & Galeno authoribus, ſimilem Gummi vim habet: meatus ſcilicet obducentem, & acrimonias obtundentem. *Veram eſſe Tragacanthæ Lachrymam negant* Monachi, ſed magno errore.

Hhhh

Poterium, Nevras.

Antiquorum Poterium frutex eſt *ramos* habens longos, molles, lori modo tenues, Tragacanthæ ſimiles. *Folia* parua, rotunda; *Flores* parui, albi: *Fructus* odorati & acres: *Radices* robuſtæ & neruoſæ, quæ ad terram ſectæ lachrymam remittunt Gummi ſimilem. Totus autem frutex tenuem lanoſam lanuginem habet, & ſpinoſus eſt. Naſcitur in paluſtribus. νευράς vocarunt Antiqui hanc plantam, quòd neruis peramica ſit, & *Poterium* fortè, quòd potrix paludoſi riguique ſoli.

Ad Titulum Hippophaes,

Mantiſſa.

Illi, vel ob nominis affinitatem, iungendum Hippophaes cuius meminit Dalechampius: Spinam dicens eſſe candidam, fuſis huc illuc *ramulis*, aut potiùs *ſpinis* flore exiguo albo, v racematim congeſto. Recepit is è Melita Inſula.

Chalcios, Chalcoma Æraria.

Suffrutex, authore Anguillara, eſt ſpinoſus, coloris ruffi. F ſimilia Lentis foliis, ſed minora, & eodem ordine in ramulo d poſita. Ea fracta inſtar Tithymalorum Lac fundunt. Reperi in Peloponneſo, iiſque nominibus, quæ æs denotant, nuncupan

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSI DVODECIMÆ ADDENDA.

Ad Titulum Siliqva,

Mantiſſa.

Siliquæ recenter ab arbore decerptæ ingrato diſplicent ſapore: ſed tractu temporis in cratibus expanſæ & ſiccatæ, adeò miteſcunt, vt & dulces euadant, & guſtui admodum ſint ſuaues: Melque quodammodò ex ipſis extrahitur, quo Arabes, Sacchari loco, Myrobalanos, Zinziber, Tamarindos atque alios fructus condiunt: ac quo, tum in Clyſteribus tum in potionibus Caſſiæ ſolutiuæ loco vtuntur.

Mangle, Mangiv.

Arbor eſt Occidentalis Indiæ ad omnia fabrilia aptiſſima. Craſcit vliginoſis locis, in littore Maris, ſalſuginoſiſque fluminum & torrentium in Mare delabentium ripis. *Folia* habet ad Pyri folia accedentia, ſed craſſiora & longiora: *ſiliquas* binos palmos longas, aut maiores, eaſque craſſas, Caſſiæ ſolutiuæ fructui pares, fulci coloris: *pulpam* medullæ oſſium ſimilem continentes, quâ Indi aliorum eduliorum penuriâ veſcuntur.

Admiranda autem maximè in eo illius arboris natura, quòd præter ramos, quos erectos, foliiſque reliquarum arborum inſtar, onuſtos habet, alios etiam aliquot habeat deorſum vergentes, ſeſeque in terram aut aquam demittentes, qui, vbi apprehenderint, alios ramos, ſurſum tendentes, egregio ſanè ſpectaculo proferant. *Ouiedus.*

Illi cum Malacæ prouinciæ Mangiv permagna affinitas.

Ad Titulum Cassia Pvrgatrix,

Mantiſſa.

Caſſia fiſtula in vſum Medicum ab Arabibus introducta, à veteribus Græcis ignorata vel neglecta fuit: à recentioribus verò Græcis, κασσία μέλαινα appellata: atque à Latinis *Veterum Siliqua Indica*, & Recentiorum Faba Indica, ac *Caſſia ſolutiua* vel *laxatiua*.: Suntque [Marcellus] qui non *Caſſiam fiſtulam*, ſed *Caſſiam ſiliquam*, dicendam exiſtiment.

Quod autem de Caſſiis dixêre aliqui, optimas Cannas manibus concuſſas ſonum non edere, falſum eſſe obſeruauit in Ægypto Alpinus, recentteſque omnes, tum manibus tum in arboribus ipſis à ventis motas, ſonum edere: eas verò quæ non ſonant vituperari.

Magno etiam lapſu Caſſiæ grana ſiue ſemina purgatoriâ facultate prædita eſſe exiſtimantur: cùm adſtringentem potiùs vim obtineant. Nec meliùs alij purgare volentes Caſſiam hanc multis horis ante cibum exhibent, cùm dimidiâ tantùm horâ ante prandium, vt faciliùs & ſine moleſtia opus ſuum moliatur, ſumenda ſit: quemadmodum & ab Hippocrate & à Galeno purgantia medicamenta cibis rectè admiſceri, ex eorum monumentis habemus. Malè etiam ab Ambroſio Paræo, Sepulueda & aliis, ad mouendos menſes, difficiles partus, remorantéſque ſecundinas, harum Siliquarum Corticum decoctum propinatur. Ridiculum tandem eſt prorſus quod de Luſitanis refert idem Sepulueda: Incolas ſcilicet earum Regionum in quibus hæc Caſſia prouenit, continuâ alui ſolutione laborare, quòd boues quarum carnibus veſcantur, Caſſiam ſolutiuam depaſcantur.

Cæterùm Arborem hanc malè pingunt, Matthiolus Caſtor, Alpinus, Tabernamontanus, Dorſthenius, Röſlinus, Leonus Africanus, Dodonæus & Lobelius.

Ad Titulum Moringa,

Mantiſſa.

Arabibus & Turcis dictus *Moria*, Perſis *Tame*, Guzaratibus *Turaa*. Scriptoribus verò plæriſque omnibus *Moringa* Hon porrò Arboris Radix Vnicornu & Lapidis Bezaar vices veràque Theriaca eſt, quâ vulgò locorum in quibus prouenit in colæ vtuntur contra omnis generis venena.

Ad Titulum Acacia,

Mantiſſa.

Gummi ex Spina [videlicet Ægyptia, ſiue Acacia,] naſ. thor eſt Dioſcorides: præſtare verò vermicularum, vitrum rens, pelluciduro ac Ligni expers. proximum eſſe candidum ſinoſum verò ac ſordidum, inutile cenſeri. *Gummi ad Arab* inſcripſit Serapio, quòd ſuo tempore ex Arabia apportaretur *bilemgum* & *sarraticum* etiam dictum fuiſſe ſcribit Ag Galenus ſimpliciter *Gummi* appellauit in Lib. 4. [illegible] fortè quia ſcripſit Theophraſtus ingentem ſpinæ ſyluam eſſe in agro Thebaico.

Verum verò vulgaris vſus *Gummi Arabicum* ſit Spinæ Ægy Gummi *nocne*, plurimùm inter Scriptores controuertitur que exiſtimant multi cum *Ceraſorum*, *Prunorum*, *Perſicorum*, *Pomorum* & *Pyrorum Gummi* eſſe perſimile: ac verum ex Ægypto minimè ampliùs haberi. At cùm ſcribat Alpinus, ſe multam adhuc ex Ægypto adferri *Gummarum* quantitatem, Ægyptumque & Arabiam Prunis, Ceraſis, Pomis & Pyris que Acaciæ arboribus abundare: Concludendum oratio tur, & Nos *Ægyptia Spina Gummi* minimè carère & quod bicum inſcribitur, dummodò non ſit adulteratum ali tum, *Gummi* eſſe *Acacia*.

Svcci Acaciæ vſus apud Ægyptios frequentiſſimus, ad lorum inflammationes, labiorum fiſſuras, dentes collabentes mandos, atque alios multos eſt affectus. Vim habet is, auctore Dioſcoride, adſtringentem & refrigerantem, & eſt ſecundi ordinis refrigerantium & tertij exſiccandum. Deficiente autem [illegible] norum ſylueſtrium ſuccum ſubſtituit Medicorum & Officinarum pars maior, ſed perperàm meliuſque cum Dioſcoride & Amma Syluius, Fuchſius, Camerarius & alij multi *Hypoc* alij *Succum Lentiſci*: alij *Rhois folia*, aut ſeminum pulpam [illegible] Quod verò *Arabicum* illi ſubſtituit Ioubertus, minimè placet. Licet vtrumque ex vna eademque planta proueniat.

Cardem, ſiue Acacia Dioscoridis Qvibvsdam.

Halepi in Mercatorum Tabernis, nomine *Cardem*, venales ſiliquas reperit Rauvvolffius, Caſtaneæ modo fuſc quæ tres habent *loculos* compreſſos: atque in vnoquoque [illegible] bens ſimile Balſaminæ noſtræ Mari. Adferri autem [illegible] Ægypto, & veram Dioſcoridis Acaciam exiſtimant.

Ad Titulum ARBOR IVDAICA, CERCIS.

Mantiſſa.

Cercis arbor, authore Theophraſto Lib. 8. cap.8. ſemina in ſiliquis continet. Cùm autem duplicem ille faciat: priorem multi cenſent eſſe *Arborem Iuda* ſiue *Iudaicam*: alteram, quam Gaza Alpinam reddidit, ad *Populum Lybicam* referentes. Hermolao verò in Dioſcoridem, CERCIS herba quædam eſt, è qua radij ſiunt Textoribus: vnde & nomen.

Arborem autem *Iuda* quidam à Siliquarum ſiue Loborum generatione FABAGINEM cognominant: Caſtellani, propter elegantiam & venuſtatem, *Arbol d'amor*; Galli verò *Gainier*, quòd eius ſiliquæ cultrorum vaginas æmulentur.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI DECIMÆ TERTIÆ ADDENDA.

Ad Titulum CISTVS,

Mantiſſa.

κισσοῦ & κίσθου vocum vicinitate deceptus, ac Theophraſti inemendatam lectionem ſecutus, Plinius, Hederæ tribuit quæ Ciſti ſunt. Eius tamen prima genera deſcribens, rectiùs Mari roſeum florem tribuit quàm Dioſcorides, qui puniceum. Siue enim hanc floris ſimilitudinem ad colorem referat Dioſcorides, ſiue ad figuram, minùs apta comparatio eſt.

Ad Titulum HELIANTHEMVM VVLGARE,

Mantiſſa.

Florem Solis inſcribunt plurimi: *Hyſſopum ſylueſtrem*, *nemorenſem*, *montanum* vel *campeſtrem* Tragus, Dodonæus, Lonicerus & alij. Multis, Anguillarà & Matthiolo teſtibus, dicitur *Panaces Chironium*: ſed cum eo ſimilitudinis habet nihil. *Gratiam Dei* vel *Gratiolam* vocant alij, cuius nominis herba ab eo multùm diſtat. *Heliocallidem* etiam nominari legimus apud Plinium. An eiuſdem *Plinij Selago*, vt vult Dodonæus?

Cæterùm in Symphytorum ſiue Conſolidarum Claſſem accenſenda eſt *Helianthe*. Vulneraria eſt, ac recenti vulneri impoſita, labra conſtringit, ſanguinemque manantem ſiſtit. In vino rubro cum pauxillo Alumine cocta, prodeſt ad oris & pudendorum tumores, ſi decocto partes affectæ colluantur. Ac ſummariùm auxilio eſt omnibus affectibus, quibus fluor nimius coniunctus eſt, omniaque Symphyti magni aliarumque Conſolidarum more vſurpari poteſt.

Ad Titulum NERIVM ALPINVM,

Mantiſſa.

Ledum alpinum vocant Cluſius in Pannon. & Hiſt. ac Tabernæmontanus, vnde ipſi in hac Claſſe locus. *Balſamum alpinum* Geſnerus, Lobelius, Camerarius atque etiam Tabernæmontanus; *Alpigena Chamærododendros ariſtatam* Lobelius. *Euonymum verò Theophraſti* veram, *vel non Laurum Tinum* nonnulli, quorum meritò reijcit opinionem Geſnerus. De *Nerio* ſiue *Rhododendro* in Claſſe XV.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI XIV. ADDENDA.

Ad Titulum ROSA,

Mantiſſa.

Roſæ nomen variæ obtinuerunt Plantæ: *Periclymenum*: *Roſa monapia*, quæ Sambucus Roſea: *Roſa canina* & *Roſa marina*, quæ Ciſti ſunt ſpecies: *Roſa alpina*, quæ Nerium alpinum eſt: *Roſa Perſica Auicennæ*, quæ eſt flos Perſeæ: *Roſa tranſmarina* Vulgi, quæ *Malua* roſea eſt: *Roſa Græca*, quæ Cyanus eſt: *Roſa Indica*, quæ Tagetes Indicum: *Roſa mariana varia ſpecies*, de quibus ſub Ocymoide, Been albo & Pſeudo-Melanthio: *Roſa Iunonis*, quæ Lilium eſt: *Roſa Solis*, quæ Ros Solis: *Roſea arbor*, quæ Nerium: *Rhodia radix*: *Roſa marina Cæſalpini*, de qua in Claſſe 59. Sed de iis minimè hic ſermo, proprio ſuo tradentur omnes loco.

De *Roſa propriè dicta* agimus, quam tum Recentioribus tum Priſcis maximo ſemper in honore fuiſſe, ex illorum monumentis conſtat: vnde dicitur.

Roſa honos decuſque florum,
Roſa cura, amorque Veris: &c.

Atque ſcribit Achilles Tatius in de Leucippe & Clitophonte Libro: Si floribus vellet Iupiter imponere Regem, Roſam inter flores Regnum obtenturam. Vnum tamen in ea deſideratur: longior ſcilicet duratio: quemadmodum enim nihil Roſâ gratius, ſic illâ etiam nihil minùs diuturnum.

Id exprimunt Græci Theocriti Verſus:

[illegible]


Et Latini Iohannis Maronis celebris Poetæ.

Vidi Ego mane Roſam Solis cum Lumine naſci,
Et vidi rurſum Sole cadente mori.

ῥόδον vocant Græci, [illegible] quòd largum odoris effluuium emittat: Arabibus dicitur *Nard*: Germ. Roſen: Anglis & Belg. *Roſe*: Gallis *Roſes*: Hiſpanis Roſas. Stirps autem ipſa, quæ Græcis ῥοδωνία dicitur, apud Latinos idem cum flore nomen retinet. Virgæ verò Stirpis Roſarum *Vibarna* dicuntur nonnullis.

Cæterùm *Roſam nonnulli candidam* per initia fuiſſe comminiſcuntur Poetæ & Turcæ. Illi quidem vulnerato Veneris pede, vel ſanguine Cupidinis, eam adrubuiſſe fabulantur. Hi vero ex ſanguine Mahumetis rubedinem illam ortam eſſe ſibi perſuadent: ac propterea huius folia humi iacere non patiuntur. Sic *duplex* vulgò in *Roſis color* obſeruatur, *Rubeus* ſcilicet & *Candidus*. Sed habentur etiam in quibus candor rubore aſperſus eſt, qui color *carneus* & *incarnatus* vocatur: habentur prætereà *pallida*, *ſaturatiùs rubentes* & *purpurea*: habentur quarum *folia* partim alba & partim rubra ſunt: habenturque tandem *cærulea* & *lutea*, Veteribus indictæ.

Nec in *colore* ſolùm obſeruantur Roſarum differentiæ: ſed in multis etiam aliis. Sumuntur enim quædam à *natali loco*: vnde aliæ hortenſes dicuntur, aliæ ſylueſtres hortenſeſue: ac rurſus aliæ Alexandrinæ, Perſicæ vel Damaſcenæ & Prouinciales, Pannonicæ, Hollandicæ, &c. Quædam à foliorum numero: vnde aliæ flore ſunt ſimplici, aliæ multiplici: aliæ quinquefoliæ, aliæ centifoliæ. Quædam ab *aſperitate* & *hirſutie* atque *leuore*: vnde aliæ ſpinoſæ & hirſutæ dicuntur, aliæ læues & ſine ſpinis. Quædam ab *odore*; vnde aliæ odoratæ, Cinamomeæ, Moſchatæ, &c. aliæ inodoræ, vt ferè ſunt Centifoliæ, atque odoris grauis & ingrati, vt luteæ: Eſtque, vt ait Plinius, *odoris indicium* ſcabritia corticis. Ac tandem quædam *Pomifera* ſunt, & aliæ *ſine Pomis*, de quibus omnibus & ſingulis fusè in Claſſibus.




Hic autem Roſam pingimus Prænestinæ formâ & magnitudine ſimilem, ſed quæ vt plurimùm illâ dilutior eſt & ferè albicans: folia nonnulla integra alba, & nonnulla integra rubra, habens: nonnullaque etiam mediâ parte candicantiâ, atque altera purpuraſcentia, vel ſimilis coloris venis aſperſa. An Cluſii Roſæ genus mediæ inter Centifoliam & Vulgarem magnitudinis?

Ad Titulum Roſa Sylveſtris, Cynorrodon,

Mantiſſa.

Cynorrhodi *virtutes inſignes* prædicat Libri 8. cap. 41. Plinius. A morſu [ad morſum.] ait, vnicum remedium Oraculo nuper repertū, Radix ſylueſtris Roſæ quæ Cynorrhodos appellatur. Inſanabilis ad hoſce annos fuit Canis rabidi morſus, pauorem aquæ, potuſque omnis afferens odium: Nuper cuiuſdam militantis in Prætorio Mater vidit in quiete vt Radicem ſylueſtris Roſæ quam Cynorrhodum vocant, blanditam ſibi aſpectu pridie in fruteto, mitteret ad Filium bibendam. Caſuque accidit vt Milite, à morſu canis incipiente Aquas expaueſcere, ſuperueniret Epiſtola orantis vt pareret Religioni: ſeruatuſque eſt ex inſperato: & poſtea quiſquis auxilium ſimile tentauit.

Roſæ Sylveſtris Genus: Roſa Canina.



Hanc variis in locis ſponte prouenientem obſeruauimus, Baſileæ, Lugduni, & alibi, ac præſertim Montbeigardi, ad Collem *la Cendemeine* dictum. Eius autem non modò *flores*, ſed *folia* etiam ipſa, ſuauiſſimi & gratiſſimi, maximè vento ſtante, ſunt odoris: in hortos verò tranſlata, odorem amittit. Flores Iunio & Iulio, ac in Septembrem vſque, ſpongiam que etiam habet, & eſt forte eadem cum ea, quam in Claſſibus depinximus.

Ad Titulum Rubus vel Sentis,

Mantiſſa.

Tria Rubi genera conſtituit Theophraſtus: *Primum erectum* & excelſum, quod Rubus eſt maior fructu nigro: *Alterum humile*, quod Rubus eſt minor fructu cæruleo: & Tertium, quod Cynoſbatos appellatur. Cynoſbaton verò ſic deſcribit: Eſt, ait, inter fruticem atque arborem, Roſæ ſimilis: folio æmulatur veſtigium hominis, fructumque edit ſubrubrum, Roſæ fructui ſimilem. *Rubum caninum* vocat Dioſcorides, ac Oxyacantham etiam dici ſcribit: Plinius, qui *Cynoſpaſton, Cynoſbaton*, & ob neruum quem in acino habet, etiam *Neuroſpaſton* appellat, folium quidem illi, vt & Theophraſtus, veſtigio hominis ſimile, tribuit: ſed perperàm *Vuam nigram* vocat, illum ſic cum Chamæbato confundens:

Cynoſbatos porrò pro Roſa foliis odoratis, *Eglentina* dicta, à quibuſdam accipitur, ab aliis pro *Cappari*; ab aliis pro *Smilace aſpera*, atque ab aliis pro *Spina alba*: Sed ab omnibus minùs propriè.

Differt autem *Cynosbatos* à *Cynorrhodo*, non quidem flore, quem roſeum fert vtrumque: ſed potiſſimùm ſpongiolis, quas Cynorrhodon habet, Cynoſbatos minimè.

Ad Titulum Capparis,

Mantiſſa.

Maiores & *Minores Cappares* cùm volgò habeantur, Minores in prima ſunt commendatione, lexſeſque pluris emuntur quàm maiores, melioreſque exiſtimantur panis. Sic palati ſtudium fallit ingenium, valetudinis diſpendio: nam qui ſapor in illis percipitur, aſcititius eſt à muria, vel ab aceto. Alioqui vtraque acerrimi ac teterrimi eſt guſtus, ſeu viridis, ſeu matura: proindeque minor perpaucæ carnis, paucique ſucci, faciliùs & penitiùs imbuitur conditurâ, quàm maior, quæ melioris ſucci & carnis eſt. Culinæ proinde error eſt, minores maioribus præferre. Sed hic conſuetus inoleuit mos: atque vt ſcitè dicebat Philoſophus, *Nihil magis aduerſatur valetudini, aut Medico, quàm bonus Coquus.*

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI XV. ADDENDA.

Ad Titulum Glycypicros, ſiue Amara dulcis.

Mantiſſa.

Calefacit & ſiccat tertio ordine, abſtergit & digerit: à ruptis, cæſis vel ex alto præcipitatis, atque etiam ad Hydropem & febres putridas vtiliter bibitur eius decoctum: Icterum curat, obſtructioneſque eius prauias atque alumnas demolitur. Baccæ ex vino 40. diebus potæ, Lienem abſumunt. Folia foris vtiliter contra pruriginoſos pedum tumores, vulgato plebis experimento, admoueri ſolent. Nota verò eſt Germanicis præſertim Paſtoribus planta: illam enim pecori è collo ſolent ſuſpendere, aduerſus Morbum quem vocant *die Hynſch*, vnde etiam *Hynſchkraut* illis dicitur. Atreglis & topiario operi conueniret, niſi grauior eſſet frutitis odor. Quoniam porrò guſtanti nonnihil amaroris primùm exhibet, dulciculo ſubſequente faſtidium pariente ſapore: Græca ſua & Latina Nomina inde ſortita eſt.

Ad Titulum Hedera

Mantiſſa.

Hedera, vt 7. ſimplic. ſcribit Galenus, ex contrariis compoſita eſt facultatibus: habet enim quiddam adſtringentis ſubſtantiæ, quod terrenam & frigidam eſſe arguit: habetque etiam nonnihil aeris, quod calidam eſſe comprobat: nec deeſt illi tertia, aquea ſcilicet, quæ cùm areſcit exhalat, remanentibus duabus aliis. Ad dyſenterias, cephalalgias, odontalgias, alioſque varios affectus commendat Dioſcorides. Semen Hederæ nigræ, ſi Bayro credendum, facit cadere pilos & canici non ſinit. Folia cum aceto decocta, ac Lieni impoſita, dolores eius ſedant. Succus e foliis cum vino acidulo tribus continuis diebus potus Lienoſos iuuat: vt & pocula ex eius Lignó vel radice confecta. Acini drachmæ pondere cum vino aſſumpti calculum pellunt. Florum ſiccatorum puluis ex vino bibitus, fluxum dyſentericum, vt apud Matthiolum legitur, ſiſtit. Suffitam Hederam Venerem tollere ebrietatemque & animi furorem inducere ſcribit Plutarchus. Oleum quod ex eius Ligno, Corymbis & Gummi elicitur, menſes ciet, calculos pellit, ſordida vlcera exterget, & *frigidos* muſculorum morbos ſanat. Mulierculæ pileolos è foliis Hederæ confectos, capitibus imponunt Infantium quos Arbores infeſtant, ſiccantque ita, & tertiò curant. Vt autem Cauteriorum vlcera aperta maneant, imponitur quotidie Hederæ folium, quod & humiditatem omnem exhaurit, & ne quicquam ſiniſtri accidat, prohibet. Mirumque certè, ſi verum quod tradit Plinius ad experienda vina: ſi ſcilicet vas ex Hederæ ligno fiat, Vina transfluere, ac remanere aquam, ſi qua admixta fuerit. Eodem Ligno vtuntur Sutores ad cultellos ſuos quibus coria diſſecant, poſt cotis vſum, aſperiores remanentes, læuigandos.

Cæterùm Hederæ nomine variæ donatæ fuêre Plantæ: *Smilax aſpera*, Ciſtus, Chamæciſſus, Apocinon, Conuolulus maior, Volubilis minor, Helxine Ciſſampelos, Aſclepias, Agrifolium, Lenticula aquatica triſulca, & Alſatina ſterilis: ſed has ab illis diſtinguere norunt docti.


Ad Titulum Vinca Pervinca,

Mantiſſa.

Peruincæ non minima laus, quod tradunt nonnulli, decolor & turbidum Vinum reſtitui, ſi Herba in debita quantitate imponatur, & in illo bene obturato per dies decem, duodecim vel quindecim relinquatur.

Grana-

Granadilla Hederæ Similis.



Granadillam è Peruanis montibus primò allatam fuiſſe tradunt Monardes, Petrus de Cieça, & alij rerum Indicarum Scriptores: fructumque eius, cui cum Granato Malo, ſi coronam demas, ſimilitudo maxima, ſummâ cum voluptate ab illarum Regionum Incolis eſitari.

Hodie tamen habetur in nonnullis ex curioſioribus hortis, vt in ſuo alebat Baſileæ Clariſſ. Vir D. D. A *Brun* Medicinæ Profeſſor percelebris, apud quem primò vidimus. Planta Hederæ ſimilis eſt, eodemque modo ſcandit & repit, quocunque loco ponatur. *Florem* habet albæ Roſæ perſimilem, in cujus foliis veluti aliquæ *Paſſionis Chriſti* delineatæ conſpiciuntur figuræ, quas magnâ diligentiâ hic pictas exiſtimes. *Fructum* non obſeruauimus: ſed elegantiſſimum eſſe aiunt, & granulis plenum, quæ in maturo acidulo liquore abundant.

Ad Titulum Bryonia,

Mantiſſa.

Omnibus ſuis partibus calida eſt & ſicca Bryonia, tertium etiam excedens caliditatis gradum: potentiſſimáque billioſos, pituitoſos & aquoſos humores expurgandi vi prædita eſt. Vrinas præterea ciet, menſes pellit. Lienem minuit, necnon comitialibus & vertiginoſis morbis prodeſt. Chironiis, gangrænicis & phagædænicis tibiarum vlceribus confert, ac ad varia alia eſt vtilis: vnde etiam à Chirone vlcerum olim peritiſſimo Medico, eius Inuentore, *Chironia* nomen ſortita eſt. Vtriuſque autem Bryoniæ aſparagi & cauliculi, primâ germinatione prodeuntes, Olerum modo cocti eduntur: vrinamque & aluum mouent.

Bryoniæ Lævis, Nigræ, & Bacciferæ, circa Pagum Hüningen prouenientis, ac quæ Iunio floreat, & baccas Septembri maturet, meminit in Prodromo & Pin. C. Bauhinus. Eam autem à Communi ſive Vulgari in eo differre ait: quòd communis florem minorem habeat, & racemoſa ſit, hæc verò flore ſit maiore, & baccifera.

Ad Titulum Mechoaca,

Mantiſſa.

Calida fertur in primo, & ſicca & ſecundo, gradu. Expers eſt omnis inutilis & Naturæ aduerſæ qualitatis, ac humores, pituitoſos ſeroſoſque præſertim minimò diſturbio purgat: omni ætati & ſexui, imbecillibuſque & grauidis innoxia. *Vſum* particularem & vtendi modum norunt Practici & Seplaſiæ

Mechoacæ autem ſimilis eſt alia radix ex Indiis. *Chelapa* ſive *Celapa* nomine afferri ſolita, ac ab Alexandrinis & Maſſilienſibus Ialapium vel Gelapo nuncupata. Sed nigricante corticeeſt veſtita, & Mechoacam purgatoriâ facultate ſuperat, ventriſque dolores excitat. Machoacam Nigram vocant nonnulli, & ſunt qui *Marem* eſſe exiſtiment.

Radices Pvrgativæ Indicæ.

In Prouincicia Quimbaya, cuius metropolis Carthago, naſci tradit Petrus Cieça tenues quaſdam radices digiti craſſitudine: quarum ſi fragmentum brachiæ longitudine in duobus aquæ ſextariis per noctem maceretur in vaſe aliquo, majorem aquæ partem eâ nocte abſumi. Ex ea verò quæ ſupereſt aqua cum qui tres vncias ſumpſerit, benignè purgari, ac ſi Rhabarbaro purgaretur. A natali loco Radicem Qvimbayam inſcribit.

Eſt & alia radix purgatiua Indica, Mattabalieta dicta, ex qua cum Saccharo fit Syrupus purgatiuus, refrigerans & ſanguinem mundificans.

Vendicat etiam ſibi hunc locum Baxvgo Del Perv, quod Diepâ Cluſio miſſum, drachmæ vnius pondere aſſumptum purgans, ac quod Mechoacæ præſtari ſolet.

Ad Titulum Scammonia,

Mantiſſa.

Scammoniæ nomine variæ crantur Plantæ: *Conuoluulus major, Helxine Ciſſampelos, Volutulus terreſtris, Mechoaca, Thapſia* & aliæ, atque etiam *Scammonia Syriaca* dicta, quam à Scammonia Dioſcoridis quammimimùm diſtare exiſtimamus. Purgat radix in *ſubſtantia* aſſumpta, eiuſque *decoctum* & *infuſum*.

Eſt verò Scammonium ſuccus è Scammonea manans: & quidem cum ex caulibus tum ex radice; qui variis elicitur modis, & poſtea denſatur. *Præſtantiſſimum* Scammonium eſt id quod ex inciſa radice ſupernâ exudat, & maximè quod ex Antiochia defertur. Pòſt Armenium: omninò verò prauum Europæum.

Vt verò ſit optimum, debet eſſe nitidum, ſplendidum, Gummi modo clarum, ſubalbum, rarum, fungoſum, citò liqueſcens, tenerum, friabile, & non valde ponderoſum, odoris nec tetri nec ſuauis, ſed proprij. Ab his notis quod longè recedit peſſimum eſt. Calidum eſt & ſiccum tertio ordine, purgat valenter [humores bilioſos & ſeroſos præſertim,] ſed cum labore & moleſtia, ac viſcera lædit. Doſim ac modum vtendi norunt Practici & Seplaſiæ. Caſtigatum vti decet *Diacrydium*, quaſi Lachrymula, dicitur, & in Officinis corrupto vocabulo *Diagridium*.

Ad Titulum Cardamomvm,

Mantiſſa.

Cardamomum ex Media, vel ex India, aduehi habetur apud Theophraſtum. Plinius quatuor facit genera; Viridiſſimum ac pingue, acutis angulis fricanti contumax, quod maximè laudetur: proximum de ruffo candicans: tertium breuius atque nigrius: atque peſſimum, quod odoris praui, varium & tritu facile. In India & Arabia naſci tradit etiam Dioſcorides: optimum verò ex Comagene & Armenia atque Boſphoro adferri, & eſſe ad vnguenta vtile. At ex quibus Authoribus quatuor hæc genera deprompſerit Matthiolus non conſtat: cùm præſertim Dioſcorides, Galenus & cæteri Græci, vnius tantùm Cardamomi meminerint.

Minimè autem vnum & idem eſſe Græcorum *Cardamomum* cum Arabum *Cardamomo* meritò contendunt Monachi, ac *Dioſcorides Cardamomum* Arabum, *Cardamomum* vel *Cordumenum* eſſe volunt. *Iudicent docti.*

Ad Titulum Cvbebæ,

Mantiſſa.

Cubebæ grana ſunt Piperi ſimilia. Planta autem ex qua colliguntur, Sylueſtris eſt ac ſpontè naſcens, imbecillis, & fruticibus Smilacis aut Piperis modo adhæreſcens: *foliis* Myrteis: *fructibus* racematim congeſtis, ſed ſingulis granis pediculis longis hærentibus. Tamei ſit in Iaua & aliis Indiarum regionibus in quibus prouenit hic fructus, vt ab Incolis decoquatur antequam venalis detur Inſtitoribus, ne ſcilicet in alieno ſolo ſatus, radices agat & luxuriet. Calidus autem eſt & ſiccus, ventriculum calefacit & roborat, hepar ab infarctu liberat, flatus diſcutit, & Veneris ſopitam vim excitat. Auicenna *Carpeſium*, Serapio *Myrtum Sylueſtrem*, nominant: alij *Piperis genus*, alij *Viticis ſemen*, alij *Ruſci fructum*, eſſe exiſtimant: ſed quæ inter has plantas cognatio & ſimilitudo.

Cubebe, Quabebe & *Quabebechi* dicuntur Arabibus: at quid ad *Nos* barbara eorum Nomina? Quid ad *Nos* eorum diſſidia, cum præſertim Cubebis veris careâre exiſtimemur? Conſiderandum an non in Claſſibus pingamur Cubebæ in eadem Tabella cum Pipere caudato.

Fragre Serapionis.

Ab Iſaac Eben amram aliiſque Mauritanis aſſimilatur Ciceri: & habet interiùs granum paruum rotundum nigrum. Calidum eſt in ſecundo gradu. Magnus verò, vt rectè annotat Cæſalpinus, eorum lapſus, qui *Fragariam* eſſe exiſtimant.

Mvngo ſiue Mex Avicennæ.

Semen eſt viride, authore Garciâ quod per maturitatem fit nigrú, ac quod Coriandri ſicci magnitudine naſci fertur in Paleſtina. Refrigerat autem hic fructus, & ad varia vtilis eſt, ac præſertim ad febres. *Mes* vel *Mex* dici debere ab eruditis Arabibus Medicis ſe edoctum eſſe ſcribit Bellunenſis.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI XVI. ADDENDA.

Ad Titulum CVCVRBITA,

Mantiſſa.

QVod citò fit citò perire, vulgatum eſt Diuerbium. Idque, ſi vllâ aliâ de re, certè de Cucurbita quàm veriſſimè dicitur. Ea namque vnâ Æſtate in ſublime ita conſcendit, vt faſtigia altiſſimarum Arborum attingat: Autumno verò, ſi vel vnam pruinam ſenſerit, foliis & palmitibus prorſus marceſcentibus, dejicitur.

Cucurbitam *Kikajon* Hebraicè vocari ſcribit Tragus, & *Iona Kikajon* Cucurbitam fuiſſe. Guillandinus verò *Iona Kikajon* Cucurbitam fuiſſe non exiſtimat, ſed *Ricinum*. *Iudicent docti.*

Cucumerinæ autem familiæ eſſe Cucurbitas, *Sicua* generaliſſima Græca appellatio ſatis indicat. Tantáque eſt *Cucurbitarum*, *Peponum*, & *Cucumerum* inter ſe cognatio, vt Antiqui, tum Græci tum Latini, nedum Recentiores, minùs accuratè eorum Nomenclaturas diſcreuerint.

Quæ porrò Cucurbitarum ſit varietas diuerſitaſque in Hiſtoria noſtra magna oſtendimus: vnde petat Lector, cùm noſtrarum Claſſium anguſtiæ minimè omnia capiant.

Ad Titulum COLOCYNTHIS,

Mantiſſa.

Colocynthidem *Cucurbitulam* ſive *Cucumerulam* vocarunt Hippocrates & Ægineta: ducti, vt ait Lobelius, potiùs foliorum aſpectu, quàm planè contrariis facultatibus.

Notiora autem eius *Poma* quàm *Herba*, quæ per terram ſparſa, ſtriatis aſperis *flagellis*, *folia* per intervalla profert ſingularia, *pediculis* duarum triuḿve vnciarum, vel etiam longioribus, hærentia, aſpera, incana & hirſuta, præſertim vero parte inferiore, punctis albicantibus notata, laciniata, Citrulli divisurâ, ſed minore: ad quorum pediculos exeunt tortiles *capreoli*, & ipſi quoque hirſuti. Flores lutei: *Poma* pugno æqualia, ſubflaua, virentia & virosa: quorum *Pulpa* candida, fungoſa, leuiſſima, amariſſimâ, horrendo & ingenter amaro guſtu, fauces, viſcera inteſtinaque lædens. Illi autem immerſa *Semina* parua, compreſſa, valde dura, polita, alba vel ruſeſcentia.

Sunt qui, propter ſummam vehementiam cum malignitate conjunctam, *ab vſu Medico eliminandam* & proſcribendam eſſe dicitent Colocynthidem. Eiuſque Fructus nonnulli [Solenander,] non *Medicamenta*, ſed *Poma Diaboli*, *Teuffels Apffel*, appellant. Nihilominus tamen, etſi Colocynthis vehementiſſimâ purgandi & turbandi vi prædita ſit; cùm præſtantiſſimorum & validiſſimorum remediorum fabricas multifariam ingrediatur, & correctione exſuperans vis admodum retundi & cicurari queat, non erit prorſus è Republica Medica in exilium releganda. Quin, vt decet correcta, vel ſola, vel cum aliis, tutò exhibetur.

Cæterùm eligantur fructus albicantes & leuiores. Calidi autem ſunt & ſicci in tertio gradu, & amaritudinis ſummæ participes, atque igneis conſtant partibus. Pituitoſos ij, craſſos & viſcoſos primò purgant humores: vtramque deinde bilem & aquas citrinas; eaque quæ Agarici & Turpethi vim eluſerunt exturbant. Extrahunt è diſtantioribus corporis partibus, vt pote à cerebro & eius membranis; à neruis, muſculis, articulis, thorace & pulmone. Adeoque conducunt Hemicraniæ, Apoplexiæ, Epilepſiæ, Paralyſi, Vertigini, Oculorum fluxioni, Dyſpnœæ, ac coxendicum & articulorum dolori. *Vſum particularem*, varioſque correctionis modos, norunt Practici & Seplaſiæ.

Præter autem anguinum vel aſininum Cucumerem, plurimas è Cucurbitarum familia plantas, *Colocynthidis nomine* donari notum eſt.

Ad Titulum CVCVMIS, MELO, & MELOPEPO,

Mantiſſa.

Pepones in genere Cucumerum ſunt, & Melopepones in genere Peponum. A Peponibus autem differunt Melopepones, quòd Pepones majores ſint, magis ſtriati, magiſque ſucculenti: ſed minùs grati, carne molliore, ſemine pauciore, & figurâ oblongâ.

Pepon autem apud Græcos idem eſt quod *pepanos*, quod maturum ſonat, omnibuſque maturis frugibus poteſt conuenire: Iidem tamen peculiariter hunc fructum illo nomine donarunt, quo modo atramentum vocarunt Melan, id eſt, nigrum. Medici verò non ſimpliciter *Pepona*, nuncupant: ſed Sicyopepona, id eſt, *Peponem Cucumeralem*.

Cæterùm *Peponum* permulta ſunt genera, quæ ſapore, colore & figurâ diſtinguuntur. Eſt enim ventricoſus Pepo, qui à pediculo ad vmbilicum vſque ſtriatus & canaliculatus eſt: atque alius minùs ſtriatus, quem *Fœminam* vocant. Quidam totum corticem textura quadam reticulari, miro Naturæ artificio, conſperſum habent. Aliquorum fructus grandis eſt, humani capitis inſtar, ac aliquando etiam major: nonnullorum verò longe minor. Sunt qui herbaceo ſunt colore, alij flauo, alij pallido, ac nonnulli cinereo. Interior quoque pulpa varia: rubet enim in quibuſdam, in aliis albicat, & in nonnullis ex albo ruſeſcit. In quibuſdam dulcis eſt & guſtui ſuauiſſima, in aliis inſuauis & inſipida. Suntque, adhæc, qui Hircini & Turcici dicuntur.

Melopepones etiam varij ſunt; nunc magni, nunc mali Cydonij figurâ & magnitudine. Horum etiam caro interdum candida eſt, interdum flaua, quandoque pallidior: atque aliquando ſolidior, aliquando laxior. Præferuntur candidi, ſolidi, ac ſic dulces vt Sacchato conditi videantur; vnde Saccharatos vulgò vocant, Galli *Sucerins* & *Sucerades*. Quibuſdam ſemen pulpæ firmiſſimè hæret, in aliis verò facilè ac ſponte ab ea ſeparatur. Sunt præterea qui Olitorum mangonio Roſarum & Moſchi odorem ſpirant. Eſt genus quoddam Hybernum, quod in area non matureſcit, ſed laquearibus appenſum, magnaque cum voluptate Hyeme comeditur. Ex *multis* autem Fructibus qui ex eadem planta naſcuntur, pauci ſunt qui bonitate excellant, cæteri ſunt inſuaues. *Odor ſuauior, craſſior pediculus ponduſque, bonitatis ſunt indicia.* Sic de his tradit *Dalechampius*.

Ad Titulum CVCVMIS SYLVESTRIS, vel ASININVS,

Mantiſſa.

Foliorum ſuccus, Dioſcoride dictante, auribus ſurdis vtiliter inſtillatur. Radix ex aceto cocta podagris illinitur, ſuccoque dentium dolori medetur: arida cum Reſina impetiginem & ſcabiem parotidaſque & panos ſanat, atque cicatricibus colorem reddit. Eâque plurimùm vtuntur Monſpellienſes Practici; intùs aſſumptæ & externè admotæ efficacitatem in Anaſarca & Aſcite præſertim plurimùm laudantes.

Succi verò fructus, quem ELATERIVM vocant, dos præcipua. Refertur id à Meſue ad tertium caliditatis & ſiccitatis gradum: Galenus verò ſecundum tantùm ordinem attingere voluit. Conſtat & igneis & terreis aduſtis partibus, & eſt ſubſtantiæ ſubtilis ſummæque amaritudinis. Reſoluit; extenuat, aperit, abſtergit, obſtructiones expedit, ora venarum reſerat, ac formali proprietate ab articulis & juncturis pituitam, aquas & bilem educit. Sed tantâ, niſi corrigatur, cum vehementia per ſuperiora & inferiora humores exturbat, vt ſincerum & incorrectum, magnaſin doſi, minimè exhibeatur: Ducentis annis ſeruari poſſe ſcribit Theophraſtus, in quo rurſus ab eo diſſentit Dioſcorides. *Sed* de hujus Medicaminis duratione, delectu, & exhibendi modo, conſulantur *Practici*.

SCIA-

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSI XVII. ADDENDA.

Ad Classis Titulum generalem.

LEgumen dicitur quicquid è terræ ſatis in ſiliquis naſcitur, vt Fabæ, Piſa, Lentes & ſimilia. *Leguminis* verò appellationem obtinuêre illa, à legendo: quòd manu legantur, non autem, vt reliquæ fruges, reſecentur, eademque de cauſa *Legaria* etiam dicta fuiſſe legimus apud Varronem.

Ad Titulum Phaselvs, Phasiolvs, Dolichvs & Smilax Hortensis,

Mantiſſa.

Phaſelum trium ſyllabarum à *Phaſeolo* vel *Phaſiolo* quadriſyllabo minimè diſtinguunt nonnulli, vtrumque & idem, ſed diuerſimodè appellatum, Legumen eſſe exiſtimant. Verùm eos à veritate receſſiſſe rectè cenſet Dodonæus. Sicut enim *Cicer, Cicera* & *Cicercula,* res nomenclaturis valdè affines, omninò tamen ſunt diuerſæ: ſic Phaſeolum quadriſyllabum, de quo hic agimus, à trium Syllabarum Phaſelo, qui cum Lathyro idem eſt, vel ejus Species, plurimum diſtare ſtatuunt Galenus, Paulus, Cordus in Dioſcoridem, Cornarius, Matthiolus, Turnerus, Cæſalpinus, & docti alij plurimi: imò & ipſe Dioſcorides, qui pro Phaſelo Phaſiolum legit, ac rurſus pro Phaſiolo Smilacem hortenſem.

Smilacis amplam æquiuocationem in Hiſtoria noſtra magna enarramus: de *Taxo* ſcilicet, de *Fraxino*, de *Smilace aſpera*, de *Holcino Ciſſampelo*, de *Scammonio*, ac de *Gelſomino* repente, ab his vel illis dici. Donæus verò etiam eo nomine Phaſiolus noſter, eò quòd Smilacis ſimilitudine conſcendat, & vicina adminicula apprehendat.

Lobum verò vel *Lobium*, id eſt, ſiliquam, vocarunt nonnulli, quoniam ex omni Siliquarum genere [illegible] fructus vnà cum Siliquis ſiue regumentis ſuis vt plurimùm comeduntur.

Ad Titulum Faba, Cyamos Legvminosa,

Mantiſſa.

Vtrum *Faba* vulgò hac ætate dicta Veterum ſit *Cyamos*, necne, in controuerſiam vertitur: affirmant quidem plærique omnes, at negant tamen nonnulli cum Trago. *Nos* verò cum maxima doctorum turba prærogatiuâ temporum receptam vbique vocem retinemus. Qui Bvnam vocant idiomate Germanico abutuntur.

Inter Legumina, ait Plinius, maximus honos Fabæ, vt pote & quæ pabulo venalis ſit, atque ex qua tentatus ſit panis. Sola frugum etiam exeſa repletur creſcente Lunâ. Siliquæ cauleſque gratiſſimo ſunt pabulo pecori. Aquas in flore maximè concupiſcit, cùm verò defloruit exiguas deſiderat. Solum in quo ſata eſt lætificat ſtercoris vice: ideo circa Macedoniam Theſſaliamque cùm florere incipit, vertunt arua. Naſcitur & ſua ſponte plæ[illegible] que in locis, ſicut in Septentrionalis Oceani Inſulis, quas ob id noſtri *Fabarias* appellant. Item in Mauritania Syluetris paſſim, ſed prædura, & quæ percoqui non poſſit: &c.

Sic de hoc Legumine Plinius: Addemus verò *Nos* ex aliorum ſententia: Fabas recentes in cibis innoxias eſſe, ſiccas vero Operariis relinquendas. Ac Fabam præterea Legumen eſſe minimè contemnendum: vt pote quod multis in regionibus magnum præbuerit annonæ ſupplementum: nec tantùm veterinariæ, ſed etiam plebeææ ſit percommodum. Pueros puellaſque tardè pubeſcere ſcribit Cardanus [illegible] ſi Fabarum lomento lauentur. Gallinas, ſi crebrò Fabarum putamina edant, ſteriles fieri, ſcribit Apollonius. Cæteros *vſus Medicos, culinarios, veterinarios & alios,* Nos in Hiſtoria noſtra magna recenſemus.

Iucunda verò & vtilis eſt *quæſtio* quam ibidem ventilamus & expendimus: *Quamobrem ſcilicet Faba, Piſa & Lentes, coctilia aut incoctilia fiant? Qui fiat vt idem ager alias coctilia aliàs incoctilia ferat, tametſi eodem modo colatur: & ex continuis ſegetibus, ſulco tantummodò arcente, alterâ coctilia, alteru verò incoctilia, proferat? Quamobrem rurſus aliàs ex incoctilibus coctilia prodeunt, & contrà ex coctilibus incoctilia: cùm tamen in exortu, germinatione, copia & bonitate nihil ſit diſcriminis. Vtrum ratione agri, an Aeris, an ſeminis aſſectionis?* Et rurſus, *Omnino an aliqua tantùm coctilia vel incoctilia efficiantur?* Videat Lector & judicet.

Cæterum in hoc Legumine obſeruanda potiſſimùm hæc veniunt. *Faba tunica ſeu concha, Valuulus, Operculamentum, Lobus, Siliqua & Folliculus*. Fabæ item *Oculus* & *Vmbilicus*. Fabæ *Hilum*, ſeu Nigrum, in Faba, *Fabæ Scapus* ſeu Fabalis ſtipula, Fabarum quiſquiliæ & purgamenta, ac tandem Fabarum farina, quæ *Lomentum* vulgò nuncupatur.

Ad Titulum Lvpinvs,

Mantiſſa.

Lupini, vt ſcribit Augerius Gallus, ſati impediunt Vermes frumentum rodentes, & agros macilentos impinguant. Sic Lupinos in Hetruria ſeri tradit Matthiolus, non modò ad alimentorum vſum, ſed etiam ad agros impinguandos. Aquâ calidâ macerati amaritudinem deponunt, ac grati guſtui redduntur. Excalfaciunt & ſiccant manifeſtè, abſtergunt, aperiunt, digerunt, reſoluunt & attenuant, tantique ſunt in re Medica & culinaria atque etiam in agricultura, vſus, vt non immeritò *Lupinum polychreſton* nuncupârit Galenus.

Ad Titulum Cicer, Cicer Arietinvm,

Mantiſſa.

Ciceris, tum in genere conſiderati, tum ſpeciatim Arietini dicti, *differentias* in Claſſe XVII. tradidimus: ad ea verò quæ illic annotata addendum: Nonnullos [Matthiolum in Dioſc. & in poſter. Comment. Ital.] Cicerum genera ita diſtinguere, vt *Candidum* id ſit quod Columbinum vocatur: *Rubrum* Venetum dictum: *Nigrum* verò & cæteris minus, id quod Arietinum appellatur. Ac notandum præterea, Nigrum Cicer purpureos producere flores, album albos.

Ad Titulum Pisvm,

Mantiſſa.

Dioſcoridem tam vulgaris tamque protriti Leguminis non meminiſſe multum miramur: cùm Theophraſtus, Plinius, Galenus & Paulus Ægineta, imò & Hippocrates ipſe, non reliquerint intactum. Sed multò magis miramur, quoſdam Piſum Cicer Arietinum Dioſcoridis eſſe cenſere, atque alios Latinorum Eruum, & Græcorum Orobum, adeo enim jejuna ſunt & infirma eorum argumenta, vt in iis refellendis operam locare opus non ſit.

Errant etiam plurimùm qui, quod Theophraſto & aliis veteribus Græcis [illegible] eſt, & Latinis Piſum, [illegible] vocant. *Lecythos* ſiquidem non peculiare aliquod Legumen eſt, aut Frugis genus: ſed Pulmentarium ex Leguminum farinis: vt in Libro de Euchymia & Cacochymia teſtatur Galenus.

Ad Titulum Isopyron,

Mantiſſa.

Iſopyri meminêre Dioſcorides, Plinius, & Galenus. Iſopyron aut Phaſiolum, ait hic, ſemen atrum & acerbum habet, ac proinde extergit. Id verò Phaſiolum vocari, quòd Phaſiolo ſimile ſit, authores habemus Dioſcoridem & Plinium. In ſummo caule, inquit Dioſcorides, ſunt capita tenuia, ſeminibus referta, Melanthio in guſtu ſimilibus: at folium Aniſo ſimile eſt. Habet Iſopyron Cæſalpinus, quod Eruilio ſimile facit, quod an ſit *Veterum Iſopyron*, ſub Iudice relinquimus. Melius omnibus hodie ignotum ſtatuit Cornarius.

Ad Titulum Aphaca ſeu Vicia,

Mantiſſa.

Aphaca differt ab *Aphia*, quæ Olus eſt. Et eſt rurſus Aphaca alia arbor, alia Cichoraceum Olus, & alia Legumen. Sic diſtinxit Theophraſtus, haudque multùm ab illo abſcedit Plinius: tantùm Aphacam Olus, ad ſpecialiorem diſtinctionem Aphacen vocat. Dioſcorides Aphacam ita deſcribit, vt Viciæ optimè conueniant quæ de Aphaca tradit: eumque verbo ferè tenus ſecutus Plinius. Sic & Nos, Galenum & Matthiolum etiam ſecuti, Aphacam cum Vicia in Sciagraphia noſtra coniunximus. Viciam autem apud Aſianos [illegible] dictam ſcribit Galenus, & inde fortè deductum Latinum nomen.

Ad Titulum Lens,

Mantiſſa.

Galeno authore Lentes adſtringunt quidem, ſed non validè: ac caliditatis & frigiditatis in medio conſiſtunt, & ſecundo ordine ſiccant. Proinde corpus quidem ipſarum ſiccat & ventrem ſiſtit, decoctum verò propellit. Cæſalpinus à ſignatura concludit Lentium decoctum peſtilentialibus Febribus, quas *Lenticulares* vocant eſſe vtiles. Id verò minimè probamus, vt nec quod à Vipera commorſis Lentes applicat Ægineta. Itaq; ne *Mira de lente*, quod Diuerbio fertur, hæc ſubſiſtimus. *Zenonium tamen eſt & Lentem coquere.*

Ad Titulum Tribulus Terrestris,

Mantiſſa.

Adſtringit & refrigerat, eſtque omnis inflammationis cataplaſma: cum Melle verò ſerpentia oris vlcera ſanat. Exprimitur & ſuccus ex eo ad ocularia medicamenta. Fructus viridis potus calculoſis prodeſt; &c. Cæterùm qui ad Strimonem fluuium habitant Thraces, viridem quidem herbam equis in pabulum dant, fructum verò, qui dulcis eſt, ac probè nutrit, in panes effingunt, quibus veſcuntur. Et hæc ex Dioſcoridis, Plinij & Galeni ſententia. Nullius autem hodie commodi eſſe niſi Aſinis, quibus pabulum ſit, ſcribit Lobelius.

Ad Titulum Lotus,

Mantiſſa.

Lotum qui arborem tantùm eſſe putant, iſti vel Homero teſte, ait Plinius, coargui poſſunt. Homerus enim inter Herbas Deorum voluptati ſubnaſcentes *Lotum* primam nominauit. Ea, authore Theophraſto, in pluribus formis eſt: variæque eius numerantur ſpecies, *folijs, caulibus, floribus & fructibus* differentes. Primariò autem in *Satiuam* & *Sylueſtrem* diſtinguitur: ſed cùm diuerſæ admodum apud diuerſos eo nomine donentur Plantæ; Quænam Veterum ſit Lotus ſatiua, quænamue ſylueſtris, minime eſt dictu promptum

Ad Titulum Fœnum Græcum,

Mantiſſa.

Fœnugræco, vt refert Benzo, adeò abundat regio Peruana, vt Vinum etiam inde conficiant, quod bibunt. Semen nonnulli in refrigerantium vel temperatorum Claſſem referunt: ſed, Galeno authore, qualitatem calefactoriam odor & ſapor arguunt.

Fœnumgræcum Sylvestre, Sive Glycyrrhiza ſylveſtris quibuſdam.

Inuenitur, ait Cluſius, in ſyluis, pratorum marginibus vmbroſis, atque etiam in pratis apertis: eſtque ſæpe odioſum nimium ſe ſpargentibus ramis. Geneuæ obſeruauimus *Nos* prope collem *la Baſtie*, ac Baſileæ extra portam lapideam inter ſpinas. Dalechampius Lugduni abundare ſcribit, & *Glycyrrhizam* vocat, quod nomen non diſplicet, cùm dulcis herba ſit. Ineptiunt verò Tragus & Lonicerus, qui *Lotum ſylueſtrem* ſive *campeſtrem* vocant.

Glaux Hispanica.

Ternis aut quaternis à *radice* aſſurgit cauliculis, dodrantem altis, gracilibus, incanâ lanugine pubeſcentibus: *folia* ſerie quadam ſecundum longitudinem digeſtis, mollibus, supernè virentibus, infernè canâ lanugine obſitis. *Flos* extremo cauliculorum faſtigio innaſcitur, confertus, Glycyrrhizæ vulgaris flori formâ & colore ſimilis. *Radix* candicans eſt & craſſis.

Cur autem *Glaux Hiſpanica* dicatur, ratio redditur, quia nuſquam alibi quàm ad ripas fluminis Thormis, Salmanticam alluentis, teſte Cluſio, reperitur.

Ad Titulum Faba,

Mantiſſa.

Ad Locum de Faba refertur meritò Aracus Fabaceus & Faba Kyrina. Legumen eſt plùs quàm cubitale: cuius *caules* ſatis craſſi, inanes, anguloſi, & nonnihil hirſuti. *Folia* quaterna vel ſena, coniugationibus duabus digeſta, coſtæ adhærent longiuſculæ,




Fabæ vulgaris folijs ſimilia, hirſuta, nigricantia, nullo impari alam claudente. Abit verò pediculus ſuæ *pinæ* in *capreolos*, quibus proxima apprehendit. Ad eius exortum pinnæ adnaſcuntur binæ veluti in Piſis: atque ex eodem loco oriuntur *flores* purpurei, Viciæ vel Aphacæ: quos ſequuntur *ſiliquæ* mediocriter longæ, magnæ, hirſutæ in quibus *ſemina* Piſi ferè magnitudine grauiſſimi & ingratiſſimi ſaporis, per maturitatem nigra.

Prouenit ſponte in Apuliæ, Aquitaniæ & Galliæ Narbonenſis campeſtribus locis, alibi verò rarum. Sed à nonnullis colitur in hortis, vt Nos itidem in noſtris habuimus. *Fabam nigram*, *Piſum nigrum* *Fabam Sylueſtrem*, & *Phaſelum Sylueſtrem* Inſcribunt vulgò Botanici: Germani Wilder Boonen Schwartze Boonen. Wilde Erbeis & Schwartze Erbeis.

Ad Titulum Galega,

Mantiſſa.



Galegam nemorenſem Vernam hic pingimus: quæ *radicem* habet nigram, perennem, multiplicem & fibroſam: ex qua *caules* ſurgunt pedem alti, anguloſi, in quibus *foliorum* ad Parietariæ folia plurimùm accedentium Coniugationes aliquot. *Flores* in longo pediculo veluti Spicati, ſex, ſeptem aut octo, quales Leguminibus, purpurei primùm, poſtmodùm cærulei: quos *ſiliquæ* excipiunt vncias duas longæ, nigræ in quibus *ſemina* rotunda, exigua, oblongiuſcula, amaricantia.

Phaſiolum ſyluarum vocat Hiſtoria Lugdunenſis: nonnulli verò Orobum Sylueſtrem Vernum. Vidimus Geneuæ in colle *la Baſtie* ſub arboribus, florentem Aprili & Maio. ac reperimus etiam Mombelgardi inter arbuſta.

Araco ſimilis Theophrasti.

Aracus res ſcabra & dura in Lente videtur, authore Theophraſto, qui Arachidnam ipſi ſimilem ſcribit. Semen eius, ait Galenus, Lathyri ſemini ſimile eſt: fueruntque nonnulli qui putarunt ipſum non eſſe generis à Lathyro diuerſi, quandoquidem & vſus ipſius omnis, & facultas, eadem ſint cum Lathyri vſu & facultate. Duriores, tantùm ſunt Araci, minúſque facilè elixantur.

Ad Titulum Medica,

Mantiſſa.

Apud Euch. Rœſſl. Lonicerum & Ryffium ineptè ponitur Icon *Laburni* pro *Medica*.

Ad Titulum Potentilla,

Mantiſſa.

Adſtrictoriâ & ex ſiccatoria vi pollet: recentia vulnera glutinat,

nat. & exedentia ſanat; mulierum menſtrua compeſcit, & alba cohibet: exedentia oris vlcera ſanat: calculum frangit. In vino cocta & pota torminibus & dorſi dolore laborantibus ſubuenit, atque ad enterocelas confert, & ad ſanguinis rejectiones. Aqua ſtillatitia ad lentigines, panos & maculas, fuſcumque colorem ex Sole contractum delendum, apud Anglas mulierculas in frequenti vſu eſt, & rubentibus oculis ex linteis applicatur.

Ad Titulum POLYGALVM,

Mantiſſa.



Polygalon Nobis denominabat Cortuſus plantam quam hîc pingimus. Hiſtoriæ verò Lugdunenſi eſt Lotus enneaphyllos Dalechampij, quam ille ita deſcribit. *Radice*, &c. firmatur breui, nigrâ, valde fibratâ: *caules* edens multos per terram ſparſos, vel ſupra terram paululùm extantes. *Folia* Loti, in ſingulis pediculis nouena, quâ de cauſâ Enneaphyllum cognominatur. *Flores* multi in ſerta congeſti. *Semen* paruum in corniculis longis, gracilibus, crebris internodiis intercepis. Gignitur in pratis & terræ aggeribus. *Nos in* hortis noſtris Geneuæ & Mombelgardi habuimus & coluimus.

Ad Titulum ANONIS,

Mantiſſa.



ANONIN LVTEAM NON SPINOSAM, quam Dalechampius NATRICEM vocat hîc pingimus, Vulgari ſimilis eſt. *Virgulis* cubitalibus, in frequentes ramos fiſſis, ſpinarum expertibus. *Folia* terna cohærent, oblonga, hirſuta, per extremum crenata, viſcoſa, odorata, ſapore nullo euidente. *Flores* longis innituntur pediculis, Anonidis ſpinoſæ purpureæ maioribus, lutei, conferti. *Siliquæ* vnciales, teretes, hirſutæ, in quibus *ſemen* pullum. Monſpelij collegimus in locis arenoſis florentem Auguſto. Gignitur enim vulgò in glareoſis & ſabuloſis, vt Geneuæ circa *Arue* fluuium, & alibi, obſeruauimus.

Ad Titulum SECVRIDACA,

Mantiſſa.

SOLEA EQVINA, FERRVM EQVINVM: ITALIS Sferra cauallo: LVNARIA MINOR quibuſdam.



Radice nititur albâ, gracili, ligneſcente, paucis fibris donatâ: à qua ſtatim proferuntur plures *caules* palmares, angulos: vnde *folia* exeunt Securidacæ minoris, pinnatim digeſta, per extremam oram latiora, leuiterque in Corculi morem fiſſa. Ex foliorum ſinu *floſculi* exeunt lutei, ſingulares, quos *ſiliquæ* excipiunt ſingulares, nullo pediculo, tres circiter vncias longæ, culmum latæ, nonnihil incuruæ, compreſſæ: *artificis Naturæ rarum ſpectaculum*, dorſum his continuum, oppoſita verò pars fimbriatis ſinubus laciniosa. *Semen* lunatum bicorne: pro cuius numero & figura totidem in ſiliquis *ſolearum* equinarum ſimulachra.

Spontaneam reperimus inter Nemauſum & Valentiam, florentem & ſiliquas habentem Iulio. Colitur verò in hortis, vt Nos Mombelgardi id S. Phorto diu habuimus.

In icone noſtra radix pro plantæ proportione craſſior picta & floſculi omiſſi: ineptæque etiam ſunt quas apud Matthiolum habent Caſparus Bauhinus & Camerarius.

Chymiſtis dicitur LVNARIA MINOR, & quibuſdam SECVRIDACA: Italis *Sferra cauallo*: non quidem, vt vult Matthiolus, & vt vulgò creditur, quòd ab equis calcata iis ferreos extrahat calceos, ſed à ſiliquarum figurâ. Vſus ejus in Medicina nullus: Cum ea verò ex Argento viuo Argentum purum fieri fabulantur nonnulli. *Figura* falſa eſt: & eſt *Secur. maior flore perennis dumetorum* meliorem dabimus forte in fine Appendicis.

Ad Titulum ALCHIMILLA,

Mantiſſa.

Folia & radix ſecundo ordine exſiccant cum vehementi adſtrictione: vulnera glutinandi facultate pollent, admotu & exhibita, Emplaſtris, Vnguentis, Puluetibus, Lotu & Litu. Mulierum mammas impenſe laxas linteum decocto eius intinctum & impoſitum, duras ſolidaſque efficit. Decoctum potum interanea vulnera ſuppuraſſe glutinat, & magnâ efficaciâ ramices inteſtinorum, in pueris præſertim, ſanat, præſtatque idem aridæ etiam puluis. Idemque puluis per 15. aut 20. dies ex vino aut lure aſſumptus, vteri nimias humiditates abſumit, ac conceptioni ſeminiſue retentioni confert plurimùm.

Ad Titulum AGRIMONIA,

Mantiſſa.


In ſatorum & viarum marginibus, ac circa ſepes, & in pratis, paſſim prouenit. Flores ſuaue olentes ſerie alternatim ſcapo hærentes & croceos Aprili & Maio oſtentat: Autumno verò ſemen maturum eſt.

Vim autem habet attenuandi, incidendi & abſtergendi citra magnam caliditatem, atque aliqualis adſtrictionis eſt particeps. Peculiari autem virtute iecori & aliis viſceribus prodeſt. Vſum peculiarem norunt Practici.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSI XVIII. ADDENDA.

Ad Titulum FRVMENTVM, ſeu TRITICVM,


Mantiſſa.



In Tritico *Culmus* ſeu Calamus *Spicam* ſuſtinet, quæ etiam *Spicus*, & *Spicū*, & *Spica* dicitur. *Folia* culmum ambientia *Stipula* vocantur. In Spica verò ſunt *Gluma*, *Ariſta* & *Granum*, atque etiam cum Spica primitùs oritur *Vagina*. *Granum* dictum intimum eſt id ſolidum: *gluma* folliculus eius: *Ariſta*, vt acus tenuis & longa, eminet è gluma. Sicq; Grani theca eſt Gluma, apex Ariſta. Et dicitur *Gluma* à glubendo, *Gramen* à gerendo, Ariſta quòd prima areſcat, & *Spica* à ſpe. Hic autem *Tritici ſpicâ muticâ* Figuram tradimus, quæ iis quæ, in Claſſibus habentur meliùs placet.

Quos *vſus* præſtet Triticum, tum in cibo, tum vt medicamentum, longum foret hic recenſere. Illum norunt Oeconomi & Mulierculæ, hunc Medici & Seplaſiæ. Vnum tantùm atque alterum ex minùs tritis monebimus. I. quidem Triticum quod homini in cibo facillimè, cæteris animalibus, quanquam validioribus, tantopere obeſſe, vt ſi eo ſatientur, inde plærǽque intereant: Cuius Cauſſam reddit Theophraſtus cap. 10 Libri. 4. de Cauſſis plantarum. II. Tritico nihil eſſe fertilius, vtpote cuius CCCXL. Stipulæ Neronis tempore ex vno grano olim Neroni miſſæ: homini ſic indulgente naturâ, cui alendo id deſtinarum. III. Triticum Italicum, ſi Sophocli & Plinio credendum, cæteris omnibus eſſe præferendum. Aſſerente præſertim idem etiam Matthiolo, qui Italiam, vt legibus & moribus, ſic etiam præſtantiſſimo Frumento, cæteras Gentes ſuperare ait. IV, Ex Tritico Vinum dulce, generoſum, atque ad maluaticum proximè accedens parari.

TRITICVM RIGIDVM POLYSTICHVM: FAR ſiue *Adoreum* Veterum.



Præter *ariſtatum* & *muticum* Triticum, quorum meminit Hiſtoria Lugd. habet illa adhuc *ruffum* dictum, grano maximo, haud procul Lugduno, in Pagis Monti aureo propinquis proueniens: quod ad conficiendum panem minus eſt vtile, quamuis inibi in deliciis habeatur.

Sed habetur & aliud Tritici genus, quod, cùm firmiſſimâ, rigidiſſimâ, ac multis ordinibus conſtante, ſit ſpicâ, *rigidum* & *polyſtichum* appellatum fuit. An Far Cluſinum Dalechampii?

FAR autem quod attinet, ſciendum, FAR pro omni Frumenti genere à Veteribus vſurpatum fuiſſe. Hinc *Far Triticeum* pro Tritico, *Far Hordeaceum* pro Hordeo, &c. apud Columellam legitur. Videtur & Plinius Lib. 18. c. 7. *Far*, pro Farris farina, ſiue pulte, ſiue grano decorticato, accepiſſe: vbi Populum Romanum Farre tantùm è Frumento trecentis annis vſum fuiſſe tradit. Porrò decorticati grani Farris craſſior farina, ex qua pultes fiunt, Græcis *χόνδρος* dicitur, Latinis *Simila*, Gallis *Froumentée*, & nonnullis Semoule, quaſi Simila.

Quod hic pingimus à Matthiolo pro *Tritico vulgari* traditur.

TRITICVM SYLVESTRE, AGRIOSTARI.

Tale in Sicilia tantùm oriri tradiderunt Poëtæ: at in Creta etiam frequentiſſimè inueniri ſcribit Bellonius. Herba eſt, ait, Tritico ſimilis, folia & caules Tritici ferens, ſpicaſque aliquantulùm aſperas, nigriores & ariſtas breuiores: cuiuſque grana minora ſunt Tritico ſatiuo, & alterâ parte obtuſa: ita vt Secalis grana potiùs quàm Tritici æmulentur: negligitur id omninò, &c.

Ad Titulum SECALE,

Mantiſſa.

Secale proximum inter Frumenta à Tritico Triticeiſque ſeminibus locum habet. Panis ex eo factus lentoris atque obſtruentis naturæ nonnihil obtinet, difficulter concoquitur, ac ventriculo grauis eſt, præſertim ſi Furfurum expers fuerit. Admiſcetur autem non rarò Tritico, quò teneritudo Triticeo pani diuturnior conciliĕtur. An verò Secalini panis frequens & continuus vſus Scorbutici morbi cauſis adnumerari debeat, vt exiſtimant nonnulli, conſiderandum.

Secalis peregrinum genus eſſe NACHANS GARCIÆ ſtatuit Hiſtoria Lugdunenſis & Caſparus Bauhinus.

Ad Titulum ORYZA,


Mantiſſa.

Hordeum Galathicum Columellæ cenſuere Hermolaus, Ruellius, Amatus & Tabernæmontanus: Matthiolus illi *folia* Porro ſimilia tribuit, ſed malè, cùm Milio aut Hordeo ſint potiùs ſimilia nec floris ille meminit, quem rubrum eſſe tradit Lonicerus. Abſurda etiam Riolani opinio, Oryzam ſpoliatam ad Nos adferri ſtatuentis, quòd in eius cortice venenatum quid ſit, ac procul ab Vrbibus ſeri, quod flos eius maleoleat.

Cæterùm variis locis, Meridionalibus præſertim, prouenit Oryza: præſertim verò in fortunatis Inſulis, Hiſpania & Italia ac maximo omnium prouentu in Salernitano & Mediolanenſi agro naſcitur, præcipuaque omnium Indiæ Orientalis locorum annona eſt. Nec ſolùm loco panis eſt, ſed in potum etiam cedit, prout ex ea Vinum, Acetum, Aqua vitæ, & alia varia parari poſſunt. Quis ſit eius apud Nos culinarius vſus ſatis notum eſt. Calida autem eſt in primo ordine, & ſicca in ſecundo, ſatiſque habet nutrimenti, ſed difficilis eſt concoctionis. Fluxionibus & alui profluuiis confert in cibo & cremare.

Ad Titulum HORDEVM,

Mantiſſa.



Præter Hordeorum genera antè in Sciagraphia enarrata, habetur & aliud, quod *nudum*, ſiue glabrum vocant: quòd ſponte gluma decidat, & aliud *Trimeſtre*, quod, quia ante alias fruges maturescit, atque ſic rebus ad egeſtatem adductis, cùm Annonæ premit penuria, plebem alat, & famis noxa vindicet: Germanis *Mem Kreutter*, Gallis verò *Secourgeon* dicitur. Et eſt illud *Autumnale*, hoc verò *Vernum*.

Summatim, vt habent Aduerſaria, variat Hordeum *magnitudine*, *colore*, *ſpicâ*, *glumâ*, *verſu*, *ſatione*, *prouentu* & *vſu*. Quod autem hic pingimus eſt Hordeum *diſtichum* dictum: Gall. *Orge à deux rangs.*

Ad Titulum MILIVM,

Mantiſſa.

Vrgente ingenti penuriâ cogitur in panes Milium, quod etiam iam olim factitatum fuiſſe, ex Dioſcoride, Plinio & Galeno habemus. Pultem ex eius farina cum Lacte coctâ hodie conficiunt Mulieres. Sarmatæ crudam farinam cum equino lacte miſcent, & etiam ſanguine ex crurum equorum venis, dignum certè barbarâ Gente edulium.

Fomenta ex Milio & Sale torrefactis ad flatus repellendos optima eſſe ſcribit Hippocrates, & Nos experientiâ habemus. An verò Syrupus ex Milio ſudores, vt creditur, prolicere valeat, in Hiſtoria noſtra magna expendimus.

Ad Titulos AVENA, & ÆGILOPS,

Mantiſſa.

Auenam *Bromon* nuncupant Græci: permagna autem inter doctos Controuerſia Quidnam ſit *Auena*, quid *Bromos*, ac quid *Ægilops*: de quibus ingentia illi conſcripſêre volumina, quæ huc referre non licet. Conſulantur ipſi fontes.



ÆGILOPEM autem NARBONENSEM Graminis aſſinem hic pingimus, quæ ex validis fibroſis radicibus *ſtipulas* emittit plures bicubitales, valentulas, internodiis diſtinctas. *Folia* Auenaceis longiora, rigidula, anguſta, ſubhirſuta, potiſſimum vbi à culmis abſcedunt. Iuba propendens, gracilis & diuiſa: quà verò petioli glumis committuntur, Tanaceus villus circumnaſcitur.

In Gallia Narbonenſi tam inter ſegetes, quàm ad aruorum margines ſatis frequens reperitur.

Ad Titulum GRAMEN,

Mantiſſarum loco erunt varia Graminis genera in Claſſibus omiſſa.

GRAMEN LVZVLÆ MEDIVM.



Minoris & *Maximi* Luzulæ Graminis meminimus in Claſſibus, *Medium* hic pingimus. *Radice* id donatum fibroſâ, ac pro plantæ proportione ſatis craſsâ, minùs autem profunde radicatum: *calamo* recto, geniculato, ſeſquicubitali, in ſummitate, vt in Gramine Luzulæ maximo, latam producente Iunci *panicula minori*. In vaginis longioribus quàm latioribus, *ſemen* continentem album, acutum. *Foliorum* verò manifeſta diſcrepantia: ea ſiquidem quæ ad articulos extant, anguſta ſunt; at quæ circa radicem latiora: ſed acuminata ambo, & pedem longa. Collegimus florens Maij principio in valle Griesbachiana.

GRAMEN HIRSVTVM.

Importuna luxuries eſt *radicum* albentium, nitidarum, geniculatarum, quibus in immenſum ſe propagat. *Folia* longa, hirſuta, mollia, vaginâ longiſſimâ, *culmum* nodoſum, tenuem, cubitalem, obuoluunt. *Panicula* mollis, contractior, ex viridi purpuraſcens. Abundat in ſiluis Montbelgardenſibus, Iunioque & Iulio floret. Et hæc eſt germana Deſcriptio *Graminis hirſuti* à Nobis obſeruati, atque in Claſſibus traditi. Minùs verò illi conuenit ea quæ inibi habetur.

GRAMEN SPARTIVM SPICATVM PVNGENS Oceanicum.



Reperitur in nonnullis Galliæ Flandriæque Oceano obiectis ſabuloſis aggeribus, & *Halem* vel *Helm* Flandris dicitur, quaſi Galea. Cùm autem magnum & rigidum ſit, iis qui per eos aggeres ſine ocreis iter faciunt eſt permoleſtum. Eius vſus vt latis ſuis cæſpitibus, & valde confertis atque obliquè ſeſe ſpargentibus radicibus, arenam firmiorem reddat & colliget in aggeribus, ne tam facilè marinis vndis & fluctibus eluantur, vtque facilius reſiſtant tempeſtatibus, quæ in illis locis crebræ. Eo Gramine in citerioris Hiſpaniæ portione operiri montes ſcripſit Plinius.


GRAMEN AQVATICVM HARVNDINACEVM Paniculatum Tabernæmontani.



Radicem agit tranſuerſam, repentem, multis fibris donatam: *calamos* craſſos nodoſos: *folia* longa, lata acuminata: atque in calamorum faſtigio *panniculas* palmo longiores, in tenues *ſpicas* deſinentes, rubentes, à ſe inuicem longè diffuſas.

In riuulis & paludibus ſtagnantibuſque locis accreſcit: vt Nos copioſum reperimus Montbelgardi prope Pagum *Colombier ſauoureux*, atque inter *Lure* & Lammont: Baſileæ prope Pagum *Kuntzach*, atque etiam Geneuæ in monte *Saleua*.

GRAMEN PRATENSE PANICVLATVM MAIVS, anguſtiore folio.



Ex *radice* capillacea ruſeſcente, *folia* capillacea, quædam breuia, quædam palmum ſuperantia, prodeunt: inter quæ *culmi* tenues, geniculati, cubitum ſuperantes: in quorum ſummo *panicula* ſpulter expanſa, vncias quatuor longa, quæ ratione loci ſterilior vel lætior. Reperitur in pratis & dumetis ad fluminum ripas ſitis.

GRAMEN PANICVLA AVREA.



Tenues ſurrigit *culmos*, dodrantales vel paulò maiores: per quorum faſtigia conſcendunt *ſpica* aliquot ſplendidæ, ſemunciales, graciles, teretes, acerotis glumis contextæ. *Folia* peranguſta, parua. In ſitientibus & ſqualidis locis prouenit.

GRAMEN PALVSTRE PANICVLA SPECIOSA.



Ad cubitalem altitudinem exurgit: *calamo* ſeſquidigitis craſſo: *foliis* paucis, pedalibus, latiuſculis, quorum aliqua, tubuli inſtar, calamum media ex parte ambiunt. *Panicula* verò eſt iubatâ, ſeſquipalmari, ex elegantiſſimis, paruis & ſubrotundis laminellis compoſitâ.

In humidis circa Parauium prouenit, ac in nonnullis Haſſiæ ſtagnis reperitur.

GRAMEN CYPEROIDES ANGVSTIFOLIVM, SPICIS longis erectis.



Radice eſt lignoſa, ruffâ, parum fibroſa: *caule* triangulo, pedali: *foliis* anguſtis, duris, ſemipalmaribus, in aciem deſinentibus: *ſpicis* verò aliquot anguſtiſſimis, oblongis, ſpadiceo-viridibus, alternatim diſpoſitis, & pediculis longis capillaceis inſidentibus.

Baſileæ, inquit C. Bauhinus deſcriptionis author, Aprili menſe circa *Birſam* fluuium reperitur.

Ad Titulum ARVNDO SACCHARINA,

Mantiſſa.

Non è cœlo deciduum eſt Saccharum, roris inſtar; vel ex Plantarum foliis colligitur, vt putarunt nonnulli, qui nomen tenus tantùm id veſtigarunt: ſed ex arundinacea planta, quæ, non ſolùm in India, ſed in multis Aſiæ & Africæ, nec non & Europæ, locis vberrimè fruticat. Sic ex Arabia, Ægypto, Malthâ, Cypro, Sicilia, S. Thomæ Inſula & Rhodo, haberi videas: præcipuæ verò notæ eſt quod in Madera Inſula gignitur. Habentur & hodie Sacchariferæ plantæ in nonnullis Galliæ & Belgij hortis: ſed vix Hyemis ſæuitiam effugiunt, humentis ſoli tepidiorisque auræ alumnæ & amaſiæ.

Temperatæ eſt naturæ, vel calidum & humidum in primo ordine, tantæque in Culinis vtilitatis, vt *Diuerbium* ſit vulgare *Ferculum nullum Sacchara corrumpi*: & tantæ etiam in Seplaſiis neceſſitatis, vt Ironiâ quadam *Pharmacopola ſine Sacchara* vocetur, is cuius Officina eo non luxuriat.

Differentias & varias præparationes, varioſque eius Vſus tum in Hiſtoria noſtra magna; tum in particulari Tractatu, graphicè enarramus.

Ad Titulum TRASI. CACERAS,

Mantiſſa.

Agro Veronenſi propriam eſſe *Traſi* plantam ſcribit Pona, atque copioſiſſimè propè Vrbem prouenire ad Meridiem: nuſquam autem alibi in tota Europa ſponte naſci. Frequentem tamen in Hiſpaniæ agro Valentino reperiri tradit Cluſius. In Ægypto verò coli ex Belgio habemus. Germinat Vere & Æſtate, Autumno bulbuli leguntur, & Vere ſeruntur, in plures multiplicandi.

Excalefaciunt illi & humectant primo ordine, leniunt, læuigant, emolliunt, morbiſque pectoris conducunt. Veronenſes qui pro Bellariis veſcuntur, *Zuzolas terreſtres* vocant: Veneti *Dulzolini*, Hiſpani & Luſitani *Iunca auellana*.

CACERAS Garciæ, Traſium & Tuberum modo in Goa prouenians, ac quem *Cyperum eſculentum* inſcribit Gaſparus Bauhinus, omninò huc referendus videtur.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI XIX. ADDENDA.

Ad Titulum CÆPA vel CEPE,

Mantiſſa.

Vbique ferè prouenit Cæpa, nullumque Cœli ſtatum reſpuit, ſed tepidiora gaudet. Floret Iunio potiſſimùm menſe, deinde ſemen profert, quod non antè legendum quàm cùm nigrum colorem præ ſe fert, qui maturitatis eſt index. Id autem ab aullus non ſtringi creditur, quapropter terrâ negant obrui debere,

Totam Cæpam quarti eſſe excalefacientium ordinis ſcribit Galenus. Longa acrior eſt Dioſcoridi quàm rotunda: item ſlaua quàm candida, & ſicca quàm viridis, & cruda quàm cocta aut ſale condita. Omnes tamen mordent, ait, flatus gignunt, appetentiam inuitant, ſitim mouent, extenuant, &c. *Vſum particularem* norunt Practici, Seplaſiæ & Culinæ. Si autem Cæpæ ſucco ſcribentur Literæ, eas in aſpectum producit calor ignis.

Cæterùm mitenda duo in Cæpæ natura: I. Vegetiore habitu Cæpam eſſe & laetiorem conguiſmata, decidens & ſeneſcere huic

Luna, contrà quàm frugibus, herbis, arboribus, & Ælurorum oculis eueniat. II. Cepam, ſiue edatur, ſiue oculis admoueatur, Lachrymas ciere: cùm tamen nec Naſturtium, nec Allium, nec alia æquè calida, & magis mordicantia, Lachrymas cieant. *Nos* in Hiſtoria noſtra magna Cauſas rimemur, Conſulat Lector. Quoniam verò [illegible] Cepe, [illegible] Græcis dictum fuit.

Habetur porrò Cepa inter Antiquorum frugalitatis Mnemoſyna: vnde Varro: *Aui & Atraui noſtri*, inquit, *cùm Allium & Cepe verba eorum olerent, optimè tamen animati erant.*

Ad Titulum BVLBVS,

Mantiſſa.

Qui ab effectu VOMITORIVS BVLBVS vocatur, folia habet, inquit Dioſcorides, multò leniora quàm ESCVLENTVS: radicem autem ſimilem, cortice nigro. Qualis autem Herba *Vomitorius ſit Bulbus*, hodie non cuiuis notum, vt ſcitè aiunt Cordus & Turnerus.

CIBARIVM omnibus notum ait Dioſcorides, & Scillæ ſimilem eſſe atque amarum, & à Libia adferri. Cæterùm plurimas illi aſſignat virtutes, ſtomachóque commodum eſſe tradit, & Veneris concitatiuum: quam vltimam dotem in eo prædicat etiam Martialis, his verbis:

Quum ſit anus Coniunx, & ſint tibi mortua membra,
Nil aliud Bulbus quàm ſatur eſſe potes.

Ad Titulum SCILLA,

Mantiſſa.

Scillas ſuas, *rubram & albam*, magnitudine pares faciunt Pena & Lobelius, nullaque, iis authoribus, Pomo Adami major. Eaſdem cum illis à colore petitas Differentias habet C. Bauhinus, ac tertiam addit quam Hiſpanicam vocat: Eaque, quoniam generi Cæpaceo congener eſt, & locis mari propinquis delectatur, CAPA MARINA appellatur.

Sponte naſcuntur Scillæ copioſiſſimè in Balearibus Inſulis, ac per Hiſpanias, atque etiam in Sicilia & Apulia, maximè apud Mare. Tranſlatam verò in hortos variis locis obſeruauimus, Venetiis, Patauij, Lugduni, Geneuæ, Baſileæ, & alibi.

Ter autem floret, triplici floreſcendi tempore, vel triplici illo nexu, tria ſationum tempora oſtendens.

Sunt qui albam vulgatem *Pancratium* eſſe cenſent, & à Rubra plurimùm differre: *Nos* verò non niſi in colore diſcrimen animaduertimus: magnitudo enim & alia eadem. Eligenda autem bene alba & magna, meliorque quæ alteri connexa eruitur, ſola enim & ſingularis eſt venenoſa.

Calida eſt & ſicca in ſecundo gradu, variòſque in Medicina præſtat vſus, præſertim ad Theriacam, ad cerebri & neruorum frigidos affectus: atque ad paranda Mel, Oxymel, Vinum & Acetum Scilliticum: quorum quæ ſint *Virtutes* norunt Seplaſiæ, & *Nos* in Hiſtoria noſtra magna expendimus. *Hoc non capit.*

Admirandum certè in Scilla, vt & in Narciſſo, euenit. Cùm enim reliquorum, tum ſatorum tum germinantium, ſuo tempore folium primò oriatur, deinde poſteriùs caulis: In his primò caulis.

Ad Titulum HERMODACTYLVS,

Mantiſſa.

In montanis pratis aliiſque locis ſatis magnâ copiâ reperiuntur Hermodactyli: ſuntque, vt Colchicum, Autumni munus. Calefaciunt & ſiccant initio ſecundi ordinis: craſſam pituitam ab articulis purgant, adeóque articulis ſtudent & dicati ſunt, vt interno & externo pariter vſu eorum languoribus ſubueniant: vnde articularium dolorum Theriaca ab Auicenna nominantur. Laudatur autem Hermodactylus qui intùs & extùs albus, læuis, ſolidus & æqualis ſit: vt habet Verſus:

Laus tibi de iure datur Hermodactyle duos,
At ſolidus ſi ſis, albi tus ſigna coloris.

Ad Titulum COLCHICVM,

Mantiſſa.

Colchicum hoc pro *Colchico Syriaco & Alexandrino* exhibent Scriptores plerique omnes, excepto Cluſio, qui Tulipæ Apenninæum genus eſſe cenſet. Minoribus exit *foliis* anguſtioribus & magis acuminatis: *caule* rotundo, *flore* grandiore; & radice bulboſâ, ſuldantes ſcillâ, lacteoque ſucco prægnante.

Cæterùm, atteſtante Turnero, prudenter monet Matthiolus, non ampliùs Colchici radicibus pro Hermodactilis eſſe vtendum: quem errorem Serapio ac Mauritani Medici, non aduertentes, vel negligentes Dioſcoridis monita, contra Galeni, Pauli, Nicandri & Plinij mentem perperàm inuexerunt.



Turcas Colchici floribus vti cùm inebriari volunt, legitur apud Hiſtoriam Lugdunenſem, eoſque vino in quo ij macerati fuerint epoto, adeò ſtupidos reddi vt in ecſtaſim abeant: Ad extirpandos verò latos pudendorum pediculos conferunt plurimùm radices, ſi contundantur, & in aqua coquantur, quâ locus affectus abluatur.

Icon eſt Colchici latifolij Byzantini, foliaque & bulbum tantùm exprimit.

Ad Titulum LILIVM,

Mantiſſa.

In Lilij facultatibus enarrandis multi ſunt Dioſcorides, Plinius, Galenus & Recentiores, quorum ſententias huc referre non vacat, eas in Hiſtoria noſtra magna recenſemus. Paucis itaque vt rem expediamus: Flores mixtæ ſunt naturæ: radix, bulbus & folia diſcutiunt, deſiccant & mundificant. *Oleum* quod ex floribus fit, Vim habet diſcutiendi & emolliendi. Si verò ex iis deſtilletur *Aqua*, ea ægrè parturientibus vtiliter potanda datur, additis præſertim Croco & Caſſia, eademque à Mulieribus ad faciem extergendam, & à rugis vendicandam adhibetur. Serpentium ictibus auxiliantur illita folia. Radix decocta: ac tumoribus duris applicata, eos maturat: Vulneribus verò impoſita, ſarcotica habetur: Si verò prægnantis Ventri imponatur, partum promouere creditur.

Ad Titulum CORONA IMPERIALIS,

Mantiſſa.

A Dodonæo ſumus alieni, qui inter *Lilia Syluestria* recenſet: vt & à Cluſio & Camerario, qui ad *Dioſcoridis Hemerocallidem* referunt.

Ad Titulum ACORVS vel ACORVM,

Mantiſſa.

Acorum folia Iridi ſimilia habere, ſed anguſtiora, & radices non diſſimiles, ſed perplexas & obliquas, atque albas, & in ſuperficie geniculis diſtinctas, tradit Dioſcorides. Iridis folia illi etiam tribuit Plinius, radices nigras. Apud Theophraſtum nihil obſeruauimus quod Acoro Dioſcoridis reſpondeat. Et pro Acoro apud eum legendum [illegible] vel [illegible], quod, cæcutientes, non obſeruarunt Anguillara, Scaliger, Robertus Conſtantinus, ac Pena & Lobelius.

Acorum autem Veterum eam eſſe radicem quæ Germania *Kalmus*, Latiniſque & Officinis *Calamus aromaticus* nuncupatur, rectè ſentiunt Syluius, Cordus, Brunfelſius, Tragus, Manardus & multi alij docti. *Calamum* enim *illum aromaticum* non eſſe *verum Calamum*, contra Monachos & Amatum, rectè ſtatuunt Manardus, Fuchſius, Matthiolus, Hermolaus, Tabernæmontanus & Aduerſaria.

Ad Titulum ZINZIBER,

Mantiſſa.

Eruitur nonnunquam radix ZZ. pondo vnciarum duodecim: nec plus agit in profundum quàm ad tres vel quatuor palmos, Arundinum modo: nec omnibus radicibus eſt eadem amplitudo.

Calefacit ordine tertio, coctionem iuuat, & ventriculum imbecillum roborat, variiſque condimentis admiſcetur. Tenella radix cum Oleo & Aceto in Acetariis ſuauiter editur: ſed quis tenellam habet? Noſtro cœlo certè non poteſt cicurari.

ZEDOARIA, ZVZVMBET.

Zedoaria *Zedor*, *Zeduar*, *Geduar* & *Zadura* dicta, radix rotunda eſt, Zinziberis faciem referens, ſed odoratior minuſque acris. Deuehitur e Sinarum regione, & ab extremis Indiæ finibus. Affinis eſt *Zurumbetho*, ſed vulgatior & notior, quamuis vtraque planta Europæ ferè inuiſa. Cypero ſimilem eſſe vult Auicenna, alij Coſto.

Tres Zedoarias facit Caſparus Bauhinus, *longam*, rotundam & *tuberoſam*, ſed magno errore. *Nos* cum reliquis plæriſque omnibus vnicam tantùm ſtatuimus. Calefacit autem & ſiccat ordine ſecundo, flatus diſcutit, alui tineas necat, colicis doloribus opitulatur, & Antidotis optime admiſcetur.

ZERVMBET, Zedoaria & *Zinziber* plantæ ſunt, vt dictum, peregrinæ & cognatæ, ſed vix cognitæ omnibus omnes. Eſt autem Zerumbet graminea ſtirps, quæ partim ſeritur in prouincia *Malauar*, partim ſponte prouenit in quibuſdam ſyluoſis illius prouinciæ locis, atque ibidem *Zenzaber ſylueſtre* vocatur: cuius ſiquidem vultus, vt & radices, cum Zinzibere magnam habent affinitatem. In Zurumbet tamen omnia majora, longiora & latiora. Zerumbet verò inopiâ, Zedoaria poni rectè poteſt: nam vtraque planta, vt nominibus, ſic virtutis, atque etiam generis, ejuſdem non malè putatur.

Ad Titulum AMBLATVM,

Mantiſſa.

An Plinij Ægolethron? An *Dentariæ ſpecies*, vt ſtatuit Matthiolus? An *Leimodoris genus*, vt ſtatuit Dodonæus?

Ad Titulum ARVM,

Mantiſſa.

Arum in primo tantùm gradu calidum & ſiccum eſſe ſtatuit Galenus. At noſtrum in tertio calidum & ſiccum eſſe certum eſt, quo fit vt noſtrum *Arum* Dioſcoridis *Arum* non eſſe plurimi exiſtiment. Attamen cùm Arum non æquè acre ſit vbique, cur noſtrum pro Dioſcorideo non habendum ſit minimè videmus.

Abſtergit *Arum*, attenuat, aperit, incidit & prouocat. Menſes ciet, partum promouet, & ad varia alia vtile eſt. Mulieres ex radicibus Aquas ſtillatitias ad fucum parant. Calculoſis confert Ari herbæ & radicis contuſæ ſuccus cum vini cochlearibus tribus quinquies jejuno ventriculo aſſumptus. Partus omnium animalium extrahit Arum, ait Plinius, naturæ oſtio circumlitum. Quomodo verò eius foliis & radicibus à mendis arceantur Paraſiti, ſatis notum eſt: ardentibus autem poſt eius vſum faucibus, remedio ſunt butyrum recens & lac, illud ſenſim deglutitum, hoc, ſi in ore aliquantulùm detineatur, fiatque ex illo ſemel atque iterum gargariſma.

Ad Titulum DRACVNTIVM, ſiue DRACVNCVLVS,

Mantiſſa.

Diſſonant multùm circa hanc materiam Scriptores: aliis Dracunculum ab Aro ſeparantibus, aliis vnum & idem eſſe exiſtimantibus. Theophraſtus & Plinius *Arum* cum *Dracunculo* confundunt: Aëtius confuſè etiam ſparſim de *Dracunculo* ſcribit: Dioſcorides *Dracunculi* quatuor videtur feciſſe genera: *Dracunculum majorem*, *Dracunculum minorem*, *Arum & Ariſarum*. *Minorem* cum *Dracunculum* non nouere Galenus, Paulus, Apuleius & Serapio, nec etiam nouimus *Nos*: vnde alterum ex Dioſcoridis Dracunculis non immeritò inter eius notha reponunt Marcellus & alij docti.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSI XX. ADDENDA.

Ad Titulum MEDIVM DIOSCORIDIS,

Mantiſſa.

MEdium, Dioſcoride authore, in ſaxis & opacis naſcitur: *folia* habet Iridis: *caulem* tricubitalem: & in eo *florem* grandem, purpureum, rotundum: quem ſequitur *ſemen* Cnici, minutum. *Radix* dodrantalis, craſſitudine baculi, guſtu acerbo. Cùm itaque in Media duntaxat naſcatur *Medium*, id in noſtris regionibus incognitum fermè eſſe, minimè mirum. Contrarias porrò, Dioſcoride & Galeno judicibus, ſemen & radix poſſident facultates: ciet enim menſes illud, hæc ſiſtit. Cùm verò Medio folia Iridis tribuat ille: Librariorum id culpâ factum cenſent cum Oribaſio plurimi, qui Intybacea folia Medio aſſignant: faciliquè lapſu *ἰρεῶς* pro *σερεῶς*, legere potuère nonnulli.

EPIMEDIVM, vt habet idem Dioſcorides, *caulis* eſt non magnus, Hederæ *foliis*, denis aut duodenis, neque *florem* neque *fructum* ferens: radice tenui, nigra, graui odore, & guſtu fatuo. Naſcitur in humidis. Folia cum Oleo trita, facto ex iis Cataplaſmate, mammas increſcere non ſinunt: Radix conceptum adimit: folia trita quinis drachmis, poſt menſtruas purgationes, quinque diebus in vino pota, præſtant mulieribus ne concipiant.

Sua de *Epimedio* ad verbum fermè à Dioſcoride mutuati Plinius & Galenus. Nec meliùs *Medio* notum hodie *Epimedium*, Hallucinantur enim turpiter qui *Trinitatis herbam* eſſe cenſent.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSI XXI. ADDENDA.

Ad Titulum RAPVM,

Mantiſſa.

Rapi domeſtica radix, authore Matthiolo, calefacit & humectat, ſemen verò calidum eſt & ſiccum: ac cùm etiam ſit amarum, abſtergit, aperit, & digerit, atque Variolas & Morbillos, ſemidrachmæ pondere ſumptum, ad cutem pellit. Id, vtpote flatulentum, Venerem excitare, ex Galeni doctrina habemus. Rapa nutriunt admodum, vrinam cient, inflant, genitale ſemen augent, fauceſquè & thoracem leniunt. Appenſa verò inguinum morbis peculiari quadam proprietate mederi traduntur.

Ad Titulum NAPVS,

Mantiſſa.

Glareoſis ſabuloſiſque terris meliùs exit, eodemque loco, tempore & modo, quo Rapum, ſeritur, perficitur & colligitur. Diutiùs verò durat, vt potè qui Aprili adhuc in cibis ſapit: Genevæ & Lugduni tunc temporis adhuc in vſu.

In ſecundo ordine calidus eſt, & in primo humidus. Radix in cibo cocta, inflat, modicumque alit. Semen potum venenorum vires hebetat. Externè verò Naporum idem vſus qui Raporum.

Ad Titulum RAPHANVS, ARMORACIA,

Mantiſſa.

Theophraſto, Plinio & Galeno authoribus, Radix [raphanus] gaudet frigoribus, Auſtrinis atque ſerenis temporibus celeriter cauleſcit: Bis anno ſeritur, fimumque odit, paleâ contentus. Vitibus autem adeò eſt inimicus, vt ſi circum eas ſeratur, diffugiant. Laudantur præcæteris, Hetruriæ, longi, teretes, teneri, nec admodum acres: Argentinenſium verò parui, illi delicati, rotundi, albi, ac

bi, ac nonnunquam etiam nigri, quos haud temerè alibi admodum frequentes reperias.

Medicamentum potiùs quàm alimentum eſſe ſcribit Galenus, atque ordine tertio calefacere & ſiccare verò ſecundo: quin & ſemen plantâ efficacius eſſe, &c. Radicula [Raphanus] ait Dioſcorides, flatum gignit, excalefacit, ori quidem grata, at ſtomacho incommoda: ructus movet, vrinas ciet, &c. Fertur, inquit Plinius, in Templo Apollinis, vt Græca fert vanitas, Delphis adeo cæteris cibis prælatus Raphanus, vt ex auro dicaretur, Beta ex argento tantùm, Rapum ex plumbo. Extremæ autem prorſus acredinis eſt ARMORACIA: aperit, pellit, incidit, provocat, extenuat, abſtergit, menſtrua ciet, vrinamque & arenas valenter deiicit. Tritum cum vino, aceto & melle, condimenti vice, appetentiam facit: verùm caput lædit, & nidoroſas eructationes ſuſcitat.

Ad Titulum BARBAREA, SCOPA REGIA, DRABA,

Mantiſſa.

Valde excalefacit & exſiccat *Barbarea*, vt pote ſapore acris & facultate Naſturtio aſſimilis: editurque in acetariis Hieme. Vulnerariam autem eſſe herbam, & eius temperamentum & experientia docent: medeturque Scorbuto non minùs ac Naſturtium. Ex ea verò cum immaturorum Aurantiorum aqua tepida mirabile ad Podagram, Gonagram & Iſchiadem paratur medicamentum, de quo in Hiſtoria noſtra magna.

Scopam regiam Veterum alij Dioſcoridis *Bunium* faciunt, alij *Tagetem*, alij *S. Iohannis Herbam*, *Barbaream* nonnulli, alij *Sideritim*. Ita verò de SCOPA REGIA tradit Plinius, vt non regias, ſed diſſolutas, Scopas, eum tradidiſſe dixeris. Sic nec Nos in tanta Veterum & Iuniorum diverſitate, quicquam habemus quod concludamus.

DRABÆ lignoſa eſt *radix*, alba, minimo digito minor: *caules* recti, cubitales, ramoſi: *folia* ab imo ad ſummum crebra, alternatim adnaſcuntur, omnia vniformia, acuminata, hirſuta, ſerrata.

Floſculi Eryſimi, luteoli, quadripartiti: Siliquæ tenues & longiuſculæ, *ſemen* continentes tenue, longum, ſtriatum, ruffum. Floret Iunio, & montium eſt incola.

Ad Titulum SISYMBRIVM, SOPHIA, SIVM, LAVER.

Mantiſſa.

Sic iiſdem natalibus cum Siſymbrio aquatico gaudet Sium, vt pati admodum, teſte Matthiolo, ſint rivuli quibus illud innatet, qui hoc etiam non habeant. Minimè verò ſunt audiendi ij qui Naſturtium aquaticum SIVM ſive LAVER eſſe contendunt: cum & folium eius aperte [illegible], atque in totum etiam reclamet odor.

Ad Titulum SESAMVM,

Mantiſſa.

Seſamum per *caulem* cubitalem folia habet ſemuncialibus pediculis hærentia, craſſiuſcula, ex atro virore nonnihil ſubrutila, oblonga, acuminata, ſubinde tamen ſinuata: ex quorum alis *flores* emicant calathi formâ, oblongi, albi: hinc naſcuntur *ſiliquæ* rectà ſecundum caulem aſcendentes, quatuor coſtis donatæ in quibus *ſemen* dulci albâ medullâ præditum.

Moderatè calidum ait Galenus, ac viſcoſi & pinguis multùm in ſe habere. Plantæ decoctum vtile eſt ad ophthalmias, tuſſim, pleuritidem, peripneumoniam, ac tumores duros & ſcyrrhoſos. In Clyſteribus ad colicos dolores, leniendam alvum, & movendas menſtruas purgationes. *Semen* ad cibum vſus eſt antiquus, ſed pauci nutrimenti. *Oleum* quod ex eo fit, vt tradit Melues, impinguat, ſemen auget & aſperam arteriam lenit. *Syrus* dicitur Ægyptiis, apud quos bibunt id mulieres in balneis, vt impinguetcant.

Ad Titulum NOLI ME TANGERE,

Mantiſſa.

Mercurialem vocavère Fuchſius & Tragus, ſed perperàm, vt rectè in Adverſariis monent Pena & Lobelius. Multo adhuc minus *Tithymalus leptophyllos* erit, vt vult idem Tragus: nec enim folia, nec flores, nec ſemina reſpondent. *Apocynon* minus appellabat Geſnerus, *Herbam* impatientem quidam, & nonnulli, à turgentibus folliculis, *Herbam Hydropicam*.

De *viribus* & *facultatibus* non convenit inter Scriptores. Dodonæus Impatientem herbam deleteriam eſſe ſcribit: alij verò, inter quos Geſnerus, ad calculum & promovendam vrinam, ejus decoctum commendant.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSI XXII ADDENDA.

Ad Titulos IBERIS, LEPIDIVM,

Mantiſſa.

Recitat ex Damocrate Galenus Medicum quendam amicum ſuum in *Iberide* curatum fuiſſe herbâ: quam, cum nomen ejus nunquam audiviſſet, idque etiam ipſum ignoraret, is à quo illius vſum didicerat *Iberidem* nominavit, appellatione ductâ à regione in qua amicus ejus curatus fuerat. Ejus verò effigiem affabrè depingunt Iambici ejuſdem Damocratis Verſus:

Herba hæc vbique multaque frequens naſcitur,
Monumenta iuxta antiqua, muros & veteres,
Tritaſque quaſdam publicè pedibus vias,
Quas iuxta aratrum duxit haud quis Agricola.
Semper vireſcens, foliis *Naſturtij*
Florentibus Vere, attamen majoribus.
Caulem *cubitalis longitudinis gerit.*
Paulò minorem, aut rurſus ampliorem. Ab hac
Æſtate pendent folia, donec multa Hyems
Sarmentoſam deducat hac ad imaginem, &
Dejecta & exſiccata depereant gelu.
Adnata radice tamen terrae alta.
Æſtate florem *fert colore lacteo*
Multum, tenuem, variumque valde, cauliculis.
Ad quem ſequitur ſemen *penitus ſic exiguum,*
Viſum ferè vt fallens, oculos quoque effugiat.
Odorem habet radix *inde acerrimum,*
Vero ſimilem quàm maximè Naſturtio.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSI XXIII. ADDENDA.

Ad Titulum ALTHÆA, IBISCVS,

Mantiſſa.

Plinium miſcere de *Ibiſco* eadem quæ de *Althæa* ſcribit, aliquot locis prodidiſſe: & de illo, vt ab hac diverſo, ſcripſiſſe: cùm veteri & idem ſint Dioſcoridi, Galeno, & cæteris Græcis. *Interdum bonus dormitat Homerus.*

Ad Titulum Beta,

Mantiſſa.

Quid interſit inter *Betam & Blitum* ignorant nonnulli qui ſe pro Stirpium peritis venditant, ac præſertim Monachi in Meſuem,qui Betam cum Blito turpiter confundunt. Sic Dorſthenium Betam nunquam guſtaſſe, nedum vidiſſe credimus, qui *Braſſicam* pro Beta monſtrat. Ac manifeſtè etiam veritati contrariatur Cornarius, qui ſolùm ex radicibus, & non etiam ex foliis, Betam albam & nigram agnoſci poſſe falſò contendit, *at non omnes vt ipſe caeutiunt.*

Medicos & Culinarios particulares Betæ vſus ſtudiò prætermiſimus; Addemus tantùm Betam calidam haberi, nitroſæque eſſe facultatis, quâ digerit, extergit, & per nares purgat. Validiorem autem eſſe albam, & magis in radice quàm in aliis partibus: coctam verò nitroſitatem exuere, atque in nigra quippiam adſtrictiuis adjunctum. Ad Betarum porrò coctuiam Vinum & Piper expeti declarat Martialis,his verbis:

*Vt ſapiant,*inquit, *Fabarum prandia Beta,*
O quàm ſæpe petet vina Piperque Coquus.

Cæterùm Sylveſtris Betæ nomine variæ donantur Plantæ: *Limonium Tragi,Trifolium paluſtre,Lampſana,Biſtorta, Pyrola,Myoſotis, Plantago aquatica, Potamogeton, Carduus pratenſis & Lapathum.*

Ad Titulum Bonvs Henricvs,

Mantiſſa.

Vulneraria eſt herba *Bonus Henricus* ac mirificè ad ſordida purganda& glutinanda vlcera confert: vulneribus trita impoſita,probatiſſimo experimento, vermes qui in iis nati ſunt facit excidere: Fuchſius. Subſcribit Fuſchio Dodonæus, ac inſuper addit folia cum oleribus cocta atque eſitata, lubricam reddere aluum: præferremus tamen Nos Spinachiam herbam inter omnia Olera laudatiſſimam atque gratiſſimam. Radicis ſuccus illitus ſcabiem ſanat, & cutis maculas extergit, præſertim ſi cum aceto miſceatur.

Se verò ignarum Botanicam oſtendit Dorſthenius,dum ſub *Calubrina* nomine ponit iconem Boni Henrici, & Ἀβρότονον nominat.

Ad Titulum Corchorvs, Melochia,

Mantiſſa.

De Corchoro ſilet prorſus Dioſcorides : eum verò Oleraceis annumerat Theophraſtus: & iis quæ ſponte naſcuntur, ac quibus plæræque Gentium vtuntur, Plinius. Variæ autem ſunt huius vocis Lectiones, αἰσχύνη enim habet Suidas : κόρχορον Heſychius, & alios κόρχορα legere notat Hermolaus. Fecit porrò eius amator *Diuerbio* locum, quo *Corchorus inter olera* dicitur.

Sunt qui Anagallidis ſpeciem faciant, qui Angelicæ, qui Bliti, & qui Piloſellæ. Eorum verò *Nos* opinioni ſubſcribimus,qui Melochiam Serapionis eſſe ſtatuunt.

Ad Titulum Mercvrialis,

Mantiſſa.

Herbâ hodie in Enematibus nihil frequentius : & ſucco eiidem plurimùm vtuntur Seplaſiæ ad *Mel Mercuriale* conficiendum, quo, ad ſopitam vim expultricem excitandam, & ad ciendam atque detergendam ac eluendam aluum, nihil aptius. Tolluntur etiam, vtriuſque Mercurialis ſucco, vel tritis foliis parti appoſitis, omnis generis *Verruca*. Et, vt ſcribit Galenus, ſi quis eius periculum facere voluerit in Cataplaſmate,ſanè admodum eam eſſe digerentis experietur facultatis Mirum verò quod tradunt Dioſcorides & Plinius: Si fœminæ poſt purgationes admoueatur Mercurialis fœmina, triduo bibatur, vt fœminæ concipiantur efficere: ſin verò Maſcula,marem generari.

Ad Titulum Cynocrambe,

Mantiſſa.

Cynocrambes caput apud Dioſcoridem, quo *Maſculam* tradit, adulterinum eſſe, & illi accreuiſſe exiſtimarunt Marcellus & alij: tum quòd neque Theophraſtus, neque Galenus,neque Paulus, neque Aetius, illius Cynocrambes meminerint, tum etiam maximè, quòd in Veteribus Codicibus non reperiatur.

Alterius verò Cynocrambes Galenus, Paulus & alij, atque etiam Dioſcorides, meminêre ſub nomine Apocyni, de quo ſuo loco.

Ex Recentioribus nonnulli pro Cynocrambe *Alſinem fœtidam* tradunt. Ruellius & Officinæ magno lapſu *Atriplicem Sylveſtrem* faciunt : Trago, Thalio, Lonicero & aliis, dicitur *Mercurialis ſylveſtris* : Cæſalpino *Mercurialis altera*, ſiue montana. Plærique omnes alij *Cynocramben* ſimpliciter nuncupant: ſibi verò ignotam profitetur Anguillara.

Ad Titulum Phyllon,

Mantiſſa.

In multis Hiſpaniæ, Galliæ Narbonenſis & Belgij, locis ſecundum vias naſci vtrumque Phyllon ſcribit Cluſius, cujus Figuras habemus, ſed per Pictorem & Sculptorem corruptas. Geneuæ Nobis prouenit in horto, & circa Monſpelium plantas has vidimus florentes, & ſemina ferentes, Aprili, Majo, Iunio, Iulio & Auguſto menſibus.

Vires quod attinet, Arrhenogoni potu maſculi ſexus fieri partus, vt Theligoni fœminini, ex Veterum antè citatis monumentis habemus. Salmanticenſes vtriuſque decoctum omnibus animalibus à cane rabido demorſis propinant.

Ad Titulum Lapathvm, Rvmex, Oxylapathvm,

Mantiſſa.



Confuſè de Lapatho ſcripſere Veteres. Theophraſtus,qui duo tantùm genera tradit, ſylveſtre ſcilicet & Vrbanum : Oxalidem cum Oxylapatho confundere videtur. *Plinius* ſibi minus conſtans, modò Lapathum ſatiuum, modò ſylveſtre, Rumicem vocat. *Dioſcorides* quinque Lapathi genera facit : Paluſtre,Sylveſtre, & Hortenſe, id quod Oxalidis nomen obtinuit,& Hippolapathum; ſed indiſcretè & perturbato, nec eo quo ſolet ordine,de ijs ſcripſit.Galenus tria Lapathi genera facit : Lapathum ſimpliciter dictum, Oxylapathum & Hippolapathum. Sed Oxylapatha,ex quibus quoddam ab ὀξὺ, id eſt,ab acido ſapore, aliud verò ab ὀξὺ, ob folia acuta, nomen ſortitum eſt, confundere videtur. Sic obſcurus eſt in Lapathi generibus aſſignandis *Aëtius*. Sic *Auicenna* & Serapio [perperàm ſubſcribente Matthiolo,] Lapathum omne ſine diſcrimine *Acetoſam* nominant,ad ſaporem referentes quod ad foliorum figuram retulit Dioſcorides.

Hippolapathum autem Græci, quaſi grande Lapathum dicunt, magnis ampliſque rebus *Bu & Hippo* præponere ſoliti, à Boue & Equo, excellentis magnitudinis animalibus, magnitudinem innuentes, vt in Hippomarathro & ſimilibus. Quod porrò hic pingimus *Lapathum*, Tabernæmontano, Schvvenckfeldio & Caſparo Bauhino, dicitur Lapathvm Acvtvm Crispvm.

Ad Titulum Lapathvm Maivs Rhabarbarvm Monachorvm.

Mantiſſa.

Herbam peregrinam eſſe ait Tragus, primùm in Hercynia ſylua repertam, ac poſtea in Cœnobiis Monachorum excolitam: vocatque Hippolapathum & Rumicem grandem,ab aliis Rumicibus in eo tantùm differre tradens quòd folio & caule magis rubeat & procerior ſit.

Ad id Nos ſatiuum id & magnum Lapathum quod circa Lauſannam,nobile Allobrogum oppidum, prouenire, atque ibi *Lampe* & *Lampada* vocari, ſcribunt Tragus & Geſnerus, ac quod etiam *du Lapas* inſcribit Hiſtoria Lugdunenſis, referimus, & Rhabarbarvm Monachorvm eſſe putamus.

Hanc autem Lapathi vel Rumicis ſpeciem, quæ, tum ſponte in nonnullis locis prouenit, tum in pluribus hortis ſeritur, non eſſe verum RHABARBARVM, vt magno errore vulgò creditur, ſcitè oſtendit Sylvius, Cordus & Manardus. Sed RHA & Rhaponticum Monachorum à plerisque ſcriptoribus dicitur: & *Lapathum maximum, Hippolapathum, Lapathum ſatiuum, Lapathum latifolium, & Hippolapathum ſatiuum, Rumex ſatiuus, Lapathi hippo latiorum, & Lapathi tertium genus ſpecies.* Goropio in Vertumno *Patientia.*

Radix digerit, abſtergit, prouocat, mundat, aperit: bilem flauam & humores ſeroſos educit, auriginem ſanat, renum calculos pellit, &c. Succus ejus ſcabiem, alphos, lentigines & alias cutis infectiones exterit. Modum vtendi hic non adſcribimus, cum notum Practici. Qui verò Rhabarbaro ſubſtituunt, duplici doſi vtuntur. Nec mirum hujus Lapathi radici vim purgandi à Recentioribus tribui, cùm Dioſcorides ipſe omnium Rumicum olus decoctum aluum mollire, & radices ex vino coctas auriginem ſanare, ſcribat. Hujus autem folia in Oleribus eduntur ad emolliendam aluum.

Ad Titulum LAPATHVM SANGVINEVM,

Mantiſſa.

Dodonæo dicitur Lapathi quaſi ſpecies altera, parua & ſylueſtris, tota rubra. Reperitur autem in hoc genere totam candidam, inſtar niuis. At perperam eos omnino facere, qui ſuccum ejus *Officinarum, ſanguinem draconis* vel nuncupent vel ſuſpicentur.

Ad Titulum RHAPONTICVM,

Mantiſſa.

In multis hodie cultioribus hortis alitur & late viret Rhaponticum non ille planta quæ Antiquorum Rhapontico omnibus notis conueniat ex climatis ita vt noſtra ætate non ſit ampliùs rarum Rhaponticum.

Valet ad ſtomachi imbecillitatem, ad lienoſos, hepaticus & coxendicum dolores, ad conuulſa, rupta & febrium circuitus: nec non ad venenatorum animalium morſus, atque Antidotis admiſcetur.

Toto autem cœlo errare meritò creduntur, qui Rhabarbarum aut Centaurium maius eſſe ſtatuunt: quamuis magna illi cum iis plantis ſit affinitas.

Ad Titulum RHABARBARVM,

Mantiſſa.

Rhabarbarum RHA Recentiorum Fuchſio appellare placuit, quia veteribus Græcis Theophraſto, Dioſcoridi & Galeno, atque inter Arabes Serapioni & Auicennæ incognitum fuit. Recentioribus autem Græcis, Paulo, Actuario & Nicolao, quibus ſimpliciter *ρᾶ* dictum, celebratum. Ejus autem *duo faciunt faſtigia*: Vnum, quod illis Rheum barbaricum, quoniam ex Barbaria vocata deportatur. & Alterum, quod *Indicum* vocant, propterea quod ex India, aut locis Indiæ proximis [Scenitarum agro, vnde etiam *Scenitarum* dictum,] afferatur.

Meſuæus tria facit Rhei genera: vnum Indicum, quod *Raued Seni* appellat, omnium præſtantiſſimum: alterum quod *Barbarum*, generis nomine, vocat: & tertium Turcicum, omnium ignauiſſimum.

Sic illi de Rhabarbari *natalibus & generibus*. At aliter Acoſta, Ludouicus Romanus & Garcias, qui omnes in Chinarum ſolum regione prouenire ſcribunt. Nullum eſt, ait Garcias, Rha Barbaricum aut Indicum, ſed ſolummodo Chinenſe: omneque id quod in Indiam, Perſiam & Europam importatur in Chinarum regione naſcitur: vnde per Tartariam Ormuz & Alepum defertur. Inde & Alexandriam, & tandem Venetias, ac in reliqua Europæ regna. Parum itaque inter hos & illos conuenit de Rhabarbari natalibus: *Doctorum eſto judicium.*

Verum verò Rhabarbarum Recentiorum à Rhapontico Veterum diuerſa res ſit, necne, magna inter Scriptores agitatur Controuerſia. Diſcrimen inter ea faciendum concludunt Manardus, Matthiolus & alij, ex eo quòd Rhaponticum nullo odore commendatur, dejectionemq; minimè molitur; quòd non eſt amarum ſed ſubacre: quòd non eſt aridum ſed lentum: non compactum ſed rarum: non ponderoſum ſed leue. *Alterum* verò ab altero minimè diſſidere volunt Ruellius & alij. & ſi qua differentia reperiatur, eam non aliud de prouenire, quàm à regionum vbi gignitur diuerſitate, & cœli clementia vel inclementia. Rhaponticum Rhabarbaro ſimile, ſed non idem, dicit Bellonius. *Nos* cum Sylvio litem ſub judice relinquimus.

Cæterùm inter benigna purgantia præſtantiſſimum eſt Rhabarbarum: cujus radix calida & ſicca eſt in initio ſecundi ordinis, bilemque è media corporis regione, vt & pituitam, abſque vlla naturæ concitatione aut vehementia, educit. Hepar roborat, atque omnibus quæ ab eo pendent malis plurimùm confert: ob id *hepatis anima & vita* dicta. Vſum peculiarem, & varios vtendi modos, non eſt noſtri inſtituti hic declarare. Norunt Practici & Seplaſiæ.

Ad Titulum FAGOTRITICVM,

Mantiſſa.

Fagopyron & Fagotriticum inſcribitur, quaſi Triticum Faginum, quod Faginam glandem, & formâ triquetrâ, & colore ſordido, licet quantitate multò minus, ſemen quodammodò æmulatur. Alij *Tragopyron*, & *Ircinum pabulum*, vocant. Cordo in Dioſcoridem dicitur *Frumenti genus Heneticum*: Lonicero *Frumentum vaccinum*. Caſtori, Camerario, C. Bauhino & aliis quam plurimis *Frumentum Saracenicum*: quibuſdam *Frumentum Turcicum*.

Ocymum Veterum faciunt Tragus, Lonicerus & Tabernamontanus: At Matthioli, Dodonæi, Camerarij, & noſtro judicio, Ocymum eſſe non poteſt. Non Dioſcoridis & Plinij, quoniam illorum Ocymum planta eſt odorata: Fagotriticum verò planta ſapore & odore fatua. Nec etiam Varronis & Columellæ eſt Ocymum, cùm illis Ocymum ſit pabuli tantùm genus. Nobis verò Fagotriticum ſegetis genus. Sicque eſt euidentiſſimum Fagotriticum Ocymum non eſſe, ſed *Frugem nouam*, Veteribus non cognitam, vel ab iis neglectam, aut ſaltem ab iis non vſitatam.

Naſcitur, vt in Claſſibus dictum, qualicunque ſolo, neque vllum reſpuit. Gaudet imbribus, citò prouenit, ac celeriter maturescit, biſque in anno ſeri poteſt: nempe Vere, Martio & Aprili, ac Autumno poſt meſſem, pabuli cauſa. Pleriſque Germaniæ locis vulgare eſt, nec Galliæ Italiæúe incognitum.

Calefacit & humectat, anthore Matthiolo, verùm non multùm à temperatis diſtat. Rura, cogente præſertim annonæ penuriâ, ex eo panes piſunt, & pultem etiam non ingratam conficiunt. Minus autem nutrit Fagotriticum quàm Triticum aut Secale, ſed plùs quàm Milium aut Panicum. Herbam viridem priùs quàm ſemen maturuerit, boues jumentaque paſcuntur. Semine Gallinaceum genus paſtum citiſſimè pinguescit.

Ad Titulum THLAPSI FOLIIS GLOBVLARIÆ.

Mantiſſa.



Plantam hic pictam reperimus in Rhætorum monte *Nombres*: necnon in altiſſimis montibus *S.Vrſino* vicinis, floreutem Majo: C Bauhinus obſeruauit in Baſileenſium monte *Waſſerfall*. *Alſine-folium cum Myagri folio* inſcribunt nonnulli: Nobis verò ad *Thlaſpi foliis Globulariæ* referenda videtur.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSI XXIV. ADDENDA.

Ad Titulum LACTVCA,

Mantiſſa.

LActucæ, [Sylueſtris præſertim] nomine, variæ apud Scriptores donantur Plantæ: *Hieracij ſpecies varia*, *Locuſta herba*, *Rapunculus Creticus*, *Galega*, *Anchuſa*, *Lathyris*, *Tithymali ſpecies nonnulla*, *Muſcus marinus*, & aliæ, de quibus omnibus, ſub propriis earum Nominibus, ſuo loco.

Lactucæ autem ob varias ejus dotes varius etiam fuit olim vſus. Antiquitus enim, quòd ebrietati obluctaretur, eamque prohiberet, in fine Cœnæ ſumebatur: poſt verò ad conciliandam appetentiam, in Cœnæ principio iumi cœpta eſt, vnde illud Martialis extat:

Claudere quæ Cœnas Lactuca ſolebat auorum,
Dic mihi cur noſtras inchoet illa Cœnas?

Ad Titulos CICHORIVM, SERIS, INTYBVM, SONCHVS, &c.

Mantiſſa.

Cichorij varia nomina Cichoraceis obſcuritatem attulerunt: Genus enim pro ſpecie, ſpecies pro Genere, & vna ſpecies pro altera, ſæpe ponitur, eodemque nomine deſignatur. Nam Cichorio ſæpe hæc Nomina dantur: *Ambubeja*, *Seris*, *Intybum*, *Seris*, *Endiuia*, *Scariola*, & *Intybolachanum*, atque omnes *Hieracij*, *Cicerbita* ſiue *Sonchi*, *Chondrilla* & *Lactuca*, ſpecies, Cichorij nomine ſæpiùs donantur. Quin ſunt etiam qui inter Cichoria reponant *Hedypnoim Plinij*, *Cyanum* & *Heliotropium*: ſed magno errore, cùm ſui generis Herbæ ſint. Iulio verò Polluce authore *Cichorij* nomine olim ſolùm veniebant ſylueſtria omnia Olera.

Ad Titulum CICHORIVM SYLV. ET SATIVVM,

Mantiſſa.

Cichorium, Marc. Virgilio authore, peregrina Græcis vox eſt, quæ omnia Intyborum genera ſimul indicat: Etſi ab aliquibus ad amarum tantùm Intybum contracta fuerit. Et certè circa Cichoraceorum nomina titubare veterum Scriptorum ſententias facile eſt colligere, tum ex antè dictis, tum etiam ex eo quòd apud Græcos *Cichorium* nunc Satiuum nunc agreſte Intybum indicet, Seris verò ſemper agreſte, quemadmodum Seris ſemper ſatiuum. Apud Latinos autem *Cichorium* Intybum modò ſatiuum, modò agreſte denotet, Ambubeja verò ſemper agreſte. Vnde rectè concludit Marcellus Virgilius, antiquos Scriptores legentibus eſſe vtillus [contrà quàm in cæteris fit,] *non ex vocibus res, ſed ex rebus voces intellexiſſe.*

Cichorij *differentias* quod attinet, candidi, roſei & cœrulei meminit Tragus, necnon & lutei, quod Nobis eſt Hieracium majus: ac alterius adhuc, quod lutei tantùm fortè eſt varietas: & quinti, quod Nos Chondrillam vimineam facimus. Quatuor Sylueſtris Cichorij genera apud Tabernæmontanum recenſentur: 1. flore cæruleo: 2. flore albo: 3. flore rubello: & 4. flore cæruleo, vulgari culto ſimile, ac quod culturâ majus & cibis commodius redditur. Iiſque quintum ille addit, Cichorium ſcilicet album ſatiuum. Sed cur ille quatuor habet Figuras? Facitne color differentias quæ Figurâ exprimi queant?

Hortenſis Cichorij natalitia indicat nomen. Sylueſtre verò & in hortis & ſecus vias locis incultis exit, à Iunio in Octobrem vſq; florens, ac Germaniæ præſertim familiare. Tanta porrò eſt Veris principio Cichorij cum Dente Leonis ſimilitudo, vt vnum ab altero diſcernere minimè ſit facile.

Frigidæ id & ſiccæ in primo exceſſu temperaturæ facit Galenus, & domeſticum agreſti magis refrigerare ait: omnium autem calculo calentis hepatis ſelectiſſimum habetur medicamentum.

Cæterùm duo in Cichorio miraculoſa obſeruantur: I. quod Cichorij flos Formicarum cumulo injectus, in rubrum colorem vertitur: II. quod cœrulei Cichorij flos ſecundum Solem conuertitur: Et mane, oriente Sole, ſe paulatim aperit, circa Meridiem planè apertus ſurſum Solem reſpicit, ac poſtea ſe conuertit ad Occidentem, & occidente Sole omninò occluditur, & clauſus noctu manet donec oriatur Sol: Ita vt, licèt cœlum nubibus ſit obductum, attamen poſſint ex hoc diei partes obſeruari. Vnde optimo jure Scriptor non obſcurus: *Agricolis dedit Natura horarum indices*, vt ne ſic quidem oculos à terra reuocent. *Lupinum* ab ortu ad occaſum Solem ſequitur. Miratur hoc qui non obſeruat quotidiano experimento, Herbam vnam quæ vocatur *Cichorium*, quâ rurâ ſcatent, abeuntem Solem intueri, ſemperq; omnibus horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante: florem exortu aperiri, & occaſu claudi. Tanto Syderis amore flagrat, vt ſuo comitatu luſtrans, ſæpe proprium caulem intorqueat, noctuque Solis deſiderio ſe contrahat; *Solſequium*, *Solisſequium*, *Solſtitialis herba*, & *Solis ſponſa*, ob id dicta.

CICHORIO SIMILE SPAGNIN AMERICANORVM.

In Americæ inſula Madagaſcar, ſiue S. Laurentij, authore Theueto, prouenit cordialis herba, quam *Spagam* vocant, ſimilis Cichorio ſylueſtri, quam morſui vlperarum, vulneribuſque à venenatis animalibus inflictis applicant.

Ad Titulum SONCHVS,

Mantiſſa.

Græcis dicitur Σόγχος ἀπὸ τοῦ σῶν χεῖν, id eſt, quod ſalubrem fundat ſuccum. *Cicerbitam* à Romanis vocari apud Dioſcoridem legitur: ſed id nomen falſo Dioſcoridi attributum putat Ruellius: cùm nuſquam à Latinis vſurpatum reperiatur. A Recentioribus dicitur etiam *Lactucella* & à Gallis *Laceron*, à Lactis copia: atque etiam *Palais au Lieure*, quòd hoc animal, vt ab æſtu vindicetur, & caloris propulſet incommoda, ſoleat ſub ramis ejus decumbere. Eâdem fortè de cauſa *Lactucam Leporinam* inſcripſit Apulejus.

Ad Titulum CHONDRILLA,

Mantiſſa.

Chondrillacei generis Plantæ plurimæ apud Scriptores habentur, quas haud facile certis nominibus diſtinguere, cùm earum hactenus nullus exactè examinauerit: ſed vel ſolis nominibus eas propoſuerint Authores, vel ſolis deſcriptionibus delineauerint, non adhibitis Iconibus: vel appoſitis tantum Figuris & Nominibus, deſcriptiones earundem neglexerint. Nos Nobis notas in Sciagraphia retulimus.

Ad Titulum LAMPSANA,


Mantiſſa.

Lampſana Græcis dicitur λαμψάνη ἀπὸ τοῦ λάπτειν, id eſt, lambere, quòd foliis terram lambere ſiue lingere videatur: & ab ea Græci nominis origine Lapſanam dici volunt nonnulli. Dioſcoridi ſylueſtre eſt olus, plus nutriens quàm Lapathum, ac cujus caules & folia cocta eduntur. Hoc eſt Olus, quo, referente Plinio, Milites ſe apud Dyrrachium victitaſſe, parſimoniam cauillantes, Iulio Cæſari in Triumpho exprobrauerunt.

Lampſanæ autem nomine variæ ac planè diuerſæ à Scriptoribus donatæ fuere Plantæ. Sic pro Lampſana *Braſſicam* exhibet Cornarius: *Rapiſtrum flore luteo* Lobelius, Geſnerus & alij: *Rapiſtrum album* nonnulli: *Apium* Rob. Conſtantinus: *Ocymum* & *aterum* quidam. Quo verò ſpiritu ducti Euſtachius & Encharius Roſlin Plantam hanc *Gallam* vocarint, neſcimus.

Ad Titulum HIERACIVM,

Mantiſſa.



Hieracium in ſimplicium cenſu percenſent, Galenus, Ætius & Paulus, velut ſub Lactuca comprehenſum: idque ex Lactucæ generibus etiam facit Plinius Libri 20. cap. 7. Dioſcorides magni & parui meminit. Hieracium magnum ait, *caulem* producit aſperum, ſubrubrum, ſpinoſum, cauum; *folia* vero habet ex interuallis rarius ſiſſa, Sonchi per ambitum ſimilia: flores melinos in oblongis capitibus. Hieracium paruum, *folia* etiam ex interuallis ſiſſa per ambitum habet, *caules* teneros & viridès, atque hinc *flores* melinos circulum abſoluentes. Quòd porrò hic pingitur *Hieracium* eſt *majus anguſtifolium Pannonicum* I. Cluſio.

Nomen

Nomen autem Hieracium ab Accipitre habet, qui Græcis ἱέραξ: vel, vt loco citato habet Plinius, quoniam Accipitres ſcalpendo eam, ſuccoque oculos tingendo, obſcuritatem ab iis diſcutiunt: vel quia pappi ejus ad vomitum Accipitribus ciendum vtiles ſunt. *Accipitrinam* propterea vocarunt nonnulli: quibuſdam verò *Hieracia* in Fœminino genere etiam vocatur.

Hieracij porrò nomine multæ donantur plantæ, facie & facultatibus admodum diuerſæ: *Lactuca ſylueſtris, Chondrilla Cretica, Sonchus repens, Hedypnois, Dracunculus, Lactuca muralis, Buglosſum luteum, Cichorium luteum, Morſus Diaboli, Dens Leonis, Terracrepolus*, & *Hieracij ſpecies variæ* in Sciagraphia enarratæ.

Ad Titulum DENS LEONIS, HEDYPNOIS,

Mantiſſa.

APHACA Dioſcoridi Legumen eſt de quo *Nos* in Sciagraphiæ Claſſe XVII. egimus. Variat verò in Aphaces Hiſtoria Plinius: Libri 27 cap. 5. Dioſcorideam Aphacæ delineationem, nullâ reclamante notâ ſecutus. Libro verò 21. illam cum Theophraſto inter Cichoracea reponens. Sic ambiguos circa Aphacam reliquit Lectores Theophraſtus, cùm minimè facile ſit judicare an de Olere aut de Fruge loquatur. Quidnam itaq; ſit Veterum Aphaca, aſſerere admodum eſt difficile: *Hieracium minus* dicitur quibuſdam, *Chondrilla altera, Iacobi errantis ſpecies altera, Officinarum Taraxacon, Cichorium luteum*, & *Cichorium ſœtidum aliis*. Nos cum Hermolao, Fuchſio, Matthiolo, Amato, Cæſalpino, Thalio, C. Bauhino, & aliis *Hedypnoim Plinij*, & *Dentem Leonis* vulgò dictum, eſſe exiſtimamus.

Ad Titulum PILOSELLA, AVRICVLA MVRIS,

Mantiſſa.

Auriculæ Muris meminit quidem Dioſcorides Libri 2. cap. 79. Sed reperiuntur Dioſcoridei Codices, qui eo loco *Alſinem* habent, quæ Libro 4. poſt Helxinem deſcribitur. Et deſcriptio Auriculæ Muris primo dictorum loco tradita, Piloſellæ minimè conuenit, vt nec Figura. Vnde etiam jure optimo dicit Hieronymus Brunſchvveig, *Auriculam Muris* à Dioſcoride traditam non eſſe *Latinorum Piloſellam*.

Hallucinantur etiam haud dubiè, vel Lacunæ judicio, qui credunt eam Herbam eſſe *Holoſteum*, quam *Piloſellam* vulgus Herbariorum appellat: nam & incognitum eſt legitimum Holoſtium, & reclamant alia multa. Idem cum Lacuna ſentiebat aliquando Matthiolus: ſed deinde in poſter. Comm. cum Annotat. C. Bauhini ſibi contradicit, adeò ſummæ eſt memoriæ.

Ad Titulum SENECIO, ERIGERON,

Mantiſſa.

Præter varias in Sciagraphia enarratas Senecionis ſpecies & differentias, Senecionis nomine aliquot donantur Plantæ, *Flos S. Iacobi, Iacobæa marina*, Senecio marinus dicta, *Carduus benedictus* & *Naſturtium aquaticum*: de quibus Nos ſuo quoque loco.

Ad Titulum ASTER, ATTICVS,

Mantiſſa.

Amellum Virgilij, de quo ille Georgic. 4.

Eſt etiam flos in pratis cui nomen Amello
Fecêre Agricolæ, facilis quærentibus herba: &c.

Aſterem Atticum eſſe cenſet Matthiolus, de quo meritò dubitat Geſnerus, affirmantibus nonnullis, aliis verò negantibus. *Iudicent docti.*

Ad Titulum CONYZA MAIOR MATTHIOLI, BACCHARIS,

Mantiſſa.

Baccharis vt coronariæ herbæ meminit Virgilius: Coronariam, acrem & odoratam eſſe herbam, ſcripſit Paulus, ſua ex Dioſcoride mutuatus, vt etiam Plinius. At eam in Simplicium cenſu præteriit Galenus, nec rectè ſciunt Officinæ quid ſit *Baccharis*. Vnde exiſtimat Anguillara Caput de Bacchari ſpurium eſſe apud Dioſcoridem, & ex eo eximendum: aliter verò ſentiunt Lobelius & alij. *Pulmonariam* Officinis dici ſcribit Turnerus: aliis Fuchſij eſt *Viola matronalis*, aliis *Herba Benedicta*, *Benedictæ* rentreut. *Diua Mariæ Chirothecas* vocat Ruellius. *Nos* rem in mediu relinquimus.

Ad Titulum TRAGOPOGON,

Mantiſſa.

Hirci barbula, quæ Græcis τραγοπώγων & κόμη appellatur, hac facie a Theophraſto repræſentatur. *Radice* ſcilicet longâ & dulci, *folio* Croci & longiore: *caule* paruo, ſuper quem calyx latus & barbula, quæ ſummo vertice incana & prolixa funditur, vnde Nomen accepit. A Theophraſti deſcriptione haud multùm etiam abſcedunt Dioſcorides & Plinius, cui Tragopogon *Scandix* etiam dicitur. Ejus vero in Simplicium cenſu non meminit Galenus.

Ad Titulum ALISMA ſiue DAMASONIVM,

Mantiſſa.

Aliſma à quibuſdam *Damaſonium* appellari, ab aliis *Acyron*, & ab aliis *Lyron*, ſcribit Dioſcorides: *Folia* verò habere Plantaginis, niſi anguſtiora eſſent: *caulem* cubito altiorem: *flores* thyrſi ſpecie, albos: & *radices* tenues, odoratas, ſubpingues, acres: locoſque amare aquoſos.

Aliſmatis meminit & Plinius, & quidem duplicis: alterius laciniosis anguſtis foliis, alterius verò majoribus: atque vtrumque in ſyluis naſci tradit. Cætera verò quæ habet ſunt Dioſcoridea. Ex viribus autem quas tum hic tum ille Aliſmati tribuunt, Aquam in qua decoctum fuerit, ſi ea bibatur, calculos comminuere coojicit Galenus.

Inter Recentiores magna de Aliſmate ſiue Damaſonio agitatur Controuerſia: aliis alias & planè diuerſas plantas Aliſmati ſubſtituentibus, de quibus conſulantur Authores ipſi.

Ad Titulum TRIPOLIVM,

Mantiſſa.

Quid Veteribus fuerit Tripolium non facile eſt explicare, vt rectè notat Ruellius, tam controuerſæ ſunt Authorum ſententiæ. Mauritanis, ac præſertim Serapioni, fuiſſe Turbith, nemo inficias ibit, ſiquidem illi eadem verbotenus de ſuo Turbith pronunciarunt, quæ de Tripolio Dioſcorides. Quod verò de Tripolio tradidit Dioſcorides, florem ter in die mutare colorem, id Polio tribuit Plinius, Polium cum Tripolio, res diuerſiſſimas, magno errore confundens. Fabuloſum autem cùm videatur Dodonæo & nonnullis aliis, quod dicit Dioſcorides, Florem Tripolij ter in die mutare colorem. Id fieri tamen poſſe aſſerunt in aduerſariis Lobelius & Pena, multóque mirabiliora è naturæ officina prodire. Quid ſi dicamus id haud omninò veritati repugnare: Et cùm flores non omnes ſimul, ſed particulatim & ſenſim perficiantur, tres facilè contingere florum colores obſeruari: Incipientium nempe, completorum & deficientium.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSI XXV. ADDENDA.

Ad Titulum SCABIOSA,

Mantiſſa.

SCabioſarum, notiſſimarum hodie Plantarum, nuſquam reperimus Veteres meminiſſe: niſi fortè aliqua ex Scabioſis ſit Ploca Aerij, vt vocabulum idem innuere videtur. Non deſunt qui Scabioſam eam eſſe contendunt quæ *Stœbe* ab Antiquioribus inſcribitur: ſed eorum errorem manifeſtant vtriuſque facies, vſus & natales. Sic non erit etiam *Phleos* Theophraſti, qui cum *Stœbe* vnum & idem: ac multò minùs eiuſdem *Phleum* in neutro genere, de quo ſuo loco. Ad *Phyteuma* Dioſcoridis referri poſſe autumant

ſunt Fab. Columna & Cluſius: ſed nulla Phyteumati virtus, niſi ad amatoria, & hæc facultas minimè concessa Scabioſæ. Ad *Cirſium* tandem *Dioſcoridis* nonnulla Scabioſarum genera coniecit Tragus: at leui coniecturâ & conuenientiâ.

Dicta autem fuit *Scabioſa*, vel à ſcabro Herbæ habitu qui in Vulgari peculiariter talis: vel iuxta alios, quoniam ſcabiei medetur, quod omnibus.

Scabioſæ *virtutes* præcipuas comprehendunt hi Verſus:

Vrbanus profe neſcit prætium Scabioſa:
Nam purgat pectus quod comprimit ægra ſenectus,
Leuat pulmonem, purgat laterum regionem,
Apoſtemata frangit, ſi locum bibita tangit.
Tribus vncia ſorti Anthracem liberat horis.

Ad Titulum SVCCISA, ſiue MORSVS DIABOLI,

Mantiſſa.

Succiſæ variæ obſeruantur *differentiæ*: communiter enim glabra eſt, ſed habetur etiam hirſuta. Et glabra alia Maior eſt, alia Minor: alia foliis integris, alia diſſectis. Variatque præterea flore, qui communiter cæruleus eſt, ſed aliquando etiam purpureus, & nonnunquam albus.

Quo nomine Veteres aut poſteriores Græci eam nuncuparint, & an eam cognouerint, nondum compertum eſt. Latino plærique omnes *Succiſam* & *Morſum Diaboli* vocant, quia præciſa ſiue præmorſa apparet radix: nominiquè occaſionem ſuperſtitioſa fecit opinio, quâ creditur Cacodæmon, hanc magnæ efficaciæ plantam hominibus inuidens, ne produceretur atque accreſcat, radicem eius circumrodere. Sed ſiquidem idem ferè cernitur in Plantagine, aliud Etymon quærunt alij: ſicque dictam volunt ab vrida vi quâ mordicat bubones & carbunculos peſtilentes, quibus magno leuamento admouetur.

Quidam, vt notat C. Bauhinus in Phyt. *Gerim* [*Geum*. Fuchſ.] Veterum eſſe cenſent: Columna *Pycnocomon Dioſcoridis* eſſe ſtatuit, alij ad *Iaceam* referunt, nonnulli ad *Negmam Plinij*, atque alij ad Scabioſas, quibus eſt aſſimilis.

Cæterùm calida & ſicca eſt Succiſa in 2. gradu. Eaſdem autem, authore Trago, cum Scabioſis obtinet Succiſa vires & facultates: ita vt hæc pro illis, & illis viciſſim pro ea, tutò vti poſſimus.

Ad Titulum DORONICVM,

Mantiſſa.

Doronicum *Veterum* eſſe *Aconitum Pardalianches* nonnullorum fert opinio, ac Marantħæ præſertim, Matthioli, & eius ſectatorum. Id verò negant Lobelius, Geſnerus, & alij non minùs acuti ingenij viri.

Sic Doronicum *Mauritanæ Ægyptia* eſſe voluere etiam Geſnerus, Fuchſius, Ruellius & alij. At Guillandino & Matthiolo *Doronicum* atque *Arnabo* & *Mauritania* res ſunt omninò diverſæ, eorumque ſententiæ atque etiam qui contrarium antea tuebantur. Sic Doronicum in Antidotaria recipiunt, nonnulli, alij verò reijciunt. *Doctorum eſto iudicium.* Cæterùm Doronicis non rectè annumerant aliqui *Calaham alpinam*, quæ Nobis eſt, *Aliſma Matthioli*.

Ad Titulum IACEA, IACEA NIGRA,

Mantiſſa.

Ad Scabioſarum Claſſem referunt Cluſius, Matthiolus & Tragus, aliis aliter ſentientibus: vnde Matthiolum in eo erraſſe ſcribit Lobelius, quod Iaceam à Scabioſis diſcernere nequiuerit. *In decabunt docti.* Alij *Stœbes ſpeciem* faciunt, alij *Aphyllantes* vocant, alij *Succiſam*.

Ad Titulum STOEBE, PHLEOS,

Mantiſſa.

Sic de iis Honorius Bellus: *Phleos* & *Stœbe* vnum & idem ſunt, & ex aculeatorum genere, *Phleon* autem in neutro genere, quod Theophraſtus in Marem & Fœminam diſtinguit, multùm à Stœbe differt. Dicitur porrò de variis plantis Stœbe: de *Vulneraria ruſtica* & de *Sagitta*. Cæterùm Stœbes folia & ſemen adſtringere ſcribunt Dioſcorides, Plinius & Galenus.

Ad Titulum CIRSIVM,

Mantiſſa.

Cirſio quod Græci κίρσιον, non κίρκιον, vt malè legit Codex Aldinus, vocant, nomen fecerunt *Varices*, quos Græci Medici κιρσοὺς vocant, illis ſiquidem medetur adalligata radix vel herba.

Galenus, Paulus & Aetius Cirſium non habent: apud Dioſcoridem verò & Plinium, qui verbo ferè tenus eum ſequitur, intricata multùm eius deſcriptio: vnde quid ſit Cirſium ſe non poſſe dicere apertè fatetur Anguillara. Sunt qui *grandem* & *Italicum Bugloſſum* appellent: ſiteque, & nullâ reclamante notâ, id fieri ſcribit Ruellius. Sed maximè, tum eodem Ruellio tum Matthiolo iudicibus, hallucinantur ij, qui *vulgare Bugloſſum* per quod *Borrago* intelligitur, *Cirſium* eſſe putant: at multò adhuc magis qui *Linguam Mercenam* dictam Herbam.

Ad Titulum CARDVVS SATIVVS, SCOLYMVS, CINARA,

Mantiſſa.

Eorum hiſtoriam illuſtrabunt plurimùm quæ apud Hiſtoriam Lugd. habentur. Κάκτος Græcorum, ait, Latini Carduum interpretantur generatim. κινάρα autem à quibuſdam per κ ſcriptam, ab aliis per γ quidam corruptâ voce *Articocam*, alij Alcocalum vocant: Vulgus verò Herbariorum *Articocalum*, Arabes *Raxos*.

Cinaræ nomen dedit Puella eiuſdem nominis, quam in hanc herbam conuerſam fuiſſe fabulantur. Sunt qui à *cinere* dictam volunt, quo, vt aiunt Columella & Palladius, lætatur. Sed Græcos à Latinis hoc *Etymon* ſumpſiſſe minimè eſt credibile, cum hanc plantam eo nomine veniſſe in Latium ex probatiſſimis quibuſque Scriptoribus habeatur: Eritque id etiam reſponſi loco iis qui Cinaram à *cane* deriuant.

Dioſcorides de Scolymo tantùm agit, de Cynara minimè: eſtque alius Dioſcoridis Scolymus à Theophraſti Scolymo, quamuis eos confundat Plinius. Cæterùm præter illos Scolymos frequentes ſunt in hortis CACTI, quos *Cardons* vocant Galli, vt Cinaras *Artichaults*: hac differentiâ, quod Cactorum Capita non manduntur, ſed radicis pars ſuprema, imaque foliorum cum tenellis germinibus, contrà quàm in Cinara, in qua nullus earum partium vſus eſt, ſed capitis ſolùm: aliaque adhuc differentia, quod ſcilicet Cactis & folia & capita nunquam non ſunt aculeata. Cinaræ verò, cùm duplex eius genus ſit, alteri pariter ea, vt & Cactis, ſpinis armantur, alteri ſpinis carent: &c.

Galenus, Paulus & Aetius Scolymum ſtomacho prodeſſe annotarunt, Cynaram verò vitioſum ſuccum gignere.

Ad Titulum CARDVVS ſiue SCOLIMVS SYLV.

Mantiſſa.



Sic de hoc Scolymo tradit Hiſtoria Lugd. *Scolymum Dioſcoridis*, Cynara ſylueſtris Peitæ, de qua ait: Scolymus hic circa Monſpelium in lætis agris ſecus vias proſilit: quem Indigenæ vocant *Chardoauerolle*, Officinæ *Chamæleontem*, nullâ prorſus notâ, ex iis quas Dioſcorides memorat, reclamante: partu etiam cibis grato, & germinibus, ac præſertim radicibus, quæ germinibus connectuntur, ſuauiſſimis.

Sic in variis Italiæ ſylueſtribus locis naſcuntur etiam Artichoci, à quibus fortè haud multùm differt *Cretenſium Agriocinara* quam hic pingimus, ac quam Capita Cinaræ inſtar ferre ſcribit Bellonius, eaque cruda à paſtoribus vulgo comedi.

Ad Titulum ACANTHVS, BRANCA VRSINA,

Mantiſſa.

Acanthum nuncupant plærique: *Acanthum verum* Camerarius & Fuchſius: *Acanthum ſatiuum* Dodonæus, Tabernæmontanus & alij: *Acanthum ſatiuum verum* nonnulli: *Herpacantham*, *Melamphyllon* & *Marmoraciam* alij: *Acanthum pæderoton* Græci: *Brancam vrſinam* plærique omnes.

Acanthum pæderoten, ab Acantho nobili puero, in ſui nominis herbam verſo, dictam hanc fuiſſe, ex Græcorum Fabulis habetur.

Topiaria

Toparia ab eo nomen habuit, quòd vegeta virenſque in omnes formas figuraſque trahi diſponique poſſit: Brancæ verò vrſinæ appellationem ab eo ſibi vendicauit, quòd folia eius magnam cum anterioribus Vrſorum pedibus habeant ſimilitudinem. Suam autem produnt Ignorantiam qui cum Carolo Stephano *Brancam hircinam*, ob quandam cum hircorum cornibus ſimilitudinem dici volunt: quæ enim ea ſimilitudo?

Ad Titulum Acantha Levce,

Mantiſſa.

Spina Arabica, Acanthus nonnullis dicta, naturâ Spinæ albæ ſimilis eſt, ait Dioſcorides, prouenit in aſperis, &c. Eadem quæ Dioſcorides habet etiam Plinius: ſed craſſo errore *Ægyptiam Spinam* cum hac Arabica ſpina, quæ ipſi etiam Ægyptia vocatur, confundit. Cæterùm *Spina Arabica* à quamplurimis de Carduo in genere dicitur.

Ad Titulum Echinopvs,

Mantiſſa.

Spinam albam vocarunt Anguillara, Apollo, Caſtor, & alij: *Spinam peregrinam* Dodonæus: *Spinam tacegutiam* Fuchſius in Icon. Trago eſt *Chamæleon niger verus*, ſed perperam: *Crocodilium* Fuchſio & Cordo: *Carduus echinatus* Geſnero: *Sphærocephalus*, & *Carduus Sphærocephalus* Cordo, Tabernæmontano & aliis. Totius autem plantæ decoctum ad dolores dentium mirificè prodeſt.

Ad Titulum Cardvvs Benedictvs;

Mantiſſa.

Grauiter circa hunc Carduum lapſi ſunt ex doctis plurimi: quidam enim *Cnici ſylueſtris* fecere ſpeciem: alij *Acanthum ſatiuum* eſſe ſtatuerunt: alij *Acanthium*, alij *Scolymum*, alij *Carduum modium*, alij *Senecionem*, alij *Chamæleonem*, atque alij *Atractylid m eliam hirſutiorem* eſſe crediderunt. Quantùm autem ab illis omnibus & ſingulis diſtet, norunt rei Herbariæ periti: Nos cum Lobelio, Tabernæmontano, Camerario, Brunfelſio, Lacunâ, Dodonæo Latino, Caſtore, Dorſthenio, C.Bauhino, & Botanicorum parte optima, *Carduum benedictum* inſcribimus: Cæſalpino dicitur *Carduus ſanctus*.

An ex India allatus olim fuerit, & Imperatori Friderico, vt vnicum & præſtantiſſimum *Claui* dicti morbi remedium, miſſus fuerit, quemadmodum ex aliis recitat Tragus, inquirendum relinquimus. Cùm autem amara ſit vehementer hujus Cardui herba, excalefacit & exſiccat ordine ſecundo, expurgat, aperit, abſtergit & digerit, ſudores mouet, venenis reſiſtit, lumbricos interimit, peſtilentialibus morbis confert: ac, vt Matthioli verbis vtamur, *magni nominis maximæquè exiſtimationis planta eſt.*

Ad Titulum Chamæleon,

Mantiſſa.

Chamæleon animal omninò glabrum, eximiaque cutis læuitate præditum, ſpeculi modo proxima quæcunque æmulatur, & colorum vices alternat, vnde Ouidius:

> *Id quoque quod ventis animal nutritur & aura*
> *Protinus aſſimilat tetigit quoſcunque colores.*

Simile quiddam de *Polypo* traditur, ſiquidem cuicumque cirris nixus hæſerit ſaxo, hujus conſimilem repræſentat. Sic colorem cum terra mutat Carduus Chamæleon dictus: hic niget, alicubi viridis, alicubi cæruleus, alicubi croceus, eo ſemper humi in quo naſcitur colorem exprimente, ac omnem quidem, præter rubrum candidumque: Chamæleonis inde appellatione donatus, quamuis eâdem ratione Polypus etiam dici potuiſſet: ſed vſus aliter obtinuit.

Explodendi verò ſunt Arabicæ factionis Scriptores, vt qui, deteſtando errore, Græcorum vocabulorum vicinitate decepti, *Chamælæam* quem ſuâ Linguâ *Mezereon* appellant, cum *Chamæleone* confundunt. Sic magno etiam lapſu Chamæleonem inſcribunt nonnulli *Spinam albam Fuchſij*: alij *Carduum Marianum*: alij *Carduum calcitrapam*: alij *Carduum acarnam*: alij *Carduum benedictum*: alij *Brancam vrſinam*: alij *Eryngium vulgare*. *Chamæleonem* potiùs dixerimus *Nos Carlinam* hodie Medicis appellatam, de qua mox.

Ἰξία autem vel ἰξίνη appellationem ſortitus eſt, quòd ejus radicibus Gummi quoddam ἰξὸς, id eſt, Viſci, æmulum aduaſcatur. An tamen ſit *Ixia* ſui generis planta à Chamæleone diuerſa, diſputatur. Certè, Theophraſto judice, tres ſunt Plantæ diuerſæ, *Chamæleon niger*, *Chamæleon albus* & *Ixja*, quam ab *Ixine* etiam aliam facit.

Cùm porrò duo ſint Chamæleonis genera *Albus* & *Niger*: Nigrum rurſus in *Marem* & *Fœminam* diſtinguit Plinius, florem illi purpureum tribuens, huic violaceum. Minimè autem in Germania, Gallia & Italia reperitur, teſte Bellonio, Chamæleon niger, ſed in Inſula Lemno, & Apuliæ campeſtribus, & ſiccis locis, vberrimè prouenit.

Ad Titulum Dipsacvs, cardvvs fvllonvm,

Mantiſſa.

Dipſaci nomen obtinuit à ſiti, quam Græci δίψος vocant: vtpote contra quam ſemper paratum habeat humorem. *Labrum Veneris* dictum fuit à foliorum poſitu, peluis vel lauacri ſpeciem conſtituente, humorem ſemper continente. *Meleta* verò ſiue *Pomoſa*, necnon etiam *Calyx cardeacus*, à capitulorum forma: atque tandem ab vſu *Carduus Fullonum*.

Carduum hunc cum *Chamæleone* confundit Apuleius, ac grauiori adhuc errore cum *Polygono* Matthæus Syluaticus. Nec meliùs ab Officinis & Herbariorum vulgo dicitur *Dipſacus*. *Aquam* ex foliis deſtillatam ad vlcera oris commendat Tragus: & eam quæ in foliorum concauo continetur, ad oculorum rubedines ac caligines, & ad faciei maculas, quod norunt Mulierculæ formæ ſtudioſæ. *Capitulo* verò ejus Mangones etiam adhuc pannum pectunt, expoliunt, & detractis floccis concinnant. *Vermiculus* qui in Capitulo continetur, à Piſcatoribus hamo affigentibus maximè expetitur: collo verò adalligatum, Quartanis Febribus remedio eſſe produnt.

Ad Titulum Carlina,

Mantiſſa.

Carlinam cauliferam & acaulon fusè in Hiſtoria noſtra magna deſcribimus: minimè autem inter rei Herbariæ Scriptores de *Carlina* & *Chamæleonibus* conuenit. Carlinam enim ad *Chamæleonem nigrum* referunt Cordus, Eucharius, & alij: ad *Chamæleonem* verò *album* Caſtor, Hatchius, Schvvenckfeldius, Lobelius & alij. Aliter contrà ſentiunt Bellonius, Dodonæus & alij, quibus *Carlina*, nec eſt Chamæleon niger, nec etiam Chamæleon albus. Iudicabunt docti.

Carlinæ porrò radicis præcipuè vſus eſt. Secundo ordine ſatis intenſo calefacit, & tertio teſiccat: ſudores mouet, ventris tineas ac lumbricos pellit, venenis omnibus reſiſtit, peſtis contagia arcet & curat, vrinas ciet, menſes promouet, iecoris & lienis obſtructiones aperit, hydropicis confert, commanducata dentium dolores ſedat, ac cæſis aut ex alto delapſis datur: &c.

Ad Titulum Carlina Sylvestris,

Mantiſſa.

Viennenſes Rhizotomæ *Sau Kraut* nominant ab effectu: quia illius, ſiue recentis ſiue ſiccæ, non modo geſtatione, ſed etiam ſolo intuitu, *den Sau* ſiti Vulgus illic ſibi perſuadet, & experimento probatum, aiterit. Per illum autem affectum ſitim & faucium accenſionem, cum bilis regurgitatione, ex nimia crapula ortam, intelligi ſcribit Clutius.

Ad Titulum Atractylis,

Mantiſſa.

Atractylidis meminêre Theophraſtus, Dioſcorides & Plinius. Theophraſtus quidem *Phonum* etiam vocari tradit, tum ob ſanguineum ſuccum quem reddit, tum ob grauem, velut ſanguinis in cæde, odorem. Dioſcoridi dicitur *Spina Cnici femina*: Plinio verò, Galeno & Paulo *Cnicus* ſylueſtris, eoſque imitati Ruellius, Hermolaus & Cornarius. At magno lapſu *Carduum benedictum* eſſe volunt nonnulli, & alij Anemonen. *Marina* dicta *Atractilis* eſt Cardui genus *Spina lutea* dictum, de quo mox. Et videtur Theophraſti *Acarna* genus quoddam eſſe Atractylidis.

Ad Titulum Cnicus ſiue Carthamus,

Mantiſſa.

Dicitur *Cnicus* Matthiolo, Dodonæo Gall. Cordo, Lacunæ, Caſtori, Lonicero & Cæſalpino : *Cnecus* Turnero & Geſnero hort, *Cnicus* vulgaris Cluſio : *Cnicus flore luteo* C. Bauhino : *Cartamus* Brunfelſio, Fuchſio & Lobelio in Aduerſ. *Carthamus* Camerario & aliis multis : aliud verò eſt *Cardamum* per d ſcriptum, quod *Naſturtium* ſignificat.

Apud varias Nationes, vniuſcujuſque Idiomate, Croci appellationem obtinuit : nec alio procul dubio merito, quàm quia eius flore Croci loco vtuntur Ruta. Carthamum autem Officinæ vocant, à voce Mauritanica *Kartam*, vel, vt ſcribit C Bauhinus, ἀπὸ τοῦ καθαίρειν, id eſt, à purgando. *Carthamum* porrò propriè *ſemen* vocari, *Cnecum* verò plantam, ſcribit Fallopius.

Hanc plantam Veſpaſiani principatu Italiam ignoraſſe, tradit Plinius, & in ſola Ægypto fuiſſe celebrem, oleo non cibo gratam. At noſtrâ ætate variis Italiæ, Hiſpaniæ & Galliæ locis ſeritur, in agris & hortis, floretque Iulio & Auguſto: quemadmodum Lugduni, Geneuæ & Mombelgardi, ipſimet in hortis habuimus. Tantâ verò copiâ in nonnullis Germaniæ locis prouenit, vt, mercaturâ admodum celebri & magnâ, hinc inde diſtrahatur : quo fit, vt cùm quæſtuoſa ſit planta, quotannis ab Hortulanis Argentinenſibus & Spirenſibus inter æſtiuas Fruges ſeratur.

Cæterùm Semen & Flos Carthami duntaxat in vſum trahuntur, meliorque plantæ pars eſt Semen : quod, Galeni & Meſuæ poſthabitis opinionibus calidum & ſiccum in ſecundo gradu vulgò ſtatuitur, extenuat, abſtergit, aperit, digerit, flatus pellit, pituitam & aquoſos humores ducit, tuſſique, aſthmati, colicæ paſſioni, hydropi ictericiæ & viſcerum obſtructionibus, eſt percommodum.

Ad Titulum Eryngium,

Mantiſſa.

Eryngium à Capitulorum multiplici, ſed indefinito, numero, multi *Centum capitum Carduum* [Galli *chardon à cent teſtes*,] vocant: Ruſtici *Carduum Leporinum* & *Carduum voluentem*, quoniam planta integra marceſſens vi ventorum auellitur, ac per medios agros volutatur, quod dum fit, currentem lepuſculum eminùs diceres.

Plurimùm autem hallucinari eos qui Eryngium *Arabum Secacul* eſſe credunt, ex eo conſtat, quòd diuerſis Capitibus de iis tradat Serapio, & vtrique ſuam aſſignet deſcriptionem.

Ad Titulum Carduus Stellatus, Calcitrapa,

Mantiſſa.

Ad Eryngium referunt Tragus & Dodonæus, ſed perperàm, judice Lobelio, qui *Coronopum Plinij*, ac eundem *Plinij Tribulum*, nuncupat. F. Columnæ dicitur Hippophæſtum, ſed is cum Hippophæſto Veterum confundit.

Naſcitur in Germania, Belgio, Gallia & Italia, ac fermè vbique, circa Vrbes, Oppida & Pagos, ſecus vias, in planis & campeſtribus locis: Iulio & Auguſto cum flore potiſſimùm vigens. Abundat Monſpelij & Patauij circa muros, vt & Geneuæ *in plain palais*.

Excalefacientis autem eſt naturæ, ac vrinas ciere & calculos expellere fertur, cum vino exhibitus. Ejus deſtillata Aqua jecoris obſtructiones reſerat, ſanguinem emundat, & adverſus diuturnas Febres vtiliter exhibetur.

Ad Titulum Leucacantha, Carduus Solstitialis,

Mantiſſa.

Breuis eſt admodum & obſcura apud Dioſcoridem, Plinium & Galenum Leucacanthæ mentio, vt quę planta ſit *Leucacantha* haud facile ſit hodie decernere. Illud ſaltem extra dubium eſt, eos in manifeſto errore verſari, qui Leucacantham ab Acantha leuce, de qua paulò antè egimus, nullo pacto differre ſcribunt. Differre enim inter ſe, manifeſtò oſtendunt Dioſcorides, Galenus & Paulus, qui præterquàm quòd alteram ab altera diuerſis Capitibus diſtinxerunt, iis differentes omninò tribuunt facultates.
Nec eſt Leucacantha *Carlina caulifera*, vt voluit Dodonæus : nec etiam *Carduus Mariæ*, vt voluére alij. Magis verò eorum arridet opinio, qui pro ea Spinam Solſtitialem exhibent. Diximus in Sciagraphia noſtra eam Monſpelij abundare: habuimus verò Nos Montbelgardi in S. P. horto. Radix & flores mirificè valere traduntur ad Cachexiam, hydropem, obſtructiones, Febres diuturnas, & fœdos Virginum colores. Aquâ vtuntur Ruſtici ad laterum punctiones & coxendicis dolores, atque ad ſudorem ciendum.

Ad Titulum Tetralix,

Mantiſſa.

Tetralix à Theophraſto cum reliquis aculeatis plantis annumeratur, ac quidem inter Æſtate germinantes. *Tetralicem* etiam meminit Plinius, qui ſua à Theophraſto mutuatus, ſed perperam *Helxinem* vocat. *Ericem* Athenienſes Tetralicem etiam vocabant, authore eodem Plinio, ſed magno errore, ſiquidem Erice quæ Spinis non eſt armata, & nonniſi primis Autumni imbribus floret, Tetralix eſſe non poteſt. Sunt qui illam *Tetradicem* vocent, hanc verò *Tetralicem*.

Ad Titulum Crocodilium,

Mantiſſa.

An Græcis probè cognitum fuerit Crocodilium hærent Scriptores : ſiquidem Galenus, Oribaſius & Paulus, ſua verba ex Dioſcoride duntaxat videntur mutuari, aut à Cratæua, à quo Dioſcorides & Plinius ſua ſumpſere. Nec Dioſcoridis deſcriptio tam aperta eſt, vt à tot aculeatis plantis facile ſit genuinum Crocodilium diſtinguere & internoſcere. Et hinc Amatus & alij nonnulli *Carlinam vulgarem* ſuſpicantur eſſe Cratevæ, Dioſcoridis & Plinij Crocodilium. Horum verò opinionem refutant Matthiolus & Ioh. Agricola : negat Anguillara, dubitat Geſnerus. Crocodilij nomine exhibent *Carduum echinatum majorem* Lacuna, Lobelius & Geſnerus. *Eryngium marinum* eſſe putat Cæſalpinus, id improbantibus Anguillara & Matthiolo. De *carduo Dipſaco* dici teſtis eſt Dioſcorides: de *Dracontea* & *colubrina* Tragus : perperàm verò ab Hiſtoria Lugd. cum *Tordylio* confunditur.

Colochierni Carduus Cretensium,

Colochierni Cretenſium, ait Honorius Bellus in Epiſt. ad Clutium, Spina eſt Attractylidi & Cnico ſylveſtri ſimilis, maior tamen, & echinos etiam proferens. Flores non vidi, &c.

Lincostis Herba.

Meminit Ariſtoteles Herbæ cujuſdam *Lincoſtis* dictæ, multùm ſpinoſæ, quæ in aqua creſcit, ac inter aculeos liquorem colligit, qui ſucceſſu temporis putreſcens, mediante Solis calore, aliud [numero] herbæ genus producit, de quo etiam Cardanus, de Subtil. Libro 8.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI XXVI. ADDENDA.

Ad Titulum Othonna, Tagetes, &c.

Mantiſſa.

PVlchrè quidem Dioſcoridis deſcriptioni reſpondent quæ Plinius de Othonna retulit. At incognitam Dioſcoridi fuiſſe Othonnam, id manifeſto argumento eſſe poteſt, quod nihil ex ſe de ea certi ſcribat, ſed omnia aliis accepta referat. Paulus *maioris Chelidonij ſuccum* eſſe aſſerit : Marcellus *ſui generis plantam* eſſe ſuſpicatur : *Florem Africanum* vocant Lacuna & alij: *Herbam venet* Rondeletius. Sed cui harum Plantarum conuenit Dioſcoridea deſcriptio ? Sic ſibi ignotam Othonnam ingenuè fatetur Matthiolus. *Nobis* itaque, vt cum Ruellio concludamus, non eſt laborandum, vt quid ſit Othonna declaretur: cum Dioſcoridi & poſt eum cunctis Authoribus, non ſatis fuerit cognita, ſed ex aliorum opinione & fama tantum tradita.

Tage-

Tageten autem deleteriâ facultate eſſe præditum, ingratus & caput grauans odor oſtendit. Minimè itaque audiendi, qui *Tanaceti* aut *Arthemiſiæ* ſpeciem, ac innoxiam ſtirpem, eſſe exiſtimant.

Ad Titulum Caltha,

Mantiſſa.

Calida eſt, præſertim quoad florem, ſecundi ordinis Initio. Aqua ex floribus deſtillata mane & veſperi oculis inſtillata, vel iis ex linteolis adhibita, eorum rubori & inflammationibus, præſentaneum & expertum eſt remedium. Flores in pulverem redacti, & ex vellere dentibus inditi, dolorem illorum ſedant. Iidemque, perinde atque ipſa herba, ſecundas educunt mirificè, ſi ex iis aridis ſuffitus fiant. *Tragus.* *Salem* verò & *Oleum* ex ea ad varios vſus fieri tradit *Tabernamontanus.*

Ad Titulum Herba Maxima,

Mantiſſa.

Ad Chryſanthemi genus referendus videtur hic raræ magnitudinis Flos: Dodonæoque placuit *Chryſanthemi Peruviani* nomenclatura. Et eodem iudice, exiſtimari poſſet Plinij eſſe *Belle*, ſi credibile foret, illâ ætate Romæ, vel viſum vel vllo modo agnitum. *Helenium Indicum* vocat Cæſalpinus, nonnulli *Solem Indianum*, *Coronam Solis* aliqui, *Reginam Herbarum* alij, plærique verò omnes Florem Solis. Nec omninò abs re, cùm non ſolùm effigiem Solarem præ ſe ferat, ſed etiam cum eo, modò in Orientem modò in Occaſum conuertatur, ſemper inclinatus ad terram, quaſi præ reuerentia capite nutans. Florem hunc in *Marem* & *Fæminam* diſtinguit Tabernamontanus, ſed minimè docet quâ in re Mas à Fœmina differat.

Majorem & Minorem variis in locis obſeruauimus in hortis; Lugduni, Geneuæ, Baſileæ, Pforzheimiæ, & alibi, ac ipſi oer Montbelgardi in S P. Horto coluimus. Florent Iulio & Auguſto, ac ſemen maturant Octobri. *Ebroduneuſium* hortos ad læuam pontis *de Glacre* dicti, viâ quâ *Granſoniam* itur, ſitos, Majoris Æſtate decorant Plantæ altiſſimè inſignes. Mirúmque Herbam hanc permagnam, cuius radices ſummâ tantùm Telluri ſparſæ, illo in loco omnium Ventorum injuriis expoſito, poſſe ſubſiſtere.

Vires & facultates quod attinet: *Foliorum pediculos* teneros, pilis deraſis, ipſoſque quibus flores, foliola & ſemen inſident *calyces*, imoque *florem* integrum à folliolis repurgatum, cum Oleo, Sale & Aromatibus coquunt: & Aſparagis, Ipſiuſque Cinaræ comis delicatiores ſuauioreſque eſſe aſſerunt: & non minùs, imò ampliùs, *veneri* ſ... valere & facere, vt in ſe ipſo ſe expertum eſſe ſcribit Cortuſus: Caulis fractus facillimè callo obducitur, inciſus verò ceu *Gummi* perlucens, flauum & odoratum fundit: apparetque in floribus reſinoſum quiddam, Terebinthinam ſubſtantiâ & odore referens: vnde vulnerariam eſſe plantam volunt nonnulli. Plurimi verò ad eadem pollere aiunt ad quæ Helenium.

Ad Titulum Helenium, Enula Campana,

Mantiſſa.

Planta Latinis *Enula* Officinis *Enula campana*, & Plinio *Inula*, dicta, Græcorum eſt Helenium, nomenque id apud illos ſortita creditur, ab Helenæ Lachrymis, ex quibus natum fabulantur Poetæ: alij quòd contra ſerpentes ex ea primum ab Helena remedium inuentum ſit, & Menelao comiti ſuo in Ægyptum naviganti oſtenderit: alij ab *Helena Inſula*, vbi longè optimum luxuriat. Radicem autem eam eſſe quam Mercurium Vlyſſi adverſus Circes veneficia demonſtraſſe ſcribit Homerus, exiſtimarunt nonnulli.

Dioſcoridis Caput de Helenio mendis ſcatere ex eo inter alia conſtat, quòd radicis amaritudinem intermiſerit. Sed falsò id adſcribit Matthiolus Plinio, qui amatoris dicti expreſsè meminit. Veriùs Auicennam Helenium noſtrum cum Helenio Ægyptio confundere annotat.

Cæterùm Helenium in pinguibus & lætis pratis ſponte naſcitur: ac reperitur etiam quandoque in montibus, locis vmbroſis, & non aridis: In Germania, Belgio, Italia & Gallia ſatis frequens: Iunioque & Iulio floret. Spontaneum copioſum alit Pratum Pomariumve iuxta Nob. D. de *Treyterens* ædes, in vico *Clendi* dicto, prope Ebrodunum. In hortis etiam vulgò colitur & radicis fruſtum recens terræ mandatum nullo negotio provenit, quod etiam iam olim à Dioſcoride & Plinio notatum. Excalefacit porrò & reſiccat Enula tertio ordine, præſertim ſi arida ſit. Prodeſt adverſus ſpirandi difficultatem, orthopneam veteremque tuſſim. Radices, flores & folia, tanquam peculiare præſeruatiuum Peſtis tempore, commendat Bokellus. Condita radix, ſi à Cœna ſumatur, ventriculo commoda eſt, & coctionem iuuat.

Ad Titulum Bellis,

Mantiſſa.

Bellis à Græcis minimè videtur deſcripta, niſi fortè ſit ea Anthemidis ſpecies, quam Dioſcorides *Heranthemum*, quaſi *Florem Veneris*, vocari ait. *Bellidis* verò & *Bellis* variis locis meminit Plinius: At hallucinantur plurimùm qui *Leonis dentem*, vel Antipatrem, per eius Bellidem intelligunt.

Ad Titulum Tanacetum,

Mantiſſa.

Tanaceti non meminit Dioſcorides, niſi, vt voluêre Fuchſius, Ruellius, Tabernamontanus & alij, eam inter Arthemiſiæ ſpecies comprehenderit, ſitque eius Arthemiſia tenuifolia. Quibuſdam eſt *Parthenij ſpecies*, & *Parthenium maſculum* dicitur; quo iure autem id & ab his & ab illis fiat, *examinabunt docti*. *Hippiam* vocauit Albertus, ſed perperam. Non deſunt quibus *Herba Mariæ* dicatur: plurimis verò nuncupatur *Athanaſia*, id eſt, Herba immortalis.

Tanacetum autem ſic diſtinguit C. Bauhinus. *Tanacetum*, inquit, vel odorum eſt vel inodorum: *odorum* vel majus vel minus, & *Majus* rurſus foliis vel planis vel criſpis, ac flore vel luteo vel albo: Minus verò vel eſt campeſtre vel alpinum. Inodorum flore eſt vel majore vel minore.

Ad Titulum Achillea,

Mantiſſa.

Achilleam, teſte Dioſcoride ſunt qui *Sideritin* vocant. *Veneris ſupercilium* nuncuparunt nonnulli: quoniam vt in ea parte humani vultus crebris pilis veſtita veluti linea eſt, ſic in Achillea herba minuta folia capillamenti modo caules ejus veſtiunt.

Dicta autem fuit hæc herba Achillea, teſte Plinio, ab Achille quodam primo eius inuentore, qui eâ vulneribus medebatur. Tanacetum minus inſcribunt Dodonæus & C. Bauhinus: Cordo lo Dioſc. Trago & Camerario, *Achillea & Millefolia ſtratiotes*, non ſolùm cognatæ videntur plantæ, ſed etiam vna & eadem. Achilleam verò non eſſe Millefolium multis rationib. & fundamentis contendunt Matthiolus, Lobelius & Tabernamontanus, *iudicabunt docti*.

Ad Titulum Ageratum,

Mantiſſa.

Dioſcoridis Ageratum *Eupatorium Meſuæi* inſcribunt plærique omnes, vt in Stirpographia dictum. *Balſamitam minorem* & *Herbam Diuæ Mariæ* vocant nonnulli: *Thymoram*, *Saturelam* & *Stœchadem citrinam* alij, ſed magno lapſu: ac majore adhuc id cum *Gratia* Dei, ſiue Gratiola, confundunt Fuchſius & Harchius, & *Amaranthi* genus facit Tragus. Cordus ſub *Menthæ corymbiferæ* nomine deſcribit.

Eaſdem verò illi vires tribuit Plinius quas Dioſcorides, quas his verbis perſtringit Galenus. Ageratum digerit, inquit, & inflammationes quodammodò diſſoluit.

Ad Titulum Menthα Corimbifera,

Mantiſſa.

Varias appellationes obtinuit hæc Planta: ſic *Mariæ Herbam*, *Mentham Saracenicam* vel *Romanam*, *Mentham Sacerdotalem*, & *Betonicam Veram* v... ... gimus apud Fuchſium, qui perperàm ad Dioſcoridis *Dracam* ... ſi poſſe tradit. Magnam cum *Theophraſti Panace chironio* ſimilitudinem habere vult Dodonæus. *Lonceas Plinij* dicitur nonnu... *Herbam Paralyſeos* vocarunt Apollo & Sylvius, *Ocaneam* ... Geſnerus, ... frixis nonnullis in locis alpigatur ... *Balſamitam & hortenſem Coſtum* inſcribunt ... Sepiaſiariis plærique.

Ad Titulum Ptarmica,

Mantiſſa.

Ptarmices Theophraſtus & Plinius non meminerunt: idque, inſita Dodonæis, ſuſpicionem affert nullam eſſe ... propriè dictam, & eandem cum Struthio hanc eſſe: ... ſiquidem generali voce Græcis dicuntur quæcunque ſternutationem excitant, inter quæ & *Struthion*: Galenus & Paulus Ægineta viridem ...

dam & ſiccam faciunt in ſecundo ordine, ſiccam verò ſiccam in tertio. Acris ferventiſque eſt guſtus, incidit, attenuat & diſcutit. Siccæ pulvis naribus inditus ſternutamenta movet: manſu radix dentium dolores mulcet & pituitam elicit: adduntur que ejus folia Lactucaceis acetariis, vt eorum frigiditatem corrigant.

Noſtram hanc plantam ſunt qui Tanacetum album nuncupent, qui *Trag. 2. Dioſcoridis*, qui *Millefolij 3. genus*: & qui *Draconem ſylveſtrem* ac quoniam Pyrethri modo guſtum, quanquam mitius, vellicat, PYRETHRVM SYLVESTRE vulgo inſcribunt Herbarij & Seplaſiæ. PTARMICA verò dicitur Roberto Stephano, Brunfelſio, Bacchanello, Cordo, Apollini, Caſtori, & Horto Luſitano: *Ptarmica Dioſcoridis* Schvvenckfeldio, & *Ptarmica ſylveſtris Germanica Thalio*.

Abundat ad rivulos inter Montbelgardum & Souchant, atque alibi, necnon in Baſileenſium Walleſtall, ad Stagnum.

Ad Titulum TARCHON, DRACVNCVLVS HORT.

Mantiſſa.

Draconem ſativum vocat Cordus, vt & *Draconteam* & *Dracontium*. *Chryſocomen Dioſcoridis* Dalechampius, ſed perperam, judice Cluſio. Simeoni Sethi dicitur *Tarchon*, cæteris verò Græcis, vt & Mauritanis, indictus exiſtimatur. Alia verò eſt *Draco herba* qua Glaucus ſervus olim in vitam reſtitutus, ac cujus meminit Eraſmus in Chiliadibus.

Naſci hunc Dracunculum ex ſemine Lini Cepæ incluſo, & ſic ſato, perhibent Hermolaus, Amatus, Lobelius & alij. At fabuloſum id eſſe contrà ſtatuunt Geſnerus, Matthiolus, Dalechampius & Hiſtoria Lugd. Nos litem in medio relinquimus: res eſt experimenti. Folia, vt & Ptarmicæ modò dictæ, in Acetariis Erucæ vices ſupplent.

CHRYSOCOME, CHRYSITIS.

Chryſocomen palmi altitudine fruticare ait Dioſcorides: comâ ſpecie corymborum, Hyſſopo ſimili: *radice* tenui, denſâ &c. In petroſis opacisque naſcitur. Eadem habet Plinius, & Chryſocomen ſive Chryſitin Latinam appellationem non habere ait.

Dicitur etiam *Chryſanthemum* & *Chryſoſpermum*, ac plurimis plantis attribuitur Chryſocomes nomen, *Stœchadi citrinæ*, *Gnaphalio*, *Anthemidi*, *Menthæ Saracenicæ*, *Pulegio montano*, *Dracunculo eſculento*, *Paſſerinæ*, *Helianthemo*, *Anacampſeroti* & *Onobrychi*. Nos verò plantam hanc hodie incognitam, in Naturæ viridario vireſcere & floreſcere cum Matthiolo ſinemus, donec Nobis aut aliis compertam, in communem quoque cognitionem prodere contingat.

Ad Titulum HELYCHRYSVS.

Mantiſſa.

Helichryſus à Theophraſto ad Herbas quæ ad animum & mores faciant refertur, quandoquidem, eodem Theophraſto authore, qui Helichryſi flore coronatur, gloriam atque exiſtimationem bonam conſequitur. Habet, ait, florem auri colore, folium album, fructum tenuem durumque, & radicem in ſuperficie terræ, eandemque gracilem.

Amaranthon & *Chryſanthemum* etiam vocari ſcribit Dioſcorides, eóque Deorum ſimulacra coronari. *Elichryſus* dicitur, teſte Marcello, quòd locis aquoſis & paluſtribus quæ Græcis ἕλη dicuntur, proveniat: *Helio chryſus* verò, quòd ad Solis, qui ἥλιος Græcis eſt, repercuſſum, aurea luce flores hujus fulgeant: vnde etiam *Aureliam* interpretatus eſt Gaza. Amarantum ſunt [Galenus & alij] qui vocent ἀπὸ τοῦ μὴ μαραίνεσθαι, id eſt, à non marceſcendo, ab ea quæ illi cum Amarantho communis eſt, longioris ſine detrimento vitæ naturâ: quâ etiam de Cauſſâ illo Dij coronari ſolebant.

Comam è vino potam contra ſerpentium ictus, coxendicumque dolores, & vrinæ ſtillicidia prodeſſe, ex Veterum monumentis habemus: ac veſtibus etiam inſeri, vt eas ab erodentium injuriis tueatur. Tribuitur autem Helichryſi nomen variis plantis, *Millefolio luteo*, *Tulipæ*, *Agerato*, ac ſummatim iis omnibus, de quibus dicitur *Chryſocome*.

Ad Titulos GNAPHALIVM, IMPIA PLINII.

Mantiſſa.

Gnaphalij foliis albis mollibusque aliqui, ait Dioſcorides, pro tomento vtuntur. Bibuntur efficaciter folia in vino auſtero contra dyſenteriam. *Sic ille*, nec plura. *Plinius* eadem brevitate vſus. Erymon, cujus antè in Sciagraphia meminimus, tradit Galenus & addit, folia candida eſſe, & mediocriter adſtringere, ac proinde ex vino auſtero exhiberi dyſentericis. Perpauci itaque ſunt in Gnaphalij Hiſtoria Veteres: Vnde meritò Matthiolus, ſe neminem Antiquorum reperiſſe ſcribit, qui Gnaphalij faciem longiori hiſtoria expreſſerit: minimèque facile eſſe conijcere quodnam ſit eorum vetum Gnaphalium.

Gnaphalium autem *Tomentum* etiam dicitur, *Filago*, *Centunculus*, *Centuncularis herba*, *Piloſellæ ſpecies*, & *Impia Plinij*. Dicta porrò fuit *Impia* hæc planta: vel quia nullum animal eam attingere exiſtimatur: vel quòd liberi ſuper parentem excellant, id eſt, quòd virgarum rami ſua capitella ſuper ipſarum capitella extollant. Mira verò quæ de *Impia Plinij* traduntur, in Hiſtoria noſtra magna enarramus.

Ad Titulum ABSYNTHIVM.

Mantiſſa.

Abſynthium ad eas plantas refert Theophraſtus, quæ cùm ingrati ſint odoris & ſaporis, ſunt tamen vtiles. Dioſcorides Bathypicron cognominat, id eſt, intenſæ amaritudinis: ſed tanquam notam herbam, non deſcribit. Tria ille ponit Abſynthij genera: *Vulgare*, *Seriphium* & *Santonicum*, eademque Galenus. Sed lapſi tam Dioſcorides & Plinius, hic quòd Santonicum nomen à Galliæ civitate non habere tradat, ille quòd in Gallia ad Alpes provenire. Serapio nimirum tantùm meminit, ſed pro Seriphio *Crotonenſe* ponit. *Ponticum* verò cæteris præferunt plerique omnes. Tutius autem Vulgaris pro Pontico Romano, Seriphio & Santonico, quod perperam nonnulli *Contonicum* vocant, vtitur.

Dictum porrò creditur Abſynthium à vocabulo Græco ἀψίνθιον. Et quamuis neutri vulgò ſit generis, invenitur tamen etiam in Maſculino ſcriptum, vt apud Varronem: *Quod Medico mihi ore, ut eſt*, ait, *Abſynthium vt bibam gravem*.

Cæterùm Vulgare Abſynthium, quod Majus vocant, vniverſæ Europæ familiare eſt, & provenit ferme vbique. Seritur in hortis, ac in iis quoque ſponte naſcitur. Saxoſa tamen amat, montoſa & inculta. Spontaneum vidimus variis in locis, inter Monſpelium & Lugdunum, in ditione Baſileenſium inter Arleſheim & Mönchenſtein, Montbelgardi in muris Caſtri: ac apud Ebrodunenſes in cœmeterio pagi *d'Orſens*, neque in ſaxoſis *à quatre roches*: quæ loca eodem merito, ob Abſynthij ſcilicet abundantiam, *Abſynthiana* dici poſſent, quo antiquitùs Vallis quædam in Lingonenſi territorio cujus meminit D. Bernardus. Olim, authore Hetio, quia funebris erat planta, in Cœmeteriis plantabant.

Vires & facultates quod attinet, Abſynthium adſtrictoriam & amaram & acrem ſimul qualitatem, authore Galeno, poſſidet: excalefaciens pariter & deſiccans. Peculiares virtutes hic non adſcribimus. integri de hac Planta habentur Libri, qui conſulantur.

Ad Titulum ARTEMISIA.

Mantiſſa.

Certaſſe olim pro artemiſia Gentes aliquot apud Marcellum ſcriptum eſſe traditur. Multi etiamque, ait Plinius de Herbarum Inventoribus agens, hanc gloriam affectavêre, ac inter eas Artemiſia vxor Mauſoli, adoptata herbâ quæ antea *Parthenis* vocabatur. Sunt qui ab Artemide firmiùs cognominatam putent, quoniam privatim medeatur fœminarum malis. Sed parum refert vnde nomen traxerit Artemiſia, modò illa Nobis cognita ſit. Majoris eſt momenti quod tradit Turnerus: Vulgarem Artemiſiam quæ habemus, nec Galeni, nec Dioſcoridis, nec Plinij eſſe Artemiſiam. Et quod ex ejuſdem Dioſcoridis Caput de Artemiſia tenuifolia illi accenſita judicatur. *Rem* in Hiſtoria noſtra expendimus: *indicabunt poſteriores*. Ab omnibus verò recipitur aliud quod de Artemiſia habet Dioſcorides, quo duo eius facit genera, latius vnum habitiuſque, & foliis virgiſque latioribus: alterum verò tenuius, flore parvo, tenui & candido, graveolente &c.

Calefacit porrò Artemiſia ordine ſecundo, aperit, attenuat, menſes, ſecundas & fœtum pellit, atque vteri affectibus multis auxiliatur. Sunt qui Artemiſiam ſexu diſtinguant, & Rubram *Marem* vocent: Candidam verò Fœminam: ſed paucis probatur ea opinio.

Ad Titulum LVMBRICORVM SEMEN.

Mantiſſa.

Ignarus Botanicus Calepinus plantam hoc ſemen ferentem *Abſynthium* Scripium vocat. Sic toto cœlo errant, qui *Noſtrate Lumbricorum ſemen*, *ſemen Zina* nuncupant, quod ab hoc aliud eſt. Tertium genus Abſynthij [Veterum puta] faciunt Bacchanel Dorſthenius, Apollo & alij. Sed annon Apollo ſe Coſmographiæ minimè gnarum ſatis prodit: cùm Galliæ Regionem hoc ſcatentem, quæ Xantonum Tractus eſt, Alpibus finitimam eſſe ſcribit.

Cæterùm calidum & ſiccum eſt Lumbricorum ſemen: & adverſu-

uerſus Lumbricos ac interaneorum vermes quoquo modo ſumptum vtile. Ac vtilius etiam futurum, ſi Rhabarbari nonnihil addatur: ita enim non modò interficiuntur, ſed etiam mortui per aluum expelluntur.

Ad Titulum ABROTONVM,

Mantiſſa.

Abrotonum maſculum vulgaris eſſe notitiæ in hortis ſcribit Matthiolus, & ex eo Apollo: idque vbique notum eſſe tradit Camerarius. At aliter ſentit Anguillara, cui Abrotonum fœmina Dioſcoridis nihil aliud eſt quàm commune & vulgare. Et *Nos* huic potiùs opinioni adhæremus: vſitatum ſcilicet Abrotonum eſſe Fœminam. Tres *Figuras* propoſuimus ex Fuchſianis, quià iam erant pictæ, & eas omnes olim etiam poſuit Fuchſius.

Ad Titulum AMBROSIA,

Mantiſſa.

Ambroſiam vagi nominis eſſe dixit Plinius, & circa alias Herbas fluctuandis: nec immeritò, cùm Ambroſiæ nomine variæ apud Scriptores donentur Plantæ: *Artemiſia*, *Naſturtium verrucoſum*, *Botrys*, *villoſoleque*, *Apy*, *Pyrola*, *Lily & Sedi* ſpecies aliquot. At non tantùm inter Herbas aliquas fluctuans, ſed etiam planè vagum fuit Ambroſiæ nomen: Siquidem quodcunque odoris, ſaporis guſtuſue ſuauitate placebat olim, à Poëtis Scriptoribuſque aliis *Ambroſia* nomine donabatur, &, quaſi immortalitatem vtentibus faceret, ſic appellabatur. Sic Fruges omnigenas, Vinum, Oleum, & alia plurima, *Ambroſiam* nuncupabant. Frequens itaque & notum vbique nomen, at ignota tamen penè res eſt, & inter herbas inuentu minimè facilis, aliis aliter eam oſtendentibus, & cum Artemiſia miſcentibus.

Noſtro Orbi peregrinam Cappadociæque peculiarem herbam exiſtimauit diu Marcellus Virgilius. Et ſe in Italia nunquam vidiſſe in Comm. Italicis ingenue confeſſus eſt Matthiolus: At ſibi poſtea variis in locis conſpectam, inter lapides duriſſimos ortam, in poſterioribus Commentariis aſſerit. Inquilinam Italiæ factam refert etiam Cardanus lib. 8. de rerum variet. cap. 44. Racemoſam eſſe dicens, Rutæ folio, radice valde longâ & exili: nunquam verò florere, ſed ſemine facile dignoſci, quod vinum ſuauiter redolet.

Ad Titulum RVTA,

Mantiſſa.

Rutam, vt pote triuialem herbam, non deſcripſit Dioſcorides, de differentiis & viribus tantùm agens. Eius exemplo totus in illius virtutibus enarrandis Plinius. Theophraſtus verò plantationem potiſſimùm proſecutus. Proſequuntur maledictis alii, & furtiuam meliùs prouenire tradunt: immundæ mulieris formidat attactum: longæuá eſt admodum, eiuſque ligneſcit planè radix, &c. Rutæ meminit Ioſephus, quæ tempore Herodis ad mediocris arboris altitudinem & craſſitudinem excreuerat. Variis autem in locis Rutam Saluiæ adiungere moris eſt: quò Buffones, loca Saluiâ conſita amantes, abigantur.

Ruta agreſtis, authore Galeno, in quarto eſt ordine excalefacientium, domeſtica vero in tertio, & eſt vtraque ex eorum numero quæ valenter deſiccant: digerit, incidit, ſingulariſque & approbata eſt Theriaca contra omnia venena. Celebrantur verò præſertim *Aqua* Maio ex ea diſtillatæ, ob eximias ad viſum acuendum dotes: ita vt illâ frequenter vtentem, ſtellas in cœlo de die, æquè ac nocte, viſurum nonnulli aſſerant: Vnde etiam Verſus,

Nobilis eſt Ruta, quia lumina reddit acuta,
Auxilio Rutæ Vir lippe videbis acutè, &c.

Ad Titulum FVMARIA,

Mantiſſa.

Fumaria bulboſa radice ſolidâ quam vltimo loco in Sciagraphia noſtra tradidimus, in Germania, Belgio & Sabaudia inter vepres & frutices prouenit: atque, vt à *Nobis* obſeruatum, Geneuæ & Montbelgardi, aruorum quorundam ſepes & margines hac ſcatent. Floret Aprili.

Fumariæ autem vires quod attinet, paucis eas perſtringunt veteres Græci. Fumariæ ſuccus, ait Dioſcorides, acris eſt, viſum acuit, & lachrymas prolicit, vnde illi nomen. Illitus cum Gummi palpebrarum pilos euulſos renaſci prohibet. *Sic ille*, nec plura Plinius & Galenus. At plures, eaſque inſignes, facultates ei tribuerunt Arabes, atque inter eos Meſuæus, qui eam, quamuis ob magnam, quâ vbique luxuriat, copiam, vileſcat: magni tamen facit, & innocentem pronunciat: ſiccamque in ſecundo ordine conſtituit, & in ſuperficie calidam, in profundo verò frigidiuſculam.

Ad Titulum MELANTHIVM, NIGELLA,

Mantiſſa.

Melanthij Theophraſtus non meminit, id verò Græcis *Melanſpermon* dici tradit Plinius, Latinis autem *Gith*: de ipſo eadem quæ Theophr. tradens. *Nigellam Romanam* vocant Officinæ, quamuis Romæ paucum ſit, in Germaniæ verò hortis plurimum. Galeno authore calefacit & ſiccat tertio ordine, & in deſtillationibus viriliſſimum exiſtit medicamentum. Quænam autem ex iis quæ hodie *Melanthij* nomine traduntur, ſit Veterum *Melanthium*, haud facile eſt decernere.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI XXVII. ADDENDA.

AD TITVLVM GENERALEM.

Vmbellâ tanquam ſigno ac vexillo à reliquis diſpeſcitur hæc Claſſis. *Vmbellam* autem in plantis dicimus floris ſeminiſque pedamentum, in plures diuiſum longiores pediculos, qui ſimul ex faſtigio eodem orti, in latus continuò radiantur: Singulique florem vel ſemen ſuſtinent, in orbem circumactum, qui quia, ob latitudinem circinationemque, vmbellæ quâ Solem mulieres à vultu arcent, formâ eſt, hoc decorantur Plantæ VMBELLIFERÆ dicuntur.

Ad Titulum FOENICVLVM, ſive MARATHRVM,

Mantiſſa.

Dicitur Græcis μάραθρον ἀπὸ τοῦ μαραίνεσθαι, id eſt, à marceſcendo, quòd ejus cùm inaruerit ſit vſus ad condienda plurima. *Fœniculum* verò Latinis, quòd ſatum magno cum fœnore ſemen reddat. Suntque quibus in maſculino genere dicatur *Fœniculus*.

Cæterùm excalefacit Fœniculum tertio ordine, & ſiccat primo. Semen aperit, diſcutit, reſoluit: caput, ventriculum, hepar, lienem, renes, veſicam & matricem, roborat: coſdemque vſus præſtant comæ & radix. Ad Flatus verò ventriculi & inteſtinorum diſcutiendos valere plurimùm Fœniculum indicat Verſus:

Semen Fœniculi reſerat ſpiracula culi.

Ad oculorum etiam caliginem plurimùm præſtare conſtat ex Sereni Verſu:

Si tenebras oculis adducit pigra ſenectus,
Expreſſo Marathro *gutta cum Melle liquenti*
Detergére malum poterunt.

Lac auget, & ſummatim maximi in Seplaſiis & Culinis eſt vſus. *Hippomarathrum* verò, à magnitudine ſic appellatum, ad omnia reliquis Fœniculi ſpeciebus eſt efficacius. Fœniculum porrò, referente Plinio, nobilitauêre Serpentes, guſtatu ſenectam exuendo, & oculorum aciem eo reficiendo.

Ad Titulum ANETHVM,

Mantiſſa.

Præter hortenſe ſiue ſatiuum Anethum, eſt & aliud quod ſua ſponte interdum naſcitur, & in Anglia ac Northmannia frequens reperitur. Tale etiam in Sicilia copioſe prouenire, author eſt Cæſalpinus, qui ſatiuo grandius facit, *caule* craſſo, *foliis* amplis, vt Fœniculi, *floribus* luteis, &c.

Cæterùm Anethum nec Dioſcorides nec Plinius deſcribunt: ſed ex aliis Plantis illi comparatis facile eſt intelligere noſtrum Anethum cum illorum Anetho vnum eſſe & idem. Theophraſtus inter Olera recenſet. *Vires* & facultates permagnas & plurimas illi aſſignant tum Veteres tum Neoterici. Sed quis omnes enarret? Petantur ex ipſis fontibus: pauca tantùm ex Macri Verſibus:

A Medicis, ait, calidum ſiccumque cenſetur Anethum:
Et dicunt quod ſit gradus huic vtrque ſecundus.

Ad Titulum MEVM ſeu MEV,

Mantiſſa.

An *Meu Dioſcoridis* ſit *Mu Auicennæ*, vt ſtatuunt Petrus Paduānus, Luminare maius, & Monachi in Meſuem, in hanc vſque diem doctis plæriſque omnibus non ſatis eſt compertum: *inueſtigent Poſteri.* Sui verò oblitus Fuchſius *Meum* nunc *Daucum* eſſe, nunc non eſſe, magnâ oſcitantiâ, apertè tradit. Radices perutiles eſſe prædicat Galenus, calidaſque in tertio, & ſiccas in ſecundo gradu, ac proinde vrinam menſeſque valenter ciere.

Ad Titulum CVMINVM,

Mantiſſa.

Cuminum in noſtro Orbe ſeri notum eſt: ſed id etiam apud Indos & Perſas creſcere atque inde copioſum in Europam aduehi, authorem habemus Linſcottanum. Imprecati verò & maledicere ſerendo oportere, quò lætius copioſiuſque proueniat, apud Theophraſtum legitur. *Sic etiam Plinius:* Cuminum qui ſerunt, ait, precantur ne exeat.

Cæterùm Cuminum calefacit & ſiccat ordine tertio: aperit, digerit & reſoluit: ſumptum & adbibitum, flatus diſcutit, frigidos humores incidit, tumores pituitoſos diſſipat, venenis aduerſatur, ac contra colicos dolores proſperè vſurpatur. Nec Medicinæ tantùm naſcitur Cuminum, ſed etiam condimentis: at pallorem vtentibus gignit, vnde *pallens* dictum.

Ad Titulum AMMI,

Mantiſſa.

Cùm minutum admodum ſit huius plantæ ſemen, non abſre nomen id illi inditum, quod perpuſillum, & quaſi arenaceum, ſemen portendit. Indeque magni in re Herbaria vſus eſſe *Nominum noſſe ſignificationes*, rectè concludit Maranta.

Cæterùm Ammi calidum & ſiccum eſſe in ordine tertio intenſo, ac tenuium eſſe partium, ex Galeni doctrina habemus. Calefacit itaque, incidit, tenuat, ſiccat, digerit, vrinam & menſes mouet, inflationes & tormina diſcutit. Creduntque Mulieres faciliùs concipere, ſi poſt coïtum Ammi halitum odorentur.

Ad Titulum BVLBOCASTANVM,

Mantiſſa.

Arua & pinguia vmbroſa amat, ac in agris frumentaceis & vineis, præſertim in Palatinatu, ſponte prouenit. In hortis ſatum Nobis floruit Iunio, & ſemen maturauit Iulio. Cæterùm Bulbocaſtani radix moderatè calida & ſicca eſt, ac ſimul adſtringens: ſemen verò calidius eſt & ſiccius. Editur radix cruda, ſed ſuauior cocta eſt, & ſanguinem ſpuentibus mingentibuſue vtilis eſt. Eius ſues præſertim auidæ, eâque multùm impinguantur, vnde etiam *Caſtanea ſuilla* nuncupatur.

Ad Titulos BVNIVM,

Mantiſſa.

Buniada cum *Bunio* confundit Plinius, & fœdè labitur, Bunium Napi genus faciens. Bunio autem & Buniadæ nomen factum ἀπὸ τοῦ βουνοῦ Græci enim inter alia *Bunos* vocant res tumentes, & quæ in amplitudinem excreuerunt.

Ad Titulum SESELI, SESELI MASSILIENSE,

Mantiſſa.

Seſeli monſtrauêre pariturę Ceruæ, inquit Ruellius: vt poteè quæ ante partum purgantur herbâ Seſeli dictâ. Seſeli autem omninè multæ & effigie plurimùm diſſidentes, donantur Plantæ: *Seſeli Æthiopicum herba, Seſeli Æthiopicum frutex: Creticum, Tordylium, Peloponnenſe, Pratenſe & Herbaceum*, ſeu quod Cicutæ facie eſt. De iis plæriſque omnibus agit Dioſcorides, ea verò prætetiit Plinius: Galenus, ſuo more, vires tantùm & facultates tradit. Cæterùm calefacit & ſiccat ordine ſecundo omnium Seſeleos ſemen, vrinam pellit, menſes & ſecundinas trahit. Maſſilienſis autem ſemen cæteris præfertur.

Ad Titulum PEVCEDANVM,

Mantiſſa.

Excalefacit Peucedani radix ordine ſecundo completo, ſiccat tertij initio. ſquamas ab oſſibus celerrimè detrahit, & ad plurima alia eſt vtilis. Radice, inquit Galenus, quidem maximè, ſed tamen etiam ſucco & liquore vtimur: ſuntque eiuſdem facultatis, ſed valentior ſuccus, admodum calefaciens, diſcutiens & digerens. *Roſmarini autem ſpeciem quandam* Peucedanum dici ſcribit Anguillara, *Panacem Aſclepiadem* Camerarius.

Ad Titulum FERVLA, NARTHECIVM,

Mantiſſa.

Æſtuoſis naſcitur locis Ferula, regioneque gaudet calidâ, & læto ſolo: vnde in Apulia, Calabria & Sicilia frequens admodum, nec non & in Romano agro, Gallo-Prouincia & Gallia Narbonenſi: *Apulia* verò præſertim Ferularum ferax. Habetur & in cultioribus hortis, vt *Nos* Patauij, Ferrariæ, Baſileæ & alibi obſeruauimus. Quia porrò Ferulæ teneritudo proceſſu temporis tranſit in lignum, adſcribitur ea arborum generi: vnde Clearcho inter Gryphos dicitur *Lignum non Lignum*: quemadmodum Pumex *Lapis non lapis*, & Veſpertilio Auis non Auis.

GALBANVM autem Ferulaceæ plantæ ſuccus eſt; calidus in tertij ordinis initio, & ſiccus in initio ſecundi, mollientis & diſcutientis facultatis. *Galenus.*

AMMONIACVM verò, ſiue Hammoniacum, Dioſcoride ita referente, eſt liquor ejus Ferulæ quæ in ea gignitur Africæ parte quæ eſt iuxta Cyrenen. Totus cum radice frutex *Agaſylles* appellatur. Vim habet molliendi, attrahendi, calefaciendi, atque duritiem & panos diſcutiendi. Sic maximam molliendi vim illi tribuit etiam Galenus, ita vt articulorum tophos diſſoluere, lienes induratos ſanare, & ſtrumas diſcutere, valeat.

Ad Titulum THAPSIA,

Mantiſſa.

Cæſalpino videtur Dioſcorides Thapſiam aliter delineare quàm Theophraſtus, & Ferulaginem potiùs intelligere: Meſuæus verò vtrumque genus Thapſiæ Turbith appellare: aliud ſcilicet nigrum, quod ſit *Thapſia Dioſcorides*, quodque improbetur, & aliud album, quod ſit *Thapſia Theophraſti.* Plinius in Africa vehementiſſimam dixit: alij verò alias prætulêre. *Trinacriam* laudauit Nicander, ſeu ex Sicilia, quæ à tribus iugis Trinacria olim dicta. Rectè autem, Marcello iudice, ſentiunt, qui in Thapſo Inſula, cum Dioſcoride primò inuentam fuiſſe aiunt.

Ad Titulum PASTINACA SYLVESTRIS,

Mantiſſa.

Cùm agreſtem ſtaphylinum & Daucum à multo iam tempore vnam & eandem radicem eſſe apud plæroſque omnes in confeſſo ſit, damnanda plurimùm videtur multis duplex apud Dioſcoridem eiuſdem plantæ hiſtoria: quæ etiam quomodo excuſari poſſit non videmus.

Cæterùm Paſtinaca ſiue ſtaphylinus ſylueſtris in medio ſuæ vmbella profert rubentem *floſculum*, cuius ſi dragma von pueris morbo Comitiali laborantibus detur, nullum magis præſentaneum remedium eſſe dicitur. Vt porrò Vinum citiùs & fortiùs inebriet, Paſtinacæ ſylueſtris ſemina quidam in potum addunt.

Ad Titulum CARVS, CARVM, & CARSVM.

Mantiſſa.

Cari ſemine, authore Galeno, calefacit & ſiccat ordine tertio, flatus diſcutit, & vrinas ciet. Eadem de illo prædicat Dioſcorides, orique gratum eſſe addit, & concoctionem adiuuare, eſſe & edulem coctam radicem, æquè ac Paſtinacæ. Hodierno die panibus, caſeis, aliiſque cibis adiicitur, illoſque iucundo odore commendat: præſertim verò apud Germanos frequentiſſimus eius vſus.

Ad Titulum CHÆREFOLIVM,

Mantiſſa.

Sic nominatum putatur quod multis foliis gaudeat, vel potiùs quòd gaudium ac hilaritatem excitet. Varie autem ſcribitur: *Chæreſolium* inſcribunt Brunfelſius & Dodonæus Lat. *Chæreſolium* Tragus: Cerefolium Matthiolus: *Cerefolium* Dodonæus Gall. Lobelius, Tabernamontanus, Camerarius & Cæſalpinus: *Cerefolium* Geſnerus horto. *Gingidium* verò dicitur Ruellio, Fochſio, Dodonæo Gall. & Geſnero in Icon. Pl. *Oreoſelinum* Anguillaræ. Huius plantæ non meminit Dioſcorides, niſi pro eius *Gingidio* vel *Scandice*, vt vult Cornarius, admittamus: ſed id rationi minimè conſonum. An autem *Chæreſolium* noſtrum ſit Plinij *Cerefolium*, haud facile eſt decernere.

Ad Titulum MYRRHIS,

Mantiſſa.

Plantam à Nobis in Sciagraphia pro *Myrrhide* pictam, Veterum *Myrrhidem* eſſe ſtatuimus. Eam aiunt illi in vino potam ciere menſtrua, & fœminarum purgationes à puerperio trahere, ſubuenire phthiſicis in ſorbitione, nec non in peſtilentia ſalutarem eſſe, Phalangiorumque morſibus auxiliari.

Calida eſt ſecundo ordine & ſubtilium partium: folia verò non minùs quàm Chærefolij edulia ſunt, in eorundemque locum quandoque aſſumuntur. *Odoratam, ſalubrem & opulentam Cicutam* vocari poſſe ſcribit Lobelius: *Myrrhidem* dici propter Myrrhæ quiddam redolens ſuaueolentiam.

Ad Titulum GINGIDIVM,

Mantiſſa.

Gingidium Dioſcoridis æuo haud ſatis cognitum fuiſſe ex eo conſtat, quod *Lepidium* etiam nuncupatum tradit: ſicque minùs mirum videri debet quodnam Olus ſit noſtrâ ætate ignotum. *Viſnagam* enim quidam volunt eſſe Gingidium, *Hippuram* alij, *Caucalidem* alij, *Chæreſolium* Geſnerus, Tragus, & Ruellius. An verò planta quam pingimus ſit *Gingidium Syrum*, vel *Lappula Canaria*, ſub iudice relinquimus.

Ad Titulum ANTHRISCVS,

Mantiſſa.

ANTHRISCVS QVORVNDAM, SEMINE ASPERO HISPIDO.



Abundat Geneuæ in ſepibus, vt & Montbelgardi circa *la Croſſe*, floretque & ſemina producit Auguſto: alibi non vidimus. Perſimilis eſt Anthriſco Dalechampij, *caule* ſemicubitali hirſuto, aſpero, geniculato. *Folia* Anthriſco penè eadem. Vmbellæ albicant, vel ex albo rubeſcunt. *Semen* Coriandro par, minùs rotundum, & Lappulæ canariæ inſtar echinatum, aſperum, ſtriatum, nonnihil amarum, duplex atque interdum nigricans. *An Daucoides minus Cordi?*

Ad Titulum CAVCALIS.

Mantiſſa.

Dicta Caucalis, authore Lobelio à ſeminum effigie, quæ vaſcula oblonga & ſemi-ſphærica imitantur. Romani, quia extremum folium in Gallinæ pedem conformatur, *Pedem gallinaceum*, aut *Pedem pulli*, vt inquit Dioſcorides, appellarunt: ſicque etiam Caucalidem apud Theophraſtum vertit Gaza.

Ad Titulum TORDYLION; SESELI CRETICVM,

Mantiſſa.

Non habuit certum in antiqua etiam Medicina *Tordylion* nomen, nec certam penitùs hiſtoriam: aliter aliis id appellantibus, & de eo tradentibus. Sunt enim qui cum Dioſcoride *Tordylon*, ſunt alij qui *Tordylium*, & qui *Seſeli Creticum* vocent: ſuntque qui fœminino genere *Tordylin*, vocarint. *Gordylon* pro Tordylon vocauit Paulus, ſed facili & lubrico in vna tantùm Litera ad vitium lapſu.

Ad Titulum CORIANDRVM,

Mantiſſa.

Coriandrum *κόριον*, *κορίαννον* & *κορίαννος* vocarunt olim Græci: Latinis verò *Corium*, Corianum, *Coriandrum* & *Coliandrum*, omnibus fermè antiquam appellationem retinentibus, dicitur. Illique nomen feciſſe creduntur *Cimices* [hoc enim inſectum *Corim* vocant Græci,] quòd eos oleant Coriandri caules & folia. Alij Coriannum dictum volunt quaſi Corlamblon, id eſt, oculorum pupillas hebetans: *κόρην* enim oculi pupillam, & *ἀμβλύνειν* hebetare dicunt Græci: ſed meritò hanc Sententiam reijciunt docti.

Cæterùm magna inter probatiſſimos Authores de Coriandri facultatibus agitatur Controuerſia. Dioſcorides vim refrigeratoriam habere ſcribit: Galenus verò contrarium probare conatur. Auicennas, Dioſcoridem defendens, contra Galenum inſurgit, frigidumque facit in fine primi, & in ſecundo ſiccum. Ex Recentioribus alij in Dioſcoridis, alij verò in Galeni, partes pedibus eunt. Nos in Hiſtoria noſtra magna rem expendimus: hic verò, illis prætermiſſis velitationibus, litem ſub Iudice relinquimus.

Ad Titulum ANISVM,

Mantiſſa.

Aniſi hiſtoriam longiori ſermone proſequi operæ non eſſe pretium cenſet Cæſalpinus, quòd vulgò notum ſit, quamuis Veteribus indeſcriptum. At Nobis aliter videtur, quapropter, præter deſcriptionem in Sciagraphia traditam, hic addemus & nonnulla alia.

Minimè autem eſt *Anethum*, vt nonnullos credidiſſe teſtatur Leuinus Lemnius. Nec eſt *Coriandrum*, quamuis in agro Metenſi & Treuirenſi eo nomine appelletur: ac minimè etiam eius hiſtoria cum Siſonis hiſtoria apud Dioſcoridem commixta, vt perperàm tentant nonnulli.

Cæterùm Aniſum aliud maiori aliud minori eſt ſemine. Et Aniſum vulgare, quod in Candia *Glycaniſum* vocatur, ab Aniſo Græcorum, quod Galenus amarum eſſe dicit, differre ſtatuit inter alios Syluius.

Si *natales* quæras in Syria, Creta, Ægypto, aliiſque Orientis regionibus, ſponte feliciter prouenit. Seritur verò quandoque in noſtris vbi Iulio & Auguſto floret: quemadmodum Nos Geneuæ, Montbelgardi & Ebroduni vidimus in hortis, ſed minùs plenum, & difficile maturèſcens. At ex Orbe Atlantico apportatur *Lignum* quod Aniſi odorem ita ſpirat, vt Aniſi Lignum, teſte Goropio, meritò nuncupetur. *Aniſum* autem *Philippinarum Inſularum* dicitur Cluſio *Zingi*, fructus ſtellatus Aniſi ſapore: quem eundem ſaporem, noſtro iudicio, refert *Lignum Saſſafras*.

In vniuerſum porrò excalefaciendi & exſiccandi vim habet, authore Dioſcoride, Aniſum: & eſt, iudice Galeno, in ſiccando & calefaciendo tertij ordinis. Specialiùs eius facultates hic perſequi non licet.

Ad Titulum SMYRNIVM,

Mantiſſa.

Plantam hanc *Smyrnium ſimpliciter* vocant Dodonæus Gallicus,

Lobelius & Tabernæmontanus: *Verum* Geſnerus hort. & Hiſtoria Lugd. *Smyrnium Creticum* Matthiolus, Caſtor, Camerarius, Gerardus, & eadem Lugdun. Hiſtoria. An verò illa pro Dioſcoridis & Plinij Smyrnio potiùs admittenda ſit quàm *Macerone*, inter eos controuertitur: doctorum eſto iudicium. Smyrnij non meminit Theophraſtus, niſi id, vt quibuſdam placet, cum Hipposelini hiſtoria aſſignarit.

Vim habent, Dioſcoride & Plinio authoribus, radix, herba ac ſemen ipſum, excalefactionem & extenuantem.

Ad Titulum Macerone,

Mantiſſa.

Petroſelinum Macedonicum falsò ab Officinis appellari notant Cordus & Fuchſius. *Petroſelinum Italicum* inſcribunt Cornarius & Tragus, *Hipposelinum* verò, ſeu Olus atrum, Fuchſius, Lonicerus, Geſnerus, Dodonæus, Anguillara, Lacuna, Lobelius, Tabernæmontanus & Cæſalpinus.

An autem ſit *Smyrnium* necne acriter inter Scriptores controuertitur: negant Lacuna & alij: affirmant Matthiolus & eius ſequaces: *Nos* eorum fundamenta in Hiſtoria noſtra magna expendimus, iudicium doctis relinquentes. Quicquid ſit, *Hipposelinum* cum Smyrnio confundi non eſſe nouum, tum ex Plinio, Dioſcoride & Galeno demonſtrari poteſt, cum etiam ex Heſychio patet, apud quem hæc leguntur: Σμύρνιον τὸ ἱπποσέλινον ὁ ἄγριος, οἱ δὲ ὁ [illegible].

Ad Titulum Silphium, Laserpitium, Asa,

Mantiſſa.

Tanta eſt, vt ſcribit Garcias, in nominibus *Altiht*, *Anjuden*, *Aſſa fœtida*, *Aſa dulcis* ſiue odorata, & *Laſerpitium* confuſio, vt vix explicare ſe quis poſſit. Atque verùm *Laſer Græcorum Altihtque & Anjuden Arabum* ſit *Aſſa fœtida Officinarum*, necne, acriter inter Scriptores diſputatur. *Negatiuam* tenent Brunfelſius, Agricola, Montanus & alij aliqui: *Affirmatiuam* verò plurimi. *Aſa* ſecundum aliquos, & ſecundum alios [quod rectiùs putamus,] *Aſſa*, dicitur illud quod à Græcis *Laſer* appellatur, vt patet concordando Capitula Serapionis & Auicennæ, cum Capitulis Dioſcoridis & cæterorum de Laſere.

Cæterùm, vt addunt Illi, ſunt aliqui qui in duas ſpecies diuidunt *Aſſam*, in *fœtidam* ſcilicet & *odoratam*: ſuntque qui tertiam adijciunt, ſcilicet *dulcem*, quorum opinio Nobis non diſplicet. Secundum alios per odoriferam Aſſam *ſuccus Cyrenaicus* ſignificatur per fœtidam *Medus & Syriacus*: nec ſine fundamento, cum Cyrenaicum ſuccum odore blandiſſimo eſſe dicat Dioſcorides, Medium verò & Syriacum viroſum reddere odorem. *Aſam* diſtinguunt aliqui in puram, ſinceram & tranſlucentem: atque in turbidam & impuram, cui nempe farina, furfur, & ſecundum quoſdam, Sagapenum, commiſcentur.

Aſa porrò *vires* tot tantaſque agnouit Dioſcorides, vt eas recenſuerit ad faſtidium. Recentiores tamen ad paucos affectus, nec frequentiſſimè, vſurpant: ac ferè tantùm in vteri aſcenſu aut aberratione. Garciæ itaque non omninò credendum exiſtimamus, qui, cùm in medicamentis, tum in condiendis cibis, nihil majore in vſu eſſe per totam Indiam, ſcribit: vel, ſi hoc fabula non eſt, ex duobus alterum cum docto Rainaudeto coniectamus: aut ſcilicet *Aſam* in India non fœtere, aut Indos æneum, vt fertur, guttur habere.

Ad Titulum Imperatoria,

Mantiſſa.

An Veteres Imperatoriam nouerint, aut ſub quo nomine tradiderint, apud Medicos hodie non conſtat. Ruellius, Fuchſius, Turnerus, Lemnius, Soletius & C. Bauhinus, *Dioſcoridis Silphium* ſiue *Laſerpitium* eſſe contendunt: Tragus, Geſnerus & Lonicerus, *Legitimum Smyrnium* eſſe volunt: alij ad *Maceronem* referunt: alij, vt rem magnæ authoritatis, illuſtribus illam commendarunt appellationibus, *Angelicam* vocantes & *S. Spiritus radicem*. alij mediæ inter *Laſerpitium & Panaces* naturæ faciunt. *Nos* omnium opiniones in Hiſtoria noſtra magna expendimus: nec hic de iis plura.

Ad Titulum Angelica,

Mantiſſa.

Antiquos ſtirpem hanc nobilem, quâ vix fragrantior ſuauiorque vlla, ac quam, propter raras dotes, *Angelicam* nominarunt Recentiores, vel non nouiſſe, vel ſubticuiſſe, mirum eſt. Non deſunt autem qui *Veterum Silphium* eſſe perhibeant. Sunt qui Dioſcoridis *Smyrnium*, ſunt qui *Panax Heracleum*. ſunt qui *Myrrhidem*, & ſunt tandem qui *Coſtum nigrum* eſſe contendant: ſed inualidis rationibus omnes ſic decernere, in Hiſtoria noſtra magna oſtendimus.

Ad Titulum Apium ſiue Selinum,

Mantiſſa.

Ad Apiorum familiam pertinet *Hipposelinum* ſiue *Equapium*, quod grande eſt Apium. Id, Dioſcoride dictante, maius & candidius eſt quàm hortenſe. *Caulis* cauus, altus, tener, velut lineas habens: *folia* latiora, ſubpurpurea, in quibus eſt coma velut Roſmarini, *flore* plena, in corymbis priùs quàm effloreſcat compacta. *Semen* eſt nigrum, oblongum, ſolidum, acre aroma olens. *Radix* odorata, alba, ori grata. Naſcitur in locis vmbroſis & iuxta paludes, atque Oleris modo editur, velut Apium.

Dicitur verò Hipposelinum de *Smyrnio Cretico*, de *Macerone*, de *Leguſtico* & *de Angelica*: ſed non debere illas plantas cum Hipposelino confundi, ſatis notum eſt.

Selinum Tuberosum nominabat Honorius Bellus ſemen minutum, ruffum, ſapore aromatico & Apij hortenſis, quod è Cretæ Cydonia Nobis miſit.

Cæterùm vrinam ciet Apium, obſtructiones tollit, flatus diſcutit, & menſes ducit, renes & veſicam abſtergit, & mulieres ad rem Veneream promptiores facit. Semen verò quàm folia validius, & eo validior radix. At proprietate quadam Comitiales lædit, teſtes oſtendit, & lactantium mulierum Lac minuit. Petroſelini autem ſemen ante comeſſationes comeſtum, ebrietatem certiùs Amygdalis amaris remoratur & arcet.

Ad Titulum Pimpinella, Saxifragia,

Mantiſſa.

Sub Pimpinellæ voce Plantas duas comprehendi in Sciagraphia dictum, *Saxifragiam* ſcilicet & *Sanguiſorbam*: hancque hirſutie ab illa diſpeſci demonſtrat Verſus:

Sanguiſorba pilos, Saxifraga non habet vllos.

Eſt enim Sanguiſorba nonnihil hirſuta, Saxifraga verò nunquam. Ac vires præterea ſunt etiam diuerſæ: Vim enim habet hæc attenuandi, detergendi & aperiendi: illa verò contrahit & conſtringit, atque emplaſtica eſt, omnibuſque ſanguinis profluuiis ſupprimendis accommodatiſſima Ac quamuis vtraque temperaturæ ſit calidæ, minùs tamen illa calida eſt, & ad ſiccitatem magis inclinat. Reliquas virtutes hic perſequi non licet: Conſulatur Hiſtoria noſtra magna.

Ad Titulum Siser, Sisarum,

Mantiſſa.

Siſer ſeri ſolitum fuiſſe in Germania, idque quotannis à Germania flagitaſſe Tiberium Cæſarem, teſtes habemus Plinium & Cordum, qui omnium radicum quæ veſcendo ſunt ſaluberrimam Siſeris radicem affirmat. Martio vel Aprili, ſublatis majoribus radicibus priùs quàm caules aſſurgant, minores rurſus defiguntur. Moderatè humidæ & calidæ exiſtimantur, facilè concoquuntur, nec tardè deſcendunt, mediocriter nutriunt, ad Venerem excitant, &c.

Duo Siſeris genera fecêre Fuchſius & Matthiolus; ſed non ſatis ſuper hac re inter eos conuenit: pro primo enim *Paſtinacam ſatiuam* exhibet Fuchſius, hic *Carotam*.

Ad Titulum Panax Heracleum,

Mantiſſa.



Plantam *hic pictam* ſic inſcribunt ex doctis aliqui: aliis dicitur *Panax Chironium*, aliis *Panax Coſtinum*, aliis *Panaces peregrinum*, quibuſdam *Sagapenum Dioſcoridis*, Cæſalpino *Herba Coſta*, aliis *Pſeudo-Coſtus flore luteo*, aliis *Paſtinaca Germanica affinis Panax.*

Creuit Nobis Montbelgardi in S. P. horto, ſemine ex Italia miſſo, & hiemem pertulit, folia producens Martij principio, & Iunio flores luteos, ſemenque Iulio maturans. *Figura Nobis abſentibus falſa appoſita.*

Acanthvs Verus, Branca Vrsina.

Credunt, ita tradente Matthiolo, omnes ferè hujuſce temporis rei Herbariæ ſtudioſi, *Acanthum Dioſcoridis* eam eſſe plantam, quæ vulgò *Branca vrſina* nuncupatur: illique ſententiæ nec planè refragari, nec prorſus adſtipulari poteſt. Ac expenſis tandem vtriuſque partis fundamentis, concludit, dubium quidem eſſe aſſerere Brancam vrſinam ab Acantho non differre: attamen idem negare vitium eſſe poſſe. Nec *Nos* ab ejus opinione multùm ſumus alieni, quandoquidem, vt ille ipſemet ait, iiſdem facultatibus Branca vrſina prædita ſit, quibus pollère Acanthum Dioſcorides & Galenus memoriæ prodiderunt.

Ad Titulum Seseli, Siler Montanvm,

Mantiſſa.

Nouerunt, vt annotat Cornarius, Officinæ *Seſeli*, ſed corrupto ex *Seſeli* nomine *Siler* appellant, & *montanum* inſuper addunt, vt ab *aquatico* diſtinguant. Germani, apud quos nulla Seſelis eſt diſtinctio, *Seſel* vocant.

Nulli verò Seſeleos apud Dioſcoridem deſcriptioni conuenit Siler hoc montanum: quapropter illud nec ad Maſſilienſe Seſeli, nec ad Æthyopicum, nec ad Peloponnenſe, nec ad Creticum, reduci poſſe, contra Monachos & Muſam concludimus.

Ad Titulum Sivm, Sivm Vmbelliferum,

Mantiſſa.

Plantam Sium dictam, nomen ab eo obtinuiſſe ſcribit Amatus, quòd excutiendi vires habeat. Cocta & cruda [ex oleo & aceto], editur: eſtque ſtomacho admodum grata. ſed ineunte tantùm Vere, nam poſt aduentum Auis *Cuculi* dictæ, eſui non ampliùs apta eſt: atque ab eadem Aue affecta exiſtimatur.

Ad Titulum Cicvta,

Mantiſſa.

Cicutæ famam auxerunt Athenienſes, Philoſophorum non contemptores modò, ſed etiam hoſtes: Succo ejus ad mortem in publicis judiciis vtentes, vt ſuo damno vel Socrates teſtari poteſt, quem ſuo ipſo damno ad Cicutam hauriendam compulerunt. Alioquin indigna erat herba, quæ in omnium Poëtarum Carminibus & Sapientum Commentariis inueniretur. *Serpentaria* porrò nomenclaturam, ob caulem in Serpentini exuuij modum maculoſum obtinuit.

Ad Titulum Phellandrivm,

Mantiſſa.

Phellandrium in paluſtribus naſci, ac folio eſſe Apij, ſcribit Plinius. Verùm quænam ſit hodie planta *Phellandrium* inter Authores nondum conuenit: aliis *Filipendulam*, aliis *Angelicam ſylueſtrem*, aliis *Laser*, aliis *Apium paluſtre* pro eo obtrudentibus. Cicvtariam verò Aqvaticam eſſe cenſent plurimi.

Ad Titulum Critmvm ſiue Crithmvm,

Mantiſſa.

Variant apud Scriptores plantæ hujus appellationes. Dicitur enim *Critmum & Crithmum*, *Crithamum & Crithamum*, *Crithmus*, *Crithmum marinum*, *Crithmum marinum*, *Fæniculum marinum*, *Salſa marina*, *Batis*, & *Batis hortenſiana Plinij* Editur Oleris modo coctum, ait Dioſcorides: Semen, radix & folia in vino cocta & pota, menſes mouent, vrinæque difficultati & morbo regio auxiliantur.

An verò quod pingimus *Fæniculum marinum* ſit *verum Dioſcoridis Crithmum*, nec ne, dubitatur. *Affirmatiuam* tuentur Cordus, Cornarius, Dorſthenius, Matthiolus, Anguillara, Caſtor, Dodonæus, Cæſalpinus, Tabernæmontanus, Hiſtoria Lugd. & C.Bauhinus. Negant verò Lobelius & Tragus: *Iudicent docti.*

Ad Titulum Bvplevrvm, Bvprestis, &c.

Mantiſſa.

Per Bupreſtin minimè ejuſdem nominis animal intelligimus, quod eſt ex Cantharidum genere: Sed Oleris ſylueſtris genus: cujus meminit Galenus in explicatione vocum obſcurarum Hippocratis: ac quod non ignotum fuiſſe ex eo conſtat quòd Bupreſtin primis imbribus poſt Æquinoctium germinare ſcribit. Per *Bupreſtin* verò Bupleurum Nicandri & Plinij intelligendum cenſent nonnulli, alij *Spondilium*, atque plurimi Avricvlam Leporis.

Ad Titulum Nardvs Indica, N.Celtica,

Mantiſſa.

Nardum inter odorata recenſet Theophraſtus, quæ ex India adferri ſcribit. Integram verò ac euidentem ejus deſcriptionem propoſuit Dioſcorides, nec Natales deſignare neglexit. Nardi, ait, duo genera: Vnum *Indicum* appellatum, alterum verò *Syriacum*: non quòd in Syria naſcatur, ſed quòd montis Indiæ in quo reperitur pars vna Syriam, altera Indiam ſpectet. Et Indici ruſus ſpecies duæ, quarum vna in monte, altera ad radicem montis, prouenit, non procul à præterfluente Gange, quæ Gangitica dicitur. *Sic* Ille hujus Nardi quatuor differentias proponit, natali ſolùm loco à ſe inuicem diſtantes.

Verum verò Nardi ſpica dicta comatum ſit radicis caput, vt Nos cum Matthiolo & Amato ſtatuimus: an autem Spica in caulis faſtigio naſcens, vt exiſtimarunt Hermolaus, Ruellius & Manardus, acriter controuertitur. *Nos* vtriuſque partis rationes in Hiſtoria noſtra magna expendimus.

Quamuis porrò exiſtimarint nonnulli Indicam Nardum in noſtras Terras, ob regionum diſtantiam, non aduehi: cum ſenioribus tamen, ſanioribus & prudentioribus ſtatuendum, Nos Veterum habere Nardum: licèt interdum vel ob vetuſtatem, vel ob vliginem marinæ humorem ſibi aſcitum, vel ob adulteria, multa in illa deſiderentur. Cæterùm calefacit Nardi ſpica, authore Galeno, exceſſu primo, deſiccatque ſecundo: & eſt Indica vocata, Syriacâ dictâ valentior. Celtica eadem præſtat quæ Indica, ſed imbecilliùs: at illâ calidior eſt, & minus adſtringit.

Ad Titulum Mentha,

Mantiſſa.

Mentham [ἡδύοσμον] inter Olera ruralia recenſet Theophraſtus, Dioſcorides notam plantam eſſe ait, eam ideò fortè non deſcribens. Genera autem duo facit: *Satiuam* ſcilicet & *Sylueſtrem*, quam, Plinium ſecuti Interpretes, *Mentaſtrum* Latinis dici volunt. Galenus in odoratam, quæ ſatiua Dioſcoridis, & inodoram, Calaminthaṁ vulgò dictam, diſtinguit. At variæ aliæ à Recentioribus obſeruatæ fuère *differentia*, de quibus ſpeciatim in Sciagraphia actum antè.

Huic autem plantæ nomen feciſſe exiſtimatur *Menthe* puella, quam in Mentham olim transformatam narrant Poëtarum Fabulæ. Non deſunt tamen qui illi voci aliam tribuunt originem, inter quos Dalechampius, cui Μίνθα Græcè dicitur [illegible], à ſtercoris fœtore, per Antiphraſin ſcilicet, quòd minimè fœtida ſit.

Ad Titulum Calamintha,

Mantiſſa.

Calaminthaṁ Menthæ tantùm ſimilem fecère aliqui: alij verò congenerem: Subſcribitque horum ſententiæ nomen, quod Menthæ coniunctum habet. *Triplicem* facit Dioſcorides: Calamintha, inquit, quædam montana eſt, habens *folia* ſimilia Ocymo, ſubalbida, *ramulos* & ſurculos anguloſos, *florem* verò purpureum: *altera* Pulegio ſimilis eſt, ejuſdemque cum illo odoris, *Nepeta* Romanis dicta: *Tertia* verò ſimilis eſt Menthæ ſylveſtri. Sed an ille dictas ſpecies ſatis diſtinguat, doctorum judicio relinquimus. Plinius vnum tantùm genus facit: nec Galenus in genere diſtinguit, ſed tantum, velut ſilveſtrem quandam Mentham, ſatiuæ opponit.

Ad Titulum Origanvm,

Mantiſſa.

Parum inter Græcos, minùs inter Latinos, ac minimè inter vtrosque circa Origanum conuenit. Origani complura eſſe genera ſummis differentiis diſcreta, author eſt Theophraſtus Hiſt. Lib. 6. cap.1. Duo verò tantùm genera conſtituit Cap. ſequenti: *Nigrum* ſcilicet ſterile, & Candidum fructuoſum. Plinius, qui ſua pleraque ex eo deſumpſit, Tragoriganum cum Origani generibus confundit. Dioſcorides tria facit Genera: *Origanum Onites*, *Origanum Heracleoticum*, & *Origanum ſylveſtre*. Eſtque *Onites* dictum, cujus etiam meminère Plinius & Galenus, Origani ſpecies minor, minúſque habens odoris & acrimoniæ. *Sic* confuſa multùm eſt apud Herbarios Origani hiſtoria.

Appellationem Origani ab eo apud Græcos deſumptam exiſtimant plærique, quòd montibus gaudeat: alias Etymologias habent alij: ſed eas Nos, vt valde remotas, ſtudiò prætermittimus. Ad ea autem quæ in Sciagraphia de Origani viribus dicta, addimus hic, Perdices, Ciconias & Palumbos, vulnere accepto, Origanum imponentes, ad ſanitatem redire: inſperſum id piſcibus carnibus & aliis, abigere muſcas. Hungaricaſque mulieres, ad filum lanamque pullo colore tingenda, Origano vti.

Ad Titulum SAMPSVCHVM, AMARACVS,

Mantiſſa.

Quod Vulgo & officinis dicitur *Majorana, Sampſucum* & *Amaracum* vocabant Veteres. An verò vnum & idem ſint *Sampſucum* & *Amaracum* controvertitur. Suntque inter *Affirmantes* Dioſcorides, Plinius, Marcellus, Matthiolus & alij. *Negatiuam* verò ſententiam tuentur alij, quòd Galenus, Aetius & Paulus de iis diuerſis Capitibus ſeorſim egerint: ac earum etiam temperamenta per gradus diſſidere tradiderint. *Nos* omnium fundamenta in Hiſtoria noſtra magna proponimus & diſcutimus. Hic autem cum Anazarbæo & aliis Antiquitatis Proceribus, Lucretioque & Marone, Poetis, Amaracum eandem cum Sampſucho eſſe concludimus, nec eſſe inter eas niſi appellationis diſcrimen. Cæterùm excalefacit Majorana & ſiccat, & ſecundo in vtraque qualitate eſt ordinis, auxiliaturque cerebri & capitis morbis quocunque modo ſumpta.

Ad Titulum OCYMVM,

Mantiſſa.

De Ocymo ſparſim variis in locis egerunt Theophraſtus, Dioſcorides & Plinius: id verò neuter illorum deſcribit. Ocymum ſunt qui ſignificantiùs per Z. ſcribendum ducant, ab ὄζω, quod redolere denotat, eò quod herba tota ſuauiſſimum ſpiret odorem. Ab eodem odore, quòd Baſilicâ & regiâ domo dignum ſit, *Baſilicum* nuncupari hodie ſolet. Latinè autem & Græcè rectiùs *Ocymum* quàm *Ocimum* legi volunt Monachi, deriuantes fortè à Græco verbo ὠκύ. Idem ſignificante quod citò, quòd celeriter prouenit: vel propterea quòd ciret aluum bubus, cùm ſcilicet illis datur vt purgentur. Duo enim Ocymi genera, alterum pabuli genus, & alterum in hortis naſcens: hocque ad differentiam, per V in ſecunda ſyllaba ſcribendum monet Dodonæus, ſed vtrumque per V ſcriptum reperitur. Quidam apud Græcos ω in prima Syllaba ponunt.

Rem verò miram de Ocymo affirmat Martialis: modò ſcilicet purpureos, modò albos, & modò roſeos flores parere: ac ſi frequenter ſeratur, ſemen in Siſymbrium [in Serpillum Theophraſtus] tranſire. Mirumque etiam quod de Ocymo narratur, tota Æſtate id in aqua, haud ſecus ac in terra, viuere, florere, & ſemina interdum proferre: ac præterea Ocymum primâ Lunâ tritum, & in ollam nouam inditum, ſub plenilunio caules & flores emittere: atque ſi duplicato tempore ſub terra defodiatur, Scorpiones generare.

Vires & facultates quod attinet, id ad varia commendat Dioſcorides: contrà verò vt noxium in cibis, & in Medicina inutile, Veterum quidam, inter quos Plinius, grauiter repudiarunt, inter vtroſque medio remanente Galeno. Nobis ſiccata herba, haud aliter atque Amaracus & Roſmarinus, in cibis vſurpari poſſe videtur: viridis verò capiti adalligata, ejus dolores ſedat.

Ad Titulum DICTAMNVS vel DICTAMNVM,

Mantiſſa.

Dictamni duo primùm genera numerat grauis Author Theophraſtus, *Dictamnum* ſcilicet & *Pſeudo Dictamnum*, quibus vnam naturam eſſe ait, quodque in eis diſcrepet natale ſolum tantùm eſſe, & hoc in pinguiore naſci ſolo, illud in aſpero. Ac tertium addit genus, quod Dictamni nec figuram nec vires habet, ſed Siſymbrij folia & ramulos: nomineque tenus tantùm Dictamnus eſt. Triplicem etiam Dictamnum facit Dioſcorides, haud multùm à Theophraſto abſcedens. In *odoratam* & *inodoram* diſtinguunt hodie nonnulli. Eam herbam, ſi Plinio credimus, monſtrauère Cerui, ejus paſtu rejecto quo percuſſi fuerant telo.

Officinæ pro Dictamno per c primâ ſillaba per p legunt, leuis momenti errore. Sic Dictamum legunt nonnulli, quamuis interpoſitâ Literâ n Dictamnum habeant veteres plærique Græci Codices.

Dictamnum autem quod in Creta naſcitur, eſſe verum & genuinum Dictamnum ſtatuunt probatiſſimi Scriptores: atque id ipſum, ſi in aliis Locis proueniat, vt hodie, ſemine ex Creta allato, variis in hortis *Pſeudo-Dictamnum* vocant. *Fraxinellam, Polygonatum, Helleborum album, Trifolium bituminoſum, & Mentham verticillatam*, ſunt qui cum Dictamno confundant: ſed & id perperàm.

Dictamni porrò vocem ſunt qui ἀπὸ τοῦ τίκτειν deriuent, alij qui ἀπὸ τοῦ δίκταμν. & nonnulli, quorum Nobis magis probatur ſententia, à monte Cretæ Δίκτη, & voce θάμνος.

Ad Titulum GNAPHALIVM,

Mantiſſa.

Antequàm corruptis amplioris Fortunæ veneno moribus cœpiſſent homines molliter & laſciuè agere, non auium plumis, aut ouium lanis, ſtrato cubili dormiebant: ſed, vt fert Lucretij Verſus,

. . . . *Frutices inter condebant ſqualida membra:*

foliis & frondibus ſe inuoluentes. Erantque illis pro culcitarum tomento, quas Æſtas & Autumnus paſſim ſtrauerant: præſertimque *Gnaphalium*, Græcis ab eo vſu ſic appellatum. Sic Gnaphalium ab eo quòd foliis ejus mollibus, ἀντὶ γναφάλου, hoc eſt, pro tomento, vterentur Veteres, id nomen obtinuiſſe, perhibet etiam Galenus.

Multas autem plantas *Gnaphalia* & *Centunculares herbas*, quòd molli lanugine eſſent obuolutæ, nuncuparunt Herbarij; *Stœchadem citrinam*, *Piloſellam minorem*, *Algam*, *Siliquam Syriacam*, & alias ejuſmodi.

Ad Titulum THYMVS,

Mantiſſa.

Θύμος apud Græcos nomen inuenit ἀπὸ τοῦ θύειν, quod eſt excitare, vel ἀπὸ τοῦ ..., quia iis adhibetur qui animi deliquium patiuntur, vel ἀπὸ τοῦ θύειν ..., quòd eo Veteres vterentur in ſacris quæ accenſo igne fiebant; vel dicitur θύμος quaſi ..., id eſt, ſanguinem impellens. Excalefacit autem & exſiccat Thymus in tertio ordine: atque ob id vrinam & menſes prouocat, fœtum euellit, viſcera expurgat, orthopnoicis & anhelantibus prodeſt, &c. Creticum porrò legitimum Veterum Thymum eſſe cum doctis multis ſtatuimus.

EPITHYMVM: Germ. Todtern. Gallis *Tigne de Thym*: Italis *Epithymo.*

Epithymum alij Thymi florem eſſe dicunt, è capitulis leuibus tenuibuſque, quaſi crines, dependentem: quibus adſtipulantur Dioſcorides, Plinius & Oribaſius. Alij in Thymo ſine radice ſuccreſcens naſci produnt, capillamentorum quaſi ſpecie: vnde etiam idem Plinius: Quidam, ait, aliter Epithymum tradunt, ſine radice naſci, &c. Paulus *Epithymbrum* vocat, quòd Epithymi modo ſupra Thymbram naſcatur.

Epithymum autem Meſues vnum Creticum facit, quod præſtantius, & aliud Syriacum. An verò Epithymum Græcorum & Arabum vnum & idem ſint, acriter inter Scriptores controuertitur. Negant plurimi, & affirmant è contrà Monachi. Sed, cùm, vt ipſimet fatentur, quantò magis legerent de Epithymo apud Authores, tantò magis mens eorum vexaretur, & confuſionem maximam inuenirent: phantaſticantur, machinantur, fabricantque ſuo modo vaniloquia. Omnium *Nos* fundamenta in Hiſtoria noſtra magna expendimus: hic verò breuitati ſtudentes litem *ſub judice* relinquimus.

Fallopius Epithymum Dioſcoridis & Galeni differre vult ab Epithymo Pauli, Ætij & Arabum: & contrà Epithymum Græcorum & Arabum idem eſſe aſſerit. Sic ſibi conſtat! Cæterùm Epithymum, authore Galeno, calefacit & ſiccat ordine tertio: vimque habet, vt ait Meſues, ſubtiliatiuam, reſolutiuam, aperitiuam oppilationum, & confortatiuam viſcerum: candemque quam Thymum habet facultatem, ſed ad omnia efficaciorem.

Ad Titulum CASSVTA ſiue CVSCVTA,

Mantiſſa.

De hac nihil tradidere veteres Græci: conſimilis verò herbæ meminit Plinius, quæ, vt Viſcum, in aliena ſtirpe viuit, ac quæ in Syria *Caſſyta* vocatur. Non in Terra, ait Fuchſius, ſed in herbis arboribuſque paſſim naſcitur, eaſque tam ſpiſſo ſæpiùs intexit contextu, vt, ſerundij modo, herboſum cæſpitem a Sole vindicet. Nonnunquam cacuminibus impendens ſtirpes humi deturbat, propriamque parentem ſuis ſtrangulat laqueis, aut continuo materni alimenti ſucta produci ad tabem.

Duplicem facit Dodonæus: Reperitur, inquit, Iunio, Iulio & Auguſto menſibus in Rubo, Vepribus, Lupulo & Lino, *Major*, quæ craſſior & candidior: in Thymo verò, Thymbra, Eryngio,

Geniſta,

Geniſtæ, & aliis humilioribus, *Minor*, quæ tenuior & ruſſior. Vidimus *Nos* copioſam Monſpelii ſupra Thymum, & Montbelgard. ſupra Vrticam, Lupulum & Populum.

Calida in primo, & ſicca in ſecundo gradu, eſſe exiſtimatur: abſtergit, aperit, hepar, lienem & renes ab obſtructionibus liberat. Secundum porrò multorum opinionem, ſi calidæ inſides herbæ arboriſue calidam ſortietur facultatem, & è contrà. Sic ſuæ parentis ingenium referens, nec à conditione materna degenerans.

Ad Titulum SERPYLLVM,

Mantiſſa.

Satiuum Serpyllum Plinio non ſerpit, ſed Voluntarium, maxime in petris. Dioſcoride contrà Satiuum ſerpit, non autem Syluestre. Sic eſt hic illi contrarius: cuiquè ſit adhærendum difficile dicere judicat Turnerus: cum ad ſe trahente Dioſcoridis authoritate, ad Plinium verò experientia. *Nos* ſub Iudice litem relinquimus: Siquidem verum ſit admodum quod ſcribit Marcellus: Paucos Satiuum Serpyllum à Syluestri didiciſſe dignoſcere, Serpyllumque hortenſe, vel doctorum judicio, nihil aliud eſſe quam Syluestre in hortis ſatum.

Ad Titulum SATVREIA, THYMBRA, CVNILA,

Mantiſſa.

Cunilæ meminit Plinius Lib.20. cap.26. ejuſque varia enumerat genera, *Satiuam, Montanam, Majeutam, Mollem, Libanotida*, & *Bubulam*, quæ à Ruellio & Dalechampio Origanum ſylueſtre Græcorum eſſe exiſtimatur.

THYMBRAM, vt vulgò notam non deſcribit Dioſcorides, prouenire tantum ait locis aſperis, & ſimilem eſſe Thymo. Eandem verò herbam *Thymbram, Cunilam* & *Saturejam* facit Plinius. At Columellam manifeſtum inter Thymbram & Saturejam ſtatuere diſcrimen oſtendit verſus:

Et Satureja Thymi referens Thymbræque ſaporem.

Cornarium autem & Dodonæum in Columellæ ſententiam pedibus iuiſſe, ex eorum Scriptis manifeſtum eſt.

Ad Titulum STOECHAS ARABICA,

Mantiſſa.

Arabicæ nomen obtinuit, tum quoniam plurima in Arabia naſcitur, tum etiam quòd probatiſſima ſit ea quæ inde adfertur. Cæterùm inſignes ſunt Stœchadis vires. Tenuat, inquit Meſues, tergit, purgat, reſoluit, aperit: hepatis, lienis & aliorum viſcerum obſtructiones reſerat, putredinem prohibet, &c. Ad pectoris vitia conferre ſcribunt Dioſcorides & Plinius: Galenus viſcera & totum corpus roborare, compoſitæque eſſe eſſentiæ, in qua aliquantulùm exuperet frigidum.

Ad Titulum SCORDIVM, SCORODOTIS,

Mantiſſa.

Scordium apud Græcos nomen ab eo habuit, quòd folia eius affricta Allij, quod Græcis σκόροδον vocatur, odorem referant. [illegible] vocarunt etiam ijdem à malo & ingrato odore. Vim habet, Dioſcoride authore, calefacientem, & cientem vrinas: glutinat vulnera, vlcera expurgat, & ad cicatricem perducit. Purgat etiam purulenta à thorace, & facit ad tuſſim veterem, rupta, conuulſa &c. Contra ſerpentum morſus & lethalia medicamenta bibitur. Efficaciſſimum Ponticum & Creticum. Plæraque ex iis habent etiam Plinius & Galenus. *Et addit hic*: Litterarum monumentis à quibuſdam celebribus Viris traditum eſſe, cùm in prælio quodam interemptorum cadauera multos dies inſepulta jacuiſſent, quæcunque ſuper *Scordium* forte fortuna ceciderant, multò minus aliis computruiſſe. Atque ob eam rem perſuaſum fuiſſe omnibus, Scordium tam reptilium venenis, quàm noxiis medicaminibus, quæ corpus putreſcere faciunt, aduerſari.

Scordij porrò nomine donantur *Alliaria, Perſonata, Galitricum* & aliæ ſtirpes, ſed minùs propriè.

Ad Titulum CHAMÆPITYS.

Mantiſſa.

Siccam in tertio ordine facit Galenus, & calidam in ſecundo: potamque & appoſitam, menſes & vrinam ciere ait, atque ad auriginem & coxendicum dolores ac vberum duritiés commendari. Quibus addit Matthiolus, omnibus frigidis cerebri, neruorum & artuum morbis conducere. Dicta autem Chamæpitys, quaſi humilis & breuis humique depreſſa Picea, quoniam ejus folia Piceam [Pinum alij] olent.

VINOSA HERBA, ſeu VINACEA RVTA: Ruſticis Gallis MINONE dicta.

Chamæpity affinis hæc dodrantali ramoſo frutice ſurgens; *foliis* Rutaceis, circa imum caulem minoribus. *Cauliculi* ſeminibus racematim collectis grauidi, nunquam *florem* pariunt, *fructu* in vertice ramoſo, & odore vinoſo: *radice* tenui, nec ſeſquipalmo longiore.

Copioſa inter arua & madidas ſegetes inuenitur, inquit Ruellius, eâque Meſſores ſe coronant, vt inſolata capita jucundo ſimul odore recreent, atque vt frondoſâ comâ ſe vindicent ab æſtu. Pueris ruſticis optimè eſt cognita. qui vertices racemoſos lanugine molli per initia veſtitos, MINONES vocant. Nonnulli *Vinoſam herbam* nuncupant: alij, quòd folio Rutam, & odore Vinum imitetur, *Vinaceam Rutam*, nominant.

Ad Titulum BOTRYS,

Mantiſſa.

Radix huic herbæ ex albo ſubrubra eſt, lignoſa: *caulis* dodrante altior, hirſutus, multis alis concauus. *Folia* Senecionis, latiorum Quercinorum diuiſurâ, coloris viridis in luteum languentis, odoris grati, ſubhirſuta. *Floſculi* vndique numeroſiſſimi, Vitium botros æmulantes: vnde Βότρυν vocarunt Græci, & ad illorum imitationem *Botryn* etiam Latini. Eam in Simplicium cantu præteriit Galenus: minimè verò Dioſcorides, à quo quæ de ea habet verbo tenus tranſcripſit Plinius.

In Oliuetis Nemauſenſibus, cæteriſque tepidioribus & apricis Narbonenſis agri aruis ſponte fruticat; aliàs coli ſolet in hortis. Suffiuntur autem herbæ vapore vtiliter Mulieres, ad menſes ciendos, & emortuos fœtus ejiciendos. Matthiolus ad pulmonum vomicas commendat, Tragus ad orthopnœam.

Ad Titulum POLIVM VENETVM, ÆGIPYRVS,

Mantiſſa.

Ægipyri nominis authorem Theophraſtum agnoſcimus, Hiſtoriæ Lib.2. cap.9. Ægipyrum autem, ſiue Ægypyrum Geſnerus *Glaucem* Dioſcorides conuenire credidit: Anguillaræ, Rob. Conſtantino & Dodonæo eſt *Ononis*: Scaligero verò cujus opinio Nobis magis arridet, eſt *Fructus Poly*. Inclytum porrò fuit, referente Plinio, apud Græcos *Polium*, Muſæi & Heſiodi laudibus, ad omnia vtile prædicantium.

Ad Titulum BETONICA,

Mantiſſa.

In hac herba obſeruandum potiſſimùm radicum facultates longè diſpares foliorum & florum eſſe viribus, vt pote quæ multùm ſtomacho oriquè ſunt ingratæ, & vomitum cieant, cùm è contrà folia odorata ſint & aromatici gratique ſaporis, atque in cibis & medicamentis naturæ amica.

Ad Titulum SALVIA,

Mantiſſa.

Saluiam ad permulta eſſe vtilem tum ex Scriptorum monumentis tum ex quotidiana habetur experientia. Sed habet etiam illa ſuas noxas: viroſaque & peſtilens cenſetur eſſe ea quæ foliorum pinnas veluti carbunculatas habet, & eſt toto habitu retorrida, emaciata & languidula. Noxiaque adhæc vt plurimùm quæ Cœmeteria incolit, vt pote ad cujus radices prægrandes Bufones, omniſq. generis viroſa inſecta obrepuntur. Sic non deerit occaſio hunc ſcribendi Verſum:

Cur moriatur homo cui Saluia creſcit in horto?

Saluia porrò *Sylueſtris* nomine variæ donantur Plantæ: *Scorodonia, Gallitrichum, Mentha Sarracenica, Stachys, Coſtus fœmina, Tuſſilago*, & *Ruta muraria*. Plinio verò neſcio quid humani accidiſſe oportet, cum Eleliſphacon Lentis Sylueſtris genus fecit: ſiquidem, vt ſatis notum eſt, ἐλελίσφακον Græcis Saluia eſt.

Ad Titulum HORMINVM,

Mantiſſa.

Horminum herbam Marrubio ſimilem facit Dioſcorides a

Porro Plinius :. at magno errore lapſus hic *πράσον* & *πράσιον* vocum vicinitate deceptus. Galenum Hormini in Simpl. cenſu non meminiſſe ſcribunt Matthiolus, Cornarius & alij. Meliùs verò *Phorbion* illi dici ſtatuunt Geſnerus & Guillandinus : & de eo ſi quis dubitet, Paulum adeat, vtroque ſub nomine eadem verba referentem.

Ad Titulum ÆTHYOPIS,

Mantiſſa.

Æthyopidis conjectu ſolo amnes & ſtagna ſiccari : tactu verò clauſa omnia aperiri credidit Antiquitas, quod meritò ridet Plinius. Nomen autem ab Æthyopiæ regione habuit in qua naſci gloriabatur : vel quòd fuliginoſa ſit & veluti cinere aſperſa, *αἰθάλη* enim fuligo eſt, ſiue fauilla ardens. Prouenit in Græcia & Illyria copioſè planta quam pro Æthyopide Veterum obtrudunt Recentiores, creuitque Nobis ea Montbelgardi in S. P. horto, ſemine ex Italia miſſo. Patauij in horto publico vulgò alitur, floribus verticillatis niueis.

Ad Titulum GALIOPSIS,

Mantiſſa.

Galiopſis ſcribitur & Galeopſis, per i & per e, meliuſque per e ſcribi cenſetur : vt hanc etiam lectionem magis probat Plinius, ducto ſcilicet nomine à florum forma, Muſtelæ faciem & rictum quodammodo exprimente. Quæ eadem florum figura, laruatam Lamiam veluti repræſentans, *Lamy* nomen illi etiam acquiſiuit.

Ad Titulum MARRVBIVM,

Mantiſſa.

Praſſium Marrubium eſt : *Praſum* verò Porrum, cujus inaduertentiâ Plinius perſæpe in errorem lapſus eſt, vocum *πράσον* & *πράσιον*, vt paulò antè annotatum, vicinitate deceptus.

Ad Titulum STACHYS,

Mantiſſa.

Stachydis nomine variæ apud Scriptores donantur Plantæ, *Pſeudonardus*, *Sideritis Spinoſa*, *Scorodotis tomentoſa Cretica*, *Scorodotis folio Saluia*, *Stœchas*, *Galeopſis lutea glutinoſa*, *Galeopſis lutea anguſtifolia*, *Stachys Cordi*, *Stachys Matthioli*, & *Stachys Fuchſij*, quam Nos in Sciagraphia noſtra deſcripſimus.

Ad Titulum CARDIACA,

Mantiſſa.



Agriam palmam dici teſtes habemus Fuchſium, Dodonæum & Lobelium : idque nomen à foliorum, tanquam in digitos, Ricini modo, diſpoſitorum fiſſura, obtinuiſſe exiſtimatur. Prouenit paſſim in Pagorum areis & prope Vrbium mœnia : ruderibus, lapidoſis ac aliis incultis & aſperis locis gaudens. Vigetque à Iunio vſque in Autumnum, & Iulio floribus abundat.

Ad Titulum PSEVDO-MELANTHIVM,

Mantiſſa.

Syluestrem Lychnidem coronariam eſſe exiſtimauit Tabernamontanus, ſed perperàm. At minùs adhuc erit *Lolium*, vt, apertiſſime hallucinatus, credidit Fuchſius. Manifeſteque etiam cæcutiuère Braſſauolus & Brunfelſius, atque ij omnes qui ſtirpem hanc legitimum Melanthium eſſe cenſent : à vero ſiquidem Melanthio tum ſemine tum aliquibus proprietatibus differt. Calidum eſt & ſiccum, teſte Dodonæo, in ſecundo ordine ſatis intenſo : & ad impetigines omniaque ſcabiei genera, vt & vulnera ac fiſtulas commendatur.

Ad Titulum OCYMOIDES,

Mantiſſa.

Ocimoidis, Ocymoidis, Ocimaſtri & Ocymaſtri nomine indiſcriminatim tradunt Scriptores. Iis autem quæ in Sciagraphia diximus addemus reperiri cum & ſine apicibus, quaſi aliquod *Mas* ſit aliud *Fœmina*.

Ad Titulum SAPONARIA, STRVTHIVM,

Mantiſſa.

Saponariam Struthium vocant Geſnerus, & alij, ſed perperàm Cornario, Matthiolo, Dodonæo, Lobello, Lacunâ, Camerario, Hiſtoria Lugd. & C. Bauhino judicibus. Licèt enim nominis ſignificatu conueniant, & Saponaria ab extergendi facultate, quâ ſaponis ritu pannos eluit purgatque, nomen obtinuerit : Struthiumque à verbo *στρουθίζειν*, quod Græcis eſt lanas purgare & candidas facere, deducatur & *Lanaria* dicatur, quòd ejus radice ramiſque mundentur lanæ : noſtram tamen Saponariam antiquorum Græcorum Struthium, *Arabum Condiſi*, ſiue Lanariam radiculam, ac Herbam lanariam [quæ nomina eadem deſignant plantam] non eſſe ſatis liquet.

Ad Titulum LYCHNIS,

Mantiſſa.

Quo argumento Nautis in mari ſæpe viſum piſcem, *Lucernam* veteres Romani appellauerunt, igneâ per os exertâ linguâ, tranquillis noctibus relucentem, eodem, inquit Marcellus, in humidis naſcentem, magnitudine Violæ, ſed figurâ Roſæ, florem *Lychnida*, vt fertur, Veteres Græci dixerunt. Noctibus enim hic etiam fulgēre creditur : non aliter quàm & felium oculi flammarum modo in tenebris fulgent, & putres in tenebris caudices ignium ſpeciem quandam videntibus afferunt. Eorum autem etſi diuerſa materia ſit, omnibus tamen communem aſſignant cauſam Philoſophorum Filij, humoris ſcilicet copiam : &c.

POLYCNEMON,

Siccare & calefacere ſecundo ordine ſcribit Galenus : Hippocrates fotu & ſuffitu vtero malè habenti adhiberi : Dioſcorides fruticem eſt ſarmentoſum, *folia* habentem Origano ſimilia, *caulem* verò multis geniculis præditum velut Pulegium : in cujus ſummitate paruus corymbus odore jucundus. Cunilæ herbæ ſimile facit Plinius, Origano Apollonius : Hodie autem multæ pro eo obtruduntur plantæ : *Polygonum*, *Prunella*, *Clinopodium*, *Mentha aruenſis*, & aliæ : *Sicque incerta ſatis & vaga eius hiſtoria.*

Ad Titulum CENTAVRIVM MINVS,

Mantiſſa.

Theophraſtus inter *κενταύριον* & *κενταύρειον* diſtinguit. Eſt enim illi *κενταύριον* Centaurium maius, de quo *Nos* in Claſſe XXV. egimus. Vtrum verò noſtrum minus Centaurium ſit Veterum minus Centaurium, dubitat Anguillara. Sed id, vt arbitratur etiam Matthiolus, exploratius eſt, quàm vt multis oſtendi debeat. Sic fœdè etiam lapſi inter Mauritanos Meſues, Auicenna & Serapio, qui Centaurij minoris vires cum maioris viribus confundunt.


Magni porrò multique vſus eſt herba *Centaurium minus*, vnde non mirum ob ingentes miraſque eius facultates, integrum de ea Librum à Galeno conſcriptum. FEL TERRÆ à quibuſdam dicitur, propter ſummam amaritudinem, & *Febrifuga* quoniam ad febres pellendas plurimum confert. Calida & ſicca eſt in ſecundo gradu : et omnis mordacitatis expers : folioque & flore duntaxat in vſum venit. De reliquis conſulatur ipſe Galenus.

Ad Titulum ANAGALLIS,

Mantiſſa.

Γάλλις, inquit Lobelius, Græcè Hyacinthus dicebatur, vnde à colore

colore Hyacintheo *Anagallis* nuncupari poſſit. An *Corchorus Theophraſti*, vt exiſtimarunt nonnulli? Minimè verò quod ſcribit Plinius, pecora *fœminam* Anagallidem vitare: ac ſi decepta ſimilitudine, [flore enim tantùm à *mare* diſtat] deguſtauere, ſtatim eam remedio quæ vocatur, quæ à Romanis *Ferus oculus* vocatur.



Aquaticum Anagallidem hic pingimus, cujus geniculatim incedunt paruæ radices, demiſſis fibris ad juncturas ortis firmatæ. *Caules* cubitales, interdum ſimplices, interdum in longos ramos propagari, ad quorum ſingulos nodos bina naſcuntur ex aduerſo *folia*, trium quatuorúe vnciarum longitudine, latitudine culmi, acuminata, neruo vnico per longum donata: è quorum ſinu, caulis ſummitatem verſus, *pediculi* palmo longiores tortiles, pluribus cuncti propaginibus, enaſcuntur: *floribus* paruis cæruleis onuſti: ſubſequentibus, vt in cæteris, ſiliquis *Capitulis* compreſſis, In quibus *ſemen*. Montbelgardi vidimus, verſus Pagum *Souchaut*, juxta riuulos.

Ad Titulum OENANTHE ſiue FILIPENDVLA.

OENANTHE ſiue FILIPENDVLA PALVSTRIS: Ruta paluſtris quibuſdam.



Radicem habet è multis fibris compoſitam, ab vno capite prodeuntibus: *caules* Oenanthes aquaticæ: *folia* ab imo ad ſummum vſque Rutæ ſimilia, inferiora tamen breuiora & minora, ac nonnunquam in duas aut tres partes diuiſa: ſuperiora longiora, bina ſemper oppoſita, quorum quædam inciſuris aliquot ſerrata conſpiciuntur. *Flores* in corona albidos, ſic diſpoſitos, ac ſi quælibet corona flos vnicus eſſet. Naſcitur in paludoſis. Sapor illi amariuſculus, cum aliquali adſtrictione.

Tabernæmontanus deſcriptionis Author vocat in Iconibus *Filipendulam paluſtrem* [ſecundam addit in Hiſtoria.] & *Rutam paluſtrem* ſiue aquaticam. Suſpicamur *Nos* ab Oenanthe aquatica hanc non eſſe diuerſam; ſed ejus tantùm varietatem minus bene pictam.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSI XXVIII. ET PROXIME' VICINIS, ADDENDA.

Ad Titulum MORSVS GALLINÆ, ALSINE,

Mantiſſa.

Morſus Gallinæ ab eo nomen obtinuit, quòd ſemen ejus, ſi decidat, quàm cuiſlibet a Gallinis & auibus deuoretur, eorumque dentibus conteratur, vnde etiam Vogelkraut: id eſt, Auium Herbam, vocant Germani: & Italis Paſſerinam dici refert Ruellius. Inter ejus potiſſ. dotes recenſetur, quod iis qui diuturnis morbis, & ægritudinum magnitudine conſumpti ſunt, viribuſque deficiunt & macreſcunt, vtiliſſima ſit, quocunque modo ſumatur: ac etiam quod Auiculæ caueis incluſæ, cùm eſcam faſtidiunt, eâ pluſimùm recreentur. Inter eos verò qui *Morſum Gallinæ* cum *Anagallide* turpiter confundunt meritò recenſentur Agricola & Apollinaris.

GLAVCIVM.

Glaucium, dictante Dioſcoride, ſuccus eſt Herbæ cujuſdam ad Hierapolim Syriæ naſcentis, cui *folia* cornuti Papaueris foliis ſimilia ſunt, ſed pinguiora & humilia, ſiue in terram ſparſa, graueolentia & amara, quæq; crocei coloris ſuccum habent, cujus vſus ad ocularia medicamenta. Eum cum jucunditate quadam adſtringere & modicè refrigerare ſcribit Galenus. Eadem verò quæ Dioſcorides habent Auicennas & Serapio, quibus *Memithe* dicitur, atque etiam Plinius: ſed hic perperàm *Glaucium* cum *Glauce* confundit.

Cùm autem variæ Stirpes pro Glaucij planta apud Scriptores tradantur, eorum magis placet opinio, qui pro eo *Papauer erraticum*, ac *Corniculatum* præſertim, ſumi volunt.

Ad Titulum ANEMONE,

Mantiſſa.



Anemonem coronariam apud Veteres fuiſſe plantam ex Athenæi Deipnoſ. Lib. 15. & Nicandri Lib. 11. Georgic. apparet. Eam verò ex Adonidis cruore natam ſtatuit Nicander. At Bion Smyrnæus poëta in Adonidis Epitaphio, Anemonen ait natam ex Lachrymis Veneris Adonidem deflentis. Ejuſdem etiam opinionis fuiſſe Theocritum oſtendunt hæc ejus Verba in Claſſibus jam recitata:

> *Quotq; cruoris agit guttas hic caſus Adonis*
> *Tot Venus effundit lachrymas, quæ ſingula flores*
> *Ceſpite demittunt. Lachryma pariunt Anemonem.*
> *Sed cruor ille Roſam parit.*

At quis cùm ſint hæc momenti, de iis jam plus ſatis. Pingitur autem hic *Anemone Italica tenuifolia purpurea, foliis floris rotundatis.* In iiſdem Claſſibus traditæ, non inelegans varietas.

Ad Titulum RANVNCVLVS FLORE GLOBOSO,

Mantiſſa.



Hoc Titulo elegantem Iconem jam in Claſſibus propoſuimus: cùm autem eodem hanc ce inter empiricas noſtras Fuchſianas adhuc habeamus, cui nonnihil, præſertim in foliis, ineſt ſingulare, neutram ſupprimere voluimus. Montes amat hic Ranunculus, ſed in hortis etiam colitur: in iis tamen non diu durans, niſi locis vmbroſis & frigidiuſculis plantetur. Eum autem à Matthiolo, Lacuna, Thalio & aliis, perperàm Aconitis adnumerari, ad latus alterius illius Iconis jam dictum.

LADANVM SEGETVM QVIBVSDAM, ANCORARIA, & Clinopodium alterum Matthioli nonnullis.



Ex *radice* digitali aut minore, lignoſâ, *caules* ſurgunt pedales, quadrati, ſubhirſuti, propter terram rubentes. cæteroqui ex viridi caneſcentes, geniculati, ramoſi. *Folia* ex articulis oriuntur Ledi, atroui[illegible] ſubhirſuta, ex adverſo poſita, ſapore exſiccante. *Flores* inordinatim ex foliorum alis orti [illegible] ſtellatim caules ambiunt, Lamij floribus perſimiles, colore nunc carneo hilariore, nunc albo; labello punctis duobus albicantibus notato, & paullò interdum nocturnalis in [illegible] terram vergentibus [illegible]. *apices* ſub galea reſidunt lutei.

LADANVM SEGETVM ALIVD.



Turnerus Plantam quam hîc proponimus *Ancorariâ* vocat: atque eſſe *Clinopodium alterum Matthioli*, cujus Figuram ſine deſcriptione proponit. Tabernæmontanus veſtè[illegible] *Hyſſopum Galeni flore purpureo*. C. Bauhino in Phyt. dicitur *Sideritis* 7. ſive arvenſis anguſtifolia rubra: Hiſtoriæ verò Lugdunenſi *Ladanum Segetum*, de quo ait: Hæc Herba à foliorum cum Ladano ſimilitudine & natalibus, a Plinio *Ladanum Segetum* dicitur, ab aliis *Tetrahit anguſtifolium*. Quia autem Plinius Segetum Ladanum duplex eſſe ait, id Herbarij ſic interpretantur, vt aliud album ſit, aliud rubrum.

Vtrumque naſcitur in arvis lapidoſis, & inter ſegetes paſſim circa Mombelgardum. Obſeruauimuſque etiam Monſpelij & Geneuæ, ac Baſileæ florens Octobri.

GINGIDII ICON INDICATA ANTE Pag. 637.



Plantæ hujus Iconem, quam, tum in Claſſibus, tum in præcedente citata Pagina promiſeramus, cùm inibi omiſſa fuerit, hoc loco ponimus, quem cum antecedentibus conferre poterit Lector.

Ad Titulum SCROPHVLARIA. *Mantiſſa.*

Scrophulariam vulgarem pro *Galeopſi* demonſtrant & defendunt Fuchſius, Cordus, Geſnerus & Dodonæus Galeni. At eam ſententiam reprobant idem Dodonæus, ſed Latinus, Matthiolus & Marantha quorum Nobis magis arridet opinio. [illegible] dum [illegible] grauem odorem in Scrophularia vulgari deſiderant, odoratûs ſenſum videntur perdidiſſe. Cæcutiunt & illi qui cum Trago *Ocimaſtrum* faciunt: nec minùs aberrant, qui cum Roberto Conſtantino *Clymenum Plinij* eſſe contendunt.

Ad Titulum MELAMPYRVM, *Mantiſſa.*

De Melampyro nihil habent Dioſcorides & Plinius, obiterque admodum & confusè de eo ſcripſit Theophraſtus, à quo ſua mutuaſſe deprehenditur Galenus. Ita vt Veterum Melampyrum non ſatis hodie ſit cognitum. *Stelephuron Plinij* eſſe volunt nonnulli, alij ejuſdem *Alopecuron*, atque alij ejuſdem *Æram*, *judicent docti*.

Variat autem Melampyrum floris plurimùm colore: is enim vel infernè candidus & ſupernè luteus: vel infernè luteus & ſupernè albus: vel infernè puniceus, ſupernè luteus. & viciſſim. vel ex albo viridique mixtus: vel infernè & ſupernè puniceus, & medio candicans. *Melampyrum* autem, ſi ſ[illegible] gibus admiſceatur, panem nigriorem reddere extra dubium eſt: at, quod ajunt nonnulli, eos qui illo veſcuntur plærumque grauedine capitis tentari ſolere, non ſecus ac ſi Lolio victitaſſent, non ſemper nec in omnibus verum: vnde etiam ejus ſemen à reliquis ſeparare non ſtudent Ruſtici.

Ad Titulum CANNABIS, *Mantiſſa.*

Cannabi plantam in vita admodum vtilem prodit laude Dioſcorides, [illegible] tamen olim in cibo hominum fuiſſe docet Galenus I. de Aliment. Sed inter alias eius noxas, genituram, ſi copioſius edatur, extinguere [illegible] Conſilium, ait Simeon Sethi idem nocumentum quod Coriandrum affert, atque vt illud, [illegible] delirium facit: deſiccatque adhæc ſemen genitale vt Capillum. Scribit etiam Tragus in Francia Orientali, aliiſque nonnullis regionibus ſemen Cannabis quotidie inter cætera [illegible] decoqui, ſicut apud Nos Hordeum. ſed eos qui continuò hujuſmodi ſemine viuunt non parum lædi: eorumque ſtomachum frigidum & debilem reddi, atque in iis genituram extingui. *In Gallinis* verò, teſte Matthiolo, contrarium prorſus efficit. ſiquidem eas ouorum feraciores reddit. Ita vt imminente Hyeme, quo tempore oua rariùs pariunt, ſi Cannabis ſemine paſcantur, oua frequentiùs multò ponant. *Auiculis*, vt Carduelibus, Linotis & aliis id genus, etiam cibus eſt, [illegible] ſagin[illegible] afferre, vt inde cuſcitentur aut cantillandi alacritatem amittant. Eſt verò idem *ſemen* ad multa alia proficuum [illegible] & [illegible] oppilationes [illegible] lucernis [illegible] lychnia & lucem [illegible] ſiccitatis tempore fluxiones ſiſtit diuturnas, doloreſque & humorum fluctuationem compeſcit, ac ſomnum conciliat. *Succus foliorum* [illegible] eſt inteſtinis interaneis, & vulnerum putridorum alendi [illegible] rium verò decoctum expreſſum valide herba, terreſtrium lum[illegible] rum cauernulis inſpertium, ſtatim eos euocat, quod [illegible] acceptum, qui hac arte vermiculos ſius hamis affigendos capiunt. Vnde etiam non inſubidè concludit Matthiolus huius herbæ ſuccum ad vermiculos in auribus, & inteſtinorum vermes conferre.

Cannabis porro Populis penuriam Lini, Xyli, [illegible] ſupplerit Cannabis, ad veſtes, vela, papyrum, & quamlibet [illegible] penulis. Mas robuſtis rudentibus & capiſtris torquendis nata habetur: Mulierculis ob id Adagio ludentibus, dicentibuſque eſſe *fœmnam* poriorem *mare*. Cum autem ambæ *Cannabes* ex vno eodemque ſemine procreentur, quâ ratione hoc fiat ut terram perficiatur, vt altera ex illis *fructifera* ſit, altera vero ſterilis, nemo eſt qui ſcire poſſit: ideòque *Naturæ* eſſe *miraculum* neceſſe eſt vt dicamus.

Ad Titulum CANNABIS SYLVESTRIS, *Mantiſſa.*

Sunt qui Cannabem ſylueſtrem *Altheam Officinarum* eſſe contendant: alij *Clinopodij alterum Matthioli genus album*: *Griſſam Galli* alij: alij *Vrticæ mortuæ genus* variis locis in fimetis ab[illegible]. Peculiarem habet opinionem Plinius: Cannabis, inquit [illegible] Libro [illegible] cap. 23. in Syluis primùm nata eſt, nigriore folio & aſperiore, deinde cultu domità feritate, conſueuit in agris. *quod perpendendum.*

BANGVE CANNABI SIMILE.

Bangue, authore Garciâ, a quo haud multùm diſcrepat Acoſta, Herba eſt Cannabi omninò abſimilis, niſi quod ejus ſemen Cannabino minus eſt. nec ita candicans vt illud: ac quod Stolones ejus lignoſi nullo cortice ſunt veſtiti, contrà quàm in Cannabinis accidat. Indi, ait Acoſta, ſemine & foliis veſcuntur, cùm vt validi in re Venerea fiant, tum ad excitandam cibi appetentiam, atque ad alia plurima vtuntur.

TOC OU,

Toccon, herba Braſiliana cortice Cannabino.

Braſilianorum herbæ *Toccon* cortex, authore Letio, Cannabis modo detrahitur, Cannabino fortior. Ex eoque arcuum funes fiunt, piſcatoria fila & alia ejuſmodi.

Carbasus veteribus.

Carbaſi voce varia intellexère Veteres. *Virile veſtimenti genus* ſignificaſſe legimus apud Curtium lib. 8. *Muliebre veſtimentum* apud Valerium Maximum: *Pallium quo amiciebantur opulentiores*, apud Tiraquellum: *Velum*, inſtrumentum Nauticum, apud Virgilium Æneid. 3.

. . . . *& aura*

Vela vocant, tandemque inflatur Carbaſus Auſtro.

Ac tandem *Linum miræ tenuitatis* apud Plinium variis locis. Hodie verò per Carbaſum intelligitur vulgò *Linum candidiſſimum ex Ægypto*, quod nonnulli *Cottonem* etiam vocant. Plurimi autem id Linei panni genus eſſe putant, quod *Telam Baptiſta, Telam Hollandicam, & Telam Cameracenſem*, vocant.

Carbaſus autem penultimâ correptâ Fœminini eſt generis ſecundum Priſcianum, Maſculini autem ſecundum Phocam. Alij, vt Probus & Caper Maſculini & Fœminini generis aiunt eſſe in ſingulari: in plurali verò neutrius.

Ad Titulum Linum,

Mantiſſa.

a Seritur Linum Vere, & colligitur cùm maturum eſt. Duobus autem argumentis intelligitur maturitas, tumeſcente ſemine & flauo colore. *Semen* ordine primo calidum eſt, atque inter humiditatem & ſiccitatem medium, duritias mollit, dolores ſopit, neruorum tenſiones & contractiones laxat, ac ſummatim, dictante Dioſcoride, eandem vim habet quam Fœnum Græcum. A Pictoribus adhæc, Statuariis, aliiſque Artificibus expetitur, ac eſt etiam ad lucernas vtile. *Reliquos Lini Vſus* haud facile eſt enarrare. Hoc loti detergemur, hoc ſordidi defricamur: ex hoc, factâ Veſte, totum corpus extrinſecus ad cutem integente, omnes interdiu veſtimur, noctu, Stragulis inde factis, incubamus ac integimur. Ramſtricana Gens vtriuſque ſexûs pallia & tunicas ex ipſo geſtat, & mundus muliebris magnâ ex parte conſtat. Sed omnes has neceſſarias vitæ vtilitates facile Superat Linum, *Chartarum*, quæ ex ipſo penitùs detrito fiunt, dono. Velorum ex Lino in nauibus vſum admiratus præſertim Plinius. Quod *Miraculum* majus, ait, quàm Herbam eſſe quæ admoueat Ægyptum Italiæ? Herbam eſſe quæ Gades Herculis columnas ſeptimo die Oſtiam afferat, & citeriorem Hiſpaniam quarto, Prouinciam Narbonenſem tertio, Africam altero? Audax vita, ſcelerum plena, aliquid ſeri vt ventos procellaſque recipiat, & parum eſſe fluctibus ſolis vehi. Deni que tam paruo ſemine naſci, quod orbem terrarum vltrò citròque portet, tam gracili auenâ, tam non alte à terra tolli: neque id viribus ſuis necti, ſed paſſum tuſumque & in mollitiem Lanæ coactum. Nihil quidem gignitur facilius, ſed, vt ſciamus nolente Naturâ id fieri, *vrit agrum deterioremque facit*.

Quemadmodum autem Linguâ Latinâ & Græcâ *Tela linea* & ipſa Lini herba communi nomine ... & *Linum* dicuntur: ſic apud Germanos Linum, ſiue in agro ſiue domi ad texturam & telam apparatum, commune nomen retinet *Flachs*: vt apud Gallos *Lin*.

Ad Titulos Lutea Plinii, Reseda,

Mantiſſa.

Magno vſui & emolumento eſt Luteola, Recentioribus tantùm cognita: ad colorem fuluum aureumue pannis conciliandum: inficiuntur enim hac herbâ panni lanei, aliaque ex lana opera, vt & lineæ telæ, colore luteo & virenti: luteo quidem candida, & nullo alio antè imbuta, virenti verò cæruleo antè tincta. Ita Panni bicolores, vno eodemque tempore, vnoq; & eodem decocto, ex eadem cortina extrahuntur. Calidæ & humidæ eſſe temperaturæ ſcribit Tragus, ſed nullius in Medicina vſûs. Ad cancros, propter communem ſaporem referunt nonnulli, ſed leui, vt Nobis videtur, argumento. Nec meliùs *Iſatidem Dioſcoridis* eſſe volunt alij: ſiquidem Iſatis cæruleo tingit colore, luteo vero vel viridi *Luteola*.

Ad Titulum Chelidonium minus,

Mantiſſa.

Cordus in Dioſcoridem vnam eandemque plantam cum Virgilij *Amello* facit: alij *Scrophulariam minorem* inſcribunt, alij *Hirundinariam minorem*, docti verò plerique omnes *Chelidonium minus*. An verò ſit Dioſcoridis & Galeni *Chelidonium minus* ambigunt nonnulli, ob ignauam ejus acrimoniam, ſed eorum opinionem meritò explodit Lobelius.

Galeno, Fuchſio & aliis ex Neotericis judicibus, quarti abſoluti eſt calefacientium & ſiccantium ordinis, ac Majore acrius. Calenter illitum cutem exulcerat, vnguesq; ſcabros ejicit: ſuccus per nares attractus cerebrum purgat. Radix, ſuccus, puluis & aqua deſtillata, in exterendis ficubus mariciſue, impoſita vel inſperſa, plurimum præſtant: vnde dicebat Solenander: *Huic herba ego ad Hæmorrhoidum vitium mirabilem efficaciam tribuo.* Prouenit in paluſtribus & vliginoſis locis, floret Martio, & Majo marceſcens euaneſcit.

Ad Titulum Chelidonium maius,

Mantiſſa.

In tertio calefacientium & ſiccantium ordine ponitur à Galeno & Ætio. Eſtq; extergentis facultatis, ac ad acuendum viſum maximè commodus ſuccus: & idem etiam ad oculorum maculas, nubeculas & cicatrices plurimùm commendatur. Herbæ puluis vlcera & vulnera purgat atque ſanat, iis inſperſus. Radix manſa confert dentium doloribus & ex vino pota, aurigini: &c. Fabulas quæ de Chelidonio narrantur ſtudiò prætermittimus: non negligendum tamen quod ſcribit Plinius: Animalia quoq; inueniſſe herbas: atq; in primis Chelidoniam, eamq; eſſe viſui ſaluberrimam monſtraſſe.

Cæterùm *Ranunculum* cum hac Chelidonia turpi errore confundit Lonicerus, alij *Anagallidem*, alij *Caltham aquaticam*, alij *Aquilegiam*, alij *Fumariam ſplat*, & *Fumariam bulboſam*, atq; alij *Cyminum*: ſed fœde omnes lapſi.

Ad Titulum Caltha palustris,

Mantiſſa.

Caltham paluſtrem in *Majorem* & *Minorem* diſtinxit Tabernamontanus: Geſnerus de coll. ſtirp. aliam *Marem* facit, Majorem, rubentioribus ramulis, ac flore magis tincto, aliam *Fœminam*.

Chamæleuce, Chamæpeuce.

Chamæleuce lumborum doloribus propitia eſt, ait Dioſcorides, Herba virens, incuruis foliis ſurculiſque, flore roſaceo. Sed quis ex tam breui deſcriptione decernat quænam in vniuerſo plantarum genere *Chamæleucen* referat. Paucis etiam Chamæleuces hiſtoriam perſtrinxère Galenus & Paulus. Plinius *Chamæleuces* & *Chamæpeuces*, ſeorſim meminit, & Chamæpeucæ quidem eadem tribuit, quæ Dioſcorides Chamæleucæ: Chamæleucen verò eam eſſe tradit quæ alio nomine *Farranum* ſiue *Farfugium*, atque aliàs *Bechium* nominetur. *Caltham paluſtrem* Chamæleucen Plinij eſſe exiſtimauit Anguillara, ejuſque opinioni aſſentiuntur Matthiolus & alij: contrarium verò tuentur Dodonæus & Lobelius difficileq; admodum in tanta opinionum diuerſitate, ſententiam ferre.

Ad Titulum Geranium Robertianum,

Mantiſſa.

Perperàm hoc ad Dioſcoridis *Myrrhin* refert Ruellius, nec minore lapſu pro *altero Chelidonii* genere deſcribit Tragus, ac *Gratia Dei* titulo pingit. *Geranium* 2. Dioſcoridis eſſe volunt aliqui, Sideritidem vero 3. plurimi: Lonicerus ſuo more omnia confundens, pingit pro *Geranio* 3. ac deinde pro *Chelidonio minore*, multis plantis eadem nomina tribuens.

Ad Titulum Barba Capræ,

Mantiſſa.

Hanc ad Pycnocomon Dioſcoridis cum Vlmaria referunt nonnulli: Geſnerus Aſparagum Syluestrem quondam vocabat: & Patauii, alibique in Italia *Chriſtophorianam* vocari ſcribit.

Ad Titulum Thalictrum, ſiue Thalietrum,

Mantiſſa.

Vnius ambiguæ literæ in huius plantæ nomine fecit ſimilitudo, vt in Authorum Exemplaribus nunc ..., nunc ..., apud Græcos legatur: apud Latinos verò nunc *Thalictrum* nunc *Thalietrum*, prout apud illos κ pro ε: apud hos c pro e admiſſum fuerit.

Ad Titulum Vlmaria, Regina Prati,

Mantiſſa.

De hac nihil apud Veteres reperimus: *Vlmariæ* verò & *Reginæ prati* nominibus eam donauit Latinorum Scriptorum Vulgus, Germanis, Gallis & aliis Nationibus eadem ferè retinentibus. *Chriſtophorianam & Barbam capræ* inſcripsère Geſnerus, Gerardus & alij: *Potentillam* Anguillara. Dicta porrò fuit Vlmaria ab Vlmaceis foliis. *Nos eam* nullibi frequentiorem obſeruauimus quàm Geneuæ in pratis vltra *Arue*, Montbelgardi paſſim circa aquarum riuos & Ebroduni ſupra Molendinum.

Calidam & ſiccam eſſe volunt Tragus & alii: *Nos verò frigidam eſſe exiſtimamus.* Luteriæ commendant adverſus peſtem. Flores gratum vino odorem conciliant, ita vt *Malvaticum* æmuletur. Cæteræ autem quæ illi aſſignantur vires, illi minimè conveniunt.

Ad Titulum Leontopetalum,

Mantiſſa.

Nomen huic plantæ à Leone quidem fuit inditum: verùm quid illi cum Leone conveniat non ſatis certum eſt. Si nominis expendatur origo, nihil Leontopetalum erit, annotante Marcello, quam Leonis folium: ſed quam Leonis partem, verbi gratiâ, pedem, aurem, linguam, aliamve ejuſmodi, referat, non ſatis pro comperto eſt. Pro eo verò, ſed minùs rectè exhibentur *Fumaria Veterum bulboſa, Helleborus niger, Alchymilla & Caryophyllata nigra.*

Ad Titulum Pæonia, Glycyſida,

Mantiſſa.

Dignitatem & gratiam Pæoniæ acquirunt tum *ejus hic appoſita nomina*, quorum alterum dulcedinem ſolo nomine indicat, alterum verò trahit originem à peritiſſimo Medico, cujus in vera & fabuloſa Hiſtoria nomen in ſumma eſt commendatione: tum etiam quòd *nihil non ſanari Pæoniâ ſuperſtitioſè crediderit Antiquitas.* Adhæc etiam *animi ægritudinibus quoque mederi, temperare tempeſtatibus, arcere grandines, depellere, avertere rubiginem, Lemuribus adverſari, &c.* Ab iis & aliis ſimilibus minùs emendatibus varias appellationes ſortita eſt, quas, brevitati ſtudentes, hic non perſequimur. Vires ejus enarrare longum etiam eſſet nimis: ſiquidem, vt annotat Lemnius, non minùs Galeno decantata fuit quàm Braſſica Catoni. Dicemus tamen eam vehementer exſiccatoriam tum ab eodem Galeno, tum à Neotericis, exiſtimari: at minimè inſigniter calidam. Pæoniamque maſculam infantium collo appenſam, Comitialem morbum ſanare & arcere, pro certiſſimo à Fernelio tradi: & id ab omnium minimè mendace Galeno jam olim manifeſtatum.

Ad Titulum Fraxinella,

Mantiſſa.

Fallitur Sylvius cùm Pſeudo-Dictamnum Dioſcoridis eſſe contendit: manifeſtuſque eorum error eſt qui Dictamnum verum eſſe credunt: nec minor Tragi, qui *verum Dioſcoridis Pæoniam* eſſe contendit: meritóque à Matthiolo ij etiam refutantur, qui primum Dioſcoridis Tragium eſſe putant. Cæterùm iiſdem cum Pæonia vulgari pollere viribus Tragi eſt, nec à veritate aliena, Sententia.

Ad Titulum Primula veris,

Mantiſſa.

Quod in Dioſcoride & Plinio nomen habeat hæc planta, neſcire rectè ſcribit Tragus. Britannicam ejuſdem Plinij eſſe, & Avicennæ *Bertanich*, volunt aliqui, quod examinandum. Ad Dioſcoridis Phlomidem referunt Ruellius, Fuchſius & ex Recentioribus alij, ſed reclamare folia & flores tirè ait Matthiolus. Vnde Brunfelſius multa ſe apud Authores de hac herba veſtigaſſe jactat, & plurimis cum Herbariis contuliſſe: verùm nequicquam compertiſſe quod ad ſtomachum fecerit ſuum. Nomen Veteribus ignotum addens, Barbaroſque tam inſcitè, tam ineptè, tamque confuſaneè omnes miſcuiſſe, vt majus etiam fecerint negotium.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI XXIX. ADDENDA.

Ad Titulum Pſeudo-Melanthium,

Mantiſſa.

Melanthij nomen à ſeminis nigredine obtinuit: verùm, ad legitimi differentiam, cum adjectione [illegible] dictus Hippocrati, vt Octaviano Horatio *Gith quod in ſegete naſcitur*: ac doctis aliis plæriſque omnibus *Pſeudo-Melanthium*. *Lychnidem arvenſem* inſcripſit Tabernæmontanus: *Lychnidem ſegetum* Schvvenckfeldius: *Lychnidem inter Triticum* Cæſalpinus. Sed perperàm illi cum Lychnide confundunt hanc plantam. At longe multò minùs [Trago, Cordo, Cornario, Lacunâ & Matthiolo teſtibus.] *Lolium* erit, vt apertiſſimè hallucinatus credidit Fuchſius. *Nigellam* vulgò dictam inſcribunt Cornarius & Lacuna: *Nigellaſtrum* Dodonæus Latinus. *Nigellam* Simpliciter vocant Brunfelſius & Ruellius, ſed non ſine errore: vt inconvenienter etiam Theophraſti [illegible] Gesnerus. Cæcutiverunt verò manifeſtè, vt jam olim ab Hermolao & Ruellio animadverſum, Braſſavolus & Brunfelſius, ac omnes alij, qui verum ac legitimum *Githa*, ſive Melanthium, in Officinis *Nigella* nuncupatum eſſe credidêre, à *vero* ſiquidem *Melanthio*, non ſolùm foliis & ſemine, ſed aliis etiam proprietatibus differt.

Cæterùm Plantæ hujus ſemen calidum & ſiccum eſt ordine ſatis intenſo, &, vt teſtatur Hippocrates, in peſſo cum melle ſubditum menſes evocat.

Ad Titulum Lychnis,

Mantiſſa.

Sunt qui hanc inter Dioſcoridis notha *Athanaton*, id eſt, *Immortalem* dictam exiſtiment: quòd longiſſimè, à prima ſcillicet Æſtate ad extremum Autumnum, floreat. Cæteras minùs proprias Appellationes ſtudiò prætermittimus. Cæterùm quo argumento Nautis in Mari ſæpe viſum Piſcem *Lucernam* veteres Romani appellaverunt, igneâ per os exertâ linguâ tranquillis noctibus relucentem: eodem, referente Marcello, *Florem Lychnide*, veteres Græci dixerunt. Noctibus enim hic etiam fulgêre creditur: &, vt nomen illi ex re factum indicat, ignis fulgore quodam videntium oculos in ſe convertere. Sic Felium oculi flammarum modo in tenebris fulgent: Sicque etiam putres in tenebris caudices eodem tempore ignium ſpeciem quandam videntibus afferunt. *Rerum omnium Cauſſam rimentur Sapientiæ Filii.*

Ad Titulum Saponaria, Struthium, Lanaria Herba,

Mantiſſa.

Lanaria Paganis dicta *Herba*, Amato referente, provenit in Calabria, atque in regione Baſilicata, regni Neapolitani Provinciis vicina. Dictaque fuit *Lanaria*, quòd ejus radice ramiſq; commodè vtantur ad mundandas lanas. Ortus autem ejus ſimilis ferè Saponariæ vulgaris aut Lychnidis ortui, ſed ramis tenuioribus minoribuſque.

Licet porrò *Saponaria* ab extergendi facultate, quâ, Saponis ritu, pannos eluit purgatque, *Struthium*, ceu & aliæ quædam, vocari poſſit, à verbo [illegible], quod Græcis lanas purgare & candidas facere ſignificat: tamen noſtram *Saponariam Antiquorum Struthium*, Arabum *Condiſi*, ſive Latinorum *Radiculam*, aut *Herbam lanariam* [hæc enim nomina eandem deſignant Plantam,] non eſſe, tum ex Theophraſto & Plinio, tum ex variis harum Plantarum notis, ac præſertim Saponariæ facultatibus, liquet.

Cæterùm Saponariam floris colore ludere ex C. Bauhini Phyt. habemus: communiter quidem dilutè purpureo, aliquando verò ex roſeo rubente, ac nonnunquam candido: necnon caulibus & foliis etiam diverſis eſſe, nunc ſcilicet Lævibus & nunc purpureis. Quòd autem *Veratrum Plinij* eſſe negat maximè probamus.

Ad Titulum Centaurium Minus,

Mantiſſa.

Centaurium minus quod vulgò in Officinis habetur, quicquid in contrarium afferat Anguillara, *verum* & legitimum eſſe *Dioſcoridis Centaurium minus*, omnibus, vt ait Matthiolus, exploratius eſt, quam vt multis oſtendi debeat. Quo fit vt non parum aberraverint inter Mauritanos Meſues, Avicenna & Serapio: *vt pote* qui *Centaurij* minoris vires cum *Maioris* viribus turpiter confuderint. *Sic* Centaurij minoris vires & deſcriptionem cum Gratiolæ deſcriptione & facultatibus, à Theophraſto & Paulo, judice Dodonæo, fuere etiam permixtæ.

λιμώνιον & *λειμώνιον* appellarunt Græci, quòd circa paluſtria naſcatur: Libadion verò eadem occaſione Plinius. *Febrifugam* nonnulli, quòd ad Febres pellendas ſit vtiliſſimum, & Tertianariis ſimplici cum ſucceſſu detur eius decoctum. Datur & idem in morbo regio, iecoris lieniſque obſtructionibus, ventris tineis, & iſchiadicis affectibus. Eſtque Aqua ex herba & floribus deſtillata facilior ad eadem vſus, ſed non perinde eadem efficacia. Radix planè inefficax eſt: ſed caulis eius extremus, & potiſſimum folia quæ illi inhærent, vt & flores, vtiliſſima ſunt. Vincit in eis qualitas amara paulum habens adſtrictionis: atque ob eiuſmodi temperamentum, admodum deſiccatorium eſt medicamentum. Succus Vuluæ ſubditus menſes & partus extrahit. Ac tandem ingentes & miræ admodum ſunt huius Plantæ facultates, vt de iis integrum Librum conſcripſerit Galenus.

Ad Titulum Anthyllis,

Mantiſſa.

Anthyllidis nomine variæ donantur Plantæ: *Crithmū marinum, Chamæpitys, Camphorata, Linaria, Vulneraria, Lotus ſiliquoſa, Trifolium candidum, Medica marina, Paronychia, Tripolium, Aſter Atticus, Tanacetum, Matricaria, Alſine, Auricula muris, Chamæmelum* & aliæ. Caſtor Durantes *duas Anthyllides* deſcribit, & vnam pingit: ſicque quam intelligat haud facile eſt diſcernere. Ryffius in Dioſc. Anthyllidis primum genus Incognitum ait. Hoc verò Poſteritati *Salſaginem* dici ſcribit Hacchius, *Salſolam* Ruellius & Bacchanelius. Alterum genus Kali eſſe ſuſpicatur Matth., quod minimè probat Dodonæus. *Salſola* nomine appellandum cenſet Ryffius. Variarum Anthyllidum meminit Cordus in Dioſcoridem, ac etiam in Obſ. ac inter alias Anthyllidis meminit latiuſculis oblongiſque foliis & ſalſo guſtu eamque ob id Germanis *Saltzkraut* dici addit. Atque cùm in ea manifeſtus deprehendatur ſalſus ſapor, Ariſtotelem & Plinium notat, quòd ſcripſerint *Omnes ſapores Plantis ineſſe præter ſalſum.*

Cæterùm Anthyllidum tritas radices commendat Dioſcorides ad vteri inflammationes: alteram verò ad vrinæ difficultates, & nephriticos cruciatus.

Ad Titulum Nummularia,

Mantiſſa.

Nummulariæ nomine ſequentes, ſed malè, donantur Plantæ. *Gramen Parnaſſi, Lunaria Craſſula dicta, Elatine & Halcacabum Ægyptium.* Fuchſio dicitur *Herba agnos necans.*

Cæterùm ſecundi aut tertij ordinis exſiccantium eſſe herbam, ſapor eius guſtu admodum adſtringens ſatis oſtendit: eſt verò ſimul modicè refrigerans. Et hinc flores & folia trita & impoſita, vulnera & quæuis vlcera glutinare valent: eademque cum vino ſumpta dyſenterias, ventris imbecillitates, fluxuſque & humiditates ſanant. Conducunt & ad ſanguinis reiectiones, profluuia muliebria, & ad omnia interaneorum, ac præſertim pulmonis, vulnera & vlcera. Vinum in quo Herbæ folia decocta fuerint, vlceribus ſummè confert, ſi eo lauentur & abſtergantur. Præſertim verò hanc Plantam, tum illitam tum in puluere hauſtam, commendat Matthiolus ad puerorum enterocelas.

Ad Titulum Elatine Fœmina,

Mantiſſa.

Quænam hodie genuina Elatine ſit inter Herbarios controuertitur. Quam enim Fuchſius & Matthiolus *Veronicam fœminam* faciunt, eam Lobelius Elatinen Dioſcoridis eſſe aſſerit: *Nos* verò *Elatinem Marem* inſcribimus, folio ſubrotundo & flore cucullato. Quæ autem *Elatine fœmina*, ſiue cucullata altera folio anguloſo à Nobis vocatur, ea à Caſtore *ἐλξίνη* Græcorum, ſiue *Athin Arabum* eſſe aſſeritur. Vtramque variis in locis obſeruauimus: Baſileæ & prope Stutgardiam abundantes in ſegetibus: plurimaſque itidem in ſegetibus Narbonæ, Gallo-prouinciæ & Delphinatus. Cæterùm Elatinen modicè tum refrigerare tum adſtringere prodidit Galenus 6. Simplic. Vnde non etiam immeritò ad dyſenterias & oculorum inflammationes commendant Dioſcorides & Plinius.

Ad Titulum Phyteuma,

Mantiſſa.

Phyteuma Monſpelienſium inſcribit in Obſ. & Icon. Plant. Lobelius Plantam quam *Nos* ſub eo Titulo in Claſſibus pinximus: in Aduerſ. verò *Phyteuma Narbonenſium*. Geſnero Hort. *Reſeda* cognata videtur Planta: ac ſic etiam C. Bauhinus in Phyt. *Reſeda affinem* dixit, & *Reſedam tertiam variantem foliis* inſcripſit.

Ad Titulum Siciliana.

Mantiſſa.

Nuper S ſe l per C *Ciceilianam* ſcribit cum nonnullis aliis Anguillara: qui Clymenum Plinii, non verò Dioſcoridis, interpretatur. Fuchſio, Camerario, Bellonio, Fab. Columnæ, vt & C. Bauhino eſt *Dioſcoridis Androſæmon*: idque maius & arboreſcens. At contrà *Androſæmon* eſſe negant Dodonæus & Lobelius, qui in Aduerſ. Obſ. & Icon Plant. cum Anguillara, *Clymenon Italorum* inſcribit. *Caſteriam Theophraſti* eſſe ſuſpicantur nonnulli. *Iudicent docti.*

Ad Titulum Caryophyllus,

Mantiſſa.



Caryophylli, ſiue Betonicæ coronariæ, flore ſimplici Iconem adhuc vnam hic damus. Maximos verò multiplices Caryophyllos, quales in Claſſibus depinximus, alunt nobiliores Galliæ Narbonenſis Ciuitates, ac præſertim Nemauſium, vbi iuſtam Roſæ magnitudinem æquantes obſeruauimus. Elegantiâ verò, amœnitate & magnitudine ſpectatiſſimos habent Ebroduni in pendulibus ante feneſtras Hortis D. Dominus *Malherbe*, eius Vrbis Conſul ampliſſimus: nec non D. Dominus *Fr. Werney*, ex Senatorio ordine, Amici noſtri primæ notæ.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM
CLASSI XXX. ADDENDA.

Ad Titulum Papaver,

Mantiſſa.

Nulla ſuge mágis quàm Papaueris conſitos agros & hortos ſuos habuit Antiquitas: quòd Cererem Papauer manu geſtare quotidie in templis videret: propitium ſcilicet Ruſticum Numen ſibi fore credens, ſi quo coli & ornari Dea poſſet, copioſum ſibi in annis creſceret. Quin hac adhuc ætate, Gentes quæ Tridentinas Valles incolunt teſte Matthiolo, Papaueris ſemine veſcuntur, miſto Placentulis quas ex paſta multiplici folioſo inuolucro conficiunt, ac quas ad ſaturitatem vſque comedunt. Nec ob id tamen vnquam [quod mirum alicui forte videbitur] diuturniore ſomno capiuntur, veternoſiue fiunt. Sic qui Stitiam ſuperioremque Auſtriam incolunt, minimè etiam in veternum incurrunt, etſi Oleum e nigri Papaueris ſemine in cibis continuò aſſumant, Olei Oliuarum vice. An autem vera & ſufficiens ſit ratio quam addit idem Matthiolus, *Germanicum Papauer* non ita refrigerare, vt Veteres de ſuo ſenſerunt, *doctorum iudicio relinquimus.*

Quicquid ſit omnium Papauerum facultas refrigeratoria eſt, vt ait Galenus: ac ſecundum Dodonæum & Recentiores, omnia Papaueris genera frigida & ſicca ſunt in quarto gradu. *Vires Speciales* alte perſequuntur Dioſcorides, Plinius & Galenus: & de iis, ac de eorum ſucco, Opio Meconioue, integri extant Libri, quos, vt & *Hiſtoriam noſtram magnam*, ſuper hac re conſulere poterit Lector. *Vnum tantum vel alterum ex Recentiorum experimentis*

addemus. Quietem itaque inducit Papauer & ſomnum conciliat tam iuuenibus quàm ſenibus quocunque modo aſſumatur. Infantibus inquietis & inſomnibus in Lacte coctum exhiberi poteſt. Omne Papaueris genus, tam ſylueſtre quàm ſatiuum: & non ſolum herba eius expreſſuſue ſuccus, ſed & aqua deſtillata, phreneticis & iis qui inſomniis laborant, vtiliſſima ſunt, ſi fronti & temporibus applicentur. Si *Erebinum* in ſucco Herbæ Papaueris intinctum, naribus indas, ſomnum quamprimum induces. *Oleum* Papaueris, ſi illo illinatur temporum regio, ſomnum allicit. Sic *Papaueris decoctum* contra vigilias bibi, ex eoq; contra id incommodum, & contra Inflammationes, eryſipelata & alia id genus, fieri *fotus* & *Cataplaſmata* tradit Dioſcorides. Sunt qui *Erraticorum decoctum* ad pudendorum tumores & menſtruorum nimium fluxum propinent, & linguæ fauciumque ardores, ſi eo lauentur, ſedari addant. *Cæterùm* Vere ſeruntur Papauera in hortis, ac etiam non rarò in ipſis aruis: frequentiſſimum tamen illud quod caule foliiſque ac floribus & capitibus minus eſt, cuiuſque flos e cæruleo ac purpureo obſoletum quemdam colorem refert: quod crebrò non ſatum pluribus quoque reperitur locis, præſertim verò in hortis. *Album* flore albo denſiſſimo & ampliſſimo folio ſuffulto, vt Sambucus roſea, habuimus Montbelgardi in S. P. horto, vbi florebat Maio & Iunio. Diuerſorum colorum, denſo & ſuffulto flore, itemque rubro, phœniceo & cinereo, ac vnguibus albis ornato, habuimus etiam ibidem. Nigrum ſiue Vulgare, Monſpelij, Geneuæ & Lugduni floret Maio. Ebroduni verò in ampliſſimi Dom. Proprætecti ac Prætoris *Chaſſeor*. nec non etiam in D. Domini Exconſulis *Dexars*, Hortis obſeruauimus Species varias floribus diſſectis atque denſiſſimis: atque alias quidem coloris in inferiore parte albi, in ſuperiore verò incarnati: alias purpureè infrà, rubri verò ſuprà: alias omninò incarnatas, alias phœniceas: aliaſque aliter atque aliter variegatas. *Candido Papauere* abundat paſſim Hetruria: vtiſque origis enutria luſubrium tellus. Sed præcipue apud Gentes quæ Tridentinas incolunt Valles, vbi Papauera hæc copiosè ſeruntur in Campis, & inter Fabas aliaque Legumina.

Ad Titulum GERANIVM RVPERTIANVM,

Mantiſſa.

Chelidoniam minorem vocat Tragus, ſed non ſine errore: Dioſcoridi eſſe Sideritim Heracleam Crateuæ exſtimat Tabernamontanus. Anguillara verò Panacem eſſe Heracleon Dioſcoridis, ſed quo fundamento? Docti vocant Geranium Rupertianum, Muſchatum & Vulnerarium, at etiam Gratiam Dei. *Herbam* item *rubeam*, *Rubeam moſchatam*, *Rupertianam*. *Rupertianam*, *Rupertam* & *Herbam Diui Ruperti*: quæ poſteriores Nomenclaturæ omnes à rubro caule & rubris foliis illi fuere impoſitæ. *Acum moſchatam* vocant etiam aliqui, & nonnulli Chelidonium, quòd Hirundinum, quas *χελιδόνας* nuncupant Græci, aduentu floreat.

Vim autem refrigeratoriam, exſiccantem & aſtringentem illi tribuit Fuchſius. Succus Mariſcas mundificat ſanatque: tumores depſimit, duritias mammillarum aliorumque membrorum, ſi fortè conquaſſatæ fuerint, diſcutit. Eryſipelatis efficaciſſimè imponitur herba tuſa: ſuccuſque & aqua deſtillata exulcerationibus oris mammillarum, & tam viriliium quàm muliebrium pudendorum, medetur. Rubens præferunt paſtores aquæ incoquentes, ac armentis poſtea cruenta mingentibus dantes.

Ad Titulum BARBA CAPRÆ,

Mantiſſa.

Tragus *Barbulam capræ* inſcribit, proque *Barbula caprina* 2. ſiue ſylueſtri delineat, ac cum *Vlmaria* ad Dioſcoridis *Pycnocomon* refert. Sed hanc opinionem improbat Fuchſius. Patauij alibique in Italia *Chriſtophorianam* [Chriſtofanariam Anguillaræ] æquiùs vocari ait Geſnerus, qui quondam Aſparagum ſylueſtrem vocabat. An Hermolai in Dioſc. Acetarium Olus?

Ad Titulum CALTHA PALVSTRIS,

Mantiſſa.

Chamæleucen eſſe quæ Plinio *Farfugium* & *Farranum* dicitur, exiſtimarunt nonnulli, ſed magno lapſu. Siquidem Chamæleuce à ſimilitudine foliorum *λεύκης*, id eſt, Populi albæ, appellationem accepit: cui cùm folia ſuperiùs vireant, & inferiùs tenui candidaque lanugine incaneſcant, Calthæ huic nullâ inalbeſcunt parte reclamante adhæc viſiuſque foliorum diſpari formâ.

Caltham paluſtrem ſexu diſtinguit Geſnerus: atque aliam *Marem* facit, ramulis rubentioribus, & flore magis tincto: aliam verò *Fœminam*, albioribus ramulis & flore minus tincto. Tabernamontanus & Gerardus *Maiorem* & *Minorem* agnoſcunt. *Ferrariam* à nonnullis dici tradit Geſnerus: forte quòd foliyum ferream equi ſoleam referre videatur.

Ad Titulum CHELIDONIVM MAIVS,

Mantiſſa.

Plantam hanc inter eas refert Plinius quarum vſum monſtrauere Animalia. At quod addit eſſ Hirundines oculis pullorum etiam erutis, illis in nido reſtituere vſum, merito ridet Celſus. Meliùs verò de hac re ſentit Ariſtoteles Libri 4. de ortu Animalium Cap. 6. Cùm illis oculos ſemel ait ſi pungantur ac euellantur cùm adhuc fiunt, non autem vbi perfecti fuerint.

Vires Chelidoniorum quod attinet, ſic de iis tradit Galenus. *Chelidonium*, ait, extergentis admodum & calidæ facultatis eſt, ſed & ſuccus eius ad acuendum viſum commodus eſt, vtique in quibus craſſum quiddam in pupillis colligitur, digeſtione atque diſcuſſione indigens. Vſi ſunt radice eius quidam ad Aurigìnem ab obſtructione iecoris proficiſcentem, in vino eam albo potui exhibentes. Similiter manſa confert dentium doloribus. Porrò Chelidonium minus, cum acrius ſit maiore, illitum cutem exulcerat, vngueſque ſcabros excerit. Succus eius per nares purgat, vtpote admodum acer. Itaque *hæc Herba* quarti ordinis eſt calefacientium incipientis, *Maius* autem *Chelidonium* tertij eſt ordinis abſoluti iam, idque tum in calefaciendo tum in ſiccando.

Cæterùm Chelidonij maioris appellatione variæ donantur Plantæ, *Fumaria Spleт*, *Fumaria bulboſa*. *Aquilegia*, *Clymenum* & *Curcuma*. Minoris vero Scrophulariæ & Ranunculorum ſpecies aliquot, & Bryonia: ac dici etiam Chelidonium de Anagallide oſtendunt ex Dioſcoride Tragus, Lonicerus & Geſnerus. *Sed propriis* Plantarum Appellationibus potiùs inſiſtendum.

Ad Titulum VERBENA,

Mantiſſa.

Verbenaca, quæ & vltima detracta ſyllaba nunc communiter *Verbena* dicitur, quæ Periſtereon etiam, & Hierobotane, id eſt, ſacra Herba, etiam appellata fuit, Hiſtoriam, & variorum nominum rationem tradit ſuſè ex Apuleio Humelbergius, & Nos etiam in noſtra magna habemus. Maximæ autem apud Antiquos commendationis fuiſſe apud Plinium præſertim legitur. Nulla, ait Libri 25. cap. 9. Romanæ nobilitatis plus habet, quàm *Hierobotane*: aliqui *Periſtereon*, noſtri *Verbenacam*, vocant. Hæc eſt quam Legatos ferre ad Hoſtes indicauimus. Hac Iouis menſa verritur, domus purgantur luſtranturque. Genera eius duo ſunt, folioſa quam *Fœminam* putant, *Mas* rarioribus foliis. Naſcitur vbique in planis aquoſis. Quidam non diſtinguunt, ſed vnum omninò genus faciunt, quoniam eoſdem effectus habent. Vtraque ſortiuntur Galli & præcinunt Reſponſa. Sed Magi vtique circa hanc inſaniunt: hac perunctos impetrare quæ velint, febres abigere, amicitias conciliare, nulliqne non Morbo mederi. Colligi circa Canis exortum debere, ita vt ne Luna aut Sol conſpiciat, fauis antè & melle ad piamentum datis: &c. Aiuntque ſi Aqua ſpargatur triclinium, in qua maduerit, lætiores fore Conuiuas. *Et alibi ſparſim*. Verbenaca cum Plantagine, in collo ſuſpenſa, comprimere dicitur Strumas. Inſanabilis Podagræ non eſt credendus Morbus quippe quoniam & ſponte deſiit, & in pluribus curâ. Medetur Verbenaca cum axungia trita & illita: aut ſi pedes macerentur in eius decocto. Iumentorum Febribus in vino medetur. Sed & in Tertianis à tertio geniculo inciſa, & in Quartanis à quarto. Morbo regio, dyſenteriæ & calculis confert: &c. Galenus ad œdemata antiqua & tumores maximè commendat. & Periſtereona vocari tradit, quod Columbæ in ea verſentur.

Cæterùm præter Verbenacæ ſpecies à Nobis in Claſſibus enarratas eo nomine donantur & aliæ adhuc Plantæ *Euparaſia purpurea Dodonæi*: *Verbeſina flore minus ſpecioſo*, *Eryſimum Tragi*, *Senecio Scabioſa*, *Galitrichum* & *Marrubium paluſtre* Tragi: ſed omnes minus propriè.

Ad Titulum EVPHRASIA,

Mantiſſa.

Perperàm Nobis videtur Dalechampius huius vocabuli originem à Græca voce *εὐφραίνω*, quoniam ſcilicet oculos iuuet & delectet, deducere. cùm ea potiùs ad Bugloſſum pertineat. *Euphraſiam* & *Eufragiam* inſcribunt indocti. Nihil autem de ea apud Veteres Græcos & Latinos: nempe Dioſcoridem, Galenum & Plinium: neque etiam apud Recentiores, Aetium, Paulum & Actuarium ſcriptum reperitur. Sed à ducentis tantùm, vel paulò plùs, annis Poſteritati Euphraſiæ nomen innotuit ad oculorum caligines & morbos pituitoſos pertragatæ commendationis. Vnde Germanis *Augentroſt*, id eſt, oculorum ſolatium, & nonnullis hac quoque ratione inotis Ocularis, Ocularia, Oculorum lumen & Luminella dicta fuit.

Calida & ſicca eſt herba, ſed magis ſicca quàm calida. Oculorum inflammationes & caligines, tum tuſa herba impoſita tum eius ſuccus aquaue deſtillata ſanat. Memoriam oculorumque aciem

aciem in pulverem redacta, & ex vino albo pota, mirificè roborat, amiſſamque reparat. Itaque & Euphraſiæ Vindemiæ tempore Vinum, cuius vſu ſenum etiam oculi reiuveneſcere feruntur, auferrique oculorum defectiones.

Ad Titulum GRATIOLA,

Mantiſſa.



Centauridis titulo tradit Cordus in Hiſt. Dodonæo verò videtur ſpecies Centaurij minoris. Plurimas autem eius recenſet Varietates C. Bauhinus: aliam nempe, dens eſſe flore purpuraſcente, aliam albo, & aliam, quæ rarior ſit, luteo: atque aliam rurſus foliis eſſe integris, aliamque profundè crenatis.

Copioſè habetur Ebrodun. ad Lacum, aliiſque in locis humidioribus & in nonnullis pratis, vidimuſque etiam copioſam Genevæ in prato quodam inter: *Bourdigni* & *Thonex*. Floret Iunio, Iulio & Auguſto menſibus ac habetur etiam in nonnullis Germaniæ & Italiæ vliginoſis & paluſtribus locis.

Excalefacit, ſiccat, incidit, attenuat, aperit, deiicit, abſtergit, alvum vehementer purgat, atque tam recens quam ſicca ſumpta, macerata vel decocta bilem & pituitam, tum per ſuperiorem tum per inferiorem ventrem, potenter educit, vermes lumbricos pellit, putredini reſiſtit, iecur & lienem ab obſtructionibus liberat; vulneribus recentibus & chronicis febribus medetur. Eſt que vt amariſſima, ita etiam valde calefactoria & exſiccans. Qui plura de ea volet, conſulat Bouinum & Hiſtoriam noſtram magnam. Hic pingimus Cisalpinam Gratiolam, quam menſe Iulio in Rhætorum monte B aulio reperimus.

Ad Titulum SIDERITIS,

Mantiſſa.

Vnius tantùm Sideritis meminit [illegible] ſex recenſet, ſed [illegible] At [illegible] ſunt Dioſcoridi, quarum primam & [illegible]

Nemini porrò mirum [illegible] Matthiolo, quod tam varia effigie primæ Si[illegible]des: vt qui eam modò Marrubij, [illegible] modò Salviæ, figurâ depingat. Cùm ad Salviam [illegible] ad Marrubium ſcabritie & ſubalbido colore, [illegible] eſt in ambitu diuiſum.



Recentiores Herbarij & Officinæ nonnullæ [illegible] cam & *Tetrahel* [illegible] barbaro nomine indicant. Magna Officinarum pars pro *Chamæpity Veterum* oſtendit, atque, non ſine errore, vt bene docet Fuchſius, pro Chamæpyti [illegible]. Is autem prima in Dioſcoridis Siderite [illegible] cum Ruellio [illegible] [illegible] Matthiolus, [illegible] ab eius partibus Lobelio [illegible] [illegible] Lobelius [illegible] Vocabulo, inquit, quo ferro ſauciatis par [illegible] nobilitam [illegible] Plantas, [illegible] vocarunt, potiùs virium conſimiles affectiones ſecuti, quàm vulgarium affinitates genericas: que differentias. Quare iure *Herculeam Sideritidem*, ſiue *Ferrumnatricem Herculeam* dici Barbari eſſe ſanxerunt: nec modò propter vires efficaciſſimas, ſed etiam quia quamproximè delineationem Dioſcoridis, ſi quæ alia, repræſentat. Quo magis dolet peritis & candidis Plantarum Arbitris Commentatorem Senenſem eò ſecuritatis ignauæ progreſſum: vt, cùm quænam eſſet, vel Itali Iudæi *Iudaica herba* ſe neſcire quærerent: quam ſcitè, vt ſemper omnia, Ruellius, & ex eo Fuchſius, expreſſiſſet: tamen in vtrumque inſcitiæ calumniam impegerit: huicque Herbæ doſtas Claſſi pulſæ, ſibi iniſſas, vt ſemper iactat, nec tamen niſi malè deſcriptas, alias ſuffecerit. *Iudicent docti*: *Sideritidem* porrò *Spinoſam* hic pingimus quæ Nobis Mombelgardi in S. P. horto creuit, ſemine ex Cretæ Cydonia miſſo. An *Gaidarothymo Belli* in Epiſt. ad Cluſium?

Ad Titulum VRTICA,

Mantiſſa.

Quælibet vrentium Vrticarum innatam malitiam infinitis commodis & vtilitatibus penſat. Vnde Plinius: *Vrticâ*, inquit, quid eſſe inviſius poteſt, at illa plurimis ſcatet remediis, &c. Plurima de ea prædicant tum Dioſcorides & Galenus, atque etiam idem Plinius, tum etiam recentiores Scriptores, ex quibus Nos præcipua ſeligemus.

Omnes itaque Vrticæ temperaturâ ſuâ ſiccæ ſunt, calent verò exiguum, & vix primo ordine: tenuiumque ſunt partium. Reſoluunt, diſcutiunt, incidunt, tumoreſque tam in internis quàm in externis corporis partibus ſanant. Omnium folia vino decocta & pota, alvum emolliunt, diſcutiunt flatus, cohibent tormina, vrinam cient, purgant lumbos, & Venerem ſtimulant. Tuſa & cum Sale ritu emplaſtri impoſita, vulneribus & canis rabidi morſibus medentur: ſordidis, putridis ac gangrænoſis & malignis vlceribus auxiliantur: collectiones adhæc, duritias, abſceſſus, frigidos tumores, ſiue ſi ſint in articulis, ſiue in liene, aut ſecundum aures, incidunt & curant. Iiſdem morbis conuenit etiam *Semen*, & eſt foliis efficacius. Aqua ex herba deſtillata in memoratis ægritudinibus itidem percommoda eſt, purgatque & abſtergit omnia vulnera, tam interna quàm externa, ſi bibatur, vel ſi ex illa colluantur. *Radix* magnæ pungentis Vrticæ ex vino & melle decocta haud vulgare eſt medicamentum contra frigidas tuſſes, orthopnæas, pleuritides, vteri affectiones, alioſque morbos qui ex viſcoſo humore ſuboriuntur. Ad *Arthritidis dolores* mitigandos, & humorem peccantem per tranſpirationem reſoluendum, laudatur ſutus ex radicum foliorumque Vrticæ decocto. quod ad pulchras, albas tenellaſque manus & faciem reddendas, ſi eo abluantur, plurimùm conferre apud Falloppium legitur. Vrticæ autem radicibus, detracto cortice virente, vtuntur Chymici ad putrefaciendam aquam vitæ, imponuntque eas in Cucurbitam cùm ſecundò diſtillant.

Cæterùm non ſimpliciter intelligendi Macri Poëtæ Verſus:

Fœmina non modicè vim illi dicitur eſſe:
Vnde, nec immeritò, nomen ſumpſiſſe videtur.
Tactu quod exurat digitos Vrtica *tenentis.*

Etenim non ex eo mordicare nouit quòd impensè calida ſit: ſed huius caulis rigens ac duriuſcula lanugo, quæ aculeorum inſtar pungit & cutem vellicat: ſiquidem flaccida facta vel decocta Vrtica, haud quaquam vrit, lanugine ſcilicet illo genuino rigore. Æſtum porrò & puſtulas ab Vrtica excitatas, extinguit Oleum Roſatum, Oleum Oliuæ, vel Nicotianæ ſuccus ſubinde applicatum.

CHAMÆCISSVS, ſiue HEDERA TERRESTRIS:
Germ. *Gundelreb, Gundreb*: Gall. *Lierre terreſtre*: Italis *Chamaciſſo*.

Plantæ huius hiſtoriam quæ in Claſſibus omiſſa fuerat, hic referimus. Dioſcorides ſic tradit Dioſcorides: Chamæciſſus, ait, quem quidam *Chamæleucen*, *Segetalem Hederam*, *Terræ coronam*, & *Selenitem* appellant, ac Romani Hederam ſylvaticam, *Folia* Hederæ ſimilia habet, ſed minora tenuioraque, ac in [illegible] amara: *ramulos* à radice dodrantales, folioſos, per terrâ ſparſos, quinos ſe [illegible] ſue. *Flores* Violis ſimiles, minores tamen [illegible] gracilem [illegible], candidam, inquidem. Naſcitur in cultis. Folia, addit, vrinæ bibunt Iſchiadici 30. aut 40. diebus: ſenis aut ſeptenis Icterici.



Plinius in *Ciſſi* & *Chamæciſſi* voce valde ſimplicitus eſt, & à Dioſcoride alienus: Theophraſtus verò terreſtris & in altum ſpblaræ Hederæ meminit.

quidem, ſed Chamæciſſi nuſquam, vt rectè notat Dalechampius. Inde inter Recentiores variæ ac diverſæ de eo ſententiæ. Chamæciſſum Antiquorum vulgarem eſſe Hederam terreſtrem negantibus Cordo, Matthiolo & Maranta: affirmantibus verò contrà, & cum vulgari appellatione conſentientibus, Trago, Fuchſio, Dodonæo, Lobelio, Cæſalpino & aliis nonnullis.

Hederam terreſtrem inſcribunt Brunfelſius, Tragus, Matthiolus, Tabernæmontanus & alij: *Chamæciſſum* Dodonæus Gall. Fuchſius & Ruellius: *Humilem Hederam* Lobelius: *Chamaclema* Cordus, apud quem male poſita Icon *Floris tinctorij*: *Elatinem* Brunfelſius, Gelnerus in Cat. Plant. Elatinem Dioſcoridis Comes à Neuenare ſed imperàm: ac tandem *Aſclepiada* nonnulli, quorum error manifeſtus. Sic Chamæciſſi nomine perperàm donantur etiam variæ aliæ Plantæ, *Volubilis minor*, *Helxine*, *Conſolida media*, *Conſolida regal*, *Gramen*, *Veronica mas*, & aliæ.

Cùm porrò magnitudine variet Chamæciſſus, maioris Iconem hîc damus. Paſſim autem ferme vbique prouenit, in cultis ac incultis locis, at potiſſimum vmbroſis, iuxta ſepes, parietes & hortorum areas. Viretque non modò Æſtate, ſed etiam Hyeme, ac quouis anni tempore: ab Aprili verò ad Æſtatem flores facit. Monſpelij, Lugduni, Patauij & Geneuæ, virentem obſeruauimus Ianuario ac Februario: florentem vero Martio, Aprili & Maio.


Scribit Lerius in Hiſtoria Americana cap. vltimo, cum omnes violenta & maligna Diarrhea inibi tenerentur: breui tempore ſanitati reſtitutos, ſolo vſu Pultis Oryzæ cum ſucco Hederæ terreſtris coctæ, admiſtis oui vitellis. Vidimuſque Nos Mulieres contuſam vetulam vtiliter apponentes, ad torſiones poſt partum. Fœlicemque eius vſum obſeruauimus in expellendis Vermibus equorum, ſi contuſa detur cum Auena.

Ad Titulum VERBASCVM,

Mantiſſa.

Officinis Tapſus vel potiùs Taxus dicitur, quoniam Toxicis aduerſari creditur. [illegible] etiam in ea opinione eſt Vulgus, quandoquidem obſeruatum fuit Muſtelas, poſtquam illæ cum Serpente conflixerunt, penè enectas & [illegible], hoc Tapſo paſtas, rurſus fieri alacres, & denuò duellum inſtaurare. *Candelariam* nominarunt Recentiores, [illegible] cauſibus ſeuo, adipe, aut pingui aliquo illitis, nonnulli pro [illegible] fidelis [illegible] vtuntur.

Ad Titulum BEEN ALBVM OFFICINARVM.
Been albo Officinarum ſimilis planta ſemper virens



Huic multi ab eadem *radice* prodeunt *rami*, palmares, craſſiuſculi, hiſpidi, lignoſique quidem ſed fragiles: in quibus naſcuntur bina ſemper aduerſa inter ſe folia, Bellidis folio non maiora, ab imo paulatim in latum expanſa, ſed in ſummo mucronata, viridia admodum & ſplendentia. E ſummis autem ramis alij enaſcuntur dodrantales, aut etiam pedales, geniculati, graciles, binis inter ſe oppoſitis anguſtioribus foliis ad ſingula genicula donati: quibus inſident membranaceis pinguibus calyculis incluſi *flores*, quinque bifidis foliis conſtantes, coloreque quodammodò carnei: è quorum medio tenua gracilia Incurvaque prodeunt ſtamina. *Radix* candicat, paucisque fibris prædita eſt, perennis tamen. Floret Iunio. Prouenit Cluſio ſemine ex Italia miſſo, Ocimoidis arborei ſemper virentis appellatione, iſque Lychnidem ſylueſtrem ſemper virentem inſcripſit. Camerarius hort. vocat *Ocimoidem arboreum*, vel potius fruticoſum, foliis Myrti, flore rubro. An *Melandryi Plinij genus*?

Ad Titulum HYPERICVM, ASCYRON, ANDROSÆMVM,

Mantiſſa.

Nomina ſunt Plantarum congenerum, ac quarum notæ pareſque pleræque omnes admodum ſunt ſimiles, vt eas cognominas facere non dubitarint Scriptores. Sic illi primarim huic aut illi debitas appellationes adeò miſcuerunt, vt, non ſecus quàm Romæ quondam in adoptionibus quibuſdam factum eſt, vt ſeruato antiqui & proprij generis nomine, adoptione quæſitum alterum illi adjiceretur. Sic ſeruata Hyperici appellatione *Hypericum Aſcyron*, & *Hypericum Androſæmon*, aliquando nonnulli vocauerint. Nec aliter poſteriores Latini de iis tradiderunt, quamuis Græci omnes, priuatimque Dioſcorides, ſeorſum de ſingulis docuerint.

Ad Titulum ALSINE FOETENS,

Mantiſſa.



Eo nomine ex Fab. Columnæ Iconem in Claſſibus delinius. Fœtida autem *Alſines* nomine donatur & hæc Planta, quæ palmaris eſt & ex frequentiſſimis *cauliculis* geniculatis, atque alicubi purpuraſcentibus, *folia* ex breuibus *pediculis* exerit, aliquo modo ſerrata & coniugata: è quorum commiſſione, & cauliculi alij, & minora *folia* alia ſubnaſcuntur. Iiſdem & *floſculi* verticillatim oriuntur, parui, muſcoſi, ex herbido pallidi. Quibus ſuccedunt *ſemina* parua, ex rotundo oblonga, Cannabibinis minora, ſed ſuperne pulchre ciliata. *Radix* albida, craſſiuſcula, flexuoſa & longiuſcula. De odore nihil pronuntiamus quia ſiccam Monſpelio accepimus.

SAMOLVS PLINII QVORVMDAM.



Pro *radicibus* fibras habet capillares albas: *caulem* vero ſubito altiorem: *foliis* ornatum alternatis, vncialem vnam aut alteram longis, ex oblongo per extremum ſubrotundis, glabris, neutiquam in margine inciſis, craſſis, pediculo nunc longiore nunc breuiore, ſemperque latiuſculo. *Caulis* ſuperius in ramos crebros finditur: atque hi denuò in alios minores in quib' *floſculi* parui, Anagallidis aquaticæ, ſed colore albo præditi. In aquoſis Illyriæ reperi. Et à Lobelio inter *Anagallidis aquaticæ* ſpecies recenſetur.

Ad Titulum ARGEMONE,

Mantiſſa.



Argemones nomine hanc inter Fuchſianas noſtras, emptitias reperimus: videntur tamen reclamare *folia* Papauerinis minimè [illegible].

Cæterùm cùm tria [illegible] Argemones generum meminerit Plinius, *easque maximè* probari tradat cuius radix Thus redoleat. Vnam tantùm Argemonem nouit Galenus, cuius herbæ vim tribuit extterſoriam ac diſcuſſoriam. Nec in Veteribus Græcis & Latinis Codicibus reperiri alteram Argemonem volunt pleriquæ & quæ tum de priore tum de altera apud Dioſcoridem nonnullos leguntur Codices, vt Suppoſititia remouenda eſſe. *Doctorum eſto judicium*. Argemonem autem Argemida etiam illi dici exiſtimat Hermolaus.

SCIAGRAPHIAE STIRPIVM CLASSI XXXI. ADDENDA.

Ad Titulum PLANTAGO,

Mantiſſa.

Plantaginis Indicæ ſiue Peruianæ, PAYCO dictæ, cuius magna in contra dolores nephriticos efficacia, meminêre Monardes, & ex eo Hiſtoria Lugdunenſis & Caſp. Bauhinus.

Ad Plantaginis genus referunt etiam, authore Cæſalpino, Theophraſti & Plinij THRYALLIS, *Biſmella* Theodoro dicta: nec non folijs latis Plantagineis exotica planta, quâ aduerſus venena & intoxicata tela vtuntur Indi, CONTRAYARVA ob id dicta.

Ad Titulum HOLOSTIVM,

Mantiſſa.

Herbam hanc nihil in ſe non molliſſimum habentem *Holoſteon*, quaſi totam oſſeam, per antiphraſin dici vult Plinius: quamuis id nomen illi ob ſtructuræ duritiem maluis conuenire exiſtiment alij. *Ολόστεον*, quaſi totum eſui aptum, legendum cenſent nonnulli. *rem expendant Docti.*

Monſpeſſulani Holoſtij Nos duas figuras in Sciagraphia proponimus, quia iam erant pictæ: neutra verò Dioſcoridis Holoſteum bene exprimit. Magnam autem cum Monſpelienſium Holoſtio conuenientiam habet Camerarij HABAVRAS.

Ad Titulum CORONOPVS,

Mantiſſa.

Coronopi hiſtoriam paucis perſtringit Plinius Libri 22. cap. 19. Coronopus, ait, herba eſt oblonga cum fiſſuris. Herbulam facit Dioſcorides oblongam, humi ſtratam, folia habentem inciſuris diuiſa, & radicem adſtringentem: locis incultis prouenire addens, in aggeribus, & ſecus vias. Theophraſtus vno loco inter ἀγριολάχανα eius meminit: alibi verò inter aculeatas atque alibi rurſus inter amaras: *Spinetam* & *Selaginem* vertit Gaza. Κορωνόπουν ὁμοίως ſcribit Paulus: ſed melius ac cum Plinio, Galeno & Ætio conuenientiùs, dixiſſet κορωνόπουν.

Coronopus porrò, & ſecundum quoſdam *Stellaria*, dicitur, quia Cornicis pedem, vel ſtellam, ſuis fiſſuris repræſentant folia, atque etiam ob aliqualem foliorum ſimilitudinem. *Cornu ceruinum*, *Sanguinaria* verò vel *Sanguinalis*, quòd ſanguini ſiſtendo apta ſit.

Ad Titulum PSYLLIVM,

Mantiſſa.

Pſyllij ſemen maximè in vſu eſt, authore Galeno, eſtque in ſecundo refrigerantium ordine, in ſiccando verò & humectando medium. Aqua in qua id quaſſatum, agitatum macerátumque fuerit, donec lentorem contraxerit, omnes inflammationes ſedat: ardentium febrium calores mitigat, ſitim reſtinguit, & in ore deranta aſperitates linguæ lenit, &c. Minimè tamen crebrò intùs hac mucagine vtendum: nimium enim eius venenoſum pronunciarunt Græci & Arabes, idque tale eſſe quotidiana docet experientia.

Duas diuerſas ſubſtantias in Pſyllio poſuere Arabes: frigidam ſcilicet in cortice, & calidiſſimam excitatoriamque aliam in medulla. Sed de hac diuerſa ſubſtantia nihil tradidere Græci, quamuis ipſi frequenter vſi ſint & cortice & medullâ.

Ad Titulum LEONTOPODIVM,

Mantiſſa.

Leontopodii nec Galenus, nec reliqui poſteriores Græci meminêre: ac quod Ætius & Apuleius *Leontopodium* nominant, nihil aliud quam *Leontopetalum* eſſe patet. Leontopodij autem nomine donantur, *Herba Stella*, *Pes Leonis*, *Caltha*, *Aquilegia*, *Pes leporinus montanum*, ac *Gnaphaly ſpecies varia*. At verum Leontopodium Matthiolus ſibi & alijs hactenus incognitum fuiſſe ſcribit: nec id Medicinæ eſſe debere, ſiquidem ad amatoria tantùm eo vſa fuerit Antiquitas.

Ad Titulum GENTIANA,

Mantiſſa.

Gentianam *Centauream*, *Chironiam* & *Alpinam Galliram* à nonnullis dici, additis rationibus, in Hiſtoria noſtra magna oſtendimus. Vbique prouentia, at in Illyrico præſtantiſſimam, aſſerit Plinius, calidam eſſe ordine tertio, & ſiccam in ſecundo, Auicennas. Vim verò omnem Gentianæ radici attribuit Galenus his verbis: Gentiana, inquit 6. Simpl. radix maximè eſt efficax ſi in opus extenuatione, abſterſione, purgatione, obſtructionis liberatione. Nec mirum ſi hæc poſſit: cum impensè amara ſit. Putredinis hoſtis eſt infeſtiſſima, & veneni mors, inquit Lobelius, peſtiſque adeò præſens remedium, vt non modò homini, ſed etiam brutis incolumitatem tueatur.

Ad Titulum POLYGONATVM,

Mantiſſa.

Multi vocum affinitate decepti pro *Polygono Polygonatum*, & viciſſim pro hoc illud, ponunt. Sed diſſimilis tamen multùm vtriuſque effigies; iacetque illud, hoc verò cubitali, plùs minùs, caulo ſemper erigitur. Perperam etiam, vel iudice Matthiolo, aſſeruit Manardus Ferrarienſis eam plantam *Polygonatum* eſſe quam nomine *oxacul* deſcribunt Mauritani: reclamant enim vtriuſque vires minimè eædem: & foliorum forma, huic Pyri, illi Lauri.

Ad Titulum LILIVM CONVALLIVM,

Mantiſſa.

Dalechampius apud Athenæum interpretatur *Oenanthen*, Anguillara *Theophraſti πόθον* eſſe putat, *Ephemerum non lethale* Fuchſius, *Callitam* & *Leontion* Lonicerus. *Callionymum* vocarunt nonnulli, & meliori ratione quam *Anonymum* alij.

Flores aduerſus Apoplexiam, neruorum reſolutiones, omneſque à frigida & humida intemperie morbos, auxiliares ſunt: eorumdémque ſuccus aut decoctum ſyncope, vertigine & morbo Comitiali correptis, vtiliter exhibetur.

Ad Titulum BISTORTA,

Mantiſſa.

Cùm de Biſtorta nihil apud Veteres reperiatur, Ruellius & alij *Secundam Catananceſ ſpeciem* eſſe putarunt. Sed eos errorie rectè notat Cordus, repugnant enim, Agricolâ teſte, radix & folia. *Dracunculum* & *Serpentinam* eſſe ab vniuerſa ferè Medicorum & Pharmacopolarum multitudine creditum fuiſſe ſcribit idem Cordus: ſed hallucinatos eos, calidum neque pro frigido potuiſſe. Alij *minorem Lappam* alij *minorem Bardanam*, alij *Aſtragalum*, alij *Limonium*, alij *Behen rubrum* vocarunt, ſed inualido itidem omnes fundamento: tolerabiliúſque fortè à multis *Britannica* nominatur. *Serpentariam* autem Herbarij & Officinæ dixerunt, quòd, vbi primùm è terra erumpit, linguæ Serpentis tenui pelle veſtitæ formam obtineat.

SCIAGRAPHIAE STIRPIVM
CLASSI XXXII. ADDENDA.

Ad Titulum VIOLA,
Mantiſſa.

Violam ἴον Græcis dici ſatis notum eſt: nominis verò originem ex Poëtarum Fabulis aliis expiſcandam relinquimus: Sic illis etiam de Latini apud Ruellium etymo conſtabit, ac cùr *Viola* dicatur quaſi *Vitula*. Nec neceſſe multùm diſputare, verùm *Viola* ſit *Vaccinium*, vt voluit Seruius, necne: cùm & apertè diſtinguat Vitruuius, & Virgilius *Vaccinium* à *Viola* differre ſatis oſtendit, cùm Ecloga 10 ait:

Et nigra Viola ſunt, & Vaccinia nigra.

Notabimus tamen quod ſcribit Theophraſtus: I. Ad iucundam Violarum olfactum ſolum cœlum quæ accommodatum, annumque talem aut talem, plurimùm conferre. II. Mirum Violæ florem odorem plurimùm reddere ſuauiſſimum, cùm eius nulla alia pars bene oleat. III. Denique Violæ flores diſtantes odoratiores ſentiri quàm proximos.

Ad Titulum IACEA TRICOLOR, FLOS TRINITATIS, *Mantiſſa.*

Plantam hanc inodoram ſoláque coloris elegantiâ & varietate placentem, *Florem & Herbam Trinitatis* vocat Tragus: *ſatiuamque & ſylueſtrem* hanc Violā eas eſſe credit quas Columella *Sarranas* vocat, ac quas *Phlogion & Phlogen* Plinius. Nonnulli, authore Geſnero, à colorum ſeptenario numero, *Heptachrum*.

Ad Titulum ASARVM,
Mantiſſa.

Aſarum Dioſcoridis cum Plinij Bacchari vnum & idem eſſe exiſtimarunt Veteres: aliter verò ſentiunt Matthiolus, Cordus, Dodonæus, Lobelius, Cæſalpinus & alij Docti. Nos in re tanti momenti litem ſub iudice relinquimus.

Minimè autem hic præterire poſſumus Matthioli ineptiam; Cùm radicibus Aſari ſimilem vim tribuat Galenus ei quam Acori radices habent: Senenſis ab eo maximè diſſentit, eò quòd in Acoro nulla ſit detectoris facultas. quaſi non poſſit Aſarum Acori habere facultates, etiamſi Acorum non omnes habeat Aſari facultates.

Ad Titulum CYCLAMEN, CYCLAMINVS,
Mantiſſa.

Duas Cyclamini ſpecies habet Plinius, eaſdemque quas Dioſcorides, ac duas etiam Barbari, Arabes & Mauritanici Medici, *Arthanitam* ſcilicet & *Bothormarien*: ſed illi tamen eas confundunt, Bothormaricam ſpeciem primam appellantes. Cyclaminum Autumno florentem eſſe *Perdicium Plinij ferum* exiſtimauit Anguillara. quod examinandum.

Cæterùm *Tuber terræ* & *Rapum* nuncupatur Cyclaminus, & *Vmbilicus terræ* & *Panis terræ*, & *Panis porcinus*: omnibus iis appellationibus à ſimilitudine ductis.

Ad Titulum ARISTOLOCHIA,
Mantiſſa.

Nomen ab eo habuit Ariſtolochia quod puerperis opitulari credatur, vt ait Dioſcorides, [illegible] ταῖς λοχείαις. Verum enim à partu purgat Ariſtolochia omnis, mouet menſes & abortum facit. Drotes confricatu detergit, gingiuaſque adſtringit & putredinem ab iis aufert: atque innumera alia (rotunda præſertim præſtat,) quæ hic coarctare longum foret.

Verus tamen meminit Theophraſtus, bis de illa ipſa eadem tradens, Dioſcorides tres quidem recenſet: ſed ignota, aut ſaltem indicta, illi fuit *Polyrrhiza*, quam quartam facit Plinius, & *Piſtolochiam* nuncupat.

Ad Titulum TVSSILAGO,
Mantiſſa.

Caule & flore adeò fugaciſſimis exit vulgaris notitiæ Herba hæc, vt Plinius, qui eorum tam ſubitam iacturam non animaduerterat, cum aliis deceptus, inter eos fuerit qui Tuſſilaginem ſine caule & ſine flore naſci memoriæ prodiderunt. Nec difficile admodum in iis errare, cùm perpauci ſint, quibus Tuſſilago, ſuis caulibus, floribus & foliis decorata, conſpecta facta ſit.

Eadem de cauſſa ſunt qui Arction Theophraſti eſſe aſſerunt, quod itidem ante foliorum ortum floret. *Arction* faciunt nonnulli ſed magno lapſu Ruellio, Ruſſio, Dodonæo & Hiſtoria Lugdun. teſtibus: nec mel [illegible] *Cacaliam*, alijque [illegible], legunt. *Vngulam caballinam* vocarunt aliqui, ob foliorum ſimilitudinem; *Farfaram* vel *Farfarellam* alij (Farraceam & Farfugium perperàm Plinius) vt quibuſdam videtur, ab [illegible] raci Fluuio Farfaro. *Filium ante patrem*, ob dictum præcoquum florum & caulium ortum, nominarunt aliqui. A compendio autem commodo quod anheloſis & tuſſientibus præſtat, [illegible] apud Græcos, & *Tuſſilaginis* apud Latinos, appellationem merito ſortita eſt.

Cæterùm ad frigiditatem & ſiccitatem inclinat: eſtque ad vlcera, abſceſſus, & cætera omnia pectoris mala, permagnæ efficaciæ, *Vſum* peculiarem norunt Practici.

Ad Titulum PETASITES,
Mantiſſa.

Perſolatam Plinij exiſtimant nonnulli, ſed magno errore, & falluntur etiam qui *Perſonaciam* ab eodem Plinio pro Petaſite ſumi putant. *Chamæleucen Plinij* eſſe voluit C. Bauhinus: at meliùs noſtro iudicio, eius *Chamæleucem* ad *Tuſſilaginem* referunt Hermolaus, Tragus, Cordus, Geſnerus, Lobelius & Cæſalpinus. *Maluam equinam* dici poſſe exiſtimauit aliquando Tragus, ſed perperàm. Matthiolus nunc *Perſolatam Plinij* vocat, nunc *Perſonaciam*, nunc *Magnam, Maiorem, & Magnam Tuſſilaginem*: & quibuſdam in locis *Petaſiten* eſſe aſſerit, in aliis negat: ea eſt hominis inconſtantia. [illegible] memineſcere Lobelius. *De huius plantæ Viribus* agitur ſub finem huius Appendicis.

Ad Titulum ARCION, PERSONATA,
Mantiſſa.

Quamuis de *Arcio* & *Arctio*, vt minimè diuerſis plantis, ſcribat Galenus: illudque tamen primum faciat, hoc ſecundum. At quamuis etiam *Arction* cum *Arcio* confundat Plinius vocum vicinitate deceptus. Diuerſæ tamen ſunt Plantæ quas non ſolùm diuerſis Capitibus, notis & viribus deſcripſit Dioſcorides; ſed etiam omnes Græci Medici & Herb. ſeparatim ſeorſimque deſcripſerunt.

Cùm autem *Arctia* ſiue *Perſonata* foliis vterentur olim qui in theatris, aliiſque locis publicis, Populo aliquid dicturi cognoſci nolebant: *Perſonatæ* nomen ob id apud Latinos obtinuit, & *Proſopidis* apud Græcos. *Perſolatam* nonnunquam inſcribit Plinius, ſed perperàm. Spuris Nomina hic examinare non licet.

SCIAGRAPHIAE STIRPIVM
CLASSI XXXIII. ADDENDA.

Ad Titulum BORRAGO,
Mantiſſa.

De Borragine vulgò dicta nihil ſpecialim tradidiſſe exiſtimantur Priſci. Verum verò eorum Bugloſſum ſit necne, non dum ſatis notum eſt, dubitantibus nonnullis, vt Cæſalpino, Anguillara & aliis: abſolutè negantibus Monachis & eorum aſſeclis: aſſirmantibus verò cum Leoniceno & Marcello Virgilio, Nonard. Salmo, Cordo, Fuchſio Cornario, Ruellio, Matthiolo, Agricola, Lacunâ, Apollinari, Geſnero, Dodonæo, Lobelio, atque aliis in Herbaria peritis. Nec diſplicet harum opinio, cùm Borraginis optimè conueniat Bugloſſi apud Dioſcoridem deſcriptio.

Ad Titulum BVGLOSSVM,
Mantiſſa.

Bugloſſum *Cirſium* eſſe exiſtimarunt Amatus, Rheginus, Robertus Conſtantinus,& alij: negant Monachi, Matthiolus, Lacuna, & alij etiam. *Lycopſin* eſſe contendit Anguillara: *Echium* Fuchſius, Ruellius & alij: ſuis quos omnes habent magni momenti rationes. Quis itaque Scriptorum diſcordes admodum mentes conciliet? Bugloſſum autem humidi euidenter eſt temperamenti, ſed in calore frigoréque medij. Aquæ ex eo diſtillatæ, Conſeruæque ex eo factæ,cor roborandi & triſtitiam ab eo remouendi vim habent, ſuntque in omnibus febribus vtiles. Semen mulieribus lactis copiam facit. Herba, radix & ſemen per ſe ſingula, aut ſimul omnia, in vino cocta, potaque venenum à corde arcent, & ſanguinem mundum reddunt. Cibo gratiſſimo Flos Acetarijs inſpergitur: ſed ſi ſuper ijs aliquanti per immoretur, ex cæruleo in purpureum vertitur: Ea verò pro ſuperſtitioſis habemus, quæ de Febrium per Bugloſſum curatione tradunt Dioſcorides & Plinius. At *Borraginem* vnam eandemque cum *Bugloſſa* habere virtutem, vnámque pro altera vſurpari, ac earum nomina inter ſe confundi, pro certo ratóque habendum eſt.

At Titulum ANCHVSA,
Mantiſſa.

Cum fuco pigmentiſque illinere Græcis ἀγχούσειν fuerit, inde dicta fuit Anchuſa, inquit Lobelius: à radicis ſcilicet florido & ſanguineo colore, cui (vt tam olim à Dioſcoride indigitatum) totius plantæ cognitionem debemus: vtpote quæ, propter eam quam cum Echijs, Lycopſide & Bugloſſis habet ſimilitudinem, alias vix innotuiſſet.

Ad Titulum LITHOSPERMVM, MILIVM SOLIS,
Mantiſſa.

Lithoſpermon, authore Dioſcoride, à ſeminis duritie nomen accepit. *Lachrymam* & Lachrymam Mariæ nuncupant aliqui, *Milium ſolis* Officinæ: licèt rectiùs fortaſſis, Lobelio & Matthiolo indicibus, *Milium Soler* vocaretur: quandoquidem, vt ſcribit Serapio, frequens admodum naſcitur in montibus Soler, vnde illi aptiùs fortè à natali loco, quàm à Sole, cognomentum imponeretur.

Inter omnes Herbas, ait Plinius, Lithoſpermo nihil eſt mirabilius: tantus decor, vel ex artificum arte, albarum inter folia emicantibus margaritis. Lapillos ille magnitudine Ciceris eſſe ſcribit; Dioſcorides Eroi: at multò minus ſemen profert noſtrate Lithoſpermum, quod fortè, vt vult Fuchſius, ſoli diuerſitati referendum.

Naſcitur in aſperis & editis locis: floréque circa Solſtitium Æſtiuum, & Autumno ſemen perficit: Calefacit porrò & ſiccat ſecundo ordine, vrinas mouet, meatus aperit, obſtructiones ſoluit, fœminas ægrè parturientes iuuat, ac, ipſo perhibente Dioſcoride, calculos frangit, aperit & expellit.

Ad Titulum SYMPHYTVM MAGNVM,
Mantiſſa.

Symphytum maius inſcribunt Caſtor, Agricola, Cordus & Camerarius: *Symphytum* ſimpliciter Lonicerus: *Symphytum Album* Lobelius in Aduerſ. Icon. & Obſeru. *Symphytum alterum* Anguillara, Lacuna, Cordus & Turnerus: *Conſolidam maiorem* Brunfelſius, Tragus, Camerarius, Lobelius, Cordus, Matthiolus & alij. *Mirum* autem quod de ea perhibet Dioſcorides: Carnium fruſta quibuſcum coquuntur eius radices, ſimul cogi & coaleſcere.


Ad Titulum HELIOTROPIVM,
Mantiſſa.

Herbam Clytiæ vocant nonnulli, quòd in hanc mutata fingatur à Poëtis: vnde Verſus

Herba velut Clytia ſemper petit obuia Solem,
Sic pia mens Chriſtum, quod prece ſpectat, habet.

De ea hæc Plinius: Heliotropij, ait, miraculum ſæpiùs diximus, cum ſole ſe circumagentis, etiam nubilo die, tantus Syderis amor eſt, &c. Sic habent Ruſtici *Horarium*, vt annotat Marcellus, quod nubilo cœlo diurna horarum ſpatia oſtendat.

HELIOTROPIO SIMILIS PLANTA.



Frequens per humum ſupinos ſpargit *cauliculos*, palmares & ſeſquipalmares, ramis multis brachiatos, tenues: *folijs* veſtitos ex viridi cinereis, aſperis, oblongis, & per extrema ſubrotundis. *Flores* luteolos excipiunt *ſiliquæ* oblongæ, in ſtylum deſinentes, cinereæ, hirſutæ, duobus locis *ſemina* ruffa continentes. *Radix* parua, longa, alba.

An eſt planta illa Heliotropio ſimilis, cuius meminit Plutarchus, ac cuius ſucco Incolæ ad Fluuii Hydaſpis portus ſe inungunt, vt immoderationis caloris incommoda facilius ferre poſſint.

SCIAGRAPHIAE STIRPIVM
CLASSI XXXIV. ADDENDA.

Ad Titulum SOLANVM,
Mantiſſa.

Solanum hortenſe ſiue vulgare, quod primo loco pinximus, *Solatrum* & *Solanum* ſimpliciter; *Solanum ſatiuum* & *Solanum nigrum*, ac *quod edendo eſt*, à Recentioribus inſcribitur. Dioſcoridi dicitur Frutex eſculentus & innocentis guſtus, haud magnus, folijs nigris, &c. *Variat* autem magnitudine, folijs magis minúſve laciniatis, & acinis, rubris luteis, fuſcis & nigris vel nigricantibus. Non ſolùm porrò in hortis gignitur, in quibus alias Herbis permixtum reperimus: verùm etiam ſecus vias, agrorum margines, ſepimenta, veteres parietes & rudera, frequens obſeruatur. *Æſtate* tota ac in multum Autumnum, floribus albis nauſeum reperitur. *Vim* autem ei reprimendi & refrigerandi aſſignant Dioſcorides, Plinius, Galenus, & reliqui Scriptores plerique omnes. Vſum particularem non perſequimur.

Ad Titulum HERBA PARIS,
Mantiſſa.

Aconitum Pardalianches eſſe exiſtimarunt Cordus, Fuchſius, Cornarius, Lonicerus & alii. An ſit dubitat Turnerus. Eam verò opinionem refutant, reiiciúntque Tragus, Dodonæus, Hiſtoria Lugdunenſis, Lobelius & Geſnerus qui. *Sylueſtriū Solani generi* potiùs appellandum cenſet: *Doctorum eſto iudicium*, Nobis tamen pro negatiua Sententia ſtrenuè militare videtur, quod Paridis herba multùm refrigerat, calida verò ſunt Aconita omnia.

Ad Titulum MANDRAGORAS,
Mantiſſa.

Mandragoram *Circæam* nuncupanêre nonnulli, à Circe Solis filia, Veneficâ illa & procurandi amoris artifice, quòd crederetur radix ad amatoria conducere. *Antropomorphon* vocauit Pythagoras, & *Semihominem* Columella, ob radicum formam.

Mandragoram ab odore diſtinxit Cardanus, vnumque bene olēte, alterum verò malè, atque itidem parum, tradit. Sed negat è genere Solani eſſe, quòd frigidi ſit temperamenti. Solanum fortè illi calidum erat? Mandragoram autem in tertium refrigerantium ordinē reponit Galenus, nõnihil deſiccare addens, & ſoporē conciliandi vim habere. Omnes verò eius partes ad magnos in Medicina vſus adhibet Dioſcorides, de quibus cõſulantur eius interpretes. Cæterùm fictitias illas hominē repræſentantes *Mandragoræ imagines* quas oſtentant Agyrtæ & Impoſtores: iuſtaque omninò eſt Senenſis Commentatoris in illos Cenſura: de qua Nos, vt & de Fiam Ioſephi Radice BAARAS, quam huic Fabulæ occaſionem dediſſe exiſtimat Matthiolus, in Hiſtoria noſtra magna fusè agimus.

Ad Titulum MALA AVREA, LYCOPERSICVM, *Mantiſſa.*

Pomum aureum, Pomum Amoris & Pomum Solanis cognatum, inſcribunt vulgò Herbarij *Lycoperſicum* eſſe cuius meminit Galenus 4 Simpl. opinantur Anguillara & Camerarius: quamuis alij, caſte Iulio Alexandrino, *Tegitem Indicum* eſſe velint. Gaſnerus verò *Stramonium*, vel fortè *Cardiacam*.

Refrigerant autem *Mala aurea*, ſed minùs quàm Mandragora, alimentumque quod corpori præbent perexiguum eſt & vitioſum. Humorum tumultum compeſcit ſuccus, Eryſipelatiqua & ignibus ſactis vehementer obluctatur. Poma in Oleo cocta ad ſcabiem ſunt efficacia: ſitque ex ijs Arte Chymica *Oleum* ad partes igne adustas vſtas curandas percommodum: eodemque Oleo temporibus & capite inunctis conciliatur ſomnus. Spirat porrò tota planta viroſum odorem.

Ad Titulum STRAMONIA ALTERA MAIOR, *Datura.*

Habetur etiam in Europæis hortis hæc Stramonia, cuius fructum DATVRAS fructui per omnia ſimilem pronunciat Acoſta. Naſcitur autem DATVRA in Malauar, autor rerum Indicarum Scriptores, vmbroſis locis & ſecundum aquas: iniiciturque à furibus Daturæ flos, aut eius ſemen, in cibos eorum quos deprædatur volunt, iique in riſum ſoluti mente per 24. horarum ſpatium alienantur, magnaque cum libertate quodcunque libitum eſt, furibus deprædari permittunt.

Ad Titulum STRAMONIA, NVX METHEL, *Mantiſſa.*

Nux Methel, ex authoritate Auicennæ. Serapioni eſt fructus ſimilis *Nuci vomicæ*, & ſemen eius ſimile Semini Mandragoræ. Ex ſententia omnium tum Syriorum tum Ægyptiorum Phyſicorum, fructus eſt, ait Andr. Bellunenſis cuiuſdam Plantæ magnitudine & folijs Melongenæ ſimilis, & eſt veluti nux aſpera, cortice ſpinoſo, intus ſemina habens Pomi Mandragoræ ſeminibus ſimilia. Methel autem, tam Officinæ quàm Medicorum vulgus. *Vomicam Methellarum* loco vſurpare, & viciſſim, damnat Matthiolus: ſiquidem Methella Rhazis teſtimonio, ſtuporem faciat, inebriet, nauſeam & vomitum faciat, ac vt plurimùm pernicioſa exiſtat.

POMVM DE HIERICO, MELONGENA.

Melongena in Arabum Codicibus primùm celebrata fuit. Hanc quidam ſuſpicantur eſſe *Solanum Pomiferum fructu rotundo*: alij *Solanum Pomiferum fructu oblongo*: atque alij *Solanum Pomiferum fructu nigro ſpinoſo*.

Ad ea Pomifera Solana [vltimum præſertim & antepenultimum] refertur Ferd. Imperati *Pomum de Hierico*, quod plantam dicit eſſe in Italia peregrinam, nec ab vllo deſcriptam. *Folia* autem, ipſo met authore, producit candicantia, ſimillima folijs Melangianæ Italis dictæ, ſed paulò minora. *Caulis* & foliorum coſtæ ſpinoſæ ſunt: *flores* cærulei, inſtar florum Bugloſſi: *fructus* rotundi, Pomi inſtar (*in moda de Mela*) antequam matureſcant virides, cùm verò maturuerunt flaui: ſapore inſipido & aliquantùm odorato.

DVRIOA.

Durion herba eſt in Indiæ Goa proueniens, efficaci ad ſomnum & ſtolidum ſoporem virtute, ſi vinum aut cibo inſpergatur. Hanc Maritis præbent Mulieres, iiſque turpi ſomno victis, ac velut mente captis, adulterino coitu illudunt. Fiunt ex ea & alia veneficia, parantur que in maritorum caput inſidiæ, & noxiæ potiones, morte in certum tempus, citrò nunquam irrito, deſtinatâ & prorogatâ. Et pariter Fœminis ab irato Marito certa Mors. *Linſchottanus.*

AD TITVLVM PAPAS AMERICANVM, PYCNOCOMON, *Mantiſſa.*

Pycnocomon Dioſcoridis & Plinij authoritate, *folia* habet Erucæ ſimilia, ſed aſpera, craſſioraque: *caulem* quadrangulum: *florem* Ocymi: *fructum* Marrubij, *radicem*que intus pallidam, exiguî Mali figurâ, terram olentem. Eam atque fructus & folia dicit Galenus digerendi attrahendique habere facultatem.

Ex recentioribus F. Columna *Succiſam* ſtatuit eſſe Pycnocomum, *Vlmariam* Tragus & Lonicerus, *Reſedam Luteam* Anguillara, *Barbam capræ ramoſam* nonnulli, PAPAS AMERICANVM plurimi. Meliùs verò id inter Plantas hodie incompertas & incognitas referunt Dalechampius, Cornarius & Matthiolus; quamuis eam opinionem carpat Guillandinus.

Ad Titulum TABACVM, NICOTIANA, *Mantiſſa.*

Miras & innumeras Tabaci *vires* & *facultates* ad Cephalæas, Hemicranias, Tetanum, Dentium dolorem, pectoris vitia, Lienis obſtructiones, ſtomachi cruditates, ventris tineas, vteri ſuffocationes, articulorum dolores, carbunculos, ictus morſuſue venenatorum animalium, vulnera recentia, impetigines, ſcabiem, herpetes, famem & ſitim ſedandam, aliaque plurima in Hiſtoria noſtra magna recenſemus. Nec tantùm hodie in vſu eſt, ſed etiam in abuſu: ita indifferenter & immodeſtè eo vtuntur omnes. Siccum autem, quod ſatis notum, Tabaci folium tubulo inſertatur; deinde illo vnâ è parte accenſo per alteram fumus odorque vtrinque patente ore naribuſque excipitur: ſeque dolorum lenimenta, famis ſitiſque obliuionem, & hilaritatem quandam initio, poſt, largiore vſu, etiam ebrietatem, veluti à meraciſſimo Vino, aſſert. Expurgantur verò eo modo multi per os, abſumunturque cerebri ſuperflui humores.

Ad Titulum ELLEBORVS, *Mantiſſa.*

Elleborus *albus* & *niger* æquiuoca dicuntur Theophraſto; ſed facie differre. Eum verò adeò abſurdas ait Scaliger recitare de Elleboro ſententias, vt pudeat; *examinent eas docti*. In *Album* & *Nigrum*, vt in ſumma genera, diſtinxêre etiam Dioſcorides & Plinius: & *Veratri* appellatione donarunt, quòd mentem vertat. Eum verò qui in Anticyra naſcebatur cæteris præferebat Dioſcorides, vnde prouerbio, quo *parum prudentes Anticyram relegamus*, factus eſt locus. Hodie experiuntur Stiriacum, ſoliique & cœli Germanici clementiori indolaq; mitiorem produceret eo qui in calidioribus locis prouenit.

In vſurpando porrò quamuis cum Meſuæo ſemper meticuloſiores fuerint Medici, eorum tamen inaptam ridet Matthiolus formidinem qui eo vti verentur; ſeque vel ſexcentis hominibus eius dilutum abſque incommodo exhibuiſſe teſtatur. *Vſum* particularem notent Practici & Seplaſix: addemus tantùm aliquid in genere ex Macri Poëſi:

Helleborum, ait, geminas ſpecies teſtatur habere:
Album, *quod ſurſum purgat*, Nigrumque *deorſum*.
Vim ſiccam calidamque tenet, & tertius illae
Eſt in vtroque gradus. Nigro *violentius* album: &c.

Ad Titulum SESAMOIDES, *Mantiſſa.*

Cùm ex purgantium numero ſit Seſamoides, & Veratro potentiâ ac viribus proximũ, opportunũ eſt hic aliquid de eo tradere. A Seſami autem forma & ſimilitudine Seſamoides nomẽ, vt ait Plinius, accepit. Id verò duplex facit Dioſcorides, *Magnum* & *Paruum*. At cùm nec Magnum nec Paruum hodie ſeparatus, nec facilè Dodonæo, Senenſi Commentatori & alijs eoſ rectibus agnoſci poſſit; has plantas perquirendi curam iis relinquemus, qui nauigationibus Anticyram petunt.

Harua

HERBA COHOBBA INEBRIANS.

Huius meminit P. Martyr his verbis: cùm deliberandum, ait, de annona, de incolumitate, (Zemes Deos ſuos) ſcilicet Hiſpaniolæ Inſulæ conſulunt domini, Zemes dicatam ingrediuntur, ibique per nares abſorpta Cohobba (ſic Herbam vocant ebriantem,) in furorem ilico vertuntur. An Nicotianæ ſpecies quæ?

HERBA CASSIANA FAMEM SITIMQVE RETARDANS.

E Caſſianæ (quæ Nicotianæ fortè etiam ſpecies aliqua.) herbæ ſucco potionem conficiunt in Florida, quam, cùm locum periculoſum ire conſtituunt, bibunt, eóque famem & ſitim per viginti quatuor horas tollunt.

Ad Titulum SANICVLA,

Mantiſſa.



Saniculam veram Officinarum, Diapenſiam etiam dictã, quã Marem vocãt Scriptores in Sciagraphia noſtra depinximus: Fœminam verò dictã, quã ad Elleborum nigrum referũt nonnulli, pictã dedimus: nec aliã opus erat, ſi verũ eſt quod aiunt diſſimus, eam formã & facultate ad verã Saniculam optimè accedere. Refert verò ad Conſolidas Sanicula vera; ſtatuuntur que calida & ſicca in ordine ſecundo. Internis & externis vulneribus, Sanguinis eruptionibus, vlceribus, dyſenteriis, vulſis & ruptis auxiliatur, decocta, pota & impoſita. Atque quanti in eiuſmodi affectibus fiat, oſtendit ſatis vulgò iactatũ Adagium: Non opere Chirurgus qui Saniculam habet. Vnde etiam an alia opinentur à ſanando dixiſſe exiſtimat. Nos cùm Maris Saniculæ recuperandæ occaſionem habuerimus, eius figuram hic tradimus.

Ad Titulum ACONITVM, TOXICVM,

Mantiſſa.

Nonnulli, authore Ruellio, Toxica, Taxica olim dicta fuiſſe exiſtimant à Taxo, ſcilicet arbore, cuius opinionis fuit etiam Plinius. Sed non ſatis diſtinguuntur hæc venena apud Dioſcoridem & Nicandrum: ac quæ, quæſo, præterea inter ea conuenientia? Sunt omnino ſibi aduerſa vtriuſque Symptomata. Taxus vniuerſo corpori frigus infert. Toxicum verò inflammationem & furorem. Errant porrò plurimum qui ab Helenio peril ſoliti fuiſſe exiſtimant, qui quid tale apud Græcum legatur: mirum enim detectum eſt Helenium. Putarunt nonnulli Toxicum non fuiſſe ſimplex genus ſtirpis, ſed Venenum quoddam compoſitum. Mihi tamen arridet Mercurialis opinio, qui Toxicum neque ſtirpis alicuius venenatæ, nec Medicamenti compoſiti genus fuiſſe cenſet. Sed appellatum fuiſſe Toxicum omne Veneni genus, quo tela & Sagittæ, quæ à Græcis τόξα & τοξεύματα vocantur, inficiebantur. Atque Etymologia eorum videtur opinio qui Toxicum dictum volunt, quod hauſtum vel potum è veſtigio interimat hominem, inſtar Sagittæ. PHARICVM VENENVM etiam meminit Dioſcorides, ac quo, vt Toxico, vſas ſcribit olim Nationes cum hoſtibus pugnaturas, quale ſit hodie ignoratur.

Ad Titulum ACONITVM.

Mantiſſa alia.

Aconitum in genere inexpugnabile venenum fuiſſe ſcribit Euſtathius in Dionyſium Afrum. In ſpecie verò nomen Aconito ab ipſis cautibus præruptiſque & ſaxoſis locis, in quibus proue-nit, ac quæ Græcis ἀκόναι dicuntur, præter Theophraſtum & Plinium, ſentit quoque Ouidius Metamorphoſ. 7. vbi hæc leguntur:

> *Quæ, quia naſcuntur dura viuacia cote,*
> *Agreſtes Aconita vocant.*

Et Auſonius in Idyll.

> *—— dura Aconita creat cos.*

Agatharchum Tyrannum plurimos Aconiti Veneno ſuſtuliſſe narrat Theopompus; Ariſtotelem ex Aconito hauſto 70. ætatis anno mortuum eſſe, Diogenes Laertius. Menander verò in Inſula Ceo Lege ſanctitum fuiſſe, ne turpiter viuerent qui bene viuere non poſſent: nempe vt iſti ætate capulareſque ſenes, Aconito vitam finirent, ne reliquis alimentum deeſſet.

Ad Titulum NAPELLVS,

Mantiſſa,

Auicennæ & Arabum Napellum cum Toxico Græcorum venenum idem eſſe venenum exiſtimarunt Manardus & alii. Aconiti ſpeciem ſtatuunt nonnulli, nec ea reiicienda opinio: ſiquidem, vt ait Auicenna, Napellus eſt venenum perniciosum, naturâ in ſummo caliditatis & ſiccitatis gradu.

Animal verò quoddam eſſe quod è Napello nutriatur, & naturæ eius maleficã totã ſuã ſubſtantiã aduerſetur, aſſumentemque ab omni periculo vindicet, à Rerum Phyſicarum Scriptoribus traditur: verum verò Muſcam vel Muſcam ambiguunt. Napellus, inquiunt Pena & Lobelius, à quouis animalium vitibatus perſtat, præterquàm à Muſcis, quæ illi tomentum inſidant, floribus fermè concolores, ac maiores quam communes, &c. Cæterum MVSAM NAPELLI fruſtra & diu, multis auulſis plantis, quæſiuimus. Sic alii inquirant curioſius. Nos nec Muſam nec Muſcas in Napello obſeruauimus.

Ad Titulum TITHYMALVS, ESVLA,

Mantiſſa,

Eſulæ nomen Tithymalorum generibus omnibus imponitur, Meſue Alſcebram nominat. Hodie Eſula minor tantùm, Meſue exemplo, in Officinis recipitur: quæ vtrum ſit Veterum Tithymalus Cypariſſias, Pityuſa, inter Matthiolum & Fernelium controuertitur, ſed tamen vtramque vtilem eſſe conſtat. Et, ſi Trago credendum, vtiliſſima inter omnes Eſula ea eſt, quæ longis & ſtrictis, velut Linaria, foliis veſtitur, quæ dubio procul Tithymalus eſt Cypariſſias. Is tamen, Dioſcoride & Plinio authoribus, Characiæ, Myrſinitæ, Paralio & Helioſcopio vim habet ſimilem. Hic igitur Sapientum de ea opus. Pityuſam verò Dioſcoridis, Alſcebram Meſuæ, Mebe vrega Arabum, & Eſulam maiorem Officinarum, vnum & idem eſſe ſtatuerunt Matthiolus, Fernelius & alii Docti.

Eſt autem Eſula aquis acria & vrentis facultatis, & cuiuſdam aromaticitatis particeps. Folia, Radix & Semen tertium attingunt caliditatis gradum, Lac ſiue Liquor quartum. Validiſſimus itaque eſt Liquor. Secundum locum ſibi folia & ſemen vendicant: eſtque radix eiuſdem, ſed mitioris, aſtringe. At robuſtorum tantùm corporum remedium eſt, vnde etiam Ruſticorum purgatorium vocabat Meſueus. Præparandi, corrigendi & vtendi modum hic non tradimus. Vtræ verò humanæ inſidiantur, qui pro Turpetho Eſulæ maioris corticem ſubſtituunt,

LATHYRIS,

Lathyris quàm aliqui Tithymalum appellant, ac Tithymalorum numero adſcribunt, caulem, authore Dioſcoride, emittit cubitali altitudine, & digitali craſſitudine, inanem. Gignuntur in cacumine alæ, & folia in caule oblonga, Amygdalinis proxima, longiora & leuiora: in ſummis autem ramulis minora ſunt. In cacumine fructum ſummis ſurculis gerit, triplici loculamento inſignem, rotundum, ceu Capparin, in quo grana, intercurſantibus membranis, inter ſe diſtincta continentur, Erui maiora, rotunda, quæ dum corticibus exuuntur, candida ſunt & dulcia. Totus frutex lacteo ſucco turget, vt Tithymalus.

Facultate autem proximè ad Ricinum ſiue Cataputiam maiorẽ accedit, vnde etiam Cataputia minor vulgò inſcribitur. Formali proprietate pituitam, aquas citrinas & bilem ducit: ſed niſi corrigatur, violenter corpus impellit, & vomitum concitat. In vſum veniunt folia, lac & ſemen: hocque eodem modo quo Ricini ſemen præparatur & exhibetur à ſeptem granis ad duodecim. Folia & Lac eandem cum Eſula præparationem recipiunt. Succus vel Lac dentium, præcipuè cauorum, dolorem mitigat: ſed praemunienda cerâ vicinia. Idemque ſuperfluam vlcerum carnem, verrucas & clauos exſtirpat.

SCIAGRAPHIAE STIRPIVM CLASSI XXXV. ADIENDA.

Ad Titulum PORTVLACA,

Mantiſſa.

Peplin à nonnullis Portulacam ſylueſtrem appellari authorem habemus Dioſcoridem: eáque fortè de cauſſa *Portulacam* cum *Peplio*, herba diuerſiſſima, confundit Plinius. Sed Dioſcoridis de Portulaca ſylueſtri Caput non admittunt omnes, vt id etiam non habent Editiones aliquæ: ſicque corruit Plinij opinio. *Portulacam* autem *Portulacam* dicendam exiſtimabat Adrianus Turnebus in Adu. quòd foliis portulac imitetur. Aliud verò prorſus eſt Portulaca arbor, Theophraſto *ἀνδράχνη* dicta.

Cæterùm in dyſenteriis, muliebri profluuio, & ſanguinis reiectionibus, vtiliter editur Portulaca, æſtuantéſque, ſiue aſſumpta ſiue admota, mirificè iuuat: vlcera oris tumoremque gingiuarum, & dentium dolores, commanducata ſedat: in epiphoris fronti & temporibus applicatur, &c.

Ad Titulum RHODIA RADIX,

Mantiſſa.

Radicem Rhodiam flore & ſemine carêre aſſerunt Galenus & Fuchſius: aſt contra rei veritatem. Cordo enim flores & ſemina protulit, et etiam *Nobis* Montbelgardi in S. P. Horto. Calida autem eſt in ſecundo ordine, ac ſecundum Galenum tenuium partium diſcutientiſque facultatis. In frigiditate & ſiccitate temperata eſt, ac in Cephalalgije præcipuæ commendationis.

Ad Titulum ANACAMPSEROS,

Mantiſſa,

Quod Anacamſeroti apud Dioſcoridem ſit nomen nihil certi apud Herbarius: nam alius *Scrophulariam*, alius *Fabam craſſam*, alius *Portulacam maiorem*, alius *Sempervivum*, & plurimi, vt in Sciagraphia dictum, *Telephium* nominant. Eorum verò, vel iudice Tragu, reijcienda prorſus opinio, qui, propter radicis formam, ad *Satyria* pertinêre arbitrantur.

Ad Titulum COTYLEDON, VMBILICVS VENERIS,

Mantiſſa.

Cùm duo ſint eius genera, eadem, authore Dioſcorida, facit *Alterum* quæ Semperuiuum. *Primi* verò ſuccus inflammationibus, ignibus ſacris, ſtrumis & perniunibus, litu auxiliatur, ſtomachi ardorem mitigat, & contecta genitalia nudat. Folia cum radice comeſa calculum frangunt & vrinam cient: faciſque herba ad amatoria. Refrigerare, *repercutere* & abſtergere ſcribit Galenus.

Ad Titulum SEDVM MINIMVM FLORE LVTEO,

Mantiſſa.

Tertium eſt illud Dioſcoridis Semperuiuum aredirum quod aliquos Portulacam agreſtem aut Telephium vocare tradit, Romanos verò *Illecebram*, puſillis foliis craſſiuſculis, ad Portulacæ ſimilitudinem, ac denſis in petris naſcens. Et huius opinionis aſſeclas habemus, inter alios, Cæſalpinum, Matthiolum, Dodonæum, Lobelium, Geſnerum, Anguillaram, Fuchſium, Amatum, Cluſium, Hiſtoriam Lugdunenſem & C. Bauhinum.

Ad Titulum OPHIOGLOSSVM,

Mantiſſa.

Serpentinam vocant aliqui. alij *Lanceam Chriſti*, & *Luciolam*, quòd noctu luceat: *Ophioglоſſum* verò & *Monophyllum* plærique omnes. Prouenit in humidis & paluſtribus pratis: ac colitur etiam in hortis, & vmbroſa amat. Viret autem & viget ab Aprili in Iunium vſque, eſtque radix annis contumax.

In caliditate & frigiditate temperatum habetur, ſiccum verò eſt in ſecundo receſſu: & ferè Symphyti facultates obtinet; atque eſt ad recentia vulnera conglutinanda, & ad ramices curandos, miræ efficaciæ.

Ad Titulum ALOE,

Mantiſſa.

Res ſunt plane diuerſæ *Aloes lignum*, *Aloes herba*, & *Aloes ſuccus*. De *Ligno Aloes* actum in Sciagraphiæ Claſſe IV. De *Herba Aloe & eius ſucco* hic ſermo. Arborem Smaragdini coloris facit Leuinus Lemnius, ſed magno lapſu. minimè enim arbor eſt, ac etiam arbuſcula, vt voluit Muoſterus. Nec meliùs *Gentianam* Apuleius & Dioſcorides Aloën faciunt, quia amariſſima; ſic enim Abſynthium eſſet etiam Aloë, quod abſurdum.

Thyrſos ſtriatos illi aſſignat Ruellius, quos verè autem viderit qui Aloën videant. Striata quidem folia dicit Plinius, ſed integra fortè lectio aut ſaltem meliùs dixiſſet ſtrata. Nec Nos mouet Dioſcorides, folia vtrinque ſtriari dicens: rem enim decidit autopſia.

Aloë porrò herba Europæis olim penè incognita, eorum hodie facta eſt indigena, atque in atrijs ædiumúe feneſtris in fictilibus vaſis alitur, viret & viget: vt *Nos* Neapoli, Romæ, Genuæ, Patauij, varijſque alijs in locis, etiam apud Septentrionales, obſeruauimus. Hyemis tamen frigora in Hortis ferre nequit, ſed in hypocauſtis hypogæiſue Brumæ tempore aſſeruatur.

Ex Aloës folijs *expreſſus ſuccus* in veſicis aut aluta concretus aduehitur. Eius autem tres hodie vulgò agnoſcuntur *differentiæ*. Optima *Succotrina* (ab Inſula ſcilicet Sucotra) appellatur, eſtque omnium puriſſima. Secunda *Hepatica*, quæ impurior, denſior & aridior: ſic dicta, quòd Hepatis referat colorem. Tertia verò ſordida & inquinamentis multis contaminata, quæ, quoniam Veterinariorum medicaminibus relinquitur, *Caballina* vocatur. *Succotrinam* & *Caballinam* ſolùm agnoſcit Ruellius: Geſnerus reliquis Hepaticam præfert; ſicque quiſque abundat ſuo ſenſu.

Succi Aloës præparationem, vires & qualitates, vſum & vtendi modum, noxáſque & correctiones, huc referre non licet: Conſulantur Practicorum Libri, vel Hiſtoriæ noſtræ magnæ Codex. Ibi *vtrum venarum ora aperiat necne*; atque *an Aloe omnino amara ſit, vt nihil detur amarius*, quemadmodum voluêre Galenus, Paulus & Ryffius: variáque alia ſcitu digna, diſputamus & expedimus.

Ad Titulum KALI GENICVLATVM,

Mantiſſa.

Calida & ſicca herba eſt, & calidius adhuc ex ea confectus cinis, qui ad quartum vtriuſque gradum accedit, & vim cauſticam habet. Comburuntur autem in cinerem hæ plantæ, quo liqueſiant contriti lapilles ad parandum Vitrum. Lixiuium inde paratum acerrimum & mordaciſſimum, addito Oleo, in Saponem decoquitur, ad abluendas veſtes vtiliſſimum. Herba exigua quantitas intrò aſſumpta, vrinas & menſes potenter ciet. [illegible] atque hydropicorum aquoſos humores purgat. Eiuſ dem folia ſtrigantur ſerpentes, admiſcenturque cibis medicamentis ad ſtrabum.

SCIA

SCIAGRAPHIAE STIRPIVM CLASSIS XXXVI. ADDENDA.

Ad Titulum APARINE,
Mantiſſa.

OMphalocarpon vocant Galenus, Plinius, Paulus & Aetius, quòd, vt ait Dioſcorides, ſemen ſubcauum ſit in medio, veluti vmbilicus. *Philanthropos* verò & *philadelphon* etiam appellatur, quaſi *hominis amica*, quòd veſtitui eius adhæreſcat. Gaza apud Theophraſtum *Lappam* vertit, & *Lappaginem* faciunt etiam Cornarius, Maſſarius, Dodonæus & alij, *Lappaginem aſperam* Plinius. *Aparine*, vt ſcribit Dioſcorides, coli vice, vtuntur Paſtores. Seminis, caulium ac foliorum ſuccus potus contra viperarum morſus auxiliatur, &c. Modicè adſtringere & deſiccare ſcribit Galenus.

Ad Titulum GALLIVM,
Mantiſſa.

Gallium ingruentes tempeſtates ſuauiſſimo odore prænunciare, ſeruntque appetente lite olère, ſcribit Camerarius hort.

Ad Titulum ASPARAGVS, CORRVDA,
Mantiſſa.

Generatim quidem, Galeno 2. de alim. teſte, omnes propemodum coliculos teneriores, & teniore tum olerum, tum herbaceum, tum ſuffruticum, tum fruticum, tum arborum, germina de quibus vox *Aſparagi*: attamen peculiari generi plantæ etiam tribuitur, quæ ſic dicta, quòd cauliculos hos qui primâ germinatione è terra prodeunt, præcipuos habeat. Alium autem Aſparagum *ſyluestrem* eſſe, & alium *altilem* in Sciagraphia dictum: illamque *Corrudam* hunc Aſparagum, propter appellari. *Corruda* porrò Etymon ab en deducit Ruellius quòd, vbi adoleuit, facilè corruat decidatque *Aſparagi* veri. Alij putant, ab eo quòd virgultis aſperis naſcitur, vel quòd eius ſcapi aſperi ſint, non læues.

De Aſparagorum primis qualitatibus ambigere videtur Galenus: at calidos eſſe in primo, & humidos temperatè, communis fert conſenſus. Renum & hepatis obſtructionibus proſunt, coitum ſtimulant, vrinam prouocant & emolliunt aluum, atque cuiuis ætati & temperamento, tu primitque ſenibus & frigidis, conueniunt. Magni itaque in menſis fiunt cùm apparati, vt notum culinæ. Quod autem Aſparagos geſtantes Mares & Fœminas ſteriles reddere ſcribit Dioſcorides, tam eſt veritati contrarium, quàm quod ex eius tradit, Arietis cornibus contuſis atque defoſſis Aſparagum naſci. Verum verò Aſparagorum ſucco illitos ab apum punctionibus eſſe tutos.

Cæterùm haud magnam deberi Aſparagis coctionem, ex Cæſaris illo tritoque conſtat Dicterio: *Citiùs quàm Aſparagi coquantur*.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM CLASSI XXXVII. ADDENDA.

Ad Titulum ADIANTVM,
Mantiſſa.

ADianti Etymon aliud atque aliud tradunt Nicander, Fuchſius & alij: *Nobis* verò eorum maximè placet notatio, qui dictum volunt, quia ἀδίαντος, id eſt, quia non madeſcit, ſemperque immadidum reperitur. Fitque id propter ſiccitatem ſuperficiei, quæ aquæ contraria eſt, & eam velut repellere ſolet: quemadmodum, vt teſtatur Fracaſtorius, in puluere, pennis & alijs ſiccis contingit, in quibus non conſiſtit aqua, ſed aut elabitur, aut in guttulas rotundatur. *Trichomanes, Polytrichum*, Callitrichum, Capillus Veneris & Rhenotrichon dicitur, quod crines fingat, pulchros reddat & luxuriare faciat. Suntque qui Saxifragum etiam vocent, tum quòd in Saxis naſcatur, tum quia calculos mirè frangere creditur.

Ad Titulum ASPLENVM, CETERACH,
Mantiſſa.

Græcis, vt annotat Dioſcorides ἄσπληνον, σκολόπενδρον & ἡμιόνιον ex eo dicitur, quòd aduerſus ſplenis morbos efficax ſit: σκολόπενδριον verò à ſimilitudine cum Scolopendra, hirſuto, et multorum pedum, verme: Mauritanis & Officinis *Ceterach*. Galenus tamen Aſplenium à Scolopendro diſtinxit, & nonnulli Ceterach *Arabum* non eſſe *Aſplenum Græcorum* contendunt: et damnatur doctis eorum opinio, ſicque ſentientes putidos Literatos vocat Lobelius. Theophraſto dicitur ἡμιόνιον. Hac porrò Herbâ non modò Lienis duritiei ac tumores fœliciter ac citò curari poſſe exiſtimantur, tantâſque huius in roborando hoc viſcere vires eſſe affirmant nonnulli, vt etiam animalis eliquus excoctum iecur, ſi cum hac coquatur, crudo ſimile reddatur, & priſtinæ conſtitutioni reſtituatur. Sed hoc ad aniles Fabulas referendum.

Ad Titulum LICHEN, HEPATICA,
Mantiſſa.

Solis æſtui Inimicus eſt Lichen, vmbroſiſque & humidis locis gaudet, ideoque in fontibus profundioribus & frigidioribus, necnon torulentis petris, dumtaxat ferè naſcitur, quamuis vmbroſis, humidis, lapidoſiſque ſtratis vijs, alij quę lemitis ad quas Solis radij rarius proueniunt, & quas nullus viator frequentat, etiam reperiatur. Maio, Iunio vel Iulio menſe Capitule ſtellata profert, & ſimul alia ſæpenumerò folia prioribus addit. Quantò verò maiora habet folia, tantò, teſte Plateario, melior eſt, & efficacior habetur.

Extergendi porrò, ſiccandi & refrigerandi vim illi tribuunt Dioſcorides, Plinius & Galenus: frigidam & humidam facit Tragus, frigidam & ſiccam ac aliquantulum adſtringentem Dodonæus. Vitijs autem pulmonis iecinoriſque mederi, ac contra hepatis & ſplenis obſtructiones plurimùm valere, quotidiana docet experientia. At quomodo illita Ictericorum curare poſſit, vt volaëre Dioſcorides & Plinius, neſcimus.

Ad Titulum ROS SOLIS,
Mantiſſa.

A mirabili natura nomen adepta eſt hæc planta: nam quantumuis ardentiſſimus Solis æſtus Æſtate eam illuſtret, eius tamen folia ſemper rore & humiditate madent, eorumque lanugo guttulis aſperſa manet. Et, quod admiratione dignum, humidum illud in foliorum acetebulis contentum, vbi extremis digitis leuiter attingitur, dum adhuc natali ſuo ſolo adhæret, aut confeſtim inde euulſe, Solis radios expertum: mox velut in exigua ſericea candidinſcula filamenta diducitur, quæ confeſtim concreta, ita poſtea ſemper perdurant.

Veteribus haud fortè multùm notam ait Lobelius: ac ne quidem hodie Italiæ Galliæúe multis Herbarijs: Borealium verò vernaculam eſſe, & cum Capillaribus permagnam habere affinitatem.

Ad Titulum MVSCVS,
Mantiſſa.

Quod Latinis eſt *Muſcus*, Græci Βρύον vocant, & ex iis nonnullis Σπλάγχνον, Σφάγνον: atque alij, fortè quòd, vt ait Sera-

pio, Vinum in quo Muſcus aliquot diebus maduerit, altum ſomnum adducere credatur, ὕπνος inſcripſerunt.

Cæterùm reperitur, vt in Claſſibus dictum, Muſcus in Quercu, Robore, Populo alba & nigra. Vlmo, Betula, Pyro, Pyraſtro, Pomo, Pino, Pinaſtro, Piceaſtro, Abiete, Cedro, Larice, ac aliis compluribus Arboribus antiquis, abſque radice, ſine foliis, nunc tenuior nunc craſſior, prolixiórque, modóque breuior, & modò longior inſtar iubæ. Verùm primæ nobilitatis & odorati ſunt *Cedrinus, Laricinus, Piceus, Pineus & Abiegnus*: ſecundum locum tenet *Populneus* Candidus præſtat, nigricans improbatur, rutilans medium tenet, viliſſimus *quernus*.

SCIAGRAPHIÆ STIRPIVM

CLASSI XXXVIII. ADDENDA.

Ad Titulum NYMPHÆA, *Mantiſſa.*

INter Plantas aquarum alumnas præcipuum locum ſibi vendicauit Nymphæa (Νυμφαία Græcis) ſic dicta, vt Dioſcoridi videtur, quoniam aquoſa amat, vel ſecundum Plinium, quòd ex Nympha Zelotypiâ erga Herculem extinctâ, natam fabulentur Poëtæ. Arabes *Nilofar* & *Nenofar*, *Nilufar* & *Nenufar* vocabant, vnde etiam *Nenuphar* nuncupant Officinæ.

Plures verò Stirpes cum Nymphæa commiſcent Brunfelſius, Lonicerus & Dorſthenius, vocando *Clauam* vel *Digitum Veneris*, *Clauam* vel *radicem Herculis*, *Algam paluſtrem* & *Papauer paluſtre*. Nigróque etiam lapſu Fuchſius Græcorum Nymphæam aliam ab Arabum Nymphæa exiſtimauit. Ac oſcitanter etiam libri 26. Cap. 8. Plinius, Nymphæam ex vino auſtero ſumptam, aluum ſoluere ſcribit.

Ad Titulum TRIBVLVS AQVATICVS, *Mantiſſa.*

Aquaticus, ſiue aquatilis, ſeu lacuſtris *Tribulus*, Officinis *marinus* dicitur. Fructus ſiue Nuces eius aculeatæ ſunt, tribus robuſtis aculeis, vbi induruêre: quo tempore etiam Nucleus durus euadit, ita vt vix mandi poſſit, qui tamen recens valde mollis eſt & aquoſus. An Plinij *tuberoſa & coctiua Caſtanea?*

Ab huius autem fructus ſimilitudine dicti ſunt Tribuli *Murices* Latinè appellati, machinæ ſcilicet ferreæ in quamcumque partem incumbuerint aculeatæ, quæ ſparguntur, præſertim in fuga, vt Hoſtium inſequentium impetum moretur.

Naſcitur variis in locis, ac ferè in ſtagnantibus Fluuiorum partibus, lutoſis Lacubus, & Vrbium foſſis, quibus limoſus ſit fundus, Floret autem Iunio: & eſt, Matthiolo referente, in plæriſque Italiæ, ac Mantuani & Ferrarienſis agri præſertim, Fluminibus & Lacubus frequens. Adſtringentis porrò refrigerantiſque naturæ eſſe, vt Tribulum terreſtrem, ſcribit Dioſcorides; ad omnes, ad quas terreſtrem commendauit, triſtes ſenſationes adhibendum monens.

Ad Titulum PERSICARIA, HYDROPIPER, *Mantiſſa.*

Variè à multis diuinatum eſſe ſcribit Fuchſius, quo nomine *Perſicaria* à Veteribus vocata ſit: ſed eius quidem ſententiâ omnes decepti ſunt, nec ipſi conſtat num à Veteribus deſcripta ſit. Aliter verò C. Bauhino viſum, qui Perſicariam ad Hydropiper retulit: ac quia Piperis eſt ſapore, &, vt annotat Dioſcorides, apud Aquas quæ ſtagnant, vel pigre lapſu repunt, naſcitur, à loco & ſapore nomen habere tradit. Minimè autem id æquè calidum eſſe ac Piper, rectè contra Galenum annotat Dodonæus. Cùm autem duplex vulgò habeatur Perſicaria, Mitis ſcilicet & Acris; hæc calida & ſicca eſt, duritias diſcutit, ſugillata emendat, & ſicca tuſa obſoniis pro Pipere admiſcetur. Mitis verò frigido & ſicco temperamento eſt prædita, & ad incipientes inflammationes podagrámque vtilis.

SCIAGRAPHIAE STIRPIVM

CLASSI XXXIX. ADDENDA.

Ad Titulum ALGA, FVCVS, BRYON, *Mantiſſa.*

NAſcuntur in mari frutices arboréſque, ait Plinius libri 13. cap. 25. Rubrum enim Mare & totus Orientis Oceanus ſyluis abundat. Non habet Linguâ aliâ nomen quod Græci *Phycos* vocant, quoniam *Alga* Herbarum magis vocabulum intelligitur, *Phycos* verò eſt frutex. Et libri 26. cap. 10. Tria Phyci thalaſſij genera, latum, longum, & criſpis foliis. Alibi verò *Fucum marinum Algam maris* vocauit. Sic confusè, inconſtanter & indiſtinctè de iis tradit.

Alga nec Dioſcorides nec Theophraſtus meminêre, niſi eam ſub Fuco marino comprehenderint: cuius ille tria genera facit, *latum*, *oblongum*, & *album*: hic autem quinque, *Zoſtera* ſiue Praſſon *Tinctorium*, *Spongiatorum* ſiue *Pelagicum*, *Gramineum* & *Lactucaceum*.

Ad Titulum ALGA TINCTORIA VITRIARIORVM, *Mantiſſa.*

Hanc Algam ſcribit Lacuna inſigne eſſe remedium contra Cimices & Pulices, eoſdémque eſſe lethale venenum, Romæ viſitatiſſimum.

Ad Titulum LACTVCA MARINA, BRYON, *Mantiſſa.*

Lactucarum in mari prouenientium meminit Aetius: eáſque eſſe germina lata & oblonga, viridia, tenuia, ſubrugoſa, ac veluti conduplicata, ad littora maris per fluctus ſæpè delata. Facilè verò crediderimus Nos Theophraſti, Dioſcoridis & Plinij *Bryon*, noſtrámque ac Aetij *Lactucam marinam*, vnam & eandem eſſe Stirpem. Nec abs re forte exiſtimat Dodonæus Galenum eius meminiſſe, Ariſtotelem Hiſtoriæ Animalium cap. 6. definientem eſſe purgamentum maris, ſeſque Æſtatis initio, eóque tum Oſtreas atque Piſciculos ali. Vtiliſſimè porrò applicatur calidis tumoribus & Podagræ à bile ortæ. Eſtque illi perſimilis Fucus *Lato* dictus.

Ad Titulum POLYPODIVM MARINVM, *Mantiſſa.*

Nomen obtinuit à ſimilitudine quam multis cum terreſtri ſingula habet; repens autem hinc inde locis hæret vnde progerminat; at *folia* quoque eodem modo quo Quercini Polypodii ſoliis ſtringuntur; ſed figurâ diſſimili, & ad Adianti ipſis accedentia *Stirpis* ſubſtantiâ conſtat lanuginoſâ.

Ad Titulum ADARCE, PORVS ANGVINVS, *Mantiſſa.*

Fit, ait Dioſcorides, in Cappadocia quod *Adarces* appellatur. Eſt autem tanquam concreta Salſilago humidis & paluſtribus ſiccitate emergens, & arundinibus ac herbis agglutinata, colore Lapidi Aſio ſimilis, & omni formâ molli Alcyonio. Ad euellendas lepras, lentigines, lichenas & vitia cutis in facie, ac ſimilia, accommodatur: &c. *Adarces*, meminit et a P. Aeginetus, ſed nugatur, iudice Amato, cùm duas ponit. Matthiolum verò miramur negare legitimam Dioſcoridis & Plinij Adarcen in Italia naſci, cùm inibi prouenire, tum ex eiuſdem Plinij ſcriptis, tum ex aliorum obſeruatione, conſtet. At contrà teſte ſtatuit Geſnerus Adarcen non eſſe plantam, ſed plantis adhærentem excrementum. *Adarcium* vocauit in neutro genere Galenus, *Adarcam* in maſculino nonnulli. Sed Grammatica ſunt illa.

Ad Titulum SPONGIAE *Mantiſſa.*

Præter Spongias in Sciagraphia enumeratas eſt quædam GLOBOSA dicta, Neapolitanorum littorum propria, figurâ rotundâ, aliquantùm turbinata, ſubſtantiâque tenerâ, flexili & Spongiarum ſimili, ſed maximè foraminata, hiantibus apertiſque cauernis. Hancque capitis humani magnitudine interdum reperiri ſcribit Imperatus. Eſt præterea SCIACCIATA appellata, quæ figuræ planæ eſt, compreſſa, foraminuleuta, atque interdum admodum lata, vt diameter duos cubitos æquet, craſſitudo verò digitos duos: referturque hæc propter ſubtilitatem & firmitatem ad Veterum *Aeb·Boas*, quæ ad arma ſuſtinenda corporibus equitum interponebantur.

Differunt porrò Spongia inter ſe flacciditate, lentore, duritie, mollitie, denſitate & raritate, poriſque vel crebrioribus, vel rarioribus. Et hæ differentiæ materiæ ſunt propriæ. A figura verò aliæ deſumuntur: vnde nonnullæ *globoſa* dicuntur, aliæ *la...ta*, aliæ *ramoſa*, &c.

Cæterùm de genere mixtorum vegetabilium habentur Spongiæ. & naturæ Fungia ...: atque inter *ζωόφυτα*, quæ, vt habet Plinius, neque Fruticum neque Animalium: ſed tertiam quandam ab vtroque, naturam, habêt, recenſentur. Naſcuntur omnes in petris, aluntúrque conchis, alga & limo, eáſque eſcâ viuere conchæ in ijs repertæ manifeſtò oſtendunt. *Earum* proprium eſt facilè conſtringi. & in priſtinam amplitudinem dilatari. humoris eſſe ſitibundas, eúmque facilè ebibere, & compreſſas emittere atque ſpirante vento, tempeſtatéue, vel ſi tangantur, verſus radicem retrahi, conſtringi, ac rem cui adhærent arctiùs complecti: quod his verbis expreſſêre Ariſtoteles & Plinius: Intellectum, aiunt, ineſſe ijs apparet, quia vbi auulſorem ſenſêre, contractæ multò difficiliùs abſtrahuntur, idémque illæ fluctu pulſante faciunt. *Subſtantia* earum velut ex lana compacta eſt, fiſtuloſa ac foraminulenta, ac vndique mucagine quadam membraneâ veſtita: in qua ſenſus & vita earum eſſe creduntur, atque à qua ſe contrahendi habent facultatem.

Magnus autem eſt Spongiarum vſus ad vulnera, vlcera, tumores, bronchocelen, ocularia medicamenta, & alia. Sed Nam de his iam plus ſatis.

SCIAGRAPHIAE STIRPIVM CLASSI XL. ADDENDA.

Ad Titulum LIBRI GENERALEM,

FVngi ignobiliſſimum vegetabilium genus à *funere* dicti creduntur, quòd veſcentes ad funus deducant. Μύκητας vocarunt Græci, ob ſimilitudinem quam cum enſis capulo, vel ſummo vertice vaginam occludente, habent. Et eſt quidem Fungi generale nomen. *Boleti* autem dicuntur Fungi qui in voluis albis naſcuntur, quibus ſublatis lutei ſunt coloris.

Ad Titulum FVNGI VERNI, MOVSSERONS dicti, odori, eſculenti.

Innocentiſſimos Fungos vocat Hermolaus, è Rubis & Carduis Vere natos, rotunditate eluſili. *Prunulas* & *Spinulos* etiam nuncupat, ac cum Ruellio & Lacuna, *Carduelos*. Omnium optimi à pleriſque omnibus habentur, eſtque ſolum in quo creſcunt cineris coloris. Hos verò ſunt qui vino imprægnant, vt odorem ac ſaporem gratum illis concilient, & ex eo illos comedunt.

Ad Titulum FVNGI MAGNI TOTI ALBI *Mantiſſa.*

Lacte hi turgent feruido, linguam vellicante, ac fauces incendente, quaſi Piper vorauerimus, vnde etiam *Piperrati* & *Piperella*, Germanis *Pfefferling*, dicti fuêre. In altiſſimis & tenebroſis ſyluis Auguſto & Septembri menſibus naſcuntur. Exulant autem, vel exulare debent, à menſis.

Ad Titulum FVNGI LVTEI MAGNI, *Mantiſſa.*

Non dubium eſt quin hic Fungus ſit ille Veteribus adeò celebratus, atque à principibus Viris in delicijs habitus, *Boletus*, quem infami & immenſo exemplo in crimen adductum ſcribit Plinius, quòd olim Claudium Cæſarem Coniunx Agrippina Boleto veneno illito ſuſtulerit, vt Neronem Filium illi Succeſſorem daret. Vnde Iuuenalis in Satyris Sales:

Vilibus ancipites Fungi ponuntur Amicis,
Boletus Domino: ſed qualem Claudius edit,
Vxoris, poſt quem nil ampliùs edit.

Et Nero ipſe *Boletum* Deorum eſſe cibum cauillari ſolebat, quia illo periſſet Claudius Cæſar, & defuncti Cæſares in Deorum numerum referebantur.

Menſas lautiores ornant hi Fungi, ac valde expetuntur. Varijs autem modis præparantur: vel enim integri detracto tenui cortice externo prunis imponuntur: atque butyro, ſale & pipere conditi comeduntur: vel vino abluti in ſartagine cum iiſdem condimentis coquuntur. Alij in fruſta diſſectos cum prædictis coquunt, quæ ratio coquendi meliùs placet. Sed & exiccati ſeruantur. deinde ouorum inſtar coquuntur elixanturque, poſteaque additis ZZ, Pipere vel Caryophyllis, eduntur.

C. Bauhino in Pinace dicitur hic Fungus, *Fungus orbiculatus aureus*, *Volua Plinij*, *Bulbus Ciceronis*, & *Boletus Anguillaræ & Cæſalpini*.

Ad Titulum FVNGI PLVRES SIMVL *Mantiſſa.*

His quæ in Sciagraphia de Fungis in nonnullarum arborum caudicibus prouenientibus, annotauimus, conſonum eſt id quod Matthiolus de *Populo* ſcribit. Sciant, velim, inquit, rei Medicæ ſtudioſi Populum albam humo tenus ſectam ad radicem vſque, & aquâ calidâ in qua fermentum fuerit diſſolutum perfuſam, intra quatriduum Fungos copioſos reddere, ac eiu quoque gratiſſimos.

Ad Titulum FVNGVS RVGOSVS ET CAVERNOSVS, *Mantiſſa.*

Huius quatuor *ſpecies* recenſet & deſcribit Cluſius: Geſnero & alijs dicitur *Præcipuum Fungorum genus*: à Trago verò refertur ad Græcorum *Fungos Amanitas*. An Hermolai, Tragi, Ruellij & Loniceri *Fungi Spongioli*.

FVNGI SVPRA LAPIDES ET ALIA prouenientes mirabiles.

Tanta interceſſit quondam gratia Fungis cum menſis in Italia, vbi frequentiſſimus eſt eorum vſus, tantúſque fuit hominum luxus, tantáque guloſitas, vt, pro habendis quotidie Fungis, *Lapides* excogitarint quoſdam, quos in Cellis vinarijs ſummâ curâ ſeruabant, & tepidâ aquâ aſperſos ſubinde paucâ terrâ operiebant.

Fungos ſic non ingratus ſingulis quatriduis octiduiſue procreantes, & quolibet tempore habentes. Eos verò peſſimos eſſe Fungos ſcribit Galenus libri de attenuante diæta cap. 9.

Boleti item Fungorum meminere Hermolaus Baptiſta Fiera, Durantes & alij: nec non etiam Matthiolus, qui ſe Romæ & Neapoli vidiſſe iactat.

FVNGI MONSTROSÆ MAGNITVDINIS, ESCVLENTI.

Fungi monſtroſi meminit Cluſius, cui eſt Eſculentorum Fungorum 21. genus, tam vaſtæ amplitudinis vt integram Mercatoris familiam explere & ſatiare queat. Ab Patriæ Fungi ſpecies Antiquis indicta, Neapolitanis verò Gallinaccia nuncupata, ad magnam creſcens altitudinem, ac quam brachiis diductis vix homo complecti poſſit, ponderis LX. Librarum, non orbicularis formæ, vt cæteri, ſed, veluti manus, in digitos plures deducta, atque ad Quercus Frondes accedens.

FVNGI LARICVM MAXIMI, ESCVLENTI.

Non tantùm humi proueniunt Fungi, ſed etiam in arborum caudicibus: inque ii vel pernicioſi, cuiuſmodi aliquot in Sciagraphia recenſuimus, vel eſculenti, de quibus mox. Ac primò quidem dicendi veniunt Laricum Fungi. Laricibus enim præter Agaricum, innaſcuntur, referente Matthiolo, Fungi ponderis triginta librarum, aureo colore, & per ambitum diſſecti. Suntque ii in cibis gratiſſimi, nec vllo amarore præditi, quamuis Agaricus ab eadem arbore productus ſit amariſſimus.

FVNGVS AVRITVS IVGLANDIVM, ALBICANS.

Orecchinole ſpecies eſt Fungi coriacei, quæ ab vno pediccllo in curuaturam abit, in ambitu Roſæ dimidiatæ inſtar diſſecta: parte inferna, reliquorum Fungorum in modum, ſtriis foliaceis ſtriata. Naſcitur in arboribus, & ſpecialiter in Nucibus, colore albicante: eſque ex eſculentis.

FVNGI CASTANEARVM, LACINIÆ DICTI.

Fungorum in Caſtaneis prouenientium, ac qui Laciniæ dicuntur, tantæque magnitudinis ſunt, vt ſinguli ſufficiant, meminit Hermolaus. Eſculenti ſunt.

FVNGI BETVLARVM, PRVNORVM, SALICVM & Corylorum, omnes pernicioſi.

Betularum Fungi rotundi ſunt, albi & maculati. Prunorum Fungi variæ magnitudinis & formæ: omnes tamen coloris ex albo pallido & fuſco commixti. Variæ formæ & magnitudinis eſt etiam Salicum Fungus, numeroſa Sobole, vt & præcedens, naſcens, variique coloris. Orbicularis verò formæ eſt qui ſub Corylis naſcitur, ac coloris albo, rubro, fuſco & fuliginoſo variè commixti. Prouenitque, vt & præcedens Vere, ſuntque ambo pernicioſi.

FVNGI SVPRA LIGNA PROVENIENTES.

Supra Ligna creſcunt, capitello conuexo, profundis ſtriis ac ſulcis foliaceis radiato. A centro autem ad circumferentiam facillimè verminantur: ſtriæ foliaceæ nigricant: capitella verò ſpithamæam amplitudinem vt plurimùm acquirunt.

FVNGI A SVE APPELLATI, PERNICIOSI.

Conſtituunt hi Fungorum noxiorum Cluſij decimumquartum genus, albique ſunt, orbiculares & maculati, ac magnitudine & partis ſupinæ colore inter ſe differunt. Creſcunt in cæduis ſyluis extremo Autumno.

FVNGVS LIGNOSVS ARBOREVS AD FVRFVRES.

Fungus quo, authore Imperato, ad abſtergendos capitis furfures vtimur, de lignoſorum Fungorum genere eſt, magnus, & maximi capitis medietatem adæquans. Nullo autem pediculo nititur, ſed arboribus immediatè affixus hæret, diuiſuras inferne manifeſtas habens, quarum ope furfures decutiuntur.

FVNGVS VILLOSVS ARBOREVS, COLORIS ochræ, tinctorius.

Mediocris eſt magnitudinis, duobus pugnis ſimul iunctis ferè æqualis, vndique tunicâ muccoſâ obiectus, quæ in villos disiungitur breues, villoſâ quoque exiſtente internâ ſubſtantiâ. Creſcunt eiuſmodi Fungi in arboribus Pomorum, colore ochræ exſiccati verò nigreſcunt. Horum decocto vtuntur Mulierculæ ad tingenda velamenta lugubria.

FVNGI ARBOREI AD ELLICHNIA.

Fungi qui radicibus arborem, ac potiſſimùm Populi nigræ, adnaſcuntur, *Ægirita* nuncupantur: qui verò caudicibus quarumuis arborum adhærent, *Arborei* dicuntur: ac cùm igni concipiendo parantur & vſurpantur, *Igniarij*, & Germanis *Zu der Sewzem* appellantur. Ad hos autem vſus adhibentur ea præcipuè Fungorum genera, quæ Fagis & Nucibus adnaſcuntur: ignem enim quem ſemel conceperunt non facilè relinquunt. In id porrò negotij coquuntur in lixiuio, ſiccati tunduntur rurſuſque iterum incoquuntur, hocque pacto ad concipiendum ignem aptiores redduntur. *Tarſenſis Elychnij* meminit Galenus: quod quale fuerit, nec ſciuit Plinius, nec ſcitur hodie.

FVNGI SERPENTINI DICTI, PERNICIOSI.

Fœtidi ſunt hi, albi coloris, ſupernè fuligine infecti, inferne verò nigris ſtriis exarati: vnde etiam *Serpentini* dicti fuere. Cluſius apud quem faciunt noxiorum Fungorum genus XVI. extremo Sextili ſub Corylis prouenire ait: eorumque tres quartas ſpecies, magnitudine quidem inter ſe æquales, ſed colore & formâ diſpares.

DE FVNGORVM NOXIS, SYMPTOMATIBVS & remedijs.

Fungi etſi tum à Dioſcoride tum ab aliis penè omnibus Scriptoribus, in pernicioſos & eos qui in cibum venire poſſunt diſtinguantur, & ſic aliqui tantùm venenati exiſtimentur: omnes tamen facilè nocêre poſſunt. Vnde eos *Voluptuarium & venenum* nuncupabat Seneca, Plinius verò inter ea recenſebat quæ temerè manduntur. Immenſis certè, vt ille ait, exemplis in crimen adducti fuêre, veneno per hanc occaſionem Claudio Cæſari à Coniuge Agrippina dato: Antiſtite Borromæo & aliis, imò & totis conuiuiis, eorum eſu ſublatis & extinctis.

Sunt porrò Fungi pernicioſi vel ſuâ naturâ, vel ob molem externas cauſſas. *Suâ naturâ*, quoniam è prauo & veneniſico generantur. & ex iis nonnulli, non ſolùm comeſti, ſed etiam olfactu, ipſo momento occidunt. Vel tales *multis de Cauſis* fiunt: aut enim, vt iam olim annotauit Dioſcorides, iuxta clauos rubiginoſos, aut iuxta panniculos putridos, aut iuxta *reptilium* beſtiarum latibula, aut iuxta arbores & in arboribus quæ priuatim noxios ferunt fructus, naſcuntur: aut *copiâ* tantum, largiùs ſcilicet ſumpti, lædunt.

Fungi autem quocunque modo venenati, vel nimiâ copiâ ingeſti, vel minùs rectè cocti & præparati, ſuffocationem & ſtrangulationem inducunt, ventriculum inflant, ſingultum excitant, inteſtina exulcerant, eorumque dolores pariunt, horrorem ac ſudorem frigidum, ſyncopen atque interdum ſomnum profundum, epilepſiam & deliria, inducunt, tandémque mortem. *Curationem* quod attinet, Fungi ſtatim vomitu reiiciendi ſunt: vel ſi iam ad inteſtina deſcenderint, medicamento purgante exhibito, vel clyſtere iniecto, euacuandi: poſtea Medicamenta venenoſis reſiſtentia exhibenda: *Calaminthe montana*, *Origanum*, *Hyſſopus*, *Ruta*, *Naſturtium*, *Abſynthium*, *Allium*, *Dracunculus Dragoncello* & ſimilia. *Mel* in primis Fungorum venenoſorum peculiaris Antidotus habetur: laudanturque plurimùm *Pyra auſtera*, vt pote quæ, ſiue recentia, ſiue ſicca, ſi aſſum Fungorum præcedant, aut cum iis coquantur, eos innocuos reddant.

Ad Tractatum de TVBERIBVS, *Mantiſſa*.

Ad Tuberum Claſſem pertinent varii FRVCTVS EXOTICI, ac quidem,

ac quidem:

I. AFRICANORVM TERFES, quod Tuberi eſt ſimile, ſed maius: ac, referente Leone Africano, creſcit in arenis, & in Numidiæ deſertis abundat magiſque propriè radix dicitur, quàm fructus.

II. VETERVM ARACHIDNA & CERAVNION, quod Theophraſtus lib. 1. cap. 9 his annumerat quæ omnino non habent radices: quod Tuberibus ſimile facit Plinius: ac quod forté eſt Recentiorum CERVI BOLETVS.

III. VETERVM OYITON & OYTOGON, quod fructum ſub terra parere ſcribit Theophraſtus lib. 1. cap 1. Ac quod eiuſdem libri cap. 10. inter radices quæ ſub terra ſunt recenſet, radicem tamen eſſe negans. Quodque tandem Indos & Æthiopes, apud quos plurimum prouenit, corrupta voce Hetich appellare ſcribit Theuetus, qui pingit vt deſcribit Theophraſtus.

IV. Arabum HAAB HAZ Z, quod referente loco citato Leone Africano, fructus eſt Raphani magnitudine & Amygdalarum ſapore, per totum Thunenſe regnum communis ac ſub terra prouenientes, qui vbi abundat, ſolus eſt: ita vt nullum alium fructum in iis locis facilè reperias.

V. Tandem ARACHIDNA & ARACOS, quæ libri 1. cap. 11. ſcribit Theophraſtus fructum ſub terra ferre, loca arenoſa amare, ac nec folis ferre, nec foliis quicquam ſimile. Et de quibus, illum imitatus, ſic etiam tradit Plinius. *Arachidna* quidem & *Aracos*, ait, cùm habeant radices ramoſas & multiplices, tamen nec herbam vllam, nec quicquam aliud, ſupra terram habent.

APPENDICIS FINIS.

ICONES ALIQVOT QVAE, TVM IN STIRPIVM SCIAGRAPHIA, TVM IN EIVS APPENDICE, DESIDERANTVR.

VISCVS VEL VISCVM, *Pag.* 57. & 603.



PAEONIA MAS, *Pag.* 490. & 646.



POLYPODIVM, *Pag.* 558. 740.



FABA ÆGYPTIA, *Pag.* 562.



ANDROSACES, *Pag.* 458.



EPIPACTIS, ELLEBORINE, *Pag.* 502.



Legatoria
R. SALVAREZZA
Via [illegible] Cassina, 55
Tel. 825.823 – ROMA